Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 3
Tabla 16 15
Número

Nº 1
22-2

B-11 E=9 N=3

GRANADA
A
3
Tabla 15

№ 1
2

ق-١٤ ع=٩ ش=3

Es de la Libreria del Mayor y R.l colegio de S.ta Cruz de Gran.a

# D. IOAN. BAPT. CIARLINIJ, CARPENSIS, I. V. DOCTORIS,

R. 2008

Archipresbyteri Mutilenæ Protonotarij Apoſtolici, & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi D. D. Marchionis Pauli Coccapani, Regij in Æmilia Epiſcopi ac Principis Vicarij Generalis.

# CONTROVERSIÆ FORENSIVM IVDICIORVM TRIPARTITÆ;

*IN QVIBVS MVLTA AD PRAXIM PERTINENTIA in vtroque foro verſantibus vtilia, & neceſſaria pertractantur.*

## PARS PRIMA.

EDITIO ALTERA ACCVRATE EMENDATA, ſuiſque Indicibus fideliter recognitis locupletata.

NVNC PRIMVM IN GALLIA PRODIT.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º C. 35 _ N. 15.

LVGDVNI,
Sumpt. LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.
*M. DC. LXXI.*

ILLVSTRISS. AC REVER. DOMINO

D. MARCHIONI PAVLO

# COCCAPANIO,

## VIGILANTISSIMO REGII IN ÆMILIA EPISCOPO,

Eidemque Principi præſtantiſſimo, D.D. meo colendiſſimo.

Q*VANTA nomini tuo debeam* (Ampliſſime Præſul) *quibus nominibus tibi ſim debitor & laborum, & operæ meæ, neminem poteſt latêre, qui præclara tui merita, eximiam virtutem, generis ſplendorem, immenſa in me beneficia, cumulatiſſimoſque fauores non ignoret. Agnoſco debitum, quod quidem ſoluere non poſſum, ſed illud publicè profiteri, mihi perhonorificum duco. Tu plantaſti, tu irrigaſti, tu idem incrementum dediſti: quod ergo natum eſt, nonne tuum iure, & merito debet eſſe? Hæc me impulerunt* (Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Antiſtes) *vt has meas, qualeſcumque ſint, elucubrationes tibi dicare, ac tuæ ſubmittere tutelæ minimè ſim veritus. Rectè enim D. Auguſtinus tradidit, in ædium ianuis alicuius potentis viri titulum affigi debere, vt qui vident, probè intelligant, quis ſit poſſeſſor, ac protector, & proinde ab inuaſione ſe contineant. Mihi verò noui promeriti loco erit, benignè accipi, qualecumque eſt quod offertur: me enim omnium ingratiſſimum crederem ſi maximas ingentis debiti rationes tam exiguo arbitrarer munuſculo poſſe expungi, vel ſaltem vlla ex parte imminui cuperem; cùm præſertim ſciam illas exinde potiùs eſſe augendas, quia vna patrocinij tui auctoritas mihi gratiam, fauoremque tam citra periculum, quàm vltra merita conciliatura eſt adeo, vt dum ego te pro officio colere, & quoad licet ornare velle videor, ad honoris, & dignitatis fontes, vnde tu diues es, reuera ipſe ornandus, & cohoneſtandus acceſſerim. Obſcuritatem meam ſicut ſol lunam, illuſtrabit lux immenſa nominis tui: & quò doni maior eſt tenuitas, eò etiam tui, quo fulcitur, patrocinij firmitas, & auctoritas magis elucebit: nec, puto, indignè fores; ſicuti altiſſimus ſol, fons perennis luminis non dedignatur etiam aquarum ſtagna humilibus detenta conuallibus illuſtrare. Sic opus iſtud tuæ claritatis lumine factum viſibile, tuiſque percuſſum radiis ſonos emittet fortaſſe non inutiles tui nominis dulcedine condiendos. Me igitur, ſupplex peto, ſuſcipe, & hunc primum laborum meorum partum noli aſpernari, qui demiſſa dona ſoles magnificentia tua ſubleuare, & obſequentis potius voluntatis ſtipendia, quàm hominis cenſum inſpicere; dum ego ſub tantis lætus auſpiciis, eadem precaturus, te purpuratum vel regna Petri tenentem me ſpero viſurum, ac veneraturum. Felix diutiſſimè viue, diutiſſimè vale. Dat. Regij, Kalend. Septemb. 1637.*

Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis tuæ

Humillimus, deditiſſimus, & deuinctiſſimus ſeruus,

IOAN. BAPTISTA CIARLINIVS.

## De forenſibus Controuerſiis à Iuriſconſultiſſimo IOAN. BAPT. CIARLINIO, Regij lepidi Præſulis Viceſgerente, Bellorum tempore editis, Iulij Cæſaris Cremonini luſus.

*ARMA virbſque parat dum ſæua in prælia Mauors,*
*Et ferus inſano dum furit orbe furor,*
*Cauſidicos Aſtera duces, duce Pallade ducit,*
*Ac docet humanis bella ciere modis.*
*Prælia vtrique docent Aſtreæ & Martis alumni,*
*Prælia digna foris, prælia digna feris.*
*Ecce ferina feri Celta, Hiſpanuſque magiſtrant,*
*Ecce humana pius te monet Auſonius.*
*Te bellatores brutis animalibus æquant,*
*Æquat hic omniſcio, conſociatque Deo.*
*Bella CIARLINI, legalia perlege bella,*
*Propria bella viri, propria bella Sophi,*
*Miles inhumane hanc ſaltem tunc delige pugnam,*
*Cum placet eſſe hominem, diſplicet eſſe feram.*

## Author Studioſo Lectori ſalutem.

NVNQVAM putaui, humaniſſime Lector, è ſtylo meo aliquid luce dignum, aut immune à reprehenſione depromendum fore, tùm quia norim quæ meæ ſint vires, tum etiam quia hodie legalis adeo clareſcit Philoſophia, vt iam nihil ſupereſſe videatur, vnde poſt tot ſapientes legum peritos ſcriptores colligendarum manipulus poſſit ſpicarum confici. Lapillos cæteri in ſuos deportauere theſauros: vilis tantùm reſidua videtur eſſe ſaburra. Verùm quia homo non ſibi tantùm, ſed Patriæ, & amicis natus eſt, ſi in his fori Controuerſiis elaborandis quid vtilitatis legum Profeſſoribus afferre potui, & petentibus lucem non negare, & ſuadentium iudicio me committere ſum coactus. Scio quidem te multa eſſe offenſurum, vel quæ minùs eruditè ſcripta eſſe cognoſcas, vel rurſus emendatione digna iudices; ne mireris, ſed quod homo erret, memineris non eſſe nouum, nec ego indignè ſum laturus ab eruditioribus reprehendi. Rogatum igitur te velim, vt æquo animo hos meos excipias labores, conatum laudes, defectus excuſes, diuque feliciſſimè viuas. Vale.

ELENCHVS

# ELENCHVS SINGVLORVM CAPITVM

## primæ Partis, in quibus quælibet Controuerſiæ compendioſè continentur.

CAP. I. IVSPATRONATVS tranſit ſui naturâ ad hæredes extraneos, & etiam in vſufructuarium vniuerſalem, non tamen in fideicommiſſarium. Præſentatio autem clerici ab beneficium ſacerdotale eſt inualida, & ius deuoluitur ad præſentantes ſacerdotem, etiamſi ſit minor pars patronorum. Ius autem quæritur ex præſentationibus ad rem, non in re, quod præſeruatur per clauſulam: *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſitum.* pag. 1

II. An emphyteuta, vſufructuarius, & ſimiles cadant à commodo ob inciſionem arborum frugiferarum, & quando. 12

III. Teſtamentum primum an tollatur per ſecundum, in quò venter prægnans eſt inſtitutus, ſi poſthumus non naſcatur, & an valeat teſtamentum ad alterius interrogationem factum. 21

IV. Iudex Eccleſiaſticus quomodo procedere poſſit in his, quæ ſunt mixti fori, & quando, & quomodo ſit locus præuentioni. 24

V. Epiſcopus originis, & rei ſitæ, & domicilij ſi concurrant in executione alicuius legati pij quis præferatur, & quando ſententia noceat ſucceſſoribus. 25

VI. Filius naturalis etiam legitimatus non ſuccedit in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica etiam ad extraneos tranſitoria. 31

VII. Non licet patri relinquere filiæ ſpuriæ, niſi dotem congruam, vel alimenta neceſſaria. 36

VIII. Emphyteuſis conceſſio an ſit nulla, ſi Commiſſarij Apoſtolici excedant fines ſuæ Commiſſionis, & quando tranſeat ad extraneos, vel in hæredem particularem, & quando fiat locus caducitati ob non ſolutionem canonis. 42

IX. Dos an poſſit dici, quod donatur ſimpliciter, & multa alia pertractantur in materia dotis, & augmenti eius, ac ſimulatæ donationis. 52

X. Confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate, ſi verè non probatur eos commiſiſſe delicta excepta in Bulla Gregoriana, & quomodo procedatur in huiuſmodi cauſis. 59

XI. Fideicommiſſum inducitur etiam verbis directis, vt bona conſeruentur in familia iuxta mentem teſtatoris, & quando ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, & an illud extendatur de linea ad lineam. 75

XII. Proditorium homicidium committentes quando priuentur priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, & an ſufficiat probare delictum per indicia indubitata, & quid ſi factum ſit in Eccleſia, etiamſi interfectus eſſet extra. 80

XIII. Non habens acceſſum, vel regreſſum ad fundum ſuum an poſſit tranſire per fundum vicini, & quando Princeps deroget rei iudicatæ, & quando ordinarium faciat eſſe delegatum. 85

XIV. Si quis fractis carceribus confugiat ad Eccleſiam an gaudeat immunitate, & quando, & an eadem fruatur delinquens in Eccleſia. 87

XV. In cauſis mixti fori an poſſit Iudex Eccleſiaſticus, ſi præuenerit, laicos carcerare, & pœnis temporalibus punire, & an delinquens in Eccleſia fruatur immunitate etiam reſpectu fori Eccleſiaſtici. 89

XVI. Si duo fratres viuant in communione, quorum alter ſit clericus, debent etiam communicari fructus beneficiorum, & diſtributionum, & alia tractantur in materia ſocietatis. 97

XVII. Laicus poteſt eſſe Iudex inter duos laicos Eccleſiæ emphyteutas inuicem de emphyteuſi contendentes, contra Farinacium, & alia multa tractantur in materia iuriſdictionali. 103

XVIII. Tertiarij Fratres S. Franciſci, & aliarum Religionum an gaudeant priuilegio fori, & an requiratur aſſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum vnius Eccleſiæ ad alteram, & alia tractantur in eadem materia, vbi poteſt valere alienatio ſine licentia Principis. 116

XIX. Fur inuentus cum re furata in loco, vbi aliàs non eſt ſubditus, an poſſit puniri à iudice illius loci, & quid ſi furetur in Eccleſia, vel ad Eccleſiam ſe transferat cum rebus furatis, an Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere. 121

XX. An clericus captus à lictoribus Curiæ ſæcularis debeat remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, & quando priuilegium fori perdat. 126

XXI. Teſtamenti publicatio, in quo Clericus, vel Eccleſia, aut locus pius eſt hæres inſtitutus, vel ſubſtitutus, aut honoratus, an fieri debeat coram iudice laico, vel etiam fieri poſſit coram Eccleſiaſtico. 133

XXII. An emptores bonorum Eccleſiæ, coloni, conductores, emphyteutæ ſint immunes à gabellis, collectis, & aliis grauaminibus, quæ à laicis imponuntur, & an bona patrimonialia clericorum gaudeant immunitate, & quomodo procedendum ſit, vbi Eccleſiaſtici contribuere tenentur ad ſupportanda onera. 135

XXIII. Ad legatum familiæ, vel illis de domo factum qui admittantur, & quomodo probetur aliquem eſſe de familia, ſeu agnatione teſtatoris. 140

# Elenchus Singulorum Capitum.


XXIV. Penſionatius an teneatur contribuere pro ſolutione decimarum,& pro qua rata. 145

XXV. Si teſtator mandat ſolui aliquid,donec legatum pecuniæ ſoluatur,an id validum ſit, & quando filij poſiti in conditione cenſeantur vocati. 149

XXVI. Abſentes Canonici à ſua reſidentia tempore peſtis an lucrentur diſtributiones quotidianas, & quomodo,& an per ſepulturā hæretici,vel excommunicati non denuntiati polluatur locus ſacer. 151

XXVII. Si fiat compromiſſum in tres,& duo laudent tertio irrequiſito, laudum eſt nullum, & locus eſt collationi etiam inter ſuccedentes iure diuerſo. 153

XXVIII. Iudex Eccleſiaſticus an ſit Iudex competens contra laicos turbantes,vel ſpoliantes Eccleſiaſticos ſua poſſeſſione, & an poſſit exequi legata pia etiam aduerſus laicos, & eorum bona, & contra tertium poſſeſſorem. 155

XXIX. Intereſſe lucri ceſſantis an poſſit ab initio taxari,& an liceat cariùs vendere credita pecunia,& alia multa in materia vſurarum tractantur. 158

XXX. Vicinus fabricans per noui operis nuntiationem debet deſiſtere, non obſtante ſatiſdatione de opere demoliendo, & quando vicinus poſſit obturare feneſtras vicini fabricando in ſuo,vel communi muro. 164

XXXI. Eccleſiaſticæ perſonæ an poſſint extrahere fructus bonorum ſuorum, vel Eccleſiæ extra ſtatum Principis ſæcularis, non obſtante proclamate de non extrahendis bladis ſub certa pœna. 167

XXXII. Statutum vetans poſt certum tempus creditori audientiam præſtari ob negligentiam non petentis an valeat,& quando currat ſtatutaria præſcriptio. 169

XXXIII. An liceat concubinario aliquid donare cōcubinæ,vel in teſtamēto relinquere,& quādo. 172

XXXIV. Diffamans aliquem eſſe ſibi debitorem an debeat conueniri in iudicio diffamationis coram ſuo iudice, vel diffamati, & quomodo procedatur in huiuſmodi cauſa diffamationis. Et ſi clericus,& laicus ſint alicuius debitores, vel ſimul deliquerint,an vterque ſit conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico,vel retinendus ſit clericus,& remittendus laicus ad ſuum iudicem laicum. 183

XXXV. Minor 25. annis iurans ſe eſſe maiorem,an validè obligetur ſine ſolemnitatibus iuris, vel ſtatutorum. 188

XXXVI. Penſionario non ſoluente quando ſit locus regreſſui ad beneficium reſignatum, & an penſio perdatur ob tranſitum ad militiam ſæcularem, vel ob contractum matrimonij. 191

XXXVII. An, & quando forenſes nati etiam ex ciuibus originariis poſſint ſuccedere in bonis ſtabilibus ſtante ſtatuto,quod eorum alienatio non fiat in non ſubditos. 195

XXXVIII. Arctatus quando aliquis poſſit dici ad aliquem ordinem ſuſcipiendum,& an obligatus ad celebrandum Miſſam per ſe,vel alium dicatur habere beneficium ſacerdotale. 203

XXXIX. Alienatio bonorum Eccleſiæ reſeruato beneplacito Apoſtolico an præſumatur ſolemnis ex curſu 30. annorum cum obſeruantia contractus, & quando, & an liceat pœnitere ante obtentum beneplacitum. 208

XL. Pactum retrouendendi iunctum cum aliis præſumptionibus inducit coniecturam pignoris, & vſuræ. 213

XLI. Executor Apoſtolicus an poſſit extraiudicialiter procedere,& an in beneficialibus detur titulorum multiplicatio. 221

XLII. An,& quando filij Iudæorum venientes ad fidem poſſint baptizari inuitis eorum parentibus,& an poſſint habere legitimam viuente patre. 222

XLIII. Hæres alienando partem rei alienari prohibitæ an cadat à tota hæreditate,vel à parte tantum alienata. 228

XLIV. An liceat iudici Eccleſiaſtico præcipere laico, vt retineat in ſequeſtrū pecunias ſacerdoti debitas, & quando ex cōtumacia proregetur iuriſdictio. 232

XLV. Stante ſtatuto fœminarum excluſiuo propter maſculos an clericus excludat ſororem à ſucceſſione, an dos ſit conſignanda ſorori ante matrimonium,& vbi alimenta præſtari debeant. 236

XLVI. An,& quando clericus ordinatus ſine dimiſſoriis ſui Ordinarij ſit ſuſpenſus,& maximè quando habet indultum ad quemcumque antiſtitem. 240

XLVII. Diminutis redditibus hæreditariis an minuantur annua legata, & quando poſſit dici prouentum eſſe diminutum. 242

XLVIII. An Epiſcopus,& forum Eccleſiæ poſſit punire laicos falſum in eius cauſis deponentes, vel ad deponendum ſubornantes. 246

XLIX. Executio ſententiarum conformium quando poſſit retardari,vel non,& quomodo intelligantur ſtatuta de hac materia loquentia. 251

L. Regulares extra, vel intra clauſtra degentes deprehenſi in delicto quando poſſint ab Ordinario loci puniri, & an liceat Epiſcopis habere armatam, laicoſque carcerare, & punire in delictis Eccleſiaſticis, vel mixti fori, & quando concubinæ, & adulteræ poſſint puniri tam à iudice Eccleſiaſtico, quàm ſæculari. 256

LI. Licitum eſt vſufructuario, fideicommiſſario, & ſimilibus arbores frugiferas incidere ex cauſa reparationis, & pro vſu ſuo, & quomodo id procedat. 262

LII. Coloni, & conductores bonorum Eccleſiæ poſſunt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & quando hoc ſit verum etiam reſpectu clericorum ſua bona locantium laicis. 266

LIII. Clericus coniugatus quando,& quomodo fruatur beneficiis clericalibus, & an ea recuperet per reaſſumptionem habitus. 271

LIV. Promiſſio alimentorum an ceſſet,ſi quis aliunde alimenta percipere poſſit. 275

LV. Inſtantiæ peremptio an detur in cauſa dotis,& miſerabiliū perſonarū,& in cauſis ſummariis. 276

LVI. Iudex Eccleſiaſticus an poſſit ius reddere laicis, vel clericis contra laicos in defectum, vel ob negligentiam iudicis laici. 277

LVII. Iuſpatronatus, an probetur per ſententiam latam ante, vel poſt Concilium Tridentinum, & quid in potentioribus. 278

LVIII. Feudum deuoluitur ad dominum,ſi non petatur reuocatio inueſtituræ intra annum,& diem,& reſtitutio minoris non prodeſt conſorti maiori 25. annis, vbi feudum eſt diuiduum. 279

LIX. Si teſtator relinquat vxori, vel nurui certam dotem, valet legatum, etiamſi nihil pro dote datum fuiſſet. 280

LX. Non licet Epiſcopo mittere executores,vel actus iuriſdictionis exercere in aliena Diœceſi,poteſt tamen præcipere iudici laico, vt præſtet ſibi auxilium,& accommodet executores ſuo officio. 281

LXI. Epiſcopus poteſt facere ſynodum ſine conſenſu Cleri,non tamen ſine conſilio, & conſideratur, quando ſtatuta Epiſcopi obligent. 282

LXII. Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari pro dotibus deſcendentium fideicommittentis, & quomodo id procedat. 284

LXIII. An valeant ſtatuta,ne Notarius non matriculatus poſſit conficere inſtrumentum,& ne quis alteri poſſit famulari ſine licentia Principis. 285

LXIV. Statutum loquens de emptione intelligitur de perfecta,& ex ſolo tractatu non incurritur pœna,de qua in ſtatuto. 288

LXV. Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari vti ſuſpectus, nec ab eo datur appellatio,& quando. ibid.

LXVI. Negans ſe poſſidere res, de quibus interrogatur in præparatione iudicij, an priuetur earum poſſeſſione,& quando. 290

LXVII. An benedictiones populi, & agrorum ſint committēdæ alienis Prælatis,vel propriis. 291

LXVIII. Reductio ad arbitrium boni viri an detur non obſtante ſtatuto eam prohibente, ſi doceatur de læſione enormiſſima. 293

LXIX. An liceat beneficio vacanti nouum onus imponere,vel patrono ſeipſum præſentare. 295

LXX. An,& quando valeat legatum rei communis hæredis,& legatarij,& quando valeat legatum rei ſtabilis factum forenſi contra ſtatutum id vetans. 296

LXXI. Ius accreſcendi an ſit potius,quàm ius ſubſtitutionis, maximè in vſufructu;& an ſubſtitutio pluribus facta habeat locum vno tantùm defuncto, & quando. 299

LXXII. Ius congrui,& retractus an habeat locum in donatione in ſolutum extraiudiciali, & quando etiam in iudiciali. 300

LXXIII. Forenſis tenetur fideiubere de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo; & quis dicatur ſubditus,& quomodo ſequeſtrum poſſit reuocari. 301

LXXIV. Sententia, & res iudicata terminat negotium, & facit de falſo verum, & deductiones debent fieri ad ratam portionis grauatæ. 302

LXXV. Relatio periti à partibus electi quomodo debeat interpretari, & an arbiter poſſit ſuum laudum declarare, & quomodo declaratio permiſſa ſit. 303

LXXVI. An ſeruitus viæ, ſeu tranſitus debeatur fratri diuidenti,vel emptori, ſi eam ſibi non reſeruauit,& aliunde non liceat tranſire. ibid.

LXXVII. Diuiſio communium bonorum inter fratres non poteſt impediri, etiamſi res aliqua diuidenda ſit litigioſa,& donationem propter nuptias filius debet in ſuam partem imputare. 305

LXXVIII. Filiorum appellatione an veniant fœminæ in fideicommiſſis, & quando ſecus, & quomodo. 307

LXXIX. Legatum an cenſeatur reuocatum,ſi teſtator vendat rem legatam cum pacto retrouendendi, & quid in cauſa pia. 309

LXXX. Vterini fratres an ſibi inuicem ſuccedant in bonis maternis, excluſis conſanguineis, non obſtante ſtatuto præferenre agnatos cognatis. 311

LXXXI. Fratrum filij quando repræſentent perſonam eorum patris, & ſuccedant vnà cum patruo. 312.

LXXXII. Tractatus an probet concluſionem,& quando, & teſtes quomodo probent donationem ſimplicem. ibid.

LXXXIII. Subditus quis dicatur eſſe in loco,vt poſſit ſuccedere in bonis ſtabilibus, ſtantibus ſtatutis, quòd non ſubiectus nequeat acquirere. 315

LXXXIV. Nepos quando repræſentet perſonam patris,& quando ius accreſcendi habeat locum,& vincat ius tranſmiſſionis. 316

LXXXV. In delictis quomodo auxiliator ſit puniendus, & qua pœna. 318

LXXXVI. In bonis maternis non ſuccedit pater tranſiens ad ſecunda vota,niſi quoad vſufructum, & quando. 319

LXXXVII. In legato omnium rerum, quæ domi exiſtunt,an contineantur res venales,pecuniæ, & nomina debitorum. 321

LXXXVII. An relatio alicuius qualitatis poſita poſt duo ſimul copulata, ad vtrumque referatur. 323

LXXXIX. Si vendatur res vitioſa, aut morboſa an ſit locus redhibitoriæ actioni, vel quanti minoris, & quando. 327

XC. Impedimentum non eſt,quod amoueri poteſt,& verbalis iniuria frangit cautionem de non offendendo cum certa diſtinctione. 328

XCI. Legatum vxori factum quando valeat,vel non ſtantibus ſtatutis forenſi legare vetantibus. 331

XCII. Venditor de euictione non tenetur, ſi res vendita confiſcetur,& in multis aliis caſibus. 332

XCIII. Fideicommiſſarius tenetur ſtare colono,ſicut etiam Prælatus non poteſt infringere locationem prædeceſſoris, & quando. 335

XCIV. Marito vergente ad inopiam licet vxori petere dotes ſuas, & impedire creditores, & quomodo. 337

XCV. Excuſſio quando ſit neceſſaria antequam agatur contra fideiuſſorem, vel tertium poſſeſſorem. 339

XCVI. Non licet denuo ſuper iiſdem articulis, vel directò contrariis poſt didicita teſtificata eoſdem, vel alios examinare teſtes. 341

XCVII. Si facultates patris augeantur,an debeat augeri dos filiæ iam aſſignatæ. 343

XCVIII. Alterius debitum in ſe ſuſpiciens qua actione teneatur. 344

XCIX. Sententiæ quando dicantur conformes, & probata ſubſtantia debiti an ſtetur iuramento creditoris circa quantitatem. 345

C. Subſtitutiones poſteriores verbis directis non poſſunt importare fideicommiſſum. 346

CI. Obligatio Cameralis quando efficiat,vt clericus pro debito ciuili poſſit carcerari, vel excommunicari. 348

CII. Si minor 25. annis velit trahere cauſam ad Principem, & conſanguineus petat fieri compromiſſum ad formam ſtatuti, quis præferatur, & potiùs audiendus ſit. 350

CIII. Eccleſiæ,& Clerici an teneantur ad gabellas, & collectas pro bonis poſt collectarum impoſitionem ad eos peruentis, & quomodo ſint cogendi ad eas ſoluendas. 352

CIV. An valeat ſtatutum prohibens ſub certa pœna, ne filiusfamilias contrahat matrimonium ſine conſenſu parentum,vel conſanguineorum,& quomodo intelligantur bannimenta, quæ prohibent occultas deſponſationes. 359

CV. Eccleſia debet reintegrari ad poſſeſſionem bonorum eius ſine beneplacito Apoſtolico alienatorum vnà cum fructibus,& multa alia tractantur in materia alienationis rerum Eccleſiaſticarum ſine ſolemnitate. 365

CVI. Vaſſallus alienans feudum ſaluo,ſeu accedente conſenſu Domini, & non aliter,nec alio modo, an incidat in commiſſum,ſi actualiter,& verè tradat illius poſſeſſionem antequam Domini impetrauerit conſenſum. 379

CVII. Prouiſus de beneficio patronali tanquam de libero an ſit manutenendus,ſi collator attento vltimo ſtatu ſit in quaſi poſſeſſione conferendi; & an patronus putatiuus ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione præſentandi,vbi conſtat quis ſit verus patronus. 388

# Elenchus Singulorum Capitum.


CVIII. Profeſſio Nouitij in Religione facta per metum, vel non completo probationis anno eſt inualida, quoad omnes effectus, & non obligat ad obſeruantiam religioſam, neque in ſpecie, neque in genere, nec in foro conſcientiæ. 397

CIX. Hæres manutenendus eſt in poſſeſſione hæreditatis, non obſtante legato à teſtatore facto eius concubinæ omnium bonorum vſufructuariæ, nec valet teſtamentum etiam tempore peſtis, in quo teſtes oculis non viderunt teſtantem, licet vocem audierint. 403

CX. Exemptio, & immunitas conceſſa à Principe titulo oneroſo, vel realis, tranſit etiam ad ſingularem ſucceſſorem, & quandò. 409

CXI. Legitimatus per ſubſequens matrimonium non excludit ſubſtitutum ſub illa conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo, & vero matrimonio natis. 410

CXII. Executio iudicati non poteſt fieri in bobus aratoriis, & inſtrumentis ruſticalibus, ſicut neque in libris Scholarium, & quando id verum ſit. 413

CXIII. Si venditur animal morboſum non manifeſtato eius morbo, locus eſt redhibitoriæ actioni, niſi vitium ſit patens, & quando ſic venditur aliquid cum pacto diſplicentiæ, debet redhiberi intra ſexaginta dies. 415

CXIV. Immiſſus in poſſeſſionem vigore teſtamenti minus ſolemnis ad pias cauſas an ſit manutenendus in poſſeſſione aduerſus hæredem ex teſtamento ſolemni anteriori, & multa alia tractantur in materia manutentionis. 417

CXV. Clericus pugnans in duello priuatur non ſolum beneficiis Eccleſiaſticis, ſed etiam penſionibus, & quomodo id procedat. 420

CXVI. Hoſpitale, quando cenſeatur Eccleſiaſticum, & gaudeat immunitate Eccleſiarum, & an abſens, pro quo facta eſt pax, cenſeatur ante ratificationem in pace comprehenſus adeo, vt offendens, vel offenſus dicatur proditor. 423

CXVII. Maledictio paterna quos effectus producat, & quando pater poſſit cogi ad emancipandum filium, & priuari vſufructu bonorum eius aduentitiorum. 430






# D. IOAN. BAPTISTÆ CIARLINII, CARPENSIS, V. I. D. CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVDICIORVM LIBER PRIMVS.

## CAPVT PRIMVM.

### Epitome.

Iuſpatronatus tranſit ſui natura ad hæredes extraneos, & etiam in vſufructuarium vniuerſalem, non tamen in fideicommiſſarium. Præſentatio autem clerici ad beneficium Sacerdotale eſt inualida, & ius deuoluitur ad præſentantes Sacerdotem, etiamſi ſit minor pars patronorum. Ius autem quæritur ex præſentationibus ad rem, non in re, quod præſeruatur per clauſulam: *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſitum.*

### Svmmarivm.

1 *OEconomus quando detur beneficio.*
2 *Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos.*
3 *Patronatus tranſit ad hæredes, etiamſi id non dicatur.*
4 *Iuſpatronatus non tranſit ad filium in re certa inſtitutum.*
5 *Iuſpatronatus tranſit ad bonorum poſſeſſorem.*
6 *Iuſpatronatus gentilitium non tranſit ad extraneos.*
7 *Iuriſpatronatus qualitas facilè probatur, non ſubſtantia.*
8 *Hæredes ſanguinis propriè ſunt ſucceſſores.*
9 *Dictio,* Sui, *quid importet.*
10 *Proximitas teſtatoris quando attendatur.*
11 *Succeſſores ſui ſi vocentur, qui veniant.*
12 *Linea ab vna quando fiat tranſitus ad alteram.*
13 *Sui hæredes dicuntur deſcendentes.*
14 *Verbum,* Semper, *quid importet.*
15 *Hærede nemo caret.*
16 *Verbum,* Illi, *quid importet.*
17 *Iuſpatronatus declaratur ab obſeruantia.*
18 *Iuſpatronatus gentilitium, ſeu familiare quodnam dicatur.*
19 *Iuſpatronatus præſumitur eſſe hæreditarium.*
20 *Iuſpatronatus hæreditarium quale ſit.*
21 *Iuſpatronatus tranſit à patrono ad non patronum.*
22 *Iuſpatronatus poteſt tranſire ad Eccleſiam, etiam ſine Epiſcopi conſenſu.*
23 *Fundator cenſetur reſeruare patronatum pro ſe, & omnibus hæredibus.*
24 *Iuſpatronatus familiare extincta familia tranſit ad extraneos, & quando.*
25 *Succeſſores, & hæredes idem ſunt.*
26 *Succeſſoris nomen de vniuerſali intelligitur.*
27 *Succeſſio eſt nomen magis generale, quàm hæreditas.*
28 *Bonorum poſſeſſores non dicuntur hæredes, ſed ſucceſſores.*
29 *Hæredis nomen quid differat à ſucceſſore, & bonorum poſſeſſore.*
30 *Iuſpatronatus transfertur ſucceſſione.*
31 *Hæredis nomen in quibus verificetur.*
32 *Hæredes teſtatoris, vel ſui qui dicantur.*
33 *Succeſſores ſui an dicantur extranei.*
34 *Patronatus familiæ non tranſit ad extraneos.*
35 *Teſtator non habens filios cenſetur vocare etiam extraneos.*
36 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
37 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes.*
38 *Patronatus tranſit etiam in fideicommiſſarium.*
39 *Iuſpatronatus non tranſit in hæredem inſtitutum in re certa.*
40 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem, & quando.*
41 *Iuſpatronatus aliud reale, aliud perſonale.*
42 *Hæres fideicommiſſarius an capiat iuſpatronatus.*
43 *Iuſpatronatus non æſtimatur pecuniâ.*
44 *Sepulchrorum iura non tranſeunt in fideicommiſſarium.*
45 *Patronatus libertorum non tranſit ad fideicommiſſarium.*
46 *Fideicommiſſarius hæres quænam capiat.*
47 *Iuſpatronatus cum Epiſcopi conſenſu tranſit in fideicommiſſarium.*

48 Iuſpatronatus reſtituta hæreditate an tranſeat ad fideicommiſſarium.
49 Fideicommiſſarius habet etiam iuſpatronatus, quando non deducitur Trebellianica.
50 Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium, etiamſi Quarta non detrahatur.
51 Trebellianica quid ſit.
52 Iuſpatronatus non venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.
53 Iuſpatronatus non eſt de corpore hæreditatis.
54 Trebellianica non deducitur ab eo, cui aufertur hæreditas vti indigno.
55 Indignus hæres retinet iura ſepulchrorum.
56 Iuſpatronatus, & iura ſepulchrorum æquiparantur.
57 Patronatus libertorum, & Eccleſiæ æquiparantur.
58 Libertorum patronatus non tranſit in fideicommiſſarium.
59 Hæres grauatus fideicommiſſario, quæ reſtituat.
60 Hæredis nudum nomen ad multa prodeſt.
61 Patronatus an ſit res pecuniâ æſtimabilis.
62 Fideicommiſſarius quando poſſit capere iuſpatronatus.
63 Iuſpatronatus tranſit ad hæredem in re certa inſtitutum non extante alio hærede.
64 Hæres inſtitutus in re certa quid capiat.
65 Hæres particularis quando capiat vniuerſa.
66 Declaratur vna deciſio Rotæ in materia iuriſpatronatus.
67 Iuſpatronatus non tranſit ad vſufructuarium omnium bonorum.
68 Vſufructuarius omnium bonorum habet iuſpatronatus.
69 Legatum omnium bonorum mobilium, & immobilium, quid capiat.
70 Patronatus quando tranſeat ad vſufructuarium.
71 Dictio, ſuorum, reſtringit.
72 Subſtitutio eſt declaranda iuxta inſtitutionem.
73 Iuſpatronatus annexum bonis tantum tranſit ad vſufructuarium.
74 Donatione omnium bonorum an acquiratur iuſpatronatus.
75 Patronatus realis, & perſonalis tranſit in vſufructuarium.
76 Iuſpatronatus tranſit in donatarium omnium iurium.
77 Præſentat vſufructuaria, ſi concurrat cum hærede.
78 Ius tertij quando poſſit allegari.
79 Præſentatio hæredis valet vſufructuaria non contradicente.
80 Proprietarius poteſt præſentare, ſi vſufructuaria non præſentat.
81 Iuſpatronatus extat etiam penes proprietarium.
82 Præſentatio pupilli, vel tutoris quænam ſit melior.
83 Hæres habet titulum etiam in re alteri legata.
84 Patronus debet manuteneri in quaſi poſſeſſione præſentandi.
85 Patroni hæres manutenendus eſt in eadem poſſeſſione.
86 Præſentando attenditur vltimus ſtatus.
87 Præſentatus ad beneficium Sacerdotale debet eſſe actu Sacerdos.
88 Præſentatio laicorum largo modo dicitur electio.
89 Præſentatio clerici ad beneficium Sacerdotale eſt inualida.
90 Fundationi, ſeu qualitati eius an poſſit Epiſcopus derogare cum conſenſu patroni.
91 Præſentatio facta contra diſpoſitionem fundatoris eſt inualida.
92 Præſentans inhabilem quando priuetur iure præſentandi.
93 Patronus quare priuetur iure præſentandi, ſi præſentet inhabilem.
94 Præſentans præſumitur ſcire qualitates præſentati.
95 Præſentans debet inquirere de habilitate præſentati.
96 Scientia præſumitur in hærede extraneo, & quando etiam in ſuo.
97 Præſentatus à minori parte quando præferatur.
98 Iuſpatronatus eſt in ſolidum apud omnes hæredes.
99 Iuſpatronatus admittit ius non decreſcendi, non ius accreſcendi.
100 Patronus laicus præſentando poteſt variare.
101 Patronis quando liceat variare.
102 Variatio patronis quando non ſit permiſſa.
103 Præſentatus ad beneficium debet eſſe clericus, ſaltem primæ tonſuræ.
104 Prælatio cui detur ex pluribus præſentatis.
105 Prior tempore potior in iure.
106 Clauſula, Dummodo, præſeruat ius.
107 Præſentatione ius quæritur ad rem.
108 Præſentatio poteſt acceptari per notarium.
109 Mandatum Pontificis de conferendo tribuit ius ad rem.
110 Mandatum de conferendo dicitur gratia facta.
111 Præſentati capacitas attenditur de tempore præſentationis.
112 Præſentatio incapacis eſt inualida.
113 Præſentans incapacem priuatur iure præſentandi.
114 Ius quæritur per præſentationem.
115 Acceptatio in fauorabilibus præſumitur.
116 Acceptare dicitur, qui vti velle actu declarat.
117 Ius præſeruatur per clauſulam, Dummodo.
118 Iuſpatronatus non capit fœmina ſtantibus maſculis.

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1467. die 13. Aprilis D. Ioan. Grilinzonus Carpenſ. poſt conditum teſtamentum voluit etiam codicillarem, & pro anima ſua reliquit Capellæ conſtitutæ in Eccleſia S. Mariæ, ſub titulo Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ vnam petiam terræ, ſitam in villa Azibeni, in loco dicto, *Al Pinzone*; quantitatis bubulcarum quatuor, cum hac conditione, quod ſucceſſores ſui ſemper ſint illi, qui eligant Sacerdotem, qui habeat celebrare officia in dicta Capella; aliàs dictum legatum ſit nullum: vt ex rogitu D. Aſtulphi de Panico, notario Carpenſi.

Vigore huius diſpoſitionis ſucceſſores dicti Ioannis ſemper fuerunt habiti pro veris dictæ Capellæ patronis, & vltimis temporibus DD. Iacobus, & Gibertus fratres de Grilinzonis tanquam fundatoris ſucceſſores præſentauerunt Reu. D. Chriſtophorum Priorium, quo vita functo, & ſublato etiam dicto Iacobo, ſolus dictus Gibertus de anno 1611. die 27. Aprilis præſentauit Reu. D. Franciſcum Mariam Guaitulum, qui omnes præſentati obtinuerunt inſtitutionem Ordinarij, & tenutam Capellæ.

Nouiſſimè autem mortuo dicto Giberto viſum fuit eius teſtamentum, in quo hæredes fecit Hoſpitalia S. Mariæ, & S. Rochi, & ſeniorem eius domus pro tempore, & D. Iuniperam Bellentanam eius vxorem vſufructuariam medietatis omnium ſuorum bonorum mobilium, & immobilium, & pro alia medietate duas ipſius ſorores hac conditione, vt ſi illæ decederent, vſusfructus totus ſpectaret ad dictam eius vxorem; & ita factum eſt, quoniam mortuis ſororibus D. Iunipera integrum habuit vſumfructum.

Deceſſerat autem priùs dictus D. Iacobus relicto ſibi hærede vniuerſali dicto Giberto cum multis oneribus, & ei morienti abſque filiis ſubſtituit D. Catherinam eius filiam, & D. Bernardini Realini vxorem, prohibuitque deductionem Trebellianicæ, & quamcumque deductionem.

Mortuo dicto D. Giberto ſine filiis, prædicti eius tres hæredes acceptauerunt hæreditatem cum beneficio inuentarij, & ſacer Mons Pietatis apprehendit poſſeſſionem portionis dicti D. Iacobi vigore eiuſdem teſtamenti; in quo inter cætera diſpoſuerat, vt niſi dictus D. Gibertus



bertus depoſuiſſet in vita ſuper dicto Monte libras 8000. ſecuta illius morte liceret Monti ingredi poſſeſſionem dicti prædij, & eam retinere, donec dictas libras percepiſſet: quod factum eſt.

Variæ ſunt ortæ lites inter dicti D. Giberti hæredes ex vna, & dictam D. Catherinam parte ex altera, tum vigore antiqui fideicommiſſi, tum quia ipſa Catherina petebat hæreditatem dicti D. Iacobi vigore fideicommiſſi, de quo in eius teſtamento.

Die autem 3. Ianuarij 1628. dictus D. Guaitulus vltimus dictæ Capellæ Rector diem clauſit extremum, & cùm oporteat prouidere de nouo Rectore, multi adſunt patronatus prætenſores; nam in primis dicta D. Catherina quaſi ſit de ſanguine fundatoris, & ſuccedat dicto D. Iacobo eius patri, præſentauit ad dictum beneficium Reu. D. Hieronymum Balugolam, Clericum primæ tonſuræ, inſtans eum inſtitui.

Verùm Hoſpitalia S. Mariæ, & S. Rochi præſentauerunt me Ioan. Baptiſtam Ciarlinium Sacerdotem; licet poſteà mutato regimine agentes Hoſpitalis S. Mariæ præſentauerint dictum Balugolam: & cùm nunc D. Marcus Grilinzonus iudicetur ſenior domus dicti Giberti, præſentauit dictum Balugolam èo tempore primâ tonſurâ non inſignitum; ſed poſtea præſentauit dictum Ciarlinium: vnde coram Ordinario Carpi cœpit lis agitari inter præſentatos, quis eſſet inſtituendus.

Hoc tamen interim vterque eorum porrexit preces Pontifici; ſed Ciarlinius priùs impetrauit beneficium ſub data 5. Kal. Aprilis 1628. in forma, *Vitæ, ac morum honeſtas*: cum derogatione iuriſpatronatus pro medietate: Balugula verò narrans ſe præſentatum à maiori parte patronorum, impetrauit idem beneficium ſub data 3. kal. Aprilis 1628. cum diſpenſatione Sacerdotij, & clauſula: *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum.*

Et licèt prius fuerit ſignata gratia Ciarlinij, tamen Balugola prius expediuit ſuas bullas, quas præſentauit D. Vicario Mutinæ, ſed procurator Ciarlinij ſe oppoſuit executioni, dicens de obreptione, & quod priùs ſibi ius erat quæſitum: dum verò diſputatur, Ciarlinius quoque expeditas bullas præſentauit D. Epiſcopo Regij, coram quo verificauit iuſpatronatus, citatis generaliter ſua intereſſe putantibus; & ab eo obtinuit inſtitutionem, & tenutam beneficij; & hæc omnia poſtea exhibuit dicto D. Vicario ad repellendum Balugolam, petens reuocari litteras ſcriptas pro faciendo œconomo, ſtante quod amplius non vacabat: facta autem reuocatione Balugola ad Pontificem appellauit, & propoſito negotio in Signatura, cauſa fuit commiſſa Reu. Androſillæ, Prælato meritiſſimo. Quæritur quid iuris.

Mihi ſanè videtur præferendum eſſe Ciarlinium, & Balugolam iniuſtè à decreto dicti D. Vicarij appellaſſe, quoniam non ſolùm iuſtum fuit, ſed etiam caret grauamine: etenim ſolummodo quando vacat beneficium, ſe-
1 queſtrantur fructus cum appoſitione œconomi. Gonzal. *de menſ. & altern. reg. 8. Cancell. in proœm. §. 7. num. 24.* quod hîc non verificatur, vbi plena eſt poſſeſſio, & Ciarlinius eſt inſtitutus, & habuit tenutam beneficij, de qua extat rogitus notarij in actis exhibitus. An autem bene id factum ſit, videndum eſt.

Namque non eſt verum, quòd dictus Balugola fuerit præſentatus à maiori parte patronorum; quoniam dicta Catharina nullum ius habet in hoc patronatu, qui tranſiit ad hæredes prædictos Giberti, licèt non ſint de agnatione, excepto ſeniore: certum eſt enim iuſpatronatus ſui naturâ eſſe tranſitorium ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, adeò vt ad eos deuoluat, excluſis etiam hæredibus ſanguinis. Ita ſentiunt communiter DD. *in Clem. plures*, vbi gloſſ. *in verbo, hæredes, de iurep.*
2 Abb. *in c. cùm ſæculum, ext. eod.* Iaſ. *in l. precib. num. 17.* & ibi Dec. *num. 21. 22.* Curt. Iun. *num. 73. C. de impub. & aliis ſubſt.* Rip. *in l. Centurio, num. 54. ff. de vulg.* Anch. *conſ. 81. num. 2. 3.* Alex. *conſ. 73. num. 2. lib. 7.* Paul. Cittad. *de iurepat. part. 9. num. 2.* Roch. *eod. tract. in verb. Ipſe, vel is à quo, quæſt. 8. num. 17.* vbi de communi teſtatur. Lambert. *eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt 2. princ. art. 15. num. 1. & art. 40. ſub num. 4. §. ex omnibus, verſ. amplia quintò.* Tuſch. *lit. I. concl. 610. num 8. & concl. 611. num. 9.* Gabr. *de verb. ſign. concl. 2. num. 4.* Grilinz. *conſ. 75. num. 5.* Pereg. *de ſideic. art. 6. num. 37.* Grat. *diſc. lib. 4. cap. 645. num. 10.* Seraph. *deciſ. 364. num. 3. 7. & dec. 378. num. 1.* Rot. *diuerſ. dec. 385. num. 1. 2. & per totam, part. 1.* Cocc. *dec. 450. num. 2.* Mareſc. *var. reſ. lib. 2. cap. 55. num. 8.* latè Barb. *de offic. Epiſc. part. 3. cap. 71. num. 3.* Filliuc. *in append. tract. 45. cap. 6. num. 14.* Io. Aloyſ. Ricc. *de iurepat. reſ. 166 per totam.* Monet. *de commut.*
*vlt. vol. cap. 11. n. 134.* qui dicunt id procedere, etiamſi 3
in reſeruatione iuriſpatronatus non ſit facta vlla mentio hæredum; quia adhuc tranſit ad hæredes, etiam extraneos, adeò vt ſi filius non ſit vniuerſalis, ſed tantùm in
re certa inſtitutus, non acquirat ex ſucceſſione ius 4
præſentandi. Gabr. *d. concl. 2. num. 5.* Lambert. *de iurepat. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 16. n. 6. & ſeqq.*

Quæ adeò vera ſunt, vt iuſpatronatus ſui natura non ſolum tranſeat ad extraneum hæredem iure ciuili ſuccedentem, ſed etiam ad bonorum poſſeſſorem, ſeu ad eum, qui iure prætorio ſuccedit; quia iſte, licèt verè hæres
non dicatur, tamen directam habet ſucceſſionem, & in 5
effectu non differt ab hærede, quia vniuerſa capit: ſic Paul. Cittad. *d. tract. de iurepatr. part. 9. num. 7.* Roch. *d. loco, verbo, Ipſe, vel is, num. 23.* Lambert. *eod. tract. lib. 1. part. 2. art. 40. §. ex omnibus dictis, verſ. amplia tertiò.* Barboſ. *d. c. 71. n. 5.*

Nihilominus ex aduerſo replicatur iſta procedere in 6
patronatu hæreditario, non autem gentilitio, quale iſtud eſſe prætenditur, & in eius probatione Rota ſolet ſe facilem exhibere: tum quia non agitur de probanda ſub-
ſtantia, ſed qualitate. Farin. *deciſ. 675. ſub num. 3. part. 1.* 7
& alios cenſuit Rota *in vna Maceraten. iuriſpat. 6. Nouemb. 1628. coram Vbaldo.* Tum quia id fauorabile eſt Eccleſiæ: Modern. *in prax. iuriſpatr. lib. 4. cap 9. num. 32. 33. 47.*

Verba autem fundatoris, quæ ſolent attendi in hac materia, ſuadent patronatum eſſe gentilitium: dixit enim quòd ſucceſſores ſui ſemper ſint illi, qui eligant, nam licèt verbum, *ſucceſſores*, ſoleat intelligi ſecundùm ſubiectam materiam iuriſpatronatus, quod ſuâ naturâ eſt hæreditarium, poteſt tamen intelligi de ſucceſſoribus ſan-
guinis, qui propriè ſunt ſucceſſores, ad *l. ex facto, § fin. ad* 8
*Treb.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. n. 14.* Rota *in Fauentina Canonicatus, 20. Febr. 1627. coram Manzanedo.*

Et hoc bene declarat verbum, *Sui*, id eſt, ipſius funda- 9
toris; nam ſicut quando agitur, quæ proximitas ſit attendenda, vltimi ſcilicet poſſeſſoris, an fundatoris, ſi adeſt verbum, *Sui*, attenditur ſola proximitas fundantis,
omiſſis conſanguineis vltimi grauati. Card. *conſ. 48.* Lam- 10
bert. *de iurepart. 2. p. lib. 1. art. 33. q. 2. ad fin.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 3. c. 10. n. 36. 37.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n. 31. ad fin.* Peregr. *de fideicomm. art. 20. n. 9. verſ. ſecundus caſus.* Fuſar. *de ſubſt. q. 484. n. 51.* Farin. *deciſ. 693. n. 3. ad fin. p. 2.* Rota *diuerſ. deciſ. 510. n. 5. p. 1.* & fuit reſolutum *in vna Iannenſi iuriſpat. 25. Iunij 1607. coram Lancelloto*: ſic in præſenti, cùm curentur ſolùm ſui ſucceſſores,
de illis de ſanguine intelligendum eſt, & non de hæredi- 11
tariis, qui non ſunt ſui reſpectu fundatoris; & ſic de deſcendentibus. Farin. *dec. 344. ſub n. 3. verſ. quod verbum, p. 2.*

Et hoc procedit etiamſi linea ſucceſſorum diſcontinuetur, quia nihilominus à linea ſemel occupata contra regulas iuris ſit tranſitus ad aliam lineam, propter dictum
verbum, *Sui*. Ita Card. *d. conſ. 48.* Mol. *de primog. Hiſp. lib. 3.* 12
*c. 10. n. 36. 37.* & fuit reſolutũ *in vna Cordub. iuriſp. 10. Maij 1724.* & *in d. Fauentina Canonicatus, 27. Maij 1616. coram*
*Patriarcha Hieroſolym.* Etenim deſcendentes ſanguinis 13
ſolùm dicuntur ſui, quales in propoſito noſtro non ſunt



 hæredes

hæredes Giberti. Oldr. *conſ.*21. *num.*2. *ad fin.* Menoch.
*conſ.*124.*n.*29. Fuſar. *de ſubſt.q.*353.*n.*2.
Deinde hoc idem fundatur ex verbo, *ſemper*, quod eſt
in perpetuum. DD. *in l. ſemper, ff. de iur. immun.* Menoch.
14 *conſ.*106.*n.*63. & ſic verbum, *ſucceſſores*, intelligitur de
deſcendentibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, aliàs eſſet ſu-
perflua dicto, *ſemper*: cùm nemo decedat ſine hærede. In
15 puncto Rota *in Fauentina Canonicatus* 27. *Maij* 1626. *co-
ram Manzanedo Patriarcha antedicto*, & *in dicta Mace-
raten. iuriſp.*6. *Nouemb.*1628. *coram Vbaldo.*
Vlteriùs facit ad rem verbum, *illi*, quod eſt demonſtra-
tiuum, & reſtrictiuum ad ſuos tantùm deſcendentes, *ad l.*
16 *nemo, in princ.* vbi Bart. *ff. de hær. inſtit.* quibus adiungas
conſideranda eſſe verba, *aliàs legatum non valeat*, quæ
enixam voluntatem teſtatoris magis declarant iuſpatro-
natus non tranſiturum ad extraneos, & ſic non eſſe hæ-
reditarium, ſed manere penes deſcendentes. Farin. *d. dec.*
344. *num.*3. *p.*2. & ſic cum D. Catherina Realina ſola ſit
ex deſcendentibus fundatoris, ad ipſam ſolam debet ſpe-
ctare iuſpatronatus.
Et denique tolli videtur omnis difficultas ex obſer-
17 uantia, quæ bene hoc declarat. Gabr. *conſ.*196.*n.*6.*lib.*2.
Gratian. *diſc.*521.*n.*19. Farin. *deciſ.*482.*n.*7. *& ſequ. p.*1.
Rota *in d. Maceratenſ. Iuriſp.* 6. *Nouemb.* 1628. *coram
Vbaldo*; & licèt dicta D. Catherina ſit fæmina, tamen
agnationem non amittit. Bart. *in l. quoties*, *num.*2. *C. de
priuileg. Schol. lib.*12.
Nihilominus dicendum eſt dictum patronatum non
eſſe gentilitium, ſed hæreditarium: nam illud dicitur iuſ-
patronatus familiare, ſeu gentilitium, in quo vocantur
ſolum illi, qui ſunt de genere teſtatoris, & ad illud ad-
mittuntur ſolum qui probauerint ſe eſſe de ſanguine
18 fundatoris, & admittuntur ſecundùm gradus prærroga-
tiuam, ad text. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* Ita Card. *conſ.*48.
Roch. de Curt. *de iurepatr. verb. Ipſe*, *quæſt.*33.*num.*77.
Gabriel. *conſ.*196.*num.*2. *lib.*2. Ferret. *conſ.* 134. *num.* 5.
Cioff. *conſ.*18. *lib.*1. Ioan. Aloyſ. Ricc. *tract. de iurepatr.
reſol.*232. *num.*1. Viuian. *de iurepat. part.*1. *lib.*1. *cap.*3.
19 *num.*28.29. vbi ponit differentiam patronatus hæredita-
rij, & familiaris, ſeu gentilitij; & ſi res eſſet ambigua,
an patronatus eſſet hæreditarium, vel gentilitium, in
dubio præſumitur hæreditarium, vt per Riccium *deciſ.*60.
*& deciſ.*72. *part.*2. *& d. tract. de iurepatr reſol.*202. *n.*6.
*& reſol.*233. *num.*3. Verùm hîc res certa apparet, quòd
huiuſmodi iuſpatronatus non ſit gentilitium, quia nun-
quam in eius fundatione facta eſt mentio de ſucceſſori-
bus ſanguinis, neque de familia, ideo potuit tranſire ad
hæredes etiam extraneos, quales ſunt dicta Hoſpitalia,
20 & ſenior vocatus à Giberto: ſic Rota *diuerſ. d. deciſ.*385.
*num.*14. *part.*1. Ricc. *d. reſol.* 166. *Barboſ. d. alleg.* 71.
*num.*3. poteſt enim iuſpatronatus tranſire à patrono ad
21 non patronum. Lambert. *de iurepatr. lib.*1. *part.*2. *quæſt.*1.
*princ. art.*30. §. *ex prædictis*, *verſ. prima erit*, & Ferret.
*conſ.*131.*n.*12.*p.*1.
Nec quemquam puto dubitare, quin dictum iuſpa-
tronatus poſſit tranſire ad Eccleſiam, vel loca pia, & re-
ligioſa, quia hoc certiſſimum eſt adeò, vt huiuſmodi
22 tranſitus fieri poſſit etiam ſine conſenſu Epiſcopi, tam
inter viuos, quam cauſa mortis: ad text. *in cap. vnic. de
iurepatr. in* 6. & *in cap. illud*, vbi Abb. *num.* 5. *eod.* idem
Abb. *in cap. de Monac. num.*3. *de prebend.* Lambert. *de
iurepatr. lib.*1. *p.*2. *quæſt.* 1. *prin. artic.* 10. *n.* 2. Gratian.
*diſc.*177. *num.*3. Viu. *comm. opin. tom.*1. *lib.*1. *tit.*4. *num.*9.
Azor. *mor. inſt. p.*2. *lib.*6. *c.*20. *q.*5. Barboſ. *de off. Epiſc. p.*3.
*alleg.*71. *n.*12. *in fin. & num.*26. Layman. *moral. lib.* 4.
*tract.*2. *c.*13. *n.*20. *verſ. donatione.*
De prædictis autem mirandum non eſt, quia fundator
cenſetur iuſpatronatus reſeruare eius hæredibus quam-
tumvis extraneis, niſi ſpecialiter, & taxatiuè dixerit pro
23 hæredibus ſanguinis tantum, vel pro filiis, vel domo, ſeu
parentela ſolummodo, & tunc erit gentilitium, & fami-
liare, alias pro omnibus intelligitur reſeruatum iuſpa-
tronatus, vt ſit hæreditarium; ita Roch. *d. tract. verb.
Ipſe, n.*18. Lambert. *eod. tract. lib.*1. *p.*2. *q.*2. *princ. art.*40.
*d.* §. *ex omnibus*, *verſ. reſtringe, & verſ. limita modò.* Fer-
ret. *d. conſ.*131. *n.*12. *p.*1. Grilinz. *d. conſ.*75. *n.*13. Tuſch.
*littera I. concluſ.*610. *n.*9. Rot. *diuerſ. d. deciſ.*385. *n.*12. *p.*1.
Seraph. *d. deciſ.*364. *n.*3. *in fin.* Grat. *diſc.*645. *n.*10. Monet.
*de comm. vlt. vol. c.*11. *n.*134. *verſ. licèt inquam.* Ricc. *de
iurepatr. reſol.*178. *per totam.* Viuian. *de iurepatr. p.*3. *lib.*14.
*cap.*2. *n.*20.27.
Immò etiamſi taxatiuè teſtator reſeruaſſet iuſpatro-
natus hæredibus ſanguinis, vel illis de familia, adhuc de-
ficientibus deſcendentibus, vel extincta familia iuſpa- 24
tronatus tranſiret ad hæredes extraneos. Anchar. *d. conſ.*
81. *n.*3. Ferret. *d. conſ.*131. *n.*12. Seraph. *d. deciſ.*364. *n.*12.
Prax. Archiepiſc. Neapol. *cap.*101. *n.*1. *in magnis*, niſi ta-
men expreſſe in fundatione poſt deſcendentes vocatus
fuiſſet locus pius, vel alius ſucceſſor. Tuſch. *pract. concl.
littera I. concl.*610. *n.*10. non enim eſt reſtringenda fun-
datoris intentio, ſed amplianda, vt alij poſſint animari
ad fundandas nouas Eccleſias.
Neque nocent ex aduerſo deducta; ſiquidem nihil
obſtant verba fundationis, quæ dicunt vocari ad patrona-
tum, *Succeſſores ſui*; ideſt fundatoris, quoniam per id non
variatur ius in caſu noſtro, nec tale verbum reſtringi-
tur, quin tranſeat ad extraneos hæredes: etenim verbum,
*Succeſſores*, idem importat, quod verbum, *Hæredes.* Tex- 25
tus eſt *in l. hæredis appellatione*, vbi Rebuff. *verſ. amplia,
ff. de verb. ſign.* Alex. *conſ.*44. *n.*1. *verſ. & idem, lib.*1. Tuſch.
*littera S. concl.*878. *num.*2. Menoch. *conſil.*1053. *num.*6. &
*conſ.*1071. *num.*1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*339. *num.*14. Pe-
regr. *de fideicomm. art.*32. *num.*84. vbi etiam ait ſucceſſo-
ris nomen de vniuerſali eſſe intelligendum, quod etiam
voluit Rol. *conſ.*53. *num.*12. *verſ. & dum dicitur, lib.*3. Fu- 26
ſar. *de ſubſtit. quæſt.*341. *num.*4. non enim hæreditas eſt
aliud, quàm ſucceſſio, immo ſucceſſio eſt quid latius, &
& generalius, quia in definitione hæreditatis ponitur lo- 27
co generis, *leg. hæreditas*, vbi Dec. & Cagn. *ff. de reg. iur. l.
nihil eſt, de verb. ſignif.*
Et ideo ſi qua eſt inter hæredem, & ſucceſſorem diffe-
rentia, illa eſt, quia ſucceſſoris vocabulum generalius eſt,
& quando dicitur, *Pro hæredibus, & ſucceſſoribus*; iſtud
vltimum ſtat ampliatiuè; nam bonorum poſſeſſores, qui
de iure Prætorio ſuccedunt, non dicuntur hæredes, §. 28
*quos autem, Inſt. de bon. poſſeſſ.* dicuntur tamen ſucceſſo-
res, § *cum igitur, Inſt. eod.* & propterea verbum, *hæredes*,
ſolet referri ad eos, qui ſuccedunt tantùm de iure ciuili;
*poſſeſſores*, verò ad illos, qui veniunt de iure Prætorio:
ſic de communi Alex. *conſ.*28. *num.*20 *verſ. vbi etiam, lib.*5. 29
Tuſch. *littera S. concl.*878. *num.*16. Rol. *d. conſ.*53. *num.*12.
*lib.*3. Fuſar. *d. quæſt.*341. *num.*5. Peregr. *de fideicomm. d. art.*
32. *num.*84. *verſ. & latiſſimè*, Monet. *de commut. vlt. vol.
cap.*8. *num.*236. *in fin.* adeò, vt non ſit dubitandum, quin
ſucceſſio non ſit ius vniuerſale. Seraph. *deciſ.*352. *num.*6. 30
& ſucceſſione transfertur iuſpatronatus: Paul. Cittad. *d.
tract. part.*9. *num.*1. Roch. *eod. tract. d. verb. Ipſe, num.*1. Mo-
net. *d. cap.*11. *n.*206.
Verum igitur eſt, & indubitabile, tam in contractibus,
quàm in vltimis voluntatibus, nomen hæredis in materia
ad extraneos tranſitoria, vt hic, verificari in quocumque
hærede, tam extraneo, quàm ſanguinis: latè Gabr. *concl.* 31
*lib.*6. *de verb ſignif. concl.*2. *n.*1. Peregr. *de fideicomm. d. art.*
32. *n.*63. Fuſar. *de ſubſt. d. q.*339. *n.*1. *& ſeq. & n* 8. *verſ. ego
ita*: vbi ait in iudicando, & conſulendo non eſſe rece-
dendum ab hac opinione, quod de verbo *Succeſſoris*, mul-
tò magis erit ſentiendum, quia eſt generalius.
Nec vis eſt facienda in illa dictione *Sui*: dum enim
fundator dixit, quod ſucceſſores ſui eligant Sacerdotem,
non per hoc ſuam diſpoſitionem reſtrinxit ad illos de
ſanguine, ſed adhuc admittendus eſt tranſitus ad extra- 32
neos, qui poſſunt etiam dici ſucceſſores fundatoris: pul-
chrè Alex. *conſ.*189. *n.*15. *verſ. etiamſi dictum ſit, lib.*2. *de
communi* Gabr. *d. concl.*2. *n.*2. Abb. *in c in præſentia. col.*9.
vbi



vbi Dec. *num.*18. *de probat.* Imol. *in l. quod dicitur, col. pen.*
& ibi Alex. *de commun. ff. de verb. oblig.* Hier. Gabr. *conſ.*
132. *num.*29. *lib.* 1. Fuſar. *de ſubſt. d. quæſt.*339. *num.*20.25.
vbi multos allegat, ſuus enim hæres, ſeu ſucceſſor hic di-
citur demonſtratiuè reſpectu ſucceſſionis defuncti, non
ad differentiam extranei, & propterea talis ſermo, ſcilicet
33 ſucceſſores ſui, etiam extraneum hæredem comprehendit,
vt probatur *in l. ſi poſt diem*, vbi gloſſ. *in verb. ad hæredem,
ff. quando dies leg. ced.* Menoch. *lib.*4. *præſ.*89. *num.*67. *verſ.
quanto.* Simon de Præt. *de interpr. vlt. vol. lib.* 3. *interpr.* 1.
*dub.*3. *col.*5. *num.*15. Fuſar. *d. quæſt.* 339. *num.* 25. Nam di-
cendo, *Sui*; intelligitur, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inte-
ſtato, cùm ſui ſint hæredes, & ſic poteſt extendi ad
omnes ſuccedentes, vt pulchrè in terminis declarat Lam-
bertin. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *princ. num.*4. in
qua etiam quæſtione latiſſimè probat iuſpatronatus eſſe
tranſitorium ad extraneos ſui natura, & quod totus mun-
dus ita ſeruat.
Non obſtant vllo pacto deciſiones ex aduerſo allegatæ,
quia loquuntur in terminis de iurepatronatus familiari,
34 quod fundator reliquit agnatis, & proximioribus, quo caſu
certum eſt non tranſire ad extraneos, vt videre eſt *in dicta
Fauentina Canonicat.* 27. *Maij.* 1616. *coram Manzenedo*, vbi
dicitur clarè, quòd in illo caſu fundator expreſsè decla-
rauit ſe conſtituere patronatum perpetuum ſuæ agnatio-
nis, mandauitque præſentationes fieri per duos ex ſeniori-
bus, & in earum defectum per Communitatem Briſichellæ:
& ſimiliter loquitur altera deciſio *in Cordubenſ. Iuriſp.* 10.
*Maij* 1624. *coram Dunozetto*, vbi dicitur, quòd fundator
primò vocauit ſuum nepotem durante eius vita, & poſtea
voluit, quòd in dicto iurepatronatus ſuccederet ſuus con-
ſanguineus proximior maſculus: ex quibus verbis nil eſt
mirandum, ſi fuit deciſum patronatum eſſe gentilitium,
quia omnia illa verba ſignificant ius familiæ, & gentis,
non autem hæredum: & eodem modo loquuntur illa in
contrarium adducta.
Non obſtant illa verba, *ſemper*, & *illi*; quia referuntur
omni tempore ad illud verbum, *Succeſſores*; quod præce-
debat, & ſecundum illius naturam intelliguntur; non enim
eſt mirum, quòd fundator conſiderauerit perpetuitatem,
quia hoc eſt naturale in patronatu hæreditario, & de-
monſtratio conſiderata per dictionem *illi*, non demon-
ſtrat, niſi præcedentia; ex quibus vocabantur ſucceſſores,
quorum nomen quàm latè pateat, iam ſatis viſum eſt;
& ideò quæ ex aduerſo adducuntur, procedunt tantum in
materia ad hæredes extraneos non tranſmiſſibili. Peregr.
*de fideic. art.*32. *num.*51.
Hæc autem multo veriora eſſe dicuntur in caſu noſtro,
vbi apparet fundatorem non habuiſſe liberos, & ſic dicta
D. Catherina ab eo non deſcendit, licet fortè ſit de eadem
familia contentiuè, & propterea concludendum eſt teſta-
torem neceſſariò de extraneis etiam hæredibus intellexiſſe.
35 Fuſar. *d. quæſt.* 339. *num.* 42. quoniam ſtricta ſuitas tan-
tum ad liberos in poteſtate exiſtentes refertur, *ad tex.
in* §. *ſui, Inſt. de hær. qualit. & diff.* vnde nullus tranſuer-
ſalis etiam frater venit appellatione ſucceſſorum ſanguinis.
Menoch. *d. præſ.*89. *n.*59. *lib.*4. Peregr. *de fideicom. d. art.*32.
*num.*84. *in fin.*
Et licèt dicta D. Catherina fuerit filia dicti D. Iacobi,
non tamen ob eius obitum acquiſiuit illius vocem in dicto
patronatu, quia non fuit illius hæres, & propterea to-
tum iuſpatronatus fuit conſolidatum in perſonam prædicti
D. Giberti illius fratris, & hæredis, & ſic iuremerito ſo-
lus Gibertus præſentauit dictum Guaitulum vltimum
Rectorem dicti beneficij, & nuperrimè defunctum. Roch.
*d. tract. de iurepat. verbo, Ipſe, vel is*, *num.* 12. quia vni-
uerſum ius, quod habebat dictus Iacobus, in dictum Gi-
bertum tranſlatum eſt, quia eius hæres extitit, tranſit
enim iuſpatronatus cum vniuerſitate bonorum. Roch.
36 *d. tract. verb. Ipſe*, *num.* 17. Grilinz. *d. conſ.* 94. *num.* 2.
*& conſ.* 129. *num.* 1. Ricc. *in prax. reſol.* 162. *num.* 1. 2.
Mareſcot. *var. reſol. cap.* 55. *num.* 7. *lib.* 2. Monet. *d.*
*cap.* 11. *num.* 219. Filliuc. *in d. append. tract.* 41. *cap.* 2.
*num.*54.
Nec morte dicti Giberti prædicta D. Catherina poteſt
dicere ſe aliquod ius acquiſiuiſſe, quia non fuit eius hæ-
res, vt vidimus, ipſe enim vocauit ad ſuam hæreditatem
dicta Hoſpitalia, & ſeniorem domus ſuæ, ideo non ad
ipſam, ſed ad prædictos hæredes nominatos tranſlatum
fuit vniuerſum Iuſpatronatus. Peregr. *de fideicomm. art.*6. 37
*num.*37. Seraph. *d. deciſ.* 364. *num.*3.7. Monet. *d. cap.* 11.
*num.*134.
Neque obſtat dictum D. Iacobum grauaſſe prædictum
D. Gibertum eius fratrem, & hæredem ad reſtituendum
hæreditatem ſuam dictæ D. Catherinæ, ſi abſque filiis
ipſe decederet, provt euenit: vnde ipſa prætendit ex
hoc fuiſſe conſecutam vocem dicti Iacobi eius patris,
& ſic haberet medietatem votorum in dicto patronatu;
cùm enim in fideicommiſſarium tranſeant omnia iura,
& actiones actiuè, & paſſiuè, verius eſſe videtur,
quòd ad prædictam D. Catherinam fideicommiſſo vo-
catam ab eius patre tranſeat etiam dictum iuſpatronatus:
ſic latè Molin. *de primog. Hiſpan. lib.*1. *cap.*28. *num.* 10. 38
*cum pluribus ſeq.* & ad rem Lotterius *de re benef. lib.* 2.
*quæſt.*11. *num.*37. Decian. *conſ.*107. *ſub. num.* 11. *lib.* 3.
Nam reſpondetur, quòd ſi iſtud fideicommiſſum eſt
particulare, & non vniuerſale, vt fortè dici poſſet, ni-
hil prodeſt dictæ D. Catherinæ ad effectum, de quo quæ-
rimus, quia iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſa-
rium particularem, neque etiam in hæredem in re cer-
ta inſtitutum. Roch. *d. loco.* Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. 39
*part.*2. *quæſt.*2. *princ. art.*1. *num.*29. *& art.*40. §. *ex omni-
bus*, *verſ. limita ſeptimò.* Monet. *d. cap.* 11. *num.*134.
Si vero dictum fideicommiſſum fuit vniuerſale adeo,
vt mortuo dicto Giberto poſſit dicta D. Catherina aſpi-
rare ad omnia bona dicti Iacobi, adhuc nihil nocent alle-
gata in contrarium, quæ ſolum poſſunt procedere in
patronatu reali, & annexo bonis, velut ſi in hæredi-
tate eſſet caſtrum, peculium, vel aliud ſimile, cui an-
necteretur iuſpatronatus, tunc vtique tranſiret etiam
ad fideicommiſſarium: verùm quando iuriſpatronatus
eſt perſonale, vt hic, & etiam vtplurimum, tunc verius
eſt, & receptius illud non tranſire in fideicommiſſarium
etiam vniuerſalem, quia non eſt hæres, & non capit niſi
ea, quæ æſtimationem recipiunt, ſic voluerunt in primis
Bart. *in l. quia perinde*, §. *reſtituta*, vbi Alex. *num.* 3. 4. 40
*ff. ad Treb.* Bald. *in l. fin. num.*59. *in fin. C. de edict. D Adr.
toll.* Alex. *in d. l. ſi patroni*, *num.* 16. vbi de communi, *ad
S.C. Trebell.* idem Alex. *conſ.*73. *num.*1. *lib.* 6. Iaſ. *in l. pre-
cibus*, *num.* 17. vbi Dec. *num.* 21. 22. Curt. Iun. *num.* 73.
*C. de impub. & aliis ſubſt.* Rip. *in l. Centurio*, *num.*54. *ff. de
vulg.* Roch. *de iurepatr. in verb. Ipſe, quæſt.*9. latè Lambert.
*eod. tract. lib.*1. *part.*2. *quæſt.*2. *princ. art.*35. *num.*1. *verſ. ta-
men prædictis, & d. art.*40. §. *ex omnibus*, *verſ. limita vndeci-
mò, & quæſt.* 10. *princ. art.*3. *num.*4. 31. Paul. Cittadin. *d.
tract. part.*9. *n.*33. Couarr. *var. reſol. lib.*2. *cap.*18. *n.*8. Ant.
Gomez. *reſol. part.*1. *cap.*5. *num.*29. Ferret. *conſ.*134. *num.*8.
*lib.* 1. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum, quæſt.*52. Garc. *de
beneſic. part.*5. *cap.*9. *num.*17. 18. 19. 20. vbi de communi
latiſſimè. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 634. *num.*2.3. vbi de communi
teſtatur, & ab hac ſententia non eſſe diſcedendum in
iudicando, & conſulendo proteſtatur. Peregr. *de fideicom.
art.* 6. *num.*37. Molin. *de iuſt. & iur. tract.*2. *q.* 188. *in fin.*
Borell. *in ſumm. omnium deciſ. tit.* 32. *num.*63. latè Ric. *de
iurepatr. reſol.* 179. *num.* 1. Barboſ. *de off. Epiſc. p.*3. *alleg.*
71. *num.*9. Filliuc. *in d. append. moral. tract.* 41. *cap.*2. *ſub
num.*54. vbi pulchrè diſtinguit de patronatu reali, & per- 41
ſonali modo ſupradicto: idem tenet poſt multos Odd. *de
compend ſubſt. part.*5. *præmiſſ.* 6. *num.* 9. & ſic cenſuit Rota
*in vna Aretina Cappellaniæ*, 1. *Iunij* 1584. *coram Bubalo*, &
ſæpe aliàs, adeo vt hæc ſententia ſit magis communis, &
magis recepta: Decian. *conſ.*107. *num.*11. *lib.*3. Viuian. *de
iupepatr. part.*1. *lib.*4. *cap.*5. *ſub num.*28.
Et licèt multi etiam allegentur pro parte aduerſa, qui pu-

tauerunt iuſpatronatus etiam perſonale tranſire in fidei-
commiſſarium vniuerſalem, eo quòd ille habeatur pro hæ-
42 rede, & in eum tranſeant omnia iura actiuè, & paſſiuè, ad
text. *in §. reſtituta, Inſtit. de fideicomm.* ſic Guid. Pap.
*quæſt.* 507. *verſ. ſed credo.* Rom. *in l. ſi patroni, ad S.C.*
*Trebell.* Benedictus *in cap. Raynutius, part. 2. verb. ſi*
*abſque liberis 2. ſub num.4. de teſtam.* Molin. *de prim. Hiſp.*
*lib.1. cap. 24. ſub num.* 10. Caſſan. *de glor. mundi part.* 1.
*conſid.* 43. Io. Guttierrez. *de tutel. part.3. cap.29. num.* 15.
Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.* 162. *num.* 4. tamen prior
ſententia eſt receptior, & magis vera, quoniam cùm iuſpa-
43 tronatus ſit ius quoddam religioſum, & ſine commodo
pecuniario, quod non recipit æſtimationem, remanet
penes hæredem grauatum fideicommiſſario etiam vniuer-
ſali, vt ius honorificum: multa enim ſunt, quæ non
capit fideicommiſſarius etiam vniuerſalis, ſed remanent
44 penes grauatum, velut ſunt iura ſepulchrorum, *d. l.*
*quia perinde, §. primo, ad Trebell. l. ſi quis fuit hæres, de*
*relig. & ſumpt. fun.* necnon & iura patronatus liberto-
45 rum, *d. l. ſi patroni filius, ad Trebell.* & cætera omnia,
quæ non concernunt commodum pecuniarium, etiamſi
ad extraneum poſſint tranſire, tamen non tranſeunt
46 in fideicommiſſarium. Peregr. *de fideicom. art. 6. num.*38.
Ant. Gomez. *reſol. part.1. cap.5. num.29. verſ. nec obſtat.*

Si igitur dictus D. Iacobus voluiſſet, quod etiam iuſpa-
tronatus tranſiret ad dictam D. Catharinam eius filiam,
& fideicommiſſario vocatam, neceſſe erat, quod expreſſè
47 hoc dixiſſet, & in diſpoſitione ſua de hoc mentionem
feciſſet, quia accedente poſtea conſenſu Epiſcopi, ad
ipſam factus eſſet huiuſmodi tranſitus. Lambert. *d. quæſt.* 2.
*art. 31. ad finem.* Garc. *d. tract. de benef. part.* 5. *cap.* 9.
*num.*19. Aloyſ. Ricc. *de iurepatr. reſol.*179. *num.*2. Filliuc.
*d. tract.*41. *c.*2. *ſub n.*54.

Verùm quia multi hæc intelligunt procedere antequam
fiat fideicommiſſario hæreditatis reſtitutio, ſed poſt-
quam re, vel verbo hæres, aut grauatus reſtituit bona
vocato per fideicommiſſarium, putant cum cæteris iuri-
bus, & actionibus tranſire etiam patronatum, *ex dicto*
*§. reſtituta, Inſt. de fideicomm.* Guid. Pap. *d. quæſt.* 507.
*verſ. ita quod*, Tuſch. *pract. concl. litt. I. concl.* 608.
*num.*8.

Ideo exiſtimo ſuperaddendum eſſe, quòd hæc limita-
tio, & declaratio eſt multùm inſulſa, & non eſt vera, quia
certum eſt fideicommiſſarium ante reſtitutionem nullum
ius habere in re, & propterea dubitare, an in eum tranſ-
eat patronatus ante reſtitutionem, erat ineptum, & pro-
48 pterea allegati Doctores contra fideicommiſſarium pro-
cedunt; & loquuntur etiam poſt reſtitutionem hæredita-
tis, vt eſt videre apud Bart. *in d. l. quia perinde, §. reſti-*
*tuta*; vbi Alex. *n.*3. ibi: *Per reſtitutionem, ff. ad Treb.* Paul.
Cittad. *de iurepatr. p. 9. n.*33. ibi: *Reſtituta.* Rochus *eod.*
*tract. d. verb. Ipſe. q.9. n.* 20. ibi: *Cui hæreditas.* Lambert. *eod.*
*tract. d. art.35. num.* 1. ibi: *Illa reſtituta.* Iaſ. *in d. l. precibus,*
*num.*17. ibi: *Reſtituta, C. de impub. & aliis ſubſt.* Couar. *var.*
*reſol. lib.2. c.*18. *n.*8. ibi: *Reſtituta.* Gomez. *d. c.5. n.* 29. Bar-
boſ. *d. c.*71. *n.*1. Ricc. *de iurepat. d. reſol.* 179. *n.* 1. ibi: *Cui*
*reſtituta,* & id ſatis probant allegata iura *in d. l. quia perin-*
*de, §. reſtituta, ad Treb.* & *in d. l. ſi patroni, eod.* & *in l. ſi quis*
*fuit hæres, de relig. & ſumpt. fun.* adeò vt non ſit receden-
dum à iam ſatis firmata concluſione: ſic pulchrè Fachin.
*contr. iur. lib.*10. *c.*94.

Motiuum etiam aliquod fiebat ex aduerſo, quòd prædi-
cta non procederent, quando hæres grauatus non poteſt
deducere Trebellianicam, vel quia teſtator eam prohibuit,
vel quia ex natura negotij non venit deducenda, velut
quando ſubſtituta fuit Eccleſia, vel pia cauſa, quia cùm
eo caſu veniat reſtituenda vniuerſa hæreditas, fideicom-
miſſarius totum capit, & non differt ab hærede, & ſic
49 habebit etiam iuſpatronatus: ſic Apoſtill. ad Alex. *in d.*
*conſ.* 73. *in verbo, fideicommiſſum, lib.* 7. Guid. Pap. *d. quæſt.*
507. *num.* 1. *verſ. ita vidi.* Lambert. *iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 2.*
*princ. art.* 35. *n.*14. Ricc. *de iurepatr. d. reſol.*179. *n.*3.

Verumtamen hæc ſententia etiam à vero eſt aliena,
quoniam iura, quæ dicunt Patronatum non tranſire in fi-
deicommiſſarium, non ſe fundant in hoc, quod hæredi
non liceat Trebellianicam deducere, ſed in eo, quòd iuſ-
patronatus eſt ius honorificum, quod pecuniâ non æſti-
matur; & ſatis eſt fideicommiſſarium non eſſe hæredem
directum, vt requiritur, ſi velit conſequi patronatum. Bald. 50
*in d. l. fin. num.* 48. *C. de edict. D. Adr. toll.* Tuſch. *pract.*
*concluſ. littera I, concl.* 612. *num.* 29. Pereg. *de fideicomm.*
*art. 3. num. 23. verſ. in Trebelliano.* & propterea Riccius *d.*
*reſol.* 179. *num.3. in fin.* dixit Lambertini contrarium ſen-
tientis opinionem eſſe ſanè dubitabilem: ego autem dico
eſſe falſam ex Fachin. *contr. iur. lib.*10. *c.* 94.

Nam ſecundo loco certum eſt Trebellianicam nihil
aliud eſſe, quàm partem quartam eius, quod venit in re-
ſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis. Bald. *in l. ſi vero, §.1. ff.* 51
*de teſt. mil.* Pariſ. *conſ.* 23. *num.* 3. *lib.* 2. Mangil. *de impu-*
*tat. & detract. quæſt.* 123. *num.*40. *& quæſt.* 124. *num.* 13.
ſed in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis non venit iuſ- 52
patronatus, *d. l. ſi patroni,* & ibi Alex. *ff. ad Trebell.* Ant. Go-
mez *reſol. lib. 1. c.5. num.* 29. Peregr. *de fideicomm. d. art.* 6.
*num.*37. 38. Garc. *d. cap.9. num.* 18. Craſſ. *d. §. fideicommiſ-*
*ſum, quæſt.*52. Intrigl. *de ſubſt. d. quæſt.*94. *num.* 21. Fuſar. *eod.*
*tract. quæſt.* 634. *num.* 2. 3. Ergo etiamſi quarta Trebellia-
nica non debeatur, non tamen per hoc iuſpatronatus tran-
ſit in fideicommiſſarium: ita in terminis Fachin. *contr. iur.*
*lib.*10. *c.*94. *verſ. mibi.*

Tertio loco dicas, quòd iuſpatronatus non eſt quid hæ-
reditarium, nec eſt de corpore hæreditatis, vt inquit 53
Bald. *in l. cum virum, num.* 21. *verſ. nec etiam, C. de fideicomm.*
Roch. *de iurepatr. verb. Ipſe, vel is, num.*21. *verſic. & aſſignat.*
Garc. *de beneſic. p.5. d. cap.* 9. *num.* 18. Ergo etiamſi veniat
reſtituenda vniuerſa hæreditas ob prohibitionem Trebel-
lianicæ, tamen patronatus non tranſibit in fideicommiſ-
ſarium, quia non comprehenditur in hæreditate.

Quartò omnes in iure conueniunt eum, cui tanquam
indigno aufertur hæreditas, non poſſe deducere aliquam
quartam, ſeu Trebellianicam, adeò vt fiſcus capiat etiam
fructus ab eo perceptos. Textus eſt *in l. Marcellus, §. fin. ff.* 54
*ad Trebell. l. beneficio. ad l. falcid.* Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 2.
*num.* 14. & tamen ſi cui aufertur hæreditas vti indigno,
adhuc penes eum remanent iura ſepulchrorum, *d. l. ſi quis* 55
*fuit hæres, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Ant. Gomez. *d. cap.* 5.
*num.*29. *verſ. reſtituta*, ſed ſic eſt, quòd iuſpatronatus, &
iura ſepulchrorum æquiparantur, Gomez. *d. c.* 5. *num.* 29.
*verſ. nec obſtat.* Lambert. *de iurepatr. lib.1. part.2. q.2. princ.*
*art.*35. *num.* 5. Couar. *var. reſol. lib.2. cap.* 18. *num.* 8. Lud.
Molin. *de iuſt. & iur. tract.2. quæſt.*188. *ad fin. verſ. vtrum au-*
*tem.* Peregr. *de fideicomm. d. art.6. num.* 38. Ergo ſicut iura 56
ſepulchrorum non tranſeunt ad fideicommiſſarium, etiam-
ſi non detrahatur quarta, ita neque iuſpatronatus, quia
æquipararorum idem eſt iudicium. DD. *in l.1. ff. de leg.*1.

Quinto loco iidem Doctores in hac materia ſolent
æquiparare patronatum libertorum, & patronatum Ec-
cleſiaſticum, vt per Alex. *in d. l. ſi patroni, num.* 16. *ad Treb.* 57
Iaſ. *in l. precibus, num.*17. *verſ. confirmo, C. de impub. & aliis*
*ſubſt.* Ant. Gomez. *d. cap.* 5. *num.* 29. *verſ.* 3. Peregr. *d. art.*
6. *n.*38. ſed ſic eſt, quod patronatus libertorum non poteſt 58
tranſire in fideicommiſſarium, etiam non detracta quarta,
*d. l. ſi patroni,* vbi DD. *ff. ad Trebell.* Ergo neque iuſpatro-
natus ad beneficia Eccleſiaſtica: nam ſi deficit poteſtas,
teſtator prohibendo Trebellianicam non poteſt hoc in-
ducere, quia nemo poteſt facere, quin leges habeant lo-
cum in ſuo teſtamento, *l. nemo poteſt*, vbi DD. *ff. de*
*leg.*3.

Sexto, debet conſiderari, quod etiam ſi vniuerſa hæ-
reditas ſit reſtituenda, propter Trebellianicæ prohibitio-
nem à iure, vel ab homine inductam, tamen quo ad pa-
tronatum nihil præiudicatur hæredi grauato fideicommiſ-
ſo, quin illud ſibi retinere poſſit, quia iuſpatronatus ad eum
peruenit non vti hæredem, ſed quia hæredem; nam ea ſo-
la debent reſtitui veniente caſu fideicommiſſi, quæ acce-
pit



59 pit hæres, vti hæres. Roch. *de iurepatr. d. verb. Ipſe, num.*21.
22. Couar. *d. c.*18. *num.*8. Peregr. *d. art.6. num.*35. & hoc non
eſt inutile, neque ſuperfluum, quia poſt reſtitutam hære-
ditatem retinere etiam nudum nomen hæredis ad multa
prodeſt, de quibus *in l. qui hæredi, §. cùm hæreditas*, vbi
60 DD. *ff. de cond. & demonſtr.* & ideò non eſt mirum, ſi pro-
hibita etiam Trebellianicæ deductione iuſpatronatus non
tranſeat ad fideicommiſſarium, vt ſentit Peregr. *de fidei-*
*comm. d. art.* 3. *num.* 23. *verſ. in Trebelliano*, vbi loquitur de
hærede, qui habet nudum hæredis nomen, & tamen reti-
net directas actiones, iura ſepulchrorum, & alia ſimilia, vn-
de colligitur apertè, quòd loquitur de hærede nullam
quartam deducente, alioquin non eſſet nudus hæres; quia
reſpectu portionis Trebellianicæ potiretur omnibus priui-
legiis, & effectibus veri hæredis. Et idem ſentire videntur
omnes ſupradicti Doctores, dum ſe reſtringunt ſolum ad
quædam commodum percuniarium non concernentia, di-
centes ea ad fideicommiſſarium non tranſire; exinde enim
videntur ſupponere ſe loqui in caſu, vbi Trebellianicæ
non erat locus, alioquin hæres grauatus reſtituta etiam
hæreditate haberet commodum quoque pecuniarium æſti-
mabile vigore eius quartæ.

Non obſtat modò Apoſtilla ad Alex. *d. conſ.*73. quo-
niam nihil allegat ad probandum, quod iuſpatronatus
tranſeat in fideicommiſſarium, quando vniuerſa hæredi-
tas venit reſtituenda: immò contrarium apertis verbis
ſentit Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *princ.*
*art.* 35. *num.* 11. *in fin.* ibi: *Etiam hæreditate vniuerſaliter*
*reſtituta.*

Nec debet haberi in conſideratione. Guid. Pap. *d. q.*507.
quia ipſe fuit in ea opinione, quòd etiam non prohibita
Trebellianica adhuc iuſpatronatus tranſeat ad fideicom-
miſſarium pro portionibus hæreditariis, ex regula, quòd
61 omnia iura tranſeant in eum, in quo allucinatus eſt, quia
iuſpatronatus non debet metiri ex ea regula, cùm ſit quid
inæſtimabile, & religioſum, non concernens commodum
pecuniarium, vt apud Roch. *d. verb. Ipſe, vel is, num.*21.
Couar. *d. cap.*18. *num.* 8. Ant. Gomez. *d. cap.*4. *num.*29.
Peregr. *d. art.3. num.*23. *& art.6. num.*35. 37. 38.

Denique non nocet Lambert. *d. art.*35. *num.*14. quia ni-
hil allegans loquitur intra dentes, non audens affirmare,
ſolum inquit, Et idem dicerem: & ratio per eum adducta
non eſt bona, quia licèt prohibita Trebellianica tunc tota
hæreditas tranſeat ad commiſſarium, tamen nil refert, cum
iuſpatronatus non ſit de corpore hæreditatis, & proptereà
idem Lambert. *d. art.*35. *num.* 11. *in fin.* melius contrarium
ſuſtinuit dicens hæreditate etiam vniuerſaliter reſtitu-
ta adhuc iuſpatronatus ad fideicommiſſarium non tran-
ſire.

Et ſanè Lambertinus, à ſe ipſo facile conuincitur, quo-
niam *in d. art.*35. *num.*7. inquit, quod hæres deducit quar-
tam de omnibus, quæ reſtituit, & ideo omnia æſtimantur,
& ſecundum æſtimationem de omnibus quarta datur, &
ſubiungit: Verum quia iuſpatronatus non poteſt æſtimari,
nec commodum pecuniarum reſpicit, non fit illius æſti-
matio, nec reſtitutio; quæ cùm vera ſint, tam ſi prohibea-
tur Trebellianica, quàm ſi concedatur, quia eadem eſt
ratio partis quoad partem, quæ eſt totius quoad totum. Er-
go ſemper erit eadem diſpoſitio.

Non poteſt igitur fideicommiſſarius conſequi iuſpatro-
natus, niſi in duobus tantum caſibus, ſcilicet quando in
fideicommiſſo extaret aliquod ius vniuerſale, velut ca-
ſtrum, villa, peculium, vbi annecteretur, vel ſi teſtator
expreſſè diſponeret, vt illud haberet, & Epiſcopi conſen-
62 ſus accederet. Lambert. *d. loco.* Garc. *de benef. part.5. cap.9.*
*num.*18. *&* 19. Barboſ. *d. cap.*71. *num.9. in fin.* & eodem
modo intelligendi ſunt omnes, qui ex aduerſo addu-
cuntur.

Vniuerſum ergo iuſpatronatus ſpectat ad hæredes dicti
Giberti, ſcilicet, Hoſpitalia, & ſeniorem eius domus, qui
licet videantur hæredes eſſe in re certa inſtituti, quia ta-
men nulli alij extant hæredes, certum eſt patronatum tali
caſu tranſire etiam ad hæredem particularem, quia tunc in
vniuerſum videtur vocatus. Sic Lambert. *d. tract. lib.1. p.* 2. 6
*quæſt.2. princ. art.*16. *num.*12. *&* 13. *verſ. eſt bene verum, &*
*art.*40. *§. ex omnibus, limit.7. verſ. reſtringe 2.* Monet. *de com-*
*mut. vlt. vol. cap.*11. *num.*13. *verſ. idem temperat, & ſentit.*
Ricc. *de iurepatron. reſolution.* 183. *num.*1. ſaltem à con-
trario ſenſu.

Nam licet patronatus non tranſeat in hæredem inſtitu-
tum in re certa, dato alio cohærede vniuerſali, ex doctri-
na Ioan. And. *in c. cum ſæculum, de iurepatron.* Card. *in*
*Rub. eod. tit. quæſt.*8. Bart. *in l. iuſiurandum, C. de oper. li-*
*bert.* Lambert. *de iurepatronat. lib.1. part.2. quæſt.2. art.*16.
*num.*6. Marius Anton. *var. reſol. lib.1. reſol. 7. num.* 16. 6
*verſ. reſpondetur ſecundò*, vbi de communi: Aloyſ. Ricc.
*tractat. de nouiſſ. probat. iuriſpatron. reſol.*175. *num.*2. *in fin.*
*& reſol.*183. *num.*2. & ita cenſuit Rota *in vna Maceraten.*
15. *Decembris* 1625. *& prima Iulij* 1626. *coram Coccino*:
quia hæres particularis habetur pro legatario ſolùm,
quando extat hæres vniuerſalis. Surd. *conſ.*439. *num.*35.
Peregr. *de fideicom. art.3. num.*7. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.*341.
*num.* 2. Ricc. *d. reſol.*183. *num.*3. Tamen in hoc conue-
niunt omnes, quòd hæres particularis, ſeu in re certa in-
ſtitutus non dato alio hærede vniuerſali ſuccedat in vni-
uerſum per ius conuerſionis, ſeu, vt alij dicunt,
per ius accreſcendi, adeò, vt pro hærede vniuerſali 6
habeatur. Textus eſt *in l.* 1. *§. ſi ex fundo, ff. de hæred.*
*inſtitut. l. cohæredi, §. fin. ff. de vulg. & pup.* DD. *in*
*l. quoties, C. de hæred. inſtit.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ.*
*rem.*4. *num.*153. Sim. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.*3.
*interpret.1. dub.1. ſol.1. num.*10. Tuſch. *pract. concl. littera*
*I. concluſ.*232. *num.*15. 23. *& concluſ.*565. *num.*16. Cyriac.
*lib.2. controuerſ.*221. *num.*12.

Hinc alienum eſt à quæſtione noſtra, quod ex aduer-
ſo dicebatur, illam, ſcilicet, concluſionem, quæ habet,
quod iuſpatronatus non tranſeat in fideicommiſſarium, 6
procedere in terminis ſimplicis fideicommiſſi facti à te-
ſtatore ſuper eius hæreditate, & bonis ex præſumpta il-
lius voluntate, vt apud primum hæredem honorificum
iuſpatronatus remaneat, vt explicat. Couar. *var. reſolut.*
*lib.2. cap.*18. *num.*8. *poſt medium, verſ. poſteriori autem*
*rationi*, quem ſequitur Rota *in d. Maceraten. iuriſpatr.*
*prima Iulij* 1626. *coram Coccino*: quia id veriſſimum eſt,
ſed non bene poteſt applicari caſui noſtro, prout applica-
batur in caſu dictæ deciſionis, vbi Iulius, qui prætende-
batur eſſe patronus beneficij, fuerat à teſtatore inſtitutus
ſolùm in ſcutis 500. mediante perſona patris ſui, & man-
dauerat teſtator, quod ſuper eius bonis nihil ampliùs pe-
tere poſſet, & poſtea teſtator fecerat hæredem vniuerſa-
lem Archiepiſcopum Amalphytanum eius fratrem, cui
fuerant ſubſtitutæ Ginebria, & Octauia eius ſorores, &
propterea dictus Iulius non poterat ſuccedere in iurepa-
tronatu, de quo quærebatur, quia erat inſtitutus in re
certa, & fundator vocauerat hæredes ſuos, & ſucceſſores
in perpetuum, qualis ille dici non poterat, ſed bene filij
dictæ Octauiæ; & ſic potiùs facit pro nobis, vbi Hoſpi-
talia non habent aliquem cohæredem vniuerſalem, qui
poſſit eos excludere. Ricc. *d. reſol.*183. *num.*2.3. Mar. Ant.
*d. reſol.7. ſub num.*16.

Et dato etiam, quod d. D. Catharina vigore dicti fidei-
commiſſi fuiſſet vocata ad vocem d. D. Iacobini eius pa-
tris, tamen non haberet niſi medietatem votorum, pro-
vt habebat illius pater, & tamen aduerſarius narrat ſe
præſentatum à maiori parte patronorum, & ideò eius Apo-
ſtolica gratia eſt ſubreptitia, qua circumſcripta ſi vota ſunt
æqualia præfertur Ciarlinius ex clauſula, *anteferri*, poſi-
ta in eius anteriori gratia, quæ dat prærogatiuam: tum
quia aduerſarius eſt diſpenſatus ſuper ætate; Ciarlinius
verò non habet vllum defectum, quo caſu habilis de iure
communi præfertur habilitato ex gratia.

His reſolutis non ceſſant difficultates, quia D. Iunipe-
ra vſufructuaria bonorum dicti D. Giberti, quæ poſt qua-
drimeſtre præſentauit aduerſarium, prætendit habere di-

 ctum

ctum iuſpatronatus quoad exercitium; & propterea indaganda eſt veritas huius concluſionis, quoniam habet multos cõtradictores, etenim multi putauerunt verius eſſe, quod
67 ius præſentandi non tranſeat in vſufructuarium, ſed reperiatur penes hæredem directum etiam viuente omnium bonorum fructuario: ita Paul. de Monte Pico *in repet. l. Titia teſtamento, §. Titia, quæſt. 39. ff. de leg. 2.* Abb. *in c. fin. num. 8. in fin.* vbi Butr. & Imol. *de conceſſ. præbend.* Felin. *in c. cùm olim, num. 2. de maior. & obed.* Iaſ. *in l. diuortio, §. ſi vir. n. 7. ff. ſolut. matr.* Rota *deciſ. 10. in fin. de iurepatronat. in nouis,* Tuſch. *littera I. concluſ. 612. num. 20. 27.*

Nihilominus, vt veritate ſemper vtar, verius eſt, & receptius vſufructuarium omnium bonorum vniuerſalem, licet non habeat directò iuſpatronatus, habere tamen ius præſentandi, quia præſentatio eſt fructus illius iuris adeò, vt ab eo præſentatus præferatur alteri præſentato
68 ab hærede directo: ſic Roch. *de iurepatr. d. verb. Ipſe, vel is, quæſt. 28. ad fin.* vbi reſoluit contraria: Lambert. *eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 10. princ. art. 3. num. 5. & ſeqq. & num. 30. 31.* fusè Mantic. *deciſ. 140. num. 2. 3. & per totam,* Innoc. Butr. Abb. & alij *in c. conſultationibus, de iurepatr.* Rota *in vna Tiburtina caſtri, apud Marcheſ. de commiſſion. part. 1. num. 2. verſ. quo autem, fol. 1174.* Ioan. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 21.* Monet. *de commut. vlt. vol. c. 11. num. 225.* Menoch. *conſ. 66. num. 26.* Barboſ. *de offic. Epiſc. part. 3. alleg. 71. num. 40.* Aloyſ. Ricc. *d. tract. de nouiſſim. probat. iuriſpatron. reſolut. 194. num. 4. 5. 8.* & per totam, vbi reſpondet ad omnia: latè Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 7. num. 8. & ſeqq. vſque ad fin.*

Verumtamen licet hæc vera ſint, tamen non obſtat quidquam in caſu noſtro, quia procedunt in vſufructuaria vniuerſali omnium bonorum, prout loquuntur omnes præfati Doctores, qualis non eſt D. Iunipera, eam enim dictus D. Gibertus fecit vſufructuariam omnium eius bonorum mobilium, & immobilium, vt in teſtamento; nam iſtud non poteſt dici vſusfructus vniuerſalis, quia in eo non comprehenduntur iura, & actiones, aut nomina debitorum: latè Gabriel *concluſ. lib. 6. de verb. ſignific. con-*
69 *cluſ. 7. num. 1.* de communi Borgn. *de vſufruct. mulier. relict. num. 83. verſ. iura autem,* Tuſch. *littera I. concluſ. 494. numer. 1.* & *littera L. concluſ. 124. num. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 5. num. 43.* Seraph. *deciſ. 725.* & ideò cùm iuſpatronatus non veniat appellatione bonorum mobilium, non comprehenditur in dicto legato D. Iuniperæ, quia ſolummodò tranſit quoad exercitium in legatarium, ſeu vſufructuarium vniuerſalem omnium bonorum. Lambert. *de*
70 *iurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 10. princ. art. 3. num. 32. verſ. amplia ſecundò.* Mantic. *deciſ. 140. num. 3.* Ricc. *d. reſolution. 194. num. 8.*

Deinde conſiderandum eſt, quod alia etiam ratione dictus vſufructus non eſt vniuerſalis, ſiquidem teſtator dictæ Iuniperæ relinquit vſumfructum omnium bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, nam illa dictio, *ſuorum*, reſtringit legatum, & facit, quod ius præſentandi non tranſeat ad vſufructuarium, quia huiuſmodi pronomina, ſuum, meum, tuum, eius, & ſimilia important dominium, quod teſtator non habet in patronatu, & con-
71 ſequenter ſic loquendo noluit ad vſufructuariam tranſmittere ius præſentandi: ſic videndus Bald. *in l. fin. num. 59. verſ. item ſi dono, C. de edict. D. Adrian. tollend.* Roch. *de iurepatr. verb. Ipſe, quæſt. 23. num. 41. verſ. pro qua etiam:* Ferret. *conſ. 134. num. 9. lib. 1.* Tuſch. *littera I. concluſion. 612. numer. 19.* Rot. *diuerſ. deciſion. 1152. numer. 4. part. 3.*

Vt autem pars aduerſa hæc euitaret, conabatur oſtendere dictum vſumfructum eſſe vniuerſalem, & conſiderabat, quod poſt legatum vſusfructus teſtator diſpoſuit, quod ſi D. Iunipera tranſiret ad ſecunda vota, ſorores teſtatoris ſint vſufructuariæ totius hæreditatis, & inferius in alia parte ſimiliter voluit, quod ſi D. Iunipera prædeceret dictibus ſororis, illæ ſint vſufructuariæ totius hæreditatis: ex quibus verbis patet, quod vbi agitur de ſubſtituendo ſorores in dicto vſufructu, teſtator proceſſit ſub denominatione hæreditatis, quaſi in bonis mobilibus, & immobilibus, de quibus antea locutus fuerat, conſiſteret tota hæreditas; ſubſtitutio enim arguit, quid contineatur in inſtitutione. Et hæc ſanè fuit maior difficultas, quæ poſſet haberi in hoc negotio, per quam fui diſpoſitus ad tranſigendum, quia licet poſt tempus præſentaſſet, tamen ſi ad ipſam ſpectabat ius præſentandi, neque Balugola, neque Ciarlinius fuit bene præſentatus.

Tamen multis modis reſpondebam, & primò quod his non obſtantibus prædictus vſusfructus non erat vniuerſalis, rationibus antedictis, & licet intentio teſtatoris ſit amplior in verbis ſequentibus, tamen ſubſtitutio non ampliat inſtitutionem, ſed reſtringenda, & declaranda eſt iuxta illam adeò, vt ſi inſtitutio non eſt vniuerſalis, nec
ſubſtitutio, ad textum *in l. cohæredis, §. qui diſcretas, &* 72
*l. ſi plures, ff. de vulg. & pup. ſubſtitut. l. 2. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Bart. *in l. vlt. num. 1. ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 24. num. 5. in fin. lib. 3.* pulchrè Menoch. *conſ. 106. numer. 301. 302.* Peregrin. *de fideicomm. art. 44. num. 46. & art. 5. num. 35. 36. 42.* qui dicunt, quòd ſubſtitutio informatur ab inſtitutione, non autem è contra, & propterea cùm in inſtitutione nulla ſit facta mentio de iuribus, & actionibus, illa tranſeunt ad hæredes teſtatoris, quia quidquid non adimitur per legata remanet hæredi; & cum non venerit caſus ſubſtitutionum, non eſt quærendum de vſufructu hæreditatis, quia termini ſunt diſcreti; & cum in legato vſusfructus non fiat mentio de iuribus, & actionibus, iſte caſus remanet in diſpoſitione iuris communis. Seraph. *deciſ. 364. num. 6. 7.*

Secundò reſpondebam, quod etiam ſi dicta D. Iunipera fuiſſet vſufructuaria vniuerſalis, tamen non habebat ius præſentandi, quia ſententia illa, quod tale ius tranſeat in vſufructuarium, procedit in patronatu reali, velut quando in vſufructu adeſt aliqua vniuerſitas, velut caſtrum, aut villa, cui adhæreat patronatus; ſecus eſt in patronatu perſonali, quod bonis non adhæret, vt eſt iuſpatronatus hæreditarium; tunc enim non tranſit ad vſu-
fructuarium etiam vniuerſalem, vt videntur ſentire Roch. 73
*de iurepatron. verbo, Ipſe, quæſt. 28. in fin. num. 64.* Rebuff. *de nominatione, quæſt. 17 num. 55.* Bacc. *de decim. tut. præſt. cap. 23. num 27.* Molin *de primog. Hiſpan. lib 1. cap. 24. num. 4* Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vir, num. 57. 59. ff. ſolut. matr.* Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 29. num. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 22. 24.* vbi ſic diſtinguit, & de-
clarat, cui ſimile eſt, quod dicitur in donatarium omnium 74
iurium, & actionum non tranſire patronatum, niſi hæreat bonis donatis, vt per Innoc. *in c. ex litteris, num. 2. de iurepatr.* Rot. *diuerſ. d. deciſ. 1152. num. 4. part. 3.* Garc. *d. cap 9. num. 12.* Ricc. *in prax. reſol. 162. num. 3.*

Verùm id in Curia Romana non fuit admiſſum, & Reuerendiſſimus Androſilla Prælatus iuris, & canonum peritiſſimus, cui cauſa fuerat commiſſa à Pontifice, nunquam potuit induci, vt crederet hanc opinionem eſſe veram, & iure merito, nam legatum vſusfructus omnium bonorum per ſe ita eſt vniuerſale, vt poſſit comprehendere etiam iuſpatronatus quod ſolet tranſire cum vniuerſitate, & propterea nihil opus eſt, quod in eo legato adſit aliud ius vniuerſale, vt caſtrum, vel peculium, cui adhæreat, alioquin vanum eſſet inquirere, an patronatus tranſeat in vſufructuarium, & propterea concludendum eſt, quod vſufructuarius omnium bonorum patroni habeat etiam
ius præſentandi ad beneficia non ſolum reſpectu iuriſpa- 75
tronatus realis, ſed etiam perſonalis, & hæreditarij: & ita latè defendit Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. parte 2. quæſt. 10. princ. art. 3. num. 12. & num. 30. verſ. & per iſta, & per totum,* vbi diſputat ad partes, & reſpondet contrariis, probatque Rochum idem ſentire: & ſic tenet cum eo Rota *in vna Tiburtina Caſtri Sambuci, 5. Maij 1581. coram Aldobrandino,* & id probatur ex *l. quoties, §. fin. ff de vſufruct. & l. vxori, la 2. de vſufruct. legat. cap. ex litteris,* vbi DD. *de iurepatron.* Rom. *in l. vlt. num. 50. ff. ſol. matr.* Menoch. *d. conſ. 66. n. 26. 27.* Cened. *ad Decretal. collec. 5. num. 5.* Viuian. *part. 1. lib. 4. cap. 7. n. 6.* Borell. *in ſumm. omnium deciſ. tit. 33. n. 239.* & Barboſ. *de off. Epiſc. part. 3. allegat. 71. num. 40.* latè Ricc. *de nouiſ. prob. iuriſpatr. reſol. 94. num. 2. 7. 8. & per totam:* pulchrè Mantic. *deciſ. 140. n. 2. 3. 8. 9.* & per totam, vbi inquit ita Rotam iudicaſſe, & reſpondet obiectionibus. Viuian. *d. c. 7. n. 8. 9. 10.*



Sicut etiam verius eſt in donatione omnium bonorum, ſeu iurium, & actionum comprehendi etiam iuſpatrona-
76 tus, contra Innocentium communiter reprobatum, teſte Abb. *in d. cap. ex litteris, num. 12. de iurepatr.* pulchrè Seraph. *deciſ. 725. num. 1. verſ. ſed contrarium.* Barboſ. *d. alleg. 71. num. 22.* quem ſequitur Ricc. *d. tract. reſol. 186. num. 3. in fin.*

Ideo aliter reſpondebam dicens, quòd D. Iunipera vſufructuaria non præſentauit durante quadrimeſtri, & propterea rata habenda eſt præſentatio hæredis in tempore
77 præſentantis, quoniam ſolum per concurſum vſufructuaria excludit hæredem. Mantic. *d. deciſ. 140. n. 9.* & ideò non licet hic opponere de iure tertij, ideſt vſufructuariæ, cùm illa in tempore non ſe declarauerit velle eo vti, & illud non ſit ipſo iure excluſiuum iuris agentis, iuxta doctri-
78 nam Bart. *in l. 2. verſ. quandoq. ff. de except. rei iud.* & ſic ius dictæ Iuniperæ non eſt in conſideratione, quoniam vſque ab initio præſentatio habuit ſtatum implicitum, quate-
79 nus vſufructuaria non contradixerit. Caputaq. *deciſ. 189. n. 2. p. 3.* Coccin. *in deciſ. 166. n. 4. verſ. nec facit.*

Nam verè quando Doctores dicunt vſufructuariam habere ius præſentandi, rem intelligunt, & loquuntur in caſu, quando in tempore illa concurrit cum hærede in præſentando, neque tunc excludunt hæredem à præſentatione, ſed dicunt, quod præfertur præſentatus ab vſufructuaria, & ſic ſemper ſupponunt concurſum vtriuſque, vt
80 videre eſt apud Abb. *in d. cap. fin. num. 8. in princ. de conceſſ. præbend.* Lambert. *de iurepatr. d. quæſt. 10. princ. art. 3. n. 30.* Ricc. *de iurepatr. d. reſol. 194. num. 1. 9. & per totam.* Mantic. *d. deciſ. 140. in princ. & num. 9. 10.* pulchrè Ro-
81 ta *in dicta Tiburtin. Caſtri, 5. Maij. 1581. coram Aldobrandino, num. 3.* apud Marcheſ. *de commiſſion. part. 1. fol. 1174.* vbi expreſsè dicitur, quòd proprietarius poteſt præſentare, niſi alius ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi. Et ideò cùm D. Iunipera numquam alias præſentauerit, neque nunc in termino à iure aſſignato, non poteſt dici, quòd fuerit in aliqua poſſeſſione præſentandi, & ſic valida erit præſentatio hæredis proprietarij; & ita etiam concurſum vtriuſque ſupponit Viuian. *d. cap. 7. num. 8.* quod hic non verificatur.

Et hoc probatur etiam optimo ſimili, nam certum eſt, quòd tutor pupilli poteſt præſentare ad beneficium vacans de iurepatronatus eiuſdem pupilli, verùm ſi pupillus maior ſeptennio concurrat, & ipſe velit præſentare, eius præſentatio præfertur præſentationi tutoris: ita Io.
82 And. *in cap. ex eo,* & ibi DD. *de elect. in 6. & in cap. 1. de iurepatr.* Anch. *conſ. 355. num. 2. verſ. quinimò.* Palat. Rub. *in cap. per veſtras, §. 43. ſuccedit alia notabilis, num. 3.* Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 29. num. 7.* Ricc. *d. reſol. 194. n. 11.* Mant. *d. deciſ. 140. num. 11.* ita eodem modo dicas, quod præſentatio hæredis teneat, ſi vſufructuaria non contradicat, multò magis, quia hæres habet ius magis radicatum in re, quàm habeat tutor.

Neque in propoſito id debet mirabile videri, quia licet legatario agnoſcente legatum, tunc ab inſtitutione legata ſeparentur, Peregr. *de fideicomm. art. 7. num. 46. verſ.*
83 *nam licèt:* tamen antequam id fiat, hæres etiam in re alteri legata habet titulũ, & poteſt pro hærede ſe gerere: ita *ex l. ſi quis ita hæres,* vbi Bald. *in princ.* & Ang. *num. 3. ff. de hær. inſtit. l. cogi, §. inde,* vbi Caſtr. *num. 3. ad Trebell.* Alex. *conſil. 202. num. 8. lib. 6.* Ruin. *conſ. 130. num. 11. lib. 3. & conſ. 38. num. 17. lib. 5.* Marcabr. *conſ. 75. num. 83. 89. 90.* Surd. *de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 218.* Gatian. *deciſ. 316. num. 10. libr. 2.* Ergo cùm dicta D. Iunipera non agnouerit in ſpecie dictum legatum vſusfructus reſpectu patronatus, & paſſa ſit in termino à iure aſſignato hæredem præſentare, valida eſt hæredis præſentatio: cum enim hæres, & vſufructuaria ſint ſocij, vt *in l. 4. ff. de vſufr.* non eſt mirum, ſi etiam hæres poſſit præſentare, & non excludatur, niſi concurrente vſufructuaria; ius enim hæredis non eſt dubium, niſi quando vſufructuaria vult præſentare, & ideo ad tollendas lites præſentationem ab vtroque fieri conſuluit Viuian. *de iurepatr. libr. 4. cap. 7. num. 12.*

Sicut igitur dictus Gibertus erat in quaſi poſſeſſione præſentandi ad dictum beneficium ſtante vltima præſentatione, quam ipſe ſolus fecit de perſona D. Guaituli,
debet in eadem poſſeſſione manuteneri: *cap. cùm Eccleſia* 84
*Sutrina,* vbi DD. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Paul. Cittadin. *de iurepatr. part. 7. num. 10. & part. 8. num. 3.* Farin. *deciſ. 174. num. 1. & deciſ. 758. num. 4. part. 2.* ita eius
hæredes, qui ei ſuccedunt, vt dicta Hoſpitalia, ſunt 85
manutenendi in eadem poſſeſſione, quæ tranſit ad eos.
Grilinz. *conſ. 24. num. 25.* Ludouiſ. *deciſ. 349. num. 16.* quo- 86
niam in præſentando attenditur vltimus ſtatus. Farin. *deciſ. 547. num. 6. cent. 5.* Ludouiſ. *deciſ. 77. num. 12.*

Reſtat igitur videre de qualitatibus dicti beneficij, an præſentationes ſint ritè factæ: nam in primis certum eſt illud eſſe ſacerdotale, quia fundator inquit: *Eligant Sacerdotem, qui habeat celebrare officia;* hæc enim verba reſpiciunt tempus præſentationis, propter quod
oportet præſentatum ad illud eſſe Sacerdotem tempore 87
præſentationis, vt pulchrè inquit Barbat. *conſ. 33. n. 8. 9. lib. 2.* Lambert. *de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. princ. art. 28. num. 3. 4. & art. 29. num. 3. in d. Prax. Archiepiſc. Neap. cap. 24. num. 10. in magnis.* Seraph. *deciſ. 871. num. 1. & num. 7. in fin.* Tuſch. *littera P. concl. 591. num. 21.* latè Garc. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 58. 64. & ſeqq.* vbi de communi: perbellè Farinac. *deciſ. 116. num. 1. 2. 3. 4. 5. part. 2.* Gratian. *diſc. 800. num. 11. verſ. quibus, & verſ. ſecus verò, lib. 4.* In quo non vim facio in illis verbis, *qui habeat celebrare,* quia ſcio per ea non fieri beneficium ſacerdotale, ſed in illis, *eligant Sacerdotem;* quoniam hæc conſtituunt beneficium tale, quod non poteſt dari, niſi Sacerdoti: non miteris autem de verbo, *eligant,*
quia præſentatio laicorum largo modo dicitur electio. 88
Tuſch. *pract. concluſ. littera P. concl. 591. num. 4.* Card. Creſc. *deciſ. 6. num. 2. de iurepatr.*

Nec prædictis obſtat, ſi aliquando clericus non Sacerdos fuerit præſentatus, non enim ideò beneficium deſiit eſſe actu Sacerdotale, quoniam huiuſmodi præſenta-
tiones fuerunt inualidæ, neque conſtituunt aliquem ſta- 89
tum legitimè præſcriptum. Seraph. *deciſ. 871. num. 5. verſ. præterea,* nam Ordinarius non poterat tales præſentationes admittere, & cum ſint factæ longè poſt fundationem, non poſſunt deſeruire ad inducendam obſeruantiam. Farinac. *d. deciſ. 216. num. 4. part. 2.*

Nam poſt Concilium Tridentinum certum eſt Epiſcopum non poſſe derogare qualitatibus in fundatione appoſitis etiam pro vna vice, licet accederet quoque patronorum conſenſus, niſi tamen eſſet ipſemet fundator, qui derogationi conſenſum præſtaret; ſic enim ſæpe iudi-
cauit Rota, decreuit Sacra Congregatio, & docuerunt 90
communiter DD. vt habetur penes Prax. Archiep. Neap. *d. cap. 24. num. 10. in magnis,* fusè, & perbellè Nicol. Garc. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 107. & ſeq.* Monet. *de commut. vlt. vol. cap. 10. quæſt. 5. num. 351. verſ. verùm:* Farin. *deciſ. 216. num. 4. verſ. tamen quia.* Sed hoc loco res iſta non meretur in controuerſiam duci; ex quo Balugola non fuit diſpenſatus, & narrauit Pontifici beneficium eſſe ſacerdotale, à quo tamen obtinuit diſpenſationem etiam ſuper defectum ætatis, ſed poſtquam gratia fuerat ſignata ad fauorem Ciarlinij.

Si igitur beneficium eſt ſacerdotale, præſentatio dicti Balugolæ, qui nõ erat Sacerdos, nec in ætate habili ad Sacerdotium, penitus fuit nulla: Barbat. *d. conſ. 33. n. 12. lib. 2.* Farin. *d. deciſ. 216. n. 1. & n. 6. p. 2.* & propterea præſentato nullum

nullum ius quæſitum fuit. Tuſch.*pract.concl.litt.E,concl.* 73.*num.*7. etenim ſanè certum eſt præſentationem fa-
91 ctam contra diſpoſitionem fundatoris eſſe ipſo iure nullam. Barbat.*d.conſ.*33.*num.*12. Ricc.*in prax.for. Eccl. reſol.*169.*num.*5. Seraph. *deciſ.*1270. *num.*2.Farinac. *deciſ.* 582.*num.*1. *cent.*5.ad rem Viuian.*de iurepatr.part.*2.*lib.*6. *cap.*7.*num.*69.

Nam non leuiter offenditur teſtator, & iure eius abutimur, quando præſentatio fit contra eius diſpoſitionem. Vnde licet ſoleat dubitari, an præſentans inhabilem, vel non idoneum priuetur pro illa vice iure præ-
92 ſentandi, & ſoleat diſtingui, quod vtique Eccleſiaſticus priuatur, laicus verò admittitur ad nouam præſentationem in termino faciendam, per text. *in cap.cum vos, iunct.gl.in verb. minùs idoneæ, de off.ord. cap.ſicut,de ſuppl. negl.Prælat.c.cùm in cunctis,§.clerici,de elect.*Sylueſt. *verb. iuſpatronatus,quæſt.*7. Layman. *moral.lib.*4.*tract.*2.*cap.*13. *n.*7. Viuian.*d.c.*7. *num.*67. tamen quando patronus facit contra verba,& mentem fundatoris, & præſentat talem,
93 qualem noluit ipſe fundator, tunc ſiue laicus,ſiue Eccleſiaſticus ſit patronus, priuatur pro illa vice iure præſentandi,quia abutitur iure fundatoris : ſic pulchrè Barbat. *d.conſ.*33.*num.*11.13.16.*lib.*2.Lamb.*de iurepatr. lib.*2 *part.* 2.*quæſt.*10.*princ.art.*4.*num.*17. *& num.*23. *verſ. idem dicerem,& verſ.ſecus tamen.* Paul.Cittad.*eod. tract.part.*6.*art.* 2.*num.*7.8.Borgn.*deciſ.*40.*num.*16.*lib.*1.Grilinz. *conſ.*151. *n.*36.Farinac.*d. deciſ.*216.*n.*6. *p.*2. pulchrè Barboſ.*de off. Epiſc.p.*3.*alleg.*72.*n.*105.*verſ.dummodò.* Aloyſ.Ricc. *tr.de nouiſ.prob.iuriſpatr.reſol.*232.*n.*5.*verſ.immò patronus* ; vbi id admittit,quando patronus ſcienter, vt hic factum eſt, præſentauit inhabilem,ſeu indignum ; idem enim ſeruatur, quando eligitur indignus Luc.Caſtellin.*tr.de elect. can.c.*4.*n.*10.Viuian.*d.c.*7.*n* 70.71.

Et ſanè in caſu noſtro præſentantes Balugolam dicere
94 non poſſunt ſe ignoraſſe eius inhabilitatem, quia ſcire præſumuntur.Bart.*in l.ſi patronus,ff.de confir. tut.* Borgn. *in repert.deciſionum,verbo Præſentatus.p.*1. Viuian.*de iurepatr.p.*2.*lib.*6.*c.*7.*num.*72. nec mirum,quia ſcire tenebantur,ne abuterentur facultate ſibi conceſſa,vt inquit Lambert.*de iurepatr.d.art.*4.*num.*23.*verſ.eius tamen,* vbi enim quis vult aliquem præſentare,non debet præſumere illum
95 eſſe idoneum, ſed debet diligenter inquirere de eius habilitate ; licet enim bonitas intrinſeca præſumatur,vt ſobrietas,caſtitas, non tamen extrinſeca, vt ætas, ſacerdotium & ſimilia. Lambert. *d.tr.lib.*2. *p.*1 *q.*10.*princ art.*2. *num.*7.8.9.Pariſ.*de reſign.benef.libr.*10.*quæſt.*3.*num.*60.61. Viuian.*d.tr.part.*2.*lib.*6.*cap.*7.*n.*51.52.

Nec mirum,quoniam in hærede extraneo,quales ſunt
96 iſti Balugolam præſentantes,ſcientia præſumitur,vt poſt Alex.*conſ.*150.*num.*7.*verſ.quia,lib.*7. inquit Tuſch. *litt.S. concl.*64. *num.*21.Fuſar.*de ſubſt.q.*595.*num.*34. & maximè quando hæres agit;debet enim ad iudicium venire paratus,& ſe priùs informare, & quando agit, ſiue ſit ſuus hæres,ſiue extraneus,ſcire præſumitur, *l.ſi quando, C.de dilation.l.qui in alterius,in fin.*vbi Dec.*num.*5.*ff.de reg.iur.* Tuſch.*d.concl.*64.*num.*76.& ſic præſentationes Balugolæ ſunt nullæ, quia attenditur habilitas tempore præſentationis. Ricc.*d. reſ.*232.*n.*5.*verſ.nec refert.*

Et verè Regentes Hoſpitalis S.Mariæ id non ignorauerunt, quia in ipſa Congregatione, vbi hoc negotium agebatur,fuerunt certiorati de qualitate huius beneficij, propter quod nonnulli eorum noluerunt præſentari Balugolam ; & propterea etiamſi maior pars dictorum Regentium præſentaſſet eundem Balugolam, qui carebat
97 Sacerdotio requiſito,& legitima ætate,Ciarlinius ei præferendus eſt, etiamſi à minori parte fuiſſet præſentatus, adeo,vt Ordinarius non poſſit aliter diſpenſare.Lambert. *de iurepatr.lib.*2.*part.*1.*quæſt.*10.*princ.art.*5.*num.*6. *verſ.ſecundus,& verſ.*7.Dec.*conſ.*532.*num.*7.8.9.Borgn *d. deciſ.* 40.*num.*16.*lib.*1.Barboſ.*de off.Epiſc.alleg.*72. *num.*198. *in fin.part.*3.Viuian.*de iurep.ur. part.*2.*lib.*6. *cap.*7. *num* 76. *verſ. Adde.*

Neque de prædictis eſt mirandum,quia iuſpatronatus eſt apud vnumquemque hæredem inſolidum, quia eſt quid indiuiduum reſpectu ſuæ formalitatis, licèt quoad
exercitium poſſit diuidi, propterea formaliter licet plu- 98
res ſint hæredes, tamen vnuſquiſque poteſt dici patronus in ſolidum, vt not.Anch.*in cap ſi laicus, num.*1. *verſ. litem prædij, de iurepatr.in* 6.quem *ibid.*ſequitur Io.Andr. *in princ.*& ita ſentit Lambertin.*d.tr.lib.*1. *part.*2. *quæſt.*2. *princ.art.*35.*num.*10.Roch *eod.tr.verb. Ipſe, quæſt.*9. *num.* 22.Peregr.*de fideicommiſſis art.*6.*num.*37. *verſ. qui tamen,* Gratian.*diſc.*675.*num.*7. *lib.*4. *& diſc.*552. *num.*32. *lib.*3. Viuian.*d.tr.lib.*1.*cap.*3. *num.*75. & ideo etiamſi Balugola haberet omnia vota excepto vno, eſſet excludendus ſtante ſua inhabilitate, quia cæteri eum inhabilem præſentantes priuati fuerunt pro illa vice iure ſuo,& vniuerſum ius remanſit penes illum, qui præſentauit idoneum; fiunt enim partes ſolum per concurſum, quoniam in iu-
repatronatu non habet locum ius accreſcendi, ſed ius 99
non decreſcendi : Bald.& Barbat.*in cap. quantò, de iudic.* pulchrè Rip.*in l.re coniuncti,num* 234.*ff.de leg.*vbi etiam Bologn.*num.*424.Vaſq.*de ſucceſſ.creat.lib.*3.§.23.*num.*119. vbi de communi.Craſſ.*de ſucceſſ.§.ius accreſcendi,quæſt.*52. vbi pariter teſtatur de communi,licèt parum id referat, quia ſufficit, quod ſi aliqui ex patronis neminem, vel inhabilem præſentent,ad alios deuoluatur ſolidum ius præſentandi. Rip.*in d.l.re coniuncti,num.*234.*verſ.*2. *ff. de leg.* 3.qui cæteros allegat. Viuian.*d.c.*7.*n.*76.

Hinc non obſtat, quod Regentes Hoſpitalis S.Mariæ vltimo loco præſentauerint dictum Balugolam, quod licuiſſe videtur, quia laicus poteſt cumulatiuè ad pri-
mum variare, non tamen priuatiuè, & alterum præſen- 100
tare : Ricc. *in prax for Eccl.reſol.*156. *num* 2. Seraph. *deciſ.*1173.*num.*1. Barboſ.*de off.Epiſc. alleg.*72. *num.*158. *in
fin.part.*3. quia reſpondetur id verum eſſe, ſed non pro- 101
cedere lite pẽdente inter præſentatos, quia tunc variatio non admittitur : Ricc.*d. reſol.*156.*num.*3. Barboſ.*d. alleg.* 72.*n.*162 Farinac.*d deciſ.*216.*n.*7.*lib.*2.Coccin.*deciſ.*426, *num.*1.prout hic euenit : ergo, &c.

Deinde multò minus variare licebat, quia res amplius non erat integra, cùm vterque ex præſentatis impetraſſet beneficium, & vlteriùs mutatum eſſet regimen eorum congregationis, ita vt amplius non eſſent illæmet perſonæ, quæ prima vice præſentauerunt ;
tunc enim variatio non admittitur, vt poſt Lap. *alleg.* 79. 102
*numer.* 4. inquit Tuſch. *pract. concl. littera P. concl.*153. *num.*9.

Neque pluris valet præſentatio facta à D. Marco Grilinzono ſub die 4. Ianuarij 1628. ad fauorem dicti Balugolæ, quia vltra prædictas exceptiones dictus Balugola non erat initiatus prima tonſura,vnde nulliter actum eſt, quia certum eſt præſentatum ab beneficia etiam ſimplicia,oportere, quod tunc ſit initiatus ſaltem ad primam
comæ tonſuram,adeo, vt non ſufficiat, ſi in habitu in- 103
cedat, vel ſtatim poſtea clericetur,alioquin præſentatio eſt nulla : Lambert. *de iurep.tr.lib.*2.*p.art.*1.*quæſt.*7. *princ. art.*7.*num.*2.*& ſeqq.& num.*7.*& art.*29.*num.*4.*in fin.*Pariſ. *de reſign.benef.lib.*4 *quæſt.*4.*num.*5. Gonzal. *de menſ.& alternat.ad regulam* 8.*Cancell.gl.*5.*in princ. num.*3. Ricc. *in prax.for.eccl.reſol.*140.*num.*1.2.Barboſ.*d.alleg.*72. *num.*73. 77.78.Farinac.*deciſ.*530 *num.*11.13.*part.*1.bene Sanchez *de matrim.libr* 7.*diſp.*42.*num.* 14. ideo vniuerſum ius deuolutum fuit ad Hoſpitale Sancti Rochi, quod præſentauit habilem. Rectè igitur Ciarlinius accepit tenutam dicti beneficij, quia prior à Sanctiſſimo obtinuit gratiam : vbi enim duo prouiſi de aliquo beneficio concurrunt, ille mittendus eſt,qui priorem habet titulum, etſi poſterior ſit validor.Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.*6. *num.*42.

Ex quibus cùm euidenter appareat tempore datæ Bullarum Ciarlinij Balugolam nullum ius habuiſſe, & veridicè illum fuiſſe præſentatum à maiori parte patronorũ,immo potius ab omnibus,cùm cæteri fuerint hac vice

ſua



ſua voce priuati, ſequitur,quod ille ſit præferendus Balugolæ ſtante gratia Apoſtolica anteriori cum derogatione iuris patronatus pro medietate,pulchrè Mantic.*deciſ.*248.
104 *num.*3. Marth. *de clauſ. part.*1.*clauſ.*35.*num.*3. & pro iuſtificatione eius gratiæ ſatis fuit docere de vltimo ſtatu beneficij. Ludouiſ. *deciſ.*482. *num.*7. *&* 8. Farinac. *deciſ.*586.*num.*2. *cent.*5.

Et licèt de prædictis nulla facta mentione Balugola poſtea dicens ſe à maiori parte patronorum præſentatum obtinuerit à Sanctiſſimo dictum beneficium in forma, *Dignum* ; cum diſpenſatione Sacerdotij, & ætatis, tamen nihil fecit, quia prior tempore potior eſt in iure, *c. quia ſæpe, §. nos, de præbend. in* 6. *c. qui prior,*vbi gloſ.
105 & Dyn. *de reg. iur. eod. & reg.* 18. *Cancellariæ, de iure quæſito non tollendo*, & cùm Balugola teneatur ſuam narratiuam iuſtificare,Ludouiſ. *deciſ.*314.*num.*1. de mendacio conuincitur ex prædictis, quia non fuit præſentatus à maiori parte patronorum.

Sed omne tulit punctum clauſula ; *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum* ; poſita in Bullis Balugolæ, facit enim eius gratiam conditionalem.
106 Grilinz. *conſ* 23. *num.*2. Seraph. *deciſ.*1153. Marth. *dict. clauſ.*35. *num.*1.*part.*1. Monet. *de commut. vlt. vol. c.*11. *num.*465. *verſ. hanc*, & ita præſeruat iura tertij, vt ſi de iis conſtet, gratia ſit inualida. Grilinz. *conſ.*12. *num.* 1. 2. *& conſ.*22. *num.*5. Marth. *d. clauſ.*35. *num.*4. Rota penes Marcheſan. *de commiſſ. part.*1. §.2.*num.*7. *fol.*474. Gratian. *diſc.*780. *num.*17. *lib.*4. Marescot. *var. reſolut. lib.*2. *cap.*11. *num.*172. Monet. *d. c.*11. *num.*465. adeò, vt dicta clauſula præſeruet non ſolùm ius in re,ſed etiam ad rem, ſiue magnum,ſiue paruum,etiam impropriè. Grilinz. *d. conſ.*22. *num.*6. Marth. *d. clauſ.*35. *num.*14. 18. *part.*1. Seraph. *deciſ.*1274. *num.*3. Gratian. *d. cap.*780. *num.*18. *lib.*4. Card. Creſc. *deciſ.*7. *num.*2. *de iurepatron.* Monet. *d.cap.*11. *num.*465. *verſ. quoad ius*, Garc. *de benef. part.*4. *cap.*3. *num.*20.

Deinde gratia Balugolæ fuit nulla, quia debebat exprimere Ciarlinium fuiſſe præſentatum : Menoch.*de arb. iud. caſ.*201. *num.*149.Garc. *de benef part.*4. *c.*3.*num.*21. & ideò Ciarlinius eſt manutenendus in poſſeſſione vti prior,etiamſi haberet tantùm titulum coloratum, Ferret. *conſ.*4. *num.*1. *& conſ.*5 *num.*8 *part.*1.

Et ſatis erat Ciarlinio docere ſe fuiſſe præſentatum,vt excluderet Balugolam ſtante prædicta clauſula,*dummodo,* vt inquit Rota *in cauſa Tiraſſon.*28. *Ianu.* 1602. *coram*
107 *Lancelloto.*Garc. *d. tract. part* 6.*cap.*2. *num.*123. *verſ.quia cùm in gratia,*certum eſt enim Ciarlinio fuiſſe ius quæſitum tempore datæ gratiæ Balugolæ,tum ex præſentationibus,tum ex gratia obtenta. Seraph. *deciſ.*1238. *num.*4. *& deciſ.*1263.*num.*4. quoniam ex præſentatione acquiritur ius ad rem conſiderabile.Grilinz.*d.conſ.*22.*num.*6. Pariſ. *de reſign. benef. lib.*2. *quæſt.*23. *num.*12. Seraph. *d. deciſ.*1238. *num.*4. Monet.*de comm. vlt. vol. c.*10. *num.*293. Card. Creſc. *d. deciſ.*7. *num.*2.*de iurepatr.*Garc. *de benef. part.*4. *cap.*3. *num.*20. Farinac. *deciſ.*726. *num.*3. *part.*2. & maximè quia præſentationes fuerunt acceptatæ, tum ab ipſo Ciarlinio, vt in Bullis Apoſtol tum mediante
108 Notario pro eo ſtipulante, quod fieri poteſt. Tuſch. *pract. concluſ. littera N. concluſ.*99. *num.*1. 5. vbi de magis communi.

Et certè non licet dubitare,quin tempore datæ gratiæ Balugolæ eſſet ius quæſitum dicto Ciarlinio, qui prius fuerat gratiatus à Pontifice de dicto beneficio,pręcipiendo executoribus bullarum,vt ei conferrent dictum beneficium : certum eſt enim quod etiam mandatum de prouidendo tribuit ius ad rem, & tale ius præſeruatur ex clauſula prædicta, *Dummodo* : ſic ad rem Gonzal. *ad reg.*
109 *Cancell.*8.*gl.*15.§ 2. *num.*56.Garc. *d. part.*4.*cap.*3.*num.*60. Monet.*d.tract.cap.*11.*num.*463.*verſ.idem tradit.*tale enim mandatum non vocatur gratia facienda, ſed iam facta,
110 vt cenſuit Rota *in vna Calagurritana.Can. die prima Iulij* 1592.*coram Peña,*teſte Marcheſan.*de commiſſ.p.*1.§.2. *n.*6. *fol.*447.& propterea Ciarlinius quoad Balugolam liberas habet ædes. Non loquor autem de præſentationibus factis per DD. Claudium Grilinzonum,& Æneam Parmeſanum, quia non habent motiuum firmitatis.

Ex his igitur credidi ſilentium Balugolæ eſſe imponendum : verùm quia hæc cauſa erat mihi propria,alios conſultores quæſiui,& eorum iudicio me ſubieci, eorum autem ſententiam inferius ſubiiciam. Verùm quia tenue eſt beneficium,& expenſæ ſunt magnæ in Curia Romana litigantibus, & cauſa habet implicitas multas quæſtiones, ad quas euacuandas Rota requireret longum tempus,aures accõmodaui precibus amicorum, qui concordiam ſuadebant pro clerico paupere, & retentis quibuſdam annatis medio tranſactionis renuntiaui dictum beneficium ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & ſic interuentu communium amicorum res accordio ſopita fuit, licet revera crediderim me iuſtiſſimam fouiſſe cauſam.Et ita, &c. Saluo, &c.

IOAN. BAPTISTA CIARLINIVS, V.I.D. & Vic. Regij.

Sequitur ſubſcriptio, & approbatio Illuſtriſſimi D. Hieronymi Auguſtoni, I. C. Corrigienſ. celeberrimi, & Conſiliarij Sereniſſimi Ducis Mutinæ, necnon Illuſt. D. Traiani Bortiani,Fiſcalis Menſæ Epiſcopalis Regij, I.V. D. Regienſ.& in vtroque foro verſatiſſimi.

Non video quid poſſit addi doctiſſimis ſcriptis Reuerendiſſimi ac præſtantiſſimi D.Vicarij Ciarlinij,ne tamen conniuentibus oculis ea videar percurriſſe, ipſum omne tuliſſe punctum in præſenti controuerſia concludo,dum primò ſe intentionem ſuam fundatam habere ex præſentationibus pro medietate patronorum, & prouiſione Apoſtolica cum derogatione alterius medietatis obtentis, luculenter in facto, & in iure comprobauit, deinde dum de incapacitate, & non iure clerici Balugolæ præcautionem prætendentis oſtendit.

Iſtius namque clerici defectus eſt patens, tum in præſentatione, tum etiam in prouiſione per ipſum poſt D. Ciarlinium impetrata. In præſentatione,quia cùm capacitas clerici in beneficiis iuſpatronatus de tempore præ-
ſentationis ſit attendenda,Rot.Rom.*diuerſ.deciſ.*69 *p.*3. 111
*lib.*1.& Ant.Maceratenſ.*lib.*1.*reſol.*19.*num.*1.& tantò magis in propoſito, vbi verba fundationis, *Eligant Sacerdotem* : referuntur ad actum electionis faciendæ, & qua-
litas ſacerdotij adiecta verbo, *eligant*, intelligitur iuxta 112
tempus verbi,*l.cum de Lanionis,§.aſinam,de fund.inſtruct. l.Titius,*vbi Bart.*de teſt.mil.*Surd. *deciſ.*57. *num.*6.

Ideo cùm dictus Balugola tempore præſentationum non eſſet Sacerdos,immo nec prima tonſura in vna præſentatione,&aliis nec ſacris initiatus,ſequitur nullas fuiſſe præſentationes de eo tanquam incapace factas. Roch. de Curt. *de iurepatr.verb.honorificum,n.*27.Lambert *ſimili tr. lib.*2.*part.*1. *quæſt.*6. *art.*27. Seraph. *deciſ.*871.*num.*1. & ibi Add. *in prima add.* quinimmò patronos illos, qui nulliter ipſum præſentauerunt non eſſe ponendos in nu-
mero pro præſentatione hac vice de dicto beneficio, ex 113
quo indignum,& incapacem præſentauerunt,*cap. cùm in cunctis,de elect.* Lambert. *d. part.*1. *quæſt.*10. *princ. art.*4. Caputaq. *deciſ.*922. *num.*4. *part.*2. Maſch. *de probation. concluſ.*593. *num.*5.

In prouiſione etiam patet eiuſdem Balugolæ defectus, quia licet ius Reuerendiſſimo D. Ciarlinio ex præſentatione,vel prouiſione acquiſitum eſſet ( ius non in re, ſed ad rem ) tamen huiuſmodi ius cenſetur in prouiſione Balugolæ à Sanctiſſimo præſeruatum vigore clauſulæ : *Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæ-
ſitum.* Vt de iure quæſito per præſentationem pulchrè 114
teſtatur Gomez.*ad regulam Cancellariæ de toll. iur. quæſit. quæſt.*1. *verſ. illud tamen, fol. mihi,* 16. *& verſ. ſecundus modus, fol.*18. Roch. *de iurepatron. verſ. ius circa iſtud, quæſt.*4. *num.*17. Mandoſ. *ad regul. Cancell. tit. de non toll. iur. quæſ. reg.*17. *quæſt.*2.

Et quamuis ad hoc vt ius ad rem dicatur quæſitum,requiratur,

quiratur, quòd præſentatio fuerit facta coram Ordinario,& à præſentato acceptata, Abb. *in c.cùm Bertoldus, de re iud.* Gomez. *d. q.1. verſ. primò non habere locum, fol.17.* Attamen vtrumque in propoſito verificatur, nam præſentationes coram Ordinario Carpi factæ mihi ſupponuntur, & de acceptatione non eſt dubitandum. Tum quia cum ex precibus Sanctiſſimo porrectis, in quibus eas commemorauit, appareat ipſum de eis plenam ſcientiam habuiſſe, hæc ſola pro acceptatione deſeruit, ex quo ſu-
115 mus in merè fauorabilibus. Cephal. *conſ.33. num.19.* Rol. *conſ.19. num.34. lib.1.* Tuſch. *litt. A concl.70. num.4.* Surd. *deciſ.206. n.11.* Rot. *diuerſ. deciſ.663. n.2. part.1.* Cyriac. *contr.315. num.27. lib.2.* Tum quia narrando Pontifici ſe fuiſſe præſentatum à medietate patronorum, & pro alia medietate derogationem petendo, cenſetur neceſſariò acceptaſſe præſentationem alterius dimidietatis, quia qui declarat ſe velle vti aliquo actu, cenſetur illum acceptaſſe.
116 Crauet. *conſ.73. num.18.* Vant. *de nullit. tit. vlt. num.103.* Surd. *conſ.523. num.5.* & acceptatio inducitur nedum verbis, ſed factis, ſignis, vel adminiculis. Bellon. *conſ.15. n.11.12.* Gonz. *ad reg.8. gl.16. n.25.* Rot. *diuerſ. deciſ.690. in fin. p.3. lib.3.* vbi ait ſolam appoſitionem manus à tergo promiſſionis ſufficere, vt dicatur probata ſpecifica Canonicatus acceptatio. Tum demùm quia circumſcripta etiam acceptatione præſentationum, ſatis ius ad rem quæſitum dicitur ex commiſſione Papæ de prouidendo obtenta in forma, *Dignum*, vel alia per D. Ciarlinium, etiam antequã executioni demandata fuerit ad finem, vt per aliam prouiſionem, ſtante clauſula illa præſeruatiua, *Dummodo*, ei
117 non cenſeatur derogatum, vt pulchrè Garc. *de benefic. p.4. cap.3. num.59. 60.* & Gonz. *gloſ.15. §. 2. num.56.* & ſic cum apertè conſtet de non iure Balugolæ, ceſſare debet omnis controuerſia contra D. Ciarlinium.

Addam etiam vnum verbum allegatis per D.M. ſuper incapacitate D. Catherinæ, cuius voto Balugola nititur, quòd cùm ipſa patronis de Grilinzonis vltimò defunctis non eſſet ab inteſtato tanquam excluſa ſtantibus agnatis de caſali à ſtatuto Carpenſ. nec ab eis fuerit hæres ex teſtamento vniuerſaliter inſtituta, vt in allegationibus
118 oſtenditur, incapax extitit iſtius patronatus vigore huiuſmodi ſtatuti, prout in puncto pluribus relatis firmarũt Roch. *d. tr. verb. Ipſe vel is, q.6. n.15.* Laur. de Palat. *de ſtat. quod extant. maſc. fem. non ſucc. 3. part. princ. num.48. inter tr. diuerſ. mihi vol.7.* Pariſ. *conſ.48. n.6. vol.4.* & Ant. Macer. *lib.1. reſol.60. num.3.* Ideò tantò magis deficiunt præſentationes ad fauorem Balugolæ emanatæ, præualentque præſentationes, ac prouiſio Apoſtolica per dictum Reuerendiſſimum D. Ciarlinium obtentæ, quas propterea tum ex prędictis per me, tum ex aliis doctrinis per eundem D. cumulatis validas, & executioni mandandas cenſeo. Saluo, &c. In quorum fidem. Locus ſigni.

Hieronymvs Avgvstonvs, I. V. D. Corrigienſ. & Sereniſſimi D. D. Ducis Mutinæ Conſiliarius.

Concluſiones ſupra per Reuerendiſſimum D. Ciarlinium in propria cauſa firmatas, & adeò doctè per eum, & Illuſtriſſimum D. Auguſtonum comprobatas, vt nihil vltra deſiderari poſſit, iuri conformes exiſtimaui, & ideo requiſitus pro fide illis ſubſcripſi.

Traianvs Bortianvs, I. C. Regienſ.

Ex his cauſa fuit diu agitata in Curia Romana coram dicto Reuerendiſſimo Androſilla, qui valde dubitauit, quis noſtrûm eſſet bene præſentatus: fuit autem reſponſum eius motiuis, quia verè nec dicta D. Catharina vigore fideicommiſſi, nec dicta D. Iunipera vigore vſusfructus habet ius in dicto patronatu. Verùm rogatu amicorum, & ad euitandas expenſas, & litium ambages res fuit ſopita accordio, & Ciarlinius, quia habet alia beneficia renuntiauit iura ſua dicto Balugolæ retentis ſibi quibuſdam annatis ſub beneplacito ſemper Sedis Apoſtolicæ, & concordia fuit confirmata, vigore cuius nunc dictus Balugola pacificè poſſidet dictum beneficium, non quia in eo haberet aliquod ius conſiderabile, quoniam vſufructuaria non præſentauerat in tempore, & D. Catherina vti fideicommiſſaria non ſuccedebat in dicto patronatu, & propterea Hoſpitalia vt hæredes directi bene præſentauerunt ex rationibus, & cauſis iam adductis.

---

# CAPVT II.

## Epitome.

An emphyteuta, vſufructuarius, & ſimiles cadant à commodo ob inciſionem arborum frugiferarum, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Legis caſus vbi eſt, non reſtat dubitandi locus.*
2 *Emphyteuta incidens arbores cadit à beneficio.*
3 *Vſufructuarius, & ſimiles cadunt, ſi arbores cædant.*
4 *Arboribus exciſis fundi ſubſtantia ſalua non remanet.*
5 *Arborum inciſio æquiparatur demolitioni domorum.*
6 *Emphyteuta etiam priuati non poteſt incidere arbores.*
7 *Emphyteuta damnificans non compenſat melioramenta.*
8 *Emphyteuta priuati, & emphyteuta Eccleſiæ æquiparantur.*
9 *Caducitas incurritur ob deteriorationem notabilem.*
10 *Emphyteuta cadit ob modicam deteriorationem, ſtante pacto de meliorando, vel iuramento.*
11 *Emphyteuta non ſoluens, ſtatim expellitur propter iuramentum, biennio non expectato.*
12 *Canonem non ſoluere, vel deteriorare paria ſunt.*
13 *Clauſula,* Pro iurato, *habet omnes vires iuramenti.*
14 *Iuramentum plus operatur, quàm clauſula:* Pro iurato.
15 *Emphyteuta deteriorans lite pendente dicitur doloſus.*
16 *Lite pendente nihil innouandum.*
17 *Caducitas non incurritur ſine dolo, vel culpa.*
18 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
19 *Teſtium numerus ſupplet defectum aliorum.*
20 *Deterioratio, vel melioratio non conſtat, niſi appareat de antiquo rei ſtatu.*
21 *Deterioratio probatur coniecturis.*
22 *Emphyteuta vt cadat ob deteriorationem, tria requiruntur.*
23 *Emphyteuta, vſufructuarius, & ſimiles æquiparantur in materia deteriorationis.*
24 *Vſufructuarius, vaſſallus, & ſimiles æquiparantur in caducitate ob deteriorationem.*
25 *Allodialia præſumuntur bona.*
26 *Emphyteuſis debet probari per ſcripturam.*
27 *Emphyteuſim non probant teſtes, niſi amiſſa ſcriptura.*
28 *Actore non probante reus abſoluitur.*
29 *Arbores non fructiferæ poſſunt incidi ſine pœna caducitatis.*
30 *Arborum non fructiferarum quis ſit vſus.*
31 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
32 *Arbores fuiſſe grandes tempore inciſionis probandum eſt ad effectum caducitatis.*
33 *Qualificatus actus vbi requiritur, non ſufficit probare actum ſine qualitate.*
34 *Data vna inſtantia totum corruit argumentum.*
35 *Deterioratio debet eſſe circa ſubſtantiam rei, vt ſit locus caducitati.*
36 *Emphyteuta damnificans tenetur ad intereſſe.*
37 *Arbores an dicantur fructiferæ ex ſola ramorum inciſione.*
38 *Arbores quomodo dicantur fructiferæ.*
39 *Arbores vetuſtas licet incidere.*
40 *Emphyteuta cædens arbores vetuſtas, ad quid teneatur.*





41 *Dubia probatio contra probantem interpretanda.*
42 *Arbores paruæ inciſæ non cauſant caducitatem.*
43 *Teſtis vnus plenè probat contra inducentem.*
44 *Teſtibus affirmantibus magis creditur, quàm negantibus.*
45 *Syndicus Communitatis poteſt multa.*
46 *Syndicus cenſetur habere mandatum cum libera.*
47 *Caducitas ceſſat ob quamcumque iuſtam cauſam.*
48 *Cauſa etiam beſtialis excuſat à dolo.*
49 *Caducitati non eſſe locum in dubio iudicatur.*
50 *Robora an ſint arbores frugiferæ.*
51 *Quercus, & robur quid differant, & an ſint fructiferæ.*
52 *Arbores magnas non licet emphyteutæ incidere.*
53 *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*
54 *Culpam non fuiſſe commiſſam in dubio iudicamus.*
55 *Arborum inciſio quænam ſit digna caducitate.*
56 *Deterioratio notabilis eſt digna caducitate.*
57 *Arborum duarum inciſio an dicatur notabilis deterioratio.*
58 *Deterioratio notabilis quæ ſit, ſtatur arbitrio iudicis.*
59 *Arbitrium iudicis ceſſat in rebus definitis, vel determinatis.*
60 *Caducitas non infligitur ſine magna cauſa.*
61 *Caducitas eſt maxima pœna.*
62 *Caducitatis pœna imponitur ad errorem.*
63 *Emphyteuta poteſt incidere arbores vmbroſas.*
64 *Emphyteuta quando poſſit opponere compenſationem meliorationis cum deterioratione.*
65 *Arborum inciſio licita, ſi ager fiat fertilior.*
66 *Nemora libenter ad culturam rediguntur.*
67 *Compenſatio deteriorationis, & meliorationis quando admittatur.*
68 *Deterioratum non dicitur, quod eſt in eadem æſtimatione.*
69 *Emphyteuta an poſſit incidere arbores, quas plantauit.*
70 *Emphyteuta an poſſit deſtruere ædificium à ſe factum.*
71 *Conſuetudo excuſat à caducitate.*
72 *Emphyteuta, & ſimiles pro vſu ſuo arbores poſſunt incidere.*
73 *Emphyteutæ licet, quod poteſt bonus paterfamilias.*
74 *Precibus fruſtra exquiritur, quod iure conceditur.*
75 *Vſuario licet arbores incidere pro vſu ſuo.*
76 *Quæ ſingula non proſunt, vnita iuuant.*
77 *Emphyteuta priuati non cadit ob inciſionem arborum.*
78 *Communis DD. ſententia quæ dicatur.*
79 *Communi ab opinione quando liceat recedere.*
80 *Communis opinio quæ ſit, vbi non diſcernitur, quid agendum.*
81 *Contractus vbi eſt nominatus, non receditur ab eo defectu implementi.*
82 *Conductor non cadit à iure ob non implementum.*
83 *Emphyteuta cadit à iure ſuo ob pacta non ſeruata.*
84 *Feudatarius an cadat ob pacta non ſeruata.*
85 *Pœnitentiæ in quibus contractibus locus ſit.*
86 *Penſionem non ſoluens an ſtatim cadat propter iuramentum.*
87 *Emphyteuta quando cadat non ſoluendo canonem ſtante iuramento.*
88 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus.*
89 *Iuramentum non extenditur ad res modicas.*
90 *Alienare qui prohibetur ratione iuramenti, poteſt alienare res paruas.*
91 *Iuramentum eſt ſtricti iuris.*
92 *Iuramentum non trahitur ad inueriſimilia.*
93 *Iuramentum regulatur ſecundùm naturam actus, cui accedit.*
94 *Iuramentum recipit omnes conditiones actus, cui adhæret.*
95 *Emphyteuta non expellitur ob modicam deteriorationem, etiam ſtante iuramento.*
96 *Iuramentum eſt obſeruandum in forma ſpecifica.*
97 *Iuramentum non extendit actum validum.*
98 *Modicum, & nihil æquiparantur.*
99 *Iuramentum non alterat naturam negotij, & quando.*
100 *Legi ſi quis maior, Cod. de tranſaction. quando ſit locus.*
101 *L. ſi quis maior, C. de tranſact. non eſt in vſu.*
102 *Conſilium Principis non ſeruat l. ſi quis maior, C. de tranſaction.*
103 *Senatus Principis iudicat ſecundùm æquitatem naturalem.*
104 *Arbitrio boni viri de vtendo promiſſio quid importet.*
105 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus, & quando.*
106 *Emphyteuſis eſt melioratio.*
*Pactum de meliorando quid efficiat in emphyteuſi.*
107 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
108 *Damnum præſumitur datum à colono.*
109 *Arborum inciſio non nocet emphyteutæ, niſi de eius mandato fiat.*
110 *Arborum inciſio quando credatur facta de mandato conductoris.*
111 *Teſtes varij non probant.*
112 *Teſtes de vniuerſitate quando non probent.*
113 *Teſtes patientes plures defectus non probant.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

HOmines, & Commune Gargalli vſque ab anno 1610. conceſſerunt in emphyteuſim perpetuam DD. Cæſari, & Georgio de Alexandrinis agrum vocatum, *Campo Santo*, pro annuo liuello librarum quinque cum dimidia pro ſingulis bubulcis, & vt latiùs in inſtrumento inueſtituræ. Modò prædicti homines prætendunt Alexandrinos cecidiſſe à commodo dicti prædij, illudq; eſſe deuolutum ad dictum Commune, eò quod illi poſt conceſſionem liuellariam multas arbores, & vites à ſtipite ſucciderint, & aliarum ingentes ramos amputauerint adeo, vt in dicto agro egregiè ſint malè verſati: Vnde quæritur, quid iuris.

In hac re ſub primo aſpectu caſus videtur à lege expreſſe deciſus, vt nihil ſit de quo dubitare contingat, ad
textum *in l. ancillæ, C. de furt.* Ceph. *conſ.138. num.20.* Rol. 1
*conſ.72. num.6.7. lib.3.* ſiquidem emphyteuta ſine licentia domini non poteſt arbores frugiferas incidere, & ſicõtra faciat, poteſt expelli cadens ab omni commodo, eo quòd ſic agens res liuellatas dicatur deterioraſſe, & perpetuum damnum eis attuliſſe: textus eſt *in Auth. qui rem,*
vbi Bald. *num.3. in fin.* Caſtr. *col.1.* Salic. *num.2. in fin.* Iaſ. 2
*num.4.* Dec. *num.5.* Cagn. *num.17.* & DD. communiter, *C. de ſacroſ. Eccl. l. diuortio, §. ſi fundum,* vbi poſt Dyn. Bart. *n.3.* Caſtr. *num.2.* Alex. *num.2.* Iaſ. *num.4.* & alij omnes, *ff. ſol. matr. l. in fraudem §. conductor.* vbi Bart. *de iur. fiſc. c. propter ſterilitatem,* vbi Abb. & DD. *de locat. & conduct.* Picus *in rep. leg. Titia, §. Titia, num.131. de leg.2.* Ruin. *conſ.58. num.4. lib.1.* Natt. *conſ.481. n.3.* Rol. *conſ.49. num.10. lib.2.* Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſ.22. n.2.3.* Corbul. *tract. de cauſ. priu. emph. cauſ.13. num.2.* Carroc. *de locat. part.2. tit. de recuſ.104. n.15. in antiq.* Menoch. *conſ.372. n.30.* Ioan. Caſtill. *de vſufr. c.25. num.2. part.1.* Schrader. *de feud. part.9. c.6. num.64* Roſental. *eod. tract. cap.10. concl.33. num.3.* Giurb. *in conſuet. Meſſ. part.1. cap.15. gloſſ.4. num.13.* qui talia eſſe vera, & admit-
tunt non ſolum in emphyteuta, ſed etiam in vſufructua- 3
rio, colono, feudatario, & aliis, qui rem ab alio recognoſcunt, & vtiles ſunt tantummodo domini, vel fructuarij, & verum dicunt; nec mirum eſſe debet, quia arboribus exciſis fundi ſubſtantia ſalua non remanet, ſed deterior efficitur. Natt. *conſ.481. num 4.* Rol. *conſil.49. num.13. lib.2.* Ioan. Cop. *tract. de natur. fruct. tit.1. cap. num.3. in fin.*
etenim arborum inciſio æquiparatur demolitioni domo- 4

rum, *l. & eleganter,§. non ſolùm,ff. de dol.* Cott. *conſ.*115.
*num.*1. Ioſeph. Lud. *d. deciſ.* 22. *n.*23. Valaſc. *deciſ.*50.
*num.*4. Surd. *deciſ.*300. *num.*6.
5 Et hæc concluſio non procedit ſolum in emphyteuta
Eccleſiæ,vt quidam putauerunt, ſed etiam in emphyteu-
ta priuati, qui pariter ob arborum frugiferarum inciſio-
6 nem expelli poterit , vt dixerunt Guid.Petr.Guil.& Cyn.
*in d. Auth.qui rem,* vbi etiam Caſtr.*col.*1. Salic. *n.*2.*in fin.*
Iaſ. *num.*6.*verſ.tene communem,*Dec.*num.*5.Cagn. *num.*15.
*in fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.*Bart.*in d.l.diuortio,§.ſi fundum,n.*3.
vbi Alex.*num.*3.Caſtr.*num.*2 & communiter DD.*ſol.mat.*
Rom.*in l.ſi vero,§.de viro,num.*66.*ff.eod.*Florian.*in l.hacte-
nus,§.*Caſſius *de vſufr.*Bald.*conſ.*290.*num.*2.*lib.*2.Alex.*conſ.*
118.*in princ.lib.*5.Ruin.*d.conſ.*58.*num.*4. Tiraq.*de retract.*
*conuent.* §. 3. *gl.*1.*num.*29. Clar.*in* §. *emphyteuſis,quæſt.*26.
*verſ.ſed quid.*Redoan.*tract.de rebus Eccleſ. non alien.q.*79.
*c.*7.*num.*1.*&* *num.*11.Corbul.*d.cauſ.*13.*num.*4.Tuſch.*litt.*
*A.concl.*481.*n.*1.4.5.Conſtant.Ruger.*tract.de dot. inſpect.*
11.*num.*14.Natt.*d.conſ.*481.*n.*1.Menoch.*d. conſ.*372.*n.*30.
*verſ.ſecundum.*Claud.ad Bertaz.*d.conſ.*423. *littera C.*
Quod in tantum verum eſt, vt in tali caſu emphyteu-
ta melioraméta,& compenſationem meliorationis etiam
exceſſiuæ cum damno illato opponere non poſſit , ad
7 textum *in d.Auth.qui rem,*vbi gl.fin.& Salic.*n.*3. Iaſ.*n.*3.
*verſ.ſecunda,*Cagn.*num.*13.*C.de ſacroſ.Eccl.*Iaſ.*conſ.*17.*n.*3.
*lib.*1.Ruin.*conſ.*88.*num.*2.*lib.*1.Natt.*conſ.*482.*num.*2.Bero.
*conſ.*120.*num.*32.*lib.*1. Rol.*conſ.*49.*num.*17.*lib.*2.Menoch.
*conſ.*460.*num.*19.Corbul.*d.cauſ.*13.*num.*13.14.Caroc.*d.tit.*
104.*num.*16.Carp.*ad ſtat.Mediol.cap.*379.*num* 355. 356.
*part.*2. Vincent.Grilinz. *conſ.*21. *num.*6.Tuſch. *littera C.*
*concl.*623.*num.*18.Mantic.*de tac.& amb.conuent.lib.*22. *tit.*
29. *num.*9. quæ non ſunt miranda , quia in hac materia
æquiparantur emphyteuta priuati,& emphyteuta Eccle-
ſiæ , niſi expreſſe in aliquo caſu contrarium ſtatutum ſit.
8 Alex.*in l.ſi domus,§.ſi fundus, in fin.de leg.*1. gloſ.& Ioan.
And.*in d.c.potuit,de locat.* Imol. & alij *in d. c.propter ſte-
rilitatem,eod.*Aret.*in §.adeò autem, num.*10. *verſ. ſed,Inſt.*
*eod.* Add. ad Alex. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum , num.*3.
*littera A. ſol. matr.* Ioſeph.Lud. *d. deciſ.*22.*num.*4. Bero.
*conſ.*227. *num.*14. *&* 15. *vol.*1.
Et hæc res tantò clarior redditur in caſu noſtro , vbi
inciſio fuit notabilis , exciſæ enim fuerunt ſex arbores
cum vna vite, vt dicunt tres teſtes, vnde abſque dubio
9 incurſa eſt caducitas Bald.*in d.Auth. qui rem, num.* 3. vbi
Iaſ. *num.*7. Dec. *num.* 2. *&* 3. Cagn. *num.*15. Clar. *in d. §.*
*emphyteuſis , quæſt.*26. *in fin.* Menoch. *de arbitr. iudic.*
*caſ.*78. *num.*6. Ioſeph. Lud. *d. deciſ.*22. *num.*21. Tuſch.
*littera C. concluſ.*623. *num.*11. Caroc. *d. tit.*104.*num.*18.
Carpan. *d. cap.*379. *num.*361. *part.*2.
Verùm enim verò,dato etiam,quod leuis fuiſſet huiuſ-
modi deterioratio,& inciſio,tamen virtute iuramenti, &
pacti de meliorando,quibus vallatur inſtrumentum con-
10 ceſſionis,locus ſit caducitati, quia hoc caſu ſufficit mo-
dica,& alioquin non conſiderabilis deterioratio:pulchrè
Natt.*d.conſ.*481.*num.*22. Bero.*conſ.*120.*num.*34.*lib.*1.Cor-
bul. *d. cauſ.*13. *num.*10.*&* 11. Caroc. *d. tit.*104. *num.*19.
Carp. *d.cap.*379.*n.*363.*part.*2. Tuſch.*littera C. concl.*623.
*num.*12.Cyriac.*contr.*266.*num.*9.*lib.*2. ſicut eodem modo
emphyteuta ſolet habere biennium,vel triennium ad ſol-
uendum canonem,& tamen accedente iuramento ſi ceſſet
11 primo anno,expelli poteſt.Bald. *in c.querelam, in fin.* vbi
etiam Felin.*num.* 9.*de iureiur.*Alex.*conſ.*85.*per totum,vol.*1.
Iaſ.*in d.Auth.qui rem,C.de ſacroſ.Eccleſ.* Redoan.*d.q.*79.
*c.*3.*n.*5. Bero.*conſ.*124.*num.*6.*lib.*1.Ioſeph Lud.*d.deciſ.*22.
*num.*14.Surd.*conſ.*86.*num.*4.Bertaz. *in rep.l. ſi quis maior.*
*quæſt.*17.*num.*279. *& ſeq.*vbi etiam priùs Cagn.*num.*51. *C.*
*de tranſact.* Menoch. *conſ.*372. *num.*21. Carpan. *ad Stat.*
*Med.cap.*409.*num.*27.*part* 2 Borgn.Caual.*deciſ.*43.*n.*11.
12 12.35.vbi multa,& quem videas.Paria autem ſunt cano-
nem non ſoluere,& emphyteuſim deteriorare,*d.Auth.qui*
*rem,*vbi Iaſ.*num.*6.*verſ.tene communem,*& DD. omnes,*C.*
*de ſacroſanct. Eccleſ.* Bero. *d. conſ.*125.*num.*4. *lib.*1. Alex.
*conſ.*128. *col.*2.*lib.*5.Crott.*in l.*4.*§. Cato,num.*62. *verſ.ter-
tiò,de verb. oblig.* Redoan. *d. quæſt.*79.*c.*7.*n.*2. Corbul. *d.*
*cauſ.*13. *num.*8. *& cauſ.*15.*ampl.*6. *num.*1. Ioſeph.Lud. *d.*
*deciſ.*22. *num.*22. *num.*15. Ceph. *conſ.*139.*num.*15.Franc.
Cald. *de iur. emph. lib.*4. *cap.*9. *num.*23.
Nec refert,quòd in hoc inſtrumento iuramentum non
fuerit formiter præſtitum , quia clauſula , *Pro iurato,* ex
decreto Principis habet omnes vires iuramenti,excepto
periurio, & foro , quibus demptis idem operatur , quod
iuramentum ipſum : ita in terminis Natt. *conſ.*479. *n.*12. 13
*& conſ.*480.*num.*12.14.Rol. *conſ.*69.*num.*35.*lib.*4. Surd.
*deciſ.*154.*num.*2. & poſt Pinell. ac Burſat. teſtatur Claud.
ad Bertaz.*conſ.*480.*littera A,verſ.addo etiam.*Bene verum
eſt , quod huius clauſulæ vi debitor non cogitur ad ob-
ſeruationem contractus , prout eueniret iuramento ex-
tante : & ratio eſt,quia illa non extenditur ad caſus,qui-
bus contractus iuramento firmari non poteſt. Surd. *de-* 14
*ciſ.*248. *num.*21. *verſ. hoc autem.*
Et ſanè præter hæc dicti homines videntur fuiſſe facti
multò magis certi de victoria, quia Alexandrini penden-
te hoc iudicio fecerunt alias inciſiones arborum varij
generis, propter quod doloſos eſſe negare non poſſunt.
Ceph.*conſ.*64.*num.*18.Menoch.*conſ.*35.*n.*14.meliùs Bero. 15
*d.conſ.*120. *num.*33. *vol.*1. quia lite pendente nihil etiam
minimum eſt innouandum,*c.vlt.vt lit.pend.Clem.cum lite,*
*eod.*Menoch.*d.conſ.*35.*num.*14.Bero. *d.conſ.*120. *n.*30.33. 16
quæ faciunt locum prætenſæ caducitati,ea enim ſine do-
lo,vel magna culpa non inſumitur.Bald.*in d.auth.qui rem,*
*num.*4.vbi Iaſ.*num.*7.Cagn.*num.*16.*C.de ſacroſ.Eccleſ.* Iaſ.
*d.conſ.*17.*num.*1.*verſ.tertiò,vol.*1.Rol.*d.conſ.*49.*n.* 22.*lib.*2. 17
Ioſeph Ludouic. *d.deciſ.*22. *num.*23. Claud. ad Bertaz. *d.*
*conſ.*423. *littera C. verſ.ad hoc.*Redoan. *d.quæſt.*79. *cap.*7.
*num.*24.Corbul.*d.cauſ.*13.*n.*24.Tuſch.*littera C.concl.*623.
*n.*11.Pacian.*d.conſ.*32.*n.*53.Carp. *d.cap.*279.*n.*358.*part.*2.
Mantic.*de tac.& amb.conu.lib.*22.*tit.*29.*num.*23.
Neque dicti homines in probationibus defeciſſe vi-
dentur , quia multitudine teſtium vtramque inciſionem
probauerunt ; & tamen certum eſt, quod in ore duorum,
vel trium ſtat omne verbum,*l.vbi numerus, de teſtib. c. li-* 18
*cet vniuerſis,§.*1.*eod.*Farin.*de teſtib.quæſt.*63. *num.*232.233.
verùm maximus eorum numerus ſupplet defectus eo-
rum,ſi qui ſunt,qui aliquos patiantur.Gloſſ.*in l. teſtium,* 19
*verb.numerus, ff. de teſtib.* Alex *conſ.*5.*num.*6. *vol.*1. Becc.
*conſ.*85.*num.*17. *vol.*1. Maſc.*de probat. concluſ.*1359. *n.*14.
Farin. *q.*62.*n.*309.& non ſolùm teſtes,ſed etiam notarius
miſſus ſuper facti differentiam,inciſionem recognouit,&
propterea dicti homines videntur de victoria certi.
Hæc ſunt , quæ pro parte dictorum hominum deduci
poſſe videntur pro obtinenda victoria , ſed nihilominus
omnibus diligenter perpenſis verius eſſe credo Alexan-
drinos eſſe abſoluendos, & certus ſum,quod ſi dicti ho-
mines prudentiùs conſideraſſent , hanc prouinciam non
fuiſſent aggreſſi.Verùm vt in hac materia nihil intactum
relinquam, quod Alexandrinis prodeſſe poſſit, per ordi-
nem multa diſcutiam, & aliqua præmonebo ad quæſtio-
nem noſtram pertinentia.Etenim certum eſt in primis in
tali materia non poſſe bene conſtare de deterioratione,
aut melioratione , niſi priùs conſtito de antiquo rei ſta-
tu. Bart. *in l. ſi negotia,ff. de neg. geſt.* Curt. Iun.*conſ.*165.
*num.*20. Seraphin. *deciſ.* 1453. *num.*5. Bene verum eſt, 20
quod damnum datum, & derioratio probatur coniectu-
ris, & præſumptionibus. Tuſch. *pract.concluſionum litte-* 21
*ra C. concluſ.*623. *num.*23. Maſc. *de probat. concluſ.*472.
*num.*2.
Deinde præmoneo receptum eſſe apud omnes , quod
ad hoc,vt emphyteuta,ſeu vaſſallus,& ſimiles cadãt à be-
neficio,ſeu liuello,tria ſũt copulatiuè neceſſaria,& ſi vnũ 22
deficit, caducitati locus eſſe non poteſt, ſi de damnis, &
& deterioratione loquimur,oportet enim quod deterio-
ratio ſit notabilis,& ſit perpetua reſpiciẽs rei ſubſtantiã,
non ſolos fructus,& ſit cũ dolo,& magna culpa emphy-
teutæ:ita Alex.Iaſ.& DD.*in d. Auth.qui rem,*Myſing.*cent.*
*6.obſeru.*



*6.obſeru.*86.*num.*8.9.10.Seraph.*deciſ.*1453.*num.*7.Schra-
der.*de feud. part.*9. *cap.*6. *num.*66.68.69. Mantic. *de tac.*
*& amb. conu. lib.*22. *tit.*29. *num.*19.22.23. Roſental. *de*
*feud.c.*10.*concl.*33.*num.*2.7.8.Giouagn.*conſ.*15. *n.*1. *lib.*2.
Cyriac.*contr.*268.*num.*9.*lib.*2.Layman. *mor.lib.*3. *tract.*4.
*cap.*23.*num.*7.*in fin.*
Præterea animaduertendum eſt, quòd in hac materia
deteriorationis , & caducitatis æquiparantur emphy-
teuta , vſufructuarius , vaſſallus , ac cæteri ſimiles, qui
ad tempus , vel in perpetuum re quapiam reſtitutioni
23 ſubiecta , vel caducitati obnoxia ſimpliciter fruuntur,
adeo , vt quod de vno dicitur , de altero intelligatur,&
ſolitum ſit ab vno ad alterum arguere,niſi aliud ſpecificè
in contrarium ſtatuatur : ita Bart. *in d.l. diuortio, §.ſi fun-*
*dum,num.*3. Alex. *num.*2. Iaſ. *n.*4. *ſol.matr.* Becc.*conſ.*33.
*num.*1. Tiraq. *de retract.conuent.§.*3.*gl.*1.*num.*24. Craſſ.*in*
*§.legatum,quæſt.*33. *ad princ.* Bero. *conſ.*129. *num.*2. *lib.*1.
Redoan. *d. quæſt.*79. *cap.*7. *num.*6.7. meliùs Corbul. *d.*
*cauſ.*13.*num.*6. Schrader. *de feud. part.*9. *cap.*6. *num.*64.
pulchrè Pic. *in d.l. Titia,§.Titia, quæſt.*36. *num.*128.*verſ.*
*idem eſt , de leg.*2. Caball. *conſ.*30. *num.*9.*lib.*2. Giurb. *in*
*conſuet. Meſſan.part.*1. *cap.*15.*gl.*4.*n.*12.Cyriac.*contr.*141.
*num.*41. *lib.*3. Molin. *de primog.Hiſp.lib.*1.*cap.*22.*num.*5.
24 vbi æquiparat in hac materia fructuarium , vaſſallum,
emphyteutam, fideicommiſſarium, maritum , conducto-
rem, & ſimiles, ſicut faciunt etiam alij ſupradicti DD.
His addi poteſt , & præmonere licet,quòd bona ſem-
25 per præſumuntur libera , & allodialia , non autem em-
phyteutica.Io.And. *in c.nimis, num.*3. vbi etiam Hoſt. *de*
*iureiur.* Alex. *conſ.*129. *in princ. lib.*1. Pariſ. *conſ.*138.
*num.*25. *lib.*4. Rol. *conſ.*2. *num.*11. *lib.*3. Pacian.*conſ.*26.
*num.*27. vnde aſſerenti rem eſſe liuellariam incumbit
onus probandi. Pariſ. *d. conſ.*138. *num.*23.Maſc. *de prob.*
*concl.mihi.*602.*in princ.*& maximè in hoc contractu em-
26 phyteuſis , qui debet probari per ſcripturam , quia illa
eſt de eius eſſentia , ad textum *in l.*1. vbi gloſſ. & Salic.
*num.*5. & alij communiter, *C.de iur.emph.*Aret.*in §.adeo,*
*num.*8.*Inſt.de locat.* Alex.*conſ.*50. *num.*4. *lib.*5. Clar. *in §.*
*emphyteuſis,quæſt.*4. *per totam.* Maſc. *d. concl.*603.*n.*1.2.3.
latè Surd. *conſ.*84. *num.*1. Aluar. Valaſc. *de iur.emph.*
*quæſt.*7. *num.*2. vbi multos allegat. Rot. *diuerſ. deciſ.*21.
*num.*1. *lib.*4. Surd. *deciſ.*331. *num.*10. *lib.*2. Franc. Cald.
*de iur. emph. tit.de renouat. emph. quæſt.*2. *num.*2. *& n.*5.
*verſ.ſed nihilominus, & quæſt.*18. *num.*36. Mantic. *de tac.*
*& amb.conuent.part.*1.*lib.*1. *tit.*10. *num.*4. & ideò per te-
27 ſtes probari non poteſt emphyteuſis , niſi ſimul etiam
probetur amiſſam fuiſſe ſcripturam. Gloſ.*in l.*1. & ibi
Bald. *in* 3. *oppoſ.* Iaſ.*num.*61. *C.de iur. emph.* gl. *in cap.*1.
*de cenſ.* Bart. *in l.ſicut iniquum, num.*3. *C.de fid.inſtr.*Alex.
*conſ.*112.*ad fin. vol.*1. Maſc. *d. concl.*603. *num.*14.*&* 605.
*in princ.* & ideo cùm in proceſſu non appareat aliqua
ſcriptura conceſſæ emphyteuſis , licet teſtes de ea depo-
nant , quia tamen non dicunt ſcripturam fuiſſe amiſſam,
ſequitur , quòd dicti homines defecerint in ſalutari ſuo,
quia actore non probante reus abſoluitur, etiamſi ipſe
28 nihil præſtiterit,*l.qui accuſare,*vbi Bart.& DD.*C.de eden.*
*l.nimis graue, de teſtib. cap.dilectos,de fide inſtr.* Pacian. *d.*
*conſ.*33.*n.*7.
Verùm eſto , quod hæc bona ſint dicti Communis li-
uellaria,adhuc ſentio non eſſe locum prætenſæ caduci-
tati,& vt id oſtendam,animaduertendum eſt arbores in-
ciſas eſſe duplicis generis,frugiferas ſcilicet, vt vites, &
robora,alias infrugiferas, & non feraces,vt populus, ſa-
lix,fraxinus, vlmus,platanus,quercus,& ſimiles, & quo
ad iſtas non fructiferas dico, quòd potuerunt ſuccidi ab
emphyteuta,& ſimilibus ſine pœna caducitatis,cùm nul-
29 lo iure caueatur colonum poſſe expelli ob earum inciſio-
nem : ſic pulchrè Crott.*conſ.*115.*n.*5.Curt. Sen. *conſ.*70.
*num.*8. *verſ. condeſcendo.* Becc. *conſ.*33. *num.*5.6. Natt.
*conſ.*477. *num* 9. Claud. ad Bertaz. *d.conſ.*423. *littera*
*D.*latè Pacian. *d.conſ.*32.*num.*1.3. *& conſ.*33.*num.*9. Gra-
tian. *diſc.*21. *num.*21. *lib.*1. Actus enim inciſionis ar-



borum non fructiferarum non eſt ex ſui natura actus
deteriorationis , cùm vſufructus iſtarum conſiſtat in ca-
rum inciſione pro tabulis , & trabibus habendis. Seraph. 30
*deciſ.*1356. *num.*3. Giurb. *in conſuet. Meſſ.part.*1.*cap.*15.
*gl.*4.*num.*19.
Vnde prohibita ſimpliciter arborum frugiferarum in-
ciſione ſub pœna caducitatis , cæterarum comprehenſa
non videtur ſub illa , ſed potiùs permiſſa , quia incluſio
vnius eſt excluſio alterius. Crott.*d.conſ.*115.*num.*5.Becc.
*d.conſ.*33.*n.*5.6. Pacian. *d. conſ.*32. *n.*35. & ideò dicti ho- 31
mines probare debebant arbores hic inciſas fuiſſe viri-
des,grandes,vtiles,& frugiferas, pulchrè Claud. ad Ber-
taz.*d.conſ.*423.*littera A,*Pacian. *d.conſ.*32. *n.*2. *ad fin. &* 32
*conſ.*33.*n.*9.quia vbi lex requirit actum qualificatum,non
ſufficit illum probare ſine qualitate, *l.Fulcinius, §.cùm hoc*
*edictum ,* vbi Bart. *ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.* Marſil. *in* 33
*pract.§.& quia, num.*11. *verſ.vlteriùs.* Alex.*conſ.*224.*n.*3.
*lib.*2.Pacian. *d conſ.*32. *num.*3. quòd cùm dicti homines
non fecerint, exceptis dictis roboribus, & vite, de qui-
bus nunc non loquor , ſequitur Alexandrinos eſſe abſol-
uendos. Pacian.*d.conſil.*33.*n.*7.
Neque dicatur inciſionem arborum eſſe de genere
prohibitorum, ideoque data inciſione ſatis fundatam di-
ci domini intentionem , quia reſpondeo quoad pœnam
caducitatis id verum non eſſe,quia tantùm frugiferarum
inciſio comprehenditur , & propterea non ſufficit pro-
bare ſimplicem arborum inciſionem. Pacian. *d. conſ.*33.
*n.*14.15. *& ſeq.* quia data vna inſtantia totum corruit ar-
gumentum, *§.pauonum, Inſt.de rer. diuiſ. cap. ſicut vrgeri,* 34
vbi gl.1. *quæſt.*1. Crott. *in l.Gallus , §. & quid ſi tantum,*
*col.*37. *de liber. & poſthum.* Pacian. *d. conſ.*33. *num.*14.
Menoch.*conſ.*52.*n.*79.
Pariter non dicatur ſatis eſſe , quòd fundus deteriore-
tur per arborum inciſionem, etiamſi frugiferæ non ſint,
eo quòd emphyteuta non poſſit damnum afferre in pro-
prietate, adeo vt ſi damnum non ſit circa rei ſubſtan-
tiam , non ſit locus caducitati, *d. Auth qui rem,*vbi DD. 35
*C.de ſacroſ.Eccleſ.* Schrad.*d.c.*6.*n.*69.Miſyng *d.obſeru.*86.
*in fin.cent.*6.Giouagn. *conſ.*15.*n.*1.*lib.*2.Layman.*mor. lib.*3.
*tract.*4.*c.*23.*n.*7.*ad fin.* Nam reſpondeo hæc eſſe inter ſe
diuerſa , quòd emphyteuta non poſſit damnificare ſub-
ſtantiam rei,& quod quælibet damnificatio ſit digna ca-
ducitate ; poteſt enim eſſe , quòd ipſe afferret magnum
damnum ex inciſione arborum non frugiferarum , non
tamen incurrat pœnam caducitatis,quæ poſita eſt ſolùm
inciſioni fructiferarum,ſed fortè tenebitur actione legis
Aquiliæ,vel ad intereſſe : ita Pacian. *d.conſ.*33.*n.*22.23.*&* 36
*ſeq.*Roſental.*de feud.c.*10.*col.*33.*num.*33.
Simili modo non dicatur huiuſmodi arbores ſatis dici
fructiferas ex ramorum inciſione , & deglabratione an-
nuatim fieri ſolita , pro vt populum , & ſimiles arbores
non poſſe ſuccidi,quia ſaltem ſcaluando fructus afferunt,
concludit Paul. de Monte Pic.*in d. rep. l. Titia, §. Titia,* 37
*n.*128.*verſ.tu autem,ff. de leg.*2. Nam reſpondetur iſtum
non eſſe fructum victui humano aptum,quem requirunt
DD.ad finem,vt arbor dicatur fructifera,alioquin omnes
arbores poſſent dici fructiferæ, cùm nulla ſit quæ ramis,
vel foliis prodeſſe ad aliquid non poſſit:ſic bene reſpon-
dent.Becc.*d.conſ.*33.*num.*11.*verſ.non obſtat.*Claud.ad Ber- 38
taz.*d.conſ.*423.*littera D.*ibi : *Vel minimum.*
Deinde alia etiam ratione poteſt dici licitã fuiſſe dicta-
rũ arborum inciſionem, & ſine periculo caducitatis eas
fuiſſe ſuccifas,eò quod eſſent vetuſtæ, inutiles,corruptę,
& in parte exſiccatę,quas idcirco teſtes appellãt,Gauoſ-
ſi,quarũ loco Alexandrini alias arbores ſupplantauerunt, 39
vt dicunt teſtes in pluribus locis,vnde ipſi ſine periculo
caducitatis eas,etiamſi frugiferę eſſent,incidere fecerunt.
Ang.*in l.ſi colonus,*ibi:*In loco veterũ,ff.arb.furt.cæſ.*Caſtr.*in*
*d.l.diuortio,§.ſi fundum,n.*2.& ibi Alex.*n.*2. Iaſ. *n.*4. *verſ.*
*ſecundo limita,ff. ſol. matr.* Tiraq. *d.§.*3.*gl.*1. *num.*26. Pic.
*in d.§.Titia,n.*128.*verſ.ſecundo principali.*Rim Sen.*conſ.*74.
*n.*16.Natt.*conſ.*482.*n.*3.Rol.*d.conſ.*49.*n.*10.*lib.*2. Becc.*d.*

conſ.33.n.9.Redoan. d.q.79. c.7. n.13. d.Corbul.d.cauſ.
13.num.28. verſ. ideo,Menoch.conſ.460. num.16. Claud.
ad Bertaz. d.conſ.423. littera A.Pacian.d.conſilio 32.n.6.
verſ. Quartus , & conſ.33. num.18. verſ.Quartò. Carp.
ad ſtat. Mediol. cap.379. num.373. Giouagn. conſil.15.
num.5. lib.2. Mantic. de tac. & amb.conuent.lib.22.tit.29.
num.35.

Et licèt aliqui ex teſtibus aduerſæ partis dicant nul-
las arbores fuiſſe plantatas loco inciſarum , tamen vin-
cuntur à noſtris teſtibus de viſu proprio affirmantibus.
Farin. de teſtib. quæſt.65. num.201.Veruntamen etiam-
ſi loco inciſarum aliæ non ſint plantatæ, non tamen per
40 hoc emphyteutæ expelli poſſunt , ſed tantum cogi pér
iudicem ad ſupplantandum ; non enim habemus legem
dicentem , quòd emphyteuta , vel vaſſallus veteres ar-
bores incidendo , & nouas non ſubſtituendo , cadat à
commodo , & in pœnalibus non fit extenſio : ita per
l.bactenus, ibi: Subſerere cogitur , ff. de vſufruct. Pacian.
d. conſ.32. num.38. & propterea nolens ſubrogare for-
tè tenebitur ad reſtitutionem inciſarum arborum, non ad
aliud, vt poſt Alb. conſ.55.num.7.inquit Borgn.de vſufr.
mul.relict.num.157. verſ.& debet. & ſic non adeſt pericu-
lum caducitatis.

His viſis circa arbores non frugiferas tranſeamus ad
vites,& negamus aliquam vitem fuiſſe inciſam , ex quo
vnica quercus , quæ vitem habebat , inciſa eſt , & vitis
ad alteram arborem traducta : & licet poſtea interierit,
nihil refert , quia ſufficit Alexandrinis ſuam feciſſe di-
ligentiam , & erat probandum , quòd eorum culpâ pe-
rierit.Pacian. d.conſ.3 . num.56.verſ.ex quibus.Cùm enim
id euenire potuerit abſque eorum culpa , ſequitur, quòd
aduerſæ partis dubia ſit probatio, & meritò contra pro-
41 bantem interpretanda,cap.in præſentia,& ibi DD. de pro-
bat. Marſil. ſing.267. Pacian. d. conſ.32. num.12. Claud.
ad Bertaz. d. conſ.423. littera A. Crauet. conſil.218.
num.6.

Quare ſupereſt , vt de arboribus frugiferis loquamur,
42 hæ ſunt duo robora glandifera , quæ à teſtibus appel-
lantur Rouerſellæ, quæ cum ſint res minimæ,ſine dubio
non habentur in conſideratione ad effectum caducitatis.
Pacian.d.conſ.32. num.18. verſ.vnde inferenbo , & propte-
rea punctum videtur eſſe reſtringendum ad alia duo ro-
bora , quæ præ magnitudine videntur digna conſidera-
tione. Verùm quia Alexandrini eas incidere fecerunt
cum licentia , conſenſu , & participatione Maſſarij , ſeu
Syndici dicti Communis, vt deponit Bacchus aduerſæ
43 partis teſtis,qui ſolus contra eam inducentem plenè pro-
bat, l.cùm precum, C.de liber.cauſ.l.Theopompus , vbi Bart.
de dot. præleg. Bart.in l.Lucius,in fin.de fideiuſ.DD. in l.1.
§.fin.de verb.oblig.Ceph.conſ.82.n.47. Farin.de teſtib.q.62.
num.237. & ſeq. quod procedit , etiamſi teſtis ſit de au-
ditu, Farin. d.quæſt.69.num.57. & maximè , quando pars
eius examen præſentauit Iudici, Farin.d.quæſt.62. n.229.
236. quòd ſatis eſt , licèt adſint etiam alij teſtes , qui
hoc idem innuunt , & plenè probant, Corbul. d.tract.
cauſ.25.quæſt.4.num.3.Farin. d.quæſt.69.num.44. ideo ceſ-
ſat caducitas.

Et quamuis extent alij teſtes aduerſæ partis dicentes
nullam fuiſſe conceſſam licentiam , tamen nihil eis eſt
credendum , vt oſtendam, & pro nunc dico magis ſtan-
dum eſſe noſtris teſtibus ſuper affirmatiua deponentibus,
44 quàm contrariis ſuper negatiua teſtificantibus , l. diem
proferre , §. ſi plures, vbi gl.& communiter DD.ff.de arb.
Alex.conſ.148.num.2.lib.2. Gramm.conſ.67. num.17. Cra-
uet. conſ.65.num.25. Claud. ad Bertaz. conſ.497. littera
C.verſ.& hoc maximè, Pacian.de probat.lib.1.cap.36.n.12.
plus enim creditur duobus affirmantibus , quàm mille
negantibus. Farin.de teſtib.quæſt 65.n.201.

Neque mihi dicatur , quod ille Maſſarius talem licen-
tiam non potuit elargiri, vt quidam teſtis dicit;nam hæc
45 eſt vanitas,quia etiam maiora poſſe arbitror ex his, quæ
tradit Dec.conſ.138.num.7.verſ.tertiò etiam, quoniam ta-
les Maſſarij , ſeu Syndici vniuerſitatis cenſentur habere
mandatum cum libera , & poſſunt etiam ea, quæ requi-
runt ſpeciale mandatum, adeo vt poſſint etiam remitte- 46
re caducitatem , & ſi penſionem recipiant decurſo tem-
pore , eam remiſiſſe cenſentur : ſic Caſtr.in l.1.§. quibus
autem, in gl. ibi : Quaſi ſingulorum , ff.quod cuiuſque vniu.
Crauet. conſ.278. in princ.ſub verſ. & primò. Ludouicus
Sacc. conſ.53. num.27. lib.1. Mantic. de tac. & amb. con-
uent. lib.22 tit.33.num.10. verſ. ſimili , ſed hoc diſputare
non intendo , quia etiamſi dicti homines vera dicerent, 47
tamen adhuc ceſſaret prætenſa caducitas , quoniam ſal-
tem inde nata eſt Alexandrinis iuſta credendi cauſa ſe
poſſe dictas arbores incidere ſine alio timore; hæc enim
eſt ſufficiens excuſatio. Carroc. de locat. & conduct. p.5.
quæſt.10. num 46. in noua editione,quod verum eſt,etiam-
ſi ita credentes errauerint in iure. Farin.in prax.quæſt.90.
num.113.115.

Et ſanè dici ſolet , quod quælibet cauſa, etiam beſtia-
lis , & minima excuſat non ſolum à dolo , ſed etiam à
pœna caducitatis , l.igitur,§.poteſt,ff. de liber. cauſ. gl. & 48
Ang. in l. plagij, C.ad l.Iul.de plag. Bart. & alij in l. iuſtè
poſſidet,ff.de acquir.poſſ. Gramm. vot.40.num.15.Farin. in
prax.quæſt.103.num.157. in terminis noſtris Clar. in d.§.
emphyteuſis, quæſt.8.verſ.ſed quid,Corbul.d.tract. cauſ.15.
lim.17.num.2. Menoch.conſ.460.num.4.Pacian.d.conſ.32.
num.76. quod procedit etiamſi dicta cauſa beſtialis , vel
non legitima plenè , & omnino non doceatur. Crauet.
conſ.836.num.20.Honded.conſ.100.num.35.lib.2. pro qui-
bus facit , quia in dubio iudicandum eſt caducitati non 49
eſſe locum,& emphyteutam feciſſe quod ſibi licere cre-
debat Pacian.d.conſ.32. num.8.45.& conſ.33. num.3.

Vlteriùs dici poſſet ceſſare periculum caducitatis,quia
non eſt probatum,quòd arbores inciſæ eſſent glandiferæ
tempore inciſionis, prout requirebatur.Pacian.d.conſ.32.
num.13.& ſeq.& conſ.33.n.9.10. & tantò magis , quia li-
cet robora incidi non poſſe,quia glandes faciunt,ſcripſe-
rit Pic. in d.l.Titia,§.Titia,n.128.verſ.ideo omiſſis,de leg.2.
tamen quia talis fructus eſt minimus , & hodie pro ci- 50
bo humano ineptus,non facit locum caducitati : pulchrè
Claud.ad Bertaz.d.conſ.423.littera D.qui licèt de quercu
loquatur,tamẽ robur non differt ab ea, vnde ſæpe robo-
ra appellat quercus Pacian.d.conſ.32.n.10.& ſeq.Menoch.
d.conſ.460.n.17. vtraque enim arbor eſt glandifera , vn-
de Plin.lib.16. c.6. inquit : Glans optima in quercu , atque
grandiſſima : & Virg. 3. Georg. Antiquo roborè quercus in- 51
gentes tendat ramos. Et dato etiam , quod robora ſint ar-
bores fructiferæ , quia aliter ſentire multis durum vide-
bitur,non tamen probatur , quòd hæc, de quibus quæ-
rimus, eſſent actu glandiferæ,ſi enim ſterilia eſſent,mul-
tùm mali vmbrâ facerent,& nihil boni producerent.

Præterea non conſtat de magnitudine dictorum robo-
rum , & tamen ad finem caducitatis oportet probare ar-
bores inciſas non ſolùm fuiſſe frugales , ſed etiam ma-
gnas, l.ſed ſi grandes,de vſufr.Pacian.d.conſ.32.num.2. & 52
num.36. nec mirum , quia damnum caducitate dignum
debet eſſe magnum. Claud. ad Bertaz. d. conſ.423. littera
C.verſ.ad hoc tamen.

His dictis tranſeamus ad ſecundum , quod requitur
ad caducitatem incurrendam,ſcilicet dolus, & culpa , de
quo non conſtat,quia ſiue agendo , ſiue excipiendo con-
tingat dolum, vel culpam allegare, ea debent plenè pro- 53
bari,quia potiùs error præſumitur,l.dolum,C.de dol.l.Præ-
tor.in princ ff.de iniur. pulchrè Bart. conſ.193. in 3. dubio.
Alex.conſ.136.n.3.lib.7.Dec.conſ.162.n.11.Crauet conſ.151.
n.11.verſ.nec obſtat.Menoch. conſ.533.num.26. Pacian. d.
conſ.32.n.56.70.& conſ.33.n.42.& ſeq.Bertaz.d. conſ.423.
n.6.& cùm id copulatiuè requiratur, neceſſaria erat eius
probatio.Alex.conſ.48.ſub n.3.lib.1.Pacian.d.cõſ.33.n.39.
& quoniam in dubio iudicare debemus culpam non fuiſ- 54
ſe commiſſam.Alex.conſ.183.n.6.verſ.& dato,lib.7.Crauet.
con.151.n.18.verſ.& in dubio,Pacian.d.conſ.33. n.44. Me-
noch.d.conſ.533.n.26.Claud.ad Bertaz.d.conſ.423.litt.A.
Præter



Præter hæc attentiùs conſidero , quòd non ſimplex
frugiferarum arborum inciſio digna eſt caducitate , ſed
55 tantum, quæ eſt cum magna deterioratione. Bald. in d.
Auth. qui rem,num.3. vbi DD.C.de Sacroſ.Eccleſ. Albert.
Brun. de ſtat. fæm. exclud. art.9. princ. quæſt.12.num.107.
vbi dicit multa de modicis. Redoan.d.q.79.n.24.Corbul.
d. cauſ.13. n.24. Claud. ad Bertaz. d. conſ.423. littera
C. verſ. ad hoc. Mantic. d.tit.29.n.19. Seraph. deciſ.1356.
56 n.6. vnde dicunt omnes , quod inciſio , ſeu deterioratio
debet eſſe notabilis,& perpetui detrimenti circa ſubſtan-
tiam rei. Bald. in d. Auth. num.3. vbi Iaſ. num.6. Dec.
num.2.3. Cagn. num.15. DD. communiter in d. l. diuor-
tio, §. ſi fundum, ſol. matr. Alex. conſ.118. num.10. vol.5.
Iaſ. conſ.17. num.2. lib.1. Rol. d. conſ.49. num. 20. lib. 2.
Menoch. d. conſ.460. num.16. Pic. in d. l. Titia, §. Titia,
n.133. de leg.2. Redoan. d.q.79.c.6.n.7.8. & c.7.n.5.24.
Ioſeph. Ludouicus d. deciſ.22. n.21. Corbul. d. cauſ.13.
n.24. Carocc. d.tit.104.n.18. Carp. d.c.379. n. 361. p.2.
Aſin. in prax. §.26.c.1.n.6.Surd.de alim.tit.8.priuileg.61.
n.27. Valaſc.deciſ.50.n.6.Mantic.d.tit.29.n.22. Giouagn.
conſ.15.n.3.lib.2. Caſtil. de vſufr.c.26.n.11.12.p.1.

Verùm vnius, duarum , vel trium arborum frugifera-
57 rum inciſionem non poſſe dici magnam,neque notabilis
quantitatis, maximè ad effectum caducitatis , in terminis
reſponderunt Pic. in d. l. Titia, §. Titia, n.132. de leg. 2.
vidimus Iaſ. d. conſ.17.n.2. lib.1. Natt. d. conſ. 481. n. 9.
perbellè Rol. d. conſ.49. num.19. verſ. ſed præmiſſis, vol.2.
Bero.d.conſ.120.num.24. ibi: Etiam duas, lib.1. Corbul.
d. cauſ.12.n.11. Caſtil. de vſufr.d.c.24.num.19. in fin.p.1.
Roſental. de feud. c.10. concl.33. n.4. Giouagn. d.conſ.15.
n.3. lib.2. qui loquitur in quinque arborum inciſione,&
non vult eſſe notabilem,quod ſanè ſufficit ad tollendam
omnem maculam in caſu noſtro.

Inter quos multi loquuntur in fortioribus terminis,
quàm ſit caſus noſter ; nam Iaſon conſuluit in caſu inci-
ſionis duorum ceraſorum, vbi non aderant aliæ arbores
frugiferæ, niſi dicta duo ceraſa,vt in themate dicti con-
ſilij, & tamen non vult inciſionem eſſe notabilem : Ro-
landus verò loquitur de inciſione trium amigdalarum,
quæ ſunt arbores longè pretioſiores, quàm robora,quo-
rum fructus ſunt agreſtes : & tamen conſuluit non eſſe
inciſionem dignam caducitate, ideo quantò minus idem
concludendum eſt in caſu noſtro.

Neque dicatur Nattam dicto loco poſtea concludere
aduerſus caſum noſtrum , quia non eſt verum , ſi bene
conſideretur , quia nuſquam negat duarum arborum in-
ciſionem eſſe leuem deteriorationem , ſed bene virtute
iuramenti ſuſtinet locum fuiſſe factum caducitati ob
leuem rei deteriorationem , de quo nos inferius tracta-
bimus , & eodem modo loquitur Beroius dicto loco , &
propterea eadem eſt reſponſio.

Bene verum eſt , quod alias remiſſum eſt arbitrio iudi-
cis, quænam ſit notabilis deterioratio, & magna inciſio,
adeò vt aliquid pro certo determinari non poſſit. Bald.
58 in d. Auth. qui rem, num.23. C. locat. Cyn. & DD. in d.
Auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccl. Iaſ. in d. l. diuortio , §.
ſi fundum,num.4.verſ. iſtam communem. Claud. ad Bertaz.
d. conſ.423. littera C. verſ. ad hoc. Menoch. d. conſ. 78.
n.7.8. Redoan.d.quæſt.79.cap.7.num.25. Ioſeph Ludoui-
cus d.deciſ.22.num.17. & deciſ.Lucenſ.8.num.11. Corbul.
d. caſ.13.num.24.verſ. & an ſit. Carp. d. c.379.num.361.
part.2. Mantic. d. tit.9. n.20. Giouagn. d.conſ.15.num.2.
Roſental. d. c.10. concl.33.n.34.76. Layman. mor. lib.3.
tract.4.c.23.n.7.in fin. ſed cùm circa inciſionem duarum,
vel trium arborum diffinitum ſit non eſſe notabilem de-
teriorationem, talè arbitrium non facit quidquam. Bur-
ſat. conſ.84.n.25.lib.1.

Et licèt in hoc caſu Menoch. d.caſ.78.n.8. ſtante ar-
bitrio iudicis ſumpſerit occaſionem damnandi Iaſonem,
quia poſſit dari caſus , in quo Iudex arbitretur inciſio-
nem duarum arborum eſſe notabilem attenta rei qualita-
te, & valore , tamen cum in re non contemptibili hæc



res fuerit determinata à tot famoſiſſimis Iuriſconſultis,
debet ceſſare iudicis arbitrium. Alex. in l.2. §. quid dixi- 59
mus,ff. ſi quis caut. Menoch. de arb.iud.q.90. n.3. Caroc.
in tract. de except. excep. 49.n.74. damnum enim cadu-
citate dignum debet eſſe magnum adeo,vt alij putauerint
oportere, quòd aſcendat ad tertiam partem, alij ad dimi-
diam. Redoan. d.q.79.c.7.n.25. Claud. ad Bertaz. d.conſ.
423. littera C. verſ. ad hoc. & licet credam non requiri
tantam deteriorationem,tamen puto certum eſſe inciſio-
nem duarum arborum non poſſe dici notabilem , niſi
fortè reſpectu rei tam exiguæ , vel fortè ſi maior pars re-
ditus illius conſiſtat in prouentu dictarum arborum.

Et ideo cum in caſu noſtro ager non ſit modici pretij,
nec arbores ſint ſingularis qualitatis , cum faciant fru-
ctus agreſtes ineptos victui humano , nullum cognoſco
periculum caducitatis , & quod poſſit iudex arbitrari
damnum inde natum eſſe notabile,ſtante quod caducitas
infligi non debet ſine magna cauſa, Iaſ. d. conſ.17.num.2. 60
ad fin. lib.1. & cùm caducitas ſi pœna grauis. Dec. in
Auth. qui rem, num.3.verſ. & hoc, C. de Sacroſ. Eccleſ. &
in conſ.138.ſub n.7.Iaſ.d.conſ.17.num.2.verſ.accedit. Ceph.
conſ.348. num.38. Pacian. d. conſ.32. num.8. adeo , vt ſit 61
maior pœna, quæ indici ſoleat in hac materia, Peregrin.
conſ.21. num.24. lib.1. ſequitur , vt Iudex debeat incli-
nare in mitiorem partem. Pacian. d. conſ. 32. num. 8. &
conſ.33. num.3. & maximè quia iſtæ pœnæ magnæ ſunt
comminatæ potius , vt magis homines timeant , quàm 62
vt exigantur : ad vnguem poſt multos Peregrin. conſ.21.
num.24. lib. 1. & quamvis teſtes aduerſæ partis depo-
nant de non pauca lignorum congerie , quia tamen iun-
gunt ſimul ligna arborum vetuſtarum , & infrugifera-
rum , nihil conferunt ad caſum noſtrum , quia ad infe-
rendam caducitatem requiritur notabilis inciſio arbo-
rum, quæ fructum afferant.

Tertiò itaque reſpondeo , & dico ceſſare caducitatis
prætenſionem , quia cùm dictæ arbores inciſæ facerent
vmbram dicto agro valde nociuam , quæ ſolet cauſare
ſterilitatem,licitè potuerunt incidi, & extirpari : ita Re- 63
doan. d. tract. de rebus Eccleſ. non alien. q.79.c.7.num.26.
Claud. ad Bertaz d. conſ.423. littera A , verſ. & idem eſt.
Pacian. d.conſ.32.n.6.Nauar.conſ.6.n.3. de rebus Eccl. non
alien. pulchrè Steph. Quarant. in ſumm. Bull. verb. Alie-
natio, amp.17.n.33.verſ. limita etiam , vbi inquit licitum
eſſe arborum fructiferarum inciſionem , ſi ex ea fundus
fieret fructuoſior,quàm eſſet ante,eò quod arbores eſſent
opacæ, & efficiant vmbram , vt quando nimia denſitas
noceret arboribus , & fructui ab eis ferendo, & impedi-
ret vtilitatem aliarum arborum; hîc eſt ſanè caſus noſter,
quoniam inciſio iſta fuit vtilis propter vmbram, & hac
ratione vicinus etiam ſuccidit arborem grandem , quæ
pariter vmbra ſua dicto agro valde nocebat; non eſt ergo
dicendum prohibitam fuiſſe dictam inciſionem , & ſi
quando Doctores dicunt in hac materia non poſſe fieri
compenſationem meliorationis cum deterioratione, non
intelligunt de hoc caſu,quando eadem res ſua inciſione,
vel deterioratione damnum ſimul , & vtilitatem affert,
ſed loquuntur quando melioratio , & deterioratio in di-
uerſis rebus contingunt. Natt. d. conſ.482.n.1.verſ.Tertiò 64
bene, & n.7. verſ. præterea. Mantic. de tac. & amb. conu.
lib.22. tit.29. n.14. vbi pulchrè ſic declarat.

Et ſanè de hoc non eſt mirandum , quia omnes con-
cludunt licere arbores frugiferas incidere , quando per
earum inciſionem fundus efficitur fructuoſior , quàm 65
eſſet antea. Gloſſ. in d. l. diuortio, §. ſi fundum , in verb.
fructuoſiorem, & ibi Cum. & alij , ff. ſol. matr. Alber. in
l. ſi cuius, §. fructuarius,de vſufr.Cæpol. de ſeru.ruſt.præd.
cap.22. n.12. Bologn. conſ.67. in fin. Tiraq. d. gl.1. n.27.
Anguiſ. conſ.23. num.10. lib.2. Redoan. d. quæſt.79. c.7.
num.26. Corbul. d. cauſ.13. n.30. Quarant. d.verb. Alie-
natio, num.33. verſ. limita. Menoch. d. conſ.13. n.17. verſ.
reſpondeo ſecundò. Claud. ad Bertaz. d. conſil.423. lit-
tera A. Pacian. d. conſ.32. num. 5. 6. & conſ. 33. num.

18. Valaſc. *deciſ.50.n.9.* Giouagn. *d.conſ.15.n.6. lib.2.*

Et hoc credo libenter eſſe admittendum, ſiue ager fiat fructuoſior ratione vmbræ ceſſantis, vel alia ratione, correſpectiuè tamen ad inciſas arbores, quia inciſio non alia ratione prohibetur, niſi quia deterioratio reputatur. Redoan. *d. quæſt.27.cap.6.num.3.* vnde ceſſante deterioratione debet ceſſare inciſionis prohibitio, *l. adigere, §. quamvis, de iur. patr. cap. cum ceſſante, de appell.* Crott. *d. conſ.115. num.7. in fin.* & maximè non mutata rei forma, licèt enim vnus teſtis dicat vtilius eſſe in dicto fundo multas extare arbores, quia ſine ſemine fructum afferunt, quoniam hæc ratio non eſt bona, niſi quando arbores non ſunt damnoſæ, vnde nemora, vbi plurimæ ſunt arbores etiam glandiferæ, reputantur minoris redi-
66 tus, & libenter ad agriculturam rediguntur, ſic in terminis Pacian. *d.conſ.32. n.21.* & hæc multò iuſtiora redduntur in caſu noſtro, vbi Alexandrini fecerunt alias meliorationes in dicto fundo traducendo, vites, pyros, ac pomos plantando, & inferendo, terram ſaginando adeo, vt ager ſit factus ſatis fertilis, cùm tamen priùs in eo alica ariſtam non emitteret, vt dicunt teſtes.

Et propterea tot, ac tantæ meliorationes ſi in alio non releuarent, ſaltem in hoc proſunt, quia oſtendunt, & dilucidant emphyteutam non habuiſſe malum animum deteriorandi agrum, ſed omnia feciſſe pro eius vtilitate, vnde licèt multi dicant non fieri compenſationem meliorationis cum deterioratione, tamen ad euitandam cadu-
67 citatem ſi dolus non eſſet, illa admittitur, *ex l. ſi negotia, in fin. de neg. geſt.* & *l. de illo, pro ſoc.* Bald. *in d.l. ædem, n.23. in fin. C. locat.* Rim. Sen. *d.conſ.74.n.17.* Redoan. *d q.79. cap.6.n.16. in fin.* Corn. *conſ.67.n.7.lib.2.* Crott. *d.conſ.115. num. 8.* Ioſeph Ludouicus *deciſ. Lucenſ.8. n.12.* Claud. ad Bertaz. *d. conſ.423. littera B.* Menoch. *d. conſ.460. num.16. verſ. ſecundò dicitur.* Mantic. *de tac. & amb. conu. lib.22. tit.29. num.14.* Roſental. *d.concl.33. num.37.* qui ex ſolis etiam meliorationibus egregiis dolum abeſſe præſumunt, quod tamen non procederet, ſi pendente lite, & præcepto de non innouando adhuc emphyteuta tales arbores incidiſſet; tunc enim à dolo non excuſaretur. Bero. *conſ.120.num.33. lib.1.* Menoch. *d.conſ.460. num.17.* eo enim caſu non iuuaret compenſatio meliorationum, quia contumacia pro dolo habetur, vt omnes ſentiunt.

Cùm igitur ager iſte liuellarius ſit nunc in eadem æſtimatione, & fortè maiori, qua erat tempore liuellationis, non poteſt dici effectus deterior, nec locus eſſe factus caducitati, etiamſi intrinſecè deterior eſſet, quia cum
68 nunc reperiatur eſſe eiuſdem valoris, deterioratus dici non poteſt. Dec. *in d. Auth. qui rem. n.4. in fin. C. de Sacroſ. Eccl.* Redoan. *d.q.79.c.6.n.4.* Scot. *conſ.6.n.34.lib.6.* Crott. *d.conſ.115.n.8.* Ioſeph Lud. *d.deciſ.22.n.3.* Claud. ad Bertaz. *d. conſ.423. littera B. verſ. nam & concludunt.* pulchrè Giouagn. *d. conſ.15.n.6. verſ. eo magis, lib. 2.* Schrad. *de feud. p.9. c.6. n.73.*

Non loquor autem de arboribus quas ipſi emphyteutæ plantauerunt, an eas licitum ſit incidere, quoniam multi verum eſſe putauerunt eas ſpectare ad plantantem,
69 & poſſe ſuccidi ſine periculo caducitatis. Becc. *conſ. 33. n.7.* Corbul. *d.cauſ.13.n.2 in fin.* Petr. de Anguiſ. *conſ.23. n.9. lib.2.* tamen quia verius eſſe credo, quòd id ſolùm procedat in arboribus de recenti plantatis, quæ non receperunt augmentum à terra, & in arboribus vi ventorum eiectis; & ſecus eſſe, vbi arbores iam ſolo coaluerint, vel grandes factæ ſint; tunc enim non poſſunt ſuccidi ſine periculo caducitatis, quia ſolo cedunt, & efficiuntur domini, ſine cuius conſenſu emphyteuta non poteſt diſtrahere etiam meliorationes, ſicut neque poſſet ædificium ab eo fabricatum deſtruere, & tollere cæmen-
70 ta, Borgn. Caual. *deciſ.44. num.72. verſ. quod non admitto.* Surd. *deciſ.78.n.25. & deciſ.300. n.23.* Gratian. *diſc.21. n.33.34. lib.1.* ideò de his nihil dicam, cum neque dubium mihi de hoc proponatur.

Quintò igitur dicendum eſt nullum extare caducitatis periculum, quia in terra, & territorio Carpi viget conſuetudo, vt emphyteuta priuati, & ſimiles etiam ſolùm vſufructuarij incidant, & incidere poſſint etiam quotannis arbores de minùs quidem vtilibus; ſed an frugiferæ ſint, non refert, pro vſu ſuo, & domus ſuæ iuxta congruentem eorum neceſſitatem ad comburendum tempore hyemis, vt de hoc ſolito deponunt plures teſtes; vnde talis conſuetudo excuſat Alexandrinos à pœna caducita- 71
tis, teſte Curt. Iun. *d.conſ. 70. num. 8. verſ. condeſcendo.* Bertaz. *d.conſ.423.n.9.* Pacian. *d.conſ.32.n.6. verſ. ſecundo, & conſ.33.n.18. verſ. tertiò fallit.* Menoch. *conſ.57.n.100.* ſicut valet etiam vſus, & conſuetudo, vt emphyteuta non poſſit expelli ob canonem non ſolutum. Abb. *conſ. 72. n.2. lib.1.* Redoan. *d. quæſt.79. cap.2. num.12.* Corbul. *d. tract. cauſ.4. num.1. & cauſ.15. lim.2. num. 2.* quæ vt dixi, paria ſunt, & quæcumque cauſa, vel occaſio probabilis excuſat à caducitate. Cyriac. *contr. 268. num.26. lib. 2.*

Nec mirum, quia etiam ſine tali conſuetudine hoc eis liceret, ſiquidem emphyteuta, vaſſallus, vſufructuarius, & ſimiles poſſunt pro vſu ſuo, etiam familiæ incidere arbores etiam grandes, & etiam frugiferas, ſi aliæ non 72
extarent. Gloſſ. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum, in verb. teneri,* & ibi Caſtr. *ſub n.4. verſ. poteſt tamen.* ibi: *Sed etiam euellere,* vbi etiam Cum. *ff. ſol. matr.* pulchrè Florian. *in d.l. arboribus, num.2. de vſufr.* Anguiſ. *conſ.99.n.19. vol.1.* Mantic. *de tac. & amb. conu. lib.22. tit.29.n.32.* Roſental. *de feud. lib.10. concl.33. n.12.* Gratian. *diſc.21. n.11.17. lib.1.* quod iuſtum, & honeſtum videtur, quia prædictis omnia licent, quæ in rebus ſuis facere poteſt diligens, &
bonus paterfamilias Gloſſ. *in §. finitur, in verb per modum,* 73
vbi etiam Fab. *num.5.* & Aret. *num.6. Inſt. de vſufr.* Silua *conſ.76. num.4.* Pic. *in d. l. Titia, §. Titia, num. 130. de leg.2.* Craſſ. *in d. § legatum, q.33. verſ. vnum tamen.* Bertaz. *d. conſ.423. litera D. verſ. idem eſt,* ibi, *Secundum modum.* Certum eſt autem ſolere patresfamilias ſuccidere facere arbores ad calefaciendum ſe tempore hyemis, ergo idem licere debet liuellariis, dummodo ſeruent modeſtiam, & minùs damnoſa tollant.

Nec nocent teſtes aduerſæ partis, dum dicunt ſolitum fuiſſe inciſiones facere cum licentia Communis; tum quia nulla eſt eorum fides, tum quia loquuntur in caſu, quando liuellarij volebant facere notabilem inciſionem, & vltra vſum eorum, & vincuntur à noſtris teſtibus aliter deponentibus: & ſanè ineptum fuiſſet, & ridiculum
ab aliis precibus exquirere, quod iure proprio liceret 74
facere, *l. vnic. C. de theſ. lib.10. cap. Abbate, §. contra, de verb. ſign. l.1. §. ſcripto, vt leg. nom. cau.* Redoan. *tract. de rebus Eccleſ. non alien. cap.27.n.12.* & cùm etiam vſua-
rio liceat incidere ligna pro vſu ſuo, *ex l. plenum, in princ.* 75
*ff. de vſufr.* Ludouicus Saccac. *conſ.149. num. 6. lib. 2.* quantò magis licebit vſufructuario, & emphyteutæ, qui habent ius potentius, & plenius.

Ex quibus mihi lubet credere, quòd Iudices in hac cauſa inclinabunt in mitiorem partem, declarando non eſſe locum prætenſæ caducitati; ex quo hæc omnia per ſe ſingula talia ſunt, quæ Alexandrinis abſolutionem promittere poſſunt, & ideo multò magis ſi omnia ſimul conſiderentur, quia quæ ſingula non proſunt, vnita
iuuant, *l. cùm ſcimus,* vbi gloſſ. *C. de agric. & cenſ. lib.11.* 76
*l.2. C. quorum app. non recip.* Iaſ. *in l. re coniuncti. num. 17. de leg. primò.* Crau. *conſ. 805. num. 17.* quoniam in his non ſolet ſeruari rigor legis. Pereg. *d. conſ. 21. num.24. lib.1.* alioquin ferè omnes liuellarij hunc caſum paterentur.

Supereſt modò, vt tollantur è medio, quæ in contrariũ adduci poſſe videtur, & vtique quod ad primum attinet, licèt communis, & magis communis ſit DD. opinio, quòd emphyteuta priuati expelli poſſit ob inciſionem arborum frugiferarum, tamen poſſet dici veriorẽ eſſe ſententiam, quòd vtique id procedat in emphyteuta Eccleſiæ, non



non autem in emphyteuta priuati, qui propter hoc non cadit à iure ſuo, ſed tantum contra eum agi poteſt ex le-
77 ge Aquilia, vel actione in factum, aut ad intereſſe, quia nullo iure cauetur, quod expelli poſſit, & in pœnis non ſit extenſio: ita voluerunt gl. *in l. quid ergo, verb. teneri, ff. de vſufr.* Imol. *in l. diuortio, §. ſi fundum, in primo not.* & ibi Aret. *col.2. verſ. ſed quæritur.* Iaſ. *in l. ex veriori n.4. verſ. circa prædicta, ff. ſol. matr.* Io. Faber *in §. finitur, numero 5. verſ. in gl. 5.* vbi etiam Aret. *num.4. verſ. in ea gl. Inſt. de vſufr.* Add. ad Alex. *in d.l. diuortio, § ſi fundum,* Afflict. *in cap.1. §. licèt vaſſallus, num.14. verſ. facit, ſi de feud. contr. fuer.* Rom. *in d.l. diuortio, §. ſi fundum, num.6. verſ. item dicit.* Pacian. *d.conſil.32. num.57. & conſ.33. num.2.* Valaſc. *dec.50. num.5.* & propterea multùm cogitabundus hæſitauit Pic. *in d.l. Titia, §. Titia, num.131. de leg.2.* vbi non audet decidere.

Vnde dico, quod communis DD. opinio non ſit ex eorum maiori numero, ſed ex melioribus rationibus diſ-
78 putantium: & quæ meliori ratione fulcitur, illa attendi debet; textus eſt expreſſus *in l.1. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl.* Felin. *in cap.1. de conſt.* Dec. *conſil.259. in princ. & conſil.366. num.7. verſ. tertiò reſpondetur.* Pacian. *d. conſil.33. num.4.* Surd. *conſil.2. num.48.* & etiam à communi DD. ſententia licet recedere, quando probabili ratione poteſt conuinci. Iaſ. *conſil.130. num.5. verſ. vnde licitum, lib.4.* Curt. Iun. *conſ.237. num.46.* & maximè quando illa communis opinio nulla lege probatur, vt
79 in caſu noſtro. Iaſ. *in d. §. ſi fundum,* Butr. *in d. cap. tua nos, col.2. verſ. & hoc tenendum, de vſur,* vbi & Abb. *n.9. verſ. nota,* Pacian. *d. conſ.33. num.5.* & ponderatis rationibus vtriuſque opinionis congeſtis per Pacian. & Iaſ. in dictis locis, facilè cognoſci poteſt hanc ſententiam eſſe veriorem; & vbi facilè diſcerni non poteſt, quænam ſit communis opinio, tunc in arbitrio eſt Iudicis
80 medium ſequi, vel adhærere opinioni, quæ magis placebit. Ludouicus Gomez *in rep. cap. licet, num.228. de conſtit.* quæ ſaltem dicta ſint ad mouendos iudices, vt inclinent in mitiorem partem.

Et ſanè ad confirmandam hanc ſententiam, quod emphyteuta priuati non cadat ob deteriorationem, ſatis confert, quoniam in iure habemus, quòd in contractibus nominatis, qualis eſt emphyteuſis, ob pacta non ſeruata non receditur à contractu, nec eſt locus pœnitentiæ ob defectum implementi, ſed agitur ad implemen-
81 tum, vel ad intereſſe, ad textum *in l. ſi in lege, §. colonus, verſ. quòd ſi paucis, ff. locat. l. inciuile, C. de rei vind. l. ſicut, ff. de act. & oblig. l. Iulianus, §. offerri, de empt.* Bart. *in l. ſi pecuniam, num.11. de condict. cauſ. dat.* Corn. *conſ.102. num.22. lib.2.* Aret. *conſil.96. num.7.* Gabriel. *conſ.51. num.8. lib.1.* Carp. *ad Stat. Mediol. cap.409. num. 19. part.1.* Surd. *conſ.57. num.30. & deciſ.180. num.5.* qui
82 ad rem noſtram loquitur: vnde conductor ad longum tempus, vel etiam breue non cadit à iure ſuo ob alienationem, vel ob defectum implementi, *l. habitatores, & l. ſi merces, §. ſi vicino, ff. locat.* Seraph. *deciſ.288. per totam,* & Surd. *deciſ.180. num.5.* Verùm quia id videtur intelligendum de pactis extraneis, & quæ rem ipſam non reſpiciunt, quoniam in contractu emphyteutico videtur magis receptum, quòd ſi violentur pacta reſpicien-
83 tia vſum rei, emphyteuta cadat à iure ſuo, ius enim ipſius eſt fragile, & perditur ſiue fiat contra pactum, ſiue contra legem, Bald. *in l. fin. in vlt. not. in 2. lect. C. de iur. emph.* & *in l. fin. §. emptor. num 6. C. communia de leg.* latè Iaſ. *in l.1. num.11. C. de iur. emph.* Ruin. *conſ.110. numero 1. & conſil.167. num.18. lib. 1.* Corbul. *de caduc. ob inobſ. pact. numero 1.* Ioſeph Ludouicus *deciſ. Peruſ.22. num.1. part.1.* Surd. *deciſ.180. num.1. & ſeq.* Syntagm. *comm. op. lib.4. tit.44 de iur. emph. numero 373.* Fachin. *conſ. 19. num.14. lib.1.* Cyriac. *contr.266. num.5. lib.2.* qui idem concludit in feudatario, ideò non puto tutum ſuper hoc
84 facere fundamentum, quod in aliis contractibus vtique ſine dubio procederet, quia verè in contractibus
nominatis non eſt locus pœnitentiæ, & agitur ad pœ- 85
nam, non ad reſciſſionem contractus, ſi tamen aliter non ſit conuentum: non eſt ergo concedendum, quòd hic violata ſint pacta emphyteutica, vel contrauentum legibus, ſi caducitatem euitare deſideramus: ſufficiant ergo alia, quæ diximus.

Secundum argumentum de amiſſione meliorationum non obſtat, quia procederet, ſi deterioratio verè extaret, & eſſet doloſa, vt bene vidimus, ſine enim dolo caducitas non incurritur.

Tertium de notabili inciſione minus nocet, quia pariter demonſtratum eſt non extare hanc notabilem deteriorationem, cùm arbores infrugiferæ, & vetuſtæ non debeant poni in hoc computo, quia ſine ſcrupulo exciſæ fuerunt. Pacian. *d.conſil.32. numer.18. verſ. vnde.*

Quartum circa energiam iuramenti non obſtat, ſcilicet emphyteutam poſſe expelli ob modicam deteriorationem, quia hoc non puto in caſu noſtro verum: licet enim multi adducant ſimile de iurante ſoluere penſionem certo tempore, vt cadat ſtatim lapſo termino, biennio non expectato, tamen multi etiam contrarium tenent, & adhuc putant non eſſe locum caducitati, niſi lapſo biennio, vel triennio, quia hoc eſt de natura con-
tractus, & arbitrium iudicis in hoc verſari debet. Al- 86
ciat. *in d.l. ſi quis maior, in verb. pacta, C. de tranſact.* Iaſ. *in l.2. num.47. C. de iur. emph.* Dec. *conſil.138. numero 8. verſ. & dato:* pulchrè Ioſeph Ludouicus *d. deciſ.22. numero 19.* Rip. *in cap. ex parte, num.20. verſ. contra tamen, de reſcript.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt.8. verſ. & hoc quidem, ad fin.* qui dicit hanc opinionem eſſe tenendam, & quòd Senatus eam fortè ſequeretur tanquam mitiorem, quia ſemper innititur æquitati, & ſolet diſpenſare contra caducitates pro vna vice tantum. Verùm licet hæc opinio ſit probabilis, quia tamen altera eſt magis communis, vt non expectato biennio emphyteuta cadat à iure ſuo propter effectum periurij, teſte
Mancin. *tract. de iuram. part.4. quæſt.15. eff.4. numero 1.* 87
*2.5.6.* qui infinitos allegat, in hoc certò non poteſt pes figi, & propterea dicas, quòd illa opinio procedit, quando in ſpecie iuratum eſt ſoluere tali tempore; at ſecus eſt in iuramento generaliter præſtito ſuper inſtrumento, & poſito in clauſulis generalibus, prout hîc clauſula: *Pro iurato.* Tunc enim iuramentum intelligitur
ſecundum naturam actus Rip. *in c.2. col. fin. in fin. verſ. au-* 88
*tem emphyteuta, de reſcript.* Bauer. *de iuram. numero 138.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.2. tit. de iureiur. concluſ.10. numero 4.* Mancin. *d. tractat. de iuram. parte 4. quæſt.15. eff. 8. num.24.*

Et in propoſito circa deteriorationem non videtur ſimile eſſe, quod dicitur de ſolutione penſionis, quia iuramentum non extenditur ad res modicas: vnde vide-
mus, quòd licet Prælatus iurauerit non alienare res, & 89
bona Eccleſiæ, tamen poteſt alienare res paruas, & mo-
dicæ vtilitatis, *arg. text. in cap. terrulas 12. quæſt.2.* Abb. 90
*in cap. vt ſuper, num.10. verſ. ego dicerem, de rebus Eccl. non alien.* Redoan. *eod. tract. quæſt.9. num.8.9. & quæſt. 20. num.188.* Tabien. *in ſumm. verb. alienatio, num.13.* latè Franciſc. Curt. *tract. de feud. part.2. quæſt.21. per totam.* Albert. Brun. *tract. de ſtat. fœm. excl. art.9. num. 97.* Steph. Quarant. *in ſumm. Bull. verb. alienatio, lim.4. num.41. verſ. & iuramentum,* Tuſch. *pract. concluſ. lit-*
*tera I. concl.513. num.4.* Gratian. *diſc. 452. num.5. lib.3.* 91
Nam iuramentum eſt ſtricti iuris, & debet reſtringi, *cap. pen. de iureiur.* Abb. *in c. vt ſuper, num.10. verſ. item iuramentum, de rebus Eccleſ. non alien.* Redoan. *d. tract. q.41. num.54.* Natt. *conſ.645. num.11.* Becc. *conſ.99. n.30. lib.1.*
ideò non trahitur ad id, quod non eſt veriſimile. Pariſ. 92
*conſ.20. num.119. lib.1* Becc. *d. conſil.99. num.31.* Mancin. *d.q.15. eff.8. num.11.* ſed regulatur ſecundum naturam
actus, ſuper quo generaliter interponitur, ad textũ *in l. fin.* 93
vbi DD. omnes, *C. de non numer. pec. c. quemadmodum, de iureiur.*

reiur. Curt. in l. ſi quis maior, numero 30. C. de tranſact. Pariſ.
conſ. 10. num. 34. lib. 4. vidimus Iaſ. in d. l. 2. num. 47. C. de
iur. emph. Dec. d. conſ. 138. num. 8. verſ. & ideo, Menoch.
conſil. 84. num. 27. Ant. Gabriel. d. concl. 10. numero 1.
Seraph. deciſ. 68. num. 4. Farin. deciſ. 434. num. 3. cent. 5.
Caroc. de except. exc. 22. quæſt. 9. num. 7. Hier. Gabriel.
conſil. 67. num. 16. lib. 2. Mancin. d. quæſt. 15. eff. 8. n. 10. 11.
& hinc eſt, quòd iuramentum recipit omnes illas qua-
94 litates, & conditiones, quas habet actus, ſuper quo
interponitur. Dec. in l. ſi conuenerit, num. 7. de iuriſdict.
omn. iud. Pariſ. conſil. 92. num. 49. lib. 4. Natt. conſil. 677.
num. 9. Becc. conſil. 90. num. 20. Vincent. Grilinz. conſ. 21.
num. 6. Mancin. d. eff. 8. num. 1. Vnde cùm in hac ma-
teria non ſoleat emphyteuta expelli propter modicam
deteriorationem, idem dicendum eſt accedente gene-
rali iuramento, & his rationibus non poſſe accomodari
95 ſufficiens reſponſum, inquit Clar. in d. §. emphyteuſis,
quæſt. 8. verſ. & hoc quidem, ibi: & ad hoc.

Nec nocet iuramentum eſſe obſeruandum præcisè
in forma ſpecifica. Bero. conſil. 124. num. 5. lib. 1. Becc.
96 conſil. 80. num. 11. lib. 1. quia reſpondeo, quòd non ta-
men extendit diſpoſitionem, quando adhibetur ſuper
actu valido. Alex. conſil. 28. n. 12. lib. 1. Natt. conſil. 645.
97 num. 11. Mancin. d. quæſt. 15. eff. 9. num. 6. 10. & pro-
pterea non magis præciſe obligat, quàm ferat natura
contractus, cui accedit. Menoch. conſil. 27. num. 15. Cum
98 igitur modicum, & nihil æquiparentur, maximè ad eui-
tandas pœnas, cap. licèt cauſam, de probat. Redoan. d.
quæſt. 9. num. 57. Bertaz. conſil. 281. num. 28. dicendum
eſt ob modicam deteriorationem non eſſe locum cadu-
citati, etiam accedente iuramento generali, nam ſi de
ſpeciali loquamur maius eſſet dubium, in his enim ter-
minis procedit contraria ſententia, ſcilicet quando em-
phyteuta promiſit iuramento expreſſo ſoluere tali tem-
pore, vel rem meliorare, & non deteriorare. Carp. ad
Stat. Mediol. cap. 409. numero 28. part. 2. tunc enim po-
teſt de minimis etiam fuiſſe aliquo modo cogitatum, ſi
placeret alteri opinioni adhærere: iuramentum autem
generaliter præſtitum non alterat naturam negotij, vt
99 vidimus, quoniam clauſulæ poſitæ in executiuis in fine
inſtrumentorum licet ſtringant fortiùs actum, non alte-
rant diſpoſitionem, cùm ſoleant apponi ex capite No-
tariorum. Natt. conſil. 582. numero 8. Menoch. conſil. 84.
num. 45.

Deinde reſpondeo, quòd illi, qui ſentiunt ob modicam
deteriorationem incurri caducitatem vigore iuramenti,
velut Natt. conſ. 481. numero 22. ſuum fundamentum
collocauerunt ſuper textu in l. ſi quis maior, C. de tranſ. cui
locum eſſe dixerunt, etiamſi in minimo illi fuerit con-
trauentum. Verùm quia diſpoſitioni d. l. ſi quis maior,
nunquam eſt locus, niſi dolus interueniat, & fraus con-
trauenientis. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, numero 5.
verſ. ſed numquid, ff. de off. proconſ. cuius ſententia com-
muniter approbatur, teſte Cagn. in d. l. ſi quis maior,
num. 187. verſ. ab opinione, vbi etiam Alciat. numer. 10.
100 Curt. num. 3. 4. latiſſimè Bertaz. ibidem quæſt. 33. num. 33.
& ſeq. C. de tranſ. Becc. conſil. 104. num. 8. lib. 1. Surd.
conſil. 86. num. 22. Gratian. diſc. 19. num. 13. lib. 1. ideò
cùm Alexandrinos non fuiſſe doloſos oſtenſum ſit, ea
quæ de iuramento dicta ſunt, contra eos locum habere
non poſſunt.

Addo prædictis quoniam huius ſententiæ auctores
pro baſi habent d. l. ſi quis maior, C. de tranſ. eo quòd
minima contrauentio per eam faciat incidere in pœ-
nam, ideò reſpondeo dupliciter etiam, & primò quòd
ea lex non ſeruatur in practica, tanquam nimis dura, &
101 rigoroſa, & de conſuetudine receſſit ab aula. Rol. conſ. 57.
num. 47. lib. 1. Becc. conſil. 104. num. 9. Carp. ad Stat.
Mediol. cap. 453. numero 75. & ſeq. parte 1. latè Surd.
conſil. 86. num. 19. Rot. diuerſ. deciſ. 583. num. 3. parte 1.
Gratian. diſc. 19. num. 23. lib. 1. qui licèt ſubiungat id
non eſſe tutum, quia Doctores loquuntur de conſue-
tudine ſuorum locorum, vnde non debet extendi: nam-
que replicatur, quòd potiùs generaliter loquuntur ea
ratione, quia tot requiſita requiruntur ad finem, vt d.
l. ſi quis maior, locum habeat, vt vix practicari poſſit,
ſecundùm Rot. d. deciſ. 583. numero 3. Si ergo hæc lex
non practicatur, ita etiam non poteſt practicari illa opi-
nio, quòd emphyteuta cadat ob modicam deterioratio-
nem.

Deinde reſpondeo animaduertendum eſſe, quòd hæc
cauſa tractatur, & verſatur coram Conſilio Principis,
Senatu, ſummaque Curia, vbi Patres illi illuſtriſſimi 102
dicere ſolent ſe eſſe iudices æquitatis, ideò coram eis
certum eſt non ſeruari dictam legem: ita pulchrè Becc.
conſil. 104. num. 9. verſ. præterea, lib. 1. Bertaz. in rep. d.
l. ſi quis maior, quæſt. 4. numero 59. C. de tranſact. Lu-
douicus Sacca conſil. 66. numero 21. lib. 1. etenim Con-
ſilium iudicat ſecundum æquitatem naturalem. Gram- 103
mat. deciſ. 76. numero 33. ergo dicendum eſt omnino
ceſſare diſpoſitionem dictæ legis, & contrariæ opi-
nionis.

Præterea, vt credo, melius reſpondeo nos verſari
extra caſum Nattæ, & Beroi, qui non per ſe, & ſimpli-
citer conſiderauerunt iuramentum, ſed iunctum cum
aliis clauſulis ad meliorandum, & non deteriorandum,
ac boni viri arbitrio vtendum, vt videre eſt apud eos,
quarum nullæ clauſulæ reperiuntur in noſtro inſtrumen-
to, ideo ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus, §. exuli,
de maior, l. fin. de rit. nup. & ideo hanc rem ſic decla- 104
rat, & intelligit Io. Caſtill. de vſufr. cap. 24. num. 19. in
fin. parte 1. qui adducit rationem, quia in caſu Beroi
fuit promiſſum vti arbitrio boni viri, & ita ſentit Gri-
linz. conſ. 21. num. 3.

Neque fortè dicatur taciti, & expreſſi parem eſſe
virtutem, l. cùm quid, vbi DD. ff. ſi cert. pet. Menoch.
conſil. 108. num. 54. 55. de natura enim emphyteuſis eſt 105
meliorare, quoniam eſt vocabulum Græcum, quod ex-
ponitur melioratio. Redoan. d. tract. de reb. Eccl. non alien. 106
quæſt. 2. cap. 22. num. 5. Bero. conſ. 125. num. 8. lib. 1. Cald.
de iur. emph. lib. 2. quæſt. 18. num. 39. verſ. qua ratione, Ga-
briel. conſ. 89. num. 6. lib. 2. Nam poteſt reſponderi ſæpe
plus operari expreſſa, quàm tacita, ne expreſſio videa-
tur ſuperflua, vt pluribus comprobat Scacc. tract. de ap-
pellat. lib. 3. quæſt. 12. num. 87. & ſanè Natta, & Beroius,
magnam vim faciunt ſuper dictis clauſulis expreſſis, aliud
ſentientes, ſi non fuiſſent expreſſæ; nam expreſſio eni-
xam denotat voluntatem.

Vnde non nocet illud ſimile de canone ſoluendo cum
iuramento, vt tunc non expectato biennio vel triennio
emphyteuta cadat, quia huic concluſioni poſſunt accom-
modari omnes reſponſiones ſuperius allatæ, & ſi verum
eſt, intelligitur, quando iuratum eſt non ſimpliciter, ſed
tali tempore ſoluere. Cagn. in d. l. ſi quis maior, n. 54. C. de
tranſact. & ſic requiritur expreſſa promiſſio vltra iura-
mentum.

Verumtamen, vt concludamus, in hac re dicendum
eſt, quòd etiamſi emphyteuſis fuerit conceſſa ad melio-
randum, & non deteriorandum, vel ad vtendum arbitrio 107
boni viri, adhuc emphyteuta non cadit ob modicam
deteriorationem, quia exprimitur, quòd tacitè inerat.
Surd. deciſ. 300. num. 21. Mantic. de tac. & ambig. conuent.
lib. 22. tit. 29. num. 21. in fin. pulchrè Giouagn. conſ. 15. n. 4.
lib. 2. & contraria opinio ſolùm procedere poteſt, quando
in ſpecie facta eſt promiſſio, & pactum de aliqua melio-
ratione particulari, non quando adeſt ſolum pactum
ſimplex, vel generale ad meliorandum. Borgn. deciſ. 32.
n. 48. p. 2. Giouagn. d. conſ. 15. n. 4. verſ. poſſet, lib. 2. cui diſtin-
ctioni ſtandum eſſe credo.

Non obſtat, quòd oppoſitum eſt de ſecunda inciſio-
ne pendente lite facta, quia verè nulla inciſio facta eſt, vt
ex multis teſtibus probatum eſt, nec Alexandrini fecerũt
aliquos arborum ramos incidere, & ſi feciſſent, hoc non
eſt dignum caducitate. Bertaz. d. conſ. 423. n. 2. 3. ſed verè
ventorum



ventorum vi euulſæ ſunt, & licet nunc videantur per-
bellè cultello exciſæ, id prouenit ex eo, quia poſtea à
colono rami non relinquuntur inculti, ne tota arbor
areſcat.

Non nocet autem viſio multorum ſtipitum in dicto
loco exiſtentium, quia illi iamdiu in fundo exiſtunt, &
aridi, ac corrupti ſunt, & ſi aliqua raſura recens videtur,
inde naſcitur, quia colonus ſuper illis fecit quædam ra-
menta lignorum, vnde hæc probatio nihil concludit ad-
uerſus emphyteutam, quia non probat hoc eſſe quod ab
107 hoc contingit abeſſe, l. non hoc, C. vnde leg. l. neque natales,
C. de probat. & maximè in materia caducitatis, vbi pro-
bationes debent eſſe liquidiſſimæ, & neceſſariò conclu-
dere. Pacian. d. conſ. 32. num. 11. 12. vbi etiam dixit,
quòd poſſunt dari multæ inſtantiæ, in quibus erit licita
inciſio, aut ſine culpa emphyteutæ: vnde efficitur teſtes
aduerſæ partis fidem non facere; licet enim appareant
arbores inciſæ, non ſtatim contra emphyteutam præſu-
mendum eſt, quia in dubio damnum præſumitur à co-
lono datum, ad textum in l. ſi colonus, & l. partim, in fin.
108 ff. de arb. fruct. cæſ. Burſat. conſ. 53. num. 13. & ſeq. &
conſ. 70. n. 31. 32. lib. 1. latè Borgn. Caual. deciſ. 44. n. 72.
verſ. & in dubio.

Et propterea non ſufficit probare arbores in agro li-
uellario fuiſſe inciſas ad obtinendum caducitatem, niſi
etiam probetur fuiſſe ſucciſas de eius mandato, aut quòd
factum eius nomine ratificauerit adeo, vt requiratur ſpe-
109 ciale mandatum, nec ſufficiat generale, ad text. in l. 1. §.
deieciſſe, & ibi gloſſ. de vi, & vi arm. Bald. & Salic. in l. ſi
creditor, ff. de pign. act. gl. in §. fin. Inſtit. quibus mod. con-
trah. obl. Imol. in l. cum iſta, §. ſpecies, ff. de leg. 2. pulchrè
Pacian. d. conſ. 32. num. 69. 70. qui loquitur in terminis.
Bene verum eſt, quòd ſi emphyteuta ſumpſiſſet custo-
diam arborum, & ſibi fuiſſent conſignatæ, & ipſe in-
110 habitaret apud agrum emphyteuticum, vel conductum,
tunc arbores præſumerentur inciſæ culpa, vel de man-
dato conductoris, vel emphyteutæ. Burſat. conſ. 53. n. 13.
& ſeq. lib. 1. quæ non verificantur in caſu noſtro, & cum
non appareat de mandato, ligna non cenſentur inciſa
culpa Alexandrinorum, qui dederant in mandatis colono
partiario ne aliquid de viridi, aut arido excidere aude-
ret, vt dicunt teſtes: & ſi quid aduerſus prædicta di-
cunt teſtes aduerſæ partis, nihil probant, quia ſunt va-
111 rij, & inuicem contrarij, cap. licet cauſam, & c. in noſtram,
de teſtib. Crauet. conſ. 665. num. 17. & quamuis dici ſoleat
teſtes deponentes de variis ſummis, ſaltem probare, &
conteſtes cenſeri in minori ſumma, quia id procedit in
æſtimationibus & illis rebus, quæ non videntur oculis
corporeis, verùm quia hìc tractatur de arboribus, vi-
tibus, & lignis, quæ corporeis ſenſibus ſubiiciuntur,
teſtes varij non probant quidquam, neque etiam quoad
minorem ſummam. Farin. de teſtib. q. 64. n. 242.

Vlterius teſtes dicti Communis fidem non faciunt,
quia ſunt villani, & ruſtici. Farin. d. tract. de teſtib. q. 57.
num. 56. 61. quia ſunt de vniuerſitate in cauſa, vbi tra-
ctatur de intereſſe ſingulorum: canon enim & redditus
112 dicti agri expenditur quotannis in nubendis domicellis
dicti Communis. Farin. d. tract. quæſt. 60. num. 456. 496.
& quia ſunt illimet, qui præſentem cauſam agunt, vt
113 apparet ex mandato. Farin. d. quæſt. 60. num. 527. vnde
cùm plures defectus patiantur, nullam fidem faciunt.
Farin. quæſt. 62. num. 381. 382. & licèt duo ex eis non
patiantur iſtos defectus, tamen eorum depoſitio nihil
nobis officit, quia nil dicit, quod conferat ad caduci-
tatem: ex quibus concludo dictos Alexandrinos fore à
peritis abſoluendos, prout ſentio, & iuris eſſe conſulo,
& in eandem ſententiam venerunt, & meis conſultatio-
nibus ſubſcripſerunt excellentes Iuriſconſulti DD. Ioan.
Baptiſta Comius, Ludouicus Puzzolius, Antonius Ferra-
rius, Antonius Rebechus, Franciſcus Leonius, Hercu-
les Butrius, Ludouicus Zucculus, & Marcus Siſenardus,
vt apparet ex allegationibus typis editis de anno 1619.

Vnde negotio bene ventilato, & omnibus diligenter
conſideratis Illuſtriſſimum Conſilium Iuſtitiæ Mutinæ
abſoluit prædictos Alexandrinos à petitis, de menſe De-
cembris eiuſdem anni.

---

## CAPVT III.

### EPITOME.

Teſtamentum primum an tollatur per ſecundum, in quo venter prægnans eſt inſtitutus, ſi poſthumus non naſcatur, & an valeat teſtamentum ad alterius interrogationem factum.

### SVMMARIVM.

1 Primum teſtamentum tollitur per ſecundum.
2 Teſtamentum ſecundum tollit primum, etiamſi de eo non faciat mentionem.
3 Teſtamentum ſecundum reuocat non ſolùm inſtitutionem primi, ſed etiam omnia legata.
4 Teſtamento ſublato corruunt omnes clauſulæ, & omnia eius acceſſoria.
5 Poſthumo inſtituto in ſecundo teſtamento tollitur primum, etiamſi poſthumus non naſcatur.
6 Ventre inſtituto licet partus non naſcatur, valet inſtitutio, quia ſufficit potentia.
7 Inſtitutio hæredis ſuſtinetur, dummodo hæreditas adiri potuerit.
8 Teſtamentum ſuſtinetur, ſi potuit adiri hæreditas, etiamſi non fuerit adita.
9 Inſtitui poteſt hæres, qui nondum eſt in rerum natura.
10 Poſthumo certo inſtituto nullum eſt teſtamentum, ſi ille non naſcatur.
11 Inſtitutio hæredis ex cauſa erronea corruit.
12 Poſthumo inſtituto etiam alij naſcituri cenſentur inſtituti.
13 Poſthumum, & ventrem prægnantem inſtituere paria ſunt.
14 Venter prægnans inſtitutus quomodo intelligatur, & quid comprehendat.
15 Ventre prægnante inſtituto quicumque poſthumus cenſetur inſtitutus.
16 Ventre vxoris nomine proprio inſtituto tantùm proximè naſciturus dicitur inſtitutus.
17 Poſthumi inſtitutio reſpicit futurum tempus, & quomodo intelligatur.
18 Ventre prægnante inſtituto intelligitur de tempore mortis.
19 Ventre vxoris, quæ prægnans eſt, inſtituto, quid comprehendatur.
20 Poſthumo ex certa vxore inſtituto quid inde ſequatur.
21 Poſthumum inſtituens in periculo mortis intelligit ſolùm de præſenti prægnantia.
22 Poſthumi appellatione quid veniat.
23 Poſthumo inſtituto à teſtatore infirmo fit extenſio ad quemcumque, contra Surdum.
24 Verbum, caſu quo, importat conditionem.
25 Poſthumo inſtituto intelligitur conditio, ſi naſcatur.
26 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, etiamſi ſecundum contineat inſtitutionem conditionalem.
27 Obſeruantia hæredum ſignificat, quale fuerit teſtamentum.

28 Teſtamen

28 *Teſtamentum ſecundum ſi infirmetur, non tamen reconualeſcit primum.*

29 *Teſtamentum ad interrogationem alterius, ſeu notarij valet.*

30 *Inſtitutio hæredis ſuſtinetur etiam ad interrogationem priuati.*

31 *Falſitas non arguitur ex multiplicitate, vbi actus eſt reiterabilis.*

32 *Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, etiam ad interrogationem alterius factum.*

33 *Teſtator etiam infirmus poteſt diſponere ad alterius interrogationem.*

34 *Interrogatis ſi teſtator reſpondeat, ita videtur voluiſſe teſtari.*

35 *Teſtator etiam in articulo mortis præſumitur ſanæ mentis.*

36 *Laborans in extremis poteſt teſtari.*

37 *Poſthumum inſtituens an dicatur moueri ex falſa cauſa, ſi partus non naſcatur.*

38 *Generi per ſpeciem derogatur.*

39 *Teſtamentum quando vitietur ex falſa cauſa.*

40 *Cauſa præſumitur impulſiua.*

41 *Cauſa, & occaſio quomodo differant.*

42 *Semel extinctum ampliùs non reuiuiſcit.*

43 *Hæreditatis petitio præſcribitur ſpatio 30. annorum.*

44 *Teſtamentum ſecundum in dubio cenſetur validum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1572. perilluſtr. D. Io. Marcus Rubeus Carpenſis ſuum condidit teſtamentum ſcripto in eo hærede R.D. Io. Baptiſta eius fratre, & fideicommiſſario amplo in eo ordinato ad fauorem eius domus cum clauſulis derogatoriis poſterioris teſtamenti. Verùm de anno 1576. idem teſtator infirmus aliud teſtamentum condidit, in quo fecit ſibi hæredem ventrem prægnantem D. Iſabellæ ſuæ vxoris caſu quo pariat maſculum ex dicto teſtatore, & ſi feminam, eam dotari voluit de ſcutis 3000. & eandem Iſabellam vſufructuariam reliquit, & hæc omnia fecit ad interrogationem R.D. Nicolai de Fuſariis, cum clauſula codicillari, *&* *caſſans*, &c. & cum derogatione ſpeciali clauſulæ derogatoriæ, de qua in priori teſtamento. Poſtea defuncto teſtatore contigit ventrem non eſſe prægnantem adeo, vt hæres ſcriptus non potuerit adire hæreditatem vti non natus. Quæritur an primum teſtamentum cenſeatur per hoc ſecundum reuocatum, & an vocati per fideicommiſſum in primo poſſint nunc aſpirare ad bona dicti teſtatoris ſtante morte D. B. Rubei abſque filiis maſculis.

Reſpondeo ex primo teſtamento non poſſe adiri hæreditatem, illudque cenſeri penitus reuocatum per ſecundum non ſolum quoad hæredis inſtitutionem, ſed quoad omnia in eo diſpoſita, remque iſtam adeo eſſe claram, vt caſus videatur in puncto à iure deciſus; nam veriſſimum eſt primum teſtamentum tolli per ſecundum
1 etiamſi in ſecundo non adſit clauſula caſſans, §. *poſteriore, Inſtit. quibus mod. teſtam. infirm. l. ſi qui priore, in princ. ff. ad Trebell. l. ſi iure, de leg.*3. Clar. *in* §. *teſtamentum, q.*94. Rol. *conſ.*33. *num.*18. *lib.*3. Surd. *conſ.* 219.
2 *num.*22. Farin. *conſ.*97. *num.* 20. *lib.* 1. quod procedit, etiamſi ſecundum non faciat mentionem de primo. Surd. *conſ.*169. *num.*6. & *conſ.*214. *num.*8. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *quæſt.*63. *num.* 4. nec non etiamſi primum fuerit partium conſenſu firmatum. Peregr. *de fideicom. art.* 51. *num.* 42. & qui habet poſterius teſtamentum pro ſe, dicitur habere fundatam intentionem. Surd. *conſ.* 4861. *num.*4.

Et propterea non ſolum prioris teſtamenti inſtitutio per ſecundum teſtamentum reuocata intelligitur, ſed
3 etiam quæcumque alia in eo diſpoſita, ſiue legata, ſiue fideicommiſſa. Surd. *d. conſ.* 169. *num.*7. & *conſ.* 414. *num.*22. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*12. *tit.*1. *num.*36. Gratian. *diſc.*605. *num.*6.7. & *diſc.* 659. *num.*1. 3. vnde
omnes clauſulæ acceſſoriæ per ſecundum teſtamentum 4
videntur ſublatæ. Menoch. *conſ.*170. *num.*25. quia annullato teſtamento, omnia inde ſequuta corruunt. Manent. *deciſ.*42. *n.*5.

Hoc ſtante in caſu noſtro nihil officit, quòd poſthumus non ſit natus, quia partus conceptus non ſemper editur, & nihilominus primum teſtamentum reuocatum intelligitur per ſecundum, vbi fuit poſthumus inſtitutus: ſiquidem ſi quis inſtituat poſthumum, etiamſi filios gignere non poſſit, tamen primum teſtamentum
tollitur per ſecundum, etiamſi poſthumus non fuerit 5
natus, vt in terminis inquit textus rotundus *in l. ſi quis poſthumus*, vbi gl. *in verb. non poteſt*, & ibi Caſtr. *num.*1. Iaſ. *num.*6. *ff. de liber. & poſthum.* gl. *in l. cum in ſecundo, in verbo viuit, de iniuſt. rupt.* & poſt Ang. *conſ.* 93. *n.* 4. *in fin.* Tuſch. *littera T. concl.*154. *n.*27. licèt enim ex ventre inſtituto non ſit natus poſthumus, ſufficit ad hunc
effectum, vt naſci potuerit. Socin. Iun. *in l. ſi quis, in* 6
*princ. num.*48. *verſ. tu dic, ff. de leg.*2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 795. *num.*12. *verſ. nam iſta, part.*1. ſolùm enim ſpectatur, an ex ſecundo hæreditas adiri potuerit, *l. pater filio, ff. de hær. inſt. l. cum in ſecundo, de iniuſt. rupt.* quoniam
ſola potentia hæredem exiſtere potuiſſe, & hæreditatem 7
adiri ſufficit, etiamſi cum effectu non fuerit adita. Be- 8
nedictus *in cap. Raynutius, verbo teſtamentum, il ſecundo, num.* 7. *de teſtam.* Caſtil. *contr. quotid. cap.* 19. *num.* 20. *verſ. non enim poteſt, lib.* 4. & certum eſt, quòd po-
teſt inſtitui, qui nondum eſt in rerum natura, ſed eſſe, 9
ſeu fore ſperatur: ita Aret. *in* §. *ſeruus, num.* 1. *Inſt. de hær. inſt.*

Et quamvis dici ſoleat Inſtitutionem de certo poſthu-
mo eſſe nullam, ſi poſthumus non naſcatur. Iaſ. *in l.* 10
*placet, num.*28. & ibi DD. *ff. de liber. & poſthum.* quia teſtamentum factum ex cauſa erronea teſtatoris, qui
vnum credidit, & erat aliud, dicitur nullum, ad text. 11
*in l. fin. ff. de hær. inſt.* Surd. *conſ.*373. *num.* 9. Menoch. *conſ.*1148. *num.* 9. Tamen verum eſt, quòd hic non poteſt dici error, quia ſiue poſthumus indefinitè, ſiue
venter inſtituatur, ſemper inſtitutio porrigitur etiam 12
ad futuros, per textum *in d. l. placet, de liber. & poſthum.* vbi Oldrad. & DD. illius enim legis verba adeo ſunt clara, vt non recipiant ambiguitatem.

Nec obſtat, quod in caſu noſtro non poſthumus, ſed venter prægnans vxoris fuerit hæres inſtitutus, quia paria ſunt poſthumum, & ventrem, ſeu partum inſtituere, & æquiparantur venter, & poſthumus. Bald. *conſ.* 134.
*num.*1. *lib.*4. Bero. *conſ.*17. *num.*13. *lib.* 2. Alba *conſ.*85. 13
*num.*1. Surd. *conſ.*55. *num.*14. *verſ. & quamvis*, Fachin. *contr.* 89. *in princ. lib.*4. Sim. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.*3. *interpret.* 1. *dub.*3. *col.* 1. *num.*8. pulchrè Menoch. *lib.*4. *præſ.*21. *num.*14. quod cum ſit verum, certum eſt, quòd nullus error conſiderari poteſt, quia de quocumque poſthumo ſentit teſtator. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.*64. *num.*65.

Sicut etiam non obſtat hìc fuiſſe inſtitutum ventrem prægnantum, quaſi id intelligatur, ſi prægnans eſt, quive prægnans eſt, ſub quibus verbis concepta in-
ſtitutio nulla eſt, & inualida, dum videatur reſtricta ad 14
poſthumum proximè naſciturum, ſecundum Bart. Soc. & Iaſ. *in d. l. placet.* Alb. *conſ.* 85. *num.*7. Surd. *conſ.* 55. *num.* 16. Ruſt. *in l. cùm auus, de cond. & dem. lib.* 4. *cap.*15. *num.*24. Menoch. *conſ.*220. *num.*213. *& d. præſ.*21. *num.*11.

Nam reſpondetur per hæc verba nil noui fuiſſe inductum, ſed teſtatorem expreſſiſſe, quod tacitè inerat: ete-
nim etiamſi inſtituatur venter prægnans vxoris, adhuc 15
inſtitutio porrigitur ad quemcumque poſthumum. Alex. *in d. l. placet, num.* 5. vbi Soc. *col. penult.* & Put. *in addit. ad Bart. littera B. de liber. & poſthum.* Ang. *conſ.*51. Alb. *d. conſ.*85. *n.*7. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*4. *tit.*8. *n.*8. Menoch.



Menoch. *d. præſ.*21. *num.*13. *& num.*20. *verſ. verùm*, qui relatis fundamentis vtriuſque opinionis tandem reſidet in hac opinione.

Bene verum eſt, quod in caſu noſtro, vbi teſtator ſpecificè inſtituit ventrem prægnantem Iſabellæ eius vxoris, non poteſt fieri extenſio ad poſthumum ex alia vxore naſciturum, quia fecit mentionem vxoris ſub nomine
16 proprio, tamen intelliguntur vocati quicumque poſthumi ex eadem ſua vxore naſcituri, ad textum *in l. filius*, §. *ſi quis ex certa, ff. de liber. & poſthum.* gl. *in d. l. placet*, vbi Bart. *num.*2. Iaſ. *num.*8. 21. Soc. *col. pen. verſ. ſed illa, ff. eod.* Pariſ. *conſ.*52. *num.*28. *lib.*2. Bero. *conſ.*17. *num.*23. *lib.*2. Menoch. *conſ.*40. *num.*36. & *conſ.*97. *num.*82. & *d. præſ.*21. *num.*9. tamen nobis ſufficit, quòd huiuſmodi verba non ſint reſtrictiua, ſed poſſint intelligi de quocumque poſthumo ex eius vxore naſcituro, quæ tunc viuebat, & hæc interpretatio eſt accipienda etiam in dubio, cùm rationabiliter ſermo poſſit referri ad vtrumque. Bald. *conſ.*14. *num.*1. *verſ. quinque, lib.*3.

Et propterea cum verſemur in materia, quæ reſpicit tempus futurum, vt poſthumi inſtitutio. Fachin. *d. lib.*4.
17 *cap.*89. *littera D.* non eſt inconueniens, quòd verba, *Ventrem prægnantem*; intelligantur in futurum, qui prægnans erit, ad textum *in l. Titius*, §. *Lucius, ff. de liber. & poſthum.* Bero. *d. conſ.*17. *num.*24. *verſ. non aduerſatur.* Iaſ. *in l. talis ſcriptura, num.*32. *de leg.*1. & *conſ.*55. *verſ.*
18 *confirmatur, lib.*3. Menoch. *conſ.*294. *num.*7. & *conſ.*494. *num.*26. teſtator enim non vocauit ventrem prægnantem tempore teſtamenti, ſed cenſetur vocaſſe prægnantem tempore mortis, ne eo præterito teſtamentum irritum eſſet, vt inquit Menoch. *d. præſ.* 21. *num.*20. *verſ. verum.*

Nam ſi veriſimilem defuncti voluntatem conſideramus, ea videtur fuiſſe, quòd non omnes poſthumi ex quacumque vxore, ſed illi tantum, qui naſcituri erant ex viuente eius vxore, cenſerentur inſtituti per huiuſmodi verba, *quæ prægnans eſt*, & ſimilia. Corn. *conſ.*244. *num.*8.
19 *&* 9. *lib.*2. Barbat. *conſ.*6. *num.*7. *verſ. nec obſtat, lib.*3. Menoch. *d. præſ.* 21. *num.*31. crediderim rectius, quod nobis ſufficit, & ad tollendum errorem ſatis eſt, quòd teſtator non ſe reſtrinxerit ad partum tunc in vtero exiſtentem, & alios ex eadem vxore naſcituros non excluſerit, quia tunc intrat textus *in d. l. cum in ſecundo, ff. de iniuſt. rupt.* & ſatis eſt poſſibile fuiſſe, quòd ex eadem vxore alij filij ſuſciperentur, hoc enim eſt, quod dicit textus *in l. filius*, §. *ſi ex certa, ff. de liber. & poſthum.* quòd qui ex certa tantum vxore filios ſcribit hæredes, rem in periculo deducit, ſi ex alia vxore liberi naſcantur: ergo à contrario ſenſu, res eſt in tuto, ſi ex alia non naſcantur, vel ſi alij naſcantur ex eadem vxore.
20 Soc. *in d. l. placet, num.*9. *verſ. aut ſecundo.* Boer. *deciſ.*148. *num.*5.

Sed eſto, quòd etiam præſens inſtitutio intelligeretur ſolùm de prægnantia exiſtente tempore teſtamenti, per
21 ea, quæ tradit Iaſ. *in d. l. placet, num.*10. 21. Surd. *conſ.* 55. *num.*16. quæ tamen nihil nocent, adhuc in propoſito noſtro dicendum eſt primum teſtamentum eſſe ſublatum per ſecundum, in quo venter prægnans fuit inſtitutus, licèt verè non prægnaret. Ratio, *d. l. ſi quis poſthumus*, per quam diſponitur, quòd etiamſi non naſcatur poſthumus, tolli tamen primum teſtamentum per ſecundum, non fundatur in eo, quòd inſtitutio poſthumi porrigatur ad quemcumque, ſed quia ſimpliciter poſthumus fuit inſtitutus, adeò, vt non ſit neceſſaria vera prægnantia, quia non nato poſthumo adhuc inualidum, & caſſum remanet primum teſtamentum, quoniam appellatione poſthumi venit tam in vtero exiſtens, quàm
22 poſtea concipiendus, ad textum *in d. l. placet*, vbi Bart. Alex. Iaſ. & DD. *ff. de liber. & poſthum.* genus enim prædicatur de qualibet ſpecie, ad textum *in l.*1. vbi DD. *ff. ſi cert. pet.* Bald. *conſ.*139. *num.*1. *lib.*1. Decian. *conſ.*51. *num.*8. *lib.*1. Menoch. *conſ.*266. *num.*69.

Ex quibus leue cenſendum eſt argumentum, quo perſuadetur hunc teſtatorem infirmum, & morbo oppreſſum non potuiſſe cogitare de altera prole, quàm de ea, quæ in ventre exiſteret, vt voluit Surd. *d. conſ.*55. *n.*16. 17. Nam ſatis eſt de tali prægnantia præſenti intellexiſſe, licet adhuc verius ſit ex benigna interpretatione ad ſuſtinenda teſtamenta talem poſthumi inſtitutionem comprehendere caſum etiam non cogitatum; teſtator enim mortis cogitatione oppreſſus non cogitauit de prole ſuſcipienda ex præſenti, aut futura vxore, tamen ſi poſthumum, ſeu ventrem inſtituat, cenſetur inſtituiſſe naſ-
citurос tam ex præſenti, quàm ex futura vxore. DD. *in* 23
*d. l. placet*, Tob. Non *in* §. *poſthumi, num.*9. & ibi Ricciard. *num.*103. *Inſt. de hæred. liber.* Caſtr. *conſ.*409. *in fin. lib.*2. Corn. *conſil.*244. *n.*8. *lib.*2. Bero. *conſ.*17. *num.*16. 19. *lib.*2. Mantic. *d. cap.*9. *num.*6. *verſ. aduertendum*, Ruſt. *d. cap.*15. *num.*31. 42. Menoch. *d. præſ.*21. *num.*29. *verſ. retinenda*, Morot. *conſ.*32. *num.*7. *& ſequent.* qui Surdum confutat, quia hæc eſt fauorabilior interpretatio.

Neque conſiderabile eſt, quod noſtra inſtitutio fuerit conditionalis, dicente teſtatore, caſu quo pariat maſculum; hæc enim verba ſunt conditionalia. Surd. *conſ.*548.
*num.*10. quia hæc conditio non releuat, cum etiam taci- 24
ta ſubintelligatur, ſemper enim poſthumo inſtituto, ſubauditur conditio, ſi partus naſcatur. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.*
46. *num.*31. & tamen hoc non attento iura ſanxerunt pri- 25
mum teſtamentum tolli per ſecundum, per textum *in d. l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſthum.*

Deinde reſpondetur, quod primum teſtamentum tollitur per ſecundum in quo extat hæredis inſtitutio con-
ditionalis, etiamſi conditio non purificetur. Textus eſt 26
*in d. l. cum in ſecundo*, vbi Bart. *num.*1. *verſ. puto*, Bald. *num.*3. Caſtr. *num.*4. *ff. de iniuſt. rupt.* & quamuis ſecundum teſtamentum non habeat effectum, tamen tollit primum, *l. filio præterito, ff. eod.* Bald. *in d. l. cum in ſecundo, num.*2. Ruin. *conſ.*16. *num.*12. *lib.*2. & licet ex ſecundo nemo hæres exiſtat, vel eſſe velit, tamen adhuc definit primum. Gratian. *diſc.*201. *num.*16. *lib.*2. ſic dicas in caſu noſtro, quod licet poſthumus non fuerit natus, tamen primum teſtamentum remanſerit reuocatum, & pro tali habitum eſſe ab hæredibus præſumendum eſt qui hæreditatem ſemper diuiſerunt nulla eius ratione
habita. Ceph. *conſ.*183. *num.*71. Mantic. *de coniect. vlt.* 27
*vol. lib.*3. *num.*26.

Et ad rem noſtram admittunt omnes, quòd etiamſi ſecundum teſtamentum infirmetur, tamen primum non
reconualeſcit, ad textum *in l. militis codicillis*, §. *vlt.* vbi 28
Bald. *de milit. teſt.* Gratian. *diſc.*659. *num.*2. *lib.*4. Merlin. *de legitim. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*46. *num.*13. ſufficit enim quòd venter prægnans potuerit inſtitui, licet poſthumus non naſcatur, *d. l. ſi quis poſthumus*, Bald. *conſ.*320. *num.*1. *lib.*5. Tuſch. *d. littera T. concluſ.*84. *num.*41.

Et licèt teſtator, ſi fœmina naſcatur, mandauerit eam dotari, tamen nihil id officit, quia voluit in hoc ſe conformare ſtatuto fœminarum excluſiuo, & qualitas dotationis ita conuenit primo, ſicut vlteriori poſthumo.

Pariter nihil prædictis obſtat, quòd ſecundum teſtamentum fuerit confectum ad interrogationem alterius, quia validum eſt teſtamentum non ſolum ſi teſtator ore proprio ex ſe nominet hæredem, vel faciat legatum, verùm etiamſi id ſequatur ad interrogationem alterius,
ſiue ille ſit Notarius. Gloſſ. *in l. iubemus, verb. quemad-* 29
*modum, C. de teſtament.* Alex. *conſ.* 33. *num.*11. *lib.*3. Becc. *conſ.*102. *num.*8. Surd. *conſ.*414. *num.*53. Farinac. *conſ.*97. *num.*1. *in fin. & num.*29. *lib.*1. Honded. *conſ.*37. *n.*9. 10. *lib.*1. Gratian. *diſc.*659. *num.*11. 12. *lib.*4. Menoch.
*præſ.*8. *num.*14. *lib.*4. Caſtil. *lib.*4. *contr.*27. *num.*54. 59. ſiue 30
ſit perſona priuata, quæ teſtatorem interroget. Gloſſ. *in d. l. iubemus.* Alciat. *conſ.*570. *num.*5. Ruin. *conſ.*12. *num.*9. *lib.*2. Becc. *conſ.*107. *num.*9. Surd. *conſ.*414. *num.*32. de communi Tuſch. *verb. teſtamentum, concluſ.*124. *num.*14.
*&*

*& concl.*125. *num.*14. Menoch. *conſ.*45. *num.*15. Farin.
*d. conſ.*97. *num.*16. Gratian. *d. diſc.*659. *num.*11. Rim. Sen.
*conſil.*254. *num.*17. Rot. *diuerſ. deciſ.*638. *num.*1. *part.*1.
quòd procedit ſecundùm allegatos DD. vbi aliæ ſuſpi-
ciones contra teſtamentum non concurrunt.

Et licèt dicatur in teſtamento prædicta fuiſſe facta ad
interrogationem R. D. Furarij, & deinde ad interroga-
tionem mei notarij, cùm actus interrogandi ſit reitera-
bilis, ſimul ſtare poteſt, quod teſtator ab vtroque fuerit
31 interrogatus. Iaſ. *in l. ſciendum, num.*43. *verſ. confirmo, ff.
de verb. oblig.* Surd. *conſil.*414. *num.*27. & hæc procedunt,
etiamſi ille, qui interrogat, ſit hæres, vel legatarius. Fa-
rin. *d. conſil.*97. *numero* 16. *in fin.* & *num.*17. Surd. *d.
conſil.*414. *num.*58.

Quod adeò verum eſt, quòd etiamſi tractetur de re-
uocando priori teſtamento ritè facto, adhuc valeat ſe-
cundum ad alterius interrogationem factum. Alex. *d.*
32 *conſil.*33. *num.* 12. *verſ. & dicerem.* Ruin. *d. conſ.*12. *n.*11.
*lib.*2. Socin. Iun. *conſ.*144. *num.*56. *lib.*2. Tuſch. *d. verb.
teſtamentum, concluſ.*124. *num.*22. Surd. *d. conſil.*414.
*num.*54. *verſ. & loquuntur.* Gratian. *d. diſc.*659. *num.*12.
in tantum, quod ſufficiat etiam generalis interroga-
tio ad contenta in teſtamento. Tuſch. *dict. concluſ.*125.
*num.*16.

Et hæc non ſolùm procedunt in teſtatore bene valente,
ſed etiam infirmo, & morti proximo, dummodo ſit ſanæ
mentis, vt probatur *ex l. quoniam, C. de teſtament.* Alex. *d.*
33 *conſ.*33. *num.*6. 11. Surd. *d. conſ.*414. *num.*54. Farinac. *d.
conſ.*97. *num.*10. non enim verum eſt conſtitutum in mor-
tis periculo præſumi, quod potius ſit reſponſurus affir-
matiuè, quam negatiuè. Alex. *dict. conſ.*33. *num.* 12.
*in fin.*

Et vt validum cenſeatur ſecundum teſtamentum in
prædictis, non eſt neceſſe conſtare, quod teſtator voluerit
teſtari; ſufficit enim quod ad interrogata reſpondeat cum
34 ſana mente. Alex. *d. conſ.*33. *n.*12. *lib.*3. Soc. Iun. *conſ.*178.
*num.*6. *lib.*2. Surd. *d. conſ.*414 *num.*58. Farin. *d. conſ.*97. *n.*6.
*lib.*1. Gratian. *d. diſc.*659. *num.*12.

Nec eſt dubium, quin conſtitutus etiam in mortis arti-
culo præſumatur ſanæ mentis, accedente præſertim aſſer-
35 tione notarij, ſecundum Becc. *conſ.*102. *num.*12. Caſtil.
*d. controuerſ.*27. *num.*9. *lib.*4. & laborans in extremis, &
ſemimortuus poteſt teſtari, ſi ſanam mentem retineat.
36 Iaſ. *conſ.*124. *col. fin. lib.*1. Ceph. *conſ.*546. *num.*32. Surd.
*d. conſ.*414. *num.*59. Mantic. *lib.*4. *de coniect. vlt. vol.
tit.*6. *num.*1. *& ſeq.* Caſtil. *d. cap.*27. *n.*3. Rim. Iun. *Inſt. de
teſtament. in princ. num.*465. Rot. *diuerſ. d. deciſ.*638.
*num.*8. Coccin. *conſ.*455. *num.*6.

His ſic firmatis non obſtat, quod falſa cauſa adeo vi-
tiat hæredis inſtitutionem in ſecundo teſtamento factam
vt non tollatur per eam primum teſtamentum, vt probat
textus *in d. l. final. ff. de hæred. inſtit.* Gratian. *diſc.*558. *nu-
mero* 16. 18. *lib.*3.

Nam ſatis reſponſum eſt non poſſe dici hic falſam ad-
fuiſſe cauſam, ſed quod cauſa effectum non habuerit, ſi-
quidem ex benigna legis interpretatione teſtator cenſe-
tur inſtituiſſe quemcumque poſthumum ex ſua vxore
37 naſciturum. Menoch. *d. præſ.*21. *num.*29. *verſ. retinenda.*
Mantic. *d. cap.*9. *num.*6. Morot. *d. conſ.*32. *num.*7. & cùm
in caſu noſtro habeamus legem qua ſancitur primum te-
ſtamentum tolli per ſecundum, in quo poſthumus fuit
inſtitutus, etiamſi non naſcatur, nihil vlterius eſt
quærendum, neque ad iura generalia confugiendum,
quia generi per ſpeciem derogatur, *l. ſi peculium, ff. de*
38 *pecul. legat. l. in toto, de reg. iur. l. Sanctio, de pœn. c. ſtu-
duiſti, de offic. deleg.*

Accedat, quòd cauſa falſa non ſolet vitiare teſtamen-
tum ioco factum, niſi cauſa illa exprimatur, & ſit finalis,
39 & quod teſtator ita alias non fuiſſet relicturus, ad textum
*in d. l. fin.* vbi gl & ibi pulchrè Bart. *num.*2. 3. 4. Bald. *in
princ. & num.*6. ibique DD. *ff. de hær. inſt.* Gratian. *diſc.*558.
40 *num.*21. quæ in caſu noſtro non verificantur, immò in diſ-
poſitione hominis cauſa expreſſa præſumitur impulſiua.
Tiraq. *in tract. ceſſ. cauſ. lim.*1. *num.*30. Sim. de Præt. *de in-
terpret. vlt. vol. lib.*4. *interpret.*1. *dub.*6. *num.*21.

Vlterius cum in primo teſtamento ſatis, & abundè te-
ſtator prouidiſſet circa caſum poſthumorum, non eſt 41
præſumendum, quod ſecundi teſtamenti fuerit cauſa fi-
nalis ventris prægnantis inſtitutio, ſed bene poteſt dici
occaſio, de qua Bald *conſ.*119. *num.*7. *lib.*2. & confirma-
tur, quia cauſa dicitur propriè de præterito. Sim. de Præt.
*d. dub.*6. *num.*24. hic autem teſtatoris ſermo reſpicit
tempus futurum, dum inquit, *Caſu quo naſcatur poſthu-
mus*: ergo non poteſt dici hoc fuiſſe expreſſum per mo-
dum cauſæ, ſed occaſionis, quæ non facit ceſſare ſecun-
dum teſtamentum, etiamſi ipſa ceſſet, per *d. l. ſi quis
poſthumos*: quia ſemel extinctum amplius non reuiuiſcit,
*l. pen. §. teſtamento, de bon. poſſeſſ. ſecundùm tab. l. qui res,
§. aream, de ſolut. c. quæris, de conſecrat. diſt.*4. Rim. Iun.
*conſ.*354. *num.*244.

Cætera, quæ opponuntur de inualiditate teſtamenti,
eò quod ſuaſionibus & rogatu alterius ſic teſtator diſpo- 42
ſuerit, ceſſant omnino, quia non conſtat de fraude, aut
dolo aliquo, qui tamen erat probandus, quia eo deficien-
te valida eſt inſtitutio. Gratian. *d. diſc* 659. *num.*8. *lib.*4.
immò de bona fide conſtat ex teſtibus examinatis ſub
die 9. Aprilis 1580.

Addere licet, fideicommiſſarios præſentes tempore
longiſſimo vltra 30. annos, iuncta obſeruantia ſecundi
teſtamenti fuiſſe excluſos, quoniam ſatis conſtat hære-
ditatis, & fideicommiſſi petitionem ſpatio 30. anno- 43
rum tolli, vt habetur penes Andr. Gail. *obſeru. lib.*2.
*cap.*120. *num.*16.

Et hæc puto ſatis eſſe ad ſuſtinendum ſecundum teſta-
mentum, de quo ſi dubium eſſet, adhuc iudicandum eſt
per illud caſſatum fuiſſe primum teſtamentum. Surd.
*conſ.*414. *num.*101. Gratian. *diſc.*605. *num.*5. *lib.*4. etenim
qui ſecundum teſtamentum pro ſe habet, dicitur funda- 44
tam habere intentionem. Surd. *d. conſ.*414. *num.*22. *&
conſ.*486. *num.*4. & ita, &c.

Verumtamen negotio ſatis ventilato coram Illuſtriſ-
ſimo Conſilio Iuſtitiæ Mutinæ pronunciatum eſt de
anno 1535. contra ſecundum teſtamentum, non quia
prædicta non ſint vera, ſed quia plurimæ deductæ ſunt
coniecturæ ad firmandam ſuſpicionem, ne valeat teſta-
mentum ad alterius interrogationem factum, propter
quod pars aduerſa obtinuit ad ſuſtentationem primi te-
ſtamenti.

---

## CAPVT IV.

### EPITOME.

Iudex Eccleſiaſticus quomodo procedere poſſit in his quæ ſunt mixti fori, & quando, & quomodo ſit locus præuentioni.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ſolus ſolet procedere in ſacrilegio.*
2 *Præuentio contra mandatarium intelligitur etiam quoad mandantem.*
3 *Sacrilegium à quo Iudice puniatur.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus & laicus quomodo procedant in ſacrilegio.*
5 *Iudex laicus poteſt procedere in his, quæ ſunt mixti fori.*
6 *Clarus reprobatur in materia iuriſdictionis.*
7 *Iudex laicus, & Eccleſiaſticus præuentionem habent in mixti fori delictis.*
8 *Præuentio realis præfertur verbali.*





9 *Iudex Eccleſiaſticus eſt maior quocumque ſeculari.*
10 *Iudex Eccleſiaſticus trahit ad ſe laicos, qui ſimul delinquunt cum clericis.*
11 *Sacrilegium poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico, & ſeculari quoad pœnas temporales.*
12 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laicum in delictis mixti fori quoad omnes pœnas, non tamen ſanguinis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

REſpondendo cuidam ſcripturæ fori Scandiani repe-
tentis Thomam Codeferrum laicum ab Arcetto ar-
reſtatum in terra Conigij pro foro Epiſcopali occaſione
offenſionis, & iniuriæ illatæ R. D. Lucæ de Naſis Sa-
cerdoti cum exploſione tormenti bellici, incaſſum ta-
1 men laxati: etenim dicebatur, quod ſola Curia ſecula-
ris ſoleat procedere in ſacrilegio, & ſimilibus delictis,
ex Clar. *in prax. §. fin. quæſt.*37. *num.*6. Maſtrill. *deciſ.*68.
*num.*6. quoniam vbi infligitur pœna ſanguinis, Eccleſia
non ſe intromittit. Giurb. *conſ.*70. *num.* 16. & maximè
in caſu noſtro fieri debet remiſſio ad forum laicale, quia
illud habuit præuentionem contra mandantem, quæ
extenditur etiam quoad mandatarium, qualis eſt dictus
2 Thomas: ita Decian. *tract. crim. p.*1. *lib.*4. *cap.*21. *n.*16.
& *cap.*22. *num.*4. Guazzin. *de reor. defenſ. cap.*8. *num.*6.
Giurb. *conſ.*59. *num.*125. & *conſ.*70. *n.*14. *& ſeqq.* Licèt
autem aliàs de hoc tractatum fuerit, & reſolutum pro
Eccleſia.

Tamen nunc quoque dico verius eſſe, & in praxi re-
ceptius, quod in ſacrilegio, quale eſt offenſio Sacerdo-
3 tis, & iniuria illata perſonæ Eccleſiaſticæ procedatur
reſpectu cenſurarum à ſolo iudice Eccleſiaſtico, reſpectu
pœnæ ſanguinis à ſolo iudice laico, & reſpectu aliarum
4 pœnarum temporalium per vtrumque; ita tamen, quòd
in his ſit locus præuentioni. Ita Decian. *tract. crim. lib.*4.
*cap.*26. *num.*1. *& num.*22. pulchrè, & latè Caball. *reſol.
crim.*194. *num.*10. 11. & cum eis tenet Beller. *diſq. cler.
p.*1. *tit. de fauor. cler. real. §.*4. *n.*9. Marth. *de iuriſ. d. p.*2.
*cap.*11. *num.*20. qui cæteros allegant, & Caballus reſoluit
omnia: & hæc eſt vera, & practicata concluſio, & ita
etiam ſentire videtur Sigiſm. Scacc. *in pract. ciuil. & crim.
lib.*1. *c.*12. *n.*13.

Neque eſt mirum, quia ratione ſacrilegij, quod mul-
tis modis perficitur, non ſolùm Iudex laicus, ſed etiam
5 Eccleſiaſticus contra laicum poteſt procedere, quia eſt
delictum mixti fori: ſic Decian. *d. cap.* 26. *num.* 1. latè
Farinac. *in praxi q.*8. *n.*132. & Caball. *d. reſol.*194. *n.*7. 8.
vbi pulchrè reſpondent ad ea, quæ ex aduerſo adducit
Clarus, qui atteſtatur Senatum ſolere procedere Medio-
lani contra ſacrilegos priuatiuè quoad Epiſcopos, &
6 quod ita ſeruatur in Gallia: quod ſi verum eſt, non de-
bet fieri extenſio ad alia loca; ſed in facto non ſubſiſtit,
quia etiam Mediolani, & in Gallia procedunt Iudices
Eccleſiaſtici in huiuſmodi delictis. Verùm quia vtpluri-
mum iudices laici habent præuentionem, videtur Claro,
quod eis ſolis id competat, quod non eſt verum, vt bene
7 reſoluunt Farinacius, & Caballus *in ſupradictis locis*,
& Bellet. *d. §.*4. *num.*9. Marth. *d. c.*11. *n.*20. Bonacin. *de
præcept. Decalog. diſp.*10. *quæſt.*2. *punct.*1. *§.*1. *n.*32. Tuſch.
*littera S. concl.*6. *num.*7. 13. *& ſeq.* Marc. Anton. *lib.* 3.
*reſol.*38. *num.*2. Leo *in theſaur. for. Eccl. p.*1. *c.*13. *n.*23.
qui probant quoad pœnas temporales, & contentioſas
ſacrilegium eſſe mixti fori ſua origine, contra Clarum;
& ideo qui deliquit in Eccleſia efficitur de foro Eccle-
ſiæ: Oldrad. *conſ.*86. *Quæritur.* Marth. *de iuriſd. p.*2. *c.*11.
*n.*23. non enim Iudex Eccleſiaſticus eſt ita incapax iu-
riſdictionis in laicos in temporalibus, vt eſt laicus in
ſpiritualibus. Scacc. *d. c.*12. *n.*13.

Circa præuentionem licèt forum Scandiani nihil do-
ceat, tamen eſto, quòd præuenerit verbaliter cum cita-
tione, & Inquiſitione tranſmiſſa, nihilominus quia fo-
rum Eccleſiæ præuenit realiter per capturam perſonæ, 8
præualet, & dicitur efficaciter præueniſſe, quia hæc eſt
vera præuentio: ita latè Farinac. *in prax. q.*7. *n.* 53. vbi
teſtatur ab hac opinione non eſſe recedendum: Mar. An-
tonin. *d. lib.*3. *reſol.*38. *n.*5. Bellet. *d. §.*4. *n.*3. Leon. *in theſ.
for. Eccl. d. c.*13. *n.*23. *in fin.* qui cæteros allegant. Giurb.
*conſ.*70. *n.*13.

Non obſtat Decian. *d. c.*21. *num.*16. & alij in contra-
rium adducti. Primò quia loquitur in caſu, quando con-
trouerſia vertitur inter duos iudices paris poteſtatis,
quod non facit ad rem; quia Iudex Eccleſiaſticus eſt 9
maior quocumque Iudice ſeculari, *cap.*1. *de maior. &
obed. cap. adminiſtratores* 23. *quæſt.*5. Felin. *in cap. cum
ſit, num.*8. *de for. compet.* Leon. *in theſ. for. Eccl. p.* 2.
*cap.*38. *num.*67. Mar. Antonin. *lib.* 1. *reſol.* 112. *caſ.* 32.
*verſ. Præſertim*, ad rem Giurb. *conſ.*70. *num.* 11. *verſ.
ſed Eccleſiaſticus*, qui loquitur in materia præuentionis.

Secundò quia potiùs facit pro iuriſdictione Eccleſiæ,
dum ſe fundat in connexione, & vnitate negotij, quia
ſi admittimus delictum mandantis, & mandatarij eſſe
indiuiduum, forum Eccleſiæ vti dignius trahet ad ſe to- 10
tam cauſam, per ea, quæ tradit Farinac. *in prax. q.*8. *n.*151.
Tiber. Decian. *d. lib.*4. *c.*22. *n.*4. Surd. *conſ.*221. *num.*3.
Marius Anton. *d. lib.*3. *reſol.* 38. *num.*4. & multò magis
doctrina Decian. *d. c.*21. *n.*16. facit pro nobis, quia dicit,
quod ille, qui præuenit contra mandatarium, dicitur præ-
ueniſſe etiam contra mandantem; ſed ſic eſt, quod man-
datarius eſt in foris Eccleſiæ, quæ præuenit vera præ-
uentione: ergo debet etiam cognoſcere circa mandan-
tem. Vana eſt igitur prætenſio fori ſecularis, & multò
magis, quia dictus Codeferrus fuit arreſtatus in alieno
ſtatu, huius tamen Diœceſis, in quo non poterat forum
Scandiani facere capturam perſonæ dicti Codeferri. Et
ita ſæpius fuit iudicatum.

Nec de prædictis eſt mirandum, quia vtique certum
eſt in iure, quod ſacrilegium dicitur eſſe crimen mixtum,
ſeu vtriuſque fori quoad pœnas temporales, & conten-
tioſas, adeo, vt ſacrilegus poſſit conueniri ſub quovis 11
iudice, tam ſeculari, quàm Eccleſiaſtico, quoad dictas
pœnas loco præuentioni ſeruato: ad textum *in c. cùm ſit*,
vbi Butr. *col.* 12. Abb. *col* 2. *&* 6. *de for. competent.* Ca-
cheran. *deciſ. Pedem.*103. *num.*7. Farinac. *in prax. q.* 8.
*n.*132. Decian. *in tract. crim. lib.*4. *c.*26. *n.*1. Caball. *d.
reſol.*194. *n.*11. Giach. *in addit. ad Clar. in §. ſacrilegium,
num.*1. Et propterea Eccleſiaſticus Iudex, ſi præuenit, 12
poteſt laicum punire in delictis mixti fori in quaſcum-
que pœnas, per quas non imponitur pœna ſanguinis;
& ſi eſt irroganda mors, traditur Curiæ ſeculari. Ita
Hoſtienſ. *in d. cap. cùm ſit generale*, quem ſequitur Abb.
*in princ.* & Marian. Soc. *in fin. de for. competent.* Card.
Tuſch. *pract. concluſ. littera S. concl.*6. *num.* 12. Oſaſch.
*d. deciſ.*103. *num.*7. ita quidem fuit ſeruatum, ſed quia
maiori pœna erat dignus dictus Thomas ſecundùm leges
fori ſecularis punientes pœna capitali ſic delinquentem,
poſtquam ille fuit relaxatus à Curia, quæ eum pœna
ſanguinis punire non poterat, fuit in foro laicò captus,
vt pœna capitali, & ſic ſufficienter puniretur, ad tradita
per Sigiſmund. Scacc. *in prax. ciu. & crim. p.* 1. *cap.* 12.
*n.*81. 82. 83. vbi videas materiam.

---

## CAPVT V.

### EPITOME.

Epiſcopus originis, & rei ſitæ, & domicilij, ſi concurrant in executione alicuius legati pij, quis præferatur, & quando ſententia noceat ſucceſſoribus.

## SVMMARIVM.

1 Scholares pauperes Regij vnde habeant ſubſidium.
2 Epiſcopus Regij eligit pauperes ſcholares pro ſtudio Bononiæ.
3 Legatum factum pauperibus in genere intelligitur de illis, qui ſunt de patria teſtatoris.
4 Legatum factum Monaſterio, intelligitur de patria teſtatoris.
5 Obſeruantia declarat mentem teſtatoris.
6 Intereſſe ſufficit alicuius, vt petat exequi mentem defuncti.
7 Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.
8 Legatum factum pauperibus dicitur pium.
9 Legatum pro anima dicitur pium.
10 Legatum pro ſtudio dicitur pium.
11 Epiſcopus executor eſt omnium piarum voluntatum.
12 Legata pia vt exequantur, inſtare poteſt quilibet de populo.
13 Epiſcopus eſt pater, & gubernator pauperum.
14 Epiſcopus eſt diſpenſator, quando teſtator non dixit, per quem fieri debeat diſtributio pauperibus.
15 Epiſcopus originis, & domicilij, vel rei ſitæ, quomodo concurrat in executione piarum voluntatum.
16 Executio piarum voluntatum ad quos Epiſcopos ſpectet.
17 Epiſcopus rei ſitæ exequitur legatum pium, ſi ſpecies relicta ſit.
18 Piarum voluntatum quis Epiſcopus ſit executor, ſi res legatæ ſint in pluribus locis.
19 Romani conſilium 250. an ſit tutum.
20 Pia voluntas exequitur ab Epiſcopo rei ſitæ.
21 Pecunia propriè non dicitur eſſe in Diœceſi.
22 Epiſcopus originis eſt executor piæ voluntatis, vbi relicta eſt pecunia.
23 Executor piarum voluntatum eſt Epiſcopus originis.
24 Epiſcopus non exercet iuriſdictionem extra diœceſim.
25 Epiſcopus originis exequitur extra Diœceſim per litteras ſubſidiarias.
26 Epiſcopus Regij quomodo exequatur legata pia in territorio Bononiæ.
27 Italicæ res quæ dicantur.
28 Epiſcopus quis exequatur voluntatem defuncti, cuius origo dubia eſt.
29 Epiſcopus executoris eſt iudex competens in exequenda voluntate defuncti.
30 Epiſcopus poteſt exequi piam voluntatem etiam abſque executoribus.
31 Epiſcopus poteſt conſtituere procuratorem ad agendum coram ſe in executione piæ voluntatis.
32 Verba enuntiatiua probant in antiquis.
33 Præſcribitur etiam ius eligendi, & adminiſtrandi.
34 Poſſeſſio non acquiritur ex actu clandeſtino.
35 Gratia vitiatur per ſubreptionem.
36 Gratia obreptitia quando ſit nulla ipſo iure.
37 Sententia lata contra præſentatum non nocet præſentanti.
38 Sententia non nocet ſucceſſoribus non citatis.
39 Sententia contra principalem nocet habentibus intereſſe in conſequentiam.
40 Sententia nocet citatis, ſaltem per edictum.
41 Succeſſor non tenetur appellare à ſententia lata contra anteceſſorem.
42 Sententia quando non noceat aliis non citatis.
43 Sententia per colluſionem lata non nocet.
44 Sententia notoriè iniuſta non nocet.
45 Sententia non nocet iis, qui non habent cauſam à victis.
46 Sententia non nocet minori non citato.
47 Sententia erronea non nocet.
48 Sententia notoriè iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.
49 Collegium non comparet in iudicio niſi per ſyndicum.
50 Sententia lata ſine legitimo contradictore non valet.
51 Sententia lata contra vnum non nocet alteri, cuius æquè intereſt.
52 Sententia lata contra legatarium non nocet alteri legatario.
53 Sententia lata contra vnum ſubſtitutum non nocet alteri ſubſtituto.
54 Exceptio rei iudicatæ quando obſtet.
55 Sententia lata contra maiorem partem collegij, an noceat omnibus.
56 Conductor non poteſt refricare quæſtionem dominij locatori.
57 Studij cauſa eſt pia.
58 Legatum pium nunquam fit caducum, ſed impletur eo modo, quo poteſt.
59 Alienari non poſſunt bona locorum piorum ſine ſolemnitatibus.
60 Emphyteuſis, & locatio ſunt ſpecies alienationis.
61 Alienare non poteſt, qui non eſt dominus.
62 Nemo dat, quod non habet.
63 Bona cenſentur alienari prohibita, quando teſtator mandauit pecuniam inueſtiri.
64 Executores non poſſunt alienare.
65 Alimentorum cauſâ non tranſigitur.
66 Tranſactio ſuper alimentis quomodo fiat.
67 Neganti in prohibitis incumbit onus probandi.
68 Conceſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum.
69 Locatio noua dicitur ob variationem canonis.
70 Executor non poteſt excedere modum à teſtatore præſcriptum.
71 Præſcriptio non currit aduerſus eos, qui nondum agere poſſunt.
72 Regij Ciuitas non ſubiicitur alicui Archiepiſcopatui, ſed tantùm Sedi Apoſtolicæ.
73 Bononiæ Archiepiſcopatus an habeat ſub ſe Regium, Mutinam, Parmam, Placentiam, Ferrariam.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi pro D. Epiſcopo Regij, & pauperibus ſcholaribus eiuſdem ciuitatis cum Archiepiſcopo Bononienſi, & quibuſdam de Canonicis pro vero ſupponendum eſt Excell. D. Guidonem Bagnolum de Regio, Phyſicum Sereniſſimi Regis Hieruſalem, & Cypri, in ciuitate Nicoſiæ de anno 1362. ſuum condidiſſe teſtamentum, in quo mandauit de bonis ſuis in Cypro exiſtentibus primò extrahi ducat. 1500. quos voluit in Lombardiam portari, & ex ipſis emi per commiſſarios ſuos in Ponente duas poſſeſſiones in territorio Bononiæ, eaſque dari Aliſiæ filiæ ſuæ naturali pro dote, vt nubat alicui ſcholari Regino ſtudenti Bononiæ, cùm fuerit annorum vndecim, & interim voluit enutriri per Franceſchinum de Gazata, & monialem Thomaſinam eius vxorem, ad quem effectum eis reliquit vſumfructum dictarum poſſeſſionum, donec illa fuerit annorum 11. & ſi prius illa moreretur, voluit vſumfructum earum pro vna tertia parte diuidi inter pauperes ſcholares pro anima ſua, & reſiduas reliquit dictæ eius ſorori, & Franceſ-
chino: quo termino effluxo voluit vniuerſos redditus 1
dictarum poſſeſſionum diſtribui pro anima ſua inter dictos ſcholares pauperes.

De anno 1371. de pecuniis eius hæreditariis fuerunt empta in territorio Bononiæ duo prædia, quorum vnum nunc pacificè poſſidetur pro parte dictorum DD. Epiſcopi, & Scholarium Regij; alterum, quod occupatur per hæredes D. Pauli de Canonicis ſub titulo emphyteuſis perpetuæ, de 29. annis in 29. annos renouandæ.

Cum



Cùm autem dicta Aliſia diem clauſerit extremum, antequam nuberet dicto tempore, prætendunt dicti DD. Epiſcopus, & Scholares Regienſes in executione dictæ vltimæ voluntatis fuiſſe in poſſeſſione fruendi dictis bonis, & quod ſemper fuit ſolitum vſque ad hæc tem-
2 pora per Epiſcopos Regienſes eligi pauperes ſcholares
de Regio ad participandum de fructibus dictorum bonorum, prout apparet ex multis locis proceſſus.

De anno autem 1409. quidam Paulus de Blanchis ſcholaris Regij locauit dictam poſſeſſionem Fulcherio de Sauinitis notario pro annuo canone librarum xx. & poſtea de anno 1454. nonnulli alij Scholares Regij renouauerunt dictam locationem in perſonam D. Ludouici de Canonicis hæredis dicti D. Pauli, pro eodem canone, & pacto de innouando, & ſucceſſiuè factæ ſunt aliæ plures renouationes cum conſenſu Vicarij Regij.

Verùm de anno 1534. ſcholares Regienſes Bononiæ ſtudentes pauperes prætendentes dictam locationem eſſe nullam, & inualidam etiam ob læſionem enormiſſimam, & conductorem eſſe quoque caducatum, cœperunt iudicium aduerſus fratres de Canonicis pro committenda declaratione ſuper prædictis, & de anno 1568. idem iudicium fuit reuocatum coram Rota Bonon. & nomine Epiſcopi Regienſis.

Sed priori lite pendente Epiſcopus Bononiæ obtinuit à Paulo III. P. M. ſibi decerni adminiſtrationem dictorum bonorum, & electionem ſcholarium eo, quòd Archiepiſcopus Nicoſiæ, vbi conditum fuerat teſtamentum, ageret in remotis regionibus, & ideò non poſſet huic muneri incumbere, & anno 1540. obtinuit declarationem à Vicelegato Bononiæ, vt ratione bonorum Bononiæ ſitorum ad ipſum pertineret executio prædictorum, vnde conductor cœpit deponere canones penes Vicarium Bononiæ; & paulatim actum eſt de totali excluſione Epiſcoporum Regij, qui tamen continuarunt in electione ſcholarium, & in lite, prætendentes ſententiam illam eſſe nullam vti latam eis non citatis, & conceſſionem Pontificis eſſe obreptitiam, quia in precibus non fuit facta mentio de iuribus Epiſcoporum Regij, & de eorum quaſi poſſeſſione ab immemorabili tempore.

Dicebant autem conductores dictorum bonorum nullum ius competere Epiſcopo, & Scholaribus Regij, & quatenus competeret, validas fuiſſe locationes, & quatenus canon non eſſet iuſtus, agendum eſſe pro reductione ad honeſtum modum, non autem ad nullitatem contractus, & nihil timendum de caducitate, quia obtinuerant renouationes ab Epiſcopis Bononienſibus.

Sed his non obſtantibus dixi pro mea ſententia locationem prædictam eſſe inualidam, & nullum, præterquam Epiſcopum Regij, & Scholares Regienſes pauperes, habere ius in dictis bonis, & eorum adminiſtratione, non enim de aliis ſcholaribus poteſt intelligi diſpoſitio teſta-
3 toris, quia quando legatum fit pauperibus in genere, de-
bet intelligi de illis, qui ſunt de patria teſtatoris, argumento l. quæ conditio, §. cùm ita, de condit. & demonſtrat. l. nulli, & l. ſi quis ad declarandam, C. de Epiſc. & Cler. ad rem Rip. in tract. de rem. ad conſeru. vbert. ſub n. 53. & aliàs tenuit Rota Bononienſis in eadem cauſa cum illis de Enoch. Et huic ſimile eſt, quod dicitur de le-
4 gato facto alicui Monaſterio ſimpliciter, vt intelli-
gatur de monaſterio patriæ teſtatoris. Pariſ. conſ. 24. n. 4. vol. 3. Prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 72. n. 15. & obſeruantia ſubſecuta declarat non de aliis, quàm de ſcholari-
5 bus Regienſ. intelligenda eſſe verba teſtatoris, cùm ſem-
per ſic obſeruatum fuerit, ad textum in l. quædam ſunt, ff. de rebus dub. Caſtr. conſ. 347. num. 4. lib. 1. Natt. conſ. 192. num. 4. ad rem Anchar. conſ. 436. num. 1. & ſufficit,
6 quod ſcholarium interſit exequi hanc piam voluntatem,
etiamſi verba in eos non eſſent directa, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, vbi Iaſ. & l. ſi cui legetur, §. Titio, ff. de leg. primò, & cùm dicti conductores recognouerint Schola-



res Regienſes pro illis, quos vocauit teſtator, hodie non poſſunt eos reprobare, ex regula: Quod ſemel placuit,
amplius diſplicere non debet. l. Pomponius, la prima, ff. 7
de neg. geſt. l. Papinianus, §. vnde, ff. de inoffic. teſt. cap. quod ſemel, de reg. iur. in 6.

Et ſanè cùm negari non poſſit, quin iſtud legatum ſit
pium, & habeat in ſe maximam pietatem; tum quia pau- 8
peribus factum eſt, ad textum in l. illud, C. de ſacroſanct. Eccl. vbi Bald. & Caſtr. notant Rom. in auth. ſimiliter, C. ad l. Falcid. Tiraq. de priuileg. pia cauſ. in præfat. col. 4. verſ. item relicta. Menoch. præſumpt. 45. num. 6. 7. lib. 4. latè Monet. de commut. vlt. vol. cap. 4. n. 30. 31. q. 4. tum
quia factum eſt pro anima, quod enim teſtator relinquit, 9
& diſponit pro anima ſua, dicitur pium, ad textum in §. ſi vnum, verſ. occaſionem, in Auth. vt cùm, de appell. cognoſ. Gloſſ. in l. ſi quis Titio, & ibi Bart. ff. de leg. 2. Tiraq. in d. præfat. col. 6. verſ. item relictum, Nauar. de redd. Eccl. q. 1. monit. 26. num. 3. 4. Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 34 in princ. Menoch præſ. 115. n. 9. 12. lib. 4. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 4. num. 9. Monet. d. tract. de commut. cap. 4. q. 4. num. 37. 38. 39. & denique quia relictum eſt
ex cauſa ſtudij; hoc enim dicitur etiam legatum pium, 10
& pietatem continet. Barr. & DD. in l. 1. ad fin. ff. ſol. matr. Tiraq. in d. præfat. col. 12. verſ. item relictum cauſa ſtudij. Horat. Luc. de priuileg. per totum, Simoncell. tract. de decret. tit. 8. inſpect. 15. latè Monet. d. q. 4. num. 45. qui rem hanc bene declarat: & ideò Epiſcopus Regij debet admitti, & audiri in hac cauſa, non ſolùm quia Epiſco-
pus eſt legitimus executor vltimarum voluntatum ad 11
pias cauſas, ad textum in c. nos quidem, & c. ſi hæredes, c. tua nobis, c. Ioannes, de teſtam. Clem. quia contingit, in princ. de religioſ. dom. l. hæreditas, in fin. ff. de petit. hær. l. nulli, vbi DD. C. de Epiſc. & cler. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de reform. Capr. tractat. de execut. vlt. vol. membr. 8. num. 56. Monet. d. tract. c. 3. q. 3. n. 3. latè Seraph. deciſ. 611. num. 7. Marcheſ. de commiſſ. tit. de Signatura gratiæ diuerſa. p. 1. c. 2. n. 353. & ſeq. ſed etiam tanquam vnus de populo, quia cum interſit Reipublicæ, vt piæ teſtantium
voluntates exequantur, quilibet poteſt admitti ad ſic 12
petendum, & inſtandum, ad textum in l. ciuitatibus, & ibi Bart. Imol. Caſtr. & DD. ff. de leg. primò. Specul. de inſtrum. edit. tit. de execution. vlt. vol. num. 65. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. in princ. & licèt non egerit expreſsè vt vnus de populo, virtualiter tamen id videtur feciſſe, quatenus tamen opus ſit ſtantibus clauſulis ſalutaribus, de quibus in petitione, & ſtante etiam natura cauſæ, in qua proceditur ſolâ facti veritate inſpectâ.

Sed verè non eſt controuertendum, quin Epiſcopus Regij ſit legitimus executor dictæ piæ voluntatis, quia
Epiſcopus eſt pater, & gubernator pauperum ſchola- 13
rium; & mortuis executoribus datis ipſe ſuccedit executor. Caſtr. conſ. 167. num. 3. lib. 2. Tuſch. littera C. concl. 292. n. 14. & quando teſtator voluit ſuam hæreditatem
diſtribui inter pauperes, nec dixit per quem id fieri de- 14
beat, Epiſcopus diſpenſator erit Calder. conſ. 341. aliàs 12. de teſtam. Gomez. conſ. 139 num 9. verſ. quod autem. Anchar. conſ. 45. in princ. Caſtr. conſ. 97. num. 2. lib. 1. & conſ. 167. num. 3. lib. 2. Tuſch. d. concl. 293. n. 16. Marcheſ. d. c. 2. n. 256.

Et quamuis inter Epiſcopos ſoleat eſſe diſſenſio, quis præferendus ſit pro executione piorum legatorum, an Epiſcopus originis, an domicilij, vel potius rei ſitæ, & adſunt, qui dicant omnes eſſe executores, & præuentioni locum eſſe, vt ſentire videtur gloſſ. in d. l. nulli, vbi DD. C. de Epiſc. & cler. & ſic vtrumque Epiſcopum habere
poteſtatem exigendi, & diſtribuendi, ad textum in l. 15
final. & l. eos, §. Celſus, l. aſſumptio, l. municipes, ff. ad mu-
nicip. l. ſenatores, ff. de Senat. poſt Azonem inquit Spe- 16
culat. de inſtrum. edit. ſub tit. de vlt. vol. executor. num. 81. Feder. de Sen. in ſua particulari diſputatione, & ait Marth. de iuriſd. p. 2. cap. 10. num. 9.



Verum

Verùmtamen hæc ſententia moderanda eſt, quamvis
pro nobis faciat, nam cùm Epiſcopus Regij præuenerit
Epiſcopos in executione dicti legati,ſolus debet exequi,
tamen vt ſequantur magis communes DD.ſententias,de
ſingulis agendum eſt, nam Epiſcopus Bononiæ præten-
dit ſe eſſe executorem vltimæ voluntatis,quia bona ſunt
ſita in eius Diœceſi,& quando legata eſt res,aut ſpecies,
quæ in vno loco reperitur diuerſo ab origine teſtatoris,
17 tunc exequitur Epiſcopus loci,vbi res ſita eſt,ad textum
*in l.ſi fideicommiſſum, ff.de Iudic.*& *l.cum res,ff.de leg.pri-
mò.* Petr. *in d.l. nulli,*vbi Bald. *num.*14. *verſ. aut bona*, &
Salic. *num.*16. *verſ. Petrus dixit, C. de Epiſc. & cler.* ita
etiam Iacob.de Canib. *in tract.de execut. vlt. vol. particu-
la* 1. *n.*26. *fallent.*1.pulchrè Rom.*conſ.*250.*per totum*,vbi
reddit rationes, Capr.*d.tr.de execut.vlt.vol.membr.*8.*n.*63.
Tuſch. *d. concl.*293. *num.*27. Marth. *de iuriſd. part.*2. *d.
cap.*10. *num.*10. Barboſ. *de offic. Epiſc. part.*3. *alleg.*82.
*num.*15. *verſ. quæ quidem*, adeò, vt ſi in pluribus locis
diuerſarum diœceſum adſint res in piam cauſam legatæ
ab eodem teſtatore, tunc vterque Epiſcopus poterit di-
18 ſtribuere in ſua diœceſi, & ſic non concurrent in exe-
quendo,ſed erit executio diuiſa per loca,*arg.l.*1.*C.vbi pet.
tut.vel cur.*Bald.*in l.nulli,n.*14.*verſ.& ſic.*& ibi Salic.*n.*16.
*verſ.tunc, C.de Epiſc.& cler.* Capra *d. tract. de execut. vlt.
vol.membr.*8.*num.*62.Tuſch.*d.concl.*293. *num.*28. Roman.
*d.conſ.*250.*num.*2.

At iſta non ita planè admittit Tuſch.*d.concl.*293.*n.*28.
*verſ.ſed Romanus*, vbi inquit dictum conſilium Roma-
19 ni non eſſe tutum, quia cum de veritate illius fuiſſet
diſputatum in vna Bononienſi bonorum de Canonicis,de
anno 1601.1602.1603. coram R. P. D. Lancellotto, in-
ter Epiſcopum Regienſem, qui erat Epiſcopus origi-
nis teſtatoris, & Epiſcopum Nicoſienſem, qui præten-
debatur Epiſcopus domicilij eiuſdem, & Archiepiſco-
pum Bononienſem, in cuius diœceſi erant bona, quo-
rum fructus diſtribui debebant inter pauperes Regienſes
ſcholares, dubio quinquies, vel etiam ſepties propoſi-
to, nihil fuit reſolutum, ſed adhuc pendet reſolutio, &
ait Tuſchus dicto loco animaduertendum eſſe,quod Ro-
manus dictum conſilium 250. confecit ſine libris, & in
itinere, vt ipſe fatetur.

Nihilominus ego puto Rotam non fuiſſe ita ambi-
guam, quia dubitauerit de veritate dictæ opinionis, &
conſilij ipſius Romani, ſed quia talis ſententia non be-
ne applicabatur caſui noſtro, quoniam ſuperius tradita
procedunt in terminis,quando legata eſt ſpecies exiſtens
20 in territorio alterius Epiſcopi, cui idcirco ratione rei
ſitæ ſpectat executio legati pij, vt ita loquitur Bald. *in
d. l. nulli, numero* 14. *verſ. aut bona*, & Salic. *numero* 16.
*verſ.Petrus Iacob, d. partic.*1.*numero* 26.*fallent.*1. Marth.
*d. cap.*20. *numero* 10. Sed hic teſtator non legauit ali-
quam ſpeciem ſeu rem ſtabilem exiſtentem in territorio
Bononiæ; ſolùm mandauit, quòd eius executores, qui
erant Regienſes emerent duo prædia in territorio Bono-
niæ, quod eſt valdè diuerſum. Capr. *d. tract. membr.*8.
*num.*66.

Nam quando teſtator non legauit res ſolo cohærẽtes,
21 ſed pecuniam, quæ propriè non dicitur eſſe in diœceſi,
vt in caſu noſtro vbi teſtator legauit ducatos 1500. inue-
ſtiendos, vt ſuprà, extra diœceſim Epiſcopi domicilij,
22 tunc vtrique executio pertinebit ad Epiſcopum originis,
vt apertè inquit textus *in d.l.nulli*, §. *ſin autem, in verb.
ſummam*, vbi Petr.& Bald. *num.*14.*verſ.dicit, C. de Epiſ-
cop.& cler.*& *l.ciues, C.de incol.lib.*10. Iac.de Can.*d.tract.
de execut.vlt. vol. part.*1. *num.*26.*fall.*2. Marth. *d. cap.*10.
*num.*11.Capr. *d. membr.*8.*ſub num.*66. & ita etiam viden-
tur concludere Alber.*in d.l.nulli,in fin.* vbi Salic.*num.*16.
*ad fin.* Fulgoſ. *num.*19.*C.de Epiſc. & cler.* Specul. *d. loco*,
Ang.Aret. *de teſtam. in verb. executores.*Finnan.*in tract.de
Epiſcopis,in* 4.*part.lib.*4.*quæſt.*33.*num.*69.& ſi aliter dice-
remus, ſequeretur, quod ferè nunquam Epiſcopus ori-
ginis haberet executionem, niſi etiam bona exiſterent
in eius diœceſi, & ſic inutilis redderetur diſpoſitio, *d.l.* 23
*nulli*, quæ dat talem facultatem Epiſcopo originis,etiamſi
alius poſſet faciliùs exequi.

Nec obſtat, quòd poſtea pecuniæ teſtatoris fuerint
per executores teſtamentarios erogatæ in emptionem
bonorum ſtabilium in territorio Bononiæ, vbi Epiſco-
pus Regij nullam poteſt exercere contentioſam iuriſdi-
ctionem. Nam reſpondetur, quòd electio Scholarium 24
pauperum fit extra diœceſim Bononiæ, & licèt diſtri-
butio fructuum fiat in territorio, tamen hoc non eſt
actus iuriſdictionis, & propterea in hoc propoſito di-
cunt DD. quòd ſi in prædictis contigerit fieri actum
iuriſdictionis, tunc Epiſcopus, vbi ſunt bona, ad requi- 25
ſitionem Epiſcopi originis pronuntiantis executionem
faciat, velut tradendo poſſeſſionem rei, vel aliter exe-
quendo: ita Ioan.Andr. *in addit. ad Specul. de inſtr. edit.
tit.de execut.vlt. vol.ſub num.*82. *littera K*, Capr. *d. tract.
membr.*8. *ſub n.*61.& 71. & ita aliàs tenuit Rota Bono-
nienſis in eadem cauſa, ſed cum aliis aduerſariis, ſcilicet
cum illis de Enoch; & deinde hoc idem iudicauit cum
illis de Canonicis, & ita etiam in hoc eodem negotio
aliàs practicatum eſt, ſi quidem de anno 1443. Epiſco- 26
pus Regij elegit Bonfranciſcum de Arlottis in ſcholarem
Regienſem pauperem, & eius electio habuit effectum
mediante admodum R. D. Vicario Bononiæ, qui ad lit-
teras Epiſcopi Regienſis illum poſuit in poſſeſſione vſu-
fructuandi dicta bona, & poſtea etiam pluries idem fa-
ctum eſt.

Et quamvis Bald. *in d.l.nulli,num.*14.*C.de Epiſc. & cler.*
contra Epiſcopum originarium dicat facere *l. ex facto*, §.
*rerum,ff.de hær.inſtit.*in propoſito caſu, quando legata eſt
pecunia, non res, aut ſpecies, tamen ſi bene conſide-
retur illa lex ſic in argumentum adducta parum facit ad
propoſitum noſtrum, inquit enim rerum Italicarum ap- 27
pellatione venire ea, quæ teſtator deſtinauit perpetuò
habere in Italia, ſed quid inde? hoc argumentum non
tollit claram diſpoſitionem *d. l.nulli*, quæ conſiderat te-
ſtatorem alibi habuiſſe domicilium, & alibi originem,&
tamen voluit præferendum eſſe originis Epiſcopum in
executione legati Pij. Verùm ſi lex prædicta, *ex facto*,
poſſet aliquo modo conſiderari, pro nobis faceret, vbi
teſtator voluit pecunias prædictas tranſportari in Ita-
liam, & ſic ſuſtulit ius quod Epiſcopus Nicoſiæ habere
poterat, niſi in effectuando tranſlationem.

Bene verum eſt,quod ſi origo dubia eſſet,vel origina-
rius taceret,tunc poſſet exequi Epiſcopus domicilij,& ſi
de domicilio dubitaretur,tunc Epiſcopus loci, vbi teſta- 28
tor defunctus eſt,ad textum *in d.l.nulli, verſ. quòd ſi bene*,
vbi Fulgoſ.Bald.Salic.& DD.*de Epiſc.& cler.* & *in l.iuriſ-
peritos,§.cùm oriundus,ff de tut.& cur.l.*1.*C.de præd.minor.*
Capr.*d.membr.*8.*num.*66. Marth.*d.cap.*10.*n.*11. *in fin.* ſed
hoc non facit ad noſtrum propoſitum, quia certi ſumus
de origine teſtatoris,& de eius domicilio.

Accedat, quòd executores teſtamentarij erant Re-
gienſes; ideò Epiſcopus erit legitimus executor huius
piæ voluntatis, maximè quo ad ipſam compulſionem,
Epiſcopus enim ipſius executoris habet illum compelle-
re,ad textum *in l. Diuus, la prima,in fin. ff. de tut. & cur.
dand.ab his*,Io.Andr. *ad Spec. d. tit. de vlt. vol. execut. ad
n.*78.*littera B*,Capr. *d. membr.*8. *n.*72. & ita ſi ab initio
Epiſcopus Regij fuit legitimus executor, non deſinere
eſſe ex accidenti, vel alio reſpectu, cùm ipſe poſſit non
ſolum compellere executores, vt exequantur volunta- 29
tem teſtatoris, ſed etiam ipſe ſolus poteſt exequi, vt
*in cap.vlt.de ſucceſ.ab inteſt.*Capr.*d.membr.*8. *num.*75. Bar-
boſ.*de off.Epiſc.part.*3. *alleg.*82.*num.*15. *verſ. & in huiuſ-* 30
*modi*,vbi inquit, quòd Epiſcopus poteſt eſſe iudex, &
conſtituere etiam procuratorem ad agendum coram ſe
pro executione legati pij.

Et hæc faciliùs admitti debent, quia Epiſcopi Regij
ab anno 1443. vſq;ad præſens fuere executores huius piæ
voluntatis,vt viſum eſt in electione dicti Bonfranciſci,in





qua explicitè vocatur merus executor dicti teſtamenti,
& certum eſt, quòd verba enuntiatiua alicuius ſcriptu-
ræ factæ centum ab hinc annis probant inter omnes, vt
de communi Iaſ. *in l. cum aliquis, col. fin.C. de iur.deliber.*
& *in conſ.*34. *n.*16. *vol.*1. Alex. *conſ.*6. *n.*6.*vol.*1. Albenſ.
*conſ.*159. *num.*3. *lib.*1. Bero. *conſ.* 7. *num.*6. *lib.* 1. Ceph.
*conſ.*152. *num.*33. Soc. Iun. *conſ.*65. *num.*7. *lib.* 1. Rim.
*conſ.*137.*n.*2.15.& *conſil.*501.*n.*21. & Menoch. *conſ.*336.
*n.*21. latè Nicol. Genua *in tract. de verb. enuntiat. lib.* 1.
*q.*4. *n.*44.45.46.48. vbi probat, quòd in antiquis verba
enuntiatiua plenè probant: & præſertim hæc attendenda
ſunt,quia extant plurimæ aliæ deputationes ſimiles factæ
de anno 1454. 1498.1500.1512.1513.1523.1535.1543.
1545.1568. & aliæ multæ, quæ etiam non ſunt produ-
ctæ, quæ ſine dubio conſtituunt Epiſcopos Regij in
quaſi poſſeſſione iſtius iuris, cuius vigore, etiamſi ad
33 eos tale ius non ſpectaret, tamen illud præſcripſiſſent,ſi-
quidem ius eligendi, & adminiſtrandi præſcribitur ſpa-
tio 40. annorum. Ioan. And. & Felin. *in c. de quarta de-
cima,de præſcript.*Abb.& Imol. *in c.cùm Eccleſia Sutrina,
de cauſ.poſſ.& propriet.*Balb.*de præſcript.in prima part.*2.*p.
q.*8. *in princ.*

Ius autem, quod ex tot electionibus, & diſtributio-
nibus adepti ſunt Epiſcopi Regij, non poteſt dici ſubla-
tum ex electionibus quandoque, vt dicitur, factis per
Epiſcopos Bononiæ de ſcholaribus prius electis per Epiſ-
copos Regienſes, qui renuntiauerunt electionibus Epiſ-
34 copi Regienſis vt conſequerentur pecunias ſibi oblatas,
quia cùm hæc omnia fuerint clandeſtinè facta reſpectu
Epiſcoporum Regij, non potuerunt Epiſcopi Bononien-
ſis acquirere exinde aliquam legitimam poſſeſſionem.
Ruin. *conſ.*5. *n.*14. *lib.*4. Afflict. *deciſ.*394. *n.*6. Paſech.
*conſ.*15.*num.*6. & *conſ.*16. *n.*11.12.

Nec etiam litteræ Pauli III. Pont.Max. ſuffragantur
Archiepiſcopo Bononienſi, quibus dicitur ipſum fuiſſe
ſubrogatum in locum Archiepiſcopi Nicoſienſis, qui
ordinarius erat teſtatoris ratione domicilij, quia non
habet ideo plus iuris, quàm haberet dictus Archiepiſco-
pus Nicoſienſis, qui nullum habebat, vt vidimus, & vl-
terius propter falſitatis expreſſionem, & veritatis taci-
35 turnitatem dictæ litteræ erant inualidæ,ad textum *in c.*2.
*de reſcript.*& *l.*1.& *pen.C.ſi contr.ius,vel vtil.publ.*Seraph.
*deciſ.*1432. *n.*3. vbi quod in gratioſis omnia narrata de-
bent eſſe vera, alioquin gratia redditur nulla. Hîc autem
fuit narratum Pontifici nullum ius competere Epiſcopo
Regij, ſed tantum Archiepiſcopo Nicoſienſi; & tamen
vidimus ius exequendi talia pia legata competere Epiſco-
po originis teſtatoris, qui etiam in hoc caſu illud præ-
ſcripſit ex longa obſeruantia.

Deinde narratum fuit teſtatorem reliquiſſe ſcholari-
bus Reginis tantùm ius percipiendi fructus bonorum,
de quibus agitur, quod etiam euidenter falſum apparet;
36 ideo ſequitur gratiam eſſe nullam ipſo iure. Menoch. *de
arb. iud. caſ.*201. *n.*17. Crau. *conſ.*592. *num.*60. de com-
muni Verall. *deciſ.* 225. *p.*1. Caſſan. *d.deciſ.*3.*de penſion.
num.*5. Seraph. *deciſ.* 398. *num.* 2. qui dicunt gratiam
conceſſam ad poſtulationem partis eſſe ipſo iure nullam
ſtante ſubreptione.

Non obſtat etiam ſententia Vicelegati lata de anno
1540. quia verè lata fuit tantum inter Epiſcopum Bo-
nonienſem, & ſcholares Regienſes, non autem cum
Epiſcopo Regij, cui idcirco præiudicare non poteſt, vt
37 in ſimili dicunt quòd ſententia lata contra præſentatum,
vel electum non nocet illi, qui prætendit ius præſentan-
di, vel eligendi, niſi fuerit ſciens rei iudicatæ modo le-
gitimo. Alex. *in l.ſæpe, num.*54.*ff.de re iud.* Didac. *pract.
obſ. cap.*14.*n.*1. Ruin. *conſ.*19.*num.*11.*lib.*1. qui loquitur
in iure ſubiectionis. Nec etiam talis ſententia nocere
potuit futuris ſcholaribus, quia requirebatur ſaltem ci-
tatio generalis per edictum, vt ſeruatur reſpectu eorum,
38 qui ſuccedunt in fideicommiſſo, vel feudo, & ſimili-
bus, qui, niſi fuerint citati ſaltem per proclama, non



poſſunt recipere præiudicium à ſententia contra princi-
palem lata. Bald. & Alex. *in l. de vnoquoque, col.*3. *verſ.
item fallit, ff. de re iud.* Felin. *in c. humilis, col.* 2. *verſ.
intellige, de maior. & obed.* Dec. *in l. iure ciuili, n.*4. *ff. de
reg.iur.* Curt. Iun. *conſ.*23. *col.*5. *verſ. & comitem.*Capyc.
*deciſ.*107. *num.*14. Puteus *deciſ.*91. *num.*2. & *deciſ.*336.
*n.*3. *lib.*3. Marzar *in epitom. de fideicom. quæſt.*72. *verſ.&
poſtea*, qui dicunt etiam, quòd licet ſententia lata contra
eum, de cuius intereſſe principaliter agitur, noceat om-
nibus prætendentibus intereſſe in conſequentiam, vt per
Felin. *in c. quamuis, col.* 4. & *col.*15. *ad fin. de re iud.* ta- 39
men iſtud procedit, quando illi habentes intereſſe ſecun-
dariò fuerunt citati ſaltem per contradictas. Puteus *d.* 40
*deciſ.*336.*num.*3.*verſ. quoniam, lib.*3. quæ adeò ſunt vera,
vt ſucceſſor non teneatur à tali ſententia appellare, niſi
id malit. Alex. *in l. filiusfam.* §. *Diui, col.* 3. & 7. vbi 41
etiam Rip. *num.*32. & DD. *ff. de leg. primò.* Felin. *in c.
veniens, col.*3. *de teſtib.* & *in c. cùm ſuper, col.*3.*de re iud.*
pulchrè Puteus *d.deciſ.*91. *n.*4.*lib.*3. Hier. Gabr. *conſ.*42.
*num.*3.& *ſeqq.lib.*2. Burſat. *conſ.*203.*n.*13. Scacc. *de ſent.
& re iud. gl.*14. *q.*12. *n.*121.

Deinde non poteſt dici, quòd huiuſmodi ſententia
præiudicauerit dicto Epiſcopo, & futuris ſcholaribus,
tum quia non conſtat cauſam fuiſſe rectè defenſatam à
ſcholaribus illius temporis, qui acceptis pecuniis depo- 42
ſitatis nil aliud curæ habuerunt, & tamen ſententia nun-
quam ſucceſſoribus, & aliis nocet, niſi in prima, & vl-
teriori inſtantia cauſa fuerit viriliter defenſa. Alex. *in l.
ſæpe, n.*83. vbi DD. *de re iud.* Hier. Gabr. *conſ.*42. *n.*41.
*lib.*2. Scacc. *de ſent. & re iud. gl.*14. *q.*12.*n.*122. Molin.
*de primog. Hiſp.lib.*4. *cap.*8. *n.*10. tum quia ea omnia fue-
runt per colluſionem geſta, cùm ſcholares, & aduerſa-
rij ſimul pro vna parte fuerint habiti, & Archiepiſcopus 43
Bononiæ pro altera. Certum eſt autem, quod ſententia
eſt nulla, & non præiudicat ſucceſſoribus ſi per collu-
ſionem feratur. Alex. *in d.l.ſæpe,n.*76. Aym. *conſ.*10.*n.*8.
Marz. *d. loco.* Scacc. *d.q.*12.*n.*123. Pinell.*in l.*1.*p.*3.*n.*50.
*lim.*4. *C. de reſcind. vend.*

Vlteriùs dicta ſententia poteſt dici nulla, quia notoriè
ſit iniuſta, cùm lata fuerit contra claram mentem teſta-
toris; videmus enim executionem illius piæ voluntatis 44
de iure communi, & ſecundum veriſimilem eius volun-
tatem ſpectare ad Epiſcopum originis, qui etiam præ-
ſcripſit ius prædictum per tempus longiſſimum, & ita
dicta ſententia non poteſt obeſſe Epiſcopo Regij, & fu-
turis Scholaribus, tum quia non habent cauſam ab illis,
qui fuerunt victi. Pinell. *in d. l.*1. *lim.*4. *n.*6 Hier. Gabr. 45
*d. conſ.*42.*num.*27.38.39. *lib.*2. tum quia Scholares nunc
litem agentes ſunt minores, & ideo etiamſi per edictum 46
fuiſſent citati, ſententia eis non noceret. Rota penes
Achillem *deciſ.*46. Hier. Gabr. *d. conſ.*42.*n.* 28. *lib.* 2. &
denique non potuit ſucceſſoribus præiudicare, quia erat
ſententia notoriè iniuſta, & erronea. Dec. *in l.*2.*num.*47. 47
*C. de edend.* & *in conſ.*445. *n.*41. Soc. *in l.*1. *in fin. ff. de
except. rei iud.* Hier. Gabr. *d.conſ.*42.*n.*37.38.*lib.*2. Curt.
Iun. *conſ.*10. *n.*4. & *conſ.*124.*n.*14. Rot. *diuerſ.deciſ.*427.
*p.*3. *lib.*3. qui etiam dicunt, quòd ſententia notoriè in- 48
iuſta nunquam facit iudicatum. Scacc. *tract. de ſent. &
re iud. gl.*14.*q.*11.*n.*59.

Accedat,quòd Scholares prædicti non poterant com-
parere, niſi per ſyndicum eorum collegij, ad textum *in
l.*1.§.1.*ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomine*: quod cùm factum 49
non fuerit, ſequitur Scholares tunc temporis non fuiſſe
legitimos contradictores, & idcirco ſententiam prædi-
ctam non poſſe nocere futuris Scholaribus,quia ſenten- 50
tia lata ſine legitimo contradictore alteri non præiudicat,
nec ius facit inter alios. Bald. *in l. ingenium, num.*3. *verſ.
quæro, ff. de ſtat.hom.* Alex. *in d. l. ſæpe, n.*26 *ff. de re iud.*
Pinell. *d. loco, n.*50. Sigiſm. Scacc. *d. tract. de ſent. & re
iud.gl.*14.*q.*12.*n.*16.& *n.*122.

Præterea cùm prædicta ſententia duo continere videa-
tur, ſcilicet ius diſtribuendi dictos fructus ſpectare ad

Epiſcopum Bononienſem,& eum poſſe pro arbitrio ſuo inter omnes Scholares, etiam non Regienſes eos diſtribuere, ideo non eſt dubitandum, quin à dictis Scholaribus abfuerit poteſtas deducendi in iudicium ius electionis, & diſtributionis competens alteri ex dictis Epiſcopis, & propterea certum redditur, quòd ſententia præ-
51 dicta non potuit in aliquo præiudicare Epiſcopo Regij, cuius iura non dependebant à iure Scholarium, ſed per ſe æquè principaliter ſubſiſtebant. Bart. *in l.1.ff.de except. rei iud.* Alex. *in d. l. ſæpe, num.*68. vbi voluit ſententiam
52 latam contra vnum legatarium non nocere alteri, cuius æquè principaliter intereſt. Bald. *in l. ingenium, n. 3. de ſtat. hom.* & *in conſ.*334. *num.*4. *lib.*2. qui ſuſtinet ſententiam latam contra ſubſtitutum non nocere alteri
53 ſubſtituto. Ant. de Butr. *in c. cauſam, il 2. num.*25. *verſ. credo, qui fil. ſint leg.* Soc. Iun. *conſ.*181. *num.* 89. *lib.* 2. Alb. *conſ.*505. Ruger. *conſ.*8. *num.*99. & *conſ.*38. *n.* 69. *lib.*1. Oſaſch. *deciſ.*156.*num.*16.17. Peregr. *de fideicomm. art.*53. *n.*40. Scacc. *tract. de ſent. & re iud. gl.*14. *q.*12. *num.*2.3.4.30.44. qui etiam dicunt exceptionem rei iu-
54 dicatæ non obſtare, niſi concurrat identitas perſonarum, cauſæ, & rerum; quod hîc non poteſt verificari, & ideo cùm etiam oſtenſum ſit verba teſtatoris fuiſſe intelligenda de Scholaribus Regienſibus, non nocet dicta ſententia modernis ſtudentibus, qui ius ſuum non ducunt ab antiquis, quæ tantò veriora ſunt, quia non collegialiter tunc actum eſt, ſed contra particulares Scholares, quo caſu ſententia lata etiam contra maiorem partem non
55 nocet aliis, vt per Ruin. *conſ.*128.*n.*10.*lib.*1. & in dubio cenſendum eſt ſententiam nulli alij, quàm victo præiudicare. Dec. *conſ.*445. *n.*43. Menoch. *conſ.*101. *n.*14. & ita Rota Bononienſis iudicauit pro D. Epiſcopo Regij, vt ad eum ſpectet executio dicti legati, & electio Scholarium, & diſtributio dictorum fructuum, & ſperatur eandem ſententiam vti iuſtam fore confirmandam per Rotam Romanam.

Et quamvis iſtæ exceptiones aliquibus viderentur graues, tamen conductoribus aduerſariis nihil prodeſſe poſſunt, quia denegando ius, & actionem competere locatori, à quo cauſam habent, cenſentur refricare quæſtio-
56 nem dominij, quod facere non poſſunt, ad textum *in l. ſi quis conductionis,* vbi DD. *C.locat.* Alex.*conſ.*28.*n.*2.*lib.*7. Grat. *conſ* 90. *n.*12. *lib.*1. Honded. *conſ.*85.*n.*39. & ideò debent excludi, ne talia opponentes audiantur.

Nunc igitur aſſumamus alterum pactum, & videamus de validitate locationum, quas dicti Scholares fecerunt. Vnde memoriæ retinendum eſt iam ſatis probatum eſſe, quòd huiuſmodi legatum factum Collegio Regienſi pro anima teſtatoris ex cauſa ſtudij, & pro alendis pauperibus eſſe pium. Menoch. *præſ.*115. *num.*12. 14. *lib.*4. quod procedit non ſolùm ex cauſa ſtudij Sacræ Theo-
57 logiæ, ſed etiam aliarum diſciplinarum. Decian. *conſ.*14. *per totum, lib.*3. Monet. *de comm. vlt. vol. cap.*4.*q.*2. *n.*45. adeò, vt in hac materia pro vero ab omnibus habeatur, legatum pium, & ad pias cauſas factum nunquam fieri caducum, neque hæredem illud poſſe lucrari, aut aliam
58 perſonam, ſed non obſtante quocumque lapſu temporis impleri debet ſaltem eo modo, quo poteſt, ſi non eo, quo ordinatum eſt. Bart. *in l. pater filiam, §. Tuſculanus, n.* 1. *verſ. ſi contrarius, ff. de leg.*3. Bald. *in l. dictum, C. de condict. ob cauſ.* Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ, num.* 86. *verſ. confirmari, de conſtit.* Ruin. *conſ.*75. *n.*3.8. *vol.* 2. Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. priuil.*38. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *n.*64. latè Marcheſan. *de commiſſion p.*1.*cap.*2. *n.*354. *ſub tit. de Signatura gratiæ diuerſa.*

Hinc dicendum eſt bona prædicta ſic ad vſum pium relicta non potuiſſe alienari abſque ſolemnitatibus neceſſariis in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, & aliorum piorum locorum, neque concedi in emphyteu-
59 ſim perpetuam, maximè non exiſtente cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, ad textum *in c. nulli, extr. de reb. Eccl. noc alien. c. ſine except.*12. *q.*2. *c. etenim, §. hoc ius* 10. *q.*2. *Auth. hoc ius,* vbi DD. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.* vbi inter gratias alienationum connumeratur etiam emphyteuſis,
& locatio vltra triennium. Abb.*in d.c.nulli, in fin.* Franch. 60
*in c.*1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Pariſ.*conſ.*34.*vol.*4. Felin. *in c. de quarta, de præſcript.* Dec.*conſ.*58.*vol.*1. Io. Aloyſ. Ricc. *in prax. de alien. rei Eccleſ. reſolut.*45.*n.*5. hîc autem nullæ interuenerunt ſolemnitates, & maximè beneplaciti Apoſtolici: ergo nulla fuit conceſſio, & alienatio.

Deinde eſto, quòd omnes interueniſſent ſolemnitates, adhuc tamen alienatio fuit inualida, quia fuit facta à non dominis, & qui non habebant ius alienandi, ſiquidem ſcholares pauperes electi ab Epiſcopo non erant domini
dictorum bonorum, ſed alimentarij, & quaſi vſufructua- 61
rij durante tempore ſtudij, aliis poſtea ſuccedentibus, ideò nullo modo potuerunt alienare, ad tradita per DD. *in l. fœmina, §. illud, C. de ſecund. nupt.* Pinell. *in l.*1. §.3. *num.*18. *C. de bon. matern.* Lud. Molin. *de primog. Hiſp.*
*lib.*1. *cap.*19. *num.*1. & propterea. Scholares transferre 62
in alium ius non poterant, quod ipſi non habebant, *l. traditio, de acqu. rer. dom. l. ſi vniuerſi, C. de leg. c. Daibertum* 1. *q.*7. *l. ſi filius, C. de donat. l. obſeruare, in fin. de off. Proconſ. c. quomodo, diſt.*4. *de conſecrat.*

Accedat, quòd teſtator mandauit ex Ducatis 1500. reducendis ex eius bonis Cypri inueſtiri tantundem in duas poſſeſſiones emendas in territorio Bononiæ pro alendis pauperibus ſcholaribus, propter quod videtur prohibuiſſe alienationem dictorum bonorum; eo enim ipſo, quòd iuſſit inueſtiri pecunias, oritur prohibitio de
non alienando bona, in quibus facta eſt erogatio ſeu in- 63
ueſtimentum. Bald. *in l. fin. C. de pact. inter empt. & vend.*
Aret. *conſ.*22. *num.*4. adeò, vt neque executores potue- 64
rint facere talem alienationem, cùm in teſtamento nulla de hoc eis tribuatur facultas. Bart. *in l. alio, num.* 3. *verſ. vnio, ff. de alim. & cibar. leg.* Io. à Can. *in d. tract. de execut. vlt. vol. part.*2. *quæſt.*1. *n.*28. Iac. de Aren. *in ſimili tract. num.*34. Durant. *de art. teſt. tit.*2. *cautel.*10. Burſat. *conſ.*226. *num.*113. & multò minus potuerunt id facere Scholares in præiudicium ſucceſſorum. Alciat. *conſ.* 40. *num.*12. *lib.*3.

Obſtat etiam aduerſariis natura bonorum, quia ſunt deſtinata pro alimentis ſcholarium pauperum, & ideo ſu-
per eis non licuit contrahere ſine decreto ſuperioris, 65
*l. cum his, in princ.* vbi Bart. Iaſ. Alex. & DD. *ff. de tranſact. l.*1. §.1. *ff. quemadm. teſt. aper.* Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in* 4 *q. ff. de verb. oblig.* vbi dicitur etiam non valere tranſactionem, niſi lectis, & diligenter inſpectis verbis teſtamenti: nam legenda ſunt verba, vt cognoſcatur, quanta ſit executoris poteſtas. Bald. *in l. id quod, num.*14. *verſ. venio ad quartam, C. de Epiſc. & cler.* Iac. de Can. *d.*
*p.*2. *n.*15. & Firm. *de Epiſc. in* 6. *part. lib.*2. vbi ait 66
Epiſcopum exequi debere voluntatem teſtatoris, ſicut eius verba cantant. Ideò bona prædicta non potuerunt alienari, maximè pro valde tenui canone librarum xx. ſeu xxj. quæ non poſſunt deſeruire pro alendis ſcholaribus iuxta mentem defuncti, & ſic non ſequitur idem effectus, qui ſequeretur bonis retentis, & non alienatis: & ſi ad-
uerſarij aliter dicunt, cùm verſemur in prohibitis, incum- 67
bit eis onus probandi, ad textum *in l. ſi fortè,* vbi Bart. *ff. de caſtr. pecul.* Io. And. *ad Spec. in rub. de rebus Eccl. non alien. circa med.* & Dominic. *in cap.*1.*n.*5. *eod. tit. in* 6.

Non obſtat locatio facta de anno 1409. de qua non conſtat niſi enunciatiuè in alio inſtrumento facto de anno 1454. quia non fuit emphyteuſis, ſed ſimplex locatio, quæ finitis primis 29. annis non debebat reno-
uari, nec Scholares cogi poterant ad renouandum, 68
quia conceſſum ad tempus, cenſetur poſt tempus denegatum, ad textum *in l. ſi ita, ff. de vulg. & pup. & in l. Imperator, ff. de poſt. cum vulg.* & ideò locatio renouata
de anno 1454. fuit noua locatio ob varationem ca- 69
nonis, qui reductus fuit ad libras xxj. & adiectionem clauſulæ, *in perpetuum.* Oſaſch. *deciſ.* 23. *num.*32. Rot.



Rot. *deciſ.*160. *num.*8.9. *part.*2. *diuerſ.* Hæc autem locatio fuit valde damnoſa dictis ſcholaribus, quia pro modico canone dederunt tornaturas terræ 135. aratiuas, & arboratas, & fructiferas, quod per ſe patet euidenter.

Minùs obſtat alia renouatio locationis facta cum conſenſu Vicarij Regij, de qua meminit Grat.*conſ.*142.*n.*23. *lib.*2. quia Epiſcopus non habet facultatem alienandi dicta bona, ſed tantum diſtribuendi inter pauperes ſchola-
70 res, & ſic non potuit manum apponere ad actus alienationis, ex Corn.*conſ.*163.*n.*6. *lib.*4. non enim poteſt executor etiam piè agendo quidquam facere vltra modum expreſſum à teſtatore. Ang. Aret. *de teſtam. gl.*93. *n.*9.19. 20. vbi ſi alienat minori pretio, quàm res valeat, non tenet alienatio, nam Epiſcopi ſunt adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, & locorum piorum, non autem domini. Burſat.*conſ.*181.*num.*40.

Non obſtat allegata præſcriptio, tum ob malam fidem alienantium, tum quia non potuit currere aduerſus ſuc-
71 ceſſores in Epiſcopatu Regij, & futuros ſcholares, quibus nondum apertum erat ius agendi. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*4. *cap.*10. *num.*3. *& ſeqq.* Pinell. *in l.*2. *in* 2. *part. n.*27. *verſ. videndum, C. de reſcind. vend.* Iaſ. *in l. Prætor, §. ſi aliquando, n.*9. *ff. de nou. oper. nunc.* ex quibus, & aliis rationibus cenſuit Rota Bononienſis electionem dictorum ſcholarium ſpectare ad Epiſcopum Regij, & diſtributionem etiam fructuum dictorum bonorum, & reos conuentos nullum ius habere in bonis, vt ſuprà, locatis, condemnauitque eos ad eorum relaxationē vnà cum fructibus à die litis conteſtatæ, citra tamen præiudicium iurium Archiepiſcopi Bononiæ, qui poſtea cœpit facere partem, & introducta appellatione cauſa fuit commiſſa per Sanctiſſimum Rotæ Romanæ, coram qua pluries fuit cauſa propoſita, & nondum reſoluta; & poſteà per lōgum tempus ceſſatum eſt à lite ob timorem potentiæ aduerſariorum, ſed nunc ſperatur victoria, maximè cùm ſit finita linea dictorum de Canonicis, & ſic data etiam validitate locationis, adhuc deuoluta eſt ob lineam finitam.

Et ſic Eccleſia Cathedralis Regij, eiuſque Epiſcopus ſe conſeruat in poſſeſſione diſtribuendi redditus relictos in talem cauſam, qui non vſurpantur ab aduerſariis, ipſeque ſolus vt executor teſtamentarius diſtribuit inter ſcholares Regienſes, provt vult; quod ſanè eſt ius valde honorificum pro dicto Epiſcopo.

Nec mirum, quia dictus Epiſcopus, & eius Eccleſia eſt valde inſignis, & gaudet multis prærogatiuis, titulo Principatus ſacri Romani Imperij honoratur, non currit contra eum, niſi centenaria præſcriptio, & quod magis eſt, non ſubiicitur alicui Archiepiſcopo, neque
72 etiam Rauennatenſi, à quo fuit exemptus tempore Paſchaſij in Concilio Guardiſtalli, & ideò ſubiicitur ſolùm Sedi Apoſtolicæ immediatè, vt bene in terminis probat Paſeth. *conſ.*32. *per totum,* vbi adducit rationes, & auctoritates: & quamvis poſtea à Gregorio XIII. fuerit ſuppoſitus Archiepiſcopatui Bononiæ in eius erectione, tamen hoc non habuit effectum reſpectu Regij, Mutinę,
73 Parmæ, Placentiæ, & Ferrariæ, vt bene inquit Tuſch. *pract. concluſ. littera B. concluſ.*120. *num.*103. etenim ex falſo ſuppoſito, quòd hæ ciuitates eſſent de Archiepiſcopatu Rauennæ, fuerunt ſubiectæ Archiepiſcopatui Bononiæ, & tamen non erat verum, quia Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiiciebantur, & libertas talium Epiſcoporum tolli non poterat, niſi eis citatis, vel ſaltem non veriſimile, quòd Pontifex non informatus voluerit iura eorum tollere, niſi ex cauſa, iuris ordine ſeruato: & propterea Epiſcopus Regij nunquam exhibuit obedientiam Archiepiſcopo Bononienſi, & cauſæ appellationum deuoluuntur ad Legatum, non ad Archiepiſcopum: Epiſcopus tamen Parmæ de anno 1635. non mediocriter ſibi præiudicauit, ſed Clero diſſentiente non potuit nocere eius Eccleſiæ, & ita, &c.

# CAPVT VI.

## EPITOME.

Filius naturalis, etiam legitimatus, non ſuccedit in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica, etiam ad extraneos tranſitoria.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* Pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *quid importet in liuellis.*
2 *Clauſula,* Ad habendum, *facit emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam.*
3 *Clauſulæ executiuæ, quando incipiant in inſtrumento, & quid importent.*
4 *Clauſula,* Et quibus dederit, *quid importet.*
5 *Clauſula,* In perpetuum, *facit emphyteuſim in extraneos alienabilem.*
6 *Emphyteuſis tranſitoria ad extraneos tranſit etiam ad ſpurios.*
7 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſit etiam ad legitimatum.*
8 *Conſtitutio Pij V. contra ſpurios quid efficiat.*
9 *Spurius ſuccedit in locatione Eccleſiaſtica ad longum tempus.*
10 *Spurius ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica cum pacto francandi.*
11 *Pactum francandi quid efficiat.*
12 *Canon ſoluitur pretio non ſoluto, quando adeſt pactum francandi.*
13 *Naturalis filius non ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiæ.*
14 *Spurius non poteſt nominari ad emphyteuſim, etiamſi adſit facultas nominandi quemcunque.*
15 *Legitimatum eſſe filium non creditur patri aſſerenti.*
16 *Legitimatus non ſuccedit in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
17 *Emphyteuſis etiam ad extraneos tranſitoria non tranſit ad legitimatum.*
18 *Legitimatio Cæſaris non valet in terris Pontificis.*
19 *Legitimat Cæſar quoad profana, Pontifex quoad ſpiritualia.*
20 *Legitimatus à Pontifice ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
21 *Legitimatio Cæſaris non valet quoad bona Eccleſiæ.*
22 *Legitimatio quoad feuda, & liuellos debent fieri conſentiente Domino feudi.*
23 *Spurius etiam legitimatus non capit bona ab Eccleſia prouenientia.*
24 *Spurius non vetatur capere à laico patrimonia.*
25 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos etiam ſtipulata pro hæredibus in perpetuum.*
26 *Clauſula,* Et quibus dederit, *operatur tantum quoad primum acquirentem in liuellis.*
27 *Clauſula,* Ad habendum, *poſita in executiuis non alterat.*
28 *Clauſulæ executiuæ dicuntur, quæ incipiunt poſt formatam acquiſitionis ſpeciem.*
29 *Clauſula,* Ad habendum, *non operatur, quando prohibita eſt alienatio.*
30 *Conſtitutio Pij V. contra ſpurios eſt vſu recepta.*
31 *Conſtitutio Pij V. contra ſpurios non tollit modum ſuccedendi de iure communi.*
32 *Naturalis non ſuccedit in locatione Eccleſiaſtica perpetua.*

33 Em

33 *Emphyteuſis, & locatio ad longum tempus non diffe-
runt.*
34 *Emphyteuſis eſt, vbi ſic nominatur.*
35 *Emphyteuſi finita datur directo domino manutentio con-
tra hæredes vltimi emphyteutæ.*
36 *Vſufructu finito datur manutentio domino proprieta-
rio.*
37 *Manutentio datur contra hæredes vſufructuarij, vel vl-
timi emphyteutæ.*
38 *Deuoluta clarè emphyteuſi datur manutentio directo do-
mino.*
39 *Dominium non probatur ex inueſtitura.*
40 *Dominium probatur iunctis adminiculis, & inueſti-
tura.*
41 *Inueſtituræ plures probant dominium.*
42 *Dominij exceptio an poſſit apponi directo domino.*
43 *Canonis ſolutio probat dominum directi domini.*
44 *Dominium præſcribitur 30. annis.*
45 *Dominium an probetur locationibus.*
46 *Dominium probatur confeſſione aduerſarij.*
47 *Singula quæ non proſunt, vnita iuuant.*
48 *Filios, aut deſcendentes extare non præſumitur.*
49 *Emphyteuſis pro hæredibus an ſit tranſitoria ad extra-
neos.*
50 *Hæredum mentio quando reſtringatur ad hæredes ſan-
guinis.*
51 *Spurius non comprehenditur in emphyteuſi Eccleſia-
ſtica.*
52 *Naturalis non ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiæ.*
53 *Spurium aliquem eſſe probatur ex teſtamento pa-
tris.*
54 *Legitimatum eſſe filium an probetur ex teſtamento pa-
terno.*
55 *Illegitimus dicitur quis, donec doceatur de legitimatio-
ne.*
56 *Emphyteuſis, an locatio ſit, vnde cognoſcatur.*
57 *Spurius non ſuccedit in locatione Eccleſiaſtica.*
58 *Pactum francandi bona Eccleſiæ tranſit etiam ad ſpu-
rium.*
59 *Pactum francandi quomodo intelligatur in emphyteuſi.*
60 *Pactum francandi eſt facultatiuum.*
61 *Naturalis filius an poſſit francare emphyteuſim Eccle-
ſiæ.*
62 *Pactum perſonale non extenditur ad alios.*
63 *Perſonale pactum quomodo cognoſcatur.*
64 *Dictio,* ipſa, *eſt perſonaliſſima.*
65 *Hæredum mentio vbi non ſit, pactum eſt perſonale.*
66 *Pactum francandi ceſſat finita emphyteuſi.*
67 *Identitas bonorum quomodo probetur.*
68 *Poſitiones confeſſatæ probant contra confitentem.*
69 *Identitas probatur duabus demonſtrationibus.*
70 *Confeſſas habere poſitiones quando liceat.*
71 *Identitas probatur coniecturis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

DE anno 1547. D. Vincentius Boiardus Præpoſitus
S. Proſperi Ciuitatis Regij dedit ad liuellum, ſeu
emphyteuſim agros, & terras, & domos eius Præpoſi-
turæ D. Franciſcæ ſuæ matri acceptanti pro ſe, & ſuis
hæredibus, & ſucceſſoribus vtriuſque ſexus in perpe-
tuo, & pro quibus dederit, cum clauſula, *Ad haben-
dum*: accedente tamen conſenſu Sedis Apoſtolicæ.
At defuncta dicta D. Franciſca bona prædicta peruene-
runt ad eius hæredes, & de hærede in hæredem vſque
vltimo loco ad D. Paulum Æmilium Boiardum, qui
cùm legitima careret ſobole vniuerſalem inſtituit hæ-
redem etiam quoad bona prædicta D. Cæſarem eius fi-
lium naturalem, & legitimatum: hic patre defuncto
hæreditatem eius apprehendit vnà cum prædictis bo-
nis, in qua obtinuit manuteneri, donec cognitum eſ-
ſet, quis immittendus foret. Quare D. Iacobus Ruge-
rius modernus Præpoſitus dictæ Eccleſiæ prætendens
dictum liuellum eſſe apertum, & bona prædicta eſſe
deuoluta ob lineam finitam, & incapacitatem dicti
D. Cæſaris petiit ſe immitti in poſſeſſionem dictorum
bonorum expulſo dicto D. Cæſare. Quæritur quid iu-
ris.

Pro parte dicti D. Cæſaris prætenditur non eſſe lo-
cum petitis, eo quod hæc noſtra emphyteuſis ſit non
ſolùm hæreditaria ob verbum, *Pro hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus*, Alex. *conſ.* 10. *numer.* 8. *lib.* 3. Burſat. *conſ.* 92. 1
*num.* 31. *lib.* 1. ſed etiam ad extraneos tranſitoria ob clau-
ſulam, *Ad habendum*; quæ in verbis diſpoſitiuis poſita
liberam tribuit diſponendi falcultatem, & æquipollet
clauſulæ, *Et quibus dederit*; facitque locum hæredibus 2
extraneis. Dec. *in l. fin. numero* 14. *C. de pact.* & *conſ.* 38.
*num.* 4. Couar. *in rub. de teſtam. part.* 2. *numero* 13. La-
derch. *conſ.* 1. *num.* 14. 15. Farin. *deciſ.* 435. *num.* 11. &
*deciſ.* 438. *numer.* 1. & *deciſ.* 642. *numero* 3. *part.* 1. Cy-
riac. *contr. iur. lib.* 1. *contr.* 146. *numer.* 2. & fuit tentum
per Rotam in Curia Brixienſi, feudi, prima Iul. 1592.
coram Pamphilio.

Quod autem clauſula iſta ſit poſita in dipoſitiuis, in-
quit, inde patet, quia præcedit clauſulam, *Quæ omnia*; 3
à qua clauſulæ executiuæ ſumunt initium; hæc autem
cùm apponantur poſt contractum perfectum, non ſo-
lent facere alterationem, *Clem.* 1. *de præbend.* Rip. *in l. qui
Romæ, §. duo fratres*, *num.* 46. vbi Iaſ. *num.* 35. Curt. *n.* 24.
Crott. *numer.* 39. *ff. de verb. oblig.* Curt. Iun. *conſil.* 224.
*lib.* 3. Ruin. *conſ.* 175. *num.* 10. *lib.* 2. Farin. *deciſ.* 294. *num.* 7.
*part.* 2.

Accedat clauſula, *Et quibus dederit*; quæ pariter rem
facit alienabilem, & ad extraneos, ac etiam ad ſingula-
res ſucceſſores tranſitoriam adeò, vt æquipolleat clau- 4
ſulæ, *Pro quibuſcumque hæredibus*: Clar. *in l. emphyteu-
ſis, quæſt.* 18. *num.* 10. *verſ. Idemque.* Becc. *conſ.* 191. *nu-
mer.* 7. Tuſch. *littera E, concl.* 163. *num.* 13. latè Cald.
*tract. de iur. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 30. 31. Rot. *diuerſ.
deciſ.* 393. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 559. *num.* 18. Farin. *deciſ.* 294.
*num.* 3 *part.* 2.

Tertiò hoc idem facit clauſula, *In perpetuum*; quæ
ſimiliter efficit rem alienabilem in quoſcumque extra-
neos: Papienſ. *in form. libell. quo agitur ad ficti præſtat.
in gl. in verſ. recuſauit, num.* 5. *verſ. alij dicunt.* Tuſch. *lit-* 5
*tera E, concl.* 103. *num.* 18. Laderch. *conſ.* 1. *num.* 11. Cald.
*d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 53. Seraph. *deciſ.* 368. *num.* 3.
Farin. *deciſ.* 294. *numer.* 4. *parte* 2. Cyriac. *d. contr.* 146.
*num.* 10.

Vnde nihil obſtat prædictum D. Cæſarem eſſe filium
naturalem, quoniam cùm hæc emphyteuſis poſſit tran-
ſire ad extraneos, tranſibit etiam ad ſpurios, quia iſta 6
paria ſunt. Gozad. *conſ.* 25. *numero* 16. Gamma *dec.* 149.
*numero* 3. *verſ. fateor*: hoc enim caſu ſpurij videntur
ſuccedere tanquam vnus de populo, & quilibet extra-
neus.

Et cùm dictus D. Cæſar dicatur legitimatus, videtur
ceſſare omnis difficultas, quoniam certum eſſe videtur
legitimatum eſſe capacem emphyteuſis Eccleſiaſticæ, 7
adeo vt Dec. qui *conſil.* 170. aliter ſenſit, fuerit à Scho-
laribus irriſus, & contra eum fuerit iudicatum, teſte
Alciat. *conſil.* 7. vnde verius reputatur legitimatum quo-
que poſſe ſuccedere. Gozad. *d. conſil.* 25. *num.* 16. Afflict.
*deciſ.* 386. *numer.* 4. *verſ. ſecus*, & *ibid.* Vrſill. *num.* 3. Becc.
*conſil.* 191. *num.* 6. Tuſch. *littera E, concl.* 163. *numer.* 35.
Laderch. *conſil.* 19. *num.* 4. Mantic. *de tac. & amb. conuent.
part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 17. Mareſc. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 15.
*per totum*, Gratian. *diſc. for. cap.* 477. *n.* 6. Giouagn. *conſ.* 37.
*num.* 4. *lib.* 2.

Neque obſtare videtur quædam Pij V. conſtitutio, 8
tum quia non tollit beneficium iuris communis, ſed tan-
tum nocet iis, qui volunt ſuccedere de iure ſpeciali. Rot.
*diuerſ.*



*diuerſ.* 487. *num.* 1. *part.* 1. tum quia non eſt vſu recepta, te-
ſte Becc. *d. conſ.* 191. *in fin.*

Accedat, quod hæc non videtur propriè emphyteuſis,
9 ſed locatio ad longum tempus; dicitur enim in inueſtitu-
ra, *Titulo locationis*: quæ cum poſſit tranſire ad quoſ-
cumque hæredes, tranſibit etiam ad ſpurios, quia dicta
Pij V. conſtitutio de locatione non loquitur: ita Becc.
*d. conſ.* 191. *num.* 3. 4.

Omnem verò difficultatem tollere videtur pactum
francandi, de quo in dicta inueſtitura, cuius vigore ad-
mittuntur non ſolum extranei, & ſingulares ſucceſſores,
10 ſed etiam legitimati, quia hoc pactum facit tranſire con-
tractum in veram venditionem: ſic latè Gratian. *diſc. for.*
11 *d. c.* 477. *num.* 7. 10. ſiquidem ex tali pacto transfertur do-
minium ſecuta traditione. Ruin. *conſ.* 148. *num.* 9. *lib.* 1.
12 Ceph. *conſ.* 705. *num.* 15. & canon, ſeu affictus non vi-
detur ſolui pro re locata, ſed pro intereſſe pretij non
ſoluti. Bart. & Caſtr. *in l. ſicut, §. interdum, ff. de locat.*
Dec. *conſ.* 31. *num.* 4. Curt. Iun. *conſ.* 81. *num.* 2. *& ſeqq.*
Alex. *conſ.* 28. *ad fin. lib.* 4. Bero. *conſ.* 123. *numer.* 13. 18.
*lib.* 1.

His tamen ninimè obſtantibus contrarium cenſui
verius, & receptius, & veris concluſionibus confor-
mius, & iudicaui apertam eſſe prædictam emphyteu-
ſim, & dictum Præpoſitum eſſe immittendum; nam
cum ſatis conſtet prædictum D. Cæſarem eſſe naturalem,
nec extare aliquos dicti D. Pauli Æmilij filios legitimos,
& naturales, neceſſariò infertur prædictum D. Cæſarem
aſpirare non poſſe ad hæc bona emphyteutica Eccleſiæ
prædicta etiam ſi ad extraneos poſſent tranſire, quoniam
Eccleſia propter eius dignitatem non videtur cogitaſſe
de ſpuriis, & naturalibus, nec creditur eos vocare vo-
luiſſe, cùm ſint odioſi, & indigni. Bald. *in l. cum genera-*
13 *liter, §. cùm autem, C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fact.* Felin.
*in cap. in præſentia, num.* 24. *de probat.* Bald. *conſ.* 207. *lib.* 2.
Dec. *conſil.* 171. *ante num.* 2. Gonzal. Valaſc. *in l. ex facto,
§. ſi quis rogatus, in* 1. *col.* 11. *ad Trebell.* Clar. *in §. emphyt.
quæſt.* 30. vbi etiam Harprect. Paleott. *de noth. & ſpur. c.* 31.
*num.* 1. Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 9. *num.* 4.
*verſ. vera eſt, & num.* 5. Gabr. *conſil.* 83. *num.* 4. Tuſch. *litt.
E, concluſ.* 168. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 511. *ſub num.* 7. latè
Cald. *de iur. emph. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 39. *verſ. quod tamen,
& quæſt.* 19. *num.* 30. 31. Grat. *diſc. for. cap.* 218. *n.* 35. 36.
*lib.* 2. *& cap.* 758. *num.* 22. *lib.* 4. Io. Bapt. Lup. *tract. de
illegit. & nat. reſt. comm.* 1. §. 4. *n.* 10. Rot. *diuerſ. deciſ.* 214.
*num.* 1. *part.* 2. Farin. *deciſ.* 435 *num.* 10. *part.* 1. Quæ adeo
14 vera ſunt, vt etiamſi Eccleſia conceſſerit liberam nomi-
nandi facultatem, tamen non poſſit ad talia bona ille-
gitimus nominari. Card. *d. tract. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 31. *in
fin.* Gratian. *d. cap.* 558. *n.* 24. *lib.* 4.

Neque prædicto D. Cæſari quidquam prodeſt ſe dice-
re legitimatum, tum quia de legitimatione non apparet
in proceſſu, niſi ex aſſertione dicti D. Pauli Æmilij in
eius teſtamento, quæ non facit fidem, quoniam nõn
15 creditur patri aſſerenti filium eius eſſe legitimatum. Pa-
riſ. *conſ.* 11. *num.* 10. *lib.* 2. Laderch. *conſ.* 67. *num.* 12. &
*conſ.* 122. *num.* 2. vbi alios allegat: tum quia naturalis, vel
ſpurius etiamſi fuerit natalibus reſtitutus, & legitima-
tus, adhuc ab Eccleſiaſticæ emphyteuſis, ſeu feudi ſuc-
ceſſione excludendus eſt, etiamſi res ad extraneos eſſet
tranſitoria, quoniam adhuc legitimitatis infamiæ quæ-
16 dam nota inhæret, quam maximè Eccleſia deteſtatur.
Bald. *in cap. quæ in Eccleſiar. n.* 34 *de conſtit.* Ruin. *conſ.* 105.
*num.* 6. *lib.* 3. de communi Clar. *§. emphyteuſis, quæſt.* 31. *in
fin.* Paleott. *d. tract. de noth. cap.* 31. *num.* 3. Tuſch. *littera E,
concl.* 167. *num.* 2. Gabr. *d. conſ.* 83. *num.* 4. 5. latè Cald. *de
iur. emph. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 49. 50. Gratian. *d. cap.* 218.
*num.* 37. *lib.* 2. *& cap.* 758. *num.* 22. *part.* 4. Giouagn. *conſ.* 37.
*num.* 8. *& num.* 11. *verſ. præterea, lib.* 2. Menoch. *d. conſ.* 511.
*ſub n.* 7. Io. Bapt. Lup. *de illegitim. comm.* 3. §. 2. *num.* 60. 61.
Rot. *diuerſ. deciſ.* 214. *num.* 3. *part.* 2. qui ſanè intelliguntur
ita procedere licet emphyteuſis tranſitoria ſit ad extra-
neos, vt videre eſt apud Gabr. *d. conſ.* 83. *num.* 16. 17. & 17
*conſ.* 84. *num.* 48. 49. Gratian. *d. cap.* 758. *num.* 25. 26. Tuſch.
*d. littera E, concl.* 163. *num.* 15. Giouagn. *d. conſ.* 37. *num.* 8.
& per totum, vbi bene explicat.

Hæc tamen procederent in legitimato à Cæſare, vel
eius Comite Palatino, cuius legitimatio non prodeſt in
terris Eccleſiæ, vel quoad bona Eccleſiaſtica. Puteus,
*deciſ.* 91. *num.* 2. *lib.* 1. non tamen in legitimato à S. P. 18
nam Cæſar legitimat tantum quoad bona prophana,
Pontifex vero quoad ſpiritualia, vel quoad bona ab Ec-
cleſia prouenientia, & in ſtatu ſuo quoad omnia; &
ideò ſi Pontifex, aut ille, qui ab eo ſimilem obtinuit in
ſpecie facultatem, expreſſe etiam ad bona Eccleſiaſtica 19
legitimaret, vtique iſte poſſet etiam in feudo, vel em-
phyteuſi Eccleſiaſtica ſuccedere, quod facere non poſ-
ſet legitimatus tantum à Cæſare. Paleott. *de noth. & ſpur.* 20
*d. cap.* 31. *num.* 3. *verſ. ſed hoc.* Gratian. *d. cap.* 218. *num.* 38.
latè Cald. *de iur. emph. d. quæſt.* 21. *num.* 49. 50. 51. Giouagn.
*d. conſ.* 37. *num.* 1. Io. Bapt. Lup. *de illegitim. d. §.* 2. *num.* 64.
Seraph. *deciſ.* 45. *num.* 3. 4.

Et licèt Laderch. *d. conſil.* 19. conetur probare etiam
legitimatum à ſolo Cæſare poſſe ſuccedere in emphyteu-
ſi Eccleſiaſtica, non tamen bene loquitur, & meliùs 21
ſentiunt, qui requirunt ſpecialem Pontificis conceſſio-
nem, vt ſuprà dictum eſt, vt per Paleott. *d. cap.* 31. *num.* 3.
Gabriel. *d. conſil.* 84. *num.* 28. 29. 30. Giouagn. *d. conſ.* 37. 22
*num.* 11. Rot. *diu. deciſ.* 487. *num.* 2. *part.* 1. huiuſmodi ta-
men Pontificis legitimatio regulariter debet fieri con-
ſentiente Domino feudi, vel emphyteuſis. Ruin. *conſ.* 99.
*num.* 2. *lib.* 3. Gabr. *comm. concl. lib.* 6. *de legitim. concl.* 3.
*num.* 16. Cald. *d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 56. 57. & videtur
ſentire Seraph. *deciſ.* 34. *num.* 2.

Verùm hodie ceſſant omnes diſputationes circa hu-
iuſmodi feuda, ſeu emphyteuſes Eccleſiaſticas, & alia bo-
na ab Eccleſia prouenientia, quoniam non ſolùm à Pio
IV. Kal. Ianu. 1562. ſed etiam à Pio V. 6. Kal. Febr. 1571.
cum declaratione ſubſecuta die 5. Mart. 1572. prouiſum
eſt, ne ſpurij, & naturales poſſint prædictis aliquo
modo ſuccedere, adeò vt nec eorum filiis, agnatis, &
coniunctis poſſit id permitti, cum eorum contempla-
tione id factum videatur, & tolluntur omnes facultates
eos habilitandi, & comprehenduntur etiam laici, ne 23
poſſint diſponere ad fauorem ſpuriorum de bonis ab Ec-
cleſia recognitis in tantum, quod legitimatio eis non
proſit, niſi fiat à ſummo Pontifice cum ſpeciali expreſ-
ſione: ita cenſuit Rota, vt plenè ſcribit Menoch. *d.
conſ.* 511. *ſub numer.* 6. 7. Honded. *conſil.* 37. *num.* 23. *lib.* 2.
Hier. Gabr. *d. conſil.* 83. *numero* 11. *verſ.* 3. *& conſil.* 84.
*num.* 58. Giouagn. *conſil.* 37. *numero* 8. 9. *lib.* 2. Gratian.
*d. cap.* 218. *numero* 29. *& cap.* 477. *numero* 8. 9. Io. Bapt.
Lup. *d. tract. de illeg. comm.* 1. §. 4. *numero* 10. *& comm.* 3.
§. 2. *numero* 65. Rot. *diuerſ. deciſ.* 214. *numero* 1. 4. *part.* 2.
horum Pontificum conſtitutiones non comprehendunt
laicos de rebus prophanis, & eorum patrimonialibus
diſponentes ad fauorem ſpuriorum. Menoch. *d. conſ.* 511. 24
*ſub num.* 7. Rot. *diuerſ. d. dec.* 214. *n.* 4. *in fin. lib.* 2.

Non obſtat autem, quod hæc emphyteuſis ſit hæ-
reditaria, & ad extraneos tranſitoria propter illa verba,
*pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, quia
hæ procedunt in emphyteuſi profana, ſecus eſt in Ec-
cleſiaſtica, quæ de ſui natura non tranſit ad extraneos,
& propterea fit ſemper reſtrictio ad terminos habiles, 25
ne extranei comprehendantur: ſic latè Franc. Cald.
*de iur. emphyt. d. lib.* 2. *quæſtion.* 23. *numero* 19. 23. 38.
39. 40. vbi reſoluit omnia communia; & ſi id verum eſ-
ſet, tum ſtante Bulla prædicti Pij V. id nihil prodeſſet,
quia potius permittitur tranſitus ad extraneos, quàm ad
ſpurios.

Ideoque ſimiliter nihil obſtat clauſula, *Et quibus de-
derit*, eadem ratione, & vlterius quia illa dat ſolùm ſuam
vim, & efficaciam primo acquirenti, vt poſſit rem ad ex-
traneos transferre Ludon. *dec.* 529. *n.* 2. & ibi Beltr. *n.* 22. 26
ſed

ſed hic non verſamur in primo acquirente , ſed in vlti-
mo defuncto,qui longo gradu diſtat à dicta D.Franciſca
prima acquirente ; ergo.
Pariter non obſtat clauſula, *Ad habendum*, tum ex prę-
dictis , tum quia verius eſt eam fuiſſe poſitam in execu-
tiuis, quo caſu non facit liuellum ad extraneos tranſito-
27 rium. Dec. conſ.496. num.7.8. Oſaſch. deciſ.164. num.2.
Franch.deciſ.6.num.7.Natt conſ.582.num.7. Surd.conſ.65.
num.38.non poteſt enim dici eſſe in diſpoſitiuis,cùm poſt
28 formatam acquiſitionis ſpèciem ſequatur. Ceph. conſ.17.
num.24.Surd.conſ.551.num.20. Franch. d.deciſ.6.num.7.
Peregr.de fideicomm.art.14.num.36.Farin.deciſ.136.num.5.
cent.2. ſicut etiam hæc clauſula non ſic operatur, quan-
29 do conuentum eſt , ne fiat alienatio ſine licentia Domi-
ni, vt per Ruin. conſ.134.num.6.lib.2. Petr. de fideicomm.
quæſt.8.num 519.Cald.d.tract.lib.4 cap.7.num.7.
Non obſtat dictas Pontificum conſtitutiones vſu non
eſſe receptas , quoniam id erat probandum , cum leges
Principum præſumantur acceptatæ , niſi de non vſu do-
ceatur : ſed in noſtro caſu certum eſt, vſum quoque eas
30 comprobaſſe , & quotidie allegantur in foro , vt videre
eſt penes præfatos Doctores: vnde bene omnia confutat
ad propoſitum Gabr.d conſ.84.n.60.61.62.
Nec etiam obſtat , quod Bulla Pij V. non tollat mo-
dum ſuccedendi de iure communi , quia id verum eſt,
31 cum tantum tollantur , quæ veniunt de iure ſpeciali.
Burſat. conſ.255. num 16.17. Ferret. conſ.375. per totum,
Mareſcot. var.reſolut.lib.1.cap.15. Seraph. deciſ.478. n.4.
Rot. diuerſ. deciſ.477. num 1. lib.1. Sed nihil officit ca-
ſui noſtro , tum quia ſolùm locum habet , quando
vult ſucceſſionem modo à iure communi diſpoſito , ve-
lut alimenta , aut dotem, vel ſimilia : ſic perbellè decla-
rat Giouagn.d conſ.37.n.9.10. lib.2. hîc autem D. Cæſar
totaliter venit de iure ſpeciali ſuæ legitimationis,& vult
ſuccedere in bonis Eccleſiæ,ergo non eſt audiendus.
Neque obſtat hanc eſſe locationem, de qua non loqui-
32 tur dicta Bulla,ex Becc.d.conſ.191.num.3.4. quoniam ve-
rius eſt in locatione perpetua Eccleſiaſtica illegitimos
non ſuccedere. Mant. de tac.& amb.conuent.lib.22. tit 9.
num. .Grat. d.cap 218. num.48. etenim licet locatio , &
emphyteuſis in aliquibus differant , tamen quoad pro-
poſitum perſonarum an poſſit fieri tranſitus ad extra-
neos, vel ad inhabiles , nihil differunt, latè Cald. de iur.
33 emph.lib.2.quæſt.23.num.49.50.
Sed in propoſito noſtro hæc non eſt locatio , ſed em-
phyteuſis , quoniam canon non reſpondet fructibus,
prouentus enim eſt ducat. 500. & penſio , quæ ſoluitur,
eſt ducat. 90. & dicitur expreſſe in inueſtitura , quòd
Præpoſitus concedit dictas terras titulo locationis in em-
34 phyteuſim,& prædicta D.Franciſca liuellaria ſemper no-
minatur emphyteuta , ex quibus non locationem eſſe
apertè colligitur. Ita latè Hier.Gabr.d.conſil.84 n.2.vſque
ad numer. 24. vbi tollit omnia contraria, & bene reſol-
uit.
Denique non obſtat pactum francandi , quod eſt,
quando conuentum eſt de pretio , pro quo res emphy-
teutica poteſt redimi , & per emphyteutam appropriari,
vt per Grat. dicto loco. Nam hîc tale pactum non adeſt.
Bene verum eſt extare conuentionem , vt emphyteuta
poſſit ſubrogare , & permutare terras proprias cum ter-
ris prædictis liuellariis , ita tamen, vt conſtet de euiden-
ti vtilitate Eccleſiæ , quòd valde differt à pacto francan-
di : & ſi dictus D. Cæſar velit etiam nunc dicto pacto
vti , fortè non erit graue dicto D. Præpoſito illud per-
mittere , cum deceat eum facere meliorem ſuæ Eccleſiæ
conditionem, & propterea iudicaui pro dicto Præpoſi-
to contra dictum D.Cæſarem:& cùm appellatione inter-
poſita cauſa eſſet introducta in Rota Romana , res cœ-
pit ardentiùs agitari , & plenè diſcuſſo negotio de anno
1630. die 15. Martij vnanimi Auditorum Rotæ voto pa-
riter fuit iudicatum ad fauorem eiuſdem Præpoſiti , &
declaratum dictam emphyteuſim fuiſſe ad Eccleſiam
deuolutam , ponente R. P. D. Coccino Rotæ De-
cano.
Verùm quia in dicta deciſione mirificè omnes difficul-
tates explicantur, & egregius ille vir pro ſua eximia do-
ctrina bene reſoluit omnia , cùm poſt hæc ſcripta perue-
nerit ad manus meas, placuit illius tenorem his ſubinte-
xere ; inquit enim : Dubitaui an D.Iacobo Rogerio Mo-
derno Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ S.Proſperi ciuita-
tis Regienſis danda eſſet manutentio in bonis,de quibus
agitur, tanquam deuolutis ad Eccleſiam ob finitam em-
phyteuſim ? & Domini affirmatiuè reſponderunt,quia fi-
nita emphyteuſi datur Domino directo vigore poſſeſſio-
nis ciuilis manutentio ad effectum recuperandi naturalem
existentem apud hæredes vltimo loco inueſtitos Bart. in 35
l.1.§.quod ait Prætor,n.17.ff.vti poſſid.Bero.conſ.102.n.43.
& ſeqq.lib.1.Honded.conſ.21.n.19.& ſeqq lib.2. Menoch.
de retinend.rem.3.num.22.Ioſeph.Ludouiſ.deciſ.Peruſ.7.
n.9.verſ.huius autem,cum n. ſeq. & paſſim tenet Rota, vt
in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum,8. Nouembris 1589. co-
ram bon mem. Cardinale Pamphilio : in Arimin. bonorum,
16.Febr.1609. coram bon.mem. Card.Sacrato : in Rom. de-
uolutionis, 18.Apr.1616. coram bon. mem. Andrea : in Co-
nimbr.prædij,16.Maij.1618.coram bon.mem. Seleuc.in Ro-
mana domus de Nocch.27.Ian.1622.& 7.Ianu.1623. coram
bon.mem.Vbaldo : in Romana ſubhaſtationis 10. Maij.1624.
coram bon. mem. Buratto, & in Aſſiſienſi bonorum , 2.Iunij
1627.coram Illuſtr. Virili. Quemadmodum etiam finito 36
vſufructu mandatum de manutenendo competit pro-
prietario. Natt conſ.419.n.3. Menoch. conſ.139. n.16. &
& 21.lib.2.Caſtil.de vſufr.c.61.n.7. Chaſſan in conſuetud.
Burgund. tit.de ſucceſſ.§.1.n.7.verſ.plus dico,Tiraq.in tract. 37
le mort ſaiſit le vif , p.3.decl.1.n.60.vbi quòd nedum pro-
prietario , ſed etiam illius hæredi competit manutentio
intra triginta annos,quamvis vſufructuarius alienauerit.
Et quamvis Rota aliàs declarauerit prædicta tunc de-
mum procedere, quando clara eſt deuolutio, ſecus verò
vbi dubitari poteſt, an ſit finita emphyteuſis , quo caſu
hæredi, qui cœpit poſſeſſionem, datur manutentio, vt ex
Corn.conſ.193.n.3.lib.1.Gabr.conſ.67.num.17. lib.2. & ex 38
deciſ.in cauſa Bononienſi de canalibus,11. Ianu. 1602. fuit
reſolutum in dicta Arimin.bonorum,27.Iun.1608. & 16.
Febr.1609. coram Card.Sacrato : in dicta Romana deuolu-
tionis , 18.Aprilis 1616. & in Siguina bonorum feudalium,
22.Iun. 1615. coram Andrea : in dicta Conimbr. prædij 16.
Maij 1618.coram Seleucienſi , & ex Mant.de tac.lib.22.
tit.22.num.14 animaduertunt addentes ad dec.105.S.M.
Gregorij,in litt.A. Attamen in caſu iſto viſum fuit Do-
minis omnem ceſſare dubitationem, cum ſatis clarè con-
ſtet de requiſitis ad iſtum effectum , nempe de dominio,
de fine,ſeu deuolutione emphyteuſis,ac denique de iden-
titate bonorum.
Et quantum attinet ad dominium Eccleſiæ,conſtat,
quòd de anno 1547.ſub die 6.Auguſti Vincentius de Bo-
iardis tunc huius Eccleſiæ Præpoſitus mediante perſona
procuratoris locauit , & titulo locationis in emphyteu-
ſim conceſſit Franciſcæ matri ſuæ acceptanti huiuſmodi
bona,quæ ſucceſſiuè in Paulum Æmilium de Boiardis vl-
timum emphyteutam deuenerunt.Vnde licet ex hac ſola
inueſtitura non reſultet concludens probatio dominij,ad
textum in c inter dilectos, prope finem , in verbo per inſtru- 39
menta verò , vbi DD. & gl.in verb.locatio, de fid. inſtrum.
Alex.conſ.10.n.3.lib.4. Afflict.dec.14.n.8. Attamen ſecus
eſt,cum hic plura,& quidem vrgentia concurrant admi-
nicula , quibus iunctis inueſtitura dominium plenè pro- 40
bat,per doctrinam Bart. communiter receptam in l. ad
probationem,C.locat.quam paſſim ſequitur Rota,vt in de-
ciſionibus latè cumulatis coram me in cauſa Farrarienſi,
ſeu Comaclenſi,bonorum de Naſellis,7.Iun.1627.
Concurrit enim primò antiqua locatio ,aliàs anno
1506.de iſtis bonis facta quibuſdam de Maluetiis,vt nar-
ratur in præfata inueſtitura,ex qua quidem narratiua re-
ſultat adminiculum plurium inueſtiturarum in hac ma-
teria



teria admodum conſiderabile. Marcatbr. conſ.52. n.10.
Socc.conſ.187.num.16.lib.2.& ponderauit Rota dec.193.
41 num.2.part.2.recent.in Papienſi bonorum,28.Aprilis 1595.
coram bon. mem. Cardinale Mellino, in dicta Ferrarienſi de
Naſellis,coram me , & aliàs ſæpiſſimè ; prædicta enim
42 cum habeant vim expreſſæ confeſſionis, operantur, vt
contra Eccleſiam non poſſit opponi exceptio dominij.
Dec.in l.patri furioſo,in fin.ff.ſi cert. pet. & fuit dictum in
Placentina terrarum , 21. Aprilis 1600. coram bon. mem.
Corduba. Secundo
Concurrunt plures canonum ſolutiones , quæ veluti
factę in recognitionē dominij bene deſeruiunt pro admi-
43 niculo ad eiuſdem dominij probationem. Alex. conſil.8.
num.1.lib.7. Roman. conſ.127. num.1. Abb. conſil.74. in
princ.lib.1. Rota in Neapolitan. domus, 16. Decemb. 1605.
coram bon. mem. Ortembergo, & in dicta Aſſiſienſi,2. Iunij,
1627. coram Illuſtriſſ.Virili, maximè cùm per 40. & am-
pliùs annos fuerint continuatæ , & ſic vltra ſpatium 30.
44 annorum , quod ad præſcribendum dominium etiam
contra tertium ſuffragatur, l.ſi quis emptionis , C. de præ-
ſcript.30.an. Alex.d.conſil.8. num.2. verſ.præterea , lib.7.
Aym.conſ.434.num.5.in fin.verſ.ſi probatur,Rota dec.290.
num.4.part.1.recent.
Tertiò concurrit ſublocatio vnius domus inter alia
corpora in hac emphyteuſi comprehenſa,facta per præ-
fatam Franciſcam primam acquirentem non ſolùm cum
enunciatiua inueſtituræ ſibi ab Eccleſia iſta conceſſo,ſed
etiam cum reſeruatione conſenſus eiuſdem Eccleſię,quem
conſtat poſtea interueniſſe.Vnde negari non poteſt,quin
45 ex his reſultet adminiculum conſiderabile ad probatio-
nem dominij, vt in his terminis fuit ponderatum in Sub-
lacer.bonorum,21.Maij 1605.coram bon.mem. Litta , & in
prædictis Neapolitana domus , coram Ortembergo, & Aſſi-
ſienſi bonor. coram Illuſt. Virili , maximè cùm de effectua-
tione ſublocationis iſtius dubitari non poſſit ex ſolutio-
nibus canonum per annos quamplures factis Eccleſiæ
per ſubemphyteutas , ad tradita per Gabriel. de locat.
concl.4.num.17.quæ etiam ſolutiones in vim dictæ ſublo-
cationis factæ conferunt ad dominij probationem,vt di-
ctum eſt.
Quartò concurrit confeſſio præfati Pauli Æmilij vlti-
mi emphyteutæ,qui in ſuo teſtamento de bonis iſtis tan-
quam emphyteuticis , & de Præpoſituræ iſtius dominio
diſpoſuit , quæ quidem confeſſio in præiudicium ipſius
Pauli Æmilij, necnon Cæſaris illius hæredis ſuffragatur
46 ad probationem dominij. Rip.in l.ſi aliquam,num.44.ff.de
acquir.poſſ.Ruin.conſ.128.n.16. lib.2. Rol. conſ.2. n.109.
lib.1.Boer.deciſ.211.n.24.25.Seraph.deciſ.553.n.2.& hæc
adminicula, quatenus etiam ſingula de per ſe non ſuffi-
cerent,iuncta tamen ſimul ſufficiunt , ad textum in l. in-
ſtrumeta,C.de probat. provt non ſeparatim,ſed ſimul con-
47 iuncta debent ponderari,vt in ſimilibus terminis fuit di-
ctum coram me in cauſa Viterb.Caſtor.11.Iunij,1628.prę-
cipuè contra habentem cauſam à primis inueſtitis,quo
caſu ſatis eſt probare locationem eſſe finitam, vt in pun-
cto fuit conſideratum in præfata Aſſiſienſi coram Illuſtr.
Virili.
Quantum verò attinet ad finem,ſeu deuolutionem em-
phyteuſis,illa non videtur poſſe controuerti,cum ex cō-
feſſione ipſiuſmet Cęſaris hæredis conſtet Paulum Æmi-
lium vltimum emphyteutam deceſſiſſe ſine filiis legiti-
mis,& ſic defeciſſe omnes inueſtiturâ comprehēſos,quo-
rum exiſtentia neque præſumitur,niſi probetur. Seraph.
deciſ.1487.n.1.Mantic.de coniectur.lib.11.tit.4.n.2.cū ſeqq.
48 & fuit dictum in præfata Aſſiſienſi,coram illuſtr.Virili.
49 Nec obſtat,quòd huiuſmodi emphyteuſis tanquam re-
cepta pro hæredibus,& ſucceſſoribus in infinitū eſt tran-
ſitoria ad hæredes etiam extraneos. Soc. conſ.266. lib.2.
50 Rot.apud bon.mem.Card.Caual. deciſ.243. n.3. Ideoque
Paulus Æmilius potuit illa trāsferre in Cęſarem iure hę-
reditario,quia quidquid ſit , an dicta receptio dici poſſit
reſtricta ad hæredes ſanguinis,ad tradita per Dec.in conſ.
395.n.6.& ſeqq. Peregr. de fideicomm.art 42.n.5. Fuſar. de
ſubſt.q.339.n.74.maximè cùm non adſit clauſula cætera-
ta,cuius vigore ad quoſcūque fieri poſſit tranſmiſſibilis.
Seraph.dec.703.n.2. ceſſat omnis difficultas ex eo , quòd
cùm prædictus Cæſar ſit filius illegitimus Pauli Æmilij,
vt inferiùs dicetur,non ſolum de iure communi excludi-
tur tanquam non comprehenſus in inueſtitura , in qua
Prælatus propter dignitatem non præſumitur cogitaſſe 51
de illis perſonis, quæ ſine peccato generari non poſſunt.
Bald.in c.quæ in Eccleſ.n.42.de conſtit.Ferret.conſ.103.n.13.
Clar. in §. emphyt. q.30. n.1.Cald.de iur.emph.lib.2.q.19.
n.9.29.66. Tiraq.de nobilit.c.24.n.17.Rota deciſ.174.n.1.
p.1.diuerſ.Seraph.deciſ.478.n.1.Phœb.dec.30.n.4.& ſeqq.
lib.1.vbi ampliat etiamſi adeſſet legitimatio Principis ſæ-
cularis, & latiùs deciſ.161. n.4. lib.2. cum aliis per Mant.
de tacit.lib.22.tit.10.n.3.Gratian.diſc. for.c.218. n.36. Sed
etiam ex conſtitutione ſanctæ mem.Pij V.117. in nouo 52
Bullario omnino eſt excluſus tanquam incapax emphy-
teuſis Eccleſiaſticæ.Seraph.deciſ.478. Rota deciſ.417. &
505.p.1.diuerſ.& deciſ.435.n.10.part.1.recent.& deciſ.214.
part.2.diuerſ.Gratian.diſc.477.num.7. & fuit dictum in
Bonon.de Maluet.11. Dec.1624.coram R.P.D.meo Pirouа-
no. Quæ procedunt etiam in ſpurio poſtea legitimato.
Rota deciſ.474.num.8.part.1.diuerſ.
Quòd autem Cæſar ſit illegitimus ſatis conſtat ex te-
ſtamento Pauli Æmilij Patris , qui illum non modò ap-
pellat filium naturalem , ſed attenta ipſius incapacitate
caſu , quo ex diſpenſatione Apoſtolica reddatur capax
iſtorum bonorum,eundem obligat etiam ad ſolutionem
annui legati ſcutorum 100. ad fauorem Iſabellæ vxoris.
Vnde ex eodem fonte , ex quo deducit ius ſuæ ſucceſſio- 53
nis , emanat plena probatio incapacitatis ipſius , vt in
puncto Igneus in Auth.ex cauſa,num.7. C.de liber. præter.
Grat.conſ.fin.n.30.lib.1.Pariſ. conſ.11.n.10.lib.2. Menoch.
conſ.180.n.13.verſ.& dubium,& n.34.verſ. noſtro autem ca-
ſu,& n.43.verſ.non obſtat.Laderch.conſ.122. n.1.2. & fuit
dictum in præfata Bononienſi de Maluet.11.Dec.1624.co-
ram R.P.D.Pirouano. Et hæc procedunt,quamvis Cæſar
in dicto teſtamento nuncupetur legitimatus, quia quali-
tas huiuſmodi reiicitur firma remanente patris aſſertio-
ne quoad qualitatem illegitimitatis. Grat.d.conſ.fin. n.31. 54
verſ.nec ſtatur,cum num.ſeq. Menoch.d.conſ.180.num.24.
verſ.nec obſtat.& n.34.verſ.& primò.Laderch. d. conſ.122.
n.2.verſ.quia omnes : quæ quidem qualitas illegitimitatis
habetur pro vera , & probata , quo vſque doceatur de
tali legitimatione, quæ ſuffragetur,vt bene in ſimili Pe- 55
regr.& Port.deciſ.43.num.8.verſ.ſufficit.
Non obſtat , quòd tam ex tenore inueſtituræ , quàm
etiam ex quantitate penſionis colligatur bona iſta eſſe
conceſſa in locationem , non autem in emphyteuſim :
quia omiſſo quòd verba inueſtituræ potiùs ſonant in
emphyteuſim,quàm locationem, & quod quantitas pen- 56
ſionis , ſeu canonis non correſpondet , ſed longè eſt in-
ferior fructibus , vt conſtat ex nonnullis inſtrumentis
poſteriorum affictuum,ceſſat omnis difficultas,quia dato
etiam citra veri præiudicium,quod verſarentur in termi-
nis locationis,adhuc tamen Cæſar tanquam illegitimus
eſſet incapax , vt ex ſententia Rotæ firmat Mant. de tac. 57
d.lib.22.tit.10.num.5.
Minùs obſtat, quòd in inueſtitura conuentum fuerit,
vt ſi Franciſca prima acquirens alia bona prædictis em-
phyteuticis pinguiora , & maioris redditus propoſita
aſſignaret, dicta bona,& terræ locatæ eſſent, & eſſe debe-
rent perpetuò franchæ , liberæ, & exemptæ ipſius Fran-
ciſcæ,hæredumque ac ſucceſſorum.Ideóque iſta cōceſſio 58
non poſſit conſiderari tanquam emphyteutica , ſed po-
tius tanquam merus contractus venditionis , qui poteſt
in illegitimum tranſire, vt de bonis conceſſis cum pacto
affrancandi ad effectum capacitatis illegitimi, ex Ceph.
conſ.703.numer.15.cum ſeqq. lib.5. & aliis ponderat Gra-
tian.d.diſcept.477.numer.10. & ſeqq. cum aliis cumulatis
in cauſa Romana retractus,30. Martij 1626.coram R.P.
D.meo

D.meo Merlino.Quia pro reſponſione ad huiuſmodi ob-
iectum aduertendum eſt prædictos DD. poſſe intelligi,
vt loquantur, quando vel per effectuationem pacti de
59 affrancando iam reſolutus eſt contractus emphyteuſis,
vel affrancatio ex conuentione vſque ab initio eſt neceſ-
ſaria. Vnde non applicantur ad caſum noſtrum, in quo
cum nullibi conſtet de effectuata huiuſmodi permuta-
tione, non poteſt conſiderari aliqua reſolutio contra-
ctus, qui ante dictam reſolutionem ſemper iudicatur
emphyteuticus, vt expreſsè declarat Ceph. *d. conſ.*703.
*num.*17.*verſ.quamvis ex prædictis.* Et in ſimili de permu-
tatione beneficiorum latè Pariſ. *de reſign.lib.*1. *quæſt.*14.
*num.*6. *& ſeqq.* vbi quod permutatio ante effectuatio-
nem nullum operatur effectum,pactum autem de affran-
60 cando eſt facultatiuum,tanquam collatum in poteſtatem
emphyteutæ,vt in puncto conſiderat Gratian.*d.diſc.*477.
*num.*15.

Nec opus eſt ingredi diſputationem, an ſaltem dicta
facultas permutandi competens vigore pacti tranſire
61 poſſit in Cæſarem, licèt illegitimum, ad tradita per Al-
ciat.*conſ.*7.*n.*9.*verſ.*2.*principale,lib.*1.Menoch.*conſ.*1186.
*num.*5.6. Burſat.*conſ.*255.*num.*7. *& ſeqq.*Mantic.*de tac.d.*
*lib.*22.*tit.*10.*num.*20.Gratian.*d.diſc.*477.*n.*16.& *diſc.*745.
*num.*77.84.& fuit dictum in cauſa Romana domorum,
1.Martij 1627. coram R. P. D. Pirouano. Quia de hoc
hodie non agitur, & quatenus etiam ageretur, viſum
fuit dupliciter poſſe reſponderi: & primò pactum iſtud
62 eſſe perſonaliſſimum, ideoque extra perſonam,cui appo-
nitur,ad alios non extendi, *l.idem in duobus,*§.*perſonale, l.*
*iuris gentium*, §.*pactorum, ff.de pact.* Bart.*conſ.*58. *in fin.*
*verſ.ſuper* 3.*lib.*1. Rim.Iun. *conſ.*465.*num.*9. *lib.*4. Quod
autem pactum huiuſmodi ſit perſonale, colligitur primò
ex verbis illis; *Quòd ſi ipſa Franciſca,* &c. *alia bona,* &c.
*aſſignaret,* &c. *dicta bona,* &c. *ſint emphyteutica, & terra*
63 *ſint,& eſſe debeant perpetuò franchæ,* &c. *ipſius Franciſcæ,*
*& hæredum,ac ſucceſſorum ſuorum,*&c. Cùm enim facultas
ſit conceſſa ſoli Franciſcæ, & ſic certæ perſonæ,pactum
cenſetur perſonale, *l.*1.§ *fin.ff.de conſtit.Princ.l.*1. §.*perſo-*
*nis,ff.de iur.immun.* cum aliis per Aym. *conſ.*929 *numer.*2.
Secundò deprehenditur ex pronomine illo,*ipſa*,quod eſt
64 perſonaliſſimum, & demonſtratiuum ad oculum. Cagn.
*in l.*2.*num.*46. *verſ.*2.*principaliter, ff. de pact. inter empt.*
*& vend.* Aym.*d. conſil.*929.*numer.*11. Menoch.*conſ.*115.
*num.*50

Tertiò denique colligitur ex eo, quod in conceſſione
dictæ facultatis nulla facta eſt mentio hæredum. Ceph.
*conſil.*352.*num.*3.*& ſeqq. lib.*3.Decian.*reſp.*1.*num.*67.*lib.*2.
65 cùm tamen fuerint expreſsè nominati in caſu, quo facta
permutatione bona remanebant franca,& libera,ſignum
euidens,quòd ſicut illos expreſſit in ſecundo caſu,in quo
voluit illos comprehendere, ita illos in primo expreſſiſ-
ſet,ſi eoſdem comprehendere voluiſſet. Bald.*in cap.vene-*
*rabilem, numer.*21. *de elect.* Soc.Iun. *conſil.*642.*numero* 15.
*& ſeqq.* Gerard. Mazzol. *in ſuo deciſ. conſil.*144. *num.*26.

Deinde, & fortiùs videbatur poſſe reſponderi, quòd
huiuſmodi pactum tanquam ſimul poſitum in eadem
conceſſione eſt correſpectiuum, & pars dictæ conceſ-
66 ſionis in emphyteuſim,ita,vt hodie annullato contractu
principali ob finitam emphyteuſim,dictum etiam pactum
annulletur, cùm intelligatur, vt poſſit operari durante
emphyteuſi, vt in puncto tenuerunt DD. cumulati per
Rotam *in deciſ.*115.*num.*4.*& ſeqq. part.*1. *diuerſ.* & vide-
tur etiam admittere Gratian. *d.diſc.*477.*num.*15.*&* 16. &
licèt præfata deciſio loquatur in terminis pœnæ caduci-
tatis,tamen multò magis procedit in caſu iſto,in quo de-
uolutio non eſt in pœnam,ſed prouenit ex defectu com-
prehenſorum in inueſtitura.

Quantum denique attinet ad identitatem bonorum,
viſum fuit Dominis illam ſufficienter iuſtificari; nam
67 quoad quindecim corpora ex illis, quæ enumerantur in
inueſtitura, probatur identitas ex confeſſione ipſiuſmet
Cæſaris emanata in reſponſione ad poſitiones,quæ cõtra
ipſum plenè probat.Abb.*in cap.quamvis,de re iudic.*Aym.
*conſil.*217.*num.*..S.M.Greg. *deciſ.*92.*num.*1.& in his ter-
minis fuit ſæpius dictum *in cauſa Bononienſi fideicomm. de*
*Deſider. coram R.P.D.Merlino.* In præfatis enim poſi- 68
tionibus articulantur eædem ferè demonſtrationes in in-
ueſtitura expreſſæ, quarum duæ ſufficiunt, iuxta doctri- 69
nàm Bart.*in l.demonſtratio falſa,num.*14. *ff.de cond. & de-*
*monſtr.*quam paſſim omnes ſequuntur, vt latè fuit pon-
deratum coram me *in dicta Ferrarienſi de Naſellis.* Quo
verò ad tria reliqua corpora in eadem inueſtitura deſcri-
pta, concurrit decretum iudicis, qui pronuntiauit arti-
culos haberi pro confeſſis; quæ pronuntiatio operare-
tur, ſi concurrerent requiſita, de quibus *in cap.*2. *de*
*confeſſ.in* 6.cuius forma præciſe eſt ſeruanda.Rota *dec.*3. 70
*de confeſſ.in antiq.*Seraph.*deciſ.*408. Sed hoc omiſſo con-
currit vlteriùs integra ſolutio canonis facta per Pau-
lum Æmilium, qui veroſimiliter canonem in in-
ueſtitura præſcriptum integrè non ſoluiſſet, niſi bona
in eadem inueſtitura expreſſa integrè poſſediſſet, ad tra-
dita per Gabr.*de locat.d.concl.*4.*n.*17.

Ac denique apprehenſio bonorum hæreditariorum
facta per Cæſarem, in qua nonnulla enumerantur con-
finia, quæ conueniunt cum expreſſis in inueſtitura,
quæ ad probandam identitatem plurimùm ſuffragantur.
Bald. *conſil.*89. *num.*4. *lib.*1. Natt. *conſil.*235. *num.*18.
Rota *deciſ.*131.*num.*5.*part.*1 *recent.*S.M.Greg.*deciſ.*575.
*num.*8. *& ſeqq.* Ex quibus negari non poteſt, quin ſuffi-
cienter remaneat probata identitas, cùm ad illam pro-
bandam argumenta, coniecturæ, & præſumptiones ad-
mittantur. Decian.*conſil.*17. *num.*3. *lib.*3. Surd. *deciſ.*55. 71
*num.*12. quæ tantò magis procedunt in caſu iſto, in quo
verſamur in antiqua conceſſione vltra 80. annos, ad
textum *in cap.cùm cauſam,*vbi Bald.*in princ.*Felin. *num.*1.
*de probat.* Dec. *conſil.*146.*num.*14.Rota *apud* S. M. Greg.
*deciſ.*172.*num.*5. & ibi latè addentes, & agitur aduerſus
perſonam, in quam bona deuenerunt ex ſucceſſione
comprehenſorum in inueſtitura. Peregr. *de fideicomm.*
*art.*44.*num.*22. *& ſeqq.* & *conſ.*48. *num.*12. *lib.*1. Gratian.
*diſc.*969. *num.*16. quos non conſtat in locis enuntiatis
alia bona, quàm iſta emphyteutica habuiſſe. Soc. Iun.
*conſ.*127.*num.*3. *lib.*3. Siluan. *conſ.*57.*num.*3.*verſ.*2.*loco,*&
dixit Rota *in præfata ciuitatis Caſtelli bonorum*, 5. *Martij*
1597. *coram bon. mem. Cardinale Pamphilio*, & aliàs ſæ-
piùs.

Et ita concluſum,vtraque parte informante.

---

# CAPVT VII.

## EPITOME.

Non licet patri relinquere filiæ ſpuriæ niſi
dotem congruam, vel alimenta neceſſaria.

## SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris exequenda.*
2 *Naturalis filius natus ex ſoluta,& vxorato eſt capax legati paterni.*
3 *Natus ex ſoluta,& vxorato dicitur naturalis,& non ſpurius.*
4 *Spuria filia dotanda eſt,etiam in terris Imperij.*
5 *Dotis legatum eſt pium.*
6 *Legatum pauperi factum eſt fauorabile, ſicut quando Eccleſiæ relinquitur.*
7 *Legatum pro Dei amore, & anima in teſtamentis dicitur pium.*
8 *Incapaci debetur legatum in foro conſcientiæ.*
9 *Teſtatoris voluntati contraueniens moraliter peccat.*





10 *Anima cæteris rebus eſt præferenda.*
11 *Filiatio quomodo probetur.*
12 *Filius ſpurius eſſe quomodo probetur.*
13 *Clauſula teſtamenti, ſiue ſit filia, ſiue non, quando operetur.*
14 *Veritati omnia cedunt.*
15 *Filius natus ex vxorato, & ſoluta eſt incapax paternorum bonorum.*
16 *Spurius ſuccedit matri, non patri.*
17 *Spurius non vllo modo poteſt ſuccedere patri,neque etiam ex fideicommiſſaria ſubſtitutione.*
18 *Spurius etiamſi non nominetur filius, adhuc non eſt capax.*
19 *Spurius eſt incapax, etiamſi pater ei relinquat amore Dei.*
20 *Spurius quando poſſit capere propter merita.*
21 *Merita qualia requirantur,vt incapaci poſſit relinqui.*
22 *Titulus pro anima, vel amore Dei dicitur color quæſitus in prohibitis.*
23 *Præſumptio conſanguinitatis præualet præſumptioni pietatis.*
24 *Spurio legatum in fraude factum nihil valet.*
25 *Spuriis relicta applicantur hæredibus.*
26 *Spuriis legata præſtita poſſunt reuocare hæredes.*
27 *Teſtatoris mandatum de ſoluendis legatis non extenditur ad inualida.*
28 *Naturalibus debentur alimenta,& dos,& quomodo.*
29 *Alimenta debentur iuxta dignitatem, & patrimonij vires.*
30 *Spuriæ pater non poteſt dare magnam dotem.*
31 *Naturali filiæ debetur tantùm congrua dos.*
32 *Spuriæ dos exceſſiua data poteſt per hæredes reduci ad legitimum modum.*
33 *Maritus præſumitur ſcire conditionem ſponſæ.*
34 *Compatriota præſumitur ſcire conditionem alterius.*
35 *Pater præſumitur conſtituiſſe dotem congruam.*
36 *Patris aſſertioni quando ſtetur pro filiis.*
37 *Dos congra quænam cenſeatur.*
38 *Dos minor debetur ſpuriæ,quàm legitimæ.*
39 *Dos minor debetur ignobili, quàm nobili.*
40 *Dos ſcutorum mille dicitur magna re,& nomine.*
41 *Dos ſcutorum mille an hodie ſit magna.*
42 *Dotes aliquando fecerunt pauperes dotantes.*
43 *Dos ſcutorum* 400. *dicitur ſpuriæ ſufficiens.*
44 *Dos congrua dicitur pro more regionis.*
45 *Dote congrua in æſtimanda quæ ſint deducenda.*
46 *Dos exceſſiua quæ dicatur.*
47 *Congruitas dotis quænam dicatur.*
48 *Dos ſcutorum* 200. *vel* 300. *ſutori conuenit.*
49 *Dos non ſufficiens ad alimenta,an dicatur congrua.*
50 *Dotes, quæ communiter dantur, non ſufficiunt pro alimentis.*
51 *Spuria debet operas, & lucra ponere, & ſi quid deeſt, alimenta ſunt danda.*
52 *Dos tenuis dicitur, cuius redditus non ſufficit ad alendum.*
53 *Alimenta ſolent præſtari annua,vel menſtrua.*
54 *Dos datur vna præſtatione.*
55 *Spuriæ defunctæ dos eius reuertitur ad hæredes patris.*
56 *Spuriæ filij non ſuccedunt in dote matris.*
57 *Spuriæ filij alendi ſunt ab eorum patre, non à patre ſpuriæ.*
58 *Spuriæ maritus non habet lucrum dotis.*
59 *Dotis lucrum habet etiam maritus ſpuriæ.*
60 *Naturalis filiæ dotem poteſt lucrari maritus.*
61 *Spuriæ vir ſciens eius conditionem non poteſt lucrari dotem.*
62 *Dotis appellatione venit tota dos.*
63 *Dos tota quando eſt reſtituenda, maritus non habet lucrum dotis.*
64 *Pater ſpuriam dotando videtur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutorum.*



65 *Spuria non poteſt teſtari de ſua dote.*
66 *Actus omnis ex voluntate, & poteſtate perficitur.*
67 *Voluntas teſtatoris ſine poteſtate ſpernenda eſt.*
68 *Nemo poteſt facere, quod leges habeant locum in ſuo teſtamento.*
69 *Natus ex vxorato, & ſoluta eſt incapax bonorum patris.*
70 *Dos exceſſiua non eſt aſſignanda ſpuriæ.*
71 *Dotis legatum quando cenſeatur pium.*
72 *Legatum pro anima, vel amore Dei in prohibitis cenſetur color quæſitus.*
73 *Spuriis vltra alimenta nihil debetur, etiam in foro conſcientiæ.*
74 *Naturali filio an debeatur legatum patris,in conſcientia ſaltem.*
75 *Nothi quinam dicantur.*
76 *Forum Dei, & forum Cæſaris quomodo idem ſint.*
77 *Lex humana obligat in conſcientia.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PRoponitur caſus, in quo Martinus Ceruinus in co-
dicillis ſuis reliquit cuidam puellæ nomine Berthæ
iure legati, Dei amore, ac omnium, & propter eius be-
neuolentiam, ac amorem erga dictam Bertham, quam
in domo ſua aluit,& loco filiæ tenuit,& tenet, & quæ de
præſenti moratur in domo ſua, ſiue ſit eius filia,ſiue non,
quia eius intentio,& mens fuit,& eſt,vt quocumque mo-
do ipſa habeat, & conſequatur ducatos eos mille à Bo-
noninis,centum, & tribus pro quolibet in pecuniis, &
omnia mobilia à ſponſa, & eidem poſt mortem ſuæ vxo-
ris reliquit omnia mobilia ipſius codicillantis, cum pa-
cto etiam, quod quandocumque deceſſerit dicta mulier
ſine filiis maſculis,vel fœminis,legitimis,& naturalibus,
ſupraſcripta dos, & legata redire, & cum effectu perue-
nire debeant ad codicillantis hæredes, & eorum ſucceſ-
ſores in infinitum.

Modò defuncto teſtatore dicta puella inſalutato ho-
ſpite nupſit, vnde hæredes codicillantis negant ei inte-
grum præſtare legatum,allegantes eam eſſe dicti Martini
filiam ſpuriam adulterinam, & incapacem paterni voti,
dotemque prædictam eſſe exceſſiuam, attentis facultati-
bus defuncti, conſuetudine patriæ, dignitate mariti, na-
talibus fœminæ nubentis,& aliis in ſimilibus conſidera-
tione dignis, ex quibus dicti hæredes dicebant dictam
dotem eſſe moderandam arbitrio boni viri, & reducen-
dam eſſe ad duc. 600. & prout iudici videbitur. Quæri-
tur,quid iuris.

Primo ſub aſpectu res videbatur decidenda ad fauo-
rem dictæ puellæ, quia ſunt clara verba diſponentis, &
aliud ſupereſſe non videtur,niſi quod eius voluntas exe-
cutioni mittatur,§.*diſponat,in Auth. de nupt.* & maximè, 1
quia cùm dicta puella ſit concepta ex muliere ſoluta, &
dicto codicillante vxorato,neque hæreditatis,neque lega-
ti incapax cenſenda eſt, quoniam huiuſmodi coitus non 2
eſt iure ciuili punibilis: latè Gratian.*diſc.for.lib.*1.*cap.*35. 3
*num.*20.26. ſic enim nati dicuntur naturales,& non ſpu-
rij.Peregr.*de fideicom.art.*22.*num.*88. *verſ. attamen.*

Secundò nullus in hoc videtur eſſe dubitationi lo-
cus, quia etiamſi dicta puella eſſet abominabilis, adhuc
cauſa dotis ſemper capax cenſenda eſt, imò neceſſariò
dotanda eſt,attento iure canonico quod præualet etiam
in terris Imperij, vt poſt multos Petr. Caball. *conſ.*154. 4
*num.*15. *part.*1.Bertaz.*conſ.*532. *num.*2.*lib.*9. & in hoc ca-
ſu noſtro certo certius videtur,quia hæc puella non ha-
bet, vnde ſe dotet de proprio; vnde legatum pro dote
cenſetur pium: Corn. *conſ.*50. *num.*4. *in fin. lib.*1. alios 5
allegat Ceph. *conſ.*216. *num.*3.

Tertiò huiuſmodi legatum pauperi factum adeo fauo- 6
rabile dicitur, vt eodem iure cenſendum ſit ſicut ſi fa-
ctum eſſet Eccleſiæ.Abb.*in c.relatum,el* 1.*de teſt.* & pium
eſſe in hoc caſu negari non poteſt, vbi teſtator expreſsè 7

dixit,ſe Dei amore,& pro anima ſua relinquere :ita Bald.
in l.1.num.6.C.de ſacroſ.Eccl.Ceph.d.conſ.216. num.17.

Quartò,& vltimò in foro animæ res iſta longè certior
videtur,quia in eo maximè decet exequi pias teſtantium
8 voluntates,etiam ad fauorem incapacis,ex l.quidam,§. il-
lo,vbi Ang. num.3.C. de ſer.neceſ.hær.inſtit. Corn.conſ.50.
num.6. lib.1. vnde eſt,quòd contraueniens teſtatoris vo-
luntati lethaliter peccat. Abb.in c.cùm eſſes,n.7.de teſtam.
9 Bonacin. de contract. diſp.3. quæſt.1. punct.3. num.6. in
fin. propter quod dicti hæredes debent in prædictis. eſſe
10 valde oculati, quia anima cæteris rebus præferenda eſt.
Curt. Iun. conſ.277. num.17. Cephal. conſ.216. num.19.
Rim. Iun. conſ.400. num 135.

His tum minimè refragantibus certiſſimi iuris eſſe
cenſeo dictam puellam eſſe incapacem voti codicillantis,
& vti ſpuriam abominabilem non poſſe conſequi,niſi do-
tem congruam,& ſuæ cõditioni conuenientem,ac ſponſi
eius qualitati competentem, quod vt clariùs pateat, pro
certo habendum eſſe negari non poteſt, quin dicta
puella fuerit filia illegitima dicti teſtatoris ex ipſo,& qua-
dam Barbara concepta; hoc enim ipſa poſitionibus reſ-
pondendo confeſſa eſt,& ipſe teſtator in duobus aliis te-
ſtamentis idem affirmauit,& in ipſis codicillis etiam loco
filiæ tenuiſſe dixit,quorũ cõfeſſio ſufficit,ex l.1.de confeſſ.

Verùm vltra prædicta concurrunt etiam ſufficientes
coniecturæ ad præſumendum, quod dicta puella ſit filia
dicti teſtatoris, nam inuicem ſe tractauerunt vti pater, &
filius; ipſe eam tradidit nutrici ad educationem,in domo
aluit,dotauit, & ſecundùm publicam famam ſemper pro
eius filia habita fuit,quæ ſatis,abundeque probãt dictam
11 filiationem. Surd. conſ.1.num.46.48.Rot.diuerſ.deciſ.238.
num.6.7. 13.part.1.Gratian.diſc.lib.3.cap.562.num.70.73.
12 coniecturis enim probatur non ſolùm filiatio legitima,
ſed etiam ſpuria.Ioan. Bapt. Lup. tract. de illeg. comm. 2.
§ 3 num.11.& propterea inutilis redditur illa clauſula co-
13 dicillorum,Siue ſit filia,ſiue non : quoniam nihil operatur,
vbi certi ſumus de filiationis veritate. Rot. Bononienſ.
poſt deciſ. Barz. conſ. vnic. num.56. verſ. reliquum, cum
multis ſeqq. nam etiamſi pater filiam ſuam non nominã-
ret, adhuc detecta veritate, quod filia ſit, idem eſt, quia
14 omnia cedunt veritati, cap. veritate, diſtinct.8. & illa
erroribus geſtorum nunquam vitiatur, l. illicitas, §.
veritas, de off. præſ.

Hoc firmato certum eſt etiam dictum codicillantem
duxiſſe vxorem, quæ adhuc viuit, vſque de anno 1583.
dictam verò puellam eſſe natam de anno 1597. die 20.
Aprilis, quam ipſe ſuſcepit è dicta Barbara, quam pro
amica publicè detinebat,ex qua habuit etiam filium maſ-
culum,vt in multis locis proceſſus probatum eſt.

Quæ cùm in facto veriſſima ſint, patet talem puellam
ex vxorato,& ſoluta natam eſſe ſpuriam,abominabilem,&
incapacem bonorum patris; adeo, vt iure ciuili neque
etiam in ſuo potuerit honorari,ex textu aperto in Auth.
ex complexu,C.de inceſt. nupt.& Auth. licet,in fin.C.de na-
tur. liber. & §.vltima ſiquidem,vbi Ang.& §.ſi verò effuſa,
15 in Auth. quibus mod. nat. eff.ſui.Cyn.in l.1.C.de adult. Sa-
lyc. in l.vnic. num.1.verſ.& ideò nat.C. de concubin. Anch.
conſ.335.col.1.Guid.Pap.quæſt.280. num.2. Alex. conſ.60.
num.16.lib.2.Dec. conſ.305. num.5. ad fin. & ibi Modern.
Pariſ.latè in terminis Peregr. de iur.fiſc. lib.3. tit.18.n.35.
verſ.cum aliàs, vbi communem eſſe, & per conformes ſic
obtinuiſſe teſtatur : idem Peregr. conſil.83. num.4. lib.1.
Bald conſ.267.conſ.267.num.2.3.verſ.tertiò facit, lib.3. Iaſ.
conſ.39.in princ.verſ.tertiò facit,lib.3.idem Iaſ.ad Port. In-
ſtit.ad Orfic.littera A,ad fin. Bertrand. conſ.227.n.4. lib.3.
Vbald de ſucceſſ.ab inteſt.art.1.num.38.Couar.epit. part.2.
cap.8.§.5.num.16.in fin.Caccialup.in l.ſi qua illud,num.25.
verſ.ſi ergo,& num.26.C.ad S.C.Orfic.Bened.de Barz.de fil.
non legit.nat.rubr.1.num.4.Lud.de Sard.tract.de nat.liber.§.
de ſucceſſ.ſpurior.num.2.verſ.in contrarium. Ruin.conſ.109.
n.31.lib.3.Soc.Iun.conſ.110.n.17.18.lib.2.Ceph.conſ.285.
num.20.& conſ.390.n.20.21.Oſaſch.deciſ.119.n.19.Farin.
deciſ.nouiſſ.64.num.10.cent.1.Petr.de fideicom.q.11.n.230.
verſ.ſed quoad patris, Aluar.Valaſc.conſ.39. n.9. Menoch.
conſ.60.num.15.30.magis ex profeſſo Rim.Iun. conſ.293.
num.7.& per totum,& conſ.561. num.15.& conſ.532. n.15.
& ſeqq.Surd.conſ.456.num.14.verſ.quod autem,& conſ.487.
num.12.ad fin.de magis communi Peregr.conſ.22.num.4.in
fin.lib.3.Ioan.Bapt.Lup.tract.de illegit.& nat.reſt. comm.4.
§.1.num.6.

Et ſi quæ ſunt contraria, ea ſolùm procedunt quoad
bona matris, in quibus ſic natos poſſe ſuccedere multi
opinati ſunt, verum quoad bona patris res caret omni 16
dubitatione : Aluar.Valaſc.d.conſ.29.num.9.And.Gail.obſ.
lib.2.cap.88.num.20.Peregr.d.conſ.22. num.4. lib.3. quod
adeo verum eſt,vt procedat,etiamſi pater legitima careat
prole : Crauet. conſ.917. num.6. verſ.id demùm. Menoch.
conſ.511. num.5. habetque locum non ſolùm ſi hæres
inſtituatur filius ſpurius,ſed etiamſi quid ei relinquatur,
ex nullo enim genere diſpoſitionis ſpurius poteſt admit-
ti ad bona patris,ſiue inter viuos, ſiue in vltima volun-
tate, neque etiam ex vulgari, vel fideicommiſſaria ſub- 17
ſtitutione, quia ſic natis nihil penitus pater relinquere
poteſt : Rimin. Iun. conſ.442. num.71. pulchrè Molin. de
primog. Hiſpan. lib.2. cap.11. num.27. 28.

Neque iſta ſolùm procedunt,quando tales ſpurios pa-
ter in teſtamento honorauit vti filios, ſed etiam quando
pro talibus eos non nominauit,adhuc enim detecta veri-
tate,quòd filij ſint, incapaces iudicantur, & legatum eis
factum redditur inualidum, ne per indirectum legibus
fiat fraus : ſic Bald. in l.3. in princ. ff. de liber. & poſthum. 18
Alex. conſ.202. in princ.lib.6.clarè Peregr.de iur.fiſc.lib.3.
tit.18.num.94.in fin.Sim.de Præt.de interpret.vlt.vol.lib.3.
interpret.1.dub.3.col 2.num.3.Ioan.Bapt.Lup.d.tract.de il-
leg. comm.2. §.2. num.25.

Ampliatur huiuſmodi concluſio, vt procedat,& vera
ſit,etiamſi pater his ſpuriis relinquat aliquid amore Dei,
& pro anima ſua, ſeu pro eleemoſyna, alióve pio modo,
hæc enim omnia in idem ſonant, & tendunt, quia adhuc 19
ſic relictum neque validum eſt,neque pium,quoniam ſic
agendo nimis facilè eſſet eludere leges : ita Soc.Iun. conſ.
99. num.42. 43. lib.2. quem probat, & ſequitur Peregr.
de iur. fiſc. lib.3. tit.18. num.94. Lancellot. de ſtat. verb.
Maritus, quæſt.3. num.56. & poſt Maluaticenſ. conſ.24.
num.61. Ioan. Bapt. Lup. d.tract. de illegit. comm.2. §. 2.
num.24. Giurb. in conſuet. Meſſan. part.1. cap.2. gloſſ.12.
num.12. non enim poteſt pater ſpurio relinquere directè,
vel indirectè, aut aliquo alio quæſito colore : Molin. de
primog. Hiſp. lib.2. cap.11. num.29.

Neque recurrendum eſt ad merita,quia hîc nulla ſpu-
riæ merita probantur, & ſi extarent, animaduertendum
eſſet, non quæcumque merita ſufficere, ſed oportere ea
eſſe inſignia, & talia, ad quæ donatarius, vel legatarius 20
non teneretur ex debito officij : ſic Ioan.Lopez. in rep.ru-
br.de don.inter vir.& vxor.§.46.lim.2.n.32.33.ideò etiamſi
conſtaret de quibuſdam ſeruitiis perſonalibus, velut in
infirmitate præſtitis, nihil eſſet, quia hæc non dicuntur
merita, cùm fiant officio pietatis, vel iuris, aut naturæ, 21
imperio,vi,& poteſtate,vt in filio,vxore,vaſallo,famulo,
amico,ſeruo,liberto,diſcipulo, vt perbellè inquit Giurb.
in conſuet. Meſſ.part.1. cap.1. gloſſ.10.num.15.

Nec merita probarentur aſſertione partium,ſicut non
probat titulus amoris Dei,vel animæ,vt viſum eſt,quod
ſanè iuri conſonum eſt,nec mirabile debet videri,quia in
materia prohibitiua,qualis hæc eſt,titulus pro anima,vel
pro amore Dei cenſetur appoſitus ad colorandum lega- 22
tum, propter quod validitatem non inducit. Bald. conſ.8.
in fin. lib.5. Anch.conſ.25.num.4. Ceph. conſ.216.num.22.
in fin. Alberic. de Statut. lib.2. quæſt.112.num.3. præualet
enim præſumptio conſanguinitatis, vt teſtator ſic diſpo-
ſuerit, quia filia erat, & eam diligebat,vt pulchrè Ceph.
d.conſ.216. num.17. 18. 19. & ſeqq. Menoch. conſ.167. 23
num.18.verſ.& in caſibus. Crott.conſ.3. num.17.verſ.cùm
ergo. Lancell. d. quæſt.3. num.56.

Si



Si enim ſub titulo pietatis liceret parentibus aliquo
modo, vel in aliqua parte filios ſpurios facultatibus ſuis
honorare,nimis facilè eluderetur lex ſic natis quidquam
dari vetans,inquit perbellè Soc. Iun. d. conſ.99. num.42.
verſ.alioquin,& num.43.quod adſurdum eſt,quia legatum
24 ſpurio factum in fraudem legis nihil valet. Corn conſ.
217.num.2.lib.3.& propterea quæcumque ſpuriis relicta à
parentibus, illis excluſis veris applicantur hæredibus.
25 Barth. à Chaſſ. conſ.39. num.39. Rim. Iun. conſ.380.
num.47. Honded. conſ.68. num.23. part.1. Peregr. de iur.
fiſc.lib.3. tit.19. num.2. immò ſi fortè dictis ſpuriis legata
26 fuerint præſtita, ab eis poſſunt hæredes reuocare : Ioan.
Bapt.Lup.d.tract.de illegit.comm.2.§.2. num.46. verſic. ex-
tenditur, adeò, vt mandatum teſtatoris factum hæredi de
ſoluendis legatis, nihil eum aſtringat in prædictis, quia
27 non porrigitur ad legata inualida : Caſtr. conſ.50. num.2.
verſ. conſtat,lib.2. Surd. conſ.3. num.15.

Vnicus reſtat nodus,quia bene verum eſt,quod de iu-
re Canonico etiam in foro Cæſaris ſeruando pater non
ſolum debet, ſed etiam tenetur quibuſcumque ſpuriis
28 prouidere de alimentis, & fœminis tempore nuptiarum
loco alimentorum tradere dotem : ſic probat textus in
c. Cùm haberet,ibi : Liberis neceſſaria miniſtrent,vbi Abb.
& DD. de eo, qui dux. in vxor. quam pol. per adult. Bart.
in l. fin.num.7.ff. de his, quibus vt indign. Rip. in l.1. n.67.
ſol. matr. Couarr. de ſponſal. part.2. cap.8. §.6.num.11. Pa-
leott. de noth. & ſpur.cap.49. in princ. & num.3. Rol. con-
ſil.54.num.64. lib.2. Gabriel. concluſ. lib.6. tit. de aliment.
concluſ.1. num.14. Peregr. de iur. fiſc.lib.3. tit.18. num.56.
Rim. Iun. conſil.380. num.40. Claud. ad Bertaz.conſ.437.
littera C. in princ. Giurba in conſuet. Meſſan. part.1.cap.3.
gloſ.3. num.12.

Verùm ceſſat omnis difficultas,ſi conſideremus, quòd
non per hoc datur parentibus libera facultas relinquendi
ſpuriis quidquid voluerint ſub nomine dotis,vel alimen-
29 torum; nam ſicut alimenta debentur iuxta dignitatem,
& vires patrimonij,non iuxta neceſſitatem, latè Gratian.
diſc. for.lib.4.cap.613.num.6.vſque ad num.11.ita non licet
patri ſpuriæ filiæ conſtituere magnam dotem vltra de-
centem perſonæ ſtatum, quia huic lex reſiſtit propter
30 fraudis ſuſpicionem, eò quod hac via nimis facilè iura
deluderentur : ſic Bart. in d.l. fin. num.7.verſ.& hoc,C. de
fideicomm. indic. Abb. conſ.115. num.1. lib.2. Paleott. de
noth. & ſpur.cap.50. num.4. Couar. d. §.6. num.11. verſ.
ſed procedit, & num.12. Menoch. lib.4. præſ.96. num.29.
30. Claud. ad Bertaz. conſ.437. littera C. verſ. eſt tamen
aduertendum. Hect. Felic. allegat.49. num.4. part.3. Ioan.
Bapt. Lup. tract. de illegit. comm.2. §.1. num.45.

Hinc igitur eſt,quod ſpuria in bonis patris nihil con-
ſequi poteſt,niſi congruam dotem, & ſibi condecentem,
& vltra non ſubſiſtit donatio, vel relictum pro dote, ne
quod fieri directò vetatur, per indirectum contra men-
31 tem legis fiat : ſic Menoch.d. præſ.96.num.29.30.Couar.
d. §.2. num.12. Peregr. d.lib.3. tit.18. num.56.78. Sim. de
Præt. de interpret. vlt. vol. lib.3.interpret.1.dub.3.col.2.n.6.
verſ.& ſi exceſſiuum; adeò,vt etiamſi à patre viuente ſpu-
ria tradita ſit marito ſcienti vxoris conditionem, per
32 hæredes poſſit fieri dotis reductio ad legitimum modum
conſtãte quoque matrimonio.Ioan.Lup.in d.c.per veſtras,
not.3.§.24.num.3.de donat.inter vir.& vxor.Couar.in d.§.6.
num.12.Gabriel.de alim.d.concl.1.num.17.latè omnia reſol-
uens Gratian.diſc.for. lib.3.cap.472. num.4.5.7.8.9. Rim.
Iun.d.conſ.380.num.68.verſ.& aliam.Claud.ad Bertaz.lit-
tera C.verſ.eſt tamen,ibi: Quinimmò.Ioan.Bapt.Lup.d.com.
33 2.§.1.num.47.verſ.ſed Couar. & maritus præſumitur ſcire
conditionem ſponſæ illius : Menoch.de præſ.lib.3.præſ.88.
34 num.12.& tantò magis quando ſunt compatriotæ,vt hic:
in terminis vide Rim. Iun. d. conſ.380. num.69. verſ. at
nos, & num.20. qui eſt caſus noſter.

Et quamvis dici ſoleat,quòd pater præſumitur conſti-
tuiſſe filiæ dotem congruam, & diſcretam, quia nemo
cenſetur cupere melius pro filiis,quàm pater, Caſtr. con-
ſil.275.num.6.lib.1.Ruin. conſ.52.num.13.lib.2. & conſ.50. 35
num.15.lib.3.Burſat.conſ.223.num.13.Laderch.conſ.35.n.4.
latè Giurb.in conſuet. Meſſan.part.1.cap.3.gl.7.n.45.tamen
hoc nihil eſt in propoſito noſtro, quia illud procedit ad
præiudicium filiæ, quæ fortè datis non contenta ad ſup-
plementum congruæ dotis vellet agere,non autem habet
locum,ſi tractetur de eius fauore,& de præiudicio hære-
dis, vel lege fraudanda, quia in materia prohibitiua non 36
ſtatur aſſertioni diſponentis. Ita in verbis Mant.dec.329.
n.2.verſ.quia hoc intelligitur,& n.3.Farin.deciſ.131.n.4.5.6.
cent.2.Rot.diuerſ.deciſ.131. n.4.p.4.multos allegat Giurb.
in conſ.Meſſan.part.1.cap.3.gloſ.7.num.52.58.

Vt ergo quid congruum ſit,cognoſcatur,non attendi-
tur,quid cenſuerit pater,ſed dos congrua iudicabitur ſe-
cundum qualitatem dotantis, & mariti, conſuetudinem
regionis, dignitatem familiæ, & numerum filiorum : ſic 37
per textum in l.ſi filiæ pater,de leg.3. l.quæro, & l.cum poſt,
§.gener.de iur.dot.Ruin.conſ.52.num.13.in fin.lib.2.Soc.Iun.
conſ.83.n.9.lib.3.Ceph. conſ.668.n.1.2.3.Honded.conſ.64.
num.26.lib.2.Farin.deciſ.131 n.11.cent.2.Franch.deciſ.283.
num.18.Mantic.d.deciſ.329.num.5.verſ.nam dos,& num.8.
Laderch.conſ.127.n.1.verſ.& generaliter.Mangil.de imput.
quæſt.161.num.4.Ioan.Bapt.Lup.d.tract.de illegit.comm.2.
§.1.n.45.verſ.vel quatenus,Mantic. de tac.& amb.conuent.
part.1. lib.12. tit.21.num.4. vbi omnes dictas conſidera-
tiones aſſignant,ſicut facit etiam Giurb. in conſuet. Meſſ.
part.1. cap.3. gloſſ.7. num.23.

Vnde longè minor dos eſt aſſignanda ſpuriæ, vel na-
turali, quàm legitimæ. Abb. conſ.115. n.1. lib.2. Paleott. 38
de noth. & ſpur. cap.50. num.1. verſ.ideóque.Ioan. Lopez
in d. c. per veſtras, not.3. §.10. num.2. de donat. inter vir.
& vxor. Surd. de aliment. tit.1. quæſt.10. num.15.& tit.4.
quæſt.18. num.50. Peregr.de iur. fiſc. lib.3. tit.18.num.79.
verſ. aduertendo tamen, Lup. d. tract. de illeg. comm.2.§.1.
num.46. Mantic.de tac. & amb.conu.part.1. lib.12. tit.21.
num.23. Giurb.in conſ.Meſſ.part.1.cap.3.gloſ.7.num.24.in 39
fin. ſicut etiam minor dos debetur ignobili, vel infimo,
quàm nobili : Burſat. conſ.223.num.18.lib.2.Mantic.d. tit.
21.num.29. verſ. per contrarium.

His omnibus penſatis neceſſe eſt concludere dictum
codicillantem in caſu noſtro huic ſpuriæ magnam do-
tem, & exceſſiuam in fraudem legis conſtituiſſe adeò, vt
debeat reduci ad legitimum modum.Nam dos ſcutorum
mille etiam filiæ legitimæ aſſignata dicitur re,& nomine 40
magna, etiam Comiti conueniens, teſte Bald. conſ.255.
num.2.in fin.lib.2.perbellè Iaſ.conſ.133.num.6.lib.4.Alciat.
conſ.18.num.6. in fin. lib.9.tom.3. Dec. conſ.26. num.3. in
fin. Silua conſ.2. num.39. Ceph. conſ.668.num.25. Aldo-
uin.conſ.104.num.89. 90. Reuſner. deciſ.5.num.31.lib.1.
Decian. conſ.6. num.54. lib.1. & conſ.17.num.37.lib.2. &
conſ.15.num.5.lib.3.Burſat.conſ.223.num.18.lib.2.Mazzol.
conſ.54. num.51. Surd. de aliment. tit.9.quæſt.37.num.16.
& deciſ.60. num.9. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 280.
num.14.part.1.Vincent.Grilinz.conſ.161.num.31. Si ergo
dos ſcutorum mille magna eſt,& exceſſiua, quid dicen-
dum erit, ſi ſuperaddatur ferè vniuerſa familiæ ſuppel-
lex; nam quomodo vni ſpuriæ neceſſarium iudicari
poterit, quod integræ familiæ ſufficit? Res iſta non me-
retur in diſcrimen vocari.

Non tamen ignoro, quòd multi opinati ſunt hæc eſſe
de iure veteri, quoniam antiquitus ſolebant dari dotes 41
perexiguæ,hodie autem, vbi dotes ad ſummum peruene-
runt,dici non poſſe dotem ſcutorum mille eſſe magnam,
ita Rol.conſ.24.num.19.lib.4.Menoch.de arb.iud.caſ.149.
n.40.Paleot.d.c.50.n.2 Ceph.conſ.502.n.11.Theſaur.deciſ.
192.n.6.Gratian.diſc.for.lib.3.c.452.n.20.Amat.deciſ.Ferr.
28.n.16.20.Giurb.in conſuet.Meſſ.p.1.c.3.gloſ.7.n.27.verſ.
ſed contrarium,& alij neoterici.Verùm prior ſententia vi-
detur magis cõmunis,& recepta non ab annis Dauid,ſed
tradita à modernis etiam horum temporum, vt videre
eſt penes allegatos DD.qui nouiſſimis temporibus ſcrip-
ſerunt : quod verius eſſe negari non poteſt, attento vero

dotium vſu, & neceſſario, non autem conſiderato prauo multorum abuſu, qui non verentur, oh pudor, ferè omnia eorum bona filiabus in dotem aſſignare, neglectis etiam penitus agnatis adeo, vt ipſi ſibi quandoque dederint
42 paupertatis occaſionem, vt ad rem dicit Mar. Giurb. in conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 3. gl. 7. n. 6.

Verùm ſi hæc poſterior ſententia magis arrideret, quæ in nobilibus, & ciuibus vrbium, & terrarum non leuis conditionis ſine dubio locum habet, ſecundùm hæc tempora dos prædicta exceſſiua iudicari debet, quia ſpuriæ dos non debetur ſplendida, ſed ſufficiens; quæ autem habet in bonis ſcuta 400. dicitur habere dotem ſuffi-
43 cientem. Hect. Felic. alleg. 49. num. 5. part. 3. Si enim hic conſideremus patris facultates, & nobilitatem, certum eſt illum fuiſſe mediocris ſtatus, & tenuis fortunæ adeò, vt deceſſerit multo ære alieno grauatus, vt in proceſſu; & quando ipſe duxit vxorem, ſolam habuit dotem ſcutorum 600. vt in inſtrumento dotali, & probatur teſtium depoſitione in terra Carpi dotes ſcutorum 1000. inter ciues mediocris ſtatus eſſe magnas: & cum calculando liberum dicti patris patrimonium non tranſcenderet ſummam ſcutorum 1800. à quibus ſi deducantur ſcuta mille pro dote dictæ puellæ ſpuriæ, vtique conſtans eſt ipſam plus habituram, quàm hæredes.

Certum eſt autem in æſtimanda congrua dote non ſolum attendendam eſſe conſuetudinem regionis. Giurb.
44 in conſuet. Meſſ. part 1. cap. 3. gl. 7. num. 33. ſed etiam deducenda eſſe prius debita, & onera hæreditatem minuentia, & computandum eſſe, quantum ſit liberum dotan-
45 tis patrimonium. Burſ. conſ. 223. num. 16. verſ. ſextò admitto, lib. 2. Mantic. de tac. & amb. conuent. part. 1. lib. 12. tit. 21. num. 5. immò deducenda quoque ſunt bona fideicommiſſo ſubiecta, quando illud fuit ab extraneo fundatum, vt hic dotare non tenebatur. Menoch. conſ. 293. num. 6. & ſeqq. pulchrè Mantic. de tac. & amb. conu. p. 1. lib. 12. tit. 21. num. 17.

Ex quibus neceſſariò infertur dotem prædictam eſſe moderandam, quia certum eſt dotes dici exceſſiuas, quæ ferè aſcendunt ad ſummam ad hæredem peruenturam:
46 vide Curt. Iun. conſ. 57. num. 6. Claud. ad Bertaz. d. conſil. 437. littera C. verſ. eſt tamen, ibi: & diceretur. Et propterea dos congrua dicenda eſt, quæ ſolum abſorbet quintam, vel ad ſummum quartam partem liberi patrimonij dotantis, & ideò in bonis valoris ſcutorum decies mille dos ſcutorum bis mille congrua, & diſcreta iudi-
47 catur: ſic Caſtr conſ. 275. num. 6. verſ. quid enim, lib. 5. pulchrè Corn. conſ. 3. num. 3. lib. 3. Bald. Nouel. tract. de dot. p. 7. priu. 17. col. 2. verſ. quid enim: vide Burſat. conſ. 223. num. 17. vbi voluit etiam, quod in capitali ſcutorum bis mille dos ſcutorum ducentorum ſit honeſta.

Verùm ſi hæc ſcripta ſunt pro filiabus legitimis, quid dicendum erit de ſpuriis; hæ congruam dotem ſolùm conſequi, & prætendere poſſunt, quæ erit ſcutorum 200. vel 300. teſtes enim deponunt in hac terra dotem congruam & honeſtam pro ſpuriis dictam ſummam non excedere, & multos ciues cum huiuſmodi dotatas duxiſſe, vt in proceſſu, quod ſatis eſt, quia ſufficit dotem in loco congruam æſtimari. Mangil. de imputat. quæſt. 161. num. 5. cùm inſpiciatur mos regionis: Laderch. conſ. 35. num. 11.

Sin placet ſponſi dignitatem conſiderare, ille ſutoris artem exercet, & eius patrimonium non tranſcendit ſummam ſcutorum 330 propter quod teſtes in proceſſu examinati depoſuerunt ei dotem valde congruam eſſe dotem ſcutorum 200. vel 300. quibus congruit Burſat. conſ. 223. n. 18. ad fin. & ſi dicta puella cum tali dote nupſiſſet, non poſſet dici eam incongruè dotatam. Soc. Iun. conſ. 83. n. 9. lib. 3. Idem dicendum eſt, ſi familiæ conſuetudinem atten-
48 damus, quia in ea fuit à fratre codicillantis matrimonio tradita ſimilis puella cum dote ſcutorum 200. vt conſtat ex inſtrumento dotationis, cuius probatio ſufficit. Decian. d. conſ. 6. num. 54. in fin. lib. 1. & puellæ legitimæ non habuerunt dotem maiorem ſcutis 600. ergo dicti hæredes huius dotis reductionem iuſtiſſimè petierunt.

Cognito autem, quænam dos ſit congrua, & quantum eſſet dandum dictæ puellæ, vt diſcretè videretur dotata iuxta terminos l. quæro, de iur. dot. non eſt poſtea inquirendum, an dos prædicta ſufficiat ad alimenta, cùm facilè 49 contingere poſſit, vt dos omni alio reſpectu ſit congrua, & tamen pro integra alimonia non ſufficiat, vt per Barz. deciſ. 130. num. 11 verſ. quæ tametſi, & num. 15. verſ. cuius contrarium, latè Mangil. de imputat. quæſt. 160. num. 5. Dotes 50 enim quæ communiter dantur, pro alimentis non ſufficiunt, & de mille dotibus aliàs congruis, & decentibus vix vnam reperies, quæ pro alimẽtis vxoris ſatis ſit. Surdus de alim. tit. 1. quæſt. 32. num. 16. in fin. Mangil. d. q. 160. num. 5. verſ. cùm ex mille, Giurb. in conſuet. Meſſ. part. 1. cap. 3. gl. 7. num. 42. in fin. iura enim quæ modum tradiderunt taxandi dotem congruam, non ad alimenta, ſed ad facultates dotantis, dignitatem viri, morem regionis, & conſuetudinem familiæ voluerunt haberi reſpectum, vt vidimus: dolere ergo hæc ſpuria de dote ſcutorum 200. vel 300. non poteſt eò, quod eius alimoniæ non ſufficiat, & multò minùs dolere poterit, ſi fiat reductio ad ſcuta 600. vt petunt hæredes, quæ poſſent ſufficere pro eius alimentis, ſi non lautis, ſaltem eius conditioni condecentibus, provt in fortioribus terminis de dote ſcutorum 51 500. dixit Hect. Fel. conſ. 49. num. 16 in fin. part. 3. maximè autem iunctis dictæ ſpuriæ operis, & lucris, provt in ſimilibus fieri debet. Menoch. conſ. 433. num. 14. Hect. Felic. d. alleg. 49. num. 8. part. 3.

Nec dicendum eſt tenuem eſſe dotem, quia ex eius re- 52 ditibus mulier ali non poteſt, vt latè Giurb. in conſuetud. Meſſ. part. 1. cap. 3 gl. 7. num. 42. ſicut enim filia ſpuria, antequam nubat, alenda eſt, ſic nuptæ videtur tanta dos aſſignanda, quæ pro alimentis ſufficiat. Nam reſpondetur iunctis operis, & lucris eius, talem dotem poſſe ſufficere pro alimonia. Verùm ſi non ſufficiat, adhuc congrua dici poteſt, argumentum enim prædictum non tenet ob rationis diuerſitatem in caſu nuptiarum & cœlibatus, quoniam ſæpe filiæ etiam legitimæ, & naturales locantur in matrimonium cum dote ad alendum inepta, & tamen dicuntur congruenter dotatæ; & ratio eſt, quia alimenta longè commodiùs præſtantur, cùm annua, vel men- 53 ſtrua dari ſoleant, l. pecuniæ ſortem, ff. de aliment. & cibar. legat. notat Bart. in l. fin. de liber. agnoſc. Dos autem 54 vnica præſtatione ferè danda eſt, quod valde intereſt, iuxta notata in l. hæredes, § quod pro emptore, verſ. idem iuris, ff. famil. erciſc. Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 7. numer. 55. 56. ideò poteſt eſſe dos congrua, licèt ad alimenta non ſufficiat.

De prædictis autem non eſt mirandum, quia in hac ſpuriorum materia iura adeò anguſtè prouiderunt filiis odio parentum ad finem vt diſcant, & conentur legitimam ſuſcipere prolem, quod DD. non ſolùm admittant tantummodo congruæ dotis aſſignationem, ſed etiam tradiderint, vt ſpuria defuncta illius hæredes excludantur, doſque reuertatur ad hæredes patris dotantis adeo, 55 vt aliter diſponere non liceat: ita Abb. conſ. 115. num. 1. verſ. data fuit, & num. 2. lib. 2. Bald. conſ. 91. in fin. lib. 1. Dec. conſ. 311. num. 4. Menoch. conſ. 60. num. 29. Coler. de alim. lib. 1. cap. 3. num. 67. Gabriel. eod. tit. concluſ. 1. num. 39. Surd. eod. tract. tit. 5. quæſt. 7. num. 3. 6. 7. verſ. ſed & ſi, vbi de communi Gabriel. conſ. 154. n. 19. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. num. 80. & conſ. 83. num. 8 lib. 1. Anch. Iun. qq. famil. lib. 1. quæſt. 50. num. 2. Franch. deciſ 283. num. 7. part. 2. Lup. d. tr. de illeg. comm. 2. §. 1. num. 48. Sim. de Præt. de interpret. vlt. vol. lib. 3. interpret. 1. dub. 3. col. 2. n. 6. verſ. hac de cauſa. Graff. deciſ. aur. part. 1. lib. 2. c. 16. num. 10. Mar. Giurb. in conſuet. Meſſ. part. 1. cap. 1. gl 3 num. 48. verſ. ſiue aliam: ex quibus conſtat hanc eſſe magis communem DD. ſententiam.

Nec abſurdum eſt, quòd filij ſpuriæ excludantur ab eius dote, quia ſunt alendi ab eorum patre, non à matre, 56 nec ab auo materno, niſi in ſubſidium. Cùm enim ſpuria habeat pro dote, vel alimentis beneficium perſonale, non



non tranſmiſſibile ad hæredes, non eſt mirum, ſi dos non tranſit ad filios, & propterea non obſtante conſuetudine Martini DD. voluerunt illius dotem non ad filios, ſed ad hæredes patris redire oportere: ſic pulchrè Abb. d. conſ. 50. & conſ. 115. num. 2. verſ. nec obſtat, & num. 3. & 4. lib. 2. ſequitur Menoch. d. conſ. 60. num. 29. & de arb. iud. caſ. 169. num. 10. clarè Rip. in l. 2. num. 67. & ibi Alciat. num. 24. & Bologn. num. 114. in fin. ff. ſol. matr. Paleott. de ſpur. quæſt. 51. num. 5. Socin. Iun. conſ. 114. num. 18. lib. 3. Surd. d. quæſt. 7. num. 8. vbi de communi: & conſ. 206. num. 2. lib. 1. latiſſimè Rim. Iun. conſ. 380. num. 34. vſque ad num. 55. num. 62. vbi reſoluit omnia in contrarium adducta.

Nec attendendum eſt, quod alij aliter ſenſerint putantes hanc dotem poſſe quidem tranſire ad filios ſpuriæ, licèt non ad hæredes extraneos, vt voluerũt Bero. conſ. 165. n. 23. verſ. 4. poſito 1. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 81. verſ. ſed contra. Lup. d. comm. 2. §. 1. num. 49. 50. Nam his reſiſtit
57 verior, & communis aliorum ſententia, provt Surdus de communi teſtatur, quoniam filij ſpuriæ non ſunt alendi à patre illius, ſed à marito. Crauet. conſ. 917. num. 9.

Minus etiam nobis reſiſtit Ruin. conſ. 124. num. 11. lib. 1. qui quaſi impugnet Abbatem pro filiis ſpuriæ ſolet allegari, quia non deſeruit ad propoſitum: neque enim damnat Abbatem, ſed ſubterfugit, quoniam ipſe non ſcribit de legato facto ſpuriæ pro dote, ſed ſpurio pro alimentis volens, quod etiam tranſeat ad filios ſpurij, cum illos quoque auus alere teneatur ſaltem in ſubſidium, quod de filiis ſpuriæ dici non poteſt, qui debent à proprio patre, vel auo paterno ſuſtentari.

Non ſolùm autem ſpuriæ filij, vel alij hæredes excluduntur à dote prædicta, verùm neque eius maritus poteſt ex pacto, vel ſtatuto lucrari dotem, vel partem illius, quod
58 alioquin, ſi legitima eſſet, obtinere valeret. Abb. d. conſil. 115. num. 1. verſic. quoad ſecundum, lib. 2. Paleott. d. cap. 51. num. 5. latè Rim. Iun. d. conſ. 380. num. 34. 35. 36. & ſeqq. & num. 54. verſ. ex quibus, & num. 62. vbi de communi, & num. 63. 64. vbi omnia reſoluit.

Verum quia hæc ſententia non eſt tuta, aliis melius ſentientibus maritum poſſe habere lucrum dotale ex pacto,
59 vel ſtatuto, ſicut cæteri, vt per Ioan. Lopez in d. c. per veſtras, not. 3. §. 24. verſ. alio etiam, de donat. inter vir. & vxor. Rol. de lucr. dot. quæſt. 94. num. 10. 11. 12. & ſeqq. Peregr. d. tit. 18. num. 80. Surd. d. tit. 5. quæſt. 7. n. 45. 46. 47. 48. Lup. d. comm. 2. §. 1. num. 48. verſic. declaratur etiam, Giurba in conſuet. Meſſ. part. 1. cap. 1. gloſ. 3. num. 49. ideo contraria opinio non eſt tenenda, niſi in certis caſibus, velut quando filia eſt propriè ſpuria abominabilis ex coitu damnato, & punibili, quam pater tenetur dotare, non eo, quod dotem debeat, ſed quia alere debet, & coactè dotat, quia tunc mortua filia dos reuertitur ad ipſum, vel eius hæredes, cum intelligatur data pro alimentis, quæ morte illius finiuntur, ſecus eſt de filia impropriè ſpuria, quæ ſimpliciter naturalis dicitur, cui pater poteſt donare, &
60 quam tenetur dotare: ſic diſtinguit, & concordat Ioan. Lopez d. §. 24. num. 10. & viſus eſt ſentire Rim. Iun. d. loco.

Sicut etiam hæc poſterior opinio in fauorem mariti ſcripta, & docta, limitatur, vt non procedat, quando maritus ſciebat conditionem ſpuriæ, ſibi enim imputare debet, qui cum tali contraxit, & debebat cautius negotia-
61 ri: ſic etiam videtur diſtinguere dictus Ioan. Lopez in d. c. per veſtras, not. 3. §. 24. num. 3. verſic. vno tamen caſu, pulchrè Rim. Iun. d. conſ. 380. num. 68. 69. ad quod conferunt omnes ſuperius adducti: hic autem maritus præſumitur ſciuiſſe conditionem dictæ ſpuriæ, cum ſit eiuſdem patriæ, in qua etiam erat notorium dictam puellam fuiſſe ſpuriam.

Præterea limitatur eadem concluſio, quòd non procedat vbi aduerſatur ipſius dotantis diſpoſitio, vt hic, vbi pater puellæ in codicillis prædictis ſtatuit, quod dicta ſpuria ſine filiis decedente dos prædicta reuertatur ad hæredes ipſius, ob hoc enim efficitur, vt maritus puellæ penitus intelligatur excluſus à lucro dotis, ad quam hæredes vocantur, & dotis appellatione venit tota dos: argumento textus in l. legatis vxori, vbi Bart. ff. de legat. 2. 62 gl. & Bart. in l. ſi in rem, de rei vind. latè, & pulchrè Ruin. conſ. 110. num. 4. Rol. conſ. 61. num. 6. 7. & conſ. 62. num. 15. & ſeqq. lib. 3. & vbicumque tota dos eſt reſtituenda, ſemper ceſſat lucrum dotis. Rol. de lucro dot. quæſt. 38. num. 3. 4. 5. 63 & num. 15. in fin. vbi de communi teſtatur, & quæſt. 39. num. 19. & quæſt. 102. num. 10. latè Gratian. diſc. for. lib. 4. cap. 609. num. 2. licèt enim dici ſoleat, quod teſtator dotando ſpuriam præſumatur ſe conformaſſe cum diſpoſitione ſtatutorum de lucro dotis, vt per Rol. d. tractat. 64 quæſt. 84. num. 11. 14. 19. tamen hic non eſt opus coniecturis, vbi apertè diſpoſuit, quod decedente Bertha dos reuertatur ad hæredes illius.

Nec poſſumus hanc rem diuerſo modo intelligere, niſi abſurdum admittamus intellectum, vt ſcilicet ſuperflua reddatur, hæc Martini diſpoſitio, & additio, nihil enim operaretur, teſte Rol. d. conſ. 61. num. 14. 15. 16. lib. 3. quia circumſcripta etiam hac diſpoſitione certum erat reliquum dotis, dempto mariti lucro, reſtituendum fore hæredibus Martini, decedẽte Bertha ſine filiis, quia ipſa non poteſt de dote vllo modo diſponere, vel teſtari, cùm per mortem illius cauſa veniat ad non cauſam: Abb. d. conſ. 65 115. num. 1. verſ. data, lib. 2. Menoch. d. conſ. 60. n. 29. Graff. d. deciſ. 56. num. 10. & propterea vt talis prouiſio aliquid operetur, intelligenda eſt, vt etiam illa portio reſtituenda ſit, quam dubium ſubeſſe poterat, an lucro mariti cedere deberet; & ille ſibi imputet, ſi talem vxorem cum tali ote duxit, & acceptauit.

Non obſtant modò in contrarium adducta, & primò quod clara diſponentis voluntas ſit executioni mandanda. Nam reſpondetur illud procedere, ſi in diſponente ad- 66 ſit ſic diſponendi poteſtas, quia omnis actus ex voluntate, & poteſtate ſimul proficiſcitur. Cou. in c. cùm eſſes, n. 7. verſ. tertio, de teſtam. Crauet. conſ. 784. num. 8. Rimin. Iun. conſ. 297. num. 49. Farin. deciſ. 27. num. 4. in fin. centur. prima, vnde voluntas teſtatoris ſine poteſtate ſpernenda eſt, l. ſi 67 quis ſub conditione, 7. C. de condit. inſt. Abb. conſ. 41. num. 6. Crauet. conſ. 977. num. 13. Marcabr. conſ. 81. num. 63. quia nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo te- 68 ſtamento, l. nemo poteſt, ff. de leg. primo: hic autem ſatis oſtenſum eſt dictum Martinum non potuiſſe ſic diſponere, ideò non eſt curandum de illius diſpoſitione.

Neque obeſt natum ex vxorato, & ſoluta incapacem non dici, quia quoad bona patris contrarium verius eſt, 69 & receptius. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. num. 35. verſ. cum alias. Ceph. conſ. 390. num. 20. 21. Valaſc. d. conſ. 36. num. 9. Rim. Iun. conſ. 293. n. 7. Farin. deciſ. 64. n. 10. cent. 1. Lup. d. tract. de illeg. comm. 4. §. 1. num. 6.

Secundo non obſtat, quòd etiam ſpuria abominabilis dotanda ſit, ſi non habet de proprio, & ad id patrem cogi poſſe. Nam bene reſponſum eſt hoc intelligendum eſſe de dote congrua inſpecto ſtatu ſuo, non autem quod 70 poſſit dos exceſſiua illi aſſignari. Menoch. d. præſ. 96. num. 29. 30. lib. 4. Lud. d. comm. 2. §. 1. num. 45. Peregr. d. tit. 18. num. 56. 78.

Nec prædictis reſiſtit dotis legatum cenſeri pium, quia hoc procedit vſque ad congruam dotem, ſed quatenus excedit congruentiam, & incipit exceſſiua eſſe, ceſſat cauſa pietatis, & currit ſub communibus regulis: ita Corn. 71 conſ. 50. num. 6. verſ. & attento p. 1. vide Ceph. conſ. 216. n. 8. & num. 22. Odd. de reſtit. in integr. q. 59. art 5. num. 28.

Tertiò non obſtat tale legatum fuiſſe fauorabile tanquam relictũ amore Dei, & pro anima dicti Martini, quia reſpondetur nos verſari in materia prohibitiua, in qua iſte præſumitur color quæſitus, & non ſtatur aſſertioni diſponentis, quia præualet præſumptio naturalis affectionis, vt potiùs credatur ſic reliquiſſe, quia Bertha ſibi fi- 72 lia erat, quàm ratione pietatis, alioquin fraudibus nimis aperta eſſet via; & ideò non attenditur huiuſmodi cautela

cautela. Bald. conſ.8. in fin. lib.5. ad rem Socin. Iun. conſil.99. num.42. 43. lib. ſecundo. Peregr. d. tit.18. num.94. Lancellot. de Statutis, verb. Maritus, quæſt.3. num.56. videndus Cephal. conſ.216. num.6.7.17.19. Lup. d. tract. comm.2. §. 2. num.24.

Quartò igitur, & vltimò non obſtat, quod ſaltem in foro cônſcientiæ huiuſmodi legatum ſit præſtandum. Nam reſpondetur vltra alimenta maſculo decenter miniſtranda, & dotem congruam fœminæ dandam hæres Martini non teneri ad quidquam, neque in foro Cæſaris, neque in foro Dei, & tutus eſt in conſcientia: ſic
73 Couar. epitom. part.2. cap.8. §.5. num.8. & in c. peccatum, part.2. §.8. num.6. in fin. de reg. iur. in 6. Natt. conſ.402. num.57. Angel. de Clauaſ. verb. filius, num.4. in fin. Ioſeph. Angleſ. flor. qq. Theolog. quæſtione de dominio, art.3. diff.2. concluſ.2. ibi: Qua lege. Sot. de iuſt. & iur. lib.1. q.5. art.1. Graff. deciſ. aur. part.1. lib.2. cap.59. num.11. plenè Suarez de legib. libr.5. cap.9. num.2. verſic. conſentit etiam.

Et quamvis Graffius dicto loco aliud ſentire videatur de filiis nothis laicorum, quaſi illis in conſcientia debeantur legata paterna, tamen cauendum eſt hoc eſſe intelligendum de filiis propriè naturalibus, qui non
74 ſunt nati ex coitu damnato, quia iſti verè nothi dicun-
75 tur, vt latè Gabr. Paleott. d. noth. & ſpur. cap.17. num.2. 3. alioquin ſi vellemus dictum Graffij intelligere de quocumque ſpurio nato ex laico etiam vxorato, non erit vera eius aſſertio, & ei aduerſabuntur cæteri ſcribentes, quoniam ſi lege humana etiam ſpuriis laicorum dare, & relinquere veritum eſt vltra alimenta, idem erit iudicandum etiam in foro Dei, niſi in eo contrarium expreſſe inueniatur ſtatutum, quia forum Dei idem eſt cum foro Cæſaris, vbi expreſſa non apparet
76 repugnantia. Couar. in dict. cap. cum eſſes, num.27. Sanchez de matr. part.2. diſput.5. num.20. verſ. tandem: verum eſt enim quod lex humana obligat etiam in conſcientia ad illius obſeruantiam, vbi non liquet eſſe iniuſtam, & exceptà paruitatis materiæ cauſa: D. Thom.
77 1. 2. quæſt.96. art.4. Sot. de iuſt. & iur. lib.1. quæſtion.6. art.4. concluſ.1. & libr.4. art.3. ratione prima, verſ. nos autem, Graff. deciſ. aur. lib.2. cap.10. num.1. 2. part.1. Corn. conſ.137. num.4. lib.2. Cephal. conſil.521. num.3. Gratian. diſc. for. lib.4. cap.735. num.6. Suarez de legib. lib.3. cap.25. littera C. vbi de communi Catholicorum teſtatur, & littera D. vbi quod hæc aſſertio eſt de fide, vel proxima fidei. Et propterea ſi lege humana quibuſcumque ſpuriis dari vetatur, iiſdem legata denegare licebit in conſcientia.

Hæc vera ſanè cenſeo, ſed per ſententiam negotium non fuit terminatum, quoniam partes deuenerunt ad concordiam, & reductionem dotis amicabiliter fecerunt, & ſuppellectilem pro non relicta haberi voluerunt: cum res enim inter attinentes tractaretur, & caſus puellæ videretur magis miſeratione dignus, interuentu amicorum res fuit accordio ſopita magis ad fauorem ſpuriæ, quàm hæredum illius patris. Et ita, &c.

## CAPVT VIII.

### Epitome.

Emphyteuſis conceſſio an ſit nulla, ſi commiſſarij Apoſtolici excedant fines ſuæ commiſſionis, & quando tranſeat ad extraneos, vel in hæredem particularem, & quando fiat locus caducitati ob non ſolutionem canonis.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi finita per lineam extinctam Dominus eſt immittendus in poſſeſſionem.*
2 *Dominus extincta emphyteuſi acquirit etiam naturalem poſſeſſionem.*
3 *Emphyteuta non expellitur finita emphyteuſi, niſi per ſententiam iudicis.*
4 *Emphyteuſis ſi fuerit manifeſtè deuoluta, datur domino directo mandatum de manutenendo.*
5 *Emphyteuta manutenendus, ſi dubium eſt, an extincta ſit emphyteuſis.*
6 *Emphyteuſim dominus vindicans quid probare debeat.*
7 *Inueſtitura non probat dominium, & quando.*
8 *Dominium probatur per inueſtituram cunctis adminiculis.*
9 *Alienatio bonorum Eccleſiæ nulla eſt ſine vtilitate Eccleſiæ, & beneplacito Apoſtolico ſimul.*
10 *Eccleſia poteſt procurare ſolemnitatem pro contractu nullo.*
11 *Pœnitentiæ locus eſt ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum in alienationibus bonorum Eccleſiæ.*
12 *Alienatis bonis Eccleſiæ an liceat pœnitere poſt obtentum beneplacitum.*
13 *Alienans bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate poteſt proprium factum impugnare.*
14 *Factum proprium etiam iuratum poteſt impugnare alienans bona Eccleſiæ abſque ſolemnitate.*
15 *Alienatio vtilis Eccleſiæ ſuſtinetur abſque ſolemnitatibus.*
16 *Periti eligendi ſunt in alienandis bonis Eccleſiæ.*
17 *Emphyteuſis tranſiens ad extraneos non poteſt eſſe vtilis Eccleſiæ.*
18 *Alienatio bonorum Eccleſiæ debet eſſe ſimul vtilis, & ſolemnis.*
19 *Alienationes bonorum Eccleſiæ an poſſit legatus authorizare.*
20 *Legatus Bononiæ quando poſſit admittere alienationes bonorum Eccleſiæ.*
21 *Emphyteuſis pro ſe, & quibuſcumque hæredibus tranſit ad extraneos.*
22 *Clauſula,* Pro quibuſcumque hæredibus, *dicitur diabolica, & facit bona allodialia.*
23 *Alienationis bonorum Eccleſiæ commiſſarij excedentes fines mandati nulliter agunt.*
24 *Commiſſarius non poteſt recedere à forma ſuæ commiſſionis.*
25 *Procurator tenetur ſeruare formam mandati.*
26 *Emphyteuſis ſi non poterat concedi vſque ad quartam generationem, non valebit neque quoad tertiam.*
27 *Alienatio inualidatur in totum, ſi excedatur in forma ſeruanda.*
28 *Locatio bonorum Eccleſiæ vltra triennium non valebit neque quoad triennium.*
29 *Mandatum ſi excedatur, totus actus eſt nullus.*
30 *Emphyteuſis conceſſa vltra tempus permiſſum, valet ſaltem quoad tempus licitum.*
31 *Locatio vltra tres annos valet pro tribus annis in bonis Eccleſiæ, & quomodo.*
32 *Alienatio bonorum Eccleſiæ non ſolemnis an in totum annulletur.*
33 *Vtile per inutile quando vitietur.*
34 *Contractus eſt in totum nullus, ſi non poteſt valere vt agitur.*
35 *Locatio de triennio in triennium an valeat.*
36 *Emphyteuſis canon poteſt augeri à commiſſariis.*
37 *Commiſſarius pinguius adimplendo commiſſionem validè agit.*
38 *Emphyteuſis perpetua tranſit ad extraneos.*

39 *Dictio,*



39 *Dictio,* In perpetuum, *quid importet.*
40 *Emphyteuſis, an locatio ſit, quando penſio reſpondet fructibus.*
41 *Locatio perpetua tranſit ad extraneos.*
42 *Emphyteuſis impropria tranſit ad extraneos.*
43 *Iura ciuilia non ligant quoad bona Eccleſiæ.*
44 *Emphyteuſis in perpetuum prohibita eſt.*
45 *Emphyteuſis cum ſolemnitatibus poteſt dari in perpetuum.*
46 *Emphyteuſis Eccleſiæ de ſui natura non tranſit ad extraneos.*
47 *Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa in perpetuum intelligitur quoad deſcendentes.*
48 *Locatio vt dicatur, non emphyteuſis, quid requiratur.*
49 *Emphyteuſis Eccleſiæ, & locatio in perpetuum non differunt in effectu.*
50 *Locatio ad longum tempus non tranſit ad extraneos, & quando.*
51 *Fructus terræ non poteſt ſemper eſſe vniformis.*
52 *Eccleſia ſic dat in emphyteuſim, vt canon ſit æqualis fructibus.*
53 *Emphyteuſis ſit, an locatio, vnde cognoſcatur.*
54 *Licentia alienandi attendenda eſt.*
55 *Alienatio bonorum Eccleſiæ præſumitur ſolemnis ob lapſum 30. annorum, & quando.*
56 *Solemnitas alienationis non præſumitur, vbi conſtat de titulo infecto.*
57 *Solemnitas vt præſumatur ex curſu temporis quid requiratur.*
58 *Solitum per duas vices probatur.*
59 *Emphyteuſim Eccleſiæ non ſeruatur tranſire ad extraneos.*
60 *Emphyteuſis ſemel tranſiens ad extraneos ſemper fit tranſitoria.*
61 *Alienabilis facta res ad extraneos, ſemper eſt alienabilis, & quomodo.*
62 *Alienabilis facta res Eccleſiæ non durat alienabilis, ſi ceſſet cauſa.*
63 *Tranſactio valet ſuper rebus Eccleſiæ quando illa non poſſidet.*
64 *Tranſactio requirit ſolemnitates, ſicut alienatio bonorum Eccleſiæ.*
65 *Tranſactio non valet, etiamſi Eccleſia non poſſideat.*
66 *Tranſigere licet Eccleſiæ ſi res apud eam debeat remanere.*
67 *Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt nulla ob euidentem læſionem.*
68 *Læſio tribuit beneficium reſtitutionis in integrum.*
69 *Inueſtituræ tenor eſt attendendus.*
70 *Legatarius in rebus legatis eſt hæres.*
71 *Qualitas adiecta vni perſonæ non cenſetur repetita in aliis.*
72 *Inſtitutus in re certa dato alio hærede vniuerſali eſt loco legatarij.*
73 *Emphyteuſis non tranſit ad legatarium, ſeu inſtitutum in re certa.*
74 *Emphyteuſis pro quibuſcumque hæredibus tranſit etiam ad legatarium.*
75 *Emphyteuſim non poteſt habere, qui non eſt hæres.*
76 *Emphyteuſis pro hæredibus intelligitur pro hæredibus vniuerſalibus.*
77 *Dictio,* Si verò, *eſt copulatiua repetitiua præcedentium, licet ſit aduerſatiua.*
78 *Dictiones aduerſatiuæ quæ ſint, & earum effectus.*
79 *Aduerſatiua quando repetat qualitates præcedentes.*
80 *Nominare qui poteſt hæredem in emphyteuſi, non poteſt nominare Eccleſiam, ſeu potentiorem.*
81 *Emphyteuſis non poteſt alienari in potentiorem, & quis dicatur potentior.*
82 *Mons Pietatis dicitur perſona potentior, & non poteſt retinere emphyteuſim Eccleſiæ.*
83 *Emphyteuſis alienatur in potentiorem, ſi dominus eſt æquè potens.*
84 *Affectionis par cauſa tollit ſuſpicionem fraudis.*
85 *Alienatio emphyteuſis Eccleſiæ non fit in potentiorem, etiamſi dominus ſit æquè potens.*
86 *Emphyteuſim Eccleſiaſticam Collegium, ſeu Eccleſia tenetur vendere infra annum.*
87 *Permutatio bonorum Eccleſiæ poteſt fieri ſine aſſenſu Apoſtolico in Diœceſi Regij ab immemorabili.*
88 *Conſtitutio Paulina de non alienandis bonis Eccleſiæ poteſt acceptari in parte, & in parte non.*
89 *Emphyteuſis naturam accipiunt bona eius loco ſubrogata.*
90 *Emphyteuta Eccleſiæ cadit à iure ſuo ceſſans per biennium à ſolutione canonis.*
91 *Emphyteuta non cadit, niſi volente domino.*
92 *Emphyteuta non poteſt declarari caducatus à ſucceſſore domini.*
93 *Emphyteuta excuſatur, ſi non ſoluit canonem, quia ſit creditor domini.*
94 *Emphyteuta excuſatur à caducitate ex cauſa etiam iniuſta.*
95 *Emphyteuta poteſt ſoluendo canonem purgare moram etiam poſt declarationem domini.*
96 *Caducitas non declaratur à ſucceſſore domini, qui non ignorauit deuolutionem.*
97 *Emphyteuta non poteſt compenſare, niſi creditum liquidum.*
98 *Mora non poteſt purgari, vbi contractus eſt iuratus.*
99 *Emphyteuta non purgat moram, ſi iurauit ſoluere canonem.*
100 *Clauſula,* Pro iurato, *habet omnes vires iuramenti.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa bonorum, & caducitatis intentatæ à Procuratore Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. Pauli Coccapani Epiſcopi Regij, & Principis, aduerſus Perilluſtr. Dominum Herculem Boſſium, & eius filium primogenitum, conſultus quid ſentiam, prius ſeriem facti præmittere neceſſarium duxi, vt appareat, an dicto Epiſcopo competat beneficium immiſſionis ad poſſeſſionem terrarum liuelli, de quo quæritur, & ideò in facto verum eſſe ſupponitur, quod de anno 1558. Reuerendiſſimus Dominus Baptiſta Groſſus tunc Regij Epiſcopus volens dare in emphyteuſim perpetuam Domino Ioanni Paſio vnam petiam terræ de iuribus Epiſcopatus ſitam Nebiariæ pro annuo canone ſcutorum ſex auri, ipſe, & dictus Paſius ſuppliciter rogarunt Reuerendiſſimum Vicelegatum Bononiæ, vt dignaretur committere cauſam probis, & doctis viris Regij commorantibus, qui ſi compertum haberent dictam locationem cedere in euidentem dictæ Eccleſiæ vtilitatem, eidem Epiſcopo licentiam concederent faciendi dictam locationem, & Inſtrumentum cum clauſulis conſuetis, & opportunis; & fuit obtentum. Ideò Commiſſarij fabricato proceſſu, & ſeruatis ſeruandis declarauerunt locationem prædictam ſi fieret dicto Paſio in perpetuum renouandam ſingulis XXIX. annis pro eo, & hæredibus, & ſucceſſoribus illius quibuſcumque, & pro dicto annuo liuello, cedere in euidentem Epiſcopatus vtilitatem: quocirca Epiſcopus inueſtiuit dictum Paſium pro ſe, & quibuſcumque hæredibus, licet Vicelegatus conceſſiſſet tantùm pro dicto Ioanne in perpetuum.

At de anno 1566. dictus Paſius cum præſentia, & conſenſu dicti Domini Epiſcopi, & Canonicorum permutauit terras Nebiariæ, & earum loco ſubrogauit terras Cataniæ ac duas turres iuxta Cruſtumem, quæ ſunt bubulcæ quinque cum tribus quartis, eas ſupponendo eidem liuello, & de anno 1585. Reuerendiſſimus Dominus Iu-

D 4 lius

lius Maſettus Epiſcopus Regij renouauit conceſſionem,
& inueſtiuit denuo dictum Paſium, quo vita functo ſuc-
ceſſit D. Claudius Brameus, & poſt eum D. Cæſar eius fi-
lius ſine contradictione, qui etiam deceſſit relicta hære-
de vniuerſali D. Camilla Rugeria eius matre, quo ſtante
Agentes Menſæ Epiſcopalis prætendebant illam vti ex-
traneam non poſſe in hoc liuello ſuccedere, ſed inter-
uentu communium amicorum ſub die 19. Iunij 1609.
deuenerunt ad accordium, & Epiſcopus renuntiauit liti-
bus, inueſtiuitque dictam D. Camillam de terris Cataniæ
pro ſe, & eius hærede vniuerſali, ſi vnum tantum inſti-
tuerit, ſi verò plures, pro illo hærede, ad quem obueniet
prædium Cataniæ, ac pro deſcendentibus ab eo, & ſi
dictus hæres deceſſerit ſine deſcendentibus, pro illo,
quem ſubſtituerit dicta D. Camilla, & ſine linea dicti
ſubſtituti emphyteuſis reuertatur ad Eccleſiam cum me-
lioramentis factis, & faciendis ſuper dictis terris, excep-
tis melioramentis ædificiorum, & fabricarum, & loco
ſcutorum ſex ſoluantur annuatim libræ 96. Imperiales,
cum clauſula, *Accedente conſenſu Sedis Apoſtolicæ, qua-
tenus opus ſit.*

Anno autem 1617. die prima Maij dicta Camilla mi-
grauit è viuis relicto hærede vniuerſali ſacro Monte Pie-
tatis, & iure inſtitutionis relicto Cataniæ prædio dicto
D. Herculi Boſſio, qua defuncta Reuerendiſſimus D.
Claudius Rangonus Epiſcopus Regij ex decreto eius
Vicarij intrauit ad tenutam bubulcarum nouem cum
dimidia, & vnius domunculæ dictæ Cataniæ: verùm
Boſſius Romam habito recurſu obtinuit ab Auditore
Cameræ poſt longam diſputationem, & deinde à Rota
pro ſe mandatum de manutenendo, & dum Epiſcopus
ſe præparabat ad petitorium, ſeu poſſeſſorium ordina-
rium vitam cum morte commutauit, cui ſucceſſit in
Epiſcopatu Eminentiſſimus Cardinalis Eſtenſis, quo vi-
uente Dominus Boſſius defecit per aliquot annos in ſo-
lutione canonis, & eo ſublato fuit ad Cathedram Epiſ-
copalem euocatus prædictus D. Epiſcopus Coccapanus,
cuius tempore etiam prædictus Boſſius per duos annos
ceſſauit à dicta ſolutione, ſed poſtea depoſuit omnes ca-
nones, quos Iudex mandauit relaxari dicto D. Epiſco-
po in cauſam declarandam in ſententia, & tractatum
fuit etiam de accordio, ſed nihil concluſum, & pro-
pterea dictus D. Epiſcopus proſequendo poſſeſſorium
ordinarium, & petitorium coram D. Canonico Cæſare
Caſſolio Iudice partium confidente, mediante procura-
tore petiit immiſſionem, & reſtitutionem ad terras præ-
dictas, declaratione caducitatis, ſeu deuolutionis præ-
cedente.

Ex quibus omnibus quæritur, an Menſa Epiſcopalis
Regij ſit reintegranda ad poſſeſſionem bonorum prædi-
ctorum, & expulſo dicto D. Boſſio pronuntiandum ſit
bona illa eſſe deuoluta.

Et ſanè cenſeo prædicto D. Epiſcopo Regij Domino
directo harum terrarum, & ciuiliter poſſidenti dandam
eſſe bonorum de quibus controuertitur, immiſſionem ad
effectum recuperandi naturalem poſſeſſionem exiſten-
tem penes dictum Boſſium, eo quòd finita ſit linea pri-
mi inueſtiti, & extincta omnis emphyteuſis, quoniam
finita linea vocatorum, ſeu emphyteuſi ceſſante, illius
poſſeſſio ſeu eius hæredis ceſſat, quia ipſe dicitur poſſi-
dere à domino vi, clam, vel precario naturaliter, & vi-
detur dominum turbare in ciuili poſſeſſione, & tenetur
1 naturalem reſtituere, & à turbatione deſiſtere. Bart. *in l. 1.
§. fin. num. 17 ff. vti poſſid.* Bald. *in l. 1. num 38. de rer. di-
uiſ.* Iaſ. *in l. 2. num* 100. *C. de iur. emphyt.* Natt. *conſ.* 375.
*num.* 35. *lib* 2. Bero. *conſ.* 102. *num.* 43. *& ſequentibus,
lib.* 1. Ioſeph. Ludouicus *deciſ. Peruſ.* 17. *num.* 10. *& ſeq.*
Menoch. *de retinend. poſſeſſ. rem.* 3. *num.* 22. Honded. *con-
ſil.* 21. *num.* 18. 19. 20. *lib* 2. & hoc ſæpius cenſuit Rota,
vt *in vna ciuitatis Caſtelli bonorum, Nouembris* 1589.
*coram Pamphilio,* & *in vna Aſſiſienſi bonorum, Iunij* 1627.
*coram Virili,* & *in vna Arimin. deuolutionis,* 16. *Februa-
rij* 1609. *coram Sacrato,* de qua Marcheſan. *de commut.
app. in cauſ. penſ. p.* 1. §. 1. *fol.* 566. & latè hoc probat Franc.
Cald. *tract. de iur. emph. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 17. vbi in-
quit, quod finito tempore, ſeu generatione, ad quam fuit
facta conceſſio liuellaria, prorſus ipſa conceſſio ceſſat,
& dominium vtile conſolidatur cum directo, & natura-
lis poſſeſſio confunditur cum ciuili; hoc enim caſu non 2
dicitur noua acquiſitio, ſed recuperatio, & reuerſio
rei ad ſuam originem, & primitiuum ſtatum; non licet
tamen hoc caſu domino directo propria auctoritate em-
phyteutam putatiuum expellere, quia hic declaratum
fuit dicto D. Herculi competere mandatum manutentio-
nis pro ſua naturali poſſeſſione; ſed quia Epiſcopus ad-
iuit iudicem ad vindicandam emphyteuſim in poſſeſſo-
rio ordinario, vel petitorio, debet parte citata eius ex-
pectare ſententiam, & interim nihil attentare, donec
lis pendet, ad textum *in l. 1. & 2. C. vt lit. pend.* Bald. 3
*in l. 2. quæſt.* 10. *C. de ſeru. & aqu.* & *in l. ædem, col. pen.
C. locat.* & *in l. 1. de execut. rei iud.* Iaſ. *in l. ſi arbitrio,
num.* 6. *C. de ſatiſd. cognition.* Franc. Cald. *de iur. emphyt.
d. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 45. *in fine.*

Nam vbi certum eſt lineam eſſe finitam, & euidenter
conſtat de deuolutione, tunc dominus directus debet
manuteneri in poſſeſſione etiam in iudicio poſſeſſorio
ſummariiſſimo. Honded. *d. conſ.* 21. *num.* 19. Rota *in dicta* 4
*Regienſi bonorum.* Verùm ſi deuolutio non ſit clara, &
probabiliter de ea poſſit dubitari, tunc datur in ſumma-
riiſſimo manutentio naturaliter poſſidenti quoad poſſeſ-
ſionem naturalem, & domino directo quoad ciuilem,
vt ex Corn. *conſ.* 193. *num.* 3. *lib.* 3. Gabriel. *conſ.* 67. *nu-
mer.* 17. *lib.* 2. Rota *in vna Romana deuolutionis,* 18. 5
*Aprilis* 1616. & *in dicta Regienſi bon.* 15. *Martij* 1630.
*coram Coccino,* & *in dicta Arimin. deuolut.* 16. *Febr.* 1609.
*coram Sacrato,* vt apud Marcheſ. *de commiſſ. d. part.* 1. §.
1. *fol.* 566. vt hic factum eſt pro D. Boſſio, ideò procu-
rator menſæ Epiſcopalis propoſuit poſſeſſorium ordina-
rium, & petitorium, & ſeparauit ad oſtendendum de
requiſitis neceſſariis pro liquidando fine emphyteuſis,
quæ tria eſſe ſolent, ſcilicet probatio domini, emphy- 6
teuſis deuolutio, & identitas bonorum, vt dixit Rota
*in dicta Regienſi bonorum,* 15. *Martij* 1630. *coram Coc-
cino.*

Et ſanè de primo ſufficienter conſtat, quia licet ſola
inueſtitura non ſoleat ſufficienter probare dominium,
quod non probatur per inſtrumentum locationis, ad 7
textum *in l. ad probationem,* vbi Bald. *in verb. quæro, C.
locat.* Dyn. & Bart. *in l. legata inutiliter, ff. de adim. le-
gat.* Spec. *in titulo de locat.* §. *nunc aliqua, verſ.* 52. *num.* 66.
72. Alex. *conſ.* 12. *num.* 4. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 47. *num.* 6.
*lib* 1. Barbat. *conſ.* 8. *num.* 20. *verſ. & quiſpiam, lib.* 2. Maſ-
chard. *de probat. verb. dominium, concluſ.* 542. *num.* 3.
10. Cyriac. *controu.* 178. *num.* 63. *lib.* 1. qui id procede-
re dicunt, etiamſi agatur de probando dominio Eccle-
ſiæ, & maximè quoad tertium: tamen iunctis aliis ad- 8
miniculis, quæ ſunt in propoſito antiquitas temporis,
renouatio inueſtiturarum, continuatæ canonis ſolutio-
nes, enuntiatiua partis aduerſæ in pluribus occaſioni-
bus, tunc vtique per inueſtituram probatur Eccleſiæ,
ſeu domini directi dominium. Bart. *in d. l. ad probationem,
C. locat.* Dec. *in l. patri furioſo, in fin. ſi cert. pet.* Alex.
*d. conſ.* 12. *num.* 1. & *conſ.* 8. *num.* 1. *lib.* 7. Soc. *conſil.* 89.
*num.* 11. *verſ. ſecundò, lib.* 1. Maſcard. *d. concl.* 542. *num.*
11. 12. Menoch. *conſ.* 409. *num.* 14. 15. 16. Velaſc. *de
iur. emphyt. quæſt.* 9. *num.* 16. 17. Cyriac. *d. controu.* 178.
*num.* 17. *lib.* 1. Farin. *deciſ.* 193. *num.* 1. *verſ. fallit,* & *n.* 2.
*part.* 2. & Rota *in vna Ferrarienſi bon. de Naſellis,* 7. *Iunij*
1627. & meliùs Rota *in dicta Regienſi bonorum* 15. *Mar-
tij* 1630. *verſ. & quantum, coram Coccino.* Et cùm hæc
conſtent ex inſtrumentis, & ſcripturis, non eſt ampliùs
inſiſtendum.

Secùndum autem requiſitum, quod ſcilicet finita ſit
generatio primi inueſtiti, vel quod ſit deuoluta emphy-
teuſis,



teuſis, ſecum portat omnem difficultatem: verùm om-
nia, quæ ex aduerſo adducuntur, facilè etiam tolluntur.
Et ſanè in primis pro Eccleſia dici poſſet conceſſionem
prædictam in emphyteuſim fuiſſe ab initio nullam, &
inualidam, tanquam factam ſine licentia Pontificis, eo
quòd in alienatione bonorum Eccleſiæ etiam vtili pro
ea requiritur non ſolum iuſta cauſa, ſed etiam ſolemnitas
9 copulatiuè beneplaciti Apoſtolici, ad textum *in extrauag.
Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand.* Bald. *conſ.* 166.
*num.* 4. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 142. *col.* 2. Pariſ. *conſ.* 24. *col.* 1.
*lib.* 4. Tuſch. *littera A, concluſ.* 273. *num.* 1. Magon. *de-
ciſ.* 69. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 75. *num.* 9. Re-
doan. *de rebus Eccleſ. non alien. rub.* 19. *à num.* 174. *vſque ad
num.* 209. Rot. *diuerſ. deciſ.* 896. *part.* 3. Theſaur. *for. Eccleſ.
cap.* 15. *num.* 74. Farin. *deciſ.* 430. *num.* 1. & *deciſ.* 473. *num.* 3.
*part.* 2. Ricc. *in prax. reſol.* 12. *num.* 1. Quarant. *verb. alienatio,
num.* 84. Barboſ. *de offic. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 2.
Bonacin. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 7. *part.* 4. *num.* 10. qui
dicunt, quod ſi contractus Eccleſiæ in alienando fiant
ſine ſolemnitate, eſſe inualidos, & ſi Eccleſia vult illis
ſtare, poteſt etiam inuito contrahente procurare expe-
ditionem ſolemnitatum, quia non ſufficit vtilitas Ec-
cleſiæ ſine ſolemnitate: & expenſis conductoris, ſeu
10 emphyteutæ procurabitur beneplacitum. Ricc. *in prax.
reſol.* 25. *num.* 4. locus tamen erit pœnitentiæ reſpectu
Eccleſiæ ante beneplacitum obtentum; Rector enim,
ſeu Prælatus poterit reuocare ſuam conceſſionem, an-
tequam ſuperueniat Pontificis approbatio: per ea, quæ
11 dixit Abb. & Card. *in c. ſuper eo, de condit. appoſit.* Pu-
teus *deciſ.* 353. *num.* 1. *lib.* 1. Achil. *deciſ.* 2. *de pact.* Ca-
putaq. *deciſ.* 12. *part.* 3. Rot. *diuerſ. deciſ.* 573. *num.* 2. *p.* 1.
Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. & fuit deci-
ſum à Rota ſub die 3. Martij 1578. in vna Pampilo-
nenſi, & in vna Comenſ. locationis, 20. Martij 1600.
coram Pamphilio, vt teſtatur Marcheſan. *de commiſſ. ti-
tulo de Signatura Gratiæ, part.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *fol.* 107. Be-
nè verum eſt, quod non liceret pœnitere poſt obtentum
12 beneplacitum etiamſi nondum commiſſarij tuliſſent ſen-
tentiam confirmationis, ad tradita per Bald. *conſil.* 475.
*num.* 7. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 129. *lib.* 1. Ceph. *conſil.*
91. *num.* 9. *lib.* 1. & cenſuit Rota *in vna Leodienſi dom.* 10.
*Martij* 1576. & aliàs ſæpe, ſecundùm Mareſcott. *dict.
cap.* 14. *num.* 1. *verſic. tamen.* Deficiente ergo ſolemnita-
te, & beneplacito adeò eſt nulla alienatio bonorum
13 Eccleſiæ, vt non ſolum ſucceſſores in beneficio, ſed etiam
ipſe Prælatus alienans poſſit contrauenire, ſi vult, &
expedit, & factum proprium impugnare, ad textum *in
c. fin. de exceſſ. Prælat.* Abb. *in cap.* 2. *verſic. fin. de iure-
iur.* Viu. *deciſ.* 186. *num.* 8. & Schrader. *de feud. part.* 10.
*ſect.* 20. *num.* 210. *volum.* 1. Rot. *in nouiſſ. part.* 1. *deciſ.* 14.
*num.* 3. Cald. *de iur. emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 32. Mo-
hed. *deciſ.* 9. *de locat.* aliàs 250. Garc. *de benef. part.* 2.
*cap.* 1. *num.* 86. 87. 88. vbi concludit, quòd alienans po-
terit contrauenire etiamſi contractum iuraſſet obſerua-
14 re, quia iuramentum non firmat contractum illicitum,
& inualidum.

Et propterea ceſſat motiuum, quòd in hac cauſa fa-
ciebat D. Phœbus Denadius olim Conſiliarius Ducis
Mutinæ, dicens, quòd diſpoſitio Extrauag. *Ambitioſæ,*
ceſſat, quando contractus eſt celebratus in vtilitatem
Eccleſiæ, & hoc conſtat, vt ſupponebat, quia tunc ſuſti-
netur abſque alia ſolemnitate, quoniam ſic habemus
15 finem, qui requiritur in alienationibus bonorum Eccle-
ſiæ, ex Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.* 36.
*num.* 6. *cum ſequent.* & *num.* 13. latiſſimè Gramm. *conſil.
ciuil.* 28. & Add. ad Redoan. *quæſt.* 35. *in princ.* plures
congerit Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 74. Maſ-
card. *d. conſ.* 75. *num.* 7. Nam hìc deficit fundamentum
iuris, & facti, ſiquidem negatur vtilem fuiſſe aliena-
16 tionem, neque probatur id eſſe notorium, vt ſupponi-
tur, & licet requireretur peritorum electio, qui iudi-
carent ſuper vtilitate Eccleſiæ, Ang. & alij *in* §. *quod
autem, in Auth. de non alien. bon. Eccleſ.* Abb. & Felin. *in
c. cæteri, de probat.* tamen hic vacat, & vtilitas proban-
da eſt per allegantem. Ricc. *in prax. in princ. verbo Cau-
ſæ, num.* 4. & verè non poteſt iſte contractus dici vtilis
Eccleſiæ ſi verum erit, quòd tranſeat etiam ad extra-
neos, quia emphyteuſis non eſt ampliùs reuerſura ad
eam: ita poſt Dec. *conſ.* 142. *ſub num.* 5. *verſ. non obſtat,*
Corn. *conſil.* 222. *vol.* 2. Monald. *conſ.* 121. *vol.* 1. Ricc. 17
*in prax. reſol.* 10. *num.* 1. *verſ. limita*; quæ ſufficiunt ad
tollendum motiuum, ſed hodie de hoc non eſt amplius
dubitandum, quia Rota canonizauit opinionem, non
ſatis eſſe contractum eſſe vtilem, niſi etiam adſit ſo-
lemnitas debita, & ideo ab hac opinione in praxi non eſt
recedendum. Franch. *deciſ.* 35. Magon. *deciſ.* 69. *num.* 4.
Rot. Peruſ. Caual. *deciſ.* 16. *num.* 27. *& ſeq. de contract.* 18
*lib.* 1. Bald. *deciſ.* 210. Quarant. *d. verb. alienatio, num.* 84.
Farinac. *deciſ.* 430. *num.* 1. *part.* 2. latè Ricc. *in prax. re-
ſol.* 7. *num.* 3. vbi oſtendit ita ſolere Rotam iudicare.
Garc. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 76. Prax. Archiepiſc.
Neapol. *cap.* 75. *num.* 2.

Hic autem deficit quidem beneplacitum Apoſtolicum,
ſed quia interuenit auctoritas Vicelegati Bononiæ, au-
getur dubium, an conceſſio prædicta emphyteuſis poſſit
impugnari: nihilominus adhuc videtur dicendum, quòd
Legatus etiam de latere non poſſit alienationes bonorum
Eccleſiæ authorizare. Villadiego *tract. de Legat. quæſt.* 11. 19
& Anton. de Prætis *in tract. de iur. Epiſc. defenſ. cap.* 5.
Garz. *d. tract. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 76. *verſ. hodie*: benè
verum eſt, quod dicitur nunc, & eo tempore, etiam
Legatum habuiſſe ſpeciale mandatum Pontificis autho-
rizandi dictas alienationes, dummodo reditus, & fru-
ctus illarum non excedat annuum valorem ducatorum
quinque auri de Camera, ſed hic vbi ſoluitur canon 20
ſcutorum ſex auri, datur exceſſus prædictus, & ſic ceſſat
authoritas Legati: & licet tunc ſcutum partes æſtimaue-
rint libris ſex, hoc factum eſt, quia iuſtum erat illius
pretium, quo tempore etiam ducatus valebat leuiori
pretio, quàm nunc faciat.

Sed ne dicere cogamur Vicelegatum feciſſe, quod fa-
cere non poterat, quia veriſimilius eſt habuiſſe priuile-
gia ſufficientia, concedamus fuiſſe ſuffultum ſpeciali
Pontificis facultate, adhuc omnia fuerunt nulliter acta,
quia ille Prælatus precibus ſupplicantium reſcripſit ter-
ras prædictas dari poſſe in emphyteuſim perpetuam D.
Paſio cum clauſulis ſolitis, & opportunis, & nihilominus
Commiſſarij, quibus negotium demandauerat, cum
clauſula, *Si in euidentem,* fines ſui mandati excedentes
conceſſerunt fieri liuellum dicto D. Paſio in perpetuum
pro ſe, & quibuſcumque hæredibus; nam in ſua conceſ-
ſione poſuerunt clauſulam, *Pro quibuſcumque hæredibus,*
quæ facit emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam, ad
textum *in cap. 1. de feud. non habent. propr. nat.* Bald. *in l.* 1. 21
*quæſt.* 24. *ff. de rerum diuiſ.* Rom. *in l. etiam, in princ. ff.
ſol. matr.* Vrſill. *dec.* 335. & *deciſ.* 338. Cald. *de iur. emphyt.
lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 45. 46. Ricc. *in prax. reſol.* 117. *num.* 2. 3.
Curt. Iun. *conſ.* 4. *per totum.* Grat. *conſ.* 60. *num.* 13. *lib.* 1.
Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 9. Seraph. *deciſ.* 188. *num.* 3. hæc
enim dicitur clauſula diabolica, quia facit bona allo- 22
dialia. Borgn. *deciſ.* 45. *num.* 37. 43. 83. *part.* 1. Franc. de
Cald. *de iur. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 37. *in fin.* & ideò
cùm dicti Commiſſarij exceſſerint mandatum Vicelega-
ti, nullum fuit quod per eos geſtum eſt, vt in termi-
nis dixit pulchrè Ricc. *in prax. reſol.* 109. per totum, vbi 23
reſoluit omnia, & caſum noſtrum determinat formiter,
ideo placeat actori eum videre, vbi docet etiam, quòd
ſola clauſula, *In perpetuum,* non importat perpetuitatem,
niſi in deſcendentes.

Et ſanè id iuſtum eſt, quia Commiſſarius non poteſt
recedere à forma ſuæ commiſſionis, & ſi excedat, nulliter
agit, ad textum *in c. per tuas, de arb. c. cùm dilecto, de reſcr. c.* 24
*porrò,* & ibi gl. *de priuileg. c.* 1. *de off. deleg. in* 6. Rot. *diuerſ.
deciſ.* 30. *p.* 1. Ferret. *conſ.* 248. *col.* 2. Amad. *in titulo quæſt.
feud.*

feud.dar.poſſ.num.149.Add.ad Menoch.conſ.172.num.39.
lib.2.Ricc. d. reſol.109.num.4. Farinac. deciſ.430. num.2.
part.2. in tantum, quod non ſolum ſeruanda ſit com-
miſſio, ſed etiam qualitas commiſſionis, c. cùm veniſſent,
& ibi Bald. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. Curt. ad Alex. in l.
tranſactionis, C. de tranſact. Ricc. reſol.81. num.2. Pariſ.
conſ.41. num.13. lib.4. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien.
titulo de cauſ. vtil. num.204. & cenſuit Rota in vna Pa-
pienſi tenutæ, 27. Iunij 1596. coram Seraphino: ſicut eodem
modo procurator tenetur ſeruare formam, & qualitatem
mandati, & ſi faciat contra, præter, citra, vel vltra manda-
25 tum etiam in modico, actum non ſubſiſtit, cap. Piſauri,
vbi Abb. in 6. not. de reſtitut. ſpoliat. l. item eorum, §. ſed
ſi ita, vbi Bart. ff. quod cuiuſque vniuerſ. Iaſon. in l. ſi pro-
curator, num.3. C. de procurat. Pariſ. conſ.47. num.43. 49.
50. lib.1. Becc. conſ.158. ſub num.28. Borell. conſilio 17.
num.20. Surd. conſ.105. num.27. Mantic. de tac. & amb.
conuent. lib.7. titulo 15. ſub num.8. Cyriac. controu.278.
num.5.6.7. & ſequenti, part.2. qui materiam exaggerat.

Propter quod dici poteſt, quod non ſolum inualida
ſit talis extenſio ad hæredes extraneos vltra fines man-
dati producta, ſed etiam principalis diſpoſitio, quia vni-
cus eſt contractus, quod non recipit diuiſionem, & vtile
per inutile vitiatur, quia contractus ſunt indiuidui, &
quod pendet à voluntate duorum, ſi non valet vt agitur,
nec valet vt valere poteſt, & propterea ad rem noſtram
ſi emphyteuſis concedatur vltra tempus permiſſum, ve-
lut ſi ad tertiam generationem ſtipulari debeat, & ta-
men fiat ad quartam, tunc neque valebit quoad tertiam
26 vt probat textus in §. emphyteuſim, & in §. ſi verò in per-
petuum, in Auth. de non alienand. rebus Eccleſ. & in d.
Extrauag. Ambitioſæ, dum inquit locationem aliter fa-
ctam nullius eſſe roboris, & in Clement.1. de rebus Eccl.
non alienand. Roman. conſ.66. pulchrè Afflict. deciſ.107.
num.2. verſ. Maior pars, & ad rem Bart. in Auth. qui
rem, num.7. vbi Iaſ. num 21. C. de ſacroſ. Eccleſ. Lap.
alleg.80. Imol. in l. quod dicitur, in fin. ff. de verb. oblig.
Bald. in l. quæcumque, num.1. C. de bon. quæ liber. & Alex.
conſ.17. num.10. lib.4. Iaſ. in l.1. §. ſi quis ita, num.23.
27 ff. de verb. oblig. Couar. var. reſolut. lib.2. cap.16. num.5.
verſ. tandem, fusè Becc. conſ.92. num.22. lib.1. Ricc. in
prax. reſolut.58. num 6. vbi etiam inquit, quod ita cen-
ſuit Rota in vna Corton. reſciſſionis locationis, 26. Ianu.
1590. coram Orano: & iterum ſic iudicauit Rota apud
Marcheſan. d. loco, part.1. cap.2. num.1. fol.107. in vna
Comenſi locat. 20. Martij 1600. vbi dicitur, quod ſi fiat
locatio ad tres annos, & deinde de triennio in triennium,
erit penitus nulla etiam quoad primos tres annos, &
28 plures ad rem allegat Garz. de benefic. part.2. cap.1. nu-
mer.55. vſque ad num.92. vbi inquit, quod hæc ſenten-
tia ſibi placet, & quod iam magis communis cenſenda
eſt, quia Rota illam ſequitur, quæ ex ſe facit commu-
nem opinionem. Ricc. in prax. reſolut. 102. num.6. vbi
teſtatur de magis communi. Cui ſimile eſt, quod dici-
tur de mandato, quia ſi quid fiat vltra mandatum etiam
in modico, actus erit nullus non ſolum in exceſſu, ſed
etiam in totum, ita vt mandans non tenebitur ad alicu-
29 ius partis obſeruantiam, vt probatur in l. diligenter, in
princ. ff. mandat. Bald. in l.2. num.69. C. de hæredit. act.
Brun. in tract. de form. titulo de potentia, & eff. form.
verſic. quartus, Pariſ. d. conſ.47. num.45. lib.1. Lancellott.
conſ.53. num.21. Borell. conſ.47. num.29. 35. Archil. Pedroc.
conſ. vnic. de interpret. contract. num.119. 120. 131. 154.
176. 748. & Cyriac. controu. 278. num.8. 9. 10. 11. 12.
& ſeq. vbi exornat lib.2.

Negari tamen non poteſt, quin multi etiam aliter
ſenſerint, putantes verius eſſe, quod ſi fiat emphyteu-
ſis vltra tempus permiſſum, ſaltem validam eſſe quoad
licitum, & propterea emphyteuſim conceſſam in quar-
tam vel quintam generationem, ſaltem validam eſſe
30 quoad tertiam, textus in §. quod autem, in Auth. de non
alienand. rebus Eccleſ. Molin. de primog. Hiſp. lib.1. cap.21.
num.34. Grammat. deciſ.72. num.2. Franc. Cald. de iur.
emphyt. lib.4. cap.1. num.43. Barboſ. de offic. Epiſcop.
part.3. alleg.95. num.9. & num.15. verſic. id ipſum.

Sicut etiam voluerunt verius eſſe, quod locatio bono-
rum Eccleſiæ facta vltra triennium valida remaneat
quoad tres primos annos, quia tempus eſt diuiſibile, &
in diuiduis vtile per inutile non vitiatur. Ita Bald. in Au- 31
thent. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. Eccl. Caſtr. in Auth. qui
rem, vbi Iaſ. num.21. Dec. num.22. 23. C. eod. Aret. in
l.1. §. ſed ſi mihi, col.6. ff. de verb. oblig. Alex. conſil.38.
num.5. lib.2. Tiraquell. de retract. lib.2. §. fin. num.144.
Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.6. & in §. feudum, quæſt.13.
Molin. d. cap.21. num.28. verſic. contrarium, Tuſch. verb.
locatio, concluſ.406. in princ. Quarant. d. verb. alienatio,
num.18. Vgolin. de offic. Epiſc. cap.14. §.7. num.5. verſ.
quartò, Barboſ. d. alleg.95. num.8.

Ideò ſtante hac contrarietate multi putauerunt eſſe
diſtinguendum de re diuidua, & indiuidua, vt ſcilicet vbi
tempus licitum poteſt ſeparari ab illicito, tunc valida
ſit alienatio pro tempore permiſſo, & vitietur quod 32
non permittitur, & ſic pactum ſeparabile non permiſ-
ſum pro caſſo habeatur, & in cæteris validus remaneat
contractus, ideoque locationem factam vltra triennium
ſuſtineri intra tempus licitum, ſi merces aſſignetur
ſingulis annis, & ſecus eſſe, ſi vnico pretio fiat locatio
pro omnibus annis: ita diſtinguunt poſt Cou. Gramm.
Velaſc. & alios Garz. d. tractat. de benef. part.2. cap.1.
num.63. & multis ſequentibus, pulchrè Gutierrez. can.
quæſtionum lib.2. cap.13. num.7. Barboſ. de offic. Epiſcop.
d. allegat.95. num.11. 12. & ſequent. qui rem exornant,
& rationibus firmant.

Aliqui etiam diſtinguunt inter contractum locatio-
nis, & emphyteuſis, vt in illo nullitas reſpiciat totum
contractum, in iſto vtile per inutile non vitietur: ſed
hæc diſtinctio reprobatur, cum non poſſit dari ſuffi- 33
ciens ratio diuerſitatis inter iſtos duos contractus, vt
benè docet Couar. var. reſol. lib.2. cap.16. num.5. verſ.
verò, ibi: Ego profectò, quem ſequitur Redoan. de re-
bus Eccleſiaſtic. non alienand. quæſtion. 58. numero 39.
& numero 40. in fin. Garz. dict. tractat. part. 2. cap.1.
num.48.

Verùm ſicut iſta diſtinctio non ſuſtinetur, ſic neque
prima, quia vnicus eſt contractus, & non poteſt com-
modè fieri ſeparatio, credendum eſt enim contrahentes
non aliter, vel non ſic fuiſſe contracturos, niſi pro om-
ni tempore; intereſt enim partis, quod locatio tanto
tempore duret, vel emphyteuſis tranſeat ad multas ge-
nerationes; ideo non habita ratione illius diſtinctionis 34
cenſendum eſt contractum eſſe penitus nullum, etiamſi
pro tempore permiſſo fiat vltra fines permiſſionis, quia
in obligationibus duorum, ſi actus non valet vt fit, nec
poteſt valere eo modo quomodo fieri poteſt. Bart. in l.1.
§. ſi quis ita, ff. de verbor. obligat. Rom. d. conſil.66. Re-
doan. d. quæſt.58. num.34. vſque ad num.39. Molin. de
contract. quæſt.66. & 77. Tiraquell. de retract. lignag. §.
23. gl.1. num.13. Afflict. deciſ.107. num.2. verſic. Maior
pars, de communi teſtatur Gratian. diſc.715. num.16.
17. lib.4. Bonacin. de contract. diſp.3. quæſt.8. part. 4.
num.32. de magis communi Ricc. in prax. reſolution.102.
num.6. Marcheſ. d. loco, fol.107. qui dicunt bis fuiſſe ita
iudicatum in Curia Romana, ſcilicet in vna locationis
Brixienſ. 5. Decembr. 1594. coram Peña, & in dict. Co-
menſi locationis, 20. Martij 1600. coram Pamphilio, &
ſæpius in aliis cauſis: ad rem Mareſcot. lib.2. reſol. 25.
num.9. 10. 11.

Et propterea non benè fecit Garz. d. tract. de benef. p.2.
cap.1. num.64. vbi damnauit opinionem Rotæ, quæ ex ſe
facit communem opinionem: etenim non attenditur, an
poſſit res diuidi, ſed an contrahentes fuiſſent aliter con-
tracturi, quàm modo ab eis electo; & non fuiſſe aliter
contracturos eſt præſumendum, ſi aliquo modo ſua in-
terſit. Gutierrez. can. qq. lib.2. cap.13. num.11. & ſanè ſi vo-
lumus



lumus ſequi opinionem Rotæ, non eſt poſſibile adhære-
re prædictæ diſtinctioni, quia apertè loquitur in locatio-
35 ne indiuidua, ſcilicet ad tres annos, & poſtea de triennio
in triennium, & dicit non valere locationem etiam quo
ad primos tres annos, vt apud Marcheſ. d. loco, fol.107. Ma-
reſcot. lib.2. reſol.25. num.8. 9. 12. & ſeq. Gratian. d. cap.715.
num.16. Bonac. de contract. diſp.3. quæſt.8. part.4. num.32.
Bene verum eſt, quod circumſcripta opinione Rotæ
multùm mihi placeret illa ſententia diſtinguens de rebus
diuiduis, & indiuiduis; nihilominus non eſt diſcedendum
in iudicando ab opinione Rotæ, quæ eſt magis commu-
nis. Verùm in propoſito noſtro concedere poſſumus va-
lidam fuiſſe emphyteuſim quoad D. Paſium primum ac-
quirentem, & eius deſcendentes, cùm iam ſit finita eius
linea, nullam verò extitiſſe reſpectu extraneorum, qui
vocantur per clauſulam, Pro quibuſcumque hæredibus,
de qua non fecit mentionem Vicelegatus, ſed tantùm
Commiſſarij.

Non poterant enim Commiſſarij excedere fines man-
36 dati, niſi ad fauorem Eccleſiæ; namque ſi fortè pinguius
impleuiſſent ſuam commiſſionem, velut augendo cano-
nem, tunc conceſſio eſſet valida, eo, quòd quando com-
miſſio pinguis adimpletur pro Eccleſia, vel pro eo, pro
quo actus geritur, non dicitur Commiſſarius excedere
37 fines mandati, ad textum in l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi man-
dauit, ff. de acquir. hæred. Alex. in l. puberem, C. de iur. deliber.
Iaſ. in l. ſi procurator, num.5. C. de procurat. ad rem Seraph.
deciſ.1307. num.9. Farin. deciſ.293. num.2. part.2. Ricc. in
prax. reſol.91. num.5. vbi hanc rem repetit, & examinat,
& contraria ſoluit.

Huic autem motiuo pars aduerſa reſpondebat ſatis
fuiſſe, quòd in commiſſione dictum fuerit, & conceſſum
38 emphyteuſim eſſe dandam in perpetuum prædicto D.
Paſio, quia hæc dictio, In perpetuum, importat, quòd
emphyteuſis tranſeat ad extraneos, alioquin non eſſet
perpetua: ita probat textus in §. licentia, & in §. vltimo, &
§. neque, in Auth. de non alienand. rebus Eccleſ. & in §. adeò,
Inſtit. de locat gl. in Auth. ſi quas minùs, vbi DD. C. de ſa-
croſ. Eccleſ. Abb. conſ.74. num. 3. lib.1. Soc. conſ.266.
num.37. verſ. ſecundò præmiſſa, lib.2. Anchar. conſ.443.
num.8. Caſtr. conſ.237. num.2. lib.1. Bald. conſ.372. lib.4.
Crott. conſ.146. num.9. lib.1. Port. conſ.41. num.18. Re-
doan. de rebus Eccleſ. non alienand. circa princ. §. ſimi-
liter, num.4. Gabriel conſ.76. num.7. lib.1. inquiens, quòd
39 propter verbum, In perpetuum, actum cenſetur, vt nullo
tempore res ad Eccleſiam reuertatur.

Vlteriùs reſpondebatur, quòd hic canon, & annua
penſio correſpondebat fructibus rei locatæ, & ideò po-
40 tiùs dicenda erat locatio, quàm emphyteuſis. Cagnol.
in l.2. num.203. C. de reſcind. vend. Theſaur. deciſ.20.
num.5. Anch. Regienſis, quæſt.28. num.4. part.3. Clar.
in §. emphyteuſis, quæſt.1. verſ. & aduerte, Bellon. conſ.21.
num.5. quod procedit, etiamſi dictum fuerit, quòd ſit
emphyteuſis, quia adhuc erit locatio. Ruin. conſ.107. ad
fin. lib.4. Si autem eſt locatio perpetua, ergo tranſit etiam
41 ad extraneos. Ceph. conſ.9. num.12. Viu. deciſ.496. n.2.
part.3. Grat. conſ.128. num.8. lib.2. Rol. conſ.96. num.24.
& ſeq. lib.1. Ruin. conſ.161. num.22. 25. lib.1. vbi inquit,
quòd opinio eorum qui dicunt emphyteuſim Eccleſiæ
non tranſire ad extraneos, procedit in vera, & propria
emphyteuſi, pro qua ſoluitur quid minimum, non au-
tem in locatione in perpetuum, & hanc diſtinctionem
42 probat Rim. Iun. conſ.44. num.38. & conſ.461. num.25.
Becc. conſ.3. num 24. Iaſ. in Auth. qui rem, num.3. C. de
ſacroſ. Eccleſ. Ruin. conſ.77. num.7. lib.1. Neuiz. conſ.92.
num.45. Surd. deciſ.197. num 2. Gabriel conſ.76. num.15.
lib.2.

Sed iſta nihil nocent, nihil obſtant, & propterea quo-
ad caſum noſtrum pro manifeſto ſuppono, quòd iura
ciuilia non valent allegari contra Eccleſiam ex defectu
poteſtatis in ſtatuente, qui non habet ius in Eccleſias,
& earum bona, ſed tantùm ius canonicum, ad textum
in c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi Abb. Dec. Felin. & Docto- 43
res, de conſtitutionibus, Alex. conſ.189. lib.2. Borgn.
deciſione 46. num.24. part.1. DD. in l. omnes populi, ff. de
iuſtitia, & iur. & in Authent. caſſa, Cod. de ſacroſanct.
Eccleſ. Maſcard. de ſtatut. interpret. concluſ. prima, nu-
mer. 2. 3. & ſequenti. Tuſch. littera E, concluſione 162.
num. 5.

Deinde etiam pro certo habendum eſt, quod iure ca-
nonico, & etiam ciuili prohibetur alienatio, & in em-
phyteuſim conceſſio in perpetuum de bonis Eccleſiæ, §.
ſi in emphyteuſim, in Auth. de rebus Eccleſ. non alienand. 44
& cap.2. extr. eod. gl & DD. in l. etiam, ff. ſol. matr. Alex.
conſil.120. num.7. volum.1. Bald. in l.2. C. de iur. emphyt.
Dec. in c. in præſentia, num.1. de probat. & conſ.171. in fin.
Gozad. conſ.39. col.2. Ruin. d. conſ.167. col.3. in princ. Tuſch.
littera E, concluſ.162. num.4. 5. pulchrè Ricc. in prax. re-
ſol.109. num.1. & per totam, vbi reſoluit contraria; qui di-
cunt emphyteuſim Eccleſiaſticam non poſſe ita concedi
in perpetuum, vt tranſeat etiam ad extraneos. Benè verum
eſt, quòd ſi apertè diceretur in conceſſione, & paciſcere- 45
tur, vt poſſent eſſe perpetua, & ad extraneos tranſitoria,
& id firmaretur auctoritate Apoſtolica, & debita ſolem-
nitate, tunc quia non eſt dubitandum de authoritate
Pontificis, valida eſſet conceſſio, quia emphyteuſis, ſicut
feudum, eſt capax pactorum, etiam extraneorum ab eius
natura. Ita Abb. Imol. & Felin. in d. c. in præſentia, de probat.
Corn. conſ.100. in princ. lib.4. Soc. conſ.266. lib.2. Ang.
Aret. conſ.124. num.22. & ſeq. & de magis communi Alex.
conſ.9. num.9. lib.2. Grat. conſ.55. num.28. lib.1. Ceph.
conſ.9. num. 8. 9. lib. 1. Ruin. conſ.117. num.16. libr. 1.
Couar. var. reſolut. lib. 2. cap.17. num. 5. verſ. tertiò.
Franc. Cald. de iur. emphyt. lib.2. quæſt.23. num.43. verſ.
nam quemadmodum, & num. 46. Tuſch. littera E, con-
cluſ.162. num.23. Seraph. deciſ.868. num.3. Mareſc. lib.2.
reſol.76. num.37.

Verùm vbi non eſt in ſpecie conceſſum, certum eſt de
iure Canonico emphyteuſim Eccleſiaſticam non eſſe de
ſui natura ad hæredes extraneos tranſitoriam, & ſi in ea 46
vocentur hæredes, id eſt intelligendum de hæredibus ſan-
guinis inueſtiti, & acquirentis, non de extraneis, gloſſ. &
DD. in d. l. etiam, ff. ſol. matr. d. §. licentiam, in Auth. de non
alien. Imol. in l. ex facto, ff. de hær. inſtit. Barbat. conſ.63.
col. antep. lib.1. Alex. conſ.22. num.2. lib.5. Dec. conſ.471.
col.1. Curr. Iun. conſ. 130. col. 1. Ruin. conſ. 158. col. 2.
lib.1. Soc. Iun. conſ.11. in primo dubio, vol.3. Gozadin.
conſ.39. num.6. Rim. Iun. conſ.437. num.3. 4. Caſtr. con-
ſil.189. lib.2. Crem. ſingul.116. Vos ſcitis. Clar. in §. em-
phyteuſis, quæſt.28. verſ. tertius eſt caſus, de vera, & ma-
gis communi Cald. de iur. emphyt. lib.2. quæſt.23. num.40.
42. Peregr. de fideicomm. art.32. num.51. 52. Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed.3. num.82. Borgn. deciſ.30. num.98.
part.2. Valaſc. de iur. emphyt. quæſt.39. num.9. Fuſar. de ſubſt.
quæſt.339. num.33. Ricc. in prax. reſol.109. num.1. Caputaq.
deciſ.304. lib.1. pulchrè Seraph. deciſ.868. num.3. Lu-
dou. deciſ.529. num.1. Grat. deciſ.56. num.16. Mar. Ant.
reſol.21. num.24. lib.1.

Et ideò etiamſi in impetratione aſſenſus Apoſtolici
dicatur emphyteuſim eſſe dandam dicto D. Paſio in per- 47
petuum, adhuc ſecundum magis communem DD. opi-
nionem huiuſmodi verbum intelligitur ſolùm de perpe-
tuitate deſcendentium, non autem quoad extraneos,
quia hoc eſt de natura rei, & talis præſumitur mens
Pontificis, ne Eccleſiam ponat in ſtatu nunquam re-
cuperandi bona liuellata: ſic probatur per textum in §.
licentiam, iunct. §. emphyteuſim, in Authent. de non alie-
nand. Bald. in l. etiam, ſol. matr. Ioan. And. Abb. & Dec.
in d. c. in præſentia, de probat. vbi etiam Imol. & Ang.
in d. §. emphyteuſim, Crem. d. ſingul.116. Alex. conſ.9.
num.12. 13. lib.2. Dec. conſ.141. num.5. & conſ.170. num.6.
Gozad. conſ.39. num.8. verſ. non obſtat. Ruin. conſ.161.
col.3. lib.1. Bero. conſ.27. num.7. lib.3. Cald. d. lib.2. quæ-
ſtion.23. n.40. & pulchrè, & de magis communi Ricc. in
prax.

prax. reſol.109.num.8. & poſt reſol.119. in notabilib. verſ.
Eccleſia concedens, Mareſcott. var.reſol.lib.2.c.76. num.33.
35.& ſeq.
Secundò igitur non obſtat motiuum, quòd ſit locatio,
quia penſio annua correſpondet fructibus, quoniam
multis modis reſpondetur tam in iure, quàm in facto, eo
quod non ſit verum, penſionem eſſe fructibus corre-
ſpondentem, cùm nunc percipiantur ſcuta ferè quin-
quaginta, & canon ſit de ſcutis ſex, vel libris 96. ad hoc
enim vt locatio dicatur, non ſufficit, ſi ab initio canon
48 fructibus reſpondeat, vt inquit pulchrè Mareſcott. var.
reſol. lib.2.cap.76. num.11. in fin. & ſeqq. quem ſolum vi-
dere ſufficit; dicit enim quòd bona, quæ dantur ad me-
liorandum, fertiliora ſolent fieri; & ideò canon, qui
ab initio fructibus reſpondebat, procedente tempore ſit
paruus, vt hic euenit.
Deinde reſpondeo, quòd in rebus Eccleſiæ non diffe-
runt emphyteuſis, & locatio perpetua, ſeu ad longum
49 tempus quoad effectum, quia ſemper transfertur vtile
dominium, & vtraque cadit ſub nomine alienationis; &
propterea à iure prohibentur, & ſi fiant, requiritur ea-
dem ſolemnitas. Textus eſt in Concil. Trident. ſeſſ. fin.
cap.11. verſ. locationes, & in d. extrau. Ambitioſæ, de reb.
Eccleſ. non alien. Clem.1. verb. locationes, & ibidem Card.
ad fin. eod. DD. in §. adeo, Inſt. de locat. Iaſ. in Auth. qui
rem, col.3. C. de ſacroſ. Eccleſ. Benincaſ. in §. omnium,
num.42. Inſt. de action. Syluan. conſ.47. num.4. Bertrand.
conſ.311. num.4. lib.4. & conſ.126. in princ. lib.2. Ruinus
conſ.57.n.1. & conſ.161.n.22.lib.1. Tiraq. lib.1.de retract.
§.1. gl.14.num.84. Valaſc. de iur. emph. lib.1. quæſt.29.
num.8.19. verſ. & placet. Cald. eod. tract. lib.2. quæſt.23.
num.49. Ricc. in prax. reſolut.98. num.1. & reſolut.105.
num.2. & propterea locatio ad longum tempus non tran-
50 ſibit ad extraneos, ſicut nec emphyteuſis, ſicut dixit Va-
laſc. d. quæſt.29. num.8. & alij, cùm non detur congrua,
& ſufficiens ratio diuerſitatis.
Et licet aliud ſentiat Cald. d. tract. lib.2. quæſtion.23.
num.51. non tamen audet reſpondere Concil. Trident.
d. cap.11. & loquitur in ea locatione, in qua non ſolùm
ab initio, ſed per futura tempora penſio non eſt minima,
ſed correſpondet fructibus, quia tunc læſio non cadit in
eo contractu, & ſi qua eſt, erit minima, & propterea tunc
ſua non intereſt, ſi tranſeat ad extraneos; quod tolera-
bile eſt, ſed vix dari poteſt huiuſmodi caſus, vt in per-
petuum vniformis ſit fructuum perceptio, adeo, vt non
incidamus in aliquem exceſſum augmenti, vel diminu-
51 tionis, vt vidimus his temporibus peſtis, & belli, vbi
in aliquibus locis non percipitur quarta, vel tertia pars
fructuum, & emolumenti ex terris, quod haberi ſole-
bat, vt benè iſta conſiderat Mareſcott. d. lib.2. cap.26.
num.14.
Denique reſpondetur hanc eſſe verè emphyteuſim,
non locationem, etiamſi fructus eſſet æqualis penſioni,
52 quia Eccleſia ita ſolet in emphyteuſim dare, vt canon
ſit æqualis fuctibus, alioquin non cederet in euidentem
Eccleſiæ vtilitatem. Capyc. deciſ.182. in princ. Gabriel
dicto conſ.84. num.12. lib.2. Franch. deciſ.191. num.10.
& deciſ.235. num.2. Surd. deciſ.198. num.22. Mareſc. d.
cap.76. num.28. & propterea cum hic contrahentes hunc
contractum nominauerint, & in eius exordio quid-
quam non ſoluerint, & res ad meliorandum data ſit, &
53 bona liuellata non eſſent ſterilia (tantùm enim ſolum
infœcundum conceditur pro minimo canone) idcircò
propter magnitudinem penſionis contractus in hoc ca-
ſu non deſinit eſſe emphyteuticus. Natt. conſ.41. n.14. &
ſeq. & per totum, Surd. deciſ.198. num.24. Alciat. conſ.
265. per totum, Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can.
ampl.12. Burſat. conſ.11. num.22 Ioſeph Lud. concluſ.22.
Theſaur. deciſ.20. num.9. pulchrè Mareſcott. d. cap.76.
num.10. 11. & per totum, lib.2. vbi latè reſpondet ad
omnia; non ergo attendi debet, an hæc emphyteuſis
tranſeat ad extraneos, quia in licentia alienandi id non
conceditur: ſic reſpondet Seraph. d. deciſ.868. num.3. 54
Mareſc. d. cap.76. num.36.
Reſpondebat ſecundò pars aduerſa, quod ob lapſum
30. annorum omnia cenſenda ſunt ſolemniter acta, adeò
vt præſumatur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum,
& quæcumque ſolemnitas, etiamſi de ea non appareat, 55
dummodo conſtet de obſeruantia contractus, vt hic:
Alex. conſ.12. num.7. & conſ.17. num.8. lib.4. Dec. con-
ſil.341. num.13. Apoſtil. ad Alex. conſ.219. num.13. lib.1.
Gozad. conſ.73. num.21. Curt. Iun. conſ.100. num.31. &
conſ.313. num.97. lib.3. Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.13.
num.9. 10. Seraph. deciſ.792. num.1. vbi de communi
opinione; & deciſ.1042. num.2. Marc. Ant. reſolut. 21.
num.11. lib.1.
Nam reſpondetur id fortè procedere, quando non
appareret de ſolemnitate, ſeu licentia, & titulo infecto,
cuius vigore contractus fuit celebratus, ſed quando ap-
paret de titulo infecto, ſeu de ſolemnitate vitioſa, aut
conceſſione Apoſtolica inualida, vt hic, quia Commiſſa-
rij exceſſerunt fines mandati, tunc ex curſu temporis
non præſumitur conceſſio valida, ſeu ſolemnis, ſed con-
ceſſio conſideratur cum ſuo defectu, quia in incertis tan-
tùm eſt locus coniecturis, non in claris, vbi conſtat de ti- 56
tulo infecto. Pariſ. conſ.27. num.119. lib.1. Crau. conſ.134.
num.44. Bell. conſ.20. num.9. verſ. tertium fundamentum.
Honded. conſ.31. num.38. & conſ.72. num.28. Marcabrun.
conſ.14. n.123. & conſ.46. n.51. Mareſcot. d.c.13. n.5. 6. 7. 8.
Ricc. in prax. poſt reſol.95. in notabilibus, verſ. quintò, pul-
chrè Seraph. deciſ.1235. num.4 Farin. deciſ.430. num.3.
part.2. & ita ſæpiùs iudicauit Rota. Marc. Ant. reſol.21.
num.13. verſ. replicatum, lib.1.
Deinde antequam præſumatur ſolemnitas ex curſu
temporis, multa ſunt conſideranda in hoc propoſito
alienationis bonorum Eccleſiæ; quia primò deducen-
dum eſt tempus vitæ Prælati alienantis, obſeruantia 57
contractus debet eſſe clara, & plenè probata, & vni-
formis, adeo vt initium 30. annorum non poſſit ſumi
ab inueſtituris anterioribus, quando ſunt diuerſæ ab
vltima, vt fuit reſolutum in vna Carpenſi, ſeu nullius bo-
norum, 13. Maij 1602. coram Ludou. vt habetur pe-
nes Mareſcott. d. lib.1. reſol.13. 14. 15. 16. 17. vbi hæc
omnia reſoluit Barboſ. dict. allegation. 95. numero 72.
in fin.
Tertiò reſpondebatur, quod in hac cauſa Vicelegatus
non ſolùm dederat licentiam Commiſſariis concedendi
emphyteuſim dicto Paſio in perpetuum, ſed etiam
cum clauſulis ſolitis, & opportunis; & allegabatur tunc
temporis fuiſſe ſolitum concedere bona Eccleſiæ in em-
phyteuſim etiam pro extraneis, ad quod probandum
ſufficit oſtendere duas ſimiles conceſſiones ad hoc, vt di-
catur conſuetum. Bart. in l. mella, §. ſed alimenta, ff. de alim.
& cibar. legat. Bero. conſil.142. num.1. vol.3. Marc. Ant. 58
reſolut. 25. num.16. part.1. & Vicelegatus dixit etiam,
quod Commiſſarij poſſent confirmare inſtrumentum fa-
ciendum, & omnia in eo continenda licita, & hone-
ſta. Vnde cùm illi approbauerint, quod in inſtrumen-
to ponatur clauſula, Pro quibuſcumque hæredibus, quæ
facit emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam, Peregr.
de fideicommiſſ. artic. 32. numero 54. ideò non videtur
dicendum, quod Commiſſarij exceſſerint finem man-
dati.
Sed replicatur, quod Vicelegatus appoſuit dictas clau-
ſulas fauore Eccleſiæ, & ad eius bonum, & commodum,
& cum clauſula ſemper, Si in euidentem vtilitatem, ideo nō
debet retorqueri in odium. Et quod non poteſt dici pa-
ctum ſolitum, & licitum, per quod emphyteuſis tranſeat
ad extraneos, cum id ſit à iure prohibitum, & repugnet
naturæ emphyteuſis Eccleſiaſticæ, Peregr. d. art.32. n.52.
Ricc. d. reſol.109. n.1. Mareſcott. d.c.76. num.33. 35. & non 59
probatur ſolitum de huiuſmodi tranſitu, quia contrarium
ſeruatur. Bald. in Auth. ſi quas minas, C. de ſacroſ. Eccleſia:
& ſi vna inueſtitura id admitteret, centum poſſent oſten-
di,



di, quibus hoc repugnaret, debet autem attendi id, quod
fit, vt in pluribus.
Dicebatur etiam, quod dicta emphyteuſis facta ſit
tranſitoria ad extraneos, eò, quod peruenerit ad manus
D. Camilli Bramei, qui non erat de deſcendentibus dicti
D. Paſij, & propterea poterit tranſmitti etiam ad alios
60 extraneos. Ruin. conſil.161. n.33. lib.1. Gabr. conſ.76. n.16.
lib.2.
Sed reſpondetur id procedere, quando ſemel facta
eſt emphyteuſis alienabilis, & ad extraneos tranſitoria
cum ſolemnitatibus; tunc enim abſque ſolemnitate po-
61 teſt taliter alienari, ſecus vbi non eſt alienata prima vi-
ce cum debita ſolemnitate. Alex. conſ.189. col.6. vol.2.
Dec. conſil.88. vol.1. Rol. conſil.1. num.85. lib.1. Redoan.
de reb. Eccl. non alien. rub.33. Afflict. deciſ.305. n.9. Franc.
Leon. in theſ. for. Eccl. cap.15. num.3. Gonz. ad reg.8. gl.6.
num.124. Rot. diuerſ. deciſ.360. num.13. part.1. Seraph. de-
ciſ.1490. num.3. Graſſ. deciſ.3. n.14. de reb. Eccl. non alien.
Ricc. in prax. reſol.110. num.1.2. Barb. de off. Epiſc. part.3.
alleg.95. numer.32. hic autem iſta emphyteuſis peruenit
ad dictum D. Camillum potiùs de facto, & ex qua-
dam tolerantia, quàm quod ſeruata fuerit aliqua ſo-
lemnitas.
Deinde illud procedit, ſi adhuc duret prima cauſa
conceſſionis, & vtilitatis Eccleſiæ; tunc enim ſemel res
facta alienabilis, dicitur ſemper talis: verùm ſi ceſſet
illa prima cauſa, velut ſi res ſterilis iam ſit ad culturam
redacta, & quod erat parui emolumenti, iam multum
fructum afferat, tunc ſine noua cauſa, & noua ſolemni-
62 tate res non poteſt alienari, ſi de nouo ad Eccleſiam re-
uertatur. Abb. in cap. vt ſuper eo, num.11. de rebus Eccl. non
alien. Redoan. d. tract. quæſt.12. num.57. 58. Leon. d. cap.15.
num.3. Prax. Archiep. Neapol. cap.60. num.6. verſ.1. Ricc.
in prax. reſol.5. num.2. 3. Graſſ. deciſ.4. de locat. Rot. in Rom.
domus, 29. Nouemb. 1587. coram Blanchetto. Barboſ. d. al-
leg.95. num.33. 34. Quarant. verb. alienatio, num.39. Seraph.
d. deciſ.1490. num.7 in fin. hic autem ceſſat cauſa vtilita-
tis Eccleſiæ, quia canon erat ſolùm ſcutorum ſex, & ta-
men quando tranſiuit ad extraneos, fructum faciebat vſ-
que ad ſcuta 30. vel 40. circiter: ergo.
Quintò dicebatur ex aduerſo, quod nullus remanebat
dubitandi locus, quin valida eſſet conceſſio propter trāſ-
actionem ſequutam inter D. Camillam Brameam, & D.
Epiſcopum Rangonum; etenim valet tranſactio facta ſu-
per rebus Eccleſiæ ſine ſolemnitate, quando Eccleſia non
poſſidet, & per tranſactionem non priuatur poſſeſſione
63 bonorum, ſecus eſt ſi poſſideret. Ita Crauet. conſil.197.
num.7. Rebuff. in compend. alien. num.21. Quarant. verb.
alienatio, num.20. & num.43. verſ. duodecimo, Seſſe Aragon.
deciſ.121. num.12. Barboſ. d. alleg.95. num.63. Menoch.
conſ.508. num.17. lib.6. & de arbitr. iud. caſ.171. num.74.
Odd. de fideicomm. per prohib. alien. in d. quæſt.19. num.173.
Surd. conſ.418. num.18. & conſ.451. n.25. lib.7. Rol. conſ.15.
num.44. lib.1.
Verùm reſpondetur id verum non eſſe, quia hæc tranſ-
actio eſt inualida iiſdem rationibus, quibus prima con-
ceſſio; etenim in eam influit etiam defectus primæ inue-
ſtituræ; ſicut enim non valet alienatio bonorum Eccle-
64 ſiæ, ita etiam non valet tranſactio abſque debitis ſolem-
nitatibus, & beneplacito Apoſtolico. Textus eſt in c. ve-
niens, de tranſaction. & in d. extrau. Ambitioſæ, ibi: Omne
pactū, de reb. Eccl. non alien. DD. in l.1. C. ſi aduerſ. tranſact.
Bart. conſ.159. lib.1. Add. ad Alex. in l. prima, litt. B. C. de
tranſact. Corn. conſ.207. num.1. verſ.10. Dec. conſ.37. n.43.
lib.1. Rol. conſ.15. vol.1. Antonin. lib.1. var. reſol. cap.26. Re-
doan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.2. cap.1. num.2. Theſ. for.
Eccl. d. cap.15. num.81. Peregr. de fideicomm. art.40. n. 123.
Molin. de primog. Hiſp. lib.4. cap.9. num.20. latè Gratian.
diſc.846 num.6. Ricc. in prax reſol.43. num.1.2. vbi inquit
Rotam Romanam ſæpius ita iudicaſſe, alioquin eſſet fa-
cile litem aliquam procurare, & poſtea tranſigere, &
ſic inuentus eſſet modus alienandi bona Eccleſiæ ſine
ſolemnitate, vt inquit Redoan. d. quæſt. 2. cap.1. nu-
mer.10.
Nec eſt verum, quod quando bona dimittuntur penes
alium, valeat tranſactio, tanquam dicantur nunquam ab
Eccleſia poſſeſſa, quia verius eſt, & receptius, quòd im-
mò etiamſi res ſit penes aduerſarium, & in tranſactione
agatur, vt apud illum remaneat, non valeat tranſactio ſi-
ne ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Ec- 65
cleſiæ, quia hæc dicitur alienatio, & qui rem ſuam penes
alium exiſtentem apud eum dimittit ex titulo habilli ad
transferendum dominium, dicitur verè dominium trans-
ferre, licèt rem non trādat. Gloſſ. in l. cùm hi, §. ſi vni, in ver-
bo, tranſactione, ff. de tranſact. Bart. in l. nulli, & ibi pulchrè
Iaſ. num.2. ff. eod. Tiraq. de retract. lign. §.1. gl.14. num.66.
verſ. tamen ego, & num.67. 68. Pinel. in l.1. part.3. num.46.
verſ. quod validè, C. de bon. matern. Ceph. conſ.133. num.91.
pulchrè Peregr. de fideicomm. art.40. num.124. Redoan. de
rebus Eccl. non alien. quæſt.2. cap.1. n.2. verſ. ſed per alium,
Capyc. deciſ.156. num.15. 16. Molin. de primog. Hiſp. lib.4.
cap.9. num.27. Veral. deciſ.106. part.1. Iſern. in tract. practi-
cab. Eccl. quæſt.395. Coccin. deciſ.301. num.1. Beltram. ad
Ludouiſ. deciſ.418. num.17. latè Gratian. diſc.846. num.11.
12. 13. 14. lib.5. Ricc. in prax. reſol.43. num.2. verſ. amplia. Et
propterea inualida eſt tranſactio non accedente conſen-
ſu Summi Pontificis, & benè fecit dictus D. Epiſcopus
reſeruando beneplacitum Apoſtolicum, quia ſine eo non
poterat ſic tranſigere. Benè verum eſt, quòd ſi in tranſa-
ctione conuentum fuiſſet, vt res penes Eccleſiam rema- 66
neret, tunc vtique valeret tranſactio, quòd aliquid in
pecunia daretur aduerſario. Iaſ. in d. l. nulli, num.2. ff. de
tranſact. Tiraq. d. gl.14. num.68. Redoan. d. quæſt.2. cap.1.
num.2. Pinel. dicto loco, Peregr. d. art.40. num.124. Ricc.
d. reſol.43. num.3. verſ. limita, Gratian. d. diſc.846. num.8.
Deinde reſpondetur dictam tranſactionem eſſe ob
euidentem læſionem penitus inualidam, quia tempore
quo tranſactum fuit, terræ liuellatæ fructificabant ſcu-
ta 40. circiter, & tamen canon fuit auctus ſolùm ad li-
bras 96. monetæ Imperialis; & ideò cùm læſio excedat
dimidium iuſti pretij, contractus eſt inualidus, & Ec-
cleſia ad terras ceſſas reſtituenda, etiamſi talis alienatio 67
fuiſſet à commiſſario Pontificis vigore gratiæ, ſi in eui-
dentem, confirmata: poſt Dec. conſ.142. Monald. conſ.33.
Menoch. conſil.115. Rot. diuerſ. deciſ.181. num.4. part.1.
Ricc. in prax. reſol.13. num.3. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ.112.
num.2. part.1. & Rota in cauſa Lucana bonorum 15. Ianu.
1571. coram Lancellotto. Sicut etiam laicus reſtituitur in 68
contractibus ob magnam læſionem, l.2. C. de reſc. vend.
Bart. in l. ſi quis cùm aliter, de verb. oblig. Dec. conſil.597.
num.10. Grat. conſ.88. num.3. lib.1. Pinel. in d. l.2. part.1.
cap.4. num.12.
Sed eſto, quòd valida eſſet tranſactio, tamen cùm de-
functa ſit dicta D. Camilla, & D. Boſſius non fuerit illius
hæres vniuerſalis, quoniam ſolùm iure inſtitutionis ſit
relictum eſt prædium Cataniæ dato alio hærede vniuer-
ſali, ſequitur quòd ipſe non poſſit peruenire ad dictam
emphyteuſim, quæ vigore renouationis inueſtituræ cum
dicta D. Camilla debebat tranſire ad hæredem tantùm
vniuerſalem; forma enim inueſtituræ eſt attendenda, & 69
qui ex ea ſe vocatum dicit, debet probare, quòd habeat
omnes eius qualitates: ad textum in l.1. & fin. C. de iur.
emph. Seraph. dec.1249. num.1. Cald. de iur. emph. lib.2.
quæſt.22. num.11. verſ. reſoluens, & num.24.
Verùm reſpondebat pars aduerſa, quòd legatarius in
rebus ſibi legatis dicitur in effectu, & propriè heres, adeo
vt diſpoſitum in hærede habeat locum etiam in legatario
quoad res legatas, etiam in materia ſtricta; & ideò etiam 70
emphyteuſis Eccleſiæ tranſit in legatum, ad textum in l.
id tempus, ff. de vſucapion. & in l. in conuentionibus, de verb.
oblig. pulchrè Curt. Iun. conſ.55. n.11. Iaſ. conſ.92. n.5. lib.1.
Cald. de iur. emph. lib.2. q.22. num.11. in fin. Gratian. diſc.
724. n.14. lib.4. Fuſar. de ſubſtit. q.341. n.7. Farin. deciſ.261.
num.2. part.1. Et non eſt repetenda illa dictio, vniuer-
ſali,

ſali, in caſu noſtro, quia qualitas adiecta vni perſonæ
71 regulariter non cenſetur repetita in aliis perſonis. De-
cian. conſ.1.num.144.lib.2. & illa interpretatio ſumenda
eſt, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, l. quoties, ff. de
verb.oblig.

Sed reſpondetur, quòd inſtitutus in re certa dato alio
hærede vniuerſali habetur loco legatarij, & non poteſt
72 dici hæres, niſi impropriè, adeo, vt detrahere nequeat
Falcidiam, vel Trebellianicam, ſed potiùs ab eo deduca-
tur, quia in eo locum habent omnia de legatariis diſpo-
ſita, etiamſi in quota fuerit inſtitutus, ad textum in l.quo-
ties, vbi Iaſ. num.3.C. de hær.inſtit. & in l. ex facto, ff. eod.
Gl. in l.quoties, C.fam.erciſc. Abb. in cap. Raynutius, n.27.
de teſtam. Corn. conſ.40. num.7.lib.3. Pariſ. conſ.17.n.25.
lib.2. Soc. Iun. conſ.49. num.16. lib.3. Crau. conſil.131.
num.13. Ceph. conſ.153.num.64. Decian. conſ.18.num.25.
lib.2. Menoch. conſ.401.num.141. Peregr. de fideicomm.
art.3.num.7.8.9.10.11. Tuſch. littera I. concl.232. num.1.
2.3.4.5. Gratian. diſc.771.num.16.17. lib.4. Iacob. Caual.
dec.177.n.4.

Et ideò ſi emphyteuſis alicui ſit conceſſa pro ſe, &
hæredibus ſuis, illa dato alio hærede vniuerſali non po-
terit tranſire ad legatarium, ſeu in re certa inſtitutum,
73 quia verè non eſt hæres: pulchrè Alex. in l. quædam, §.
nihil, n.7.verſ. tamen pater, ff. de edend. Salic. in l.2.q.10.
C.de iur. emph. Ang. in l. Gallus, §. etiam, col. pen. ff. de
liber. & poſthum. Alex. conſ.44. num.2. verſ. poteſt etiam,
lib.1. & conſ.128. num.8. lib.1. Rip. lib.2. reſp. cap.26.
num.18. de communi Couar. var.reſ. lib.2. cap.18. n.5.
Bero. conſ.107. num.4. lib.1. Rim. Sen. conſ.453.num.9.
lib.3. Franc. de Cald. tract. de iur.emph. lib.2. quæſt.9. n.1.
in fin. & num.3. in fin. & quæſt.24.num.1. Honded. conſ.92.
num.17. lib.1. Fuſar. de ſubſtit.q.341.n.11.verſ. & in em-
phyteuſi, Burſat. conſ.137. n.44.lib.2.

Non obſtant allegata in contrarium, quia procedunt
in caſu, quando emphyteuſis, ſeu feudum fuit acquiſitum
pro ſe, & quibuſcumque hæredibus; tunc enim pro-
74 pter illud verbum vniuerſale, quod immutat etiam na-
turam feudi, ſeu emphyteuſis, etiam extranei vocati di-
cuntur, & illi quoque impropriè dicuntur hæredes, vt
legatarij: & ſic loquitur in his terminis Bald. in cap. im-
perialem, in princ. in 4.vol. col.5. verſ. ſed quid, de prohib.
feud. alien. per Feder. Curt. Iun. conſ.1 num.1.2.3.4. Alex.
in l.quod dicitur, col. pen. ff.de verb. oblig. pulchrè Bero.
d.conſ.107. num.4. vol.1. Honded. d.conſ.92.num.19.lib.1.
Burſat. conſ.137. num.44.45.46. lib.2. Franc. de Cald. de
iur.emph. lib.2.quæſt.23.num.39. & quæſt.24.num.2. & ſeq.
Sed ſic eſt, quòd in caſu noſtro non fuit dictum pro
quibuſcunque hæredibus, ſed pro hærede vniuerſali, ſi
vnus erit, & ſi plures, pro eo, cui obueniet prædium
Cataniæ: hoc autem relictum fuit dicto D. Boſſio, qui
non eſt hæres: ergo neque poteſt habere hanc emphy-
75 teuſim, l. emphyteuſim, in Auth. de non alien. Bald. in l.ta-
le pactum, §.fin. ff. de pact. Alex. in d.l. quædam, §. nibil, n.7.
76 Iaſ. in d.l.2.num.188.C.de iur. emph. vbi enim emphyteu-
ſis ſtipulatur hæredibus, intelligendum eſt de vniuerſa-
libus. Burſat. d. conſ.137. num.44.lib.2. Cyriac. controu.
128. num.66. lib.1. Iacob. Caual. d. deciſ.177. num.5. &
hoc modo intelliguntur Farinacius, & alij ſuperiùs al-
legati, qui licet non ſic clarè in multis locis loquantur,
quia tamen allegant DD. qui loquuntur in caſu, quando
ſunt vocati quicumque hæredes, ipſi quoque eodem
modo ſunt intelligendi. Grat. diſc.706.num.55.lib.4.

Verùm in fortioribus terminis nos verſamur, vbi ap-
paret in tranſactione fuiſſe conuentum, quod hæres, ad
quem hæc emphyteuſis peruenire debeat, ſit vniuerſalis:
clarè enim cantant verba tranſactionis, & inueſtituræ fa-
ctæ ad fauorem dictæ D. Camillæ de prædictis terris ſti-
pulantis pro ſe, & eius hærede vniuerſali, ſi vnum tan-
tùm inſtituerit, ſi verò plures, pro illo hærede, ad quem
obueniet prædium Cataniæ; nam certum eſt hæc verba
eſſe ſemper intelligenda de hæredibus vniuerſalibus,
quia illa dictio aduerſatiua, ſi verò, habet vim copulandi,
& inducit repetitionem præcedentis qualitatis, quando 77
ponitur in eadem oratione nondum perfecta; licèt ſe-
cus eſſet, quando poneretur inter duas orationes perfe-
ctas, & diſtinctas: ita per textum in l.Seiæ, §.Caio, ff. de
fund.inſtruct. Bart. in l.Lucius, §.quæ habebat, num.3.ff. ad
S.C.Trebell. Bald. in l.omnes populi, num.72.ff. de iuſt. & iur.
Alex. in l.filius à patre, col.5. de liber. & poſthum. Ruin.
conſ.176. num.8. lib.2. Iaſ. in l. tranſigere, num.19. C. de
tranſact. Soc. Iun. conſ.83.num.10.lib.1. Crauet. conſ.208.
num.5. Menoch. conſ.76. num.6. Peregr. de fideicomm.
art.16. num.91. Mantic. de coniect.vlt.vol. lib.10. tit.6.
num.17.25. Leand. Galganet. tract. de condit. & dem. p.2.
cap.1.quæſt.18.num.5. & num.36.37. qui dicunt, quòd
dictiones iſtæ, Sed, Verò, Autem, & ſimiles, quæ ſunt 78
ſui naturâ aduerſatiuæ, inducunt repetitionem qualita-
tum præcedentis diſpoſitionis in ſequentem. Tuſch. lit-
tera R. concl.186.num.35.

Non obſtant ex aduerſo deducta, quia hîc non ac-
commodantur, vbi non adeſt aduerſitas perſonarum, &
procedere poſſunt, vbi aduerſatiua cadit inter duas ora- 79
tiones perfectas diuerſas, vel inter res diuerſas, & vbi
ratio recti ſermonis repetitionem non patitur; tunc enim
facienda non eſt. Bart. in d. l. Lucius, §. quæ habebat,
num.3. in fin. Soc. Iun. conſil.144. num.40.42. vol.3.
Tuſch. d. concluſ.186. num.52. Peregr. d. art.16.num.91.
Seraph. deciſ.120. numer.3. Ludouiſ. deciſ.225.num.9.10.
Hîc autem ſi volumus verba intelligere ſecundum ſen-
ſum germanum, non poſſumus dicere, quin de hærede
vniuerſali tranſigentes voluerint intelligere.

Neque dici poteſt, quòd igitur Mons Pietatis habe-
bit hanc emphyteuſim, quia ipſe fuit hæres vniuerſalis
dictæ D.Camillæ, ad quem tranſeunt omnia iura, & 80
actiones, & permittitur ex inueſtitura, quòd hæres vni-
uerſalis capiat hanc emphyteuſim. Quia reſpondetur,
quòd illa facultas nominandi hæredem intelligitur de
hærede ſimilis conditionis, cuius erat nominans, non ta-
men poterit nominari perſona priuilegiata, ſeu poten-
tior, qualis eſt clericus, ſcholaris, Eccleſia, & in pro- 81
poſito noſtro locus pius, & Collegium Vniuerſitatis. Ita
ex Bald. Auth. quas actiones, num.13.verſ. tertio modo, C.
de ſacroſ.Eccl. Gl. in cap.potuit, in verbo prohibentur, de lo-
cat. Salic. in l.fin. col.3. verſ. quæro modò, vbi Iaſ. num.97.
C.de iur. emph. Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. ſub
num.36. verſ. nec obſtat, ff. de damn. infect. Grat. conſ.80.
lib.1. Ruin. conſ.143. num.10. verſ. ſecundò etiam, lib.1.
Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt.79. cap.9. n.4.5.27.
Corbul. de cauſ.priuat.ob alien.ampl.12.num.2. Harprect.
ad Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.6.num.14. Franc. de Cald.
de iur.emph. lib.3.cap.1. num.4. vſque ad num.16. pulchrè
Ludouiſ. deciſ.529. num.5.6. & ſeqq. Laderch. conſ.19.
num.3. Cyriac. contr.205.n.9.10. lib.2. Farinac. deciſ.368.
num.1. lib.1. Maſtril. deciſ.118.num.2.18.

Nec dubitandum eſt, quin Mons Pietatis vti Colle-
gium pium, vbi interueniunt laici, & Eccleſiaſtici, ſit
potentius, & priuilegiatum, ad effectum, de quo quæri- 82
mus. Aldobr. conſ.40. ſub num.2. Simon de Præt. conſ.54.
num.4. Harprect. ad Clar. d.quæſt.6. num.14. Ludouiſ. d.
deciſ.529. num.7. Cald. d.lib.3. cap.1.num.13. in fin. Cy-
riac. controu.205. num.9. lib.2. qui loquitur de Monte
Pietatis.

Neque dicetur, quòd Epiſcopus dicitur tantumdem
potens, vel fortè potentior, & ideo quando emphyteuſis
tranſit ad æquè potentem, ſicut dominus directus, tunc 83
nulla eſt prohibitio, quia tunc ceſſat ratio prohibitionis,
& domini directi detrimentum. Salic. in d. l. fin. vbi Iaſ.
num.99. C.de iur.emphyt. ex Bald. in l. 2. vbi Salic. C. ne 84
lic.potent. etenim par affectionis cauſa ſuſpicionem frau-
dis amouet, ad textum in l.non ſolùm, ff. de rit.nupt.

Nam reſpondetur id non eſſe verum, quia potentior
nominari non poteſt, ne quo modo, ſi rem vendicari
oporteat, vel penſionẽ exigere, deterior ſit directi domi-





ni conditio, quòd eueniet, etiamſi pars ſit potentiæ do-
minus, vnde neque ad Eccleſiam poteſt fieri iſte tranſi-
85 tus, & maximè quia ſi ad manum mortuam, vt eſt Col-
legium, tranſiret, nunquam ad Eccleſiam emphyteuſis
reuerteretur; ideo adhuc dicendum eſt durare prohibi-
tionem. Natt. conſ.491. ſub num.9. & ſeqq. Corbul. d.
ampl.12. in fin. Ludouiſ. d. deciſ.529. num.15. Cald. de
iur. emphyt. lib.3. cap.1. num.17. in fin. vbi etiam inquit,
quod Iaſ. in d. l. fin. hunc articulum indeciſum reliquit;
ideò non poteſt allegari pro contraria parte: & ita non
eſt verum, quòd in potentiorem poſſit fieri alienatio,
quando Dominus eſt æquè potens.

Benè verum eſt, quòd quando emphyteutæ permiſ-
ſum eſt ſibi hæredem nominare, Eccleſia, ſeu Collegium,
aut locus pius non eſt totaliter incapax ſucceſſionis em-
phyteuticæ, quia tantùm prohibitum eſt iſtud ex inter-
pretatione mentis directi domini, ne ei prauè confera-
tur præiudicium, ſi perpetuo apud Eccleſiam res emphy-
teutica remaneret, & ideo ceſſante ratione rectè pu-
86 tant Doctores Eccleſiam, ſeu Collegium, & locum pium
poſſe emphyteuſim ſic acquiſitam per annum duntaxat
pro ſe retinere, intra quem tenetur à ſe abdicare, & in
fauorem perſonæ priuatæ alienare. Io. And. ad Specul. in
titulo de emphyteuſi, §.nunc aliqua, verſ.117. Iaſ. in d. l.fin.
num.91. in fin. C. de iur.emphyt. Alex. conſ.120. num.4.
lib.1. Boic. in cap. ex lite, col.2. in fin. de conſuet. Beſſa-
nius in conſuet. Aluer. art.14. col.2. in fin. Tuſch. littera
E, concl.161.num.7. Ludouiſ. d.deciſ.529. num.10. Cald.
de iur. emph. d. lib.3. cap.1.num.16.17. Maſtrill. deciſ.128.
num.18. hoc enim conſuetudo introduxit, vt intra an-
num Eccleſia vendere teneatur. Io. And. in cap. potuit,
num.9. verſ. & de conſuetudine, vbi etiam Barbat. de lo-
cat. Cald. d.cap.1. num.16. & hoc ſiue per contractum,
ſiue per vltimam voluntatem Eccleſia acquirat em-
phyteuſim, quia ſemper intra annum vendere tenetur,
quidquid alij dixerint. Cald. d.cap.1. num.17. Tuſch. d.
concl.161. num.13. Peregr. de fideicomm. art.28. num.69.
in fin. adeo, vt neque æſtimatio debeatur, niſi intra an-
num Eccleſia vendat, vt inquit Cald. d. loco, num.17.
Cyriac. d. controu.205. num.12.13. Farin. deciſ.368. n.3.
p.1. Sed id non ferit caſum noſtrum, quia iam diu lapſus
eſt annus, neque Mons Pietatis terras prædictas vendi-
dit, aut alienauit, & D. Epiſcopus eas ad ſe pertinere
iam declarauit.

Dicebat etiam pars aduerſa, quòd data nullitate
tranſactionis, & conceſſionis non licebat D. Epiſcopo
vindicare terras Cataniæ, ſed reintegrandus erat ad
terras Nebiariæ, quæ ab initio fuerunt liuellatæ, &
emphyteuticatæ. Sed reſponſum fuit huiuſmodi circui-
tum non eſſe admittendum, quia poteſt bene ſtare,
quòd nulla fuerit, & inualida liuelli conceſſio, & tranſ-
actio; & tamen valida fuerit permutatio de terris Ne-
biariæ ad terras Cataniæ; ſiquidem certum eſt in hoc
foro Eccleſiæ Regienſi ex antiquiſſima conſuetudine
87 licitam eſſe permutationem bonorum Eccleſiaſticorum
abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quia in hac parte
non fuit vſu recepta conſtitutio Paulina de bonis Eccle-
ſiæ non alienandis, quod fieri poteſt; quia poteſt eſſe,
88 quòd Paulina ſit recepta quoad vnam partem, non ve-
rò quoad aliam, & ſic attendenda eſt locorum conſue-
tudo. Io. Gutier. lib.1. can. qq. cap.8. Nauarr. in Manuali
c.27. latè Quarant. verb. Alienatio, num.48. pulchrè Bo-
nac. de contract. diſp.3. quæſt.8. part.4. num.14. verſ. circa
prædictam, & num.32. verſ. hoc tamen, Barboſ. d. alleg.95.
num.49. in fin.

Et ideò cùm bona Nebiariæ fuerint permutata, & eo-
rum loco fuerint ſubrogata bona Cataniæ, hæc loco il-
lorum ſuccedunt, & iiſdem oneribus ſubiiciuntur, ſi-
quidem in ſpecie de emphyteuſi bona ſubrogata, & per-
mutata loco bonorum emphyteuticorum, aſſumunt il-
89 lorum naturam cum ſua cauſa, & onere, ac ſi eſſent il-
lamet ab initio conceſſa, ad textum in l. Imperat. §. fin.
cum l. ſeq. ff. de leg.1. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi
quis caution. Bart. in l. certi condictio, in princ. col.3. ff. ſi
cert.pet. Soc. conſ.93. in fin. lib.3. Corbul. de cauſ. priuat.
ob alien.ampl.38. num.1. Bero. conſil.110. num.14. lib.1.
pulchrè Gratian. diſc.624. num.8.9. lib.4. Rim. Iun.
conſ.18. num.88. Menoch. conſ.52. numero 162. Et dato
etiam quòd permutatio eſſet ſine ſolemnitate, tamen
Eccleſia poteſt ei ſtare, vt per Farin. deciſ.70. num.2.3.
part.1.

Denique Menſa Epiſcopalis prætendebat dictum D.
Boſſium, quatenus conceſſio eſſet valida, eum fuiſſe à 90
iure ſuo caducatum ob non ſolutiones canonis, quas
ille omiſit, tam Eminentiſſimi Cardinalis Eſtenſis, quàm
moderni Epiſcopi tempore: ſiquidem certum eſt em-
phyteutam à iure ſuo cadere, ſi ceſſat per biennium ſol-
uere Eccleſiæ debitum canonem: per textum in d. cap.
potuit, vbi Io. Andr. & Abb. de locat. Redoan. de rebus
Eccl. non alien. quæſt.74. c.1. num.6.15. Mantic. de tac. &
amb.conuent. lib.22. tit.27. num.1.2. Cald. de iur. emph.
lib.1. quæſt.9. num.4. Farin. deciſ.400. num.11. lib.1. Lu-
dou. deciſ.529. num.15. in fin. Cocc. deciſ.343. num.1. vbi
quod emphyteuta non ſoluendo canonem poteſt præiu-
dicare ſucceſſoribus. Benè verum eſt, quòd etiamſi dicta
caducitas incurratur ipſo iure, non tamen incurritur, niſi
domino volente, & declarante. Iaſ. in d.l.fin. n.6. & ſeq. C.
de iur.emph. Redoan. d.q.74.c.1.n.6. Mantic. d.tit.27.n.30.
31.32. Cald. de iur.emphyt. lib.4. c.18.n.2. Cocc. dec.240.
num.7. ſed hic menſæ Epiſcopalis procurator declarauit
caducitatem: ergo.

Reſpondebatur tamen ex aduerſo, quòd caducitati
locus eſſe non poteſt quoad ſolutiones non factas tem-
pore Cardinalis Eſtenſis, qui cùm non ſe declarauerit
velle dictum D.Boſſium habere pro caducato, non po- 91
tuit poſt eius mortem ſucceſſor in Epiſcopatu talem de-
clarare caducitatem, ad textum in l.fin. vbi Bald. Salic. 92
& alij, C.de reuoc. donat. gl. & DD. in c.fin. de donat. Caſ-
ſad. dec. 2. de locat. Mantic. d. tit.27. num.44. Honded.
conſ.55.n.20. lib.1. Ludou. deciſ.529. n.17.24. latè Cald.
de iur.emph. lib.4.cap.18.n.15.16.17.24. qui dicunt talem
caducitatem non poſſe declarari à ſucceſſore, neque in
ſucceſſorem.

Reſpectu verò temporis moderni Epiſcopi dicebatur
quòd D.Boſſius non ſoluit, quia aſſerebat ſe eſſe credito-
rem menſæ Epiſcopalis occaſione damnorum, & inter-
eſſe, ex eo, quòd fuerit à D. Epiſcopo Rangono expul-
ſus, propter quòd excuſandus eſt, ſi canonem non ſoluit.
Veral. dec.298. lib.1. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib.22. 93
tit.27.num.67. qui loquitur in terminis: nam in hac ma-
teria admittitur, quòd quælibet cauſa etiam iniuſta, excu-
ſat à caducitate, vt apud Ludou. dec.388.n.4. Cyriac. contr. 94
268.n.7.lib.2.

Deinde reſpondebatur, quòd licet emphyteutæ pur-
gare moram, & ſoluere canonem non ſolùm ante de-
clarationem caducitatis, ſed etiam poſt eam, celeri ta-
men ſatisfactione, ad textum in d. cap. potuit, vbi Io. 95
Andr. & DD. de locat. Iaſ. in l.2. n.81. de iur. emph. Hier.
Gabr. conſ.75.num.7. lib.2. Mant. d.tit.27.num.35. Redoan.
de reb.Eccl.non alien.quæſt.75. num.2. Farin. dec.577. n.2.
ad fin.lib.2.

Sed ad primum replicatum fuit non procedere, quan-
do adeſt ignorantia deuolutionis, quæ præſumitur, ma-
ximè in Magnatibus, & Prælatis, qui negotia ſua ge-
runt per manus agentium, & villicorum, latè Honded. 96
conſ.55.num.88. vſque ad n.95. lib.1. qui plurimos allegat,
& deciſum fuit à Rota, teſte Ludou. deciſ.529.n.18.19.

Ad ſecundum replicatur, quòd ſucceſſor in Epiſcopa-
tu non tenetur ſoluere debita anteceſſoris, quia hoc onus
ſpectat ad R.Cameram Apoſtolicam, quæ occaſione ſpo-
liorum tenetur ſatisfacere creditoribus; & ideò dum præ-
dictus D.Boſſius ceſſauit à ſolutione canonis, hac occa- 97
ſione non eſt excuſandus, quia non euitat caducitatẽ, niſi
opponat compenſationem crediti liquidi, & clari, quod

non recipiat ambiguitatem,ad textum *in l. vlt. C.de com-*
*penſ.* Gozadin.*conſ.*69.*num.*10.in terminis Mantic. *de tac.*
*& amb.conuent.lib.*12.*tit.*27.*n.*68.

Ad tertium replicatur non eſſe locum purgationi mo-
98 ræ,quando contractus eſt iuratus ; tunc enim iuramen-
tum impedit purgationem moræ, *l.ſi quis maior*, vbi Bald.
99 & DD.*C.de tranſact.* Redoan.*de reb.Eccleſ.non alien. q.*76.
*n.*6. Romuald. *in tract. de mora*, *n.*205. Crau. *conſil.*246.
*num.*4. Corbul. *de caducit.ob non ſolut.can.lim.*41.*num.*13.
Mancin.*tract.de iuram part.*4.*eff.*13.*num.*1.*cum ſeqq.* Cy-
riac.*contr.*158.*num.*40. *lib.*1. hic autem cùm adſit clauſu-
la, *Pro iurato* , ſatis eſt, quia hæc eiuſdem eſt virtutis,cu-
ius eſt iuramentum , excepto periurio , & foro , & in
terminis noſtris parit hunc effectum, de quo quærimus,
ſecundum Burſat.*conſ.*84.*n.*6. Cyriac.*d.contr.*158.*n.*41. &
generaliter Natt. *conſil.*479.*n.*12. & *conſil.*480. *n.*12.14.
Rol.*conſ.*69. *num.*35.*lib.*4.Surd.*dec.*154.*num.*2. Claud. ad
Bertaz *conſ.crim.*480.*litt. A*, *verſ. addo etiam.*

Ex his puto ſatis reſoluta fuiſſe omnia,quæ ex aduerſo adducebantur ; adeo, vt in claris videatur eſſe caducitas, ſeu potiùs reintegratio ad bona liuellata ad fauorem menſæ Epiſcopalis contra dictum D. Boſſium ; & ita cenſeo.

Propoſita autem hac cauſa in Rota Romana ſub die 23. Iunij 1634. coram R.P.D. Ghiſlerio deuolutio bonorum prædictorum ad menſam Epiſcopalem fuit præſuppoſita, & difficultas fuit reſtricta ad melioramenta, an ſpectent ad Eccleſiam, vel ad dictum D. Boſſium, & ipſo tantùm informante fuit reſolutum , pertinere ad Boſſium, quia hoc regulare eſt bonis emphyteuticis ob lineam finitam deuolutis. Bald. & Ang. *in l.Senatus*, §. *Marcellus*, *ff.de legat.primo*, & vt in deciſione dicti Ghiſlerij. Verùm hoc fuit ſuperfluum, quia D. Epiſcopus non prætendebat dicta melioramenta ; ſed ob negligentiam Procuratoris Menſæ non fuit propoſitus articulus pluralis.

---

# CAPVT IX.

## EPITOME.

Dos an poſſit iudicari , quod donatur ſimpliciter , & multa alia pertractantur in materia dotis , & augmenti eius , ac ſimulatæ donationis.

## SVMMARIVM.

1 *Pacta ſunt ſeruanda , maximè dotalia.*
2 *Donatio , & dos valdè differunt.*
3 *Verba*, caſu quo, *faciunt conditionem.*
4 *Fraus de contractu ad contractum quomodo dicatur.*
5 *Denominatio contractus non fit à verbis, ſed ab effectu.*
6 *Contractus ſecundum effectum , non ſecundum nomen intelligitur.*
7 *Effectus , non verba debent obſeruari.*
8 *Cauſa cognoſcitur ab effectu.*
9 *Voluntas declaratur ab effectu plus, quàm à verbis.*
10 *Sermo rei, non res ſermoni debet ſeruire.*
11 *Effectu rei carens debet carere etiam nomine.*
12 *Teſtamentum erit, ſi fiat coram ſeptem teſtibus , licet teſtator dicat ſe codicillari.*
13 *Effectus potiùs, quàm modus eſt ſpectandus.*
14 *Dos ſui natura meretur donationem propter nuptias.*
15 *Color quæſitus de contractu ad contractum quo caſu præſumatur.*
16 *Fraus manifeſtatur ſæpe dum occultatur.*
17 *Fraus facilè præſumitur inter coniunctos in præiudicium tertij.*
18 *Parentes ſæpe fraudant proprias filias.*
19 *Fraus difficilè probatur.*
20 *Simulatis coniecturis probatur.*
21 *Coniecturis quod apparet, dicitur ſatis conſtare.*
22 *Simulatio vnde poſſit deſumi.*
23 *Contradictio verborum eſt ſignum fraudis.*
24 *Donatio ſimplex quæ dicatur.*
25 *Simplex non dicitur, quod fit ob cauſam.*
26 *Cauſa impulſiua quomodo fiat finalis.*
27 *Clauſula*, liberè, & purè, *quid efficiat.*
28 *Donatio prohibetur inter patrem, & filium.*
29 *Actus vt potius valeat, quàm pereat, fit interpretatio.*
30 *Dotis cauſa cenſetur relictum , quod filiæ legatur in teſtamento.*
31 *Donatio ex cauſa dotis permittitur inter patrem, & filiam.*
32 *Donatio non intratur à cauſa expreſſa ſimulata.*
33 *Cauſæ ſi concurrant plures, actus ſuſtinetur à vera.*
34 *Dotis cauſa donaſſe præſumitur pater.*
35 *Dos eſt cauſa efficiens donationis propter nuptias.*
36 *Vir , & vxor ſunt correlatiua.*
37 *Donatio propter nuptias dicitur contrados.*
38 *Correlatiuorum eadem eſt ſcientia, & ſimul ſunt natura.*
39 *Correlatiuorum vno poſito ponitur & alterum.*
40 *Effectus cognoſcitur à ſua cauſa.*
41 *Dos cauſat contradotem.*
42 *Clauſula*, & hæc omnia in dotem, *quid denotet, & ad quæ referatur.*
43 *Dictio*, ſeu, *ſtat ampliatiuè.*
44 *Dictio*, ſeu, *ſignificat ordinem , & omnia copulat , & vnit.*
45 *Actionem qui habet , non dicitur propriè habere rem.*
46 *Inſtrumenti verba non debent eſſe ſterilia.*
47 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione licitum eſt.*
48 *Argumentum à neceſſario conſequenti valet.*
49 *Paraphernalia ſpectant ad liberam vxoris diſpoſitionem.*
50 *Maritus non adminiſtrat paraphernalia, niſi ad libitum vxoris.*
51 *Vxor ſemper poteſt paraphernalia à viro exigere, & recuperare.*
52 *Maritus non lucratur fructus paraphernalium in vita vxoris.*
53 *Donatio facta in inſtrumento dotis cenſetur facta dotis cauſa.*
54 *Pater cenſetur velle ſeruare æqualitatem inter filios.*
55 *Pater non tenetur dare tantam dotem vni filiæ, quantam alteri.*
56 *Verbum*, teneatur, *importat neceſſitatem.*
57 *Ratio, quæ ſola reddi poteſt, ea videtur expreſſa.*
58 *Pater non debet facere vnam filiam legitimam, & aliam baſtardam.*
59 *Conditiones ſunt facti, & implentur factis, etiamſi aliud dicatur.*
60 *Conditio impletur legis præſumptione.*
61 *Conditio poteſt verificari etiam in caſu ſimili.*
62 *Conditio an poſſit impleri per æquipollens.*
63 *Conditio an poſſit impleri fictè.*
64 *Dotale pactum latè interpretatur.*
65 *Dotis cauſa attenditur , quod plus eſt.*
66 *Mulier poteſt habere bona triplicis generis.*
67 *Pater an poſſit filiæ donare bona vt ſint paraphernalia.*
68 *Dote conſtituta in certa quantitate, cætera cenſentur paraphernalia.*
69 *Habilia cætera præſumuntur, cùm de vno quærimus.*
70 *Prius, & poſterius non datur in eodem inſtrumento.*
71 *Nullitas actus non opponitur ab eo, qui eum fecit.*
72 *Cauſa impulſiua quando efficiatur finalis.*
73 *Determinatio reſpiciens plura, ea æqualiter determinat.*
74 *Contractus an admittant extenſionem ex rationis identitate.*

75 Vxo



75 *Vxores ſæpe inducunt maritos ad eas hæredes inſtituendas.*
76 *Donatio propter nuptias quando reuertatur ad hæredes mariti.*
77 *Maritus an poſſit cogi ad donationem propter nuptias.*
78 *Moneta imaginaria an creſcat , & de alteratione monetæ.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

ANnis elapſis D.D. Ferrantus , & Tiburtius fratres de Delphinis nobiles Guaſtallenſes volentes nuptui tradere D. Annam dicti D. Ferrantis filiam D. Horatio Cabaſſio nobili Carpenſi , promiſerunt D. Bernardino eius patri , Artium , ac Medicinæ Doctori egregio pro dote dictæ D. Annæ ſcuta 2500. adiicientes huiuſmodi pactum , quòd ſcilicet , *Caſu quo dicti DD. fratres Delphini dotes maiores ſupraſcriptâ in futurum darent aliis filiabus dicti D. Ferrantis maritandis , illud de pluri teneantur quoque tradere dicto D. Bernardino* ; vt latiùs in inſtrumento dotali continetur.

Modò venit caſus , quod dictus D. Ferrantus nuptui
tradidit D. Catharinam alteram eius filiam , & D. Ghi-
ſello eius viro dedit in multis ſummis ſcuta 3100. vt in
inſtrumento dotali , adeò vt adſit exceſſus ſcutorum
600. quæ ideo dictus D. Bernardinus pro implemento
promiſſionis petit , & non ſine ratione ; quia pacta ſunt
1 ſeruanda, *l. iuris gentium*, §. *ait Prætor*, *ff. de pact.* Lodo-
uic. Sacc. *conſil.*205.*num.*51. *lib.*1. & maximè pacta do-
talia, quæ præcipuè ſunt exequenda , *l.*1. *& tot. tit. ff. de*
*pact. dotal.*

Verùm vna obſtat difficultas, quia dictus D. Ferran-
tus volens fortè huiuſmodi pactum ſubterfugere, ne vi-
deretur maiorem dotem tradidiſſe dictæ D. Catharinæ,
finxit ſe illi donaſſe ſcuta 502. quæ tradidit dicto eius
genero, dicens ſe id facere titulo ſimplicis , & irreuoca-
bilis donationis ; ſic enim agendo credidit non fuiſſe
purificatam illam conditionem : *Et caſu quo maiores dotes*
*aliis filiabus darent.* Quia certum eſt , quòd ſimplex do-
natio longè differt à dote, *l.ſi idem*, *C. de codicill.* §. *eſt &*
*aliud*, *Inſt.de donat.* nec licet dubitare , quin illa verba :
2 *& caſu quo*, conditionem faciant. Corn. *conſil.*96.*num.*11.
3 *part.*1. Marth.*part.*3.*clauſ.*26.*num.*3.

Nihilominus re diligenter perpenſa , & maturè conſi-
deratis allegationibus Excellentiſſimi D. Hieronymi
Aduocati Corrigienſis , nunquam ſatis laudati, loco mo-
tiuorum tranſmiſſis, puto eueniſſe caſum dicti pacti, verè
enim D. Ferrantes maiorem dotem alteri filiæ dedit , li-
cet ſub mentito nomine rem palliauerit ; adeo, vt quod
dos verè erat, quoad verba ſonaret in donationem , quæ
dicitur fraus de contractu ad contractum. Farin. *in prax.*
*quæſt.*88.*num.*38.*in fin.* Verùm quia mihi grandis via re-
4 ſtat in tollenda ingenti motiuorum mole , rem oportet
diligentiùs examinare.

Non ergo illotis manibus accedam, & ideò in primis
pro certo ſuppono contractus denominationem non eſſe
faciendam à verbis, ſed ab effectu , vel à cauſa , & tan-
tò magis , quando cum verbis neque effectus , neque
cauſa in puncto concordare videntur : ſic textus *in l. in*
5 *promittendo* , *ff. de iur. dot. l. ſi vno*, *in princ.locat. l.ſi tam*
*anguſti* , *de ſeru.l.ſi olei*, *C.locat.l. inſulam* , *ff. de præſcript.*
*verb.* Bart. *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos*, *ff. de publican.*
Crauet. *conſ.*549.*num.*14.*conſil.*932. *num.*1. & *conſ.*944.
*num.*17. Rol. *conſ.*72. *num.*14.*lib.*2. Ceph.*conſil.*157.*n.*10.
11. Menoch. *conſil.*120.*num.*23. Rim.Iun.*conſ.*776.*n.*34.
Surd.*deciſ.*35.*num.*8. Mant. *de tac. & amb. conuent. lib.*22.
6 *tit.*8. *num.*8. Grat. *diſc.*657. *num.*2. *lib.*4. Vnde eſt, quòd
contractus ſecundum effectum , non ſecundùm nomen
debet intelligi. Mantic. *d.tract. part.*1. *lib.*1.*tit.*2.*num.*5.
*& num.*20. quia contractus magis cognoſcitur ab effe-
ctu, quàm à nomine, teſte eodem Mant. *d. tract. part.* 1.
*lib.*8.*tit.*25.*num.*36.

Et ratio eſt , quia effectum , non verba obſeruari con-
uenit, *l.ſed & ſi poſſeſſori* , §. *item ſi iuramento* , *ff.de iure-* 7
*iur.l.ſi fideicomm.*§. *ſi cui*, *de leg.*3.*l.*3. §. *condon. de alim.*
*leg.* Crau. *conſ.*706.*num.*8. quia cauſa cognoſcitur ab ef-
fectu, vt videtur innuere Ariſt. 3. *Phyſ. cap.*1. & probat 8
textus *in l. non codicillum* , vbi Bald. *de teſtam.* Crauet.
*conſ.*657. *n.*19. Vnde eſt, quòd magis ab effectu , quàm à
verbis declaratur voluntas. Menoch. *conſ.*120. *num.*25. 9
& dici ſolet, quòd rei ſermo, non res ſermoni debet ſer-
uire, *d.l. in promittendo* , & *cap.intelligentia* , *de verb.ſign.*
*cap.fin. de renunt. in* 6. *cap. Baſilides* 1. *quæſt.*1. Crau. *d.* 10
*conſ.*766. *num.*8.*verſ.neque ſermoni.* Quæ adeò vera ſunt,
vt carens effectu rei debeat etiam carere illius nomine,
quia vulgare eſt quòd ſi re priueris , nec nomen habere
mereris, *cap.dicat*, *in fin.*32. *quæſt.*4.*l.cùm precibus*, *C. de*
*probat.* latè Grat.*diſc.*291. *num.*6.7.*lib.*2. & hinc eſt, quòd 11
ſi quis coram ſeptem teſtibus ſibi faciat hæredem , licèt
dicat ſe velle codicillari, tamen erit teſtamentum. Crauet.
*conſ.*214.*num.*5. Vrſill. *ad Afflict. deciſ.*72. *num.*6. Grat. 12
*diſc.*567.*num.*3.*lib.*4.

Modò in propoſito quamvis D. Ferrantes dotis no-
men mutauerit in ſimplicem donationem , nullum fecit
præiudicium, neque veritati , neque D. Cabaſſio , quia
cenſetur hoc feciſſe in fraudem. Crauet. *conſ.*327.*num.*3.
*verſ.*2. quia potiùs effectus, quàm modus eſt ſpectandus.
Ceph. *conſ.*309. *num.*52. & propterea talis contractus 13
cenſendus eſt ſimul fraudulentus, & ſimulatus, quia di-
uerſimodè celebratus eſt , quòd ſcriptum ſit , vt dece-
ptus remaneret Cabaſſius , ad tradita per Farin. *de falſit.*
*& ſimul.quæſt.*162. *num.*3. non enim ad alium finem D.
Delphinus dixit ſe donare dicta ſcut.502. quæ tradendo
titulo donationis, in nihilo ſibi expediebat magis , quàm
titulo dotis, immo faciliùs ſub titulo dotis poterat extor-
quere incontrum dotis , quod ſolum prætendere vide-
batur , quia dos ſui natura meretur donationem propter
nuptias, *Auth. dos data*, *C.de donat.ante nupt.* & cùm ta- 14
men voluerit adhibere titulum donationis , ideo præſu-
mitur feciſſe in fraudem filiæ primo loco nuptæ. Me-
noch. *d. conſil.*226. *num.*129. etenim præſumitur color
quæſitus de contractu ad contractum. Maſch. *de prob.* 15
*concl.*442. *num.*10. Alex. *conſ.*54. *num.*3. *lib.*7. Ceph.
*conſ.*777. *num.*10. debet ergo veritas præualere aſſertio-
ni contrariæ. Soc. Iun. *conſ.*280. *num.*83.*lib.*2. cùm plus
valeat , quod verè agitur , quàm quod ſimulatè conci-
pitur. Farin. *d.quæſt.*262.*num.*9.

Et ſanè quantò magis D. Delphinus ſtuduit fraudem
occultare, tantò magis manifeſtauit, vt in ſimilibus eue-
nire ſolet, teſte Maſch.*d.concl.*442.*n.*4. & id veriſimilius
redditur ſtante coniunctione inter dictum Delphinum,
& dictam D. Catharinam, & D. Ghiſellum eius virum; in- 16
de enim poteſt credi habuiſſe animum fraudandi D. An-
nam, ratione enim coniunctionis ſanguinis fraus , & ſi- 17
mulatio facilè præſumitur, ad textum *in l. data* , vbi DD.
*C.de donat.* Bart.*in l.poſt contractum*, *num.*3.*ff.eod.* Gramm.
*conſ.*127.*num.*3. Crott. *conſ.*182.*num.*70. facilè enim con-
fingitur, quando actus fit inter coniunctos , quia ipſi
magis de facili conueniunt ad vtilitatem propriam in
præiudicium alterius , vt poſt Ang. dicit Tuſch. *pract.*
*concl.litt.F.verb.Fraus*, *concl.*478.*n.*45. nam inter coniun-
ctos præcipuè dolus adhibetur ipſis ſibi viciſſim fidem
habentibus. Crauett. *conſ.*515.*num.*12. Nec refert , quòd
etiam D. Anna ſit filia , quia iam erat dotata , & non eſt
nouum , quòd parentes etiam velint proprias fraudare 18
filias. Decian.*conſ.*53.*num.*7.*lib.*1.

Et cùm fraus , & ſimulatio ſoleant cum difficultate
probari, ſatis erunt præſumptiones, & coniecturæ, etiam
leues Gramm.*conſ.*45.*num.*2. Ceph.*conſ.*198.*num.*16. Fari- 19
nac.*deciſ.*29.*ferè per totam in addition.poſt conſ.crim. lib.*1.
vbi inquit , quòd etiam ſufficiunt prudentis viri conie-
cturæ, quia homines nouerunt vti multis cautelis ad te-
gẽdas fraudes: idem firmat Amat.*deciſ.Ferr.*8.*n.*8. & maxi- 20
mè fraus præſumitur vbi agitur de præiudicio tertij, quid-

quid ſit quoad ipſos contrahentes. Farin. *d. quæſt.*162.
*num.*97.99. Mantic. *de tac. & amb.conuent.lib.*13. *tit.*36.
21 *num.*16. ſatis enim conſtare videtur, quòd per coniectu-
ras apparet. Soc.Iun. *conſ.*44. *num.*3. *lib.*1. adeò, vt duæ
coniecturæ ſufficiant, Crau. *conſ.*153. *num.*11. *in fin.* Ber-
taz.*conſil.*19. *num.* 32. Mantic. *d.lib.*13. *tit.*35.*num.*9. vi-
de Decian. *conſ.*32. *num.*3. *lib.*1. immò cum hîc non tra-
ctetur de vſura, ſimulatio poteſt probari per vnam tan-
tùm coniecturam: pulchrè Grat.*diſc.*255. *num.*29. *lib.*2.
22 & illa deſumi poterit non ſolum ex præcedentibus, ſed
etiam ex ſubſequentibus. Farin. *d. quæſt.*162. *n.*227. &
maximè in cauſa dotis, in qua leuiores ſufficiunt proba-
tiones. Syluan.*conſ.*36 *num.*5.

His ſic firmatis deſcendo ad caſum noſtrum, & dico
non deeſſe coniecturas, & præſumptiones fraudis, & ſi-
mulationis adeò patentis, vt clarè cognoſcatur dictos
ducatos 502. non fuiſſe donatos, ſed in dotem datos.
Nam D.Ferrantes dum in inſtrumento inquit ſe donaſſe
dictos Ducatos 502. poſtea ſtatim ſubiungit: *Ad finem,
& effectum, ac animo, & intentione, vt ipſa D. Catharina
conſequatur ab eius marito donationem, ſeu incontrum dotis
ſcut.*500. *ſine qua dictus D.Ferrantes non deueniſſet ad do-
nationem dictorum ſcutorum* 502. His verbis certè denu-
datur ſimulatio, pugnant enim inter ſe, quòd ſit dona-
tio ſimplex, & quòd ſit ob cauſam conſequendi incon-
trum dotis, quorum alterum neceſſe eſt eſſe falſum, vn-
23 de ex tali aſſertione fraus præſumitur. Farin. *conſ.*40.
*num.*18.*lib.*1. contradictio enim verborum docet fraude
24 actum fuiſſe id totum. Menoch. *conſ.*344. *num.*25. *verſ.
hæc enim contradictio.*

Si igitur veritatem inquirimus, non attendamus con-
fictum nomen ſimplicis donationis; cùm enim ſimplex
donatio dicatur, quæ ob ſolam liberalitatem, & ob
nullius cauſæ intuitum fit, ad textum *in l.*1. *in princ.ff. de
25 donat.* Crau.*conſ.*959.*num.*5. Dec. *conſ.*3.*num.*19. *lib.*1.
Grat.*diſc.*782. *num.*21. *lib.*4. hæc ſimplex dici non po-
teſt, ſed ob cauſam conſequendi contradotem; ad rem
Port. *conſ.*35. *num.*36. vide Rol. *conſ.*44. *num.*10. *lib.*4.
Rim.Iun. *conſil.*721. *num.*27. dicit enim D.Ferrantes,
quòd ſine dotis incontro non deueniſſet ad hanc dona-
tionem, adeo, vt talis cauſa effecta ſit finalis, etiamſi
26 alias fuiſſet impulſiua: pulchrè Rol. *conſil.*44.*numer.*15.
*lib.*4.Becc.*conſil.*20.*num.*10.*lib.*1. & ideò nulla vis eſt fa-
cienda in illa clauſula, *purè, liberè, & ſimpliciter*; quæ
ſic expreſſa non facit donationem ſimplicem, ſed per
27 errorem, ſeu fraudulenter cenſetur adiecta. Rim iun.
*conſil.*383.*num.*32. *& ſeq.* vide Franc. Becc. *d. conſil.*20.
*num.*21.

Non ergo poſſumus ſuſtinere talem donationem in
vim ſimplicis donationis: tum quia non eſt huiuſmodi:
tum quia illa prohibetur inter patrem, & filium, *l.*2.*C.de
28 inoff.donat.l.donationes, C. de donat.inter virum, & vxor.*
Dec. *conſ.*432. *num.*3. Iaſ. *conſ.*147. *num.*8. *lib.*2. Soc.
Iun. *conſil.*44. *num.*1. *lib.*1. Rim. Iun. *conſ.*112.*num.*27.&
in terminis noſtris Cephal. *conſil.*156. *num.*28. Mantic.
*de tac.& amb.conuent.lib.*13.*tit.*13.*num.*6. etiam iuramen-
to accedente, ſecundum Menoch *conſil.*29.*num.*39.Surd.
*deciſ.*154. *num.*12. & maximè ſtante ſtatuto Guaſtallæ,
*lib.*2.*rubr.*119. vbi nulla declaratur quæcumque ſimplex
donatio inter viuos, etiam accedente iuramento, niſi ad-
ſint ſolemnitates à dicto ſtatuto requiſitæ, quæ hîc de-
ſunt.

Ne igitur incidamus in hæc abſurda, cùm incontrum
dotis ſoleat fieri propter dotem, & hæc donatio ſit facta
filiæ pro conſequenda contradote, dicamus cenſeri fa-
ctam non ſimpliciter, ſed ex cauſa dotis, vt actus potiùs
29 valeat, quàm pereat, ad textum *in l. quoties, ff. de rebus
dub.*Menoch. *lib.*3.*præſ.*29. *num.*77. Iaſ. *conſ.*147. *num.*1.
*verſ.& ita debet, lib.*2. vide Cephal. *conſ.*156. *num.*29.
pulchrè Decian. *conſ.*41. *num.*22. *lib.*1. Surd. *conſ.*934.
*num.*13. Crau. *conſil.*442. *num.*22. *in fin.* etenim etiam
30 in vltimis voluntatibus relictum filiæ ſimpliciter cenſe-
tur pro dote datum. Surd. *conſil.*119. *numer.*19. Mantic.
*de tac. & amb. conuent. lib.*13. *tit.*13. *num.*7. quia omnis
actus ſemper præſumitur geſtus ex cauſa firmiori, & vti-
liori. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*2. *cap.*2. *num.*15. illa
enim interpretatio, quæ facit actum valere, tanquam
Regina cæteris eſt fortior. Curt.Iun. *conſil.*314.*numer.*8.
Ceph.*conſil.*93. *num.*10. & *conſil.*156. *num.*29. Menoch.
*de arb. iud. caſ.*472. *num.*2. *præſ.* 29. *num* 3. *lib.*1. Man-
tic. *d.tract.lib.*1. *tit.*4. *numer.*19. quòd etiam ſuadet fa-
uor ſubiectæ materiæ dotis. Ceph. *conſ.*157. *numer.*4.
alioquin decepti remanerent gener, & filia dicti Delphi-
ni, quod non eſt dicendum, ad rem Rol. *conſil.*70.*num.*3.
*lib.*4.

Dicamus itaque hæc ſcut. 502. fuiſſe donata ex cau-
ſa dotis, & augmenti ipſius, ad finem conſequendi con-
tradotem, quia inter patrem, & filiam ſicut permiſſa eſt,
& valida pro dote etiam ſine inſinuatione, per textum 31
*in l.Pomponius,ff.fam.erciſc.* Pariſ. *conſil.*147. *num.*1. *verſ.
quod ergo,lib.*2. & *conſil.*76. *num.*10.*lib.*3.Soc.Iun.*conſ.*44.
*num.*1.4. *lib.*1. & *conſ.*13. *num.*1. *lib.*2. Crot. *conſil.*187.
*num.*2. Rol. *conſil.*70. *num.*14. *verſ.ſed latiùs, lib.*4. &
*tract. de lucr.dot. quæſt.*50. *num.*6.Ceph. *conſil.*157. *n.*27.
& *conſil.*177. *num.*28. Burſat. *conſil.*120. *num.*13. *lib.*1.
Dec. *conſil.*3. *num.*25. *lib.*1. Peregr. *conſil.*76. *n.*35. *lib.*1.
& *de fideicomm.art.*30.*num.*136.Mantic.*d.tract.lib.*2.*tit.*8.
*num.*19. ita etiam iuris habet firmitatem donatio pro au-
gmento dotis, vt in verbis Rol. *de lucr. dot. quæſt.*100.
*num.*3.*verſ.ita etiam.*

Neque talis donatio ideo vitiatur, quia donans dixe-
rit ſe ſimpliciter donare, quia ſuſtinetur ex cauſa dotis
præſumpta, & adiuncta, quia donatio facta filiis non vi-
tiatur ob cauſam expreſſam ſimulatam, ſed ſuſtinetur ex
cauſa præſumpta: pulchrè Ruin.*conſil.*124.*num.*10.*lib.*1. 32
& quotieſcumque concurrunt duæ cauſæ, quarum vna
eſt de iure inualida, vt hic, alia eſt vera, actus ſuſtine-
tur ex cauſa vera, & ſufficit, quòd altera earum ſit effi-
cax, vt in verbis ait Iaſ. *d.conſil.*147. *num.*1. *verſ. confir-* 33
*matur optimè, lib.*2. quod etiam non longè à re noſtra
ſentire viſi ſunt Alex. *in Auth. licet, num.*13. *C.de liber.
præter.*& *in conſ.*113.*num.*22.*lib.*6. Maſcard. *de prob. con-
cluſ.*714. *num.*19. Tuſch. *littera I.concl.*199. *num.*27. &
hæc maximè procedunt in materia dotis, vbi etiam in
ambiguis ſi pater aliquid promittat, vel tradat pro filia
dote, vel conſtante matrimonio, hoc nomine dotis in- 34
telligitur feciſſe. Mantic. *d. tract. lib.*12. *tit.*10. *num.*23.
quia dubia in cauſam magis fauorabilem interpretantur.
Curt.Iun.*conſ.*199 *num.*6.

Et quòd verè D.Delphinus intellexerit donare cauſa
dotis, ex eo ſatis conuincitur, quia in hunc finem dona-
uit, vt D.Catharina conſequeretur à viro contradotem,
de qua in dicto inſtrumento, quam eius gener bene fecit.
Si ergo gener attenta hac donatione fecit & ipſe dona-
tionem propter nuptias, ſequitur neceſſariò, quod hæc
ſoceri donatio fuerit ex cauſa dotis, tum quia dos eſt
cauſa efficiens donationis propter nuptias. Cephal. *conſ.*
366.*n.*3. tum quia dos, & donatio prædicta ſunt corre- 35
latiua. Bellon.*conſ.*17.*num.*6.Burſat. *conſil.*120. *n.*3. *lib.*1.
magis clarè Paſſer. *tract.de verb.enuntiat.lib.*2. *q.*32.*n.*16.
eodem modo, quo vir, & vxor correlatiua dicuntur. Aret. 36
*conſil.*72.*verſ.ad ſecundum, in fin.* Ludou.Sacc. *conſ.*106.
*n.*60.*lib.*2. & ideò donatio propter nuptias fit ad incon-
trum dotis. Chriſt. Torniol. *conſ.*49. *num.*10. *lib.*1. & à
multis appellatur contrados. Pariſ.*conſ.*95.*num.*35.*lib.*2. 37
Decian *conſil.*12. *num.*14. *lib.*2. Peregr. *de iur.fiſc. lib.*6.
*tit.*7.*num.*33.*verſ.item nec,* & *conſ.*100. *num.*34.35.*lib.*1.
Mant.*d.tract.lib.*10.*titul.*2.*num.*5.

Modò ſi correlatiua ſint, ſequitur, quod cognito vno
cognoſcitur & alterum, & ſic vbi conſtat donationem
ſcut.502.fuiſſe factam ob contradotem, cùm hac atten-
ta illa facta ſit, patet illam fuiſſe donationem dotalem,
quia correlatiuorum eadem eſt ſcientia, & diſciplina.
Ariſt.*prædic.cap.*7. *text.*15. Auerr. *loco à correlat. num.*2.
Crauet.



38 Crauet. *conſ.*979. *n.*33. Farin. *conſ.*35. *num.*74. *lib.*1. nec
mirum, quia correlatiua ſunt ſimul natura. Ariſt. *d. c.*7.
*text.*11.Bald. *in Rub. in fin. C. de rebus cred.* Rol. *conſ.*69.
*num.*25. *lib.*4. & poſito vno ponitur & alterum. Auerr.
39 *d. loco, num.*2. Rol. *d. conſ.*69. *n.* 26. Crauet. *conſ.* 973.
*num.*3. Surd. *conſ.*546.*n.*10.

Et ſanè cùm D.Ghiſellus non donauerit ſcut.500.eius
ſponſæ contemplatione illius quantitatis nominatim pro
dote promiſſæ, ſed introitu donationis dictorum ſcutor.
502. manifeſtum ſignum eſt, quòd hæc quoque fuerit
40 dos, quia, vt dictum eſt, à ſua cauſa cognoſcitur effectus;
ad rem Ceph. *conſ.*157. *num.*10. 11. & à dote cauſatur
contrados. Ceph. *d. conſ.*366. *num.* 3. quam propterea
maritus facere tenetur. Crauet. *conſ.*85.*num.*6. Rol. *conſ.*
41 70. *num.* 8. *in fin.lib.*4. non eſt ergo attendendum, quòd
D.Delphinus dixerit ſe ſimpliciter donare, quia præua-
let cauſa dotis, ob quam eam fuiſſem factam proba-
mus. Farin. *deciſ.*366. *n.*1.*p.*1. *vide* Franc. Becc. *conſ.*20.
*num.*21.

Secundò itaque ſi rem clariùs oculis intueri deſidera-
mus, ab eodem dotali inſtrumento non diſcedamus, vbi
poſt prædictam ſcut.502. donationem, & poſt dotem
expreſsè conſtitutam ſubſequitur clauſula, *Et hæc omnia
in dotem D.Catharinæ ſponſæ dicti D. Ghiſelli, & filiæ præ-
dicti D. Ferrantis.* Ecce quomodo ſimulatio iſta de vno
contractu ad alium ſe ipſam ſtatim denudat: hæc enim
clauſula oſtendit etiam dicta ſcut. 502. fuiſſe in do-
tem tradita, quia omnia diſpoſitiuè in dicto inſtrumento
contenta vſque ad illam recipiunt ab ea claram, & in-
dubitatam declarationem, ſicut in terminis voluit pul-
42 chrè Ceph. *d. conſ.*156.*n.*9.*verſ. & hoc in dotem*, & *n.*17.
*verſ. & hæc omnia*, & *num.*21. idem Ceph. *conſ.*157.*n.*5.
*verſ. quartò tollitur, n.*6. *verſ. quintò negari*, & *n.*21. *verſ.
nonum.* Nam hæc clauſula cùm habeat orationem per-
fectam, & ſtet de per ſe, & in fine etiam ponatur, ad om-
nia præcedentia refertur.Peregr.*conſ.*38.*n.*17.*lib.*1.Marth.
*de clauſ. p.*1. *clauſ.*50. Crott. *conſ.*150. *n.*57. & operatur
idem, ac ſi omnia præcedentia fuiſſent ſpecificata. Ceph.
*conſ.*156. *n.*21. 22. reſpicitque omnia etiam enuntiatiuè
dicta ante illam. Alex. *conſ.*18.*n.*2. *lib.*3. Ruin. *conſ.*137.
*num.*6.*lib.*1. Gabriel. *conſ.*24.*n.*17.*lib.*2.

Ergo neceſſariò ſequitur, quòd etiam illa ſcut. 502.
fuerint in dotem data, cùm non poſſint dici ſimpliciter
donata, quoniam bona paraphernalia, & localia, quæ
dantur per patrem filiæ occaſione nuptiarum dicuntur
de appendiciis dotis, & de illis, ſicut de dote, iudicari
oportet. Rol. *de lucr.dot.quæſt.*50.*n.*5. Menoch. *conſ.*154.
*num.*6.

Tertiò conſidero inſtrumentum dotale, vbi poſt dotis
conſtitutionem D. Ghiſellus gener D. Delphini volens
deuenire ad promiſſionem reſtitutionis dotis, inquit:
*Quam dotem, vt ſupra, habitam, ſeu habendam, cum illam
habuerit, ipſe D.Ghiſellus promiſit reſtituere.* Quò loci
pondera dotem ab eo appellari tam habitam, quàm ha-
bendam, & vtramque venire in reſtitutionis promiſſione,
43 quia dictio, *ſeu*, ſtat ampliatiuè, ad textum *in l. ſi quis
ita, in fin.* vbi Bart. & DD. *ff. de aur.* & *arg. leg.* Bald.
*conſ.*218. *col.*1. *lib.*2. Couar. *lib.*2. *var.reſol.cap.*5.*num.*10.
Crau. *conſ.*105. *num.*6. Menoch. *conſ.*328. *num.* 21. & eſt
44 ſignificatiua ordinis, *l. cùm pater, §. à te peto, ff. de
leg.*2. Luc. de Peñ. *in l.*3. *col. vlt. C. quib. muner. lib.* 10.
Menoch. *conſ.*341. *num.*1. vnde omnia copulat, & vnit.
Bald. *conſ.*179. *in fin. lib.*5. Crauet. *conſ.*105. *n.*6. *verſ. aut
ſaltem.*

Vnde ex huiuſmodi ſermone contrahentes apertè
conuincuntur donationem ſcutorum 502.feciſſe ex cau-
ſa dotis, quia verbum, *Habitam*, non poteſt verificari,
niſi in illis ſcut.502. quæ D. Ghiſellus ſolùm habuerat,
reliquum enim quod pro dote eſſe dixerunt, nondum
peruenerat ad manus eius, quia licet D.Delphinus fece-
rit ceſſionem nominum diuerſi generis, non tamen po-
teſt dici habere dotem, ſed habere actionem ad nomina
ceſſa: ſaltem enim propriè nunquam dicetur eum ha-
buiſſe dotem. Dec. *in l. qui actionem, num.*6. vbi pulchrè 45
Cagn. *n.*4.5.6. *ff. de reg. iur.* Ceph. *conſ.*312.*n.*74.

Et hæc res alio modo intelligi non poteſt, neque à
contrahentibus fuit alio in ſenſu accepta, alioquin non
bene ſtarent illa verba, *Habitam, ſeu habendam*; quia
tunc nihil eſſet, ad quod verbum, *Habendam*, poſſet re-
ferri, quoniam ſi per talem ceſſionem ſponſus dici poſſet
habuiſſe dotem, iam totam habuiſſet, quod verum non
eſt. Vt ergo congruus ſit ſermo, dicamus verbum, *habi-
tam*, eſſe referendum ad dicta ſcuta 502. tunc ſponſo
tradita; *habendam*, verò ad nomina ceſſa: ſic enim de-
bemus exponere, vt ceſſet omnis contrarietas, & ne 46
verba otioſe poſita in inſtrumento credantur. Crauet.
*conſ.*548. *num.*8. quia in inſtrumento non eſt veriſimile
aliquod verbum etiam minimum ſterile eſſe: latè Crauet.
*conſ.*638. *num.*12. *verſ. ſed nec.* Rol. *conſ.*39. *num.*24.25.
*lib.*4.

Vt igitur concludamus in hac tertia coniectura, cer-
tum eſſe videtur, quod dos dictæ D. Catharinæ conſiſtit
in rebus, quas eius maritus tempore inſtrumenti partim
habuerat, partim creditor remanebat, vt ex hac clauſula
apertè demonſtratur, ſed ad manus dictæ D. Catharinæ,
vel eius viri nondum peruenerant, niſi dicta ſcuta 502.
quæ D.Delphinus dixerat ſe ſimpliciter donare: ergo ſe-
quitur verius eſſe, quòd fuerint in dotem aſſignata, &
à vero alienum fuiſſe ſimpliciter donata, id enim pluri-
bus modis concluditur, ſiue à ſufficienti partium enu-
meratione, quod genus argumenti licitum eſt, ex textu 47
*in l. ex maleficiis, §. hæres, ff. de action. cap. cùm dilectus*,
vbi Abb. *de iurepatr. cap. ſi iur. de cogn. ſpirit.* Bald. *in l.
conuenticulam,C. de Epiſc. & cler.* DD. *in Auth. ex cauſa,
C.de liber. præter.* Rol.*conſ.*5.*num.*24. & *conſ.*60. *num.*48.
*lib.*4. Sacc. *conſ.* 187. *num.* 10. *lib.*2. ſiue à neceſſario
conſequenti, quod genus argumenti pariter validiſſi- 48
mum eſt, *l.*2. vbi DD. *ff. de iuriſd. omnium iudic.§.licèt,
in fin. Inſt. quibus ex cauſ. maior.* Sacc. *d. conſ.* 245.
*num.*16. *lib.*2. ex quibus mens contrahentium tam ma-
nifeſta apparet, quod voluerint dicta ſcuta 502. intelligi
in dotem data, vt nihil magis. Rim. Iun. *conſ.*776.*n.*32.
33. *& ſeq.*

Quartò non mihi videtur ingratum, pauliſper conſi-
derare, quod in dicto inſtrumento, cùm dictum eſſet
ſummas dotis, & donationum in totum conſtituere ſcuta
3600. ſubnectuntur hæc verba: *Hoc pacto ſolemni, quod
dicta D. Catharina poſſit, prout ſibi reſeruauit de conſenſu* 49
*eius viri ius, & facultatem diſponendi per vltimam volun-
tatem de ſcutis* 200. Si enim de ſumma ſcutorum 3600.
ſolum dicta D.Catharina poteſt diſponere de ſcutis 200.
argumentum eſt euidens, quod dicta ſcuta 502. fuerint
ſub titulo dotis aſſignata, non vt bona paraphernalia,
quoniam de dote non poteſt teſtari obſiſtente ſtatuto, de
paraphernalibus verò ſic, abſque etiam vlla reſerua-
tione, ad ſui libitum, *l. hac lege, C. de pact. conuent.*
Gramm. *conſil.* 127. *num.*9. Alex. *conſ.*144. *num.*5. *libr.*5.
Dec.*conſ.*521. *num.*4. Soc. Iun. *conſ.*83.*num.*7.*lib.*3. quo-
niam maritus paraphernalia, vel extradotalia non ad- 50
miniſtrat, niſi ad beneplacitum vxoris. Zuccard. *conſ.*
75. *num.* 221. 222. 223. 224. ergo concludendum eſt
dicta ſcuta 502. fuiſſe dotalia, quia præcedentia decla- 51
rantur per ſubſequentia. Dec. *conſ.*162. *num.* 3. Crauet.
*conſ.*657. *n.*30. Burſat. *conſ.*12. *n.*29.*lib.*1. Farin. *conſ.*81.
*num.*2.

Quintò conſidera, quòd maritus dictæ D. Catharinæ
promiſit reſtituere tam dotem, quàm bona donata in 52
omnem caſum dotis reſtituendæ, quod eſt certum indi-
cium dicta ſcuta 502. fuiſſe dotalia, quia ſi pro parapher-
nalibus fuiſſent habita, eorum reſtitutio non erat reſtrin-
genda ad caſum dotis reſtituendæ, cùm vxor poſſit ſem-
per etiam conſtante matrimonio ea exigere, & ea con-
tradicente maritus in eis non ſe intromittit. Bald. *in l.vbi
adhuc, n.*56. *in fin.C. de iur. dot.* & *in l.ſi mulier*, vbi pul-


chrè

chrè Add. *in verb.paraphernales, C. de pact. conuent. ſuper*
*dot.* Iaſ. *in l. maritus, num.* 13.14 *C. de procur.* Io. de Amic.
*conſ.* 54. *n.* 2. Alex. *conſ.* 144. *n.* 5. *lib.* 5. Dec. *conſil.* 521.
*num.* 4. Soc. Iun. *d. conſ.* 83. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 56. *n.* 30.
& ſanè cùm dicta ſcuta 502. fuerint conſignata dicto eius
viro, etiamſi eſſent res fructuoſa; ipſe tamen adhuc fru-
ctus lucrari non poſſet inuita eius vxore. Ruin. *conſ.* 122.
*num.* 13. *verſ. ſecundus, libr.* 5. vnde neceſſe eſt concludere
fuiſſe dotalia.

Sextò igitur addamus, cùm iam certum ſit huiuſmodi
donationem Delphini non potuiſſe valere in vim ſimpli-
cis donationis, dicendum erit vti factam in inſtrumento
53 dotali effectam fuiſſe partem dotis, & cum ea ita confu-
ſam, vt eius naturam retineat. Rol. *conſ.* 70. *num.* 3.
*libr.* 4. Surd. *conſ.* 457. *num.* 22. 23. 24. propter quod
cenſebitur facta in augmentum dotis, quod idem eſt
cum dote: ita Ceph. *conſ.* 156. *num.* 25. Burſat. *conſ.* 120.
*num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 154. *num.* 5. Rot. *diuerſ.*
*deciſ.* 916. *num.* 1. *part.* 4. tantam enim habet hæc do-
natio cum dote fraternitatem. Rol. *d. conſ.* 70. *num.* 15.
*in fin. lib.* 4. vt dotis nomine comprehendatur vti tra-
dita marito in eodem dotali inſtrumento. Crot. *conſ.* 376.
*num.* 2. Menoch. *conſ.* 56. *num.* 40. Surd. *conſ.* 437
*num.* 23. 24.

Et ſanè, vt verum ingenuè fatear, res iſta non vide-
tur ſe aliter poſſe haberi, & omnis ratio ſuadet, quod
hæc donatio ſcutorum 502. fuerit ex cauſa dotis, vt
ſeruetur æqualitas inter filias, quam velle cuſtodire
54 ſemper pater præſumitur. Crot. *conſ.* 187. *num.* 7. Menoch.
*conſ.* 434. *n.* 34 etenim inæqualitatem cenſetur abhorrere.
Decian. *conſ.* 53. *num.* 17. *lib.* 1. Et quamvis pater non
55 teneatur tantam dotem dare vni filiæ, quantam alteri.
Caſtr. & Iaſ. *in l. parentibus, C. de inoff. teſtam.* Decian.
*conſil.* 32. *n.* 61. *libr.* 2. Tuſch. *verb. dos, concl.* 784. *n.* 26.
tamen in dubio cenſetur voluiſſe, quòd ſint æquales.
Cephal. *conſ.* 280. *num.* 20. & hoc etiam iudices arbitrari
debent. Laderch. *conſ.* 127. *n.* 7.

Et in hoc caſu dici poteſt, æqualitatem dotis, quæ erat
de conſilio, factam fuiſſe de præcepto virtute illius pacti
dotalis: *Et caſu, quo dictus Delphinus maiores dotes aliis*
56 *filiabus daret, illud de pluri teneatur etiam dare D. Bernar-*
*do, vel dictæ D. Annæ.* Verbum enim, *teneatur*, inducit
neceſſitatem, & præcipit. *Clementin. exiuit de Paradiſo,*
*verſic. Idem ordo, de verbor. ſignif.* Pariſ. *conſil.* 19. *n.* 132.
*lib. ſecundo*, cuius pacti ea ſola ratio poteſt adduci,
quòd factum ſit propter ſeruandam æqualitatem inter
filias, vt facilè conſtare poteſt rem lucido oculo con-
57 ſideranti. Soc. Iun. *conſil.* 13. *num.* 16. *lib.* 2. & ideò illa
ratio cenſetur etiam expreſſa, licet non ſit facta de ea
mentio, quia ſola reddi poteſt. Gloſſ. *ſingul. in l. quam-*
*vis, la ſecunda*, vbi Bald. & Caſtrenſ. *C. ad leg. Iul. de*
*adult.* Bald. & Imol. *in leg. fin. ff. de hæred. inſtit.* Ruin.
*conſil.* 31. *num. tertio, lib.* 3. Dec. *conſil.* 372. *num.* 5.
Ceph. *conſ.* 196. *num.* 13. Rim. Iunior. *conſil.* 351. *nu-*
*mer.* 56. Lud. Sacc. *conſil.* 194. *numer.* 9. *lib.* 2. hoc enim
iuri conuenit, ratio perſuadet, & æquitas hortatur,
58 cum pater non debeat, vt vulgò dicitur, facere vnam
filiam baſtardam, & aliam legitimam. Decian. *conſil.* 63.
*in princ.* Soc. Iun. *conſil.* 24. *num.* 3. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 3.
*num.* 37. *lib.* 1. Vnde ratione æqualitatis ſeruandæ inter
filios licet à communibus regulis recedere, etiam à pro-
prietate verborum, vt inquit Curt. Iun. *conſil.* 320.
*num.* 22.

His ſic ſtantibus, quæ ſola videntur ſufficere ad tol-
lendum omne punctum, & ad euertendum quodcum-
que dubium, me conuertam ad tollenda motiua, &
ideò non obſtat primo loco D. Cabaſſium teneri pro-
bare verificationem illius conditionis, *Et caſu quo ma-*
*iores dotes daret aliis filiabus*, antequam inde emolumen-
tum recipiat; id enim ſublatum eſt, cùm oſtenſum fuit
dicta ſcuta fuiſſe data ex cauſa dotis, licet dixerit D.
Delphinus ſe ſimpliciter donare, quia facta præualent
verbis, ſi enim quis aſcendat Capitolium, implebitur
conditio, *Si Capitolium aſcenderis*, licèt ille dicat ſe
Auentinum aſcendere, quoniam in conditionibus im- 59
plendis merum factum attenditur, & quod factum eſt,
non quod dictum, conſideratur, quia conditiones ſunt
facti. Bald. *conſ.* 215. *n.* 1. *p.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 180. *n.* 41.
*libr.* 2. & *conſ.* 42. *n.* 6. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 47. *num.* 44. &
*conſil.* 370. *n.* 21. & *conſ.* 452. *n.* 33. in tantum, quòd ſuffi-
ciat conditionem impleri legis præſumptione, eò quod
lex præſumat aliquid factum eſſe. Maſcard. *de probat. verb.* 60
*condition, concl.* 343. *num.* 7. & ſi notus ſit effectus con-
ditionis, fiet interpretatio, vt verificetur etiam in caſu
ſimili, & eiuſdem rationis. Cephal. *conſ.* 196. *num.* 22. 61
quod euenit in caſu noſtro, attenta cauſa dotis, & ratione
æqualitatis ſeruandæ.

Secundò non obſtat conditionem implendam eſſe in
forma ſpecifica, & verè, non per æquipollens, aut fictè.
Nam poſſum reſpondere hic verè, & ſpecificè impletam
attento effectu, & conſiderato, quod geſtum eſt potius
quàm quod dictum. Soc. Iun. *conſ.* 13. *num.* 16. *lib.* 1. Sed
præterea reſpondeo rationem huius pacti, & conditio-
nis fuiſſe æqualitatem ſeruandam inter filias, & hunc
ſolum effectum conſideraſſe contrahentes: vnde ſucce-
dit regula, quod etiam in conditionibus voluntariis ſuf-
ficit implementum etiam per æquipollens, vbi idem
reſultat effectus: ſic tenent DD. *in l. Gallus*, §. *& quid* 62
*ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Alex. *conſ.* 100. *num.* 6.
*lib.* 4. Soc. Iun. *conſ.* 102. *num.* 32. *lib.* 1. & *conſ.* 181. *n.* 30.
*lib.* 2. Ruin. *conſ.* 89. *num.* 5. *lib.* 4. pulchrè Crot. *conſ.* 253.
*num.* 27. Ceph. *conſ.* 107. *num.* 14. Decian. *conſ.* 1. *n.* 141.
*lib.* 1. Surd. *deciſ.* 37. *num.* 30. 31. Mantic. *de tacit. & amb.*
*conuent. lib.* 14. *tit.* 43. *num.* 10. *p.* 2. Hect. Felic. *conſ.* 54.
*num.* 19. *p.* 1. etenim etiam forma, quæ debet impleri in
forma ſpecifica, ſi ſit inducta ad certum finem, poteſt
per æquipollens impleri, vt de communi teſtatur Pariſ.
*conſ.* 9. *num.* 15. *lib.* 3. pulchrè Mantic. *d. tract. lib.* 2. *tit.* 4.
*num.* 4. vbi alios adducit.

Et hinc eſt, quod conditio ita fictè ſicut verè poteſt
impleri, quando ex alterutro implemento eundem habe-
mus effectum. Menoch. *conſ.* 227. *num.* 46. cum ibi addu-
ctis, ſed in caſu noſtro vtroque modo, tam dotis, quàm
donationis haurimus eundem effectum æqualitatis ſer-
uandæ inter filias: ergo admittendum eſt implementum
conditionis per vtrumque caſum; etenim ſufficit poſſe 63
coniecturari talem conditionem fuiſſe appoſitam pro-
pter talem effectum. Mantic. *d. lib.* 14. *tit.* 43. *num.* 10.
Ceph. *conſ.* 166. *numer.* 49. 51. vbi quod ſufficiunt con-
iecturæ.

Tertiò non obſtat verba huius pacti eſſe ſtrictè, &
propriè intelligenda ſine extenſione de caſu ad caſum,
quia omiſſum habetur pro omiſſo. Nam reſpondeo hæc
non procedere in pacto dotali, quod fauore dotis exten-
ditur, & latè interpretatur. Textus eſt *in l. in ambig. ff. de*
*iur. dot.* & *in l. in ambig.* vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur.* 64
Ceph. *conſ.* 147. *n.* 13. Mantic. *d. tract. lib.* 12. *tit.* 22. *n.* 31.
quia dos, & pia cauſa æquiparantur. Lud. Sacc. *conſ.*
234. *n.* 27. & fauore dotis multa permittuntur aliàs non
permiſſa. Rol. *conſ.* 25. *num* 23. *lib.* 4. Vnde licèt ſoleat
in obligationibus ex contractu inſpici, quod minimum
eſt, vt illud ſit in obligatione, tamen in dote attenditur,
quod eſt plus, *l. nuptura*, vbi gl. *in verbo Contrarium, ff.* 65
*de iur. dot.* & ſic fuit deciſum per Rotam apud Card.
Lancell. *in vna Sabin. ſeu. Roman. dotis, & compromiſſi, ſub*
*die* 14. *Maij* 1576.

Deinde etiam reſpondeo, poſſe fieri extenſionem ad aliũ
caſum ſimilem, vbi conſiderari poſſit eadem conſeruandæ
æqualitatis ratio. Ludouic. Sacc. *conſ.* 104. *n.* 10. *lib.* 2. ex
hac enim ratione conditio illa poteſt impleri in caſu ſi-
mili: ad rem Ceph. *conſ.* 349. *n.* 41. latè Menoch. *conſ.* 432.
*n.* 24. 25. Decian. *conſ.* 1. *n.* 139. 140. *lib.* 1. Verùm nulla hìc
opus eſt extenſione, vbi oſtenſum eſt dicta ſcuta 502. verè
fuiſſe tradita ex cauſa dotis, licèt aliud ſimulatum fuerit.
Quartò



Quartò igitur non obſtat verba huius pacti eſſe potius
interpretanda contra dictum Cabaſſium, qui apertius
potuit loqui, iuxta *l. veteribus, ff. de pact.* Nam reſpon-
deo, pactum in ſe, & quoad ſe clarum eſſe, & ab eo am-
biguitas non oritur, ſed à donatione, quam fecit D. Del-
phinus, qui fraudulenter ſtuduit deludere pactum cum
dicto Cabaſſio initum, ideo contra eum retorquenda eſt
hæc argumentatio. Surd. *deciſ.* 118. *num.* 12. Sed vlteriùs
tale argumentum nihil ferit, quia non procedit in pacto
dotali, & vbi dubitatur de ſimulatione contractus ad
contractum: textus eſt *in d. l. in ambiguis, de iur. dot.*
Crauet. *conſ.* 762. *num.* 6.

Quintò non obſtat, quòd mulier poſſit habere bona
triplicis generis, ſcilicet dotalia, paraphernalia, & extra-
66 dotalia, & quod in dubio bona data marito cenſentur
paraphernalia. Ceph. *conſ.* 365. *num.* 30. *& ſeq.* Nam re-
ſpondeo, quod primum nemo negat, ſed ſecundum cum
diſtinctione procedit; ſiquidem poteſt eſſe verum in mu-
liere ſui iuris, quæ nupſit; hæc enim cum poſſit bona
ſua dare marito ſub multiplici titulo, vbi aliqua dixit ſe
in dotem dare, alia cenſenda ſunt paraphernalia, vt apud
Ceph. *d. conſ.* 365. Secus eſt in muliere exiſtente ſub pa-
tria poteſtate, quando nubit, & non habet aliquod
peculium, ſed ſolum bona à patre profecta: licèt enim
poſſit ex teſtamento patris capere bona vti paraphernа-
lia, vt apud Cephalum dicto loco, tamen inter viuos
pater non poteſt ita donare, vt illi ſint propria, vt teſta-
tur Cephal. *dict. conſ.* 156. *num.* 28. & propterea cum in
caſu noſtro dicta ſcuta 502. non poſſint eſſe parapher-
67 nalia dictæ D. Catharinæ, inanes ſunt omnes coniecturæ,
quæ nos huc perducunt, quia impoſſibile non cenſetur
factum. Crauet. *conſ.* 807. *num.* 6. & fruſtra donatio præ-
ſumitur, ſi valere non poteſt. Mantic. *de tacit. & amb.*
*conu. lib.* 13. *tit.* 23. *num.* 6. *in fin.* & *tit.* 17. *num.* 21. po-
tiùs enim peruertitur ordo, quàm quod nullitas actus
præſumatur. Crauet. *conſ.* 442. *num.* 24. & *conſil.* 443.
*num.* 14. ex diuerſis ergo nihil bene concluditur, vul-
gata *l. Papinianus*, §. *exuli, ff. de minor. l. inter ſtipu-*
*lantem*, §. *ſacram, de ſtipulat.* Sacc. *conſil.* 169. *num.* 20.
*lib.* 2.

Sextò non obſtat, quod D. Delphin. donauerit dicta
ſcuta 502. & D. Cabaſſius nitatur pacto dotali, quæ diuer-
ſa ſunt. Nam reſpondeo illam non fuiſſe ſimplicem do-
nationem, ſed ex cauſa dotis, vt vidimus, & propterea
dos cenſetur ratione correſpectiuitatis. Surd. *conſ.* 457.
*num.* 24. & cùm tam in vno, quàm in altero vigeat ea-
dem ratio ſeruandæ æqualitatis, diuerſa non cenſentur.
Crauet. *conſ.* 936. *num.* 26. & *conſ.* 956. *num.* 11. Menoch.
*conſ.* 56. *n.* 40.

Septimò non obſtat, quod dicta donatio ſcutorum 502.
non poſſit dici ex cauſa dotis, eò, quod dotis quantitas
in eodem inſtrumento ſeparata habeatur; quando enim
dos in certa quantitate conſtituitur, cætera cenſentur
68 data vt paraphernalia, ex Bald. *in l. fin. num.* 5. *C. de ſent.*
*quæ ſine cert. quantit.* & *in l. nulla, num.* 6. 7. *C. de iur. dot.*
Dec. *conſ.* 521. *num.* 10. 11. Ceph. *conſ.* 365. *num.* 30. 34. 35.
Farinac. *deciſ.* 72. *num.* 4. *part.* 2. Nam primò reſpondeo,
quod licet ſit diuerſa quantitas, tamen veſtitur à dotis
contractu, cui adhæret, & ſine quo non valeret, ex Surd.
*conſ.* 457. *num.* 4.

Deinde iam reſponſum eſt id procedere in muliere ſui
iuris, non in filiafamilias, quæ ex conceſſione patris pa-
raphernalia habere non poteſt, & ſic intelligunt auctores
in contrarium adducti, quia cùm de vno quærimus, cæ-
69 tera habilia ſupponimus, *l. ſi quæramus, de teſtam.* La-
derch. *conſ.* 79. *ſub n.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 2. *n.* 5. &
non ſic conſuluiſſent, ſi in caſu adfuiſſet ſimulationis
ſuſpicio, & abſurdum inæqualitatis, vt ex Ceph. *d. conſ.*
156. *n.* 34. *verſ. Tertiò dico.*

Vlteriùs ad Dec. *d. conſ.* 521. ſpecialiùs reſpondeo, eſſe
alienum à caſu noſtro, quia loquitur in terminis, vbi pa-
ter certam filiæ tradidit dotem, & poſtea in teſtamento
eam fecit hæredem, quæ eo defuncto omnia tradidit ma-
rito, & propterea verè pecunia accedens doti iam conſti-
tutæ dos dici non poterat, ſecus eſt in caſu noſtro, vbi
vnico contextu ſtipulatur dos, & donatio, & tamen pa-
ter non poterat donare, ideo totum dos intelligitur eſſe,
vt perbellè Ceph. *d. conſil.* 156. *num.* 34. & *conſil.* 157.
*num.* 16. & *num.* 21. *in fine*, ſecus eſſet ſi diuerſo tem-
pore id fieret, quia filiæ à ſe congruenter dotatæ pater
non poteſt augere dotem. Hier. Gabriel *conſil.* 10. *num.* 7.
*lib.* 1. Decian. *conſ.* 7. *num.* 12. Benè verum eſt, quod ſi id
facere vellet, multa eſſent remedia: hic igitur, vbi vni-
cum eſt inſtrumentum, pater cenſetur donaſſe in aug-
mentum dotis. Surd. *dict. conſil.* 457. *num.* 24. nam inter
ea, quæ fiunt in eodem inſtrumento, non datur prius, vel 70
poſterius, licèt in ordine litteræ vnum præcedat aliud.
Surd. *dict. conſil.* 457. *num.* 23. 24. Gratian. *diſcept.* 646.
*num.* 18. & 774. *num.* 17. *lib.* 4.

Octauò, & nonò non obſtat, quòd dos, & donatio
in inſtrumento vti diuerſa nominentur, vt in illis verbis,
*Quam quidem dotem vnà cum donationibus ſupradictis*: &
illis: *Quæ ſummæ dotis, & donationum.* Nam huic motiuo
iam ſatisfactum eſt, cùm diximus non eſſe ſtandum de-
nominationi contrahentium, cùm viſum ſit verum non
eſſe dicta ſcuta 502. fuiſſe donata, nec potuiſſe, vt ſic
donari; paries enim dealbatus eſt, in quo interius dos
exiſtit.

Decimò non obſtat Soc. Iun. *conſ.* 83. *num.* 12. *lib.* 3.
nam non credo ipſum in hoc bene loqui, & Deus ſcit,
quid iudicatum fuerit, quoniam præſumptio pro do-
te, & pro actus validitate præualet, ex Iaſ. Crauet.
Decian. Menoch. adductis, & Ceph. *d. conſ.* 156. *nu-*
*mer.* 29. 34.

Secundò dico in caſu Socini nullam ab initio fuiſſe
ſuſpicionem fraudis, & ſimulationis ab vno contractu
ad alium, ſicut hìc. Tertiò in caſu Socini nulla aderat cõ-
iectura, quod bona vltra dotem conſtituta eſſent verè
dotalia, vt hic ex clauſula: *Et hæc omnia in dotem*; & ex
aliis conſiderationibus, quæ vincunt. Cephal. *d. conſ.* 157.
*num.* 21. *in fin.* Quartò illa bona ceſſa in caſu Socini vl-
tra dotem data erant tradenda diuerſis perſonis; ideò
nomen dotis habere non poterant, quæ ſoli marito dan-
da eſt, vt conſiderat Soc. *d. conſ.* 83. *num.* 4. Quintò in
caſu Socini bona ceſſa non poterant cadere ſub alio ti-
tulo quàm donationis ſimplicis, quam hic impoſſibile
eſt ſuſtinere. Sextò caſus Socini alienus eſt à quæſtione
noſtra, quia in illa facti ſpecie agebatur de matrimonio
futuro, hìc autem iam illud erat celebratum, & donatio
ſcutorum 502. fuit ob cauſam finalem incontri dotis, ſeu
contradotis.

Vndecimò non obſtat Bero. *d. conſ.* 37. *num.* 19. *lib.* 1.
vbi voluit vltra certam dotem promiſſam nulliter fuiſſe
ſtipulatum in vim ſimplicis donationis. Nam primò
reſpondeo nullitatem actus ab eo non poſſe opponi, qui
actum fecit vitioſum: ita Crauet. *conſ.* 402. *num.* 13.
*verſ. æquè*, & vlteriùs ipſe voluit in caſu ſuo donata in 71
vim ſimplicis donationis non poſſe ſuſtineri, quia non
aderat cauſa apta ad ſuſtinendum; hic autem conſtat de
cauſa finali pro habenda contradote; ideo donatio cen-
ſetur ex cauſis, non attenta aſſertione partis. Surd. *d. conſ.*
456. *num.* 24.

Duodecimò non obſtat, donationem ſimplicem, & pu-
ram etiam in inſtrumento dotali factam non expreſſa
cauſa, quòd ſine matrimonio donator non deueniſſet ad
eam, non habere nuptias pro cauſa finali, ſed impulſiua,
ex Rol. *conſ.* 44. *n.* 24. *lib.* 4. Hier. Gabriel. *conſ.* 57. *n.* 13. *lib.* 3.
Nam reſpondeo, quod in caſu noſtro matrimonium iam
erat contractum, & ideo neque etiam fuit cauſa impulſiua
noſtræ donationis, quia fuit facta ob contradotem, cu-
ius occaſione præſumitur pars contractus dotalis. Surd.
*d. conſ.* 457. *n.* 24. Deinde reſpondeo nos non verſari in
donatione cauſa non expreſſa, quia apertè D. Delphinus
proteſtatur ſe donare ob contradotem, & quod ſine in-
contro

contro dotis non ita donaſſet, & propterea ſi contrados aliàs fuiſſet cauſa impulſiua donationis ſcutorum 502.
72 propter hæc verba effecta eſt finalis. Rol. *d. conſil.* 44.
*num.*24. *lib.*4. Crauet. *conſ.*192. *num.*22. Decian. *conſ.*41. *num.*20.21. *lib.*1.

Tertiodecimò non obſtat reſponſio ad clauſulam, *Et hæc omnia in dotem*, quaſi illud prænonem, *Hæc*, reſtringat eam ad immediatè præcedentia ex adductis in contrarium, quia non feriunt caſum noſtrum, vbi habemus in terminis doctrinam Ceph. *d. conſ.*156.*n.*21.22. & *conſ.* 157.*n.*6. *verſ.*5.*negari*, & *n.*11.*in fin.* vbi dixit omnia in inſtrumento contenta vſque ad illam clauſulam, *Et hæc omnia in dotem*, ſub illa comprehendi, & iuremeritò, quia relatio debet fieri ad omnia præcedentia. Rot. *diuerſ. deciſ.*713.*n.*4.*par.*1. quod ſufficit.

Neque nocet pronomen, *Hæc*; licet enim ſtet demonſtratiuè, tamen demonſtrat omnia, & ſingula, quæ præcedunt, non autem reſtringit, quia qualitas demonſtratiua reſtrictionem non operatur. Rim. Iun. *conſ.*338.*n.*26. & ſi reſtringeret, ad omnia præcedentia facienda eſſet reſtrictio, quia omnia reſpicit æqualiter, & omnia debet
73 pariformiter determinare, *vulg. l. iam hoc iure, de vulg. l.*
*hæreditatem, C. de impub.* Alex. *conſ.*50. *n.*1.*lib.*4. Crauet. *conſ.*9. *num.*27. & propterea talis clauſula ad omnia ſupranarrata eſt referenda. Natt. *conſ.*253.*num.*10. Honded. *conſ.*24.*num.*16.*lib.*1. Surd. *conſ.* 118. *num.* 24. Decian. *conſ.*21.*num.*5.*lib.*5. Ceph. *conſ.* 12. *num.*16. & *d. conſ.* 156. *num.* 21. Cùm enim habeat orationem perfectam, omnia præcedentia ſimul copulat. Menoch. *conſ.* 413. *num.*47.

Decimoquartò non obſtant reſponſiones contra Menochium, quaſi nihil alleget, & contra eum ſtent Socin. & Bero. Nam verius eſt ipſum bene ſentire, nec ſolus eſt, quoniam ſentiunt cum illo Iaſ. Ceph. Surd. & Decian. vt vidimus, & monſtrauimus etiam Socin. & Bero. loqui in caſu diuerſo.

Decimoquintò minùs obſtant Pariſ. *conſ.*16. *num.* 27. *lib.*2. Gratian. *diſc.*297. *num.*6. Decian. *conſ.*3. *num.* 16. 17. *lib.*1. Gabriel. *conſ.*57. *num.*13.*lib.*2. dum tenent donationem ex cauſa nuptiarum ſimplicem cenſeri, quia nuptiæ ſunt eius cauſa impulſiua, non finalis; & ideò nullam eſſe ob defectum inſinuationis. Sed hoc argumentum iam ſublatum eſt, hinc enim non verſamur in donatione propter nuptias, ſed ob contradotem, ad quam ſponſus non deueniſſet, niſi facta donatione; & ideo incontrum dotis fuit cauſa finalis.

Decimoſextò, & decimoſeptimò non obſtant, quòd dos, & donatio fuerint in diuerſis capitulis conſtituta, & quod dos, & paraphernalia diuerſa ſint, & diuerſo iure cenſeantur. Nam ſatis reſponſum hæc fraudulenter fuiſſe facta, & ſimulatè, & attendendum eſſe, quod re ipſa geſtum eſt, & diximus donationem paraphernalium hic ſuſtineri in vim dotis. Surd. *dict. conſil.* 457. *num.* 24. *verſ. ego adduco.*

Decimooctauò non obſtat in contractibus non fieri extenſionem de caſu ad caſum etiam ex identitate ratio-
74 nis, quia hoc verum non putat Dec. *conſ.*697.*num.*7.8.9.
10. & Conueniunt Ceph. *conſ.* 142. *num.* 22. & *conſ.* 257. *num.*29. Crauet. *conſ.* 761. *num.* 4. qui admittunt in contractibus procedendum eſſe de ſimilibus ad ſimilia, & mentem eſſe magis inſpiciendam, quàm verba, quod minùs recipit difficultatis in contractibus bonæ fidei, qualis eſt dos. Ceph. *d. conſ.*257. *num.*20. & idem dicendum eſt, vbi tractatur de ſeruanda æqualitate, vel ad occurrendum fraudibus. Crau. *conſ.* 899. *num.* 10. & *conſil.* 973. *num.*12. Menoch. *conſ.*296. *num.* 5. quæ omnia concurrunt in caſu noſtro: adeo, vt hæc potiùs dicatur comprehenſio, quàm extenſio ob rationis identitatem. Crauet. *conſ.*452. *num.*20. Decian. *conſ.*452. *n.*9. *lib.*2.

Decimononò non obſtat, quòd D. Delphinus non donaſſet dicta ſcuta 502. niſi pariter Ghiſellus feciſſet incontrum dotis ſcutorum 500. quod cùm non fecerit D. Cabaſſius non poteſt aſpirare ad illud augmentum. Nam pro reſponſione ſufficit dicere dicta ſcuta 502. fuiſſe data ex cauſa dotis attento effectu, & tantò magis, quia D. Catharina non eſt facta melioris conditionis propter contradotem ſcutorum 500. quàm ſit D. Anna ſine illa, quia virtute Statuti Guaſtallæ *lib.*2. *rubr.* 137. non poteſt capere in hæreditate viri, niſi libras 25. quod eſt ingentis præiudicij, cum ſæpe mulieres ſoleant ſuis
blanditiis ex teſtamento viri integras hæreditates è ma- 75
nibus legitimorum hæredum arripere. Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Petr. Pecch. *de teſt. coniug. lib.* 4. *cap.*1. *num.* 6. Soc. *conſ.*74. *col.*2. *lib.*3. Crot. *in rubr. ff. de acquir. poſſeſſ. num.*34. Crauet. *in conſ. pro genero, circa medium*; maximè quia dicta donatio ſcutorum 500. ob nuptias facta non eſt effecta proprium vxoris patrimonium, quia ea defuncta reuertitur ad hæredes mariti. Gloſſ. *in Auth. dos data, Cod. de donat. ante*
*nupt.* Bart. *in* §. 1. *in Authent. de æqual. dot.* Bald. *in l.* 2. 76
*C. de bon. quæ liber.* Aret. *in* §. *eſt & aliud, Inſt. de donat.* Pariſ. *conſ.* 59. *num.* 17. *lib.*2. & hoc certius redditur ex Statuto Guaſtallæ *lib.*2. *rubr.* 125. vbi diſponitur, quòd facta etiam contradote, tamen eueniente caſu reſtitutionis dotis mulier illam non poſſit lucrari; ideò fortè eſt melior conditio dictæ D. Annæ nuptæ in ciuitate Carpi, etiamſi non habeat contradotem, quia non vetatur aliquid capere ex teſtamento viri.

Addi poteſt, ſi in hoc vis fieret, quod dicta D. Anna petere poteſt à ſuo marito, vt ſibi conſtituat dona-
tionem propter nuptias. Petr. *de fideicomm. quæſtion.* 8. 77
*numer.* 360. & in hac materia pater tenetur pro filio. Bald. Nouell. *tractatu de dot. part.* 6. *priuil.* 17. *in princ.* & ideò D. Cabaſſius poteſt conſequi illud augmentum ſcutorum 502. & ſolum aſtringi ad donationem propter nuptias, licèt verè non ſit in vſu, quia vltra pacta conuenta hodie maritus ad nihil aliud obligatur.

Vigeſimò nihil eſt reſpondendum motiuo de monetis, quia eſt vana chimæra, ſiquidem inde D. Delphinus nullum damnum recipere poteſt, quia ſcutum librarum ſeptem, de quo quæritur, eſt moneta imaginaria, & pecunia æſtimata, quæ ſemper eſt eadem, &
non creſcit, neque decreſcit, vt poſt Surd. *conſ.* 335. 78
*num.* 12. Menoch. *conſ.* 49. *num.* 13. latè Laderch. *in conſil. vnico, pro Sereniſſimo Duce Mutinæ aduerſus Sereniſſimam Duciſſam olim Ferrariæ, num.*92. *verſ. quintò non procedit.* Talis enim monetæ valor eſt inuariabilis, & ideo in eius ſolutione non poteſt conſiderari deterioratio, vel melioratio monetæ minutæ, cum ſufficiat tot libras fuiſſe ſolutas, quia potiùs quantitas eſt in obligatione quàm ſpecies, & poterat D. Delphinus eligere monetas non diminutas, neque auctas in ſoluendo, ſi hoc ſua intereſſe putabat, & præſertim quia illa ratio, quod alteratio monetæ groſſæ fiat ob deteriorationem minutæ, non ſemper concludit, cùm ex multis aliis cauſis contingere poſſit, & probandum erat verè id fuiſſe cauſam alterationis. Corn. *conſ.*181.*num.*72.*lib.*2. Pacian. *conſ.*101. *num.*24. Laderch. *d. conſ. vnic. n.*72. qui tollit omnes ſcrupulos. Satis ergo nobis eſt, dictum D. Delphinum dediſſe in dotem D. Cath. ſcuta 3100. ſolum autem D. Annæ ſcuta 2500. quia ſtante pacto prædicto tenetur ſupplere ſcuta 600.

Neceſſe eſt igitur exclamare nihil tam occultum eſſe, quod non reueletur, & nimis laborioſum eſſe fraudes celare, quia ſicut lumen intra digitos manus, ita ſe prodere ſolent, vt hîc euenit: video me longiùs protraxiſſe ſermonem, quàm fortè par eſſet, ſed mole ingenti motiuorum oppreſſus me expedire citiùs non potui.

Cauſa igitur fuit ventilata coram D. Fuluio Cupino Prætore Guaſtallæ, qui omnibus diligenter conſideratis iudicauit ad fauorem dicti D. Cabaſſij, & D. Annæ eius

nurus



nurus eueniſſe caſum illius pacti; *Et caſu quo maiores dotes*, condemnauitque dictum D. Delphinum ad dandum eis ſcuta 600. iuxta conuentionem pacti, ſed ab eius ſententia fuit appellatum, & cauſa commiſſa ab Excellentiſſimo Principe, prima ſententia fuit abſolutè confirmata, & iterum iudicatum ad fauorem eiuſdem Cabaſſij. Et ita ego cenſeo iuri conuenire.

---

# CAPVT X.

## EPITOME.

Confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate, ſi verè non probetur eos commiſiſſe delicta excepta in Bulla Gregoriana, & quomodo procedatur in huiuſmodi cauſis.

## SVMMARIVM.

1 *In Eccleſia exiſtentem nemo poteſt arreſtare, niſi Iudex Eccleſiaſticus.*
2 *Iudici laico volenti reum extrahere ab Eccleſia licet reſiſtere.*
3 *Reus exiſtens in Eccleſia poteſt ſe defendere, ne extrahatur à laico.*
4 *Eccleſiæ immunitate gaudent omnes, quamvis grauia delicta admiſerint.*
5 *Immunitate non gaudet reus in octo caſibus.*
6 *Eccleſiæ, & Oratoria gaudent immunitate, & quæ.*
7 *Epiſcopi palatium gaudet immunitate Eccleſiæ, & quando.*
8 *Palatium Epiſcopi longè ab Eccleſia per 40. paſſus an gaudeat immunitate.*
9 *Conſuetudo, vt palatium Epiſcopi non gaudeat, ſeruanda eſt.*
10 *Epiſcopi titularis domus an gaudeat immunitate.*
11 *Immunitas Eccleſiarum eſt de iure poſitiuo, ſecundum aliquos.*
12 *Eccleſiæ immunitas eſt de iure diuino.*
13 *Iudæus confugiens ad Eccleſiam an gaudeat.*
14 *Infidelis ſimulatè petens baptiſmum non gaudet Eccleſiæ immunitate.*
15 *Eccleſia eſt de territorio, & iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici.*
16 *Iudex ſecularis in Eccleſia non poteſt exercere iuriſdictionem.*
17 *Clerici an gaudeant Eccleſiæ immunitate.*
18 *Eccleſiæ immunitate non gaudent clerici.*
19 *Iudex Eccleſiaſticus an extrahere poſſit clericos ab Eccleſia.*
20 *Iudex laicus non habet ius in clericos.*
21 *Epiſcopus an poſſit carcerare ſuum clericum in Eccleſia regularium.*
22 *Epiſcopus ſolus concedit extractionem reorum ab Eccleſiis regularium.*
23 *Clericus quando poſſit carcerari in Eccleſia.*
24 *Actus agentium regulatur ſecundum intentionem.*
25 *Euchariſtia tribuit immunitatem confugienti, dum ad infirmos defertur.*
26 *Damnatus an liberetur à morte, ſi confugiat ad Euchariſtiam.*
27 *Bulla Gregoriana de immunitate Eccleſiæ quare facta.*
28 *Bulla Gregoriana reduxit omnia ad vnam formam, & ſola debet ſeruari.*
29 *Confugiente reo ad Eccleſiam quid faciendum, vt carceretur.*
30 *Iudex laicus non poteſt extrahere confugientem ad Eccleſiam ſine licentia Epiſcopi.*
31 *Iudici laico, & Epiſcopo extrahenti reum ab Eccleſia non ſeruata forma Bullæ licet reſiſtere.*
32 *Iudex laicus an poſſit extrahere ab Eccleſia reum, quem notum ſit non gaudere.*
33 *Extractio rei ab Eccleſia non fit ſine licentia Epiſcopi.*
34 *Epiſcopus vicinior adeundus eſt, ſi reus extrahendus ſit ab Eccleſia exempta.*
35 *Officialis Epiſcopi intelligitur eius Vicarius generalis.*
36 *Reſtitui debent Eccleſiæ rei ab ea extracti, ante omnia.*
37 *Extrahentes ab Eccleſia reos quas pœnas incurrant.*
38 *Excommunicatio contra extrahentes ab Eccleſia reos an ſit reſeruata Pontifici.*
39 *Immunitatem, vel libertatem Eccleſiæ violantes, à ſolo Pontifice abſoluuntur, etiam in dubio.*
40. *Eccleſiæ reſtitutus dicitur, qui Epiſcopo reſtituitur.*
41 *Tentantes extrahere confugientes ad Eccleſiam excommunicantur.*
42 *Abſolutionis capaces efficiuntur, qui reſtituunt Eccleſiæ extractos ab ea.*
43 *Bullæ Gregorianæ pœnæ non incurruntur ſine dolo.*
44 *Iudicis Eccleſiaſtici cognitio eſt, an reus gaudeat immunitate Eccleſiæ.*
45 *Iudex Eccleſiaſticus debet ſtare proceſſui ſecularis, & quando.*
46 *Remiſſionis cauſa requirit ſolùm aliqualem cognitionem.*
47 *Proceſſui iudicis ſecularis non tenetur ſtare Eccleſiaſticus.*
48 *Eccleſiaſticus iudex nouas ſumit informationes.*
49 *Cognitio ſupponit facultatem recipiendi probationes.*
50 *Acta in foro ſeculari an probent in Eccleſiaſtico.*
51 *Iudicis ſecularis ſuſpecta probatio eſt, quando tractat de ſua iuriſdictione.*
52 *Contumacialis proceſſus quam fidem faciat in foro Eccleſiaſtico.*
53 *Epiſcopus non poteſt ex proceſſu laico tradere reum foro ſeculari.*
54 *Delicta excepta in Bulla Gregoriana ſummariè ſunt probanda.*
55 *Aſſaſſinus punitur, licèt probetur deliquiſſe tantùm probabilibus argumentis.*
56 *Competentiæ iudicum cognitio requirit aliqualem tantùm cognitionem.*
57 *Remiſſioni an ſit locus, ſufficit aliqualis cognitio.*
58 *Arbitrium liberum important illa verba:* Iudicio tuo videbitur.
59 *Ab Eccleſia nunquam extraherentur delinquentes, ſi plena delicti probatio requireretur.*
60 *Probatio plena an requiratur in delictis Bullæ Gregorianæ.*
61 *Qualitas excludens reum ab immunitate Eccleſiæ eſt plenè probanda.*
62 *Qualitas tribuens iuriſdictionem eſt concludenter probanda.*
63 *Qualitas eſt preciſe probanda, quando eſt fundamentum intentionis.*
64 *Diſpoſitio loquens cum qualitate non habet locum, niſi verificata qualitate.*
65 *Vera eſſe dicimus, quæ oculis vidimus.*
66 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
67 *Conditio eſt plenè probanda.*
68 *Præſumptionem contra ſe habens debet ſuam intentionem plenè probare.*
69 *Cognitio cauſæ quando requiratur.*
70 *Cognitio cauſæ requiritur ad aliquem ordinem iudiciarium.*
71 *Clauſula*, conſtito, *eſt ſimilis clauſulæ*, cognito.
72 *Clauſula*, conſtito, *requirit plenas probationes.*

73 *Remitti*

73 *Remitti non debet reus ab vno Iudice ad alium, niſi probato delicto.*
74 *Decretum Clem. VIII. de extractis ab Eccleſia declaratur.*
75 *Aſſaſinij ſpeciale eſt, vt indiciis probetur.*
76 *Aſſaſinium non eſt, niſi detur, vel promittatur pecunia.*
77 *Aſſaſinij ſpecialia non procedunt, niſi conſtito plenè pecunias ad hoc datas.*
78 *Qualitas aſſaſinij debet conſtare ex veris probationibus.*
79 *Reus vt remittatur alteri iudici, qualis delicti probatio exigatur.*
80 *Remiſſio quid differat à relaxatione.*
81 *Arbitrium boni viri quando cenſeatur conceſſum.*
82 *Summariè procedere quid importet.*
83 *Arbitrium iudicis regulatur à iure.*
84 *Arbitrium habens quid poſſit facere.*
85 *Nocentem abſoluere melius eſt, quàm innocentem condemnare.*
86 *Eccleſiæ ad fauorem in dubio iudicandum eſt.*
87 *Epiſcopus ſit circumſpectus, antequam reos in Eccleſia captos tradat foro ſæculari.*
88 *Aſſaſinium probatur præſumptionibus tantum in foro Eccleſiaſtico.*
89 *Argumenta probabilia, & indicia indubitata ſunt idem.*
90 *Probatio plena quæ dicatur.*
91 *Vera dicuntur, quæ indubitanter nouimus.*
92 *Homicidium non eſt aſſaſinium, niſi fiat de mandato alterius.*
93 *Lex quomodo probetur.*
94 *Doctores mortui an fidem faciant.*
95 *Delinquens prope Eccleſiam an gaudeat eius immunitate.*
96 *Clementis VIII. decretum declaratur.*
97 *Lex localis non ligat extra locum.*
98 *Legis de eſſentia eſt publicatio.*
99 *Epiſtola Principis quando habeat vim legis.*
110 *Clauſula,* ſummariè, & quantum ſufficit pro conſcientia, *quid importet.*
101 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
102 *Indicia ad torturam an ſatis ſint ad excludendum reum ab immunitate Eccleſiæ.*
103 *Indicia indubitata efficiunt, vt reus poſſit torqueri, vel condemnari.*
104 *Indicium ad torturam facit minus quàm ſemiplena probatio.*
105 *Contumacia an faciat indicium.*
106 *Confeſſio ficta an probet qualitatem.*
107 *Torqueri non poteſt reus à Iudice Eccleſiaſtico iudicatus, qui ab Eccleſia extractus eſt.*
108 *Proditor quis dicatur.*
109 *Inimicum interſiciens à retro an ſit proditor.*
110 *Inimicus reconciliatus non eſt inimicus.*
111 *Homicidium ex rixa quando præſumatur.*
112 *Amicitia tollit indicium præmeditati homicidij.*
113 *Inimicitia facit præſumere homicidium deliberatum.*
114 *Rixa quando præſumatur.*
115 *Qualitas quando ſeparari non poſſit.*
116 *Teſtis probat ſemper contra inducentem.*
117 *Inimicitia dicitur probata conſtito de cauſa.*
118 *Socius multò magis gaudet immunitate, ſi principalis fruitur ea.*
119 *Socius criminis quando faciat indicium contra nominatum.*
120 *Socius criminis patiens plures defectus fidem non facit.*
121 *Tortura an tollat maculam ſocij criminis.*
122 *Tortura non ſupplet, niſi vnum defectum.*
123 *Socij duo criminis quam fidem faciant.*
124 *Suppleri non poteſt, quod nihil eſt.*
125 *Teſtis inhabilis non ſuppletur ab alio inhabili.*
126 *Teſtis ſupplens qualis eſſe debeat.*
127 *Indicia plura quando faciant vnum indicium indubitatum.*
128 *Socius criminis quando probet.*
129 *Adminiculari non poteſt, quod nihil eſt.*
130 *Fama publicæ debile teſtimonium.*
131 *Fama publica non facit indicium ad torturam.*
132 *Fama orta poſt carcerationem non releuat.*
133 *Fama inconſtans non facis indicium.*
134 *Aſſaſinus non dicitur, qui alium pecuniis ſpoliat, & occidit.*
135 *Proditionem indicant, quæ præcedunt homicidium, non quæ ſequuntur.*
136 *Homicidium deliberatum poteſt ſtare ſine proditione.*
137 *Bulla Gregoriana an poſſit extendi.*
138 *Homicida præmeditatus an gaudeat immunitate Eccleſiæ.*
139 *Indicium indubitatum factum ex pluribus dubitatis quid efficiat.*
140 *Domicilium acquiritur habitando per decem annos.*
141 *Domicilium non acquirunt famuli, vbi ſeruiunt.*
142 *Iudex non poteſt inquirere de delicto extra territorium eius commiſſo.*
143 *Delictum non poteſt puniri, niſi à iudice loci, originis, vel domicilij.*
144 *Aſſaſinium poteſt vbique puniri.*
145 *Exceptio in vno firmat regulam in aliis.*
146 *Aſſaſinus non poteſt vbique puniri, ſi tantùm pendet proceſſus.*
147 *Homicida deliberatus an poſſit vbique puniri.*
148 *Lex locum non habet, niſi eius qualitatibus probatis.*
149 *Citatio rei, & fiſcalis Eccleſiæ eſt neceſſaria antequam reus tradatur foro laico.*
150 *Repetitio teſtium an fieri debeat in cauſa immunitatis Eccleſiæ.*
151 *Dilationes an ſint dandæ in cauſa immunitatis Eccleſiæ.*
152 *Reus an poſſit conſtitui in cauſa immunitatis.*
153 *Publicatio proceſſus an requiratur in cauſa immunitatis Eccleſiæ.*
154 *Appellare an liceat in cauſa immunitatis reorum ad Eccleſias confugientium.*
155 *Reus ſi non poteſt appellare, multò minùs fiſcus.*
156 *Fiſcus non appellat de conſuetudine ab abſolutione rei.*
157 *Appellatione prohibita pro reo cenſetur etiam prohibita pro fiſco.*
158 *Appellatio non datur à iudice Eccleſiaſtico ad laicum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

POſtquam fuit interfectus quidam Ioan. Pachionus à Rotelia, quia prius inſeruiebat Excellentiſſimo D. Duci Guardiſtalli, ſeu, vt dicunt Guaſtallæ, orta eſt ſuſpicio (poſt carcerationem tamen reorum) ne malefactores, & rei huiuſmodi homicidij eſſent Ioannes Bruſcalia Saxolenſis, Laurentius de Cennis à Caſtiliono, & quidam Federicus à Correrio, qui ferè omnes inſeruiebant in domo dicti Principis. Nam cùm in populo natus eſſet rumor, quòd prædicti contra perſonam machinarentur, militibus eos inſequentibus alter ſe recepit ad Eccleſiam S. Petri, & alter ad Eccleſiam S. Mariæ Seruitarum, Federicus verò fuit arreſtatus extra locum ſacrum, & ad carceres fori ſecularis ductus, de quo non controuertitur. Et cùm magnus eſſet turbæ concurſus, iidem Bruſcalia, & Cennus fuerunt extracti ab Eccleſiis prædictis, & ſatellitibus conſignati. Verùm quia Princeps non erat conſcius, Lucius Arſetti reos remiſit ad Abbatem loci illius, & mandauit ſcribi literas ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Regij vti viciniorem, ad finem, vt illi in carceribus, vt fuerant repoſiti, poſſent cuſtodiri nomine Eccleſiæ; donec declaratum fuerit, an ipſi perpetrauerint
aliquid



aliquod delictum exceptum in Bulla Greg. XIV. P. M. edita de anno 1591. die 28. Maij: quoniam expreſsè pro parte fiſci Guaſtallenſis prætendebatur prædictos commiſiſſe dictum homicidium appenſatè, & proditoriè. Et ſtatim data fuit facultas prædicto Abbati Prælato nunquam ſatis laudato, vt compilaret proceſſum, & reos detineret nomine Epiſcopi; quo fabricato, & terminatis etiam defenſionibus pro parte reorum, idem fiſcus inſtabat pronuntiari, & declarari prædictos reos gaudere non poſſe beneficio immunitatis Eccleſiæ tanquam proditores. Contrà verò clamabat D. Procurator fiſcalis pro Eccleſia in fauorem dictorum reorum, & Eccleſiæ, inſtans eos remitti ad Eccleſias, à quibus fuerunt extracti: & cùm multa hinc inde allegarentur, caſus reddebatur dubius, & diu anceps fuit animus meus in deliberando, quid agendum eſſet, & iuri conueniret. Ad tollendam autem hanc perplexitatem non peperci labori, & ſtudio, ſæpe etiam enixè petens à Deo, vt mentem meam illuminaret: & poſtquam reſolutum eſt negotium, arbitratus ſum bonum eſſe vnicuique rationes huiuſce reſolutionis motrices manifeſtare, ne illotis manibus videar in hanc deueniſſe ſententiam, vt illi poſſint frui beneficio immunitatis Eccleſiæ.

Si igitur ſingula percurrere libet, de arreſto in primis agendum videtur, & concludendum, nullam, & inualidam fuiſſe dicti Cenni, & Bruſcaliæ capturam, quoniam omnibus perſpicuum eſt non licere cuiquam laico, ſiue tanquam priuato, ſiue vti iudici, propria auctoritate ab Eccleſia vel loco ſacro, ſeu religioſo extrahere, vel arreſtare laicum, aut clericum illuc confugientem, quia lo-
1 cus eſt exemptus, & ſoli ſubiicitur Iudici Eccleſiaſtico,
ad textum *in cap. inter alia,* vbi Abb. & DD. *de immun. Eccl.* Couar. *reſol. lib. 2. cap. 20. num. 16. 17. 18.* Farin. *in append. de immun. Eccl. cap. 2. num. 7.* & Suarez. *tom. 1. de Religione, tract. 2. lib. 3. cap. 13. num. 5.* Leon. *in Theſ. for. Eccl. part. 1. cap. 13. num. 13. verſ. reos criminis.* Bonac. *tract. de immun. Eccl. diſp. 3. quæſt. 7. §. 5. num. 1.* vbi
2 etiam inquit licere Eccleſiaſticis reſiſtere iudici ſeculari
volenti extrahere reum è loco ſacro, quod etiam firmauit Marius Italia *tract. de immun. Eccl. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 44. 45. & multis ſeqq.* vbi ampliat ad quoſcum-
3 que alios, etiamſi ſint ipſi rei, qui ſe poſſunt defende-
re, ne extrahantur, niſi formâ Bullæ Gregorianæ non ſeruatâ.

Nec mirum, quia ſemper præſumptio eſt pro reo, vt gaudeat, cùm regulam habeat pro ſe, quòd omnes fruun-
4 tur immunitate Eccleſiæ, quantacumque grauia delicta
commiſerint, niſi ſint de illis in dicta Bulla exceptis & expreſſis: ex textu *in d. c. inter alia,* Couar. *d. cap. 10. n. 6. verſ. ſeptimò,* Clar. *in prax. §. fin. q. 30. in princ. verſ. ſed quidquid,* & *n. 9.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 1.* Farinac. *d. tract. cap. 2. num. 7.* Gratian. *diſc. for. lib. 3. cap. 619. num. 20.* Azor. *mor. inſt. part. 2. lib. 9. q. 5.* & *q. 9. verſ. ſi quæras de communi.* Sebaſt. Guaz. *in tract. de defenſ. p. 1. defenſ. 1. cap. 37. n. 52.* Giurb. *conſ. 30. num. 5.* Bonac. *d. q. 7. § 4. num. 1.* Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, can. 15. quæſt. 16. num. 17.* Homob. *de exam. Eccl. part. 2. tract. 11. cap. 12. ſupp. 3. verſ. hæc;* ſolùm enim octo ſunt caſus in dicta Bulla excepti, quibus tollitur priuilegium immu-
5 nitatis Eccleſiæ, ſeruato tamen ordine de quo in eadem
Bulla.

Et poſtquam de hac materia occurrit tractare, ſimul multa diſcutiemus, quæ ad eam pertinent, licet in caſu noſtro ſuperflua videri poſſint. Nam non ſolum Eccleſiæ conſecratæ, ſed etiam benedictæ, vel authoritate Epiſcopi fundatæ, etiamſi nondum in eis fuerint celebrata diuina officia, hac immunitate gaudent, dummodo non ſint
6 priuata Oratoria, vbi Abb. *de immun. Eccl.* Clar. *d.*
*q. 30. num. 4.* Decian. *d. cap. 25. n. 8.* Leon. *d. cap. 13. n. 7.* Azor. *d. lib. 9. cap. 8. littera C.* Suarez. *d. loco, cap. 9. n. 2. 4.* pulchrè Bonac. *d. q. 7. §. 2.* Duard. *d. q. 16. n. 5.* Piaſec. *in prax. Epiſc. p. 2. c. 4. n. 54.* Giurb. *conſ. 10. n. 2.* Homob. *de exam. Eccleſiaſt. p. 2. tract. 11. cap. 12. ſupp. 3. verſ. hoc autem;* quidquid alij non bene dixerint, volentes requiri, quòd ſaltem in ea fuerint celebrata diuina officia, quia non eſt neceſſarium, cùm ſufficiat Epiſcopum, vel alium eius auctoritate, aut iura Epiſcopalia habentem poſuiſſe primum lapidem, vel aliter eius auctoritate conſtructam fuiſſe Eccleſiam, vt præfati DD. ſentiunt.



Et hoc adeò certum eſt, vt tale priuilegium extendatur etiam ad Palatium Epiſcopale, ſiue ſit conſtitutum intra 40. paſſus prope Eccleſiam, ſiue extra, provt in praxi
omnium conſenſu receptum eſt ex textu *in d. c. conſtitui-* 7
*mus,* vbi gl. 17. *quæſt. 4.* Inn. & Hoſt. *in d. cap. inter alia.* Abb. *in d. cap. Eccleſiæ, num. 9.* & ibi Henric. *de immun. Eccl.* Couar. *d. cap. 20. n. 5. verſ. quintò.* Azor. *mor. inſtit. p. 2. lib. 9. c. 8. q. 5.* Prax. Archiep. *cap. 22. num. 10.* Leon. *d. cap. 13. num. 15.* Suarez. *d. c. 9. ſub n. 9. in fin.* Mar. Ital. *de immun. Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 1.* Farinac. *in prax. quæſt. 28. num. 38.* & meliùs *in appendice de immun. Eccl. cap. 17. num. 269. 272.* Ricc. *deciſ. collect. 1792. verſ. item fuit,* Piaſec. *in d. prax. part. 2. cap. 4. num. 54.* Giurb. *d. conſ. 10. num. 3.* & *num. 13.* Peregr. *de immun. Eccl. cap. 4. num. 69.* licèt hoc non eſſe in vſu, & iuri non conuenire,
quando Palatium eſt extra ambitum Eccleſiæ per 40. 8
paſſus, cenſuerint Oldrad. *conſ. 55.* & Couar. *d. cap. 20. n. 5. in fin.* And. Sic. *conſ. 33. col. 2. verſ. reſtat videre.* Clar. *in prax. d. quæſt. 30. num. 3. verſ. ſcias etiam, in fin.* Decian. *d. tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 25. num. 14.* Farin. *d. q. 28. num. 38. in fin.* Ambroſ. *d. tract. c. 10. n. 7. in fin.* Bonacin. *d. quæſt. 7. §. 2. n. 8.* Duard. *d. quæſt. 16. num. 11. verſ. immò:* Guazzin. *d. defenſ. 1. cap. 37. num. 25.* Nam prior ſententia verior eſt, magis communis, & magis recepta, contrariiſque reſpondent Mar. Ital. *d. §. 9.* Farin. *in d. append. 17. n. 272.* Peregr. *d. cap. 4. num. 69.* Giurb. *d. conſ. 10. n. 13.*
*in fin.* Bene verum eſt, quòd ſi in facto probaretur alicubi 9
extare huiuſmodi conſuetudinem legitimè præſcriptam, illi ſtandum eſſet, quia non eſt expreſsè contra ius canonicum, vt inquit Suarez *d. cap. 9. n. 9. in fin.* Bonac. *d. q. 7. §. 2. num. 8. verſ. vrgentior.* Duard. *d. q. 16. num. 11.* ſed ea non extante recedendum non eſt à prædicta opinione ad fauorem Palatij Epiſcopalis, etiam longè ab Eccleſia exiſtentis. Antonin. Dian. *reſol. mor. p. 1. tract. de immun. Eccl. reſol. 27.*

Vidi tamen dubitari in facto, an hoc priuilegium ſit conceſſum Palatio Epiſcopi, vel Archiepiſcopi titularis ſolùm exiſtenti extra illum ambitum Eccleſiæ, vbi habe-
tur immunitas. In quo ſi placeret ſequi opinionẽ illorum 10
qui ſentiunt etiam Palatium Epiſcopi Diœceſani non gaudere extra ambitum 40. paſſus, negotium facilè diſſoluitur; verùm ſi adhæreamus alteri ſententiæ veriori, & magis communi, res non caret ſcrupulo. Verumtamen adhuc ſentio Palatium Epiſcopi titularis non gaudere, niſi ſit poſitum in loco aliàs exempto, quia tale priuilegium conceditur Palatio Epiſcopali habita relatione ad Eccleſiam eius ſponſam, ne domus ſponſi ſit minus priuilegiata, quàm domus ſponſæ: ita elicitur ex *d. cap. id conſtituimus,* & Peregr. *d. tract. de immun. Eccl. cap. 4. num. 69. verſ. ſed reſpondetur,* propter quod ſi Epiſcopus extra ſuam Diœceſim habeat Palatium, vbi Pontificalia exercere non poteſt, in eo non gaudet hac immunitate. Mar. Ital. *d. tr. cap. 4. §. 9. num. 19. 20.* Peregr. *d. cap. 4. num. 73.* in quibus concludi poteſt Palatium Epiſcopi titularis non tribuere Eccleſiæ immunitatem.

Verùm quoad Eccleſias ipſas, & oratoria publica, omnium cõſenſu receptũ eſt, vt ad ea confugiẽtes ſint immunes, ſed quo iure id proueniat, nõ eſt concors DD. ſententia. Nam multi putauerunt id eſſe de iure humano ciuili, & Eccleſiaſtico tantum, quia extrahere delinquentem ab
Eccleſia nõ eſt intrinſecè malũ, & licèt iura Teſtamẽti ve- 11
teris de hoc videantur diſponere, tamen cum pertineant ad iudicialia præcepta, iam ſunt ſublata, nec adeſt locus euangelicus, vnde hoc ſumi poſſit: quod multò verius eſſe



videtur

videtur quoad loca Eccleſiaſticis adiacentia ; & pro-
pterea id totum eſſe iuris poſitiui dixerunt Couar. d.c.20.
num.2. Decian. d.cap.25.n.2. Abulenſ. in cap.20. Ioſue, q.7.
Suarez tom.1. de religion. tract.2. lib.3. cap.8. num.3.9.10.
Ludou. Peguer. in prax. crim. cap.26. num.1. Ambroſ. tract.
de immun. Eccl. cap.1. num.3. Marth. de iuriſ. part.1. cap.50.
num.2.

Sed hoc repugnat veritati, nam verius eſt, & magis
cõmuniter ſenſerunt DD. hanc templorum immunitatem
12 ſemper fuiſſe vſu receptam, & originem traxiſſe à iure
naturali, & diuino, natura enim docet, vt reuerentiam ex-
hibeamus Dei templis, & ius diuinum hoc præcepit, qui-
bus adhæſit ius ciuile in l.2. C. de his, qui ad Eccl. confug.
& ius canonicum in d.cap. id conſtituimus, & c. inter alia:
& res iſta adeo clara eſt, vt videatur poſſe haberi pro
deciſa, ſtante doctrina Sacroſancti Conc. Trident. ſeſſ.25.
cap.20. de reform. in illis verbis: Eccleſiæ, & perſonarum
Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & cano-
nicis ſanctionibus ſtatutam. Et hanc partem tenuerunt
etiam Patres in Conc. Colonienſi part.9. cap.20. & po-
ſtea Io. Ign. in l.1. in princip. num.26. ff. ad Syllan. Cagn.
in l. virum. num.51. ff. ſi cert. pet. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. de-
ciſ.423. num.5. Remig. in tract. de immun. Eccl. in princ. n.5.
Decian. conſ.80. num.10. in fin. lib.3. Tuſch. pract. concl. litt.
E, concl.8. num.4. & littera I, concl.59. numer.1. Guttier.
pract.99. lib.1. quæſt.1. num.8.9. Leon. in theſ. for. Eccl. d.
cap.13. num.2. latè Mar. Ital. d. tract. lib.1. cap.2. num.67. &
per totum. Farin. in appendic. de immun. Eccl. cap.2. num.9.
10. vbi de magis communi Horat. Caual de brach. reg. p.2.
cap.31. & part.6. num.637. pulchrè Duard. in Bullam Cœ-
næ Domini, can.15. quæſt.18. num.11.12.13.14.15. & hanc
ſententiam amplecti videtur Peregr. de imm. Eccl. cap.2.
num.1. verſ. è contra, licet relinquendum dicat deciſioni
S.R.E. & num.2. verſ. quintò: & pro hac opinione teſta-
tur de communi.

In tantùm autem Eccleſiæ, & Templa tribuunt immu-
nitatem, vt etiamſi Iudæus, vel infidelis ad ea confu-
giat petens baptizari (abſque tamen ſimulatione) po-
13 teſt ſe tueri, & gaudere hoc beneficio; & pro habenda
veritate eius petitionis Eccleſia poteſt eum examinare,
& ſi iudicauerit ſine ſimulatione eum baptiſmum pete-
re, dabit illi immunitatem, in caſibus tamen non exce-
ptis: ita ex Gloſſa in d. cap. inter alia, vbi Io. Andr. &
Hoſt. de imm. Eccl. Felin. in cap. Iudæi, de Iudæis. Tiraq. de
primog. quæſt.66. num.8. de communi Couar. d.c.20. n.11.
licèt ipſe aliter ſentiat: pulchrè Suarez d. loco, lib.3. c.10.
num.9. Farin. in append. cap.5. num.83. Leon. d.cap.13. n.30.
verſ. primùm, Gratian. diſc. for. cap.658. num.27. Azor. p.2.
lib.9. cap.9. quæſt.9. verſ. ſi quæras, Duard. d. can.15. quæſt.16.
num.15. Bonac. d. quæſt.7. §.3. n.5. Peregr. de imm. Eccl. c.12.
num.1. quem videas, & ab omnibus ſupradictis collige, ſi
infidelis ſimulatè peteret baptiſmum, vel nullo modo pe-
14 teret, eum non eſſe ab Eccleſia protegendum, ſed ab ea
eſſe extrahendum; præciſa tamen neceſſaria Epiſcopi
15 licentia, vt inquit Leon. in d. theſ. for. Eccl. p.1. c.13. n.30.
verſ. tamen contraria: quia Eccleſia eſt de territorio, &
iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici. Farinac. conſ.124. n.3.
16 lib.3. Craſſ. de eff. cler. effect.1. num.617. propter quod iu-
dex ſæcularis non poteſt in ea exercere iuriſdictionem,
cum extra territorium ius dicenti etiam à ſubditis impu-
nè non pareatur, cap.2. de conſtit. in 6. l. vlt. vbi gl. ff.
de iuriſdiction. omn. iud. Suarez d. loco, cap.13. numero 10.
vbi loquitur in terminis huius immunitatis. Anton.
Dian. mor. reſol. lib.1. tract. de immun. Eccl. reſol.8. verſ.
Sed.

Solet etiam dubitari, an clerici gaudeant hac Eccleſiæ
immunitate, & delinquentes extra caſus exceptos, ſi ad
17 eam confugiant, à ſuo iudice Eccleſiaſtico extrahi ne-
queunt, quòd multi probarunt, gaudere ſentiẽtes, ne cle-
rici deterioris ſint conditionis, quàm laici: ita ex textu
in cap. nullus clericorum 17. quæſt.4. Innoc. in d. cap. inter
alia, vbi etiam Card. quæſt.6. de immun. Eccl. Couar. d.
cap.20. num.16. Add. ad Rom. conſ.227. littera D. Decian.
tract. crim. lib.6. cap.26. num.1. Tuſch. littera E, concl.9.
num.17. & concl.11. num.27. Clar. d. quæſt.30. verſ. vlterius
quæro, Ambroſ. d. tract. cap.12. num.3. Mar. Ital. d. tract. c.3.
num.1. Farin. d. quæſt.28. num.7. & in append. cap.2. n.34.36.
in fin. Ricc. deciſ. collect.1792. verſ. Item fuit, latè Antonin.
Dian. reſol. moral. lib.1. tract. de imm. Eccl. reſol.24.

Verùm contrariam ſententiam, quod immò clerici
poſſint extrahi ab Eccleſia etiam in caſibus non exceptis 18
à ſuo iudice Eccleſiaſtico, quia aliàs vix vnquam eſſet lo-
cus punitioni, cùm vtplurimùm clerici degant in Ec-
cleſiis, dummodò tamen Iudex non ex odio, ſed zelo diſ-
ciplinæ illos extrahat, & ita ſeruari, & ſeruandum eſſe
ſenſerunt Gloſſ. in d.cap. nullus, Abb. in d.cap. inter alia,
num.13. de immun. Eccl. Ang. in ſumm. verb. immunitas,
num.14. Syluester d. verb. immunitas 3. quæſt.3. §. tertium.
Remig. d. tract. fall.21. Nauar. in Manual. cap.25. num.22.
pulchrè Suarez d. loco, cap.10. num.5. verſ. nihilominus, De-
cian. d. lib.6. cap.28. num.14. in fin. Diaz in pract. crim. c.115.
ad fin. Gutier. pract. qq. lib.3. quæſt.3. num.3. Roderic. quæſt.
reg. tom.2. quæſt.50. art.4. vbi teſtatur ita ſeruare Prax. Ar-
chiep. Neap. d. cap.22. num.11. Guazzin. d. defenſ.1. cap.38.
num.49. latè Peregr. de immun. Eccl. cap.12. num.3. verſ. ſe-
cunda opinio, vbi reſpondet contrariis. Bonacin. d. quæſt.7.
§.3. numer.7. verſ. alij verò. Homob. de exam. Eccl. part.2.
tract.11. cap.12. ſupp.3. verſ. & ſanè. Graſſ. de effect. clericat.
eff.38. num.1.2. qui de communi, & veriſſima opinione
teſtatur, & cum eis ſentit Filiuc. mor. lib.2. tract.15. c.16.
num.151.

Quid dicendum in tanta contrarietate? vtique hæc
vltima opinio mihi non diſplicet, & eſt multùm probabi-
lis, quam ſequi non eſſet error, cum habeat pro ſe tot
claſſicos DD. & ſi habeat conſuetudinem pro ſe, vt hic
Regij, tunc erit ſeruanda, quia ea eſt optima legum in- 19
terpres, & tali caſu liberè poteris adhærere opinioni Ab-
batis; ita Decian. d. tract. crim. lib.6. cap.26. num.1. in fin.
quem ſequitur Ambroſ. d. tract. de immun. cap.12. num.4.
ad fin. Diaz in prax. can. cap.124. verſ. & iſta, ibi: Quæ in
hoc. Prax. Arch. d. cap.22. num.11. ad fin. Io. Gutier. pract.
qq. part.2. lib.3. quæſt.3. num.3. Guazzin. d. defenſ.1. cap.38.
num.49. ſed circumſcripta conſuetudine aliter ſeruan-
dum erit, quia opinio contra Abbatem quibuſdam vi-
detur eſſe magis communis, quod vix credo, & (quod
maximè refert) eam probauit S. C. Cardinalium tam
Concilij Trident. Interpretum, quàm negotiis Epiſco-
porum præpoſitorum, teſte Farin. in appendic. de immun.
Eccl. cap.2. numero 36. in fin. cui non eſt reluctandum,
cum vices ſuſtineat Pontificis, & eius decreta ab om-
nibus ſint ſeruanda, ſi tamen verè extat huiuſmodi de-
cretum, de quo fidem facit Antonin. Dian. lib.3. d. tract.
reſol.35.

Vbi verò viget conſuetudo, vt clerici extrahantur ab
Eccleſiis, & ſeruatur opinio Abbatis, animaduertas, quia
non valebit vſus, vt fiat extractio à iudice ſeculari, qui in
clericos non habet iuriſdictionem, & minùs in Eccleſia. 20
Nauar. d. cap.25. n.22. Lopez ad Diaz d.c.124. n.1. Prax. Ar-
chiep. d.c.22. n.11. Guazzin. d. defenſ.1. c.37. n.71. Ricc. d.
deciſ.1792. Bonac. d.q.7. §.3. ſub n.7. Graſſ. d. effect.38. n.3.
in quo tamen erit animaduertendum, quod ſtante etiam
prædicta conſuetudine non poterit Epiſcopus carcerare
Clericum ad Eccleſiam regularium exemptam ab eius
iuriſdictione confugientem, quia licèt illa Eccleſia ſit in
Diœceſi, non eſt tamen de Diœceſi, & in ea non poteſt
exercere iuriſdictionem, vt ex c. cùm Epiſc. de off. ord. in 6. 21
cap. luminoſo 18. q.1. c.1. de priuileg. in 6. ad rem Suarez de
religion. d. lib.3. c.13. num.10. verſ. eſt enim. Farin. in append.
c.22. n.356. verſ. & pro hac, niſi tamen volente, & conſen-
tiente Superiore regulari, qui hoc poterit permittere:
& licet vigore Bullæ Gregorianæ ſolus Epiſcopus, vel
eius Officialis poſſit concedere extractionem etiam ab 22
Eccleſiis regularium, Roderic. qq. reg. tomo 2. q.50. artic.3.
verſ. circa quã. Tamẽ illud procedit in delictis exceptis, vel
quæ



quæ excepta ab initio reputantur, & talia nominantur
ad finem extractionis faciendæ, vt res poſtea plenè diſ-
cutiatur.

Deinde prædictam contra Abbatem opinionem intel-
lige procedere, quando clericus confugit ad Eccleſiam,
locumve ſacrum, vel Palatium Epiſcopi, hac præciſa in-
tentione, vt gaudeat immunitate, quia ſi alia de cauſa, vel
23 alia occaſione ad hoc veriſimiliter non præcauendo ibi
reperiatur, veniat, vel maneat, velut ſi in Canonica ha-
beret habitationem, vel accederet ad Veſperas, vel in ius
vocatus ſe præſentaret Vicario, vel Curiæ, tunc poſſet
carcerari, quoniam & ipſi carceres plerumque extant in
Palatio Epiſcopi, vel prope Eccleſiam vbi clerici carce-
rantur, teſte Roderic. d.q.50. art.4. in fin. his enim caſibus
permittitur clericorum carceratio per ſuum iudicem, &
punitio: ſic Decian. d. lib.6. c.26. n.1. in fin. Ambroſ. d. c.
24 12. n.4. eo, quòd actus agentium regulatur ſecundum in-
tentionem eorum, l. omnis, ff. ſi cert. pet. Tuſch. ad rem
d. lit. E, concl.10. n.35. iſte autem animus ex coniecturis
colligetur, velut ſi inſequentibus birroariis ſe reciperet
in Eccleſiam, vel ſe declaraſſet, quòd hic permanebat ad
hunc effectum, vel illic comedebat contra ſolitum, & ex
ſimilibus ſignis.

Nam in propoſito videmus, quòd confugiens ad San-
ctiſſimam Euchariſtiam, dum ad infirmos defertur, gau-
25 det hac immunitate. Anch. in cap. quæſitum. 13. q.2. de
communi Couar. d.c.20. n.6. Clar. in prax. §. fin. q.98. n.2.
verſ. ſed pone, Tuſch. d. litera E, concl.10. n.33. Suarez
d. c.9. n.10. verſ. tandem. Ambroſ. d. tract. c.10. num.9.
Mar. Ital. eod. tract. cap.4. §.10. Farin. q.28. num.11. &
append. c.17. n.275. Guaz. d. def.1. c.37. n.36. Duard.
d. can.15. q.16. num.8. Graff. dec. aur. p.2. lib.1. c.1. n.52.
quidquid non bene dicat, & minùs conuenienter Bonac.
de immun. Eccl. diſp.3. q.7. §.2. n.11. tamen hoc non proce-
deret, ſi carcerato, vel ad mortem damnato portaretur
Sanctiſſima Euchariſtia, is enim non poſſet allegare hanc
immunitatem, ne Eccleſia, quæ eſt auctrix iuſtitiæ, effi-
ciatur auctrix iniuſtitiæ, & quia hæc non fuit veriſimilis
intentio neque deferentis, neque ſumentis; bene tamen
26 dicunt aliqui ob reuerentiam tanti Sacramenti mortem
eſſe differendam in aliam diem, ſed verius eſt ſufficere
tantam moram, quæ ſufficiens ſit ad ſpecies conſumen-
das. Ita colligimus ex Hoſt. in ſumm. de immun. Eccl. n.11.
12. Couar. d.c.20. n.6. Far. d.c.17. n.276. Dec. d. lib.6. c.29.
n.8. pulchrè Tuſch. d. concl.10. n.34.35. Amb. d.c.10. n.9.
Duard. d.q.16. n.8. latè Guaz. d. defenſ.1. c.37. n.37. Graff.
d.c.1. n.52. verſ. ſi verò.

His viſis dicamus in hac materia quod ad tollendas
multas ambiguitates, & iuriſconſultorum cauillationes,
& naſcentes abuſus, qui irrepſerant contra immunitatem
27 Eccleſiaſticam, & ad reuocanda quæcumque indulta,
Greg. Pont. XIV. conſtitutionem prædictam de con-
fugientibus ad Eccleſiaſticam fecit. Prax. Arch. Neap.
d.c.22. in fin. Amb. d. tr. de immun. Eccl. in princ. Pereg. eod.
tr. c.16. in princ. Bonac. d.q.7. in princ. per quam reuocantur
omnia indulta de extrahendis reis ab Eccleſia vnà cum
Bulla Sixti V. quæ multa permittebat: ita Drog. ad Clar.
in pract. cr. §. fin. q.30. num.19. lit. C, in fin. Rodr. qq. reg.
tom.2. q.50. art.3. verſ. proinde. multa enim procedebant,
& ſeruabantur ante Bullam Greg. quæ poſtea ceſſarunt.
Gril. conſ.45. n.2. Far. in app. de immun. Eccl. n.345. in fin.
Caual de brach. reg. p.1. n.102. vnde dicta Bulla in iis quæ
diſponit, ſola debet ſeruari, & attendi, immò ipſa redu-
28 xit omnia ad vnam formam, vt in ea legitur, & ſcripſe-
runt pulchrè Tuſch. d. lit. E, concl.11. n.9. & num.55. Far.
conſ.76. n.13. in fin. & n.16. lib.1. Prax. Arch. Neap. d.c.22.
n.11. in fin. Bonac. d.q.7. §.3. n.7. verſ. ad rationes, ibi: ad
vnam tantùm. Duard. d.q.16. n.27. Homob. d. tr.11. c.12.
ſupp.3. verſ. hac immun. ibi, & quoniam: latè Anton. Dian.
reſ. mor. lib.1. tr. de im. Eccl. reſ.1. per totã, vbi probat, quod
hæc Bulla tollit ius commune, conſuetudines, & priuilegia
in contrarium exiſtentia, & eum vidi poſt hæc ſcripta.



Et vt magis ad praxim deſcendamus, nunc ſeruatur,
quod vbi reus ad Eccleſiam confugit, ſi Curia ſecularis
prætendat eum non gaudere, mediante ſuo procuratore
fiſcali inſtat fieri extractionem, & licentiam petit ab Epi- 29
ſcopo, propter quod debet nominare titulum delicti in
dicta Bulla excepti, alioquin non conceditur extractio,
& narrato delicto de exceptis ad finem, ne reus aufugiat,
& ad euitandas expenſas in cuſtodiendo eum extra fines
Eccleſiæ neceſſarias, Epiſcopus vel eius Vicarius mandat
eum extrahi cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, &
etiam Notario ſuo, vt omnia valeat ſcribere, & cum omni
poſſibili modeſtia reus ab Eccleſia tollitur, & ducitur ad
carceres Epiſcopales, ibi cuſtodiendus vſque ad finem
cauſæ, & cognitionis articuli, an ſit locus exemptioni, &
ſi Epiſcopus non habet carceres, vel habet, ſed non tu-
tos, à laicis petit ſibi vnum, vel plures accommodari, vbi
ex rogitu Notarij ſimili modo reus cuſtoditur expenſis
curiæ ſecularis, ſi ipſe non habeat proprium, non quidem
in compedibus, niſi ob eius inſolentiam, vel aliam cau-
ſam aliud videatur expedire: ita colligitur ex dicta Bulla,
& Amb. d. tr. c.11. n.1.2. Mar. Ital. eod. tr. lib.1. c.5. §.4. n.5.
Guaz. d. def.1. c.32. n.1.2. Bonac. d.q.7. §.7. prop.2. n.2. verſ.3.
Duard. d.q.16. n.31. Maſtr. d. deciſ.169. n.17.18. Homob.
d. tr.11. c.12. ſup.3. verſ. hæc, in fin. quidquid alij ſenſerint,
quorum dicta fortè ante Bullam potuiſſent allegari, ſed
nunc ceſſant: facta autem nominatione delicti qualifica-
ti, ſi Epiſcopu recuſet extractionem, tunc fiſcus ſecularis
poteſt reum extrahere ſeruata modeſtia, & ducere ad car-
ceres Epiſcopi cuſtodiendum, donec declaretur, an gau-
dere debeat beneficio immunitatis, vt legimus in dicta
Bulla, & dicunt Prax. Archiep. Neap. d. cap.22. ſub n.5.
Bonac. d. §.7. num.2. verſ. hoc tamen.

Hinc reddimur omnino certi nunc iudicem laicum non
poſſe ſuo marte extrahere ab Eccleſia reum ad eam con-
fugientem, quia neceſſaria eſt licentia Epiſcopi, vel eius 30
officialis, vt legitur in dicta Bulla. Roder. qq. reg. to.2. q.50.
art.3. verſ. circa quam, il 2. Cab. reſ. crim.194. n.12. Amb.
d. tr.11. in prin. Grat. d.c.596. n.17.21. Bonac. d.q.7. §.5. n.1.
& §.7. n.2. verſ. ex quo patet, Caual. d. tr. p.6. fragm.14. n.99.
Homob. d. tr.11. c.12. ſup.3. verſ. hæc, Pereg. d. tr. c.13. n.5. ver.
dixi, Duard. d.q.16. n.30. adeò, vt ſi Iudex laicus velit de-
linquentes extrahere ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi,
vel Epiſcopus non ſeruata forma Bullæ, illi poſſint ſe de- 31
fendere, & armis reſiſtere. Rodr. d.q.50. art.3. verſ. circa
eandem, Mar. Ital. de imm. Eccl. lib.1. c.6. §.2. n.44.45.48.

Verùm ſi notorium ſit, & apertè conſtet reum admiſiſſe
delictum in Bulla exceptum, an tunc Iudex laicus poſſit
eum ſuo marte extrahere, non eſt concors DD. ſententia,
nam multi id affirmarunt, quia notorium non indiget pro- 32
batione, & ſuperfluum videtur expectare licentiam Epi-
ſcopi, quam non poteſt negare: immo pernicioſum eſſet
expectare, quia interim reus poſſet ſe ad fugam parare: ita
Couar. d.c.20. n.18. verſ.34. Clar. d.q.30. n.20. verſ. quæro
nunc, & ibi Drog in verbo, punctus eſt. Dec. tr. crim. lib.6.
c.29. n.4. Mart. de iuriſ. p.2. c.50. n.15.24. latè Farin. q.28.
n.75.76. in prima editione. Suarez. d. lib.3. c.13. n.1. vbi in-
quit nullum eſſe peccatum extrahere ſic confugientem
in caſibus exceptis abſque licentia Paſtorum Eccleſiæ.

Nihilominus altera opinio verior eſt, magis commu-
nis, & vſu recepta, quæ licèt ante Bullam Gregorianam
poſſet controuerti, tamen poſtea ceſſauit omnis difficul-
tas, cùm expreſsè per eam caueatur, vt in caſibus exceptis
extractio fiat cum licentia Epiſcopi, vel eius officialis,
cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ; & ideo etiamſi
notorium ſit extrahendum eſſe reum delicti excepti, ad-
huc extractio fieri debet de licentia Epiſcopi, & eius 33
nomine, adeo vt magis communiter ſic ſenſerint tam
DD. antiqui, quàm neoterici. Cyn. & Salic. Auth. ſi quis
ei, C. de adult. Mart. Delrio diſq. mag. lib.5. ſect.7. verſ.
capi. Prax. Archiep. Neap. d. cap.22. num.5. verſ. & facit
Amb. de immun. Eccl. cap.11. num.1. & cap.15. num.5. in fin.
Mar. Ital. d. tr. lib.1. c.6. initio, n.8. & §.2. n.48. in fin. Farin.

in prax.q.28.n.76.verſ.verùm poſt,in ſecunda editione, & in append.de imm.Eccl.c.22 n.356.359. Tuſch.lit.E,concl.11. n.48.Leon.d.c.13.n.17.Grat.diſc.for.cap.596.n.1.2.10.21. Beol.& alij apud Farin.d.conſ.168.n.62.lib.2.Guaz.d.def.1. c.31.n.4.verſ.etiam,Bonac.d.q.7.§.7.n.2.verſ.ex quo.Maſtr. deciſ.169.n.12.pulchrè Pereg.de imm.Eccl.c.14.n.6. verſ. hodie,& c.16.n.22.verſ.abdita, Giurb.conſ.50.n.13. Duard. d.can.15.q.16.n.30.verſ.hodie,Homob.d.tract.11.c.12.ſupp. 3.verſ.hæc,ibi : & quoniam, Ricc.dec collect.1792.verſ. eſt tamen. Et propterea in caſu noſtro dictus Abbas,& Princeps Guardiſt. recurſum habuerunt ad Epiſcopum Regij vti viciniorem, quia ſic diſponit Bulla Greg. quoad loca exempta, & quæ nullius diœceſis eſſe dicuntur.

Et in tantum à ſolo Epiſcopo vel eius officiali poteſt hæc licentia concedi , vt propriè de Epiſcopo intelligatur , non autem de habente iura Epiſcopalia ; propter
34 quod ſi delictum exceptum committatur in loco exempto alicui Prælato ſæculari, vel regulari, recurrendum eſt ad Epiſcopum viciniorem pro licentia prædicta , vt legitur in dicta Bulla, & dicunt Rod.q.reg.tom.2.q.50.art.3.verſ. verum.Ambr.d.tract.11.n.1.verſ.vt Curia.Bonac.d.q.7.§.7. n.2.verſ.nomine,Guaz.d.c.31.n.4.Pereg.d.c.14.ſub n.6.provt hic factum eſt : licèt enim Abbas Guardiſtalli ſit nullius diœceſis , tamen habet pro viciniori Epiſcopo Præſulem Regienſem;ille enim locus à cæteris magis diſtat, vt multis teſtibus alia occaſione probatum eſt.

Dum verò dicta Bulla Greg. mentionem facit de officiali Epiſcopi,intelligitur ſolum de eius Vicario generali,vt ex gl.in Clem.2.de reſcr.Sanch.de matr. lib.8. diſp.27.
35 n.29.inquiunt Mar. Ital.de im.Eccl.lib.1.c.6.in princ.n.15. Bonacin. d.q.7.§.7 n.2.verſ.nomine Officialis. Homob. d. tr.11.c.12.ſupp.3.ſub verſ.hæc immunitas,latè Pereg.d.tract. de im. Eccl.c.3.n.18.verſ.pro parte,vbi tollit contraria, & c.16. verſ.vel eius, n.32.Vnde aliàs fuerũt acriter correcti Archipresbyter SS Fauſtini,& Iouitæ,& Archipresbyter S. Martini, eo quod peruenerit ad aures Epiſcopi Regij, eos auſos fuiſſe ſimilem concedere licentiam ; ad ſolum enim Epiſcopum,vel eius Vicarium generalẽ hoc ſpectat.

Cum igitur dicti Cennus, & Bruſcalia fuerint extracti à dictis Eccleſiis ſine licentia Epiſcopi vicinioris,captura
36 fuit nulla, etiamſi poſtea probaretur eos delictum exceptum commiſiſſe, quia in primis ſunt reſtituendi Eccleſiæ ſpoliatæ , & reſtitutio præcedere debet: ita poſt Rom. tr.de im. Eccl.q.fin. Suar.d.lib.3.c.13.n.6. Prax. Neap.d.c. 22.n.5.verſ.Item fuit reſolutum. Mar.Ital. d.tract. c. 6.§.2. n.23.24.Far.in d.append.c.2.n.48.Leon.d.c.13.n.13.Grat. d.c.596.n.11.Giurb.d.conſ.50.n.13.Maſtr.d.deciſ.169 n.12. Guaz.d.c.31.n.10.11.Azor.mor.inſt.p.2.lib.9.q.15.Pereg. d.tract.c.5.n.1.& c.13.n.1.Bonac.d.q.7.§.5.n.1.verſ. quintus,Homob.d.c.12.ſupp.3.ſub verſ. & ſanè.

Nam extrahens ab Eccleſia ad eam confugientem ſine iuſta cauſa,& ſine neceſſaria Epiſcopi vel eius officialis li-
37 centia,magnum facit ſacrilegium,incurrit excommunicationem ipſo facto,tenetur ad damna,& intereſſe extracti, facit actum nullum, & tyrannicum , poteſtque pœna arbitraria puniri : latè, & pulchrè Suar. d. c.13. n.9.10.11. 12.13.14.Prax.Neap.d.c.22.n.6.7.Mar.Ital.d.c.6.§.2.n.25. Far. in d.append.c.20.n.310.321.Guaz.d.def.1.c.30.n.1.4. Pereg.d.tr.c.15.n.21.Azor.d.c.9.q.11.Bonac.d.q.7 §.5.n.1. verſ.5.& n.2.Homob.d.c.12.ſupp.3.verſ.2.

Et quamvis multi opinati ſint locorum Ordinarios poſſe ab excommunicatione abſoluere facta reſtitutione, non obſtante decreto Clem. VIII.& S.C.vt defendit,&
38 ſuſtinet Prax.Neap.d.c.22.n.3.4.12.Megal.inſt.conf.lib.4. c.2.n.34. Bonac. de imm.Eccl. diſp.3.q.7.§.6.n.8.verſ. puto tamen, Anton. Dian. reſ.mor.lib.1.tr. de imm. Eccl.reſ.41. Homob. de exam. Eccleſ.p.2.tract.11.ſup.3.verſ. porrò certum ; tamen obſtupeſco de hac opinione , quia omnino illi contradicit dictum decretum Clem.VIII. & omnem maculam tollit declaratio S.C. emanata de anno 162. & 1617. quæ in terminis violationis immunitatis Eccleſiaſticæ propter dictam Bullam Greg.inquit eſſe caſum Sedi Apoſtolicæ reſeruatum , vt videre eſt apud Quarant. in ſumm. Bull. verb. caſus reſeruati, fol.162.163. Lauor.tract. de ind.p.2.c.28.n.16. vnde verius eſt,& receptius abſolutionem ab hac cenſura pertinere ad ſolum Pontificem:ita Mar. Ant. lib.3. reſ.15.& poſt Filiuc.Mar.Ital. de im.Eccl. lib.1.c.6.§.2.n.31.& ſeq. Farin. in append. de immun. Eccl. c.20.n.315.316.vide Duar.in Bullam Cœnæ Dom.d.can.15. q.19.n.19. Lauor. tract.de ind.c.21.n.90.p.2. Latè Pereg. de immun. Eccl.cap.15.n.9.verſ.ſed contra,num.10.11.12.& n.16.18.ver.vnde:vbi tollit omnia contraria adeo,vt hoc etiam obtineat , licèt forte dubium ſit , an quis incurreret hanc excommunicationem, quia ſiue certum ſit, ſiue dubium,caſum eſſe Pontifici reſeruatum,ſemper abſolutio
ſpectat ad Sedem Apoſtolicã,& licet ſolùm dubitetur,an 39
quis violarit immunitatem , vel libertatem Eccleſiæ , tamen à ſolo Pontifice poteſt abſolui , vt in dicto Decreto Clem.VIII.ibi : Clarè,vel dubiè,apud Quarant. d.verb. caſus reſeruati, fol.162. Farin. d.c.20 n.315. & apertè declarauit S.D. Vrban. VIII. P.M. per literas de eius mandato ſcriptas omnibus Epiſcopis ab Illuſt. Card. Bandino,ſub die 15.Mart.1629.Vnde ſibi conſulant, qui in culpa ſunt, & in futurũ bene caueant , qui talia non perhorreſcunt. Bene verum eſt, quod ſi quis ex ignorantia etiam craſſa aliquem ab Eccleſia extraheret,non incideret in hanc excommunicationem propter verbum,præſumpſerit,in Bulla poſitum,quod dolum requirit:ita Duard.in dictam Bullam Cœnæ Domini, can.15.q.16.n.20. alioquin res clara eſt.

Hic autem dictus D. Dux Guardiſt. nulla eſt in culpa, quia ſicuti eſt valde pius,ita intellecta huiuſmodi arreſtatione iuſſit captos conſignari foro Epiſcopi, & ideò pro parte ſua ſatisfecit abundè Bullæ Greg.cum enim Epiſco-
pi repræſentent Eccleſiam , & ſatisfactio , quæ debetur 40
Eccleſiæ, implementum recipiat, ſi Epiſcopo fiat, vtique ſatis fuit prædictos ab Eccleſia extractos Epiſcopo vel eius officiali conſignare, & ita ſeruatur ſecundum Prax. Arch.Gen.d.c.22.n.7.verſ.anno ſequenti.Bened Beol.& alij apud Far. d.conſ.168.n.49. in fin. lib.2. Far. in append. de immun.Eccl.c.2.n.48.in fin.pulchrè Bonac.d.tr.q.7.§.5.n.3. Pereg.eod.tr.c.15.n.21.verſ.ſi verò,adeo vt Duard. d.c.15. q.16.n.21. dixerit, quod facta reſtitutione ſi extrahentes ſine mora eam fecerint,euitant dictas pœnas,quod tamen puto non eſſe verum, niſi quando bona fide , & ex ſimplicitate facta eſt extractio ab iis , qui errare non credebant; nam ſi malitioſè , vel aduertenter extraxerint, non liberantur, niſi abſoluantur; namque ſi vigore prædictæ Bullæ etiã extrahere tentãtes incurrũt pœnas prædictas,
licet opus non compleuerint,poſt Dec.tr.crim.lib.6.c.27. 41
n.5.Prax.Gen.d.c.22.ſub n.7.Far.in prax.q.28.n.7.& latiùs in d. append.c.20.n.322.Mar.Ital.d.c.6.§.2.n.60. Guaz. d. def.1.c.30.n.5. Pereg.d.tr.de im. Eccl. c.16. n.39. quanto magis idem erit dicendum de iis qui extraxerunt , licet ſtatim reſtituerint ; hoc enim eſt pars ſatisfactionis, non tota ſatisfactio ; ſi enim incurrunt tentantes ſolum , qui non tenẽtur ad reſtitutionem,quantò magis extrahentes, qui reſtituere tenentur, vnde iſti extrahentes facta reſtitutione non ſtatim immunes ſunt , quia etiam tenentur ad reſarciendã iniuriam Eccleſiæ & reis factam, & ad reſtitutionẽ damnorum & intereſſe. Bene verum eſt,quod facta reſtitutione perſonæ extrahentes efficiuntur abſo-
lutionis capaces.Farin.in append.d.c.20.n.311.Bon.d.q.7. 42
§.5.n.3.ver.2.Per.d.c.15.n.21.ver.ſi verò,non tamen ſtatim liberantur cenſura , quam ſolus Pontifex impendere poteſt, ſed beneficio abſolutionis indigent,quod multi non curant , & peſſimè faciunt , niſi bona fide, & ex ſimplicitate , vel ignorantia id fecerint, quia ſine dolo non incurruntur dictæ pœnæ. Dec. d.tract. crim. lib.6. cap. 28. num.5.6. Grat. diſc. for. d. cap.596.n.33.in fin. & propte-
reà de anno 1629. fuerunt in hac Curia carcerati qui- 43
dam ruſtici à S.Martino, qui talia attentauerunt ; & cùm verba Bullæ ſint clara , nihil vlteriùs eſt quærendum, l. ancillæ , C. de furt. l. 1. §. pen. ff. de conſt. pecun. Surd. conſ.473. num.29. Rot. diu. deciſ.543.n.1.p.1. Cùm igitur hic



hic omnium non ſit facta reſtitutio , adhuc videtur dicendum , nullam fuiſſe capturam , & extrahentes adhuc eſſe cenſura irretitos , quia ſufficit etiam attentatum effectu non ſequuto. Anton. Dian. d. tract. de imm. Eccl. lib.1.reſol.15.

Sed quia vt plurimum hæc minima reputantur , licet malè,eſto,quòd ſufficiat realis conſignatio reorum facta Epiſcopo , videamus, an cætera ſint ritè , & rectè facta, adeo, vt illi ſint tradẽdi foro ſeculari:quod vt diligentiùs videamus, non eſſe prætereundum puto,quod licèt olim dubitaretur, tamen hodie nulla eſt difficultas , quin co-
44 gnitio , an reus confugiens ad Eccleſiam gaudeat illius immunitate , in totum ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum,etiamſi ille delictum commiſerit exceptum : Farin. conſ.76. num.2.lib.1. & in append. de immun. Eccl. c. 22. num.368. in fin. & num.369.372. Tuſch. pract. concl. lit. E, concl.10.n.1. Mar. Ital. d. tract. lib.1. c.6. §.1.num.66. Prax. Arch, d. c.22. ſub n.5. Ambr. d.tract.c.11.n.2.Guaz. d.c.31.n.4. Bonac. d.§.7.n.1. Peregr. d.tract.c.3.n.1.quod pro vero nunc ab omnibus admittitur , & apud Catholicos id controuertere non bene oleret : & ſic latè oſtendit Antonin. Dian. d. tract. de immunit. Eccl. lib.1.reſol. 14. vbi probat hoc procedere etiamſi notorium eſſet reum non gaudere.

Bene verum eſt , quòd hinc ſumpta occaſione nata eſt diſcordia in modo cognoſcendi;nam DD.non bene conueniunt , primo enim controuertunt, an Iudex Eccleſiaſticus teneatur, vel poſſit ſtare proceſſui fabricato à iudice laico, & illi fidem adhibere pro facienda remiſſione rei ab Eccleſia extracti ad forum ſeculare , in quo non
45 eſt concors ſcribentium ſententia : alij enim putauerunt vtique ſtandum eſſe proceſſui Curiæ ſecularis, quia non eſt credendum Pontificem voluiſſe committere Epiſcopis ſpiritualibus negotiis implicitis , vt per has cognitiones ſecularium Curiam anteuertant , ſed voluit eos eſſe contentos informatione extraiudiciali etiam ſecreta,ad quam poteſt ſufficere proceſſus ſecularis Curiæ : ſic Remig. tract. de immun. Eccl. q.2. n.3. verſ. & attenta. Grat. diſc. for. lib.3. c.596. n.22. 27. 28. Gambac. tract. de immun. Eccl.lib.6.c.16. n.8.9. Caſtil. deciſ.156. in princ. Giurb.
46 conſ.56.n.2.3. in materia enim remiſſionis ſufficit aliqualis cognitio , & informatio : Abb. in c. fin. n.18. de for. comp. Grat. d. c.596.n.26. Giurb. d.conſ.50.num.9. in fin. quod hic mirabile non debet videri , quoniam acta in foro ſæculari probant in Eccleſiaſtico, cap.vlt. de except. in 6. Bald. in l.2. in addit. n.3. ff. de feriis, Capel.Tholoſ. deciſ.199. Farin. conſ.168.n.25. lib.2.

Verumtamen ſecundum veriorem , & magis communem DD. ſententiam in hoc ſtandum non eſt proceſſui iudicis ſæcularis de ſuo intereſſe tractantis , & de ſua iuriſdictione in re non modici præiudicij , ne videatur iudex in propria cauſa , vbi prætendit reum ab Eccleſia extractum , vel extrahendum ſuæ ſubiici iuriſdictioni, &
47 cùm vigore Bullæ Gregorianæ cognitio debeat fieri per Epiſcopum , vel ab eo deputatum , id non verificaretur ſi ſtare oporteret proceſſui iudicis ſæcularis : ita probant Guid. Pap. q.202. n.5. Farin. d. conſ.76. n.1. lib. 1. & in append. cap.22. num.373. Bened. Beol. Aug. Paſinell. & Steph. Benaſſ. apud Farin. d. conſ.168. num.26.27.28.& ſeq. lib.2. Amb. d. tract. cap.11. n.2. verſ.2. Mar. Ital. d. tract. lib.1.c 6.§.1.n.79. Ant. de Ball. tit.de inſult.in Eccl. n.5. Guaz. d. tr. de def. p.1. def.1. c.31.n.8. & def.20.c.9. n.30. Bonac. d.tr.de immun.Eccl.diſp.3.q.7.§.7.n.3.Pereg. d. tract. c.32. certa eſt enim regula in iure , quòd Eccleſiaſticus Iudex non debet ſtare proceſſui ſecularis , ſed
48 nouas debet ſumere informationes , quia ille eſt iudex incompetens, l. vlt. C. ſi à non comp. Iud. c. at ſi clerici, de Iud. Barr. & Bald. in l. magiſtr. de iuriſd.omn. iud. pulchrè Ruin. conſ.7.n.6. lib.5. Gram. conſ. 42. n.1. Clar. in pract.§.fin.q.36.n.49. vbi Baiard. n.5.3. Far. d.conſ.76.n.1. Amb. d.c.11.n.2.verſ.quia regul. Guaz. d.def.20.c.9.n.29. Bonac.d §.7.n.3.verſ.tamen quia, Peregr. d.c.3 n.2.verſ.& confirmo.Hier.de Fed.reſ.tr.47.n.1.2.Ric.d.dec.1792.in fin.

Non obſtant ex aduerſo adducta,namque Remig.d.q.2. n.3. non facit ad propoſitum, qui loquitur ante Bullam Gregorianam,& ipſe putat iudicem ſecularem in hac cognitione eſſe competentem,cui idcirco ſatis eſſe dixit apparere de delicto excepto ex proceſſu informatiuo , non autem, quòd Iudex Eccleſiaſticus , cui non tribuit hanc iuriſdictionem debeat ſtare proceſſui iudicis ſecularis; & ſi ipſe ſecundum hæc tempora ſcripſiſſet , vtique aliter ſenſiſſet, quia diuerſa nunc eſt ratio, & variantur perſonæ, ac cauſa. Bened. Beol. d. conſ.168. n.26. lib. 2. hoc enim tempore Iudex Eccleſiaſticus debet nouum formare
proceſſum, & dare dilationes , quia illi datur cognitio, 49
& cui datur facultas cognoſcendi de aliqua cauſa,cenſetur etiam conceſſa poteſtas recipiendi probationes , ad textum in l. vbi , & ibi gl. & Butrig. C. de falſ. Farin. d. conſ.76. n.1.lib.1. Ambr. d.c.11.n.3. verſ.rurſus , Bonac. d.§.7.n.3. in fin. Peregr. d.c.3.n.2.verſ.probatur.

Non obſtat , quod in materia remiſſionis ſufficiat aliqualis cognitio: nam ad hoc inferius reſpondebo , pro nunc dicam,nos extra dubium verſari ſtante Bulla Gregoriana, quæ veram requirit probationem, & iure merito, quia tractatur de irreparabili damno ; facta enim remiſſione poſſet iudex laicus omittere diſcuſſionem qualitatis delicti excepti , & reum ſuſpendi facere ob delictum ſine qualitate : ita Bened. Beol. apud Farin. d. conſ. 168. n.13.14. lib.2. ſentire videtur Farin. d.c.22.n.373.Pereg. d.c.3.n.2.ſub verſ. probatur.

Minùs obſtat , quòd acta in foro ſeculari probent in Eccleſiaſtico ; nam id non procedit, quando in foro Ec-
cleſiæ interuenit diuerſitas perſonæ , vel cauſæ, vel agi- 50
tur ad diuerſum effectum,vt hic,vbi Eccleſia,& eius fiſcalis procurator ſumunt partem reorum , & ad diuerſum finem dirigitur actio , quàm fieret in foro laico ; ita ex gloſſa in c.2. vbi Innoc. n.7. Abb.n.25.de ord.cogn.Innoc. in c.cauſam quæ, il primo, n.3. vbi Hoſt.n.13.Io. And col.1. Anch. n.3. Felin. n.4.de teſt. Feder. conſ.160.n.3. Anch. conſ.146. n.7. Bened. Beol. d. conſ.168.n.27.37.lib.2.

Nec obſtant Grat. d.c.596. & Giurb. d. conſ.50. quia aliorum auctoritate, & rationibus conuincuntur, & illis reſiſtit communis DD. ſententia : vnde hoc animaduertens Giurb. d.conſ.50. n.4. voluit ſuam ſententiam caſtigare dicens,quod ſi Epiſcopus ſit dubius ſuper qualitate delicti , an ſit de exceptis , non obſtante proceſſu Curiæ ſecularis poterit diligentiores ſumere informationes , & eoſdem repetere teſtes , vel nouos examinare : ex quo colligere poſſumus ſecularem non ſufficere proceſſum,
& poteſt dici ſemper ſubeſſe huiuſmodi dubium , quia 51
cùm ſecularis contendat ſuam eſſe iuriſdictionem , ſuſpecta redditur probatio ab eo proueniens , & nullius fidei. Farin. d. conſ.76. num.1.lib.1. Guazzin. d.defenſ.20. cap.9.n.30.

Benè verum eſt , quòd ſi verum amamus , hæc omnia non debemus eadem menſura metiri , cum plures poſſint dari caſus , in quibus variè ſit reſpondendum. Nam ſi proceſſus fuit fabricatus à Curia ſæculari , poſtquam reus ſe recepit ad Eccleſiam,vel eodem die, & ſi eo tempore , quo verè, vel veriſimiliter poterat eſſe controuerſia , an ad laicos pertineret iuriſdictio , tunc abſque dubio ſentio nullam fidem eſſe dandam dicto proceſſui, provt ſic pulchrè inquit Farin. in append.de immun.Eccl. d. cap.22.n.365. & d.conſ.76.n.1.in fin.lib.1. Bened Beol. d. conſ.178. num.28. in fin. lib. 2. Maur. Burg. tract. de mod. proced. ex abrupt. cent.1. q.65.num.52. Guaz. d.defenſ.20. c.9. n.29. in fin. Sin proceſſus eſſet fabricatus, antequam reus confugiſſet ad Eccleſiam , adhuc diſtinguendum eſt , quia aut fuit factus in contumaciam , &
tunc etiam in foro Eccleſiaſtico faceret aliquam fidem, 52
& indicium , non tamen indubitatum , & ſufficiens ad remiſſionem : ſic probatur ex Guid. Pap.d.q.202.num.6. Prax. Archiep. Neap. c.6.n.3. Gratian. d.c.619.num.19. aut lis erat conteſtata cum reo,vel ipſe erat confeſſus,vel

conuictus, aut condemnatus ex illo delicto, & poſtea aufugens carceribus ſe recepit ad Eccleſiam, ſi de nouo in foro Eccleſiæ contingat dubitare, an delictum commiſerit exceptum, vtique hoc caſu proceſſus laicalis non modicam faceret fidem, & pauliſper adminiculatus ſufficeret ſi in actis Eccleſiæ exhiberetur, vt bene inquit. Farin. *in d. append. de immun. Eccl. d. c. 22. n. 375.* Guazzin. *de defenſ. reor. c. 9. n. 30.*

Vnde eſt, quòd de anno 1619. die prima Auguſti *in vna Caſalenſ.* Paulus V. P. M. annuit, vt traderentur Curiæ ſeculari Sebaſtianus Ferrarius, & Thomas Natta, ac Chriſtophorus Corſus, qui damnati erant de graſſationibus quinque cum derobatione, & occiſione ſocrus, & amitæ ſub ſpecie amicitiæ, & affinitatis, quas confeſſi ſunt ſuffocaſſe in lecto proprio, qui poſtea carceribus fractis ad Eccleſiam confugerunt, à qua extracti de ordine Epiſcopi cuſtodiebantur nomine Eccleſiæ; & cùm fiſcus ſecularis prætenderet abſque vlteriori proceſſu dictos reos eſſe remittendos, Eccleſiaſticus verò diceret nouas informationes eſſe dandas, & confeſſiones eorum vi tormentorum fuiſſe extortas, habita relatione ab Epiſcopo loci Sanctiſſimus Paulus mandauit, vt conſignarentur Curiæ ſeculari, dummodo quoad duos, qui ſocrum, & amitam occiderant, Epiſcopus non haberet aliquas circunſtantias in contrarium, & reorum confeſſiones, & ratificationes redigerentur in actis Curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſaltem ſummariè, & extraiudicialiter ipſe ſe informaret, quantum ad animum ſuum mouendum ſufficeret; quod tamen inferiores iudices non poſſent exequi ſine ſpeciali commiſſione Pontificis, quia cùm ipſe ſit ſupra ius canonicum, poteſt diſponere prout vult, alioquin proceſſus Curiæ ſecularis debet eſſe adminiculatus, vt dixi.

In his autem terminis intelligendus eſt Gam. *d. deciſ.* 179. *n.* 1. 2. & *deciſ.* 281. *n.* 1. vbi loquitur de eo, qui condemnatus fuerat, & fractis carceribus aufugerat ad Eccleſiam, quò loci licet dicat negotium eſſe dubitatiſſimum, tamen concludit illud ſufficere ad eius extractionem; quod tamen non eſt verum, licet nunc talis pro-
53 ceſſus magnam fidem faciat, nec Epiſcopus ex hoc ſolum poterit reum tradere Curiæ ſeculari, niſi conſulat Sedem Apoſtolicam, & ab ea licentiam obtineat, vt inquit bene Guaz. *d. tract. de defenſ. d. def. 20. c. 9. num.* 30. vt euenit in dicta Caſalenſi, in qua fruſtra ad Pontificem recurſum fuiſſet, ſi Epiſcopus eum proceſſum ſufficere arbitratus fuiſſet, non tamen tenebatur hoc ſignificare Pontifici, cum ſint partes fiſci ſecularis probare delictum cum ſua qualitate, qua non probata reus eſt Eccleſiæ reſtituendus. Farin. *d. conſ. 76. num. 4. lib.* 1. & *in d. tract. de immun. Eccl. cap. 22. n.* 374. Gratian. *d. c. 619. num.* 18. 19. Cyriac. *controu.* 345. *num* 5. *lib.* 2. Melius eſt igitur repetere teſtes in foro Eccleſiaſtico, prout in præſenti cauſa factum eſt, & ſemper vidi ſeruari, & in hac Curia Regienſi id habetur de ſtylo, & practicantes hoc forum id non ponunt in controuerſiam, niſi negotium adeo eſſet antiquum, vt videretur impoſſibilis teſtium repetitio.

De altero puncto valde eſſentiali videndum eſt, à quo pro maiori parte videtur pendere huius articuli deciſio: & quia non caret multis difficultatibus, opere prætium duxi illud plenè examinare: eſt autem, an ad effectum excludendi reum ab hac immunitate Eccleſiæ ſufficiat fiſco ſeculari probare qualitates aſſaſſinij, vel proditionis, aut alteriùs delicti excepti ſummariè, per indicia, coniecturas aut præſumptiones, vel potius oporteat de illis plenè, & concludenter docere. In quo non eſt concors DD. ſententia, quia alij putauerunt ſufficere indicia, & præſumptiones per ſummariam, & ſecretam informationem, etiam extraiudicialiter, quantum ſufficit ad infor-
54 mandum animum Epiſcopi, vel eius Officialis, vt poſt Aufrer. *in tract. de arreſt. p. 2. tit. de form. arreſt. in arreſt.* 217. *fol. 42. col.* 2. inquit D. Remig. de Gamm. *d. tract. de immun. Eccl. q. 2. n. 3. verſ. attenta*, & *num.* 11. Gam. *deciſ.* 179. *num.* 1. 2. & *deciſ.* 281. *num.* 1. Portol. *in ſchol. ad Molin. in §. clericus, for. 8. q.* 9. Farin. *in add. ad d. conſ.* 168. *in fin. lit. A, lib.* 2. & *conſ.* 211. *num.* 19. *lib.* 3. Gratian. *diſc. for. lib. 3. cap. 596. num.* 28. P. Gambac. *de immun. Eccl. lib. 6. c.* 15. Caſtill. *deciſ. 156. n.* 9. Guaz. *d. defenſ. 1. c. 31. n. 9. verſ. ac etiam*, Giurb. *d. conſ. 50. n.* 10. & *conſ. 70. n.* 32. quibus etiam aſſentire videtur Alex. Peregr. *d. tract. de immun. Eccl. cap. 3. num. 8. verſ.* 2. vbi inquit hanc opinionem faciliùs ſeruari poſſe, & Farin. recedendo à prima, huic adhæſiſſe ſententiæ.

Et verè hæc opinio argutis, & ſubtilibus ſuadetur rationibus; inde enim irrefragabiliter videtur probari, quia aſſaſſinus, ſiue clericus, ſiue laicus poteſt puniri pœna ordinaria, ſi delictum probetur perpetraſſe argumentis probabilibus, indiciis, & præſumptionibus, vt habetur *in cap.* 1. & ibi DD. *de homicid. in 6.* Boſſ. *in prax. crim. tit. de for. comp. n.* 66. Gam. *d. deciſ. 179. n.* 2. & *deciſ. 281. per totam.* Rim. Iun. *conſ. 685. n.* 10. Baiard. *ad Clar. §. aſſaſſ.* 55
*n. 6.* Ang. *conſ. 25. n. 5. lib. 1. polit. c. 18. n.* 56. Maſc. *de prob. concl.* 1227. *n.* 13. Bened. Beol. *d. conſ. 168. num. 6. lib.* 2. Maſtril. *de indult. cap. 29. n.* 21. Caſtil. *d. deciſ. 156. n.* 9. Guaz. *d. defenſ. 1. cap. 31. num.* 9. Graſſ. *de effect. cler. effect. 1. num.* 7. 11. Giurb. *d. conſ. 70. num.* 23. quorum pleríque voluerunt etiam ſufficere ſola indicia ad torturam. Vnde ſi hæc ſufficiunt ad probandum principaliter delictum, quanto magis ad effectum ſolum, vt reus remittatur ad iudicem laicum, vbi denuo cauſa erit tractanda, non tamen admitto, quòd vnquam ſufficiant indicia ad torturam.

Secundò hoc idem ex eo videtur apertè probari, quia dum diſputamus, an iſti rei gaudeant immunitate Eccleſiæ, incidenter quæritur, non principaliter, an illi ſint aſſaſſini, vel proditores, quod non eſt aliud, niſi quærere, an laicus ſit iudex competens; ideò non requiritur 56
plena cauſæ cognitio, ne grauior ſit articulus ſuper emergenti, quàm ſuper principali. Bart. & Bald. *in l. ius alimentorum, §. 1.* vbi gl. *in verb. cognit. ff. vbi pup. educ. deb.* Bened. Beol. *d. conſ. 168 n. 1. verſ. quoad, lib.* 2. Grat. *d. c. 596. n.* 25. Giurb. *d. conſ. 50. n.* 11. Peregr. *d. tract. c. 3. n.* 7. & propterea ne idem negotium bis agatur, & reus fruſtretur inanibus expenſis, Iudexque fatigetur ſuperfluis probationibus, ſatis erit coram iudice Eccleſiaſtico præſumptiuè probare delictum eſſe de exceptis.

Tertiò id firmatur etiam exinde, quia cum hîc tractetur ſolùm, an confugiens ad Eccleſiam ſit remittendus ad ſuum iudicem laicum, vt ab eo puniatur, certum eſt, quòd in hac quæſtione an ſit locus remiſſioni, ſufficit aliqualis cognitio remittentis, non plena exigitur. Gloſſ. *in Clem. Paſtoralis, in verb. de more*, & ibi Card. *in §.* 57
*deniq. num.* 16. Imol. *num.* 96. Vital. *num. 47. de re iud.* Abb. *in c. fin. num. 18. de for comp.* Peguer. *deciſ. 66. n.* 18. Bened. Beol. *d. conſ. 168. n. 2. lib.* 2. Gratian. *d. cap.* 596. *num.* 26. 27. ergo ſufficit in caſu noſtro per indicia, & præſumptiones probare reum non gaudere hac immunitate.

Quartò huic ſententiæ videtur fauere ipſa Bulla Gregoriana, dum clarè diſponit, ne delinquentes tradantur Curiæ ſeculari, niſi cognito, quod aliquod ex delictis in ea expreſſis iudicio Epiſcopi videatur commiſiſſe; verba enim illa, *iudicio ſuo*, iuncta verbo, *videantur*, important liberum boni viri arbitrium; & cùm nullam præſcribant 58
probandi formam, ſufficiet quælibet cognitio etiam extraiudicialis pro ſecuritate conſcientiæ Epiſcopi, quæ ſatis ſit ad eius inſtructionem, per ea, quæ ſcripſit Bened. Beol. *d. conſ. 168. n.* 3. 4. 5. *lib.* 2. Grat. *d. c. 596. n.* 29. 30. *& ſeqq.* P. Gambacur. *d. tract. de immun. Eccl. lib. 6. c.* 15. Giurb. *d. conſ. 50. n.* 10. 11.

Quintò non videtur Bulla Gregoriana diuerſo modo poſſe intelligi, niſi demus abſurdũ, quia ſi plena requireretur probatio in forma ſolemni, vix vnquam poſſet eſſe locus extractioni delinquentiũ ab Eccleſia, & traditioni

Curiæ



Curiæ ſæcularis: Farinac. *in addit. ad dictum conſil. 76.*
59 *num. 6. lib.* 2. quoniam delicta, de quibus in dicta Bulla, ſolent occultè, & cum magna cautela committi; proditores enim & aſſaſſini non ſolent adhibere teſtes, niſi ſocios criminis; & ideo ſi tanta requireretur probatio, aperiretur via delictis, & ſequeretur, quòd facta traditione Iudex laicus poſſet ex eodem proceſſu reum morti adiudicare, quod verum non eſt. Giurb. *d. conſ. 50. num. 11. verſ. etenim.*

Sextò & vltimo in propoſito noſtro videtur ſublata omnis difficultas ex Decreto Clem. VIII. P. M. emanato ſub die 6. Febr. 1597. & determinatione Sacræ Conſultæ, ex quibus habemus fuiſſe reſcriptum Archiepiſcopo Panormitano, & Epiſcopo Cremonæ, vt ſuper qualitatibus criminis excludentis immunitatem Eccleſiæ ſe informarent ſummariè, ſimpliciter, & extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere ſibi viſum fuerit, ita, vt annuerit Pontifex non eſſe exquirendam plenam, & concludentem dictarũ qualitatum
60 probationem, vt habetur apud Prax. Archiep. Neap. *cap. 94. ſub num.* 2. vbi legitur dictum decretum Farin. *in add. ad d. conſil. 168. in fin. litt. A, B, D, lib. 2.* & *conſ.* 311. *num. 19. lib.* 3. Gambacur. *d. lib. 6. cap.* 15. Giurb. *d. conſ.* 50. *num.* 10.

Verumtamen altera opinio mihi videtur verior, & magis recepta, & menti, ac verbis Bullæ magis conformis, vt ſcilicet requiratur probatio vera, & plena qualitatum, quæ excludunt delinquentem ab immunitate
61 Eccleſiæ; etenim regulariter omnis probatio debet eſſe concludens, ac plena, & leges, quæ requirunt probationem, de plena, & concludenti intelliguntur, & ita in terminis noſtris voluerunt, & Bullam Gregorianam intellexerunt ex Aret. *in cap. cum non ab homine, de iudic.* Auendañ. *in tract. de exequend. mand. reg. lib. 1. cap.* 22. *num. 9. verſ. nam ſupradicta*, Molin. *tract. de ſacr. hom. amitrend. immun. cap. fin. num. 149. & ſeq.* & ibi Farin. *d. conſ. 76. num.* 4 5. *& ſeqq. lib.* 1. & *in Append. de immunit. Eccl. cap. 22. num.* 374. Bened. Beol. Aug. Bacinell. & Steph. Benaſſ. apud Farin. *d. conſ. 168 num.* 8. 9. *& ſeqq. lib.* 2. Ambroſ. *d. tract. de immun. Eccl. cap. 11. num.* 4. Mar. Ital. *eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num.* 80. 81. 82. Gratian. *diſc. for. lib. 4. cap. 619. num.* 18. 19. Bonacin. *d. tract. de immun. Eccl. diſp. 3. quæſt. 7. §. 7. num. 4. verſ. reſpondeo.* Ricc. *d. deciſ. collect. 1792. in fin.* & videtur ſentire Peregr. *de immunit. Eccl. cap. 7. num. 21. verſ. nota*, ex quibus apparet hanc eſſe magis communem DD. ſententiam. Antonin. Dian. *var. reſol. mor. part. 3. tract. 1. de immun. Eccl. reſol.* 38.

Hæc autem opinio habet firmiſſimas rationes, & non cadentia ſydera; cùm enim iudex laicus acquirat iuriſdictionem in delinquentes, qui ad Eccleſiam confugiunt, verificata qualitate proditionis, vel aſſaſſinij, fiſcus ſecularis debet eam plenè probare, quia qualitas tribuens
62 iuriſdictionem non præſumptiuè, vel per indicia, ſed concludenter eſt probanda, ex textu *in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, ff. de iudic.* Pariſ. de Put. *de ſyndic. in verb. iudex, c.* 2. *num.* 13. Benintend. *deciſ. 8. n.* 3. And. Gail. *de pace public. c. 13. num. 12. lib.* 1. Farin. *in prax. q. 8. n.* 86. & *in d. conſ.* 76. *n. 4. lib.* Bened. Beol. *d. conſ. 168. n. 8. lib.* 2. Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 2. num.* 22. & *ſect. 6. num.* 33. Ioſeph Ludouic. *dec. Lucenſ. 52. num. 28. p.* 1. Ambroſ. *d. c. 11. n. 4. verſ. ſecundò.* Peregr. *d. c. 3. num. 5. verſ. tertiò.* Sed hic qualitas prædicta tribuit iuriſdictionem: ergo plenè eſt probanda.

Secundò cùm qualitas aſſaſſinij, & proditionis, ac ſimilium ſit illa, quæ tollit immunitatem Eccleſiæ, diſpoſitio Bullæ Gregorianæ locum habere non poteſt, niſi plenè verificata qualitate, adeò, vt nec ſufficiat ficta confeſſio delinquentis, & nunquam fiſcus laicalis vin-
63 cere poteſt, niſi probata dicta qualitate, quia eſt fundamentum ſuæ intentionis, & cauſa ſuæ pretenſionis; vbi enim qualitas eſt cauſa, vt quis obtineat, illa debet præciſè probari, etiamſi in negatiua conſiſtat: ita Mar. Ital. *d. tract. de immun. Eccl. lib. 1. cap. 5. §. 3. num.* 122. 123. Curt. Iun. *conſ. 324. num.* 1. Pariſ. *conſ. 166. num. 8. lib.* 4. Soc. Iun. *conſ. 22. num. 11. lib.* 1. Ceph. *conſ. 256. in fin.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. gl. 7. num.* 1. 2. Crauet. *conſ. 112. n.* 6. Oſaſch. *deciſ. 174. num.* 5. Farin. *deciſ. 402. num. 4. in fin.* vbi pulchrè *lib.* 2. Gratian. *d. cap. 619. num.* 18. 19. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ. 53. num.* 5. Cyriac. *contr. 345. num.* 5. Giurb. *d. conſ.* 10. *num.* 24. Peregr. *d. cap. 3. num. 5. verſ. tertiò*: quoniam diſpoſitio loquens cum certa qualitate, vt facit Bulla Gre- 64
goriana, non habet locum, niſi illa qualitas plenè probetur, ex textu *in l. Falc. §. cùm hoc edictum, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Bald. *in l. ſi quando, C. vnde vi*, Farin. *d. conſil.* 10. *num.* 23. 24. *lib.* 1. Bened. Beol. *d. conſ. 168. num. 8. lib.* 2. Pacian. *conſ. 32. num.* 3. Giouagn. *conſ. 30. n. 4. lib.* 1.

Tertiò hæc opinio coadiuuatur verbis Bullæ prædictæ expreſſis, vbi voluit verè conſtare Epiſcopo de crimine qualificato, antequam reum tradat Curiæ ſeculari, dum dixit, *An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*: inde enim probatur, præſumptiones, & indicia non ſufficere, quia ea eſſe vera dicimus, quæ propriis oculis inſpi- 65
cimus, vel indubitanter nouimus. Innoc. *in c. cum in cauſa, num. 1. verſ. illud autem*, vbi Hoſt. *num.* 4. Io. And. *num.* 3. 4. Ægid. *num. 4. de iuram. calum.* Dominic. *in cap. beat.* 2. *q.* 7. Felin. *in cap. 1. col. 1. 2. de ſum. Trin.* Anch. *conſ. 392. n.* 5. 6. 7. Farin. *d. conſ. 76. n. 5. lib.* 1. Bened. Beol. *d. conſ. 168. num.* 10. *lib.* 10. Ambroſ. *d. cap. 11. num. 4. verſ. tertiò*, ibi, *Verùm.* Peregr. *d. cap. 3. num.* 4. Bonac. *d. quæſt. 7. § 7. num. 4. verſ. reſpondeo.* Antonin. Dian. *d. reſol.* 38.

Quartò animaduertendum eſt dictam Bullam Gregorianam requirere expreſſe non ſolum de prædictis conſtare, ſed etiam per modum conditionis voluit prius apparere admiſſa delicta eſſe de exceptis, antequam reus tradatur Curiæ ſeculari, vt in illis verbis: *Cognito priùs per Epiſcopum.* Ablatiui enim abſoluti important conditionem, *§. ab hoſtib. Inſt. de Attil. tut. l. facta, §. reſcripto, ff. ad* 66
*Trebell.* Bart. *in l. cùm ſtipulatus, de verb. oblig.* Bald. *in l. 1. oppoſ. 9. ff. de leg.* 2. Pacian. *conſ. 52. num.* 68. & vbi probatio eſt in conditione, vel probanda eſt conditio, tunc neceſſaria 67
eſt plena probatio, *l. Lucius*, vbi Bart. *de cond. & dem.* Natt. *conſ. 102. num. 8. lib.* 1. Pariſ. *conſ. 204. num. 9. lib.* 4. Farin. *d. conſ. 76. num. 6. lib.* 1. Ambroſ. *d. cap. 11. num. 4. verſic. quartò.* Peregr. *d. cap. 3. num. 5. verſ. quartò.*

Quintò certum eſt, captos in Eccleſia habere regulam immunitatis pro ſe, quia quilibet ad Eccleſiam confugiens regulariter eſt tutus; ideo dicens caſum hunc, vel illum non comprehendi in regula, debet ſuam aſſertionem euidenter probare, eò, quod habeat contra ſe iuris præſumptionem. Ita *ex l. fin. in princ.* vbi DD. *ff. quod* 68
*met. cauſ.* Abb. *in cap. quia veriſimile, in 2. not. de præſump.* Craſſ. *de antiq. temp. part. 1. ſect. ex premiſſis, num.* 46. Farin. *d. conſ. 76. num. 3. lib.* 1. Ambroſ. *d. cap. 11. num. 4. verſ. primò.* Peregr. *d. cap. 3. num.* 5. Bonac. *d. quæſt. 7. §. 7. num* 4.

Sextò addi poteſt, quia ſtantibus illis verbis Bullæ Gregorianæ, *Cognito prius per Epiſcopum*; certum reddi- 69
tur in re hac requiri cauſæ cognitionem: tum quia tractatur de præiudicio alterius. Alex. *conſ. 70. num. 10. verſ. & maximè, lib.* 3. tum quia vbicumque lex iubet aliquid fieri cum authoritate iudicis, debet intelligi, quòd iudex de ea cognoſcat, ad textum *in l. cùm hi, in princ. ff. de tranſact.* Bart. *conſil. 106. verſ. de hoc, lib.* 2. Tuſch. *pract. concl. littera C, concl. 154. num.* 3. Sed vbi requiritur cauſæ cognitio, ordo aliquis iudiciarius debet obſeruari, & ex abrupto non eſt procedendum. Butr. *in cap. auditis,* 70
*lib. 2 de elect.* Soc. Sen. *conſil. 33. col. pen. lib.* 1. Menoch. *de arb. iud. quæſt. 19. numer.* 5. ergo plenæ probationes neceſſariæ ſunt, prout in quocumque alio iudicio, etiam ſummario.

Septimò, & vltimò hoc idem verum eſſe probatur, quia non ambigitur clauſulam, *Conſtito priùs*, eſſe ſimilem huic, *Cognito prius*, vt apud Bened Beol. *d. conſ.* 168. *n. 39. lib.* 2. & idcircò pro eadem illam vſurpant Ambroſ. 71
*d. c. 11. num. 5. verſ. ſed conſtito.* Peregr. *d. cap. 3. num. 5. verſ.*

*quartò*.Sed ſic eſt,quod clauſula,*Conſtito*,vbicumque eſt,
72 veras,& concludentes requirit probationes,adeo,vt non
ſufficiant præſumptiones : vt ex gl. *in Clement.vnic. in
verb.repererint,ad fin.* vbi Card. *quæſt.*13.*de off.deleg.*Abb.
*in cap conquerente, ſub num.*9. *de reſtit.ſpol.* Alex.*conſ.*218.
*num.*1.*lib.*2. latè Garz. *de beneſ.part.*6.*c.*3.*num* 64.65.66.
Farinac. *deciſ.*573. *num.*1. *part.*1. & *deciſ.*532. *num.*1.
*part.*2. Beltram.*ad Ludouiſ. deciſ.*53. *num.* 3. latè Cyriac.
*contr.*287.*num.*1.*part.*2. Ergo ſequitur ſtante dicta clau-
ſula , *Cognito prius*, de qua in Bulla Gregoriana, conclu-
dendum eſſe , omnino neceſſarium eſſe plenè probare
qualitatem delicti excepti,qualificati ad effectum, vt rei
ad Eccleſiam confugientes priuentur beneficio immuni-
tatis.

Non obſtant autem adducta in contrarium. Nam vt
prius reſpondeamus auctoritatibus DD. & poſtea ratio-
nibus , & argumentis, animaduertendum eſt,quòd mul-
ti allegantur pro parte aduerſa , qui pro ea non meren-
tur allegari : non enim eſt vis facienda in Aufrerio , &
Remigio , qui loquuntur de tempore, quo nondum
emanata erat Bulla Gregoriana , & ſecundum illam opi-
nionem , quæ habet cognitionem huiuſmodi ſpectare
ad iudicem laicum , quod cum falſum ſit , & promulga-
ta Bulla amplius non controuertatur , vt per Gratian. *d.
cap.*296. *numero* 10.21. Guazzin. *d. defenſ.*1. *cap.*31. *nu-
mero* 4. Bonacin. *d. quæſt.*7. §. 7. *numero* 2. Peregr. *d.
cap.*14. *numero* 6. *verſ. hodie* , non eſt pes figendus ſu-
per dictis horum DD. qui tractant de iure veteri enu-
cleando.

Deinde minùs obſtat Gamma *dicta deciſ.* 179. & *de-
ciſ.*218. ex multis , & primò quia ipſe pariter loquitur
de tempore , antequam ederetur dicta Bulla Gregoriana,
& ſcribit ſecundum ius commune , à quo non erat diſ-
poſitum, vt deberet verè conſtare de delicto , vt hic no-
ſtra Bulla : vnde ipſe non allegatur ad propoſitum : ita
Bened. Beol. apud Farin. *d. conſil.*168. *numero* 15. *lib.*2.
Deinde dictum Gammæ fortè poteſt procedere ; quando
facienda eſt remiſſio ab vno iudice ad alium iudicem
eiuſdem iuriſdictionis, & Principis,quia tunc parum cu-
randum eſt, an verè delictum probatum ſit , quia poſtea
probabitur coram iudice , ad quem ſit remiſſio ; ſecus
eſt , ſi remiſſio fiat ad iudicem alterius Regni, & Prin-
73 cipis , quia antequam remittatur , delictum debet plenè
probari , vt voluit idem Gamm. *deciſ.*279. & *deciſ.*362.
Grat.*conſil.*92.*num.*24.*verſ.ſed vt magis,lib.*2.Bened.Beol.
*ad Farin.d.conſ.*168.*num.*14 *lib.*2.

Vnde ſatis apparet Gammam ſtudio potiùs contradi-
cendi Eccleſiaſticis , quàm veritatis zelo ita ſenſiſſe,nam
ſi voluit realem , & veram probationem delicti requiri,
quando ſit remiſſio ab vno iudice ad alium diuerſæ iu-
riſdictionis occaſione conuentionum , quæ exiſtunt in-
ter aliquos Principes de reis ſibi inuicem tradendis,
quantò magis eadem plena probatio requirenda erit,vbi
tractatur de remiſſione facienda à iudice Eccleſiaſtico ad
laicum , quos ſanè conſtat diuerſam habere iuriſdictio-
nem & diuerſo ſubeſſe Principi ; ideò bene dicit Bened.
Beol. *d. conſ.*168. *num.*19. deciſiones Gammæ non eſſe
iuri conſonas : immò ipſe Gamma ſuo etiam tempore
hunc caſum appellat dubitatiſſimum , & propterea ſi
tunc temporis in tanto premebatur dubio , certè ſi poſt
dictam Bullam ſcripſiſſet , priorem opinionem abnegaſ-
ſet , & huic noſtræ ſententiæ adhaſiſſet , quæ veram
requirit probationem vigore eiuſdem Bullæ.

Poſt hæc non obſtat Farin.*in addit.ad dictum conſ.*168.
*in fin.littera A , lib.*2. & *d. conſ.*311. *num.*19. *lib.*3. quia
verè ipſe non eſt contrariæ opinionis , vt ſufficiant indi-
cia , & præſumptiones , nec cenſendus eſt ſibi contra-
rius , aut mutaſſe ſententiam , quia ipſe Farin.*in append.
de imm. Eccl. cap.*22. *num.*374. ( quod opus vltimo lo-
co perfecit ) in hac noſtra ſententia perſeuerauit , vt
plena requiratur probatio : hic autem , vbi aliter videtur
ſenſiſſe,non conſuluit de iure , ſed ſecundùm allegatum
reſcriptum Clem. VIII. in illa Panormitana , de qua
ſupra , quod nihil officit caſui noſtro , quia illud reſcri-
ptum eſt locale , & pro illo caſu tantùm particulari , in
quo Pontifex motus fuit ad ita reſcribendum ex cauſis 74
particularibus , vt bene teſtatur ipſe Farinac. *in d. Ap-
pend. de immun. Eccl. cap.*9. *numero* 143. cui creden-
dum eſt vti plenè informato , cùm hoc negotium
ſæpius cum ipſo Pontifice tractauerit , ſicut ipſe ſcri-
bit.

Præter hæc nihil obſtat Guazzin. *d. defenſ.*1. *cap.*31.
*num.*9. *verſ.ac etiam* , quia non firmat contrariam ſen-
tentiam , vt ſufficiant indicia : ſolùm refert, quid tenue-
rit Gamma in allegatis deciſionibus , alioquin ſibi ipſi
eſſet contrarius , cùm eodem loco apertè , & firmiter
dicat, *Epiſcopo conſtare debet de delicto commiſſo per con-
fugientem ad Eccleſiam plenè , & non per indicia :* non
enim eſt interpretandus , vt ſtatim ſe correxerit ab eo,
quod tam firmiter dixit , ſed bene quod non voluerit
præterire notum facere, quid alij ſenſerint.

Ex quibus apparet multos DD. allegari pro contra-
ria ſententia , qui non ſunt allegandi , vel quia eam
non firmant , vel ex eo , quod loquuntur ante Bullam,
vel non feriunt caſum noſtrum , vel quod non ſit aper-
tum, quid ſenſerint , vnde clarum remanet, magis com-
munem eſſe illorum DD. opinionem, qui docent plenam
requiri probationem.

Reſtat , vt reſpondeamus argumentis in contrarium
facientibus : nam primò non obſtat aſſaſſinium proba-
ri per iuris præſumptiones , & probabilia argumenta;
tum quia id valde ſpeciale eſt aſſaſſinio tantùm. Clar.
*in prax.* §. *aſſaſſinium , numer.*6. Farin. *in prax. quæſt.*86. 75
*numero* 4. Bened. Beol. *d. conſil.*168. *numero* 18. *lib.*2. in
quo delicto nos non verſamur , quia hic tractatur ſo-
lùm , an ſit proditio , cùm aſſaſſinium non dicatur , niſi
interueniat promiſſio , vel datio pecuniæ , aut alterius
rei. Farin. *in appendic. de immunit. Eccl. cap.*8. *num.*125. 76
131. Ambroſ.*eod tract. cap.*8. *numero* 2. Bonac *d.quæſt.*7.
§. 4. *numero* 17. *verſ. tertiò*. Peregr. *d. tract. cap.*7. *n.*38.
quod hic non verificatur ; tamen quia licèt aſſaſſina-
mentum probetur argumentis probabilibus, tamen hæc,
& ſimiles eius ſpecialitates non habent locum, niſi priùs
conſtet de aſſaſſinio ipſo , eo quòd non præſumptiuè,
ſed concludenter appareat pecunias fuiſſe in hãc cauſam
& ad talem effectum datas. Gramm.*vot.*11.*num.*4.5.Boſſ. 77
*in prax.tit.de for.compet.numero* 65.66. Ceph. *conſil.*621.
*numero* 28. Gabriel. *concluſ. lib.*7. *de malef. concluſ.*1.
*numero* 28. Farin. *in prax. quæſt.*7. *numero* 11. & *quæſt.*8.
*numero* 85.86. & *quæſt.*86. *numero* 49. & *quæſt.*123.*n.*54.
Giurb. *d. conſil.*50. *numer.*17. Hect.Felic. *alleg.*3.*num.*40.
41.*part.*1. hæc enim qualitas aſſaſſinij licet poſſit ſum-
mariè probari, debet tamen plenè conſtare ex veris pro-
bationibus : Gramm. *d. vot.*11.*numer.*4.5. Hier. Gabriel.
*conſil.*170.*num.*26. *lib.*1. Farin. *quæſt.*37.*num.*81. & Maſc. 78
*de probat. concluſ.*137.*numer.*5. *in fin.* Peregr. *d. tract. de
immun. Eccl. cap.*7. *numero* 49. quod hic non eſt factum,
ideoque non eſt timendum de argumento in contrarium
facto.

Secundò non obſtat hic tractari incidenter de prodi-
tione,ideo ſufficere aliqualem cognitionẽ.Nam huic mo-
tiuo iam ſatisfactum eſt reſpondendo procedere, quando
facienda eſt remiſſio ab vno iudice ad alium iudicem 79
eiuſdem Principis ; ſecus eſt , ſi iudicum iuriſdictio à di-
uerſo manet fonte,ex Gram.*d.deciſ.*279.Gram.*d.dec.*362.
Grat.*d. conſ.*92.*num* 24.Beol.*d.conſ.*168.*num.*14.*lib.*2.De-
inde reſpondetur hic non tractari de remiſſione , ſed de
validitate capturæ, cuius cognitio plenè diſcutienda eſt,
& ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum ; contraria autem
fortè procedunt , vbi agitur de competentia iuriſdictio-
nis ratione delicti , domicilij, vel originis,ad tradita per
Caball.*reſol.crim.*291.*num.*3.4.*p.*2. Denique reſpondetur
nos verſari extra omnem dubitationem ſtante diſpoſi-
tione dictæ Bullæ , quæ requirit veram probationem,
quòd



quòd non erat in caſu ex aduerſo allegatæ remiſſionis.
Ita Bened.Beol.& alij apud Farinac. *d.conſil.*168.*num.*15.
*lib.*2.

Tertium argumentum nihil nocet,quia eadem eſt reſ-
ponſio, eo quòd in idem reincidat cum ſuperiori. Ve-
rùm adhuc ex abundanti dici poteſt terminum remiſ-
ſionis hic non bene aptari , ſi propriè volumus loqui,
80 quia dum pronuntiatur reos non gaudere immunitate
Eccleſiæ , non dicuntur propriè remitti ad Curiam ſæ-
cularem , ſed ei relaxari , prout latè probat Mar. Ital.*de
immun. Eccl. lib.*1. *cap.*1. §.4. *numero* 2.3.6. vnde ex
diuerſis non ſit bona illatio ; ſed quidquid ſit , quia
in hoc vim non facio , iſtud iam ſublatum eſt ex ſupra-
dictis.

Quartum non obſtat de abſoluto arbitrio, quia verius
eſt illud non fuiſſe in dicta Bulla Epiſcopis conceſſum,
81 ſed tantum eſſe datum arbitrium boni viri , maximè
quoad probationes , vt poſt Zabarell. Iaſ. & Menoch.
probat Bened. Beol. apud Farin. *d. conſ.*168. *num.*16.17.
*lib.*2. licèt enim ſummariè procedatur , non tamen tolli-
tur , quin plena requiratur probatio , vt ad rem dixit
Farin. *in prax.quæſt.*8. *num.*86. *verſ.nihilominus*, quia fa-
82 cultas procedendi ſummariè remouet ſolemnitates , ſed
non qualitates probationum , quin debeant eſſe plenæ,
vt cenſuit Rota apud Garz. *de beneſ. part.*6. *cap.*3. *n.*66.
*ad fin.* Et quando aliquid committitur arbitrio iudicis,
83 hoc quidem minuit iuris rigorem , ſed adhuc id totum
intelligitur prout de iure , & tale arbitrium debet re-
gulari ſecundum iuris diſpoſitionem. Seraph. *deciſ.*29.
*num.*4. & *deciſ.*1429. *num.*1. Farinac. *deciſ.*179. *num.*1.
& *deciſ.*235. *num.*1. & *deciſ.*547. *num.*1. *part.*1. Coccin.
*deciſ.*293. *num.*3. Vnde non eſt credendum voluiſſe Pon-
tificem recedere à communi regula , quòd plena requi-
ratur probatio , ſed ſolum dediſſe Epiſcopis tale arbi-
trium , vt apices iuris , & ſcrupuloſas inquiſitiones poſ-
ſint dimittere , dummodo in ſententiando non mouean-
tur, niſi ex concludentibus probationibus, in quibus te-
nentur ſeruare formam iuris : ita Petr.Benintend.*dec.*31.
84 *num.*4.5.6. Viu. *deciſ.*86. *num.*3. & *deciſ.*107. *numero* 16.
Barz. *deciſ.*148. *num.*32.33. Marcheſan. *de commiſſ.appell.
ab exeq.breu.cap.*2.*num.*32 *fol.*401 *part.*1.

Quintum non obſtat , & pro eo tollendo , cum ha-
beat plura membra , multa ſunt conſideranda : nam in
primis non tenet illa conſequentia , quòd ferè nunquam
reus ad Eccleſiam confugiens traderetur Curiæ ſæculari,
ſi plena requireretur delicti probatio : quoniam primò
reſpondetur ſuſtineri poſſe hoc nullum eſſe abſurdum,
nec vlla adeſt neceſſitas , vt id frequenter fiat, cùm me-
lius ſi nocentem abſoluere , quàm innocentem condem-
85 nare , *l. abſentem , ff. de pœn.* Dec. *in l.imperium, num.*31.
*ff. de iuriſd. omn. iudic.* & in hoc propoſito non deficit
ius, ſed iuriſdictio ex defectu probationum , vt ad rem
dixit Farin. *in prax. quæſt.*7. *num.*30. *verſ. nam pariter.*
Difficultas enim probationis non debet reddere dete-
riorem cauſam Eccleſiæ immunitatis , pro qua in dubio
86 iudicandum eſt. Giurb. *d. conſ.*10.*num.*25. & maximè in
hoc negotio cum magna cautela procedendum eſt, quia
ſi fieret remiſſio ex leui probatione, periculum eſſet , ne
iudex laicus omiſſa diſcuſſione qualitatis delicti excepti
reum faceret ſuſpendi ad furcam ob ſolum delictum ſine
qualitate , vt conſiderat Bened. Beol. apud Farin. *d.
conſ.*168. *num.*13.14. *lib.*2. Giurb. *d.conſ.*50. *num.*5. *in fin.*
& ſentire videntur Farin. *in append. de immun. Eccl. d.
cap.*22. *num.*373. Peregr. *d. cap.*3. *num.*2. *ſub verſ.proba-
tur.* Vnde non eſt mirandum , ſi rarò ſit traditio reorum
foro ſeculari ; etenim Giurb. *conſ.*70. *num.*45.*in fin.* mo-
net Epiſcopos , ne iudici ſeculari requirenti reos in cri-
87 minibus etiam exceptis celeriter remittant , quia ſæpe
detegitur impoſtura à parte offenſa procurata, & falſitas
teſtium ſuper delicto excepto deponentium.

Verùm animaduertendum eſt , quòd in Bulla Grego-
riana excipiuntur plura delicta , quorum omnium non
eſt æquè difficilis probatio , immo multa poſſunt facilè
probari , vt homicidia in Eccleſia & mutilationes , nec
non agrorum depopulationes , in quibus non poteſt
procedere argumentum , & ſic eſt in multis facilè poſſe
haberi verificationem caſuum Bullæ , & licet in aſſaſſi-
nio ſufficiunt probabilia argumenta , tamen id in eo ſpe-
ciale eſt. Felin. *in cap. afferte , numero* 9. Bened.
Beol. *d. conſil.* 168. *numero* 18. *lib.*2. Farinac. *quæſt.*86.
*numero* 41. & ſatis eſt, quia vidimus ſaltem de-
nè conſtare , quòd pecuniæ fuerint in hanc cauſam ple-
gatæ ; & vlterius iſtud ſpeciale procedit ſolùm in foro
Eccleſiaſtico , quia ſi de aſſaſſinio agatur in foro laico, 88
illud plenè erit probandum , vt poſt Carrer. *in pract. in
tract. de homicid. & aſſaſſ.* §. *circa igitur , numero* 29. *in
fin.* Farin. *in prax. quæſt.*86. *numero* 41. & *quæſt.*123. *nu-
mero* 47.

Vnde cùm probabilia argumenta ſint idem , ac indi-
cia indubitata , Felin. *in d. cap. afferte , num.*9. *in fin.* Fa-
rin. *in prax. quæſt.*86. *num.*43. Giurb. *d. conſ.*70.*num.*22.
*verſ. probabilia* , dicere poſſumus ex abundanti,ad finem, 89
vt reus tradatur brachio ſeculari , quando agitur de aſ-
ſaſſinio , ſufficere indicia indubitata , & ſecuta traditio-
ne aſſaſſinium fore plenè probandum in foro ſeculari ; &
ideo non erit verum , quòd ſufficiat proceſſus coram iu-
dice Eccleſiaſtico factus ad reum in foro ſeculari con-
demnandum ; quod non conſiderauit Giurb. *d. conſ.*50.
*num.*11.

Neque dicatur me pugnare mecum , dum ſentio ple-
nam requiri probationem , & poſtea admitto ſufficere
indicia indubitata. Nam reſpondeo nullam eſſe repu-
gnantiam , quia vera , & plena probatio dicitur ſecun-
dùm ſubiectam materiam illa , quæ facit tantam fidem ,
quanta ſufficit ad finiendam controuerſiam. Farin. *in
prax. quæſt.*36. *numero* 20. ſed in propoſito aſſaſſinij in 90
foro Eccleſiaſtico ſufficiunt indicia indubitata : ergo ta-
lis probatio dicetur vera , & plena , quoniam æquè vera
dicuntur eſſe ea , quæ vidimus , ſicut ea , quæ indubi-
tanter (hæc ſunt indicia indubitata) nouimus,ex doctrina
Innoc. *in d. cap. cùm in cauſa,de iuram. calum.* Farin. *d.
conſil.*76. *numero* 5. Beol. *d. conſil.*168. *numero* 10. Ambr. 91
*d. cap.*11. *numero* 4. Peregr. *d. cap.*3. *numer.*4. Bonac. *d.
quæſt.*7. §.7. *num.*4.

Nos autem hoc totum , quod iam ſublatum eſt , alio
modo in noſtro caſu euitamus,quia homicidium, de quo
quæritur,non fuit per aſſaſſinium commiſſum,cùm nullo
modo appareat fuiſſe factum de mandato alicuius ob pe- 92
cuniam,vel pecuniæ,aut alterius rei promiſſionem, quod
tamen eſt neceſſarium ad conſtituendum huius delicti
titulum : latè Gabr. *conſ.*170. *num.*15.16.17. *lib.*1. Farin.
*d.quæſt.*123.*num.*19.36.40. & *in append.d.cap.*8.*n.*125.131.
Gratian.*d.cap.*619.*num.*16. Ambroſ. *eod. tract. de immun.
Eccl.cap.*7.*num.*7.9.Giurb.*d.conſ.*70.*num.*24.37.Guazzin.
*defenſ.*1.*cap.*38.*num.*42.Peregr.*d.tract.cap.*7. *num.*48. Bo-
nac.*d.quæſt.*7.§.4 *num.*18. *verſ.ex quo* : ſed hîc allegatur
fuiſſe homicidium proditorium , de quo non reperitur in
iure cautum,vt ad illud probandum ſufficiant probabilia
argumenta, vnde ceſſante qualitate aſſaſſinij ceſſat etiam
diſpoſitio de eo loquens. Farin. *conſ.*10. *numer.*54. *lib.*1.
Grat.*d.c.*619.*num.*17.Giurb.*d.conſ.*10.*n.*23.24.

Sextum,& vltimum argumentum pariter non obſtat,
nam Decretum illud Clem. VIII. ſeu reſcriptum emana-
tum in illa cauſa Panormitana, & directum Archiepiſco-
po Panormi,quo probatur ſufficere ſummarias, & extra-
iudiciales informationes,nihil officit,& multis modis re-
ſpondetur ; etenim primò dici poſſet ex abundanti de eo
non ſatis conſtare,& eius exiſtentiam poſſe negari, cùm
de eo non appareat,niſi per aſſertionem Genuenſis , Fa-
rinacij,& Giurbæ,quibus in hoc non eſt credendum,quia
non eſt inſertum in corpore iuris , & lex non probatur,
niſi per ſcripturam promulgetur , vel authenticè oſten- 93
datur,adeo,vt non credatur Doctoribus,& mortuis de ea
re teſtantibus,ad textum *in c.*1.*de conſtit.in* 6.*l.præſcriptio-* 94
*ne*,

ne,C.ſi contra ius, vel vtil. publ. Bart. in l. omnes populi,
num.67. & ibi DD. ff.de iuſt. & iur. Decian. conſil.172.
num.17.& poſt Pariſ.videndus Oſaſch.deciſ.141.num.13.
14.15.16.

Secundò poteſt reſponderi Clem.VIII.in illo caſu ſta-
tuiſſe reos, de quo in dicto reſcripto,fore priuandos
beneficio immunitatis Eccleſiæ, quia deliquerant con-
fidenter prope Eccleſiam animo ſe ad eam recipiendi
poſt delictum: ita teſtatur Farin. in prax. quæſt.28. n.56.
in fin. in 2. impreſſione: quod licèt impugnet Mar. Ital.
d. tract. de immun. Eccl. cap.4. §.4. num.7. verſ. ſed licet,
tamen ipſe non vidit dictum reſcriptum, & magis cre-
dendendem eſt Farinacio plus de hac re informato, quia
rem tractauit ad os cum Pontifice, & totum negotium
perluſtrauit, vt ipſe Farin. in append. de immun. Eccl. d.
cap.9. num.143. bene teſtatur, & quamvis verior ſit opi-
nio, vt etiam delinquens prope Eccleſiam gaudeat
eius priuilegio, Farin. d.conſil.76. num. 11.14. Bonac. d.
95 quæſt.7. §.4. numero 23. Antonin. Dian. d. tract. de im-
mun. Eccl. lib.1. reſol.3. tamen poteſt eſſe, quòd Ponti-
fex, qui eſt ſupra legem Canonicam, motus fuerit ex
illa ratione.

Tertiò reſpondeo tantùm abeſſe, vt illud decretum
obſit huic ſententiæ, quod potius eam firmat, non
enim declarauit reos, de quibus in dicta Panormitana,
de iure gaudere non debere immunitate, & ad eos con-
uincendos ſufficere leues, & extraiudiciales informatio-
nes, immò expreſsè Clem.VIII. dixit in principio decre-
ti, quòd illi omnes debebant frui beneficio immunita-
tis. Verùm cùm ipſe ſit ſupra ius poſitiuum, voluit ex
rationibus animum ſuum mouentibus quoſdam eorum
non gaudere, & ſatis eſſe informationes, de quibus in
dicto decreto, & propterea notandum eſſe, quod illi
96 omnes gaudere debeant, & Pontificem in contrarium
fuiſſe motum ex particularibus cauſis, ſcripſerunt Prax.
Archiep. Neap. d.cap.94. in fin. Farin. in addit. ad di-
ctum conſil.168. littera A, lib.2. & meliùs in appendic.de
immun. Eccl. cap.9. num.143. in fin. & cap.22. num.346.
verſ. & propterea. Peregr. eod. tract.de immun. Eccl.cap.7.
num.20. verſ. nota. vnde tale decretum, ſeu reſcriptum
non eſt trahendum in conſequentiam, quia eſt contra
communem iuris regulam, l. quod verò, & l.in iis, vbi
DD.ff.de legib. in eo enim ſupponitur regulam iuris eſſe
in contrarium.

Quartò reſpondetur dictum decretum fuiſſe locale
pro ciuitate Panormitana, & pro illo caſu; non enim
Pontifex voluit in eo conſtituere legem generalem,quod
apparet, quia dirigitur ad Archiepiſcopum Panormi,
vt ex inſcriptione, quæ ait, Venerabili fratri Archiepiſ-
copo Panormitano, Clem. VIII. & ſolùm deſeruit pro illo
caſu, pro quo fuit requiſitus, vt colligitur ex illis ver-
bis: Supplicando, vt quid in huiuſmodi cauſa faciendum
ſit, tibi præſcribere dignaremur. Ideo illud decretum tan-
97 quam lex localis, & particularis non ligat extra eum lo-
cum, & caſum, vt ad rem dixit Farin. in appendic. de
immun. Eccl. cap.22. num.351. latè Peregr. eod. tract.
cap.11. num.10.11.12.17. vbi dicitur etiam, quod Pon-
tifex ſi voluiſſet facere legem generalem, eam feciſſet
publicare Romæ in Campo Floræ, vel in Baſilica S. Pe-
tri, vt ſolet, quia publicatio eſt de eſſentia legis, licèt
quod placet Principi, etiam per epiſtolam, legis habeat
98 vigorem, vt ad rem dixit Mart. Ital. in d. tract. lib.1.
cap.5. §.4. num.6. verſ. vnde ſi: tamen hoc procedit, ſi
99 Princeps habuit animum condendi legem, & eam pu-
blicare fecerit, vt requirunt Farin. & Peregr. in dd.
locis.

Quintò eſto etiam, quòd illud decretum Clem. VIII.
generaliter obligaret, non tamen tollit Bullam Grego-
rianam requirentem veram probationem, nec efficit,
quin neceſſaria non ſit plena probatio, licet enim dicat
100 poſſe Epiſcopum ſe informare ſummariè, & extraiudi-
cialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione
ſufficere videbitur; tamen verba ſolùm apta ſunt ad tol-
lendas iuris ſolemnitates, & apices, non autem quid-
quam immutant quoad veras probationes, & ad deci-
ſoria iudicij, quin ſaltem ius gentium, vel naturæ non
ſit ſeruandum: latè Oſaſch. deciſ.1. num.1. & num.15.
Farin. d. quæſt.8. num.86. verſ. nihilominus, & quæſt.63.
num.13. Marth. clauſ.160. num.10. part.1. nam iure na- 101
turæ in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, l.vbi
numerus, ff.de teſtib.cap.ſi quis teſtes,§.vbi,1.quæſt.3.Ceph.
conſil.651. Maſcard. de probat. in præfat.quæſt.5.n.117.Fa-
rin. quæſt.63. num.232. ideo Epiſcopus non poteſt ſuam
quieſcere conſcientiam, niſi talem habeat probationem,
quam omnia iura requirunt. Concludamus igitur verio-
rem, & magis communem eſſe opinionem,quæ requirit
plenam probationem delicti excepti, vel indubitata indi-
cia antequam reus tradatur foro ſeculari, & priuetur im-
munitatis beneficio. Nam licèt aliqui dixerint ſufficere
indicia ad torturam, vt Gamm. d.deciſ.179.num.2. & de- 102
ciſ.281.num.1.verſ.iuſtior tamen,Caſtil.d.deciſ.156 num.9.
Giurb.d.conſ.50.n.19.in fin.tamen eorum opinio ex ſupra-
dictis erronea ſatis apparet,& ſi bene conſideretur Gam-
ma,verè non poteſt intelligi,niſi de indiciis indubitatis,
dum inquit: Quamvis probatio ſolummodò concluderet ad
torturam, non ad pœnam ordinariam; ex quibus verbis
conuincitur voluiſſe tanta adeſſe indicia, quæ ſufficiant
ad pœnam extraordinariam; nam in ſuo caſu reus erat
ad torturam condemnatus, & ideo non inferebatur ad
eruendam veritatem, ſed ad pœnam extraordinariam,
quoniam remiſſum eſt arbitrio iudicis reum torquere,
vel extra ordinem punire, quando contra eum habet in- 103
dicia indubitata. Maſcard.de probat. concl. 1392. num.23.
Farin.in prax. d. quæſt.36. num 32. & quæſt.76.num.58.&
ideò ſi reus ille apud Gammam fuerat ad torturam con-
demnatus, neceſſe erat contra eum extitiſſe indicia in-
dubitata.

Et ſanè aliter dici non poteſt, quia ſi quæcunque in-
dicia ad torturam ſufficerent pro remiſſione obtinenda,
vtique verba Bullæ: Niſi cognito an verè; eſſent inania,
& ſeruirent de vento, cum ad inferendam torturam ſa-
tis ſit reum reddere ſuſpectum delicti, adeo, vt ſufficiat
minus,quàm ſemiplena probatio. Gloſſ.in l.cùm probatio,
ff.de probat. Clar. in §.fin. quæſt.20. num.4. verſ. ad tortu- 104
ram, vbi etiam Baiard. necnon Menoch. de præſ. lib.1.
quæſt.89.num.2.Farin.conſ.25.num.16. immò ſufficit etiam 105
ficta confeſſio, quæ reſultat ex contumacia. Menoch. d.
quæſt.89.num.41.Maſcard.de probat.concl.1392.num.8. Fa-
rin.in prax quæſt.11.num.70.verſ.& licet,& num.ſeqq.idem
Farin.conſ.85.num.90. & tamen vbi qualitatis probatio
requiritur à lege,vt hic, non ſufficit de ea conſtare ex fi-
cta confeſſione.Gratian.d.cap.619.n.19.Giurb.d. conſ.10. 106
n.24.verſ.vt nec, & conſ.50.n.18. loquens in puncto, ad
quod ipſe, non animaduertit, dum poſtea ſcripſit ſuffice-
re indicia ad torturam, quod ex prædictis ſuſtineri non
poteſt, quia vera debet eſſe probatio, vel indicia indubi-
tata, vt vidimus, vnde benè dixit Mar. Ital. in d. tract.
cap.6.§.1.num.81.82. non licere iudici Eccleſiaſtico tor-
quere reum ad Eccleſiam confugientem, qui indiciatus
ſit ad torturam pro crimine excepto, quia ſi fiſcus ſuffi- 107
cienter non probet crimen qualificatum, nullæ ſunt par-
tes iudicis Eccleſiaſtici,niſi in remittendo reos ad Eccle-
ſiam: & in praxi ego nunquam vidi torquere huiuſmo-
di reos, ſed vel dimittuntur,vel Curiæ ſæculari relaxan-
tur; tortura enim eſt remedium ſubſidiarium, quo non
licet vti, vbi Actori incumbit rem plenè probare, alio-
quin de domo rei ſumerentur probationes.

His ſtantibus in caſu noſtro videndum eſt, an ex-
tent hæc plena probatio, vel indicia indubitata con-
tra dictum Cennium, & Bruſchaliam, quod doloſè,
appenſatè, & proditoriè interfecerint dictum Pa-
chionum. Proditor enim dicitur, qui vnum actibus
oſtendit, & aliud in mente gerit, & ſub colore amici-
tiæ proximum interficit id nullo modo præcauentem, 108
teſte



teſte Bart. in l.reſpiciendum,§.delinquunt, num.1. ff.de pœn.
Ceph. conſ.7. num.13. Clar.in §.homicidium,num.10.verſ.
proditoriè, Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.68. num.107. Bened.
Beol. d.conſil.168. numer.71.74. lib.2. Gratian. diſc. for.
cap.380. num39.40. & cap.619. num.29. Farin. in prax.
quæſt.18. num74. verſ. vel qui, & in appendic. de immun.
Eccl. d.cap.9.num.137.Ambroſ. d.cap.6. num.3.Menoch.
de arb.ind.caſ.361. num.24.25. Grilinz. conſ.45. num.3.4.
Peregr. d.trat.cap.7. num.2. Bonacin.d.quæſt.7.§.4.n.14.
niſi eſſet inimcus, quia occidens etiam per inſidias, &
à retro inimiam, non dicitur proditor, quia occiſus
109 debebat præcaere, ex doctrina Bart. in d. l.reſpiciendum,
§.delinquunt,num.1. verſ.ſecus, ff. de pœn. Ang. de malefic.
in verb. fecit inſultum, verſ.& bene nota. Plaz. epitom. de-
lict. cap.21. num.2. Baiard. ad Clar. in §. homicidium,verſ.
proditoriè, numer.28. Bened.Beol. d.conſil.168. numer.70.
Prax. Archiep. Neap. d.cap.94. num.1. Franch. dec.713.
Farin. d.conſ. 76. num.7. & in append. d.cap.9. num.143.
Ambroſ. d.cap.5. num.5. Gratian. d. cap.619.n.22.23.28.
Giurb. conſ.6c. num.4. Peregr. d.cap.7. num.15.verſ. pro-
batur, & num.19. Antonin.Dian.d.tract.de immunit. Eccl.
libr.1. reſol. 5.Bonacin. d. quæſt.7. §.4. num.14. verſ. qui
verò. Ricc. d. reſol.1792. verſ. & quatenus; qui reſpon-
dent contrariis,& tollunt obices, quia decretum ſacræ
Conſultæ, de quo Farin. in addit. ad d. conſ.168. littera
D. lib.2. non ſupponit in ſuo caſu adfuiſſe inimicitiam
inter occiſum, & occidentem, & ideo non eſt huic opi-
nioni contrarium, cùm verè loquatur de inimico re-
conciliato, vt in eo videre eſt, & teſtatur Giurb. d.
conſ.60. num.26.31. in fin. qui ſtante reconciliatione non
poterat amplius dici inimicus Menoch.conſ.361.num.24.
110 Vnde nihil aduerſatur caſtti noſtro; quia in terminis di-
cti decreti S. Conſultæ non poterat dici defuiſſe delicti
excepti plenam probationem, vel extitiſſe inimicitiam
inter reum,& interfectum: proditio igitur fortè potuiſ-
ſet probari indiciis indubitatis, ſed hîc non extant.

Debuit igitur fiſcus Guaſtallæ probare qualitatem pro-
ditionis, & appenſamenti, ac deliberati homicidij ſub
colore amicitiæ facti. Boſſ. in prax. crim. titulo de homi-
cid. num.52.Menoch.d.caſ.361.num.23. Giurb. d.conſ.10.
num.23.24. quia vbi proditio, & appenſamentum non
probatur, præſumitur percuſſio, & homicidium ex rixa
111 ortum, & calore iræ emanatum. Ioan.And. & alij in cap.
inter alia,de immun. Eccl. Boſſ. d. tit. de homicid. num.52.
Surd. conſ.35. num.3. Baiard. ad Clar.§. homicidium,n.23.
Bertaz. conſ.85.num.2. Menoch. præſ.2. num.29. lib.5.
Maſcard. de probat. concl.864. num.27. Giurb. d. conſ.10.
num.24. in fin. & conſ.63.num.4. Farin. in prax. quæſt.96.
num.75.& quæſt.126.num.106. vbi vult neceſſe pro par-
te fiſci probare rixam non præceſſiſſe, alioquin ea præ-
ſumitur.

Et licèt probaretur quoque amicitiam extitiſſe inter
mortuum, & interficientes, tamen hoc nihil confert ad
probandam proditionem, & appenſamentum, ſi de iis
112 aliunde non conſtet, quia amicitia tollit potius præſum-
ptionem præmeditati homicidij. Felin. in cap. fin. de ho-
micid.Iaſon in l.1. num.22. ff. de legib. Boſſ. in prax. tit.
de homicid. num.38. ad fin. Burſat. conſ.347. num.5. Ber-
taz. conſ. crim.208. numer.16. Menoch. de præſ. libr.5.
præſ.40. num.22.23. Maſcard. de probat. concl.864. n.14.
Farin. conſ.142. num.3. lib.2. ſicut è contra inimicitia fa-
113 cit præſumere homicidium deliberatum. Menoch. de
arb. iud. caſ.361. num.49. Farin. in prax. quæſt.126. num.
177.178. & conſ.142. num.2. lib.2. Caualcan. de teſtib.
part.3. num.262. vnde ſi non probetur aliunde qualitas
proditionis, & præmeditationis, amicitia hoc non fa-
cit præſumere, ſed potiùs arguit rixam præceſſiſſe. Fa-
rinac. conſil.142. num.5. & qui dicit rixam non adfuiſſe,
114 debet probare. Menoch. d. caſ.361. numer.23. Farin. d.
quæſt.126. num.106. licèt igitur in proditione amicitia
ſupponatur, tamen ſola proditionem non probat ex præ-
dictis.

Hinc tota vis huius negotij videtur conſiſtere in de-
poſitione dictorum Federici, & Laurentij ſociorum cri-
minis, qui licet in multis diſcordent,tamen in hoc con-
cordant, quod dictus Bruſcalia interfecerit dictum Pa-
chionum doloſè, & à tergo, ex propoſito: & cum in
tortura purgauerint infamiam ſuam iunctis quibuſdam
adminiculis, videntur ſufficere ad condemnandum reum
in pœnam etiam ordinariam. Caball. reſol. crim.185.
num.2.

Nam reſpondetur, quod ſi loquimur de confeſſione
dicti Laurentij, quatenus contra ſe ipſum deponit aſti-
tiſſe dicto homicidio, ea nihil facit ad propoſitum,quia
emanauit cum qualitate excluſiua proditionis,non enim
vnquam dixit inter eos fuiſſe concluſum de interficien-
do tunc dicto Pachiono, immo proteſtatus eſt dicto Fe-
derico, ne quid mali faceret dicto Pachiono. Sed cum
non ſufficiat probare homicidium ſimplex, niſi probetur
etiam qualitas proditionis, ſine qua homicidium ſtare
poteſt, Farin. d.conſ.10.n.17.54.57. lib.1. confeſſio dicti
Laurentij nihil facit contra ſe ipſum ad effectum,de quo
quærimus; nam qualitas excluſiua proditionis ab ea ſe-
parari non poteſt, cum de participatione proditionis
aliter non appareat. Grat. conſ.151. num. 19. in fin. lib.2.
Farin. conſ.120. num.13. & conſ.130. num.27.libr.2.Gra- 115
tian. diſc.for.cap.780.num.15. lib.4.Caball. reſol.crim.50.
num.34.35.36. Federicus enim fidem non facit, vt infrà
dicam, & cùm ab eo ſolo habeatur hæc narratiua, pes
ſuper certo figi non poteſt.

Res igitur reducitur ad Federicum, qui confeſſus eſt
homicidium fuiſſe deliberatè commiſſum, & à tergo, cui
ſi credendum eſſet, vtique negotium videretur valde du-
bium, & verſaretur in magno diſcrimine; nihilominus
Bruſcalia non videtur ſatis de proditione indiciatus, ſiue
attendamus dictum ſociorum, ſiue non: nam ipſi de-
ponunt, quòd ille interfecit dictum Pachionum vti ini-
micum, quia ei fuit nuntiatum, quòd Pachionus pecu-
nia ſolicitatus ab inimicis ſtatuerat interficere eundem
Bruſcaliam, qui idcirco miſit dictum Federicum ad ter-
ram Saxoli, vt veritatem huius rei inueſtigaret, & ille
reuerſus retulit Bruſcaliæ id verum eſſe, & quod poſſent
haberi teſtes de hac veritate, vt in hoc concordant dicti
Federicus, & Laurentius, qui idcirco plenè probant 116
contra fiſcum inducentem. Farin.de teſtib.quæſt.64. nume-
ro 211. & Cyriac. contr.27. num.17. part.1. & inimicitia
inde ſatis reſultat, quia probata cauſa illius dicitur ea
ſufficienter probata, licèt odium non oſtendatur. Ba-
iard. ad Clar. §. fin.quæſt.21. num.115. ſed ſic eſt, quod 117
interficiens inimicum ſuum etiam à retro,& per inſidias,
non dicitur proditoriè occidere, vt ſatis vidimus: ergo
ex dictis ſociorum huiuſmodi non poteſt Bruſcalia pri-
uari benefirio immunitatis, quia ſi ipſe gaudet, multò 118
magis gaudebit eius ſocius. Guazzin.d.tr.defenſ.1.cap.39.
num.42.verſ.quod ſi principalis.

Verùm quia dictus Federicus ſe facit ſocium in dicto
crimine, fidem facere non poteſt contra dictos Lauren-
tium & Bruſcaliam, & nihil probat, niſi concurrant alia
indicia non remota, quia tunc facit indicium ad tortu-
ram contra nominatum. Gloſſ.in c.vlt.15. quæſt.3. Ruin. 119
conſ.147.n.3.libr.6.Blanc.de indic.n.379.Boſſ.in prax.eod.
tit.num.66.Clar.in prax.§.fin.q.21.verſ. ſucceſſiuè,latè Me-
noch.de arb.iud.caſ.474.n.43. Farin. in prax.q.43. n.145.
Cyriac.contr.80.n.3.p.1. Verùm quia dictus Federicus fuit
varius, periurus, & alias etiam eſt criminoſus, & facinoro-
ſus, vt elicitur tam ex proceſſu offenſiuo, quàm defenſi-
uo,& ſic plures patitur defectus, ideò nihil penitus pro- 120
bat etiam in delictis exceptis,& vbi veritas aliter haberi
non poteſt.Butr.& Imol.in cap.ſi qui teſti.Ruin.conſ.147.
num.3.4.lib.5.Natt.conſ.298.n.6.lib.2. Rol. conſ.16.n.20.
lib.2. Menoch.d.caſ.474.n.54.Farin.d.quæſt.43.n.178. &
quæſt.62.num.80.& n.381 Cyriac.d.contr.80.n.9.lib.1.

Non obſtat ſublatam fuiſſe omnem maculam mediatè
tortura,vt ſeruat conſuetudo in iſtis ſociis,etiamſi mille
patiantur

patiantur defectus, teſte Baiard. *ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 24.
*num.* 128. quia reſpondetur tum eorum dictum non poſ-
121 ſe procedere, niſi in ſocio ſolummodo periuro, nullos
autem alios defectus patiente, tum de conſuetudine par-
ticulari, quæ extra locum, vbi eſt, non debet extendi,
& ideo verius eſſe, quòd dictũ ſocij criminis, qui patitur
plures defectus, non faciat indicium ad torturam, &
quòd ita ſeruetur, contra Baiardum teſtantur Rol. *conſ.* 94.
*ſub num.* 25. *lib.* 4. Burſat. *conſ.* 239. *ſub num.* 13. *lib.* 3. Fa-
rin. *in prax. quæſt.* 43. *num.* 178. & *quæſt.* 62. *num.* 381. &
*conſ.* 60. *num.* 14. & *conſ.* 156. *num.* 7. 8. ac *conſ.* 192. *num.* 8.
122 Cyriac. *contr.* 150. *num.* 82. *lib.* 1. tortura enim non poteſt
ſupplere, niſi vnum defectum, & ideo ſi duo exiſtant, ſo-
cius criminis nihil probabit. Farin. *d. quæſt.* 43. *num.* 178.
& *conſ.* 216. *num.* 8. *lib.* 3.

Et hæc procedunt, etiamſi duo ſocij criminis depo-
nerent contra nominatum ab eis. Farin. *conſ.* 10. *num.* 55.
123 *lib.* 1. quia ſi ſolus eorum, vel ambò patiantur plures de-
fectus, non probant, nec fides vnius ſuppletur ab altero,
teſtium enim inhabilitas à numero aliorum, vel ab ad-
miniculis non ſuppletur, quando aliquem à teſtimonio
repellit, quoniam quod nihil eſt, ſupplementum non
124 recipit, *l. ſed ſi manente, ff. de precar.* Gramm. *deciſ.* 11. *nu-
mer.* 2. Natt. *conſ.* 198. *num.* 9. 10. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 16. *n.* 18. 23.
*lib.* 1. Bertaz. *conſ.* 234. *num.* 1. *lib.* 1. Farin. *de teſt. quæſt.* 62.
*num.* 317. 340. Cyriac. *d. contr.* 150. *num.* 81. Caualc. *de teſt.*
125 *part.* 4. *num.* 91. vbi etiam inquit, quod inhabilis non po-
teſt ſuppleri ab alio inhabili, immo ad hoc, vt teſtis in-
habilis ſuppleatur ex dicto alterius, requiritur, vt teſtis
ſupplens non ſit fidei ordinariæ, ſed præſtantiſſimæ, &
126 omni exceptione maior, poſt Crauet. *conſ.* 99. *num.* 10 Ga-
briel. *de teſt. concluſ.* 5. *num.* 7. 8. pulchrè Farin. *d. quæſt.* 62.
*num.* 343. 344. quomodo igitur dictus Federicus, & Lau-
rentius poſſunt ſupplere inuicem fidem ſuam, cùm am-
bo ſint varij, & periuri, & in delicto ſocij, quod ſuffice-
ret ad eos repellendos. Farin. *in prax. d. quæſt.* 43. *n.* 185. &
*conſ.* 216. *num.* 7. *lib.* 3. & *conſ.* 184. *num.* 25. *lib.* 2. Cyriac. *d.
controu.* 150. *num.* 79. & tamen aliunde etiam ſunt crimi-
noſi, ergo nullam penitus fidem faciunt, & dato etiam,
quòd indicium facerent ad torturam, tamen hoc non re-
leuat ad effectum remittendi reos ad forum laici iudicis,
vt ex Mario Italia vidimus, & ſi facerent indicium, &
127 adeſſent aliqua alia adminicula, tamen nihil refert, quia
hæc ſunt leuia, & plura indicia non faciunt vnum indi-
cium indubitatum, ſi ſint remota, & non valde proxima,
ac grauia, ſecundùm Brun. *de indic. & tort part.* 1. *quæſt.* 4.
*num* 3. *verſ. quod intellige*, Addent. ad Farin. *d. conſ.* 10. *lit-
tera F. verſ. verùm hæc*, & *verſic. ſecundò, lib.* 2. & *quæſt.* 86.
*num.* 86.

Nec ad rem facit, quod variationes, & mendacia dicti
Federici, & Laurentij magis augeant eorum indicia, quàm
minuant, quia aliud eſt quęrere, an ob mendacia, & varia-
tiones quis reddatur ſuſpectus, & aliud, an ob illa ſit ei
credendum tanquam teſti contra alium, provt in hoc ca-
ſu contingit; etenim teſtis etiam alioquin habilis, ſi ta-
men eſt varius, vel mendax, nihil probat, ad textum *in
l. qui falſa, ff. de teſtib. cum vulg.*

Nec pariter obſtat reſponſio, quòd hæc non proce-
dant in delictis atrocibus, & difficilis probationis, quia
verius eſt, & receptius in prædictis ſocium criminis pa-
tientem plures defectus non obſtante tortura fidem nul-
lam facere, licèt veritas aliter haberi non poſſit. Rol.
*conſ.* 16. *num.* 9. & *ſeqq. lib.* 1. Ceph. *conſ.* 233. *num.* 6. 7. *lib.* 2.
Farin. *d. quæſt.* 43. *num.* 178. & *conſ.* 182. *numer.* 8. Cyriac. *d.
contr.* 150. *num.* 80. 81.

Neque nocet iis, quæ diximus Caball. *d. reſol.* 185. *n.* 2.
dum ſcribit duos ſocios criminis iunctis adminiculis
conuincere reum etiam ad pœnam ordinariam; quia
128 eius ſententia potius fundatur in conſuetudine loci vbi
ipſe iudicauit, quam in iure; nam contrarium tenuit Fa-
rin. *in prax. d. quæſt.* 43. *num.* 42. & vlterius ipſe Caball. lo-
quitur in ſimplici criminis ſocio, non in iis, qui plures
patiuntur defectus, quia adminicula, niſi per ſe ſuffi-
cientia, non adiuuant depoſitionem eorum, quia quod
nihil eſt, vel pro nihilo habetur, adminiculari non po-
teſt. Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 16. & *conſ.* 120. *num.* 1. Cyriac. *d.* 129
*contr.* 150. *num.* 81.

Sed verè depoſitio, & confeſſio dicti Laurentij quo-
ad ipſum non debet conſiderari ad finem, de quo agi-
mus, quia nihil confeſſus eſt, quo contra ipſum deli-
ctum proditionis inferat, immo licet præſens fuerit, ta-
men negauit participationem delicti, vt in proceſſu *fol.*
260. & dato etiam, quod homicidium conteatur, ſi ta-
men negat proditionem, quæ aliunde non probetur, ſuf-
ficit ad effectum immunitatis obtinendæ, quia qualita-
tes proditionis, & delicti excepti ſunt illæ quæ eius pri-
uilegium tollunt, & probato delicto non pobatur quali-
tas. Farin. *d. conſ.* 10. *num.* 54. 57.

Non obſtat ſecundum indicium dedutum ex fama
publica, quòd iſti interfecerint dictum Pacionum: nam
hoc facilè tollitur, quia non poteſt teſtis leuior reperiri,
quàm fama, cuius teſtimonium facilè proſternitur. Fa- 130
rin. *in prax. quæſt.* 47. *num.* 164. Caualc. *de teſt part.* 3. *n.* 28.
quoniam regulariter non facit indicium ad torturam.
Giurb. *conſ.* 191. *num.* 43. Caball. *caſ.* 200. *num.* 174. Cyriac. 131
*contr.* 150. *num.* 49. *lib.* 1. Vnde cùm hæc fama non fuerit
orta ante capturam reorum, nihil releuat, quia quando
fuerunt arreſtati, diuerſa ferebatur fama, quod ſcilicet
contra Principem machinarentur, vt fatetur ipſe Fiſca-
lis fori ſecularis in proceſſu, *fol.* 16. ibi: *Ex falſo rumore
ad aures populi peruento, quod à prædictis extractis ali-
quid machinatum eſſet in perſonam eiuſdem Excellentiſſimi
Domini*: & propter hoc teſtes de fama deponentes lo-
quuntur per verbum præſentis temporis eorum exami-
nis, quod captura longè præceſſit, ideò nihil probant,
cùm fama orta poſt inquiſitionem, vel carcerationem
nullum faciat indicium. Hercul. *in tract. de probat. neg.* 132
*num.* 313. Burſat. *conſ.* 20. *num.* 27. Farin. *in prax. quæſt.* 47.
*num.* 176. Caball. *reſol. crim. caſ.* 200. *n.* 133. Giurb. *conſ.* 91.
*num.* 44.

Cùm igitur hæc fama fuerit inconſtans, & varia, ſatis
efficitur dubia, nec vllum poteſt producere indicium. 133
Marſil. *in l. de minore, §. plurimùm, num.* 36. *in fin. ff. de quæſt.*
Rol. *conſ.* 3. *n* 49. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 102. *n.* 76. *lib.* 1. Farin.
*q.* 47. *n.* 163. Claud ad Bertaz *conſ.* 164. *littera B.* Cyriac. *d.
contr.* 150. *num.* 48. *lib.* 1. & tantò minùs conſiderabilis eſt,
quia hæc fama, quę probatur in proceſſu, non ſe extendit
ad qualitatem proditionis, ſed fertur ſuper homicidio,
quo etiam probato non probata proditionis qualitate,
iſti rei non priuantur beneficio immunitatis, vt vidimus.

Et eodem modo tolluntur multa alia indicia ex aduer-
ſo conſiderata, quæ fortè eſſent magni ponderis, ſi de
ſolo homicidio quæreretur, velut fuga attentata, collo-
quia habita cum Chriſtophoro Caſario, & aliis; aſſerta
ſubornatio Antonij Ligabouij tentata per Laurentium,
ablatio cordulæ auratæ, & tormenti bellici, obtruncatio
capitis Pachioni, & eius proiectio in flumen, quæ etiam-
ſi eſſent plenè probata, tamen non inferunt proditio-
nem, vel aſſaſſinium, vt per ſe notum eſt, & ex ſupradi-
ctis probatur; ſed ſolùm tendunt ad occultandum ho-
micidium, cum poſſit dari eius verificatio abſque eo,
quod interueniat proditio, vel aſſaſſinium; & multùm
referebat reis etiam ſimplex homicidium celare.

Vnde nihil penitus reſiſtũt huic beneficio pecunię illę,
quas Pachionus viuens tradidit cuſtodiendas dicto Lau-
rentio, vt in proceſſu, *fol.* 246. & alibi, quia illæ potius ex-
cludunt præſumptionem aſſaſſinij, & maximè, quia Pa-
chionus dicitur occiſus à Bruſcalia, qui nec habuit mini-
mam partem earum, nec quidquam illi, aut aliis ſociis fuit
promiſſum; & tamen ad oſtendendum aſſaſſinium erat
neceſſe plenè probare pecunias fuiſſe datas, vel promiſſas
ad hunc finem, & cauſam. Peregr. *d. tract. de immun. Eccl.
c.* 7. *n.* 49. & certè non dicitur aſſaſſinus etiam ille, qui aliũ
pecuniis ſpoliat, & in via, vel domo occidit, vt tamen 134
credunt



credunt vulgares, vt inquit Guazz. *d. defenſ.* 1. *cap.* 38.
*num.* 42. *verſ. ſed non dicitur*: quantò minùs in caſu noſtro,
vbi non conſtat de aliquo prædictorum, nec ad quem fi-
nem direxit Laurentius ſuam intentionem. Verè igitur
hîc quæritur de ſola proditione, quæ non probatur.

Nec conferunt ad propoſitum modus occidendi, fuga,
genus armorum, & alia, quæ homicidium ſecuta ſunt, etſi
plenè probarentur, quia ad finem oſtendendi homici-
135 dium præmeditatum, & proditorium, non attenduntur
quæ ſequuntur, ſed quæ præcedunt. Bart. *in l.* 1. *in fin. C.
ad l. Cornel. de ſiccar.* Bertaz. *conſ.* 208. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch.
*de arb. iud. caſ.* 301. *num.* 34. *in fin.* Farin. *in prax. quæſt.* 126.
*num.* 177. & etiamſi prædicta oſtenderent animum occi-
dendi, non tamen deliberatum probant. Clar. *in §. homici-
dium, num.* 8. *verſ. & ideò*, Menoch. *caſ.* 361. *num.* 6. 33. Farin.
*quæſt.* 126. 119. 188.

Verumtamen addi poteſt, quia homicidium delibera-
tum, & præmeditatum poteſt ſtare ſine qualitate prodi-
136 tionis, & aſſaſſinij, quia genus eſt continens multas ſpe-
cies; licet enim proditio ſupponat appenſamentum, ta-
men iſtud non includit proditionem, cum reperiatur ho-
micidium deliberatum, & appenſatum ſine proditione,
vt probatur ex Clar. *in §. homicidium, num.* 8. 10. Gigas
*tract. de crim. læſ. maieſt. lib.* 1. *rubr.* 1. *de origin. leg. læſ. ma-
ieſt. quæſt.* 19. *num.* 19. Menoch. *d. caſ.* 361 *num.* 25. Farinac.
*in prax. quæſt.* 18. *num.* 73. & *quæſt.* 126. *num.* 14. 15. & ideò
cùm Bulla Gregoriana excipiat ſolum homicidium pro-
ditorium, non habebit locum in alio genere homicidij
etiam præmeditati, qui non poteſt extendi etiam ex pa-
137 ritate, vel maioritate rationis: latè Farinac. *in appendic.
de immun. Eccleſ. dict. cap.* 22. *num.* 353. 355. Bonacin.
*eod. tract. quæſt.* 7. §. 4. *num.* 12. *verſic. ſed mihi.* Anto-
nin. Diana *reſolut. moral. lib.* 1. *de immunit. Eccleſ. re-
ſol.* 2. *ad fin.*

Et licèt multi opinati ſint homicidam ex præmedita-
tione, & appenſatè interficientem non gaudere immuni-
138 tate Eccleſiæ, etiamſi deſit qualitas proditionis, vt per
Boër. *deciſ.* 109. *n.* 5. & *ſeqq.* de communi Couar. *var. reſol.
cap.* 20. *num.* 7. *in princ.* Plot. *conſ. crimin. diuerſ.* 133. *num.* 19.
*lib.* 1. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 20. *verſ. punctus eſt*, Menoch.
*de præſ. lib.* 5. *præſ.* 10. *num.* 16. Decian. *tract. crimin. lib.* 6.
*cap.* 28. *num.* 15. And. Fachin. *controuerſ. lib.* 9. *cap.* 93. de
magis communi Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *num.* 23. ta-
men contrarium verius eſt, & receptius, maximè poſt Bul-
lam Gregorianam, quæ ſolam excipit proditionem, &
ideo nunc concludendum eſt homicidam deliberatum, ex
propoſito, & præmeditatum nunc gaudere beneficio im-
munitatis, niſi ſimul probetur proditio: hoc enim etiam
ſenſit Abb. *in c. inter alia, num.* 18. 20. *de immun. Eccleſ.*
Couar. *d. cap.* 20. *num.* 7. latè Alex. *conſ.* 145. *num.* 4. 6. 11.
*lib.* 7. Boſſ. *in tit. de captur. num.* 21. *ad fin.* Ant. Gomez.
*tit. de delict. cap.* 10. *num.* 3. *verſ. limita.* Ceual. *in tract. comm.
contra commun. quæſt.* 684. *verſ. ſed contraria.* Tuſch. *lit-
tera E, concluſ.* 11. *num.* 3. Villagut. *de extenſ. leg. cap. fin.
num.* 16. latè Suarez *de ſtatut. religion. lib.* 3. *cap.* 11. *num...*
Gabriel Falcon. apud Farinac. *conſ.* 76. *num.* 17. *lib.* 1. latè,
& pulchrè Farinac. *in append. de immunit. Eccleſ. cap.* 7.
*num.* 110. 111. 113. Guazzin. *de defenſ. reorum part.* 1. *de-
fenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 74. *verſ. quæ ampliatio, in fin.* Peregr. *de
immunit. Eccleſ. cap.* 7. *num.* 15. & ideò nunc ſatis non erit
probare appenſamentum, deliberationem, & propoſitum,
niſi etiam probetur proditio, & doceatur de actis prodi-
toriis, quod hic non eſt factum, niſi ex dicto ſociorum
criminis, quibus fidem non eſſe dandam iam demon-
ſtratum eſt, & dixit Farinac. *dict. conſ.* 10. *num.* 55. 56.
*libr.* 1.

Et quibus concluditur non extare plenam delicti ex-
cepti probationem, vel indicia indubitata, quibus dicti
Laurentius & Bruſcalia poſſint priuari beneficio immu-
nitatis Eccleſiæ: & dato etiam, quòd poſſent colligi ex
prædictis aliqua indicia, illa non ſunt talia, vt poſſint con-
iungi ad faciendum vnum indubitatum indicium, & ſi
poſſent, tamen quando ex pluribus indiciis dubitatis fit
vnum indicium indubitatum, hoc iuuat ad condemnan-
dum reum in pœnam pecuniariam, & extraordinariam,
non autem corporalem, & ordinariam: ita Gandin. *in tit.* 139
*de præſ. & indic. indub. num.* 2. Iuſtin. Bonderan. *conſ. crimin.
diuerſ.* 54. *num.* 32. & *ſeqq. lib.* 2. Addent. ad Farin. *d. conſ.* 10.
*litter. F, verſ. ſecundò, lib.* 1. idem Farin. *in prax. quæſt.* 86. *num.*
26. 113. 117. quod non facit ad propoſitum noſtrum, quia
vbi non eſt locus pœnæ ordinariæ, confugientes ad Ec-
cleſiam nunquam traduntur foro ſæculari poſt Bullam
Gregorianam, cùm tunc videatur ceſſare qualitas delicti
excepti, quæ faceret locum pœnæ ordinariæ: ſed cùm
nos non verſemur in aſſaſſinio, vbi ſufficiunt indicia in-
dubitata, non eſt curandum de prædictis.

Pro coronide autem huius materiæ conſiderato, quod
nemo ex prædictis delinquentibus, immò nec ipſe inter-
fectus erant ſubditi Excellentiſſimi ducis Guaſtallæ ali-
qua ratione. Nam Pachionus erat oriundus à Rotelia lo-
co valde diſtanti à territorio Guaſtallenſi, vt in proceſſu,
*fol.* 68. & *alibi.* Laurentius eſt originarius Caſtillioni, &
ſubditus alterius Principis, vt in proceſſu, *fol.* 42. 88. &
*alibi.* Bruſcalia eſt à Saxolo, *fol.* 64. Federicus eſt à Corri-
gio, *fol.* 45. vnde omnes reſpectu Guaſtallæ ſunt forenſes,
& licet per aliquod tempus moram trahant Guaſtallæ;
tamen illic domicilium habere dici non poſſunt, quia
non habitauerunt per decem annos, vt requiritur ad do-
micilij acquiſitionem, *ex l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. *l. non vti-
que*, & *l. domicilium, ff. ad municip.* Gloſſ. *in l. lex Cornelia*, §. 140
*ſi autem, in verb. non habeat*, vbi Bart. *num.* 1. & Alber. *ff. de
iniur.* Cyn. *in l.* 2. vbi Caſtr. *poſt num.* 2. *C. vbi Senat. vel cla-
riſſ.* Bald. *conſ.* 393. *num.* 2. *verſ. ſi autem, lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 12.
*num.* 13. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 55. *num.* 2. *in fin.* Rol. *conſ.* 79.
*num.* 53. *lib.* 3. Burſat. *conſ.* 36. *num.* 7. *lib.* 1. latè Maſcard. *de
probat. concluſ.* 535. *num.* 6. 7. 8. Tuſch. *littera D, concl.* 596.
*num.* 8. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 8. 9. Carpan.
*ad Statut. Mediol. cap.* 311. *numer.* 55. *part.* 1. Gratian.
*diſcep. for. cap.* 824. *num.* 38. 39. Guazzin. *defenſ.* 1. *ca-
pite* 26. *num.* 9. tamen quia inſeruiebant dicto D. Duci
in variis officiis mercede conducti, famuli enim, &
alij ſeruientes non contrahunt domicilium vllo tempo-
pore in loco, vbi ſeruiunt, vel officia habent. Burſat. 141
*conſ.* 225. *num.* 42. *lib.* 2. Carpan. *dict. cap.* 311. *num.* 57.
Vnde cùm iſti Laurentius, & Bruſcalia non habitaue-
rint Guaſtallæ, ſaltem per decem annos, non poſſunt
inquiri de delictis commiſſis extra territorium Guaſtal-
lenſe, etiamſi illic aſſiduè conuerſati ſint. Alex. *conſ.* 216. 142
*num.* 14. & *ſeqq. lib.* 6. Boſſ. *in prax. tit. de for. compet.
num.* 72. Tuſch. *littera D, concluſ.* 591. *num.* 14. Decian.
*d. tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 8. *verſ. neque etiam.*
Farinac. *in prax. quæſt.* 7. *num.* 5.

Verùm certum eſt in caſu noſtro, delictum, & homici-
dium in perſonam Pachioni commiſſum fuiſſe perpetra-
tum in territorio Gualterij, quod in temporalibus ſubii-
citur D. Marchioni Entio Bentiuolo, & in ſpiritualibus
Epiſcopo Parmæ, vt in proceſſu, *fol.* 250. 359. 394. 399.
401. 454. 493. & *alibi.* Ergo ſequitur, fiſcum Guaſtallen-
ſem non potuiſſe, nec poſſe procedere in hoc delicto, ma-
ximè ex officio, nec vllam habuiſſe iuriſdictionem. Non
ratione originis, quia tam occiſus, quàm occidentes
ſunt forenſes: non ratione domicilij, quia nemo ex eis
Guaſtallæ habuit domicilium: non ratione delicti, vel 143
loci, quia illud fuit commiſſum Gualterij, nemini enim
dubium eſt delictum extra locum, vbi commiſſum eſt,
non poſſe puniri niſi à iudice originis, vel domicilij, *ex
l.* 1. *C. vbi de crimin. ag. oport.* Abb. *in c. vlt. num* 13. *de for.
compet.* Card. & Imol. *in c. paſtoralis, de re iud.* Marſil. *in l. fin.
n.* 134. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Boſſ. *in prax. tit. de Inquiſit. n.* 67.
Couar. *pract. qq. cap.* 11. *num.* 6. Decian. *tract. crimin. d.
lib.* 4. *cap.* 16. *in princ.* & *num.* 27. 30. videndus Farinac. *in
prax quæſt.* 7. *num* 2. & *conſ.* 19. *num* 3. *lib.* 1. Guazzin. *dict.
defenſ.* 1. *cap.* 26. *numero* 2. Caball. *reſolution. criminal.
caſu* 3. *numero* 7. quia in nihilo prorſus videtur offenſus
iudex

iudex Guaſtallenſis, cuius ſubditus non oſtenditur, nec territorium perturbatur, vt inquit Decian. *d.c.16. num... verſ. ego puto.*

Et licèt ſpeciale ſit in aſſaſſinio,vt poſſit vbique puni-
144 ri, ſicut latro publicus, & graſſator viarum, *ex cap.1. de homicid.in 6.*Boſſ.*in prax.tit.de for.compet. num.65.* Farin. *in prax.quæſt.7.num.9.10.& quæſt.123.num.8.*Guazz.*d.defenſ.1.cap.38.ſub num.42.* Tamen hic non verſamur in aſſaſſinio, vt vidimus; & propterea ſi in eo hoc eſt ſpeciale, in cæteris firmatur regula in contrarium, *l. nam*
145 *quod liquidè*,vbi Bart.*ff.de pen.leg.§.vt autem,in Auth. de non alien.l.qui teſtamento,§.mulier,ff.de teſtam.gl.in §.ex his itaque,Inſt.per quas perſon. acqu.* cùm in vulgari, etſi verſaremur in tali delicto, illud tamen ſpeciale locum non
146 haberet, niſi conſtito de qualitate aſſaſſinij per declarationem iudicis,ſecus ſi tantum penderet proceſſus.Gram. *d.vot.11.num.4.*Gabr.*d.conſ.170.num.26.* Farin. *d.quæſt.7. num.11.* provt hic euenit,ideo ceſſat motiuum.

Et quamuis etiam in homicidio deliberato,vel proditorio multi ſenſerint idem eſſe, vt talis homicida valeat
147 vbique carcerari,& puniri, ſicut ex Plot. *conſ. crimin. diuerſ.111.*Cart.*de exequend.ſent.contr.bann. cap.1.num.242.* Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt.38. num.55.* tamen hoc vel procedit,quando de proditione clarè conſtat,& reus pro ea iam eſt condemnatus, vel potiùs non eſt verum, vnde non ſeruatur quoad territoria diſtincta, & ſub diuerſo Principe exiſtentia. Farinac. *in prax. quæſt.7. num.18. verſ. limita* 11. ibi: *Vnde ſecus*; provt eſt caſus noſter, vbi nondum dicti rei ſunt condemnati in loco delicti,aut alibi,& delictum fuit commiſſum in loco ſubiecto diuerſo Principi: & ita vidi ſemper ſeruari.

Verumtamen res clarior videtur in propoſito noſtro ſtante diſpoſitione Bullæ Gregorianæ, qua expreſsè ſic cauetur: *Occurrente autem caſu in loco exempto,& nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio.* Si igitur fiſcus Guaſtallæ vult in hoc delicto procedere, & ad hunc finem ſibi remitti dictos reos, in primis debet probare hoc delictum fuiſſe perpetratum in ſuo territorio, alioquin verba Bullæ locum non habe-
148 bunt,quia diſpoſitio eius non habet locum,niſi eius conditiones verificentur,& qualitates probentur. Farinac. *d. conſ.10.num.23.24.lib.1.*Beol.*d.conſ.168.num.8.lib.2.*Gratian.*d.c.619.num.18.19.*Gionagn.*d.conſ.30.num.4.*Giurb. *d.conſ.10.num.24.*Cyriac.*d.contr.345.n.5.*Peregr.*d. tract. de immun. Eccleſ. cap.3. num.5.verſ.tertiò.* Ergo locus eſſe non poteſt petitis per fiſcum Guaſtallæ,niſi velimus violare immunitatem Eccleſiæ cui præiudicare nefas eſt;nec quiſquam debet conqueri,quia non deficit ius, ſed deficiunt iuriſdictio, & probationes, & in dubio pro immunitate Eccleſiaſtica pronuntiandum eſt,iudexque promptior eſſe debet in abſoluendo, quàm in condemnando, vt per Giurb. *conſ.34. num.35.* Nemo igitur miretur, ſi iudicauimus dictos reos eſſe remittendos ad Eccleſias, vbi fuerunt arreſtati,& gaudere debere beneficio immunitatis,quia ita putauimus iuri conuenire,& ſacris,Apoſtolicisque conſtitutionibus conforme eſſe.

Ex prædictis ſatis clarum remanere videtur neceſſariam eſſe non ſolùm promotoris fiſcalis Eccleſiæ citationem,ſed etiam ipſius rei,antequam foro laicorum tradatur, quia cognitio eſt neceſſaria, & requiruntur plenæ probationes, & tractatur de præiudicio non ſolùm Ec-
149 cleſiæ,ſed rei,quæ efficiunt,vt negotium nequeat terminari, niſi parte citata, & audita: ſic latè Bened. Beol. & alij *in d.conſ.168.num.41.48.49.& ſeqq.lib.2.* Farin. *in append.de immun.Eccleſ.cap.22.num.376.* latè etiam Peregr. *eod.tract.cap.3.n.10.11.12.13.& ſeqq.*vbi etiam reſpondet ad contraria, & propterea teſtes examinati ad fabricandum proceſſum informatiuum contra reos in foro Eccleſiæ erunt repetendi citato fiſcali Eccleſiæ, & reo, niſi ſe
150 declarent eos habere pro ritè examinatis,contra Guaz.*d. def.1.cap.31.num.9.* qui non bene ſcribit per ea,quæ docet rectiùs Beol.*d.conſ.268.num.54.55.lib.2.* & ſanè cùm in dictis cauſis procedatur, ſicuti fieri ſolet in cauſis criminalibus, de crimine enim agitur, ſaltem incidenter, ſemper vidi fieri tertiam repetitionem parte citata,provt euenit in hac cauſa Guaſtallenſi, & hoc tutius eſt, & iuſtius, niſi facta dicta declaratione, & praxis ita ſeruat, quoniam hoc reo multùm vtile eſſe poteſt, cùm teſtes repetiti ſæpe addant ſuo dicto, vel minuant, aut ſe declarent tali modo, vt quod priùs reo valde noxium erat, prodeſſe incipiat.

An autem dilationes ad probandum aſſignandæ ſint ex Mar. Ital. *de immun. Eccleſ. d.tract. cap.6. §.1.num.23.* negauit Giurb. *d.conſ.50. num.5.* & malè, quia verius eſt
dandas eſſe dilationes competentes non ſolùm fiſco lai- 151
co, ſi eas petat, ad probandum delictum exceptum, ſed etiam reo ad ſe defendendum, qui ſi debet vocari, debet etiam audiri, abſque tamen ſolemni libelli datione, aùt expreſſa litis conteſtatione, quas tamen dilationes poterit Epiſcopus reſtringere, provt ſibi iuſtum eſſe videbitur: ita Bened.Beol.*d.conſ.168.num.63.64.lib.2.* Farinac. *d.c.22.n.376.* & ſemper vidi ſeruari, quòd reo aſſignatur terminus ad faciendum ſuas defenſiones,provt fit in cauſis criminalibus,qui ſi non ſit ſufficiens, prorogatur,vel altera datur moderata dilatio, ne defectu temporis pereant iura eius,nec vidi vnquam fiſcum laicalem prædictis ſe opponere, quæ ſanè cum debeant fieri in forma iudicij,Beol.*d.conſ.168.num.57.* Peregr. *d.c.3.ſub num.14. 16.* ſequitur neceſſariò aliter fieri non poſſe,alioquin deficeret eſſentia iudicij: & Marius Italia non ſentit aliter, & ſi videatur,nihil nocere apparebit.

De vno etiam vidi quandoque dubitari, an in ſimilibus cauſis liceat reum conſtituere, & ita interrogare, ſicut fieri ſolet in cauſis criminalibus,eo quod id videatur
eſſe probationes ſumere de domo rei; tamen ſemper vi- 152
di ſeruari, quod rei examinantur pluries, vt fit in negotiis criminalibus per examen generale, quod *Conſtitutum* vocant, & iuri conforme eſſe videtur, quia Epiſcopus habet arbitrium boni viri: Beol. *d.conſ.168.num.16.* & ideo non erit ei prohibitum interrogare reum, quod permittitur etiam in cauſis ciuilibus per actiones interrogatorias, vel per viam poſitionum,& licet illud fiat diuerſo modo, non refert, quia hic proceditur ad inſtar cauſarum criminalium. Vnde puto hanc praxim bonum habere fundamentum, licet non inuenerim aliquem Doctorem hanc quæſtionem tangentem.

An autem neceſſaria ſit proceſſus publicatio, ex prædictis reſolui poteſt; nam ſi citatio eſt neceſſaria,
& reus debet audiri, vt ſe defendat, Peregr. *dict. tra-* 153
*ctat. de immunitat. Eccleſiaſtica, cap. 3. numero* 17. vtique proceſſus ei debet publicari, alioquin tollerentur defenſiones, ad quas publicatio ordinatur: ita Beol. *d. conſ.168. num.65.66.* Farinac. *in append. cap.22. num.376.*

Lata autem ſententia ſuper remiſſione eorum, qui ad Eccleſias confugerunt,ſiue ad Curiam ſæcularem,ſiue ad Eccleſiam,non licet alicui partium appellare,quia appellatio ſublata eſt per Bullam Gregorianam in illis verbis:
*Quacumque appellatione poſtpoſita*; & decretum ſuper 154
hoc emanatum non poteſt reuocari, ſed executioni demandandum eſt non attenta appellatione etiam quoad effectum deuolutiuum. Beol. *d. conſ.168. num.67. in fin. lib.2.* Mar. Ital. *tract. de immun. Eccleſ.cap.6.§.1.num.83.* Farinac. *d. cap.22.num.372.*Guazz.*d.defenſ.1.cap.31.n.6. 11.*Peregr.*d.tract.cap.16.num.33.*vbi inquit idem eſſe di-
cendum etiam quando ſententia fertur in fauorem rei, 155
quia non apparet diuerſitatis ratio, licet in hoc aliter ſentire videatur Farin.*in d.cap.22.num.372. verſ.nec facit:* cuius ſenſus poteſt eſſe,& locum habere in ſolo recurſu, vel appellatione euidenter,& notoriè iuſta, quam ſolam admitti poſſe tenet Mar. Ital. *d. tract. cap.6.§.1. num.84. 85.* alioquin reus, & actor ad imparia iudicarentur, ſi fiſco appellare permitteretur, & id reo prohiberetur. Bulla igitur Gregoriana videtur magis dubitaſſe de reo, ne



ne iudicium nimis protraheret appellando, ideo ad eum verba direxit, nunquam putans fiſcum eſſe appellaturum, provt moris eſt: vnde ſi mentem Pontificis, & rationem conſtitutionis inſpiciamus, dicendum eſt appellationem multò magis eſſe prohibitam fiſco laico, quàm ipſi reo: & propterea tales appellationes fieri nunquam vidi, quoniam iuri non conuenit, & ſimiles cauſæ incipiunt tractari cum magno ardore, ſed in fine partes fiſci frigeſcunt.

Et ſanè quando reus abſoluitur, vel liberatur, aut ad eius fauorē pronunciatur,licèt fiſcus valeat à tali ſententia pronunciata appellare, tamen de conſuetudine generali totius Italiæ ſeruatur, vt nullo modo appelletur; & ſi appellatur, appellatio non admittatur, niſi ex ſpeciali commiſſione Principis, vel eius Signaturæ. Sic poſt
156 Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucenſ.* 1. *num.41. & ſeqq.* Farinac. *in prax. quæſt.101. num.32.* Sigiſmund. Scacc. *tract. de appellat. quæſt. 17. limit. 49. num.2.* quod ſi procedit in cauſis, vbi licitum fuiſſet reo appellare, quantò magis locum habebit, vbi appellatio reo vetatur, vt hic per Bullam Gregorianam.

Nam quotieſcumque in criminalibus, vel ciuilibus cauſis lege, vel ſtatuto reo, vel ſimpliciter prohibetur appellatio, etiamſi non fiat fiſci mentio, tamen ſi reus
157 abſoluatur, non licebit fiſco appellare, ne reus, & fiſcus ad imparia iudicentur; & quia cùm ſint correlatiua, diſpoſitum in vno habet locum etiam in altero: ſic pulchre Magon. *deciſ. Lucenſ.58.num.3. & ſeqq.* vbi Annot. *littera B.* ſequitur Baiard. *ad Clar. in prax. §. fin. quæſt.94. num.26.*Farinac. *d. quæſt 101.num.34.*Ruginell. *d. appell. §.2. cap.3. num.8. & num 230.*Scacc. *eod. tract. d. quæſt.17. limit.46. num.3.* Vnde licèt hæc noſtra Bulla Gregoriana videatur ſolùm prohibuiſſe appellationem reſpectu rei; tamen cenſetur etiam illam prohibuiſſe reſpectu fiſci,& multò magis quoniam nulla eſt diuerſa ratio, qua idem non ſit ſtatuendum in fiſco, quod fuit ſtatutum in reo, vt benè dixit Peregr. *d.tract.c.19. num.33.* in propriis terminis eiuſdem Bullæ.

Vnde Farin. *in append. cap.22. num.372. verſ.nec facit*, voluit decidere, quòd liceat hoc caſu fiſco appellare, ſed ſuſtulit motiuum,an liceat laicis poſt ſententiam ab Epiſ-
158 copo latam recurrere ad ſuos Iudices laicos, & hoc negauit,& ei reſiſtere Bullam in cœna Domini,& conſtitutiones Apoſtolicas, quia ſi quid fieri contingat, oportet recurrere ad ſuperiorem Epiſcopi Iudicem Eccleſiaſticum, qui videbit, an appellatio ſit admittenda; ſæpe enim de facto appellatur, licet prohibita ſit appellatio, ſed tunc Iudex ad quem poteſt reiicere appellantem, ſi ita iuri conuenit.

In hoc igitur caſu fiſcus Guaſtallenſis verè appellauit,ſed ego appellationem non admiſi, & coram Illuſtriſſimo Legato Bononiæ pauliſper res fuit tractata, & cum pro executione ſententiæ ego relaxaſſem monitoria contra D. Abbatem Guaſtallenſem & fiſcum eiuſdem loci, & detentores carceratorum,dederunt manus,& ceſſerunt appellationi, cui locum non eſſe cognouerunt, & prompto animo reos relaxauerunt, & Eccleſiis, à quibus fuerant extracti ſine mora reſtituerunt, adeò vt omnia fuerint in pace concluſa.

---

# CAPVT XI.

## EPITOME.

Fideicommiſſum inducitur etiam verbis directis, vt bona conſeruentur in familia iuxta mentem teſtatoris, & quando ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, & an illud extendatur de linea ad lineam.



## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum allegans debet illud probare.*
2 *Inſtitutio plurium graduum cenſetur facta ordine ſucceſſiuo.*
3 *Subſtitutio directa non obliquatur.*
4 *Deſcendentes cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.*
5 *Subſtitutio vulgaris ceſſat adita hæreditate.*
6 *Subſtitutio non cenſetur facta de linea ad lineam.*
7 *Fideicommiſſum non extenditur de caſu ad caſum.*
8 *Prohibitio alienationis bonorum non ampliat fideicommiſſum.*
9 *In claris non eſt locus coniecturis.*
10 *Fideicommiſſum perpetuum cenſetur inductum inſtitutis omnibus deſcendentibus in perpetuum.*
11 *Vulgaris ſubſtitutio non alteratur ex vocatione deſcendentium.*
12 *Fideicommiſſum ſucceſſiuum quando reſultet inter plures inſtitutos.*
13 *Verbum*, poſt eos, & poſt mortem eorum, *idem eſt.*
14 *Fideicommiſſum eſt, ſi vnus inſtituatur,& poſt eius mortem alter.*
15 *Subſtitutio compendioſa eſt, ſi vocetur vnus,& poſt eum alter.*
16 *Verba directa poſſunt obliquari.*
17 *Clauſula codicillaris facit induci fideicommiſſum ex verbis directis.*
18 *Fideicommiſſum ſucceſſiuum quomodo inducatur.*
19 *Fideicommiſſum cenſetur inductum ex illa ratione, vt bona maneant in familia.*
20 *Fideicommiſſum ſucceſſiuum inter vocatos collectiuè quando præſumatur.*
21 *Bona conſeruari in familia, vel inter deſcendentes,paria ſunt.*
22 *Alienari non poſſe bona extra familiam,vel in ea conſeruari,paria ſunt.*
23 *Alienationis bonorum prohibitio quando inducat fideicommiſſum.*
24 *Fideicommiſſum abſolutum quando reſultet ex prohibitione alienationis.*
25 *Fideicommiſſum perpetuum,& reciprocum ſolum conſeruat bona in familia.*
26 *Alienationis prohibitio geminata inducit ſimplex fideicommiſſum.*
27 *Verbum,* hæredes, *verificatur etiam in extraneis.*
28 *Hæredum appellatio quando reſtringatur ad hæredes ſanguinis.*
29 *Dictio,* dictos, *eſt repetitiua.*
30 *Fideicommiſſum fauore deſcendentium ordinatum comprehendit omnes in infinitum.*
31 *Alienare non poteſt extra deſcendentes,prohibitus extra familiam alienare.*
32 *Fideicommiſſum coniecturis inducitur.*
33 *Vulgariter non dicuntur vocari omnes deſcendentes, vel aſcendentes.*
34 *Linea ad lineam an credatur facta ſubſtitutio.*
35 *Subſtitutio creditur facta de linea ad lineam, vt bona ſtent in familia.*
36 *Linea quando cenſeatur vocata in defectum alterius.*
37 *Fideicommiſſum extenditur ex ratione expreſſa.*
38 *Alienationis bonorum prohibitio quando extendat fideicommiſſum.*
39 *Prohibitio alienationis bonorum qua ratione extendat fideicommiſſum.*
40 *Fideicommiſſum principale quandoque ceſſat manente illo, quod ex prohibitione reſultat.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VErum in facto eſſe mihi ſupponitur deceſſiſſe Do-
minum Gabrium Strammitum nobilem Placenti-
num condito teſtamento, in quo inter cætera DD. Pe-
trum Paulum, & Galeatium ſuos filios, & poſt eos eo-
rum, & vtriuſque eorum filios, & deſcendentes vſque
in infinitum hæredes vniuerſales inſtituit hoc modo,
videlicet Dominum Petrum Paulum in bonis ſitis in
loco Sancti Martini, Dominum Galeatium in bonis
Coſtatum, Ziani, Mediolani, dicens ſuam intentionem
eſſe, quod dicti eius deſcendentes viuant chriſtianè, &
ſint perpetuò obedientes Regi Hiſpaniarum, Ducibus
Mutinæ, & Parmæ, & Marchioni Sancti Martini,
quia ſua finalis intentio eſt, quòd bona, & hæreditas
ſua perpetuò conſeruentur in dictos filios ſuos, ac eo-
rum hæredes, & ſucceſſores in perpetuum: & ideo ſi
aliquis ex dictis eius hæredibus, ſeu deſcendentibus
aliquod patraret delictum, propter quod bona præ-
dicta eſſent fiſco applicanda, eo caſu delinquentem vult
priuatum eſſe dicta hæreditate, vt perueniat in alium,
ſeu alios proximiores, vt ſuprà, quia omnino intendit
dicta bona ſua perpetuò conſeruari in dictis filiis, &
hæredibus ſuis, & eorum deſcendentibus, & ex nunc
dictos proximiores ex deſcendentibus inſtituit, &
ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſ-
ſum.

Modò graſſante illa peſtifera contagione, quæ ciui-
tates multas depopulauit, cùm ſuperſtite adhuc Domi-
no Gabrio defunctus ſit dictus Dominus Galeatius, &
poſtea deceſſerit etiam dictus Dominus Gabrius, fa-
ctum eſt, vt Dominus Sigiſmundus filius dicti Domi-
ni Gabrij Placentiæ mortuus ſit, qui ſuperſtitem Domi-
nam Iuliam ſuam matrem hæredem fecerit vniuerſalem,
qua etiam vltimo loco defuncta inteſtata nullis hæredi-
bus comparentibus Camera Ducalis Placentiæ, vt moris
eſt, vacantium bonorum dicti Domini Galeatij deuolu-
torum intrauit tenutam.

Verùm peſte pauliſper ceſſante Dominus Iulius Cæ-
ſar, Gabriel, & Franciſcus Maria filij, & hæredes præ-
dicti Domini Petri Pauli notitiam de prædictis nouiſſi-
mè habentes aſpirare cœperunt ad dictam hæreditatem,
prætendentes bona dicti Domini Galeatij ad eos ſpecta-
re iure fideicommiſſi facti per dictum Dominum Ga-
brium, & Ducalem Cameram teneri ad reſtitutionem:
quæritur quid iuris.

Et ſanè fortè primo ſub aſpectu videri poterit Du-
calem Cameram in nihilo teneri, eo quòd ex dicto teſta-
mento nullum reſultet fideicommiſſum ad fauorem fi-
liorum dicti Domini Petri Pauli, ex multis rationibus,
& primò quia non præſumitur fideicommiſſum, & qui
illud allegat, debet etiam probare illud ex verbis teſta-
1 menti. Vulpel. *in l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. 1.*
Menoch. *lib. 4. præſ. 67. num. 1. 2.*

Deinde cùm dictus Dominus Gabrius teſtator in-
ſtituerit prædictos ſuos filios, & deſcendentes, cer-
tum eſt deſcendentes non fuiſſe vocatos copulati-
uè, & coniunctim cum filiis primi gradus, ſed ordine
ſucceſſiuo, cùm verſemur in his, qui ex neceſſitate
2 fuerunt inſtituti tanquam filij legitimi, & naturales, ad
textum *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.*
Decian. *conſ. 84. num. 8. 9. lib. 3.* Cacheran. *deciſ. 81. nu-
mero 12.* Peregr. *de fideicommiſſis, articulo 17. numero 9.*
Menoch. *conſil. 85. numero 77.* Petra *de fideicommiſſ. quæ-
ſtion. 5. num. 153.* ideò ſequitur, quòd deſcendentes dicti
Domini Gabrij pro validitate teſtamenti intelligantur
vocati per modum vulgaris ſubſtitutionis, non fidei-
3 commiſſariæ, quoniam verba directa non obliquantur,
maximè vbi ſubſtitutio iure directo valere poteſt, *ad l.
verbis ciuilibus, de vulg.* Ruin. *conſ. 174. num. 131. lib. 2.*
Decian. *conſ. 384. num. 5.* Decian. *conſ. 1. num. 235. lib. 1.*
Riminald. Iun. *conſ. 50. num. 20. 44.* Menoch. *conſil. 85.
num. 77.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 154.* Peregr.
*eod. tractat. art. 18. num. 3.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 479.
num. 1.* quod procedit, etiamſi deſcendentes vocati ſint
per nomen collectiuum cum verbis tractum futuri tem-
poris importantibus, velut dicendo, *in infinitum*, vt 4
de magis communi teſtatur Peregr. *d. art. 18. numero 5.
verſ. ſed contra, & verſ. in hoc puncto,* & *conſ. 69. numer. 7.
in fin. lib. 5.* Fuſar. *d. quæſt. 479. num. 14.* Si ergo filij dicti
Domini Petri Pauli per vulgarem tantùm ſunt vocati,
nullum ius de præſenti habent adita iam hæreditate Do-
mini Gabrij à filiis eius primo loco vocatis, quia vulga-
ris præſupponit rem habitam, & poſt habitam ceſſat, 5
*l. poſt aditam, C. de impub. l. ſi legata, C. de legat.* Peregr.
*d. art. 18. num. 2.*

Sed eſto etiam, quòd aliquod fideicommiſſum poſſit
ex dicto teſtamento deduci, illud tamen conſiderari de-
bet in vnaquaque linea defuncti ſolum, non enim de-
bet interpretari adeſſe reciprocam ſubſtitutionem inter
vocatos, adeo, vt deſcendentes ab vno non videantur
ſubſtituti deſcendentibus ab alio, & è contra, ſed tan- 6
tùm quoad lineam propriam. Ruin. *conſ. 121. numero 8.
lib. 2.* Riminald. Iun. *conſil. 371. num. 117.* Peregr. *de fi-
deicommiſſ. art. 13. num. 72.* & *conſ. 47. num. 54. lib. 1.* Man-
tic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. in fin.* quod maximè
conuenire videtur caſui noſtro, vbi quælibet linea eſt
inſtituta in bonis ſeparatis.

Nec videtur ad vlteriora verba teſtamenti tranſeun-
dum, quia fideicommiſſaria, & ſubſtitutiones ſolùm re-
ſpiciunt caſum confiſcationis bonorum propter deli-
ctum alicuius ex inſtitutis, vel ſubſtitutis, vt in verbis 7
teſtamenti, qui non eſt caſus noſter, fideicommiſſum au-
tem non extenditur de caſu ad caſum. Peregr. *de fideicom.
art. 1. num. 36.* Menoch. *lib. 4. præſ. 73. num. 1.* Fuſar. *de ſubſt.
quæſt. 460. num. 1.*

Et licèt teſtator dicat eius finalem intentionem eſſe,
quod eius bona perpetuò remaneant apud ſuos deſcen-
dentes, tamen cùm ſubſtitutio reſpiciat tantùm caſum
confiſcationis, per hoc non extenditur ad alios caſus
lineæ finitæ, ſeu mortis, quia prohibitio alienationis
regulatur ſecundum caſus, & perſonas in ſubſtitutio- 8
ne expreſſas. Socin. *conſ. 53. num. 11. lib. 1.* Dec. *conſi-
lio 218. num. 16.* Ruin. *conſ. 124. numer. 9. lib. 2.* Pariſ.
*conſil. 58. numer. 9. lib. 2.* Crauet. *conſil. 328. num. 24. in
fin.* Gabriel. *conſ. 174. num. 12. lib. 1.* Cephal. *conſ. 17. nu-
mer. 25.* Burſat. *conſ. 51. num. 36. lib. 1.* Menoch. *conſ. 253.
numero 13.* Peregr. *conſil. 38. numero 18. lib. 1.* & *de fi-
deicommiſſ. art. 14. num. 47.* Rot. *diuerſ. deciſ. 473. num. 2.
part. 2.*

His tamen, & aliis etiam non obſtantibus verius eſſe
cenſeo eueniſſe caſum fideicommiſſi ob mortem dicti
D. Sigiſmundi, ad fauorem DD. Iulij Cæſaris, Gabrielis,
& Franciſci Mariæ fratrum de Strammitis, ad eoſque
ſpectare bona dicti Domini Galeatij profecta à Domi-
no Gabrio fideicommittente; & cum in verbis teſta-
menti non ſit ambiguitas, nihil vlterius eſt quæren-
dum, ad textum *in l. verbis legis, ff. de verb. ſign.* Petra 9
*de fideicom. quæſt. 9. num. 151. verſic. ſed hæc,* dum enim te-
ſtator Petrum Paulum, & Galeatium, & poſt eos eorum,
& vtriuſque eorum filios, & deſcendentes vſque in infi-
nitum hæredes vniuerſales inſtituit, liquet perpetuum
creaſſe fideicommiſſum inter deſcendentes, cum ſic lo-
quendo vocauerit etiam nondum natos, & incognitos per
verba futuri temporis, & perpetuitatis; & cùm omnes
deſcendentes ſimul concurrere non poſſint, dicendum
eſt, vnum poſt alium eſſe vocatum, adeo, vt primo per
inſtitutionem admiſſo cæteri in infinitum inſtituti iure
directo capere nequeant, & propterea quoad eos ne-
ceſſe ſit directam inſtitionem obliquare, vt vno defi- 10
ciente cæteri proximiores per fideicommiſſum ſucce-
dant, alioquin deſcendentes in infinitum fruſtra voca-
rentur: ita ſenſerunt Corn. *in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo,
num. 4.*



*num. 4. verſ. ſi autem legauit, de leg. 2.* Paul. de Caſtr. *in l. Gal-
lus, §. quidam rectè,* vbi etiam Soc. Sen. *num. 18. in quarto
caſu,* & Rubeus *num. 64. in fin.* ac etiam Torniel. *num. 71.
verſ. ſed in caſu,* & *num. 72. ff. de liber. & poſth.* Couar. *in c.
Raynutius, §. 2. in fin. de teſtam.* Bald. *conſ. 305. lib. 3.* Iaſ.
*conſ. 108. col. 5. in princ. lib. 4.* & magis in ſpecie Ruin.
*conſ. 92. num. 5. 8.* & *conſ. 159. num. 22. lib. 2.* & *conſ. 174.
lib. 3.* Curt. Iun. *conſ. 43. col. 4. verſ. ſecundò,* & *conſil. 48.
num. 4.* quem ſequitur Berett. *conſ. 33. num. 2.* Socin. Iun.
*conſ. 136. lib. 3.* Dec. *conſ. 236. in fin.* Pariſ. *conſ. 10. num. 30.
lib. 3.* Crauet. *conſ. 22. num. 29.* & *conſ. 161. num. 10.* Me-
noch. *conſ. 82. num. 54.* & *conſ. 174. num. 3.* pulchrè ad
rem idem Menoch. *lib. 4. præſ. 71. num. 34.* & cum hac
opinione ad propoſitum noſtrum ſentiunt etiam Peregr.
*de fideicomm. art. 18. num. 5. in princ.* & *verſ. in hoc pun-
cto,* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 479. num. 5. & num. 14. ver-
ſic. ſi tamen;* & ita tenuit Rota Rom. *diuerſ. deciſ. 568.
num. 2.* & *deciſ. 579. num. 10. part. 1.* & *deciſ. 495. num. 2.
part. quarta,* Farin. *deciſ. 320. num. 5. part. 1.* Fuſar. *dict.
quæſt. 479. num. 5.* Menoch. *d. præſ. 71. num. 34. in fin.* ex
quibus concludendum eſt hanc eſſe veram, receptam, &
magis communem DD. ſententiam.

Et licèt multi alij videantur in partem contrariam in-
clinare, eò quod ſecundum eos vocatio deſcendentium
per nomina collectiua non alterat ordinem vulgaris ſub-
11 ſtitutionis, adeo, vt Peregr. *d. art. 18. ſub num. 5.* diffici-
le duxerit inter tot opinionum diuerſitates ſeligere me-
liorem in tantum, quòd ipſe hanc contrariam opinio-
nem (in quo tamen allucinatur) magis receptam puta-
uerit; tamen ſi bene ponderentur verba Doctorum de
hac re loquentium apparebit clarè in noſtris terminis
nullam poſuiſſe difficultatem, quia omnes, qui à pri-
ma opinione declinare videntur, vtplurimum loquun-
tur in caſu, vbi teſtator vſus eſt tantum nomine colle-
ctiuo liberorum, vel deſcendentium, quo caſu poteſt
dici tolerabiliter eos tantummodo per vulgarem ſucce-
dere, Fuſar. *dict. quæſt. 479. num. 14. verſ. & ratio,* ibi:
12 *Nec verum eſt.* Secus autem apertè dicendum, quando
teſtator ita inſtituit omnes deſcendentes in infinitum
non ſolùm nomine collectiuo, ſed etiam per tractum
futuri temporis, vt non congruat reſtringere ſermonem
teſtatoris ad extantes tantum tempore eius mortis, vt
hic, & tunc ſanè reſultat ſucceſſiuum fideicommiſſum in-
ter inſtitutos, & vocatos. Fuſar. *d. quæſt. 479. num. 14.
verſic. ſi tamen,* Menoch. *d. præſ. 71. num. 34.* Farinac. *d.
deciſ. 320. num. 5.* quod certè iuſtum eſt, & honeſtum,
quia inſtituti ſecundo loco non poſſunt directò ſucce-
dere. Intrigl. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 72. num. 104. 105.*
etiamſi teſtator voluiſſet tantùm per vulgare ſibi proui-
dere de ſucceſſore, vtique è faucibus cum tanta ener-
gia non vocaſſet omnes deſcendentes in infinitum, ſed
tantùm nepotes, vel alios, ad quos poterat habere
affectionem, & propterea id naturæ amicum, & volun-
tati teſtatoris conſentaneum dicit Peregr. *de fideicom-
miſſ. dicto articulo 18. numero quinto, verſic. & hinc in-
tellectum.*

Accedat, quòd in caſu noſtro multò magis cenſen-
dum eſt fuiſſe inductum fideicommiſſum ſucceſſiuum,
quia teſtator ita vſus eſt verbis habentibus tractum
futuri temporis, vt effectus eius vocationis non termine-
tur in vno actu, ſed ad alios caſus ſucceſſiuos porriga-
tur etiam hæreditate adita, vt hic, vbi teſtator voca-
uit dictum Petrum Paulum, & Galeatium, & poſt eos,
eorum, & vtriuſque eorum deſcendentes, in quo ani-
13 maduertendum eſt idem eſſe dicere, *poſt eos*, vel, *poſt
eorum mortem.* Torniel. *in d. l. Gallus, §. quidam rectè,
num. 67. de liber. & poſthum.* Peregr. *de fideicommiſſ. ar-
tic. 18. num. 14.* pulchrè Menoch. *dict. præſ. 71. num. 12.
verſic. idem quoque.* Certum eſt autem, quòd ſi vnus
inſtituatur, & poſt eius mortem alter, ſecundum debe-
14 re ſuccedere per fideicommiſſum. Bald. & Angel. *in l. 2.
ff. ſi pars hæred. pet.* Bald. & Corn. *in l. extraneum, C. de
hæred. inſtit.* vbi etiam Alexand. *num. 4.* Aret. *in l. verbis
ciuilibus, colum. vltim. de vulg.* Socin. *conſil. 14. col. 3.
& 4.* Dec. *conſil. 278. col. 2.* Peregr. *de fideicomm. art. 5.
num. 20. ad fin. & num. 21. 23.* Intrigl. *de ſubſtitut. d. cen-
tur. 3. quæſt. 27. num. 104. 105.*

Vnde in caſu noſtro per talem vocationem vnius, &
poſt eum, vel poſt eius mortem, alterius, videtur ſigni-
ficari compendioſa ſubſtitutio, & per conſequens infer-
tur filios, ſeu deſcendentes fuiſſe per fideicommiſſum 15
vocatos, non autem vulgariter tantùm, ad textum *in d. l.
cùm ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* ita Alciat. *in
d. l. Gallus, §. quidam rectè, num. 35. 36.* vbi Torniel.
*num. 67. verſic. ſecundo etiam, de liber. & poſthum.* Soc.
*conſil. 12. in 3. dub. lib. 3.* Decian. *conſil. 431.* Curt. Iun.
*conſil. 38. num. 4.* Crauet. *conſil. 22. num. 7.* Decian. *conſil.
primo, num. 251. lib. 1.* Marzar. *in epitom. de fideicommiſſ.
quæſt. 12.* Fuſar. *d. tract. quæſt. 382. num. 52.* & *quæſt. 479.
num. 42.* Intrigl. *dict. centur. 3. quæſt. 81. num. 13.* pulchrè
Menoch. *d. præſ. 71. numero 12. verſic. idem eſt,* & *verſ.
idem quoque,* idem Menoch. *conſilio 610. numero 1.* vbi
enim tractus futuri temporis conſideratur hoc modo,
ibi fideicommiſſaria ſucceſſio datur. Beto. *quæſtion. 104.* 16
*per totam;* nam verba etiam ciuilia directa poſſunt obli-
quari, vt deſeruiant voluntati teſtatoris. Intrigl. *de ſub-
ſtitut. centur. 3. quæſt. 10. numero 44. 55. & quæſtion. 31.
num. 33.*

Deinde apud nos eadem concluſio firmior apparet,
quia in teſtamento prædicto adeſt, vt mihi ſupponitur,
clauſula codicillaris per verba futuri temporis; quo ca-
ſu inſtitutio directa reſoluitur in fideicommiſſariam, &
quoad filios, & deſcendentes efficit, vt inſtitutio im- 17
portet compendioſam ſubſtitutionem, & multò magis,
ſi ſubiiciatur etiam clauſula, *Omni meliori modo*: &
propterea dicti Strammiti deſcendentes ab vno ex pri-
mis inſtitutis rectè dicuntur per fideicommiſſum voca-
ti: ita Socin. *dict. conſil. 12. ſub num. 16. lib. 3.* Decian.
*dict. conſil. 431. colum. vltim.* Ruin. *dict. conſil. 174. nu-
mero 13. lib. 2.* Curt. Iun. *conſil. 48 numero 6.* Crauet.
*conſil. 21. numero 8.* Decian. *conſil. 84. numero 9. lib. 3.*
Berett. *conſil. 33. numero 4.* Riminald. Iun. *conſil. 50. nu-
mero 66.* Peregr. *conſil. 69. numero 9. libr. 1.* Menoch.
*conſil. 43. numero 13.* & *conſil. 1071. numero 9.* & *d. præſ.
71. numero 36.* Fuſar. *d. quæſt. 479. numero 6. 19. 22.*
Craſſ. *de ſubſtitut. §. ſubſtitut. quæſt. 71. numero 6.* latè In-
trigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 11. numero 12.* qui om-
nes dicunt, quòd verba directa poſt hæreditatem à pri-
mo inſtituto aditam, & etiam poſt pubertatem, obli-
quantur, vt importent fideicommiſſum, ſtante dicta
clauſula.

Vlteriùs hæc ſententia per ſe honeſta, & iuſta variis
coniecturis, & præſumptionibus firmari poteſt ad indu-
cendum fideicommiſſum ſucceſſiuum inter deſcendentes
Strammitos, ſiquidem teſtator declarauit ſuæ finalis
intentionis fuiſſe, quòd eius bona conſeruentur in di-
ctos eius filios, & ſucceſſores, & tamen certum eſt,
quòd ſola vulgaris ſubſtitutio non poteſt hunc effectum
producere, vt ſcilicet bona conſeruentur in familia, 18
vel deſcendentes, eò quod adita hæreditate vulgaris ex-
piret; ſed ſolùm id poteſt haberi mediante fideicommiſ-
ſo ſucceſſiuo, vt bene inquit Menoch. *lib. 4. d. præſ. 71.
numero 35. verſic. cùm vulgaris,* Fuſar. *d. quæſt. 382. nu-
mero 59.* Ideò neceſſe eſt, ſi volumus hanc teſtatoris
voluntatem impleri, vt dicamus noſtrum teſtatorem
vocaſſe eius deſcendentes, etiam per fideicommiſſum,
quia directa inſtitutio obliquatur, vbi conſtat de men-
te teſtatoris, vt ſcilicet bona conſeruentur in familia,
vel inter deſcendentes: ita Alciat. *in d. leg. cùm ita, §. in fi-
deicommiſſo, numero decimotertio, de legat. ſecundò,* Cum. 19
*in leg. vnum ex familia, §. ſed & ſi, numero tertio, ff.
eodem,* Socin. *in dict. leg. Gallus, §. quidam, nume-
ro 9.* Ruin. *conſil. 164. colum. penult. lib. 4.* Pariſ. *conſil.
57. num. 10. lib. 2.* Decian. *conſ. 1. num. 278. lib. 1.* Petra *de*

fideicom.quæſt.11.num.162. Menoch. conſ.117. num.16. &
conſ.1055.num.28.& d.præſ.num.35.Mantic.de coniect.vlt.
vol.lib.8.tit.2.num.18.Peregr.conſ.52.num.12.lib.3. Fuſar.
de ſubſt.quæſt.382.num.59.& quæſt.479.num.45.ibi.

Nam ſanè colligitur ex noſtro teſtamento voluiſſe te-
ſtatorem ſuam conſeruare familiam,ſeu agnationem,cum
ſemper fiſcum excluſerit cum magno verborum appara-
tu, quod non perducit ad cognitionem non vocaſſe tan-
tum ſuos deſcendentes per vulgarem, quæ ad eos omnes
peruenire non potuiſſet, ſed etiam per fideicommiſſa-
riam:cum enim ſe declarauerit velle bona ſua conſeruari
inter ſuos deſcendentes, ex hoc ſolum dicendum eſt lo-
20 cum eſſe ſucceſſiuo fideicommiſſo inter collectiuè voca-
tos,& maximè cum non recedamus à perſonis,in quibus
bonorum conſeruatio à teſtatore conſideratur. Dec. con-
ſil.270.col.pen.Decian.conſ.64. num.33.lib.2.Petra de fidei-
com.d.quæſt.5.num.149.Peregr. conſ.33.num.42. in fin.lib.3.
Farinac. deciſ.462.num.2.Fuſar. d.quæſt.382.num.46. pul-
chrè Menoch. d. præſ.71. num.34.35. Intrig. d. centur.3.
quæſt.72. num.85.

Et circa prædicta animaduertendum eſt paria eſſe, &
inter ſe conuenire, ſi dicatur, quòd bona perpetuò con-
ſeruentur inter deſcendentes : Tuſch.littera F. concl.252.
21 num.18.& concluſ.262.num.25.Peregr.de fideicomm.art.14.
num.14.16.Fuſar. de ſubſt.quæſt.688.num.18.verſ. ſecundo,
& num.23. 51. & quæſt.689. num.12. adeò,vt non debeas
mirari,ſi quandoque loquimur per verbum familiæ,& ta-
men teſtator noſter eius mentionem non fecerit, quia
ſermo de deſcendentibus in infinitum idem importat.

Hinc dicendum eſt tantam eſſe vim huius argumen-
tationis, quòd ea, ſi ſola eſſet, ſufficeret ad inducendum
fideicommiſſum inter deſcendentes teſtatoris, etiamſi in
principali inſtitutione id ille non dixiſſet,& licèt ad effe-
ctum tollendi è faucibus fiſci dicta bona, nil referat, an
fideicommiſſum prædictum ſit abſolutum,vel tantùm in
caſu alienationis extra familiam, aut deſcendentes, cùm
iam bona detineantur à Ducali Camera, quæ nihil com-
mune habet cum deſcendentibus teſtatoris,& certum ſit
hunc teſtatorem prohibuiſſe alienationem extra familiã,
cum paria ſint dicere teſtatorem voluiſſe bona ſua con-
ſeruari in familia,vel nolle alienari extra familiam. Petr.
22 de fideicommiſſ.d.quæſt.5.num.6.7.tamen dicere poſſumus,
quod in caſu noſtro inductum fuerit ſimplex, & abſolu-
tum fideicommiſſum in caſu mortis, & alienationis ; ſic
enim euenit, vbi in prohibitione alienationis bonorum
23 extra familiam apponuntur verba perpetuitatis, velut
*ſemper,in perpetuum*, vel *in infinitum* : ita Socin. in l. qui
Romæ, §. cohæredes, num.18. ff. de verb. oblig. Curt. Iun.
conſ.161. num.12. Rol. conſ.23. num.17. lib.4. Rim. Iun.
conſ.20. num.13. Dec. conſ.1. num.263. lib.1. Peregr. con-
ſil.45. num.17. lib.1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.6. ti-
tul.14. in fin. Petr. de fideicommiſſ. quæſt.5. num.11. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.688. num.17. Farinac. deciſ.681. num.1.
part.2. Intrigl. d. centur.3. quæſt.72. num.51.

Accedat, quod teſtator iſte non per modum rationis,
vel cauſæ, aut verbis enunciatiuis prohibuit alienatio-
nem extra familiam ſuam,ſed per modum principalis diſ-
poſitionis ordinauit,quod in ſua familia, ſeu in ſuis deſ-
24 cendentibus eius bona conſeruarentur, dicens, ita etiam
ſuæ finalis intẽtionis eſſe,quod eius bona perpetuò con-
ſeruentur in dictos eius filios, & ſucceſſores in perpe-
tuum : vnde infertur, vt ex tali prohibitione alienatio-
nis purum, & ſimplex reſultet fideicommiſſum etiam in
caſu mortis, ad textum in l. cùm pater, §. filium, de leg.2.
& d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, eod. l. ſi cognatis, de re-
bus dub. l. fin. C. de verb. ſignif. & de communi teſtatur
Petra de fideicommiſſ. quæſt.5. num.2. Curt. Iun. conſ.114.
num.18. Dec.conſ.23.n.3.4.verſ.3. facit. Rol. conſ.23.n.25.
lib.4.Rim.Iun.conſ 20.num.6.latè Fuſar.d.quæſt.688.n.30.
Peregr. de fideicommiſſ. art.14. num.6. verſ. & idem, &
num.25. verſ. vbi conſiderat, Tuſch. littera F. concl.262.
num.25. Intrigl. d. centur 3. quæſt.72. num.41. vbi enim
teſtator vult bona conſeruari in agnatione, id fieri non 25
poteſt, niſi fideicommiſſum inducatur perpetuum, &
reciprocum. Tuſch. d. littera F. concluſ.260. num.146.
Rot. diuerſ. deciſ.568. in princ. & num.5. part.1.

Et in tantum hic prohibita eſt alienatio bonorum ex-
tra familiam per modum principalis diſpoſitionis, quod
prohibitio confiſcationis oriatur, & manet ab illa, quaſi
à cauſa generali ; dicit enim teſtator, *Propterea vt dicta
eius voluntas executionem habeat* ; & ſic non reſtringit
prohibitionem,quæ per ſe valide ſtabat ; quando autem
voluit per modum rationis prohibere alienationem, id
clarè dixit, nam inferius replicauit reddendo rationem,
cur nolit eius bona deuenire poſſe in fiſcum,quia,inquit,
eius intentio eſt,vt dicta ſua bona conſeruentur in dictis
filiis, & hæredibus ſuis, & eorum deſcendentibus, gemi-
natio enim enixam, & deliberatam fideicommittentis 26
abſolutè voluntatem oſtendit : ad textum in l. Baliſta, vbi DD. ad Trebell. c. ſi quis iratus 1. quæſt.1. Bart.
in l. cum ſcimus, C. de agr. & cenſ. lib.11. Natt. conſ.63.
num.12. Ceph. conſ.150. col.2. Peregr. de fideicom. art.24.
num.40. & art.49. num.29. latè in termis Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt.688. num.24. Intrigl. d. centur. 3. quæſt.72.
num.43.

Neque fortè dicatur, quod noſter teſtator non dixit
ſe velle eius bona conſeruari in familia, vel deſcenden-
tibus, ſed in filios ſuos, & eorum hæredes, & ſuc- 27
ceſſores, quæ verba poſſunt verificari in hæredibus
etiam extraneis. Bart. in l. pater filium,§.penult.de leg.ter-
tio. Curt. conſil. 63. ante num.14. Petra de fideicommiſſ.
quæſtione prima, numero 44. Peregr. eodem tract.artic.32.
num.35.

Nam reſpondeo id eſſe non poſſe maximè in caſu no-
ſtro, ridicula enim eſſet dicta prohibitio, ſi bona teſtato-
ris ad extraneos poſſent tranſire, quia pugnant inter
ſe, quod illa bona conſeruentur perpetuò apud ſuos, &
quod ſint tranſitoria ad extraneos ; nam hoc ipſo fiunt
alienabilia, & conſeruationi deſideratæ à teſtatore nul-
lus eſſet locus, quoniam in ſubſtitutionibus, & fidei-
commiſſis huiuſmodi, vbi teſtator vult perpetuò bona
ſua conſeruari apud filios, & hæredes eius, ac ſucceſ-
ſores, mentio hæredum intelligitur de hæredibus ſan-
guinis, & deſcendentibus teſtatoris, adeo, vt idem ſit
dicere de hærede in hæredem, quod de deſcendente in
deſcendentem : ad rem Petra de fideicom. d. quæſt.5.n.44. 28
verſ.ſic : & priùs ita Gloſſ. in d. l.cùm pater,§.pen.de leg.3.
Alex. conſ.23.col.2.lib.2.Corn.conſ.59. num.17. lib.2. Soc.
conſ.57. num.5. lib.3. Ruin. conſ.110. num.9. lib.2. Pariſ.
conſ.88.num.37.lib.2.Decian.conſ.50.num.13.lib.1. Sim.de
Præt. de interpret. vlt. vol. lib.2. col.5.num.5.pulchrè Me-
noch. lib.4. præſ.68. num.7.

Id autem maximè amplectendum eſt in caſu noſtro,
quia in alia parte teſtamenti in ſimili prohibitione teſta-
tor fecit mentionem deſcendentium, & propterea hic
etiam commemoratio hæredum ſe refert ad dictos deſ- 29
cendentes, præcipuè quia adhibuit dictionem, *Dictos*,
quæ eſt repetitiua. Socin. conſ.249. num.15. lib.2. Ruin.
conſ.108. num.3. lib.2. Menoch. conſ. 117. num.28. Pe-
regr. conſ.32. num.41. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.339. nu-
mero 66. quòd hic verius eſſe declaratur, quia inferiùs
teſtator hoc replicans inquit ſe velle bona ſua conſer-
uari in dictis filiis, & hæredibus ſuis, & eorum deſcen-
dentibus : quoniam hoc caſu ſoli deſcendentes vocati
cenſentur, quoniam poſt verbum, *hæredibus*, ſubiungi-
tur verbum, *deſcendentibus*, quod declarat de quibus
hæredibus intelligat. Peregr. d. art.32. num.48. Fuſar. d.
quæſt.339. num.70.

Cùm igitur dictum fideicommiſſum ſit ordinatum fauo-
re deſcendentium, omnes in infinitum à teſtatore proue-
nientes eo comprehenduntur.Peregr. de fideicom. art.30.
n.2. verſ. idcircò : & quia fideicommiſſum eſt perpetuum 30
inter dictos deſcendentes,ideo tranſit de vno in aliũ iux-
ta proximitatem ordine ſucceſſiuo,ad textum in d. l. cum
ita



ita, §. in fideicomm. de leg. 2. l. cùm ita legatum, de leg.
primo. Alex. conſ.59. num.4. lib.3. Marzar. conſ.3.num.2.
Burſat.conſ.170.num.16.lib.2. Menoch.conſ.886. num.11.
Magon. deciſ. Flor.37. num.19. 20. Peregr. de fideicomm.
art.22. num.77. Fuſar. quæſt.483. num.1.

Cùm igitur dicti fratres de Strammitis in hoc iudicio
interuenientes ſint proximiores D. Sigiſmundi prædicti
vltimo loco prædefuncti, ad ipſos ſpectat ſucceſſio in
bonis dicti fideicommittentis, qui non potuit teſtari in
præiudicium eorum, & maximè ad euerſionem fidei-
31 commiſſi : cum enim bona prædicta non poſſint extra
familiam alienari, non potuit dictus Sigiſmundus ſibi
hæredem facere, qui non ſit de deſcendentibus teſta-
toris. Ruin conſil.168. col.7. verſ. & adhuc, lib.3. Ceph.
conſ.153. num.34. Menoch. conſ.1029. num.6. Petr. de fi-
deicommiſſ. quæſt.8. num.274. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3.
quæſt.73. num.43. Fuſar. eod. tract. quæſt.712. num.37. &
ſic concludo eueniſſe caſum fideicommiſſi ad fauorem di-
ctorum fratrum de Strammitis.

Non obſtant verò in contrarium adducta, & primò
quòd fideicommiſſum non præſumitur, quia id verum
eſſe admitto, ſed nihil ad nos, quia non per præſumptio-
nes vanas hominum hic fideicommiſſum adeſſe profer-
32 tur, ſed per verba clara teſtatoris, & per coniecturas à
iure approbatas, quæ ſufficiunt ad fideicommiſſa indu-
cenda, & etiam amplianda : licet enim verba deficiant,
tamen ſufficiunt coniecturæ non ex proprio capite, ſed
ex verbis teſtatoris deſumptæ : ad textum in l. quiſquis,
& in l. fideicommiſſaria, §. hæc verba, de leg. 3. l. ſi vnum
ex familia, §. ſi omiſſa, de legat. 2. gloſſ. in l. pater filium,
§. penult. eod. Caſtr. conſ.150. col. 2. lib.1. Crauet. con-
ſil. 536. numero 2. Tuſch. littera F, concluſ.260. num.3.
5. 11. 18. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 11. numero 39.
40. 43.

Secundò non obſtat deſcendentes teſtatoris hic fuiſſe
vocatos ordine ſucceſſiuo, quia id pariter admittimus, &
propterea ſi viueret aliquis ex linea D. Galeatij, vtique
ipſe ſuccederet ; non enim per ſaltum de vna linea ad
aliam fit tranſitus, ſed ea deficiente factus eſt locus iſtis
fratribus prouenientibus à teſtatore ex alia linea D. Pe-
tri Pauli, quia omnes in infinitum dicto fideicommiſſo
comprehenduntur. Peregr. de fideicommiſſ. d. artic.30.
num.2. verſ. idcircò.

Tertiò non obſtat, quòd hîc teſtatoris deſcendentes
tantum fuerint vocati per vulgarem ſubſtitutionem,quia
id penitus negamus, & iam apertè probatum eſt non ſo-
lum vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum fuiſſe vo-
catos, vt multis rationibus, & auctoritatibus probaui-
33 mus de magis communi DD. ſententia. Bero. d. quæſt.
104. Menoch. d.conſ.610.num.1.& pulchrè lib.4. præſ.71.
num.12. verſ. idem eſt, & verſ. idem quoque.

Quartò non obſtat, quòd fideicommiſſum non poſſit
dici factum de linea ad lineam, quia id admittimus du-
rante vtraque, vna autem deficiente negamus, quia om-
nes teſtatoris deſcendentes in infinitum ſunt vocati, per
34 quem ſermonem nimis clarè apparet de hac veritate ad
fauorem omnium deſcendentium. Crau. conſ.22.num.29.
Ruin. conſ.159. num.22. lib.2. Menoch. conſ.82. num.54.
& lib.4. præſ.71. num.34.

Verùm ex abundanti addere poſſum, quòd etiam de
linea ad lineam cenſetur facta ſubſtitutio reciproca,
35 quando teſtator voluit, quod bona conſeruarentur in
familia, vt in caſu noſtro : Ruin. conſil. 164. numero 9.
lib.3. Iaſ. conſil.52. numero 2. lib.3. Crauet. conſ.130. nu-
mero 6. 7. Menoch. conſ. 575. numero 8. Surd. conſ. 443.
Peregr. conſil. 55. numero 22. verſ. prima, lib. 1. & con-
ſil. 152. lib. 5. Fuſar. conſil. 3. pro Gauattaris, vbi in-
quit ſe ita obtinuiſſe per binas conformes ſententias, &
hoc maximè procedit, quando deſcendentes vnica ora-
tione, & ſubſtitutione vocantur, non autem in diuer-
ſis, tunc enim inducitur reciprocum fideicommiſſum
etiam de linea ad lineam. Caualc. deciſion.15. numero ter-
tio, & ſequentibus, & deciſione 16. parte tertia.

Vlteriùs poteſt illa prima opinio procedere, ſi extent
aliqui de altera linea, verum deficiente vna linea, vt hic,
ob mortem dicti D. Sigiſmundi, certè fit tranſitus ad
aliam, & illi admittendi ſunt, qui ab altera linea voca-
torum proueniunt, vt vno ore fatentur omnes. Alex. 36
conſ.167. lib.5. Corn. conſ.233.num.10.lib.4.Iaſ. conſ.143.
lib.4. Decian. conſ.127. num.24. lib.3. Menoch. conſ.348.
num.24.Peregr.de fideicom.art.13. num.74. quod ſanè ne-
ceſſarium eſt ad obtinendum, vt bona conſeruentur in-
ter deſcendentes teſtatoris, alioquin facilè daretur tran-
ſitus ad extraneos, quod dici hic non debet, vbi bona
perpetuò ſunt conſeruanda inter deſcendentes. Decian.
conſ.3. num.61. lib.1. Petr.de fideicom. quæſt.11. num.162.
164. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.2. num.18. In-
trigl. de ſubſtit. centur. 3. quæſt.81. num.29. vnde non eſt
conſiderabile, quòd teſtator hæredes fecerit diſtinctos
quoad bona ſeparata, quia illa ſeparatio fuit per modum
diuiſionis inter filios, non per viam reſtringendi inſtitu-
tionem, quæ reſpiciebat omnes.

Quintò non obſtat, quod reliquæ prohibitiones de
bonis non alienandis extra familiam reſpiciant tantùm
caſum confiſcationis bonorum ob delictum. Nam reſ-
pondetur ſatis oſtenſum eſſe, quòd hic inductum fuerit 37
abſolutum fideicommiſſum, & ratio expreſſa officit, vt
non ſit fideicommiſſi extenſio,ſed comprehenſio. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.678. num.7.

Verùm eſto etiam, quòd hic neceſſaria eſſet aliqua
extenſio, ea non erit reſpuenda, ſi ratione nitatur, quia
non eſt inconueniens vt quis ſit vocatus ex prohibitio-
ne alienationis bonorum ex ratione in ea expreſſa, qui
tamen non ſit comprehenſis in ſubſtitutione. Riminald.
Iun. conſ. 20. num.18. Peregr. conſil. 45. lib.1. Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt.683. num.28. in fin. ſpectanda enim eſt
vis rationis, & cauſæ finalis, quæ mouit teſtatorem ad
ita diſponendum, vt per eam fiat extenſio de caſu ad
caſum, & perſona ad perſonam. Petra de fideicommiſſ.
quæſt.2. num.15.

Hinc eſt, quòd etiamſi teſtator per modum rationis
prohibuiſſet alienationem bonorum extra familiam,
ne deuenirent in fiſcum,cum velit ea perpetuò inter ſuos
deſcendentes conſeruari,tamen cum facilè poſſet dari ca-
ſus,quòd bona eius exirent agnationem, licèt ad fiſcum
non peruenirent, licitè extenditur fideicommiſſum ad
quemcumque alium caſum, in quo daretur tranſitus bo- 38
norum teſtatoris ad extraneos ; quia ratio generalior di-
cto ampliat illud,& extendit, vnde ſi teſtator prohibeat
filium ſuum alienare, quia vult bona ſua nunquam exire
de domo ipſius, tunc ratio expreſſa generalior dicto
operatur, vt ea prohibitio perpetuò duret etiam poſt
mortem filij, quia à ratione expreſſa fideicommiſſa regu-
lantur, l. cùm pater,§.dulciſſimis,ff.de leg.2.l.pater filium,§.
fundum,& ibi Bart. de leg.3.Pariſ.conſ.6.num.20.lib.2. Pe-
tra de fideicom.quæſt.2.num.17.& quæſt.5.num.43. Peregr.
de fideicom.art.11.num.54.& art.14.num.22.Fuſar.de ſub-
ſtit. quæſt.673. num.6. Tuſch.littera F. concl.262.num.29.
30. Farin. deciſ.193. num.7 part.1. alioquin conſeruatio 39
bonorum in familia per teſtatorem deſiderata non poſ-
ſet ſortiri effectum, vt inquit Petra de fideicommiſſ. dict.
quæſt.5. num.43.

Namque nouum non eſt in iure,quòd aliquando expi-
ret fideicommiſſum ex ſubſtitutione reſultans, & tamen
illud firmum remaneat, quod ex prohibitione alienatio-
nis procedit,vt videre eſt apud Dec.conſ.182.& conſ.218. 40
Soc.conſ.294.col.4.lib.2.Gozad.conſ.30.col.4. in fin.Ruin.
conſ.124.in fin.lib.2.Rim.Iun.conſ.23. num.124. Marcabr.
conſ.61 in fin.Ceph.conſ.134.num.37.Surd.conſ.67.num.20.
latè Petra de fideicom.quæſt.6.& quæſt.11.num.554.Caualc.
deciſ.23. num.27. part.3. Nos autem indigemus his ar-
gumentis, & extenſionibus, quia habemus claram de-
functi mentem, qui voluit inter deſcendentes inducere
perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum. His fortè ra-

tionibus, ſed potius ex ſolita, & ingenti Principis liberalitate obtentum fuit, quòd bona prædicta liberè reſtituerentur prædictis fratribus de Strammitis, qui illorum pacificam poſſeſſionem habuerunt.

---

# CAPVT XII.

## Epitome.

Proditorium homicidium committentes quando priuentur priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, & an ſufficiat probare delictum per indicia indubitata, & quid ſi factum ſit in Eccleſia, etiamſi interfectus eſſet extra.

## SVMMARIVM.

1 *Confugientes ad Eccleſiam gaudent eius immunitate, etiam in delictis grauibus.*
2 *Immunitate Eccleſiæ non priuatur reus, niſi plenè probetur eius delictum.*
3 *Proditorium homicidium quodnam dicatur.*
4 *Proditor non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
5 *Eccleſia non dat immunitatem proditoribus.*
6 *Indicium indubitatum homicidij quale.*
7 *Homicida præſumitur, qui viſus eſt egredi cum armis à domo, vbi eſt cadauer.*
8 *Indicium eſt graue contra eum, qui egreditur à loco, vbi reperitur interfectus.*
9 *Indicium indubitatum an ſufficiat ad condemnationem.*
10 *Indicium indubitatum quodnam dicatur.*
11 *Indicia indubitata ſunt liquidiſſimæ probationes.*
12 *Indiciis indubitatis conuincitur reus, ſicut teſtibus.*
13 *Indicia indubitata ſi extent, reus poteſt etiam corporaliter puniri.*
14 *Indicium vnicum indubitatum ſatis eſt ad condemnandum.*
15 *Vera eſſe dicuntur, quæ conſtant indiciis indubitatis.*
16 *Indicia indubitata ponunt veritatem ante oculos iudicis.*
17 *Qualitas excludens ab immunitate Eccleſiæ poteſt probari per indicia.*
18 *Indicium indubitatum eſt vera probatio.*
19 *Indiciis indubitatis grauatus non poteſt puniri pœna ordinaria.*
20 *Conuincitur reus indiciis indubitatis.*
21 *Eccleſiæ immunitate non gaudet reus delicti qualificati, etiamſi extra ordinem puniendus ſit.*
22 *Proditoriè vulnerans gaudet immunitate Eccleſiæ.*
23 *Bulla Gregoriana de immunitate Eccleſiæ requirit actum conſummatum.*
24 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
25 *Pupilli teſtimonium non valet.*
26 *Pupillus pubertati proximus eſt doli capax.*
27 *Pupillus doli capax poteſt iurare, & teſtificari.*
28 *Pueri ſolent detegere delicta.*
29 *Pupillus quando in criminalibus probet.*
30 *Pupillus nunquam eſt teſtis integer.*
31 *Teſtis inhabilis admittitur in delictis exceptis.*
32 *Inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex magna fide alterius.*
33 *Teſtes inhabiles probant, ſi veriſimilia dicunt.*
34 *Impuberes teſtes probant, ſi alij non poſſunt haberi.*
35 *Fama publica facit indicium contra diffamatos.*
36 *Fama, & vita mala inquiſiti facit indicium contra eum.*
37 *Fuga facit indicium delicti.*
38 *Indicium eſt, ſi quis viſus eſt deambulare in loco delicti.*
39 *Indicium oritur contra vicinos, ſi ignoratur auctor delicti.*
40 *Indicium augetur contra inquiſitum, ſi nullus alius imputatur.*
41 *Mendacium facit indicium delicti.*
42 *Pauperes præſumuntur deliquiſſe.*
43 *Indicia plura dubitata faciunt vnum indubitatum.*
44 *Eccleſiæ immunitas extenditur ad cohærentia.*
45 *Eccleſiæ hortus gaudet immunitate.*
46 *Delinquens in Eccleſia vel Cœmiterio non gaudet eius immunitate.*
47 *Offendens ex Eccleſia exiſtentem extra Eccleſiam, an ſit tutus in ea.*
48 *Immunitas Eccleſiæ non prodeſt illi, qui exiſtens in Eccleſia occidit ſtantem extra.*
49 *Eccleſia non defendit eum, qui ſclopo occidit in ea exiſtentem ab extra.*
50 *Delinquens in Eccleſia extra caſus exceptos punitur à ſolo iudice Eccleſiaſtico.*
51 *Probatio qualis requiratur ad priuandum reum Eccleſiæ immunitate.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EVenit de anno 1632. die 21. Octobris in terra S. Martini extra Caſtrum, ad Conuentum S. Mariæ Seruitarum, dum per viam publicam Capitaneus Peregrinus de Curtis à Cupriaco à dicto Caſtro aditaret Eccleſiam dicti Conuentus, aſſociatus à Iulio Curto, & Hieronymo de Bonis, de improuiſo, & dum nil tale præcauebat, Petrus, & Philippus de Pratis, aliàs de Pugolotinis è dicto loco, qui moram trahebant in dicto Conuentu ob timorem Curiæ occaſione cuiuſdam rixæ habitæ cum D. Gemenſi de Blondis, ex inſidiis ſtantes in horto contiguo dicto Monaſterio, & ad quem non patebat aditus niſi per Monaſterium, prope ſepem verſus viam apportauerunt archebuſios ſuper baculo, ſeu haſta in ſepe exiſtente, & ſimul eos exploſerunt contra dictum Capitaneum Peregrinum, quem lethaliter vulnerati ſunt, & leuiter etiam dictum Iulium, vnde dictus Peregrinus die ſequenti vitam cum morte commutauit, & ſtatim dicti Pugolotini ſe recipientes ab horto in Conuentum onerauerunt archebuſios, & fugam arripientes per oſtium poſterius, acclamati fuerunt à dicto Hieronymo, qui etiam ſclopum contra eos exonerauit, licet in caſſum, vnde ſe receperunt de nouo in Conuentum, cui poſitis cuſtodibus petita fuit venia ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Regij, vt extraherentur: vnde cum interuentu Archipresbyteri loci facta extractione, & fabricato proceſſu, in quo ipſi defenſionibus renuntiauerunt, nunc quæritur, an debeant Eccleſiæ reſtitui, & mereantur frui beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ, & quid ſit iuris.

Et ſanè primo ſub aſpectu videri poteſt eos admittendos eſſe ad priuilegium immunitatis, habent enim pro ſe præſumptionem, & regulam, qua omnes quæcumque delicta committentes, etiam grauia, & ad Eccleſias confugientes, fruuntur beneficio immunitatis, & inde extrahi non poſſunt abſque ſacrilegio, vt habetur in c. ſicut 1
antiquitus, c. reum, c. frater, c. miror, c. quiſquis, c. ſi quis, 17. quæſt. 4. c. inter alia, & c. fin. de immun. Eccleſ. l. 2. & l. præſenti, C. de iis, qui ad Eccleſ. confug. Boſſ. in tit. de captura, num. 21. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 6. verſ. ſeptimo, Clar. in prax. §. fin. quæſt. 30. num. 1. verſ. quæro, Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 1. num. 2. Decian. tractat. crim. lib. 6. cap. 25. n. 1 Farin. in prax. quæſt. 28. n. 1. Guttier. practic. qq. lib. 1. quæſt. 2. num. 4. verſ. hæc regula. Peregr. de immun. Eccleſ. cap. 5. num. 1. 2. vbi ampliat procedere etiam in delictis enormibus.

Deinde



Deinde quoniam dicti Pugolotini negauerunt homicidium, & factum prædictum, nec adeſt plena, & concludens probatio contra ipſos, videntur remittendi, quia oportet conſtare de delicto verè, & per probationes concludentes, ac plenas antequam reus tradatur Curiæ ſæcu-
2 lari: ex l. Lucius, vbi Bart. de cond. & demonſtr. Natt. conſ. 29. num. 3. & conſ. 202. num. 8. lib. 1. Pariſ. conſ. 104. n. 9. lib. 4. Farin. conſ. 76. num. 3. & ſeq. lib. 1. & conſ. 168. à num. 1. vſque ad 20. Amb. in tract. de immun. Eccleſ. cap. 11. num. 4. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 80. 81. 82. Farin. eod. tract. num. 374.

Verumtamen in contrarium facit, quòd prædictum homicidium videtur fuiſſe proditoriè commiſſum, quia inter occiſum, & occiſores nulla præceſſit rixa, nulla occaſio, & nulla inimicitia, vt ſatis conſtat tam ex teſtibus, quàm ex confeſſione ipſorum, qui dicunt etiam, quòd vix eum agnoſcebant, ideo proditores dicendi ſunt, quia
3 proditio dicitur multis modis, ſed præcipuè quando aliquis occidit proximum ſuum ex inſidiis, vel ſine diffidatione nihil tale præcauentem ab eo, cum quo nullam habebat inimicitiam, ad textum in c. primo, de homicid. & in l. fin. vbi Luc. de Peñ. num. 7. verſ. item nota, C. de delator. lib. 10. Bart. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, num. 1. ff. de pœn. Couar. var. reſ. lib. 2. c. fin. num. 7. verſ. tandem. Alex. conſ. 145. num. 5. lib. 7. Ant. Gomez. in tit. de homicid. c. 3. n. 5. Afflict. deciſ. 265. num. 64. Bero. conſ. 165. num. 12. lib. 3. Cephal. conſ. 57. num. 3. Vulpel. conſ. 59. num. 1. Menoch. caſ. 361. num. 24. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. num. 19. Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. 107. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 6. num. 3. 4. latè Farin. in prax. quæſt. 18. num. 78. & quæſt. 28. ſub num. 24. & in tract. de immun. Eccleſ. cap. 9. num. 137. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. n. 80. 81. 82. Ioan. Gutier. pract. qq. lib. 1. quæſt. 2. num. 3. 4. 9. 18. verſ. quia vt inquit, Caball. de omni genere homicid. num. 461. Bonac. de immun. Eccleſ. diſp. 3. quæſt. 7. §. 4. num. 14.

Sed ſic eſt, quòd homicida proditor, & qui proditione vſus eſt, non gaudet Eccleſiæ immunitate, & inuitus po-
4 teſt extrudi ab Eccleſia cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, vt probat textus in cap. 1. de homicid. vbi gl. Anch. Anan. Felin. & communiter DD. Aret. in c. cùm non ab homine, col. 10. de iud. Anch. in c. inter alia, de immun. Eccleſ. Alciat. reg. 3. præſ. 33. Alex. conſ. 145. num. 5. lib. 7. Couar. reſol. lib. 2. cap 20. num. 7. Gomez. var. reſol. cap. 10. num. 2. verſ. quintò limita, Clar. in prax. §. fin. quæſt. 30. verſ. ſcias, latè Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 12. 13. 14. & lib. 7. c. 3. n. 6. Tuſch. verb. Eccleſia, concluſ. 11. num. 5. Suarez de ſtatut. relig. lib. 3. cap. 11. n. 11. 12. Gutierrez pract. qq. lib. 1. quæſt. 2. num. 2. & lib. 3. quæſt. 4. num. 8. & quæſt. 7. num. 52. vbi de communi. Farinac. in prax. quæſt. 18. num. 76. & quæſt. 28. num. 24. & in d. tract. de immun. Eccleſ. cap. 9. num. 135. vbi latè de magis communi, & recepta opinione teſtatur Caball. d. tract. de omni genere homicid. num. 411. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 6. in princ. Peregr. eod. tract. cap. 7. num. 1. Grat. diſc. 619. num. 22. Giurb. conſ. 10. num. 17. & num. 19. verſ. niſi proditoriè. Bonac. d. quæſt. 7. §. 4. num. 14. Homob. de exam. Eccl. tract. 11. cap. 12. ſupp. 3. verſ. hæc immunitas, lib. 2. Filiuc. moral. part. 2. tract. 15. cap. 6. num. 153. quæ opinio
5 hodie nullam habet difficultatem, ſtante Bulla Gregoriana, quæ expreſsè priuat priuilegio Eccleſiæ eos, qui proditoriè occidunt proximum ſuum, vt inquit Farinac. dict. quæſt. 28. num. 24. & in tract. de immun. Eccl. c. 9. num. 136. in fin. Ambroſ. d. cap. 6. Peregr. d. cap. 7. num. 1. Filiuc. d. cap. 6. num. 153.

In propoſito autem noſtro videntur adaptari omnia contra dictos Pugolotinos, quæ proditoribus conueniunt; ſiquidem quoad factum ipſum conſtat illud fuiſſe proditorium; namque non ſolum ex depoſitione ſociorum ipſius interfecti, ſed etiam aliorum teſtium, qui fumum, & vaporem igneum archibuſiorum è proximo viderunt, conſtat, quòd interfectores ſine cauſa ſtantes poſt ſepem interemerunt dictum Capitanium Peregrinum nihil tale præcauentem ſine vlla diffidatione, & ex viſitatione loci apparet ipſos ſibi accommodaſſe locum pro appoſtandis ſclopis, adeo, vt factum ipſum non fuiſſe proditorium nequeat in dubium reuocari.

Sed an ipſi Pugolotini fuerint illi, qui tale homicidium fecerint, magis dubitabile eſt, ſiquidem vtique poſt delictum ſtatim viſi ſunt duo viri à loco prædicto fugam arripientes feſtinanter ingredi Conuentum per oſtium horti; ſed qui fuerint, non ſunt agniti, quia faciem illorum non videbant, quoniam fugientes, niſi à tergo, videri non poterant.

Verùm cum in Conuentu ipſo extarent duæ perſonæ fide dignæ, ſtatim audito tonitru tormentorum bellicorum viderunt dictos Pugolotinos intrare clauſtrum Conuentus per oſtium dicti horti cum facie pallida, & vnus ex eis habebat capillos capitis frontis igne crematos, & ſtatim onerauerunt ſuos archibuſios, mandantes, ne cuiquam aperirentur oſtia Conuentus, & intrantes cubiculum viderunt mulierem ad oſtium magnum, cui noluerunt aperiri, ſed interrogauerunt, an aliquis circumuideretur, & ſtatim fugam arripuerunt per oſtium poſterius, vt diximus, & fuerunt impediti, vt hæc ex proceſſu bene conſtant.

Et probatum eſt, quòd illa die nullus alius præter ipſos dictos duos teſtes fuit in dicto loco Conuentus, & ipſi hoc fatentur, & quòd hortus prædictus eſt optima ſepe vallatus, & quod ad eum non patet acceſſus, niſi à parte Monaſterij per oſtium prædictum, & quod nullum viſum eſt ſignum, per quod apparuerit aliquem intraſſe hortum, niſi per oſtium; ex quibus teſtes prædicti ſtatim fecerunt argumentum, quod dicti Pugolotini malum aliquod fecerint, vnde vnus ex eis illos ſic affatus eſt: *Che auete fatto? qualche poltronaria.*

Ex quibus prætenditur ſatis probatum eſſe, quòd ipſi homicidium perpetrauerint; ex prædictis enim reſultat 6
violenta præſumptio, & indubitatum indicium contra ipſos, & ſimile illi quem ponunt Doctores, dum dicunt, quod ſi quis viſus eſt exire ab aliqua domo vnicum tantùm exitum habente cum gladio euaginato, aut ſanguinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus, naſcitur contra eum certum, & indubitatum indicium ad condemnationem ſufficiens, nedum ad torturam: ad textum in l. ſciant cuncti, C. de probat. Guid. de Suzzar. 7
in tractat. de indic. num. 99. & ibi Lud. Bolognin. Marſil. in rubr. de probat. num. 237. Blanch. de indiciis, num. 29. verſ. ſubdens. Natt. conſ. 397. num. 24. lib. 3. Gram. deciſ. 42. num. 5. Gaudin. de maleſ. tit. de præſ. num. 10. Socin. conſ. 8. num. 4. verſ. tertiò, lib. 1. Bald. Nouell. in pract. crim. rubr. de mod. & form. cit. reos, num. 8. & in materia indiciorum, num. 292. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 23. num. 2 & lib. 2. concluſ. 867. num. 26. Menoch. de præſ. part. 1. lib. 1. quæſt. 3. num. 9. & quæſt. 89. num. 118. Clar. in prax. §. fin. quæſt. 21. num. 40. verſ. ſi aliquis, vbi Baiard. num. 157. 158. Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 52. num. 51. 54. pulchrè Caball. reſol. 288. num. 9. verſ. item in eo. Magon. deciſ. 39. num. 12.

Huic enim valdè ſimilis eſt caſus noſter; nam ex horto, vnde manarunt emiſſiones tormentorum bellicorum, viſi ſunt egredi Pugolotini cum facie pallida, & cum ſuis ſclopis oneratis, cum capillis crematis, cum timore, ne quis ingrediatur Conuentum; ideo deliquiſſe præſumuntur, quoniam illud, quòd prædicti DD. ſcripſerunt, per modum exempli tradiderunt, & propterea idem cenſendum eſt, non ſolùm quando quis viſus eſt egredi è domo, vbi reperitur mortuus, ſed etiam 8
ex alio loco, putà ex agro, vel via publica. Angel. in l. fin. num. 6. ff. quod met. cauſ. Bald. in l. neque natales, num. 1. in fin. ff. de probat. Blanch. de indic. num. 292. Farinac. dict. quæſt. 52. num. 55. vnde ſi aliud adminiculum concurrat, vt hic, multò magis ad condemnationem 9
deueniri poterit. Blanch. de indic. numero 292. in fin.

Brun.

Brun. eod. tract. part. 1. quæſt. 4. poſt num. 12. Farinac. d.
quæſt. 52. num. 59. 61. 62.
Hoc poſito poſſumus dicere nos habere contra Pugo-
lotinos indicium certum, & indubitatum de proditorio
homicidio, quia animus iudicis videtur non poſſe con-
uerti ad aliud credendum; ex quo enim conſtat nullum
alium fuiſſe illa die viſum cum armis in dicto Conuentu,
& acceſſum non haberi ad hortum, niſi per Conuentum,
& ab horto exoneratum fuiſſe tormentum bellicum, vti-
que iudex certus reddi videtur de proditione per eos ad-
miſſa, indicia enim indubitata dicuntur, quæ taliter vr-
gent, vt animus iudicantis aliter perſuaderi non poſſit,
10 nec eius intellectus verti in oppoſitum. Caſtr. in l. fin.
num. 5. C. de probat. Bald. conſ. 249. ante fin. verſ. ſed hic,
Conrad. in pract. tit. de neg. crim. & torm. num. 40. Boër.
decif. 164. num. 3. 4. Marſil. in rub. C. de probat. num. 260.
Carrer. in pract. crim. §. indicium, num. 1. Farinac. in prax.
quæſt. 36. num. 36. & quæſt. 86. num. 67. Magon. deciſ. 39.
num. 13. in fin. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 20. num. 9. &
quæſt. 21. num. 158. Caball. reſol. 288. n. 10. Giurb. conſ. 70.
num. 22. in fin.
Ideò in noſtro caſu duo remanent conſideranda, vnum
eſt, an reus ab Eccleſia extractus ſit priuandus immuni-
tate Eccleſiaſtica, ſi tantum conſtet de proditione, ſeu de-
licto excepto per indicium indubitatum, ſeu per violen-
tas præſumptiones: alterum eſt, an hîc ſatis probatum
ſit extare tale indicium.
Quoad primum ardua eſt illa quæſtio, an in materia
iſta oporteat docere plenè, & concludenter de delicto ex-
cepto, quam nos in vna Guaſtallenſi latè examinauimus:
& licet pro vtraque opinione adſint probabiles rationes,
tamen non recedendo ab ea, quæ reo eſt magis fauora-
bilis, vt requiratur vera, & plena probatio in ſuo ge-
nere, & maximè attentis verbis Bullæ Gregorianæ, di-
centis, *Conſtito prius Epiſcopo, quòd verè illi taliter de-
liquerint*; videtur dicendum, quod quando habemus
violentas præſumptiones, ſeu indicia indubitata, dicatur
verè conſtare de delicto, quia talia indicia, & præſum-
ptiones dicuntur liquidiſſimæ iuris probationes, ex l.
licet Imperator, ff. de legat. primò. Marſil. in rub. C. de
probat. num. 201. verſ. nam legum, & num. 221. verſ. pro
11 quibus, Natt. conſ. 581. num. 17. 19. Magon. d. deciſ. 39.
num. 9. Caball. d. reſol. 288. num. 5. centur. 3. Baiard. ad
Clar. §. fin. quæſt. 20. num. 9.
Et propterea ex indiciis indubitatis, ſeu violentis præ-
ſumptionibus non minùs reus conuincitur, quàm teſti-
bus, & ſcripturis, ad textum in l. 2. C. quorum appell. non re-
12 cip. l. qui ſententiam, C. de pœn. l. fin. C. de probat. Dec. in
c. at ſi clerici, num. 12. vbi etiam Bero. num. 2. verſ. nec non,
& Mant. num. 1. in fin. verſ. vlt. extr. de iud. Carrer. in pract.
crim. §. in textu, num. 1. fol. 43 Farinac. quæſt. 86. num. 56. Ca-
ball d. reſol. 288. num. 5. in fin.
Et pariter ſtantibus indiciis indubitatis, ſeu violentis
præſumptionibus, licet reus poſſit acriter torqueri, ta-
men omiſſa tortura tanquam conuictus poterit etiam
condemnari non ſolùm in pœnam pecuniariam, ſed
etiam corporalem, ſi ita iudici videtur, cui hoc eſt arbi-
trarium; quia ad condemnandum ſatis eſt, quòd quis
conuincatur teſtibus, vel indiciis indubitatis, d. l. qui
13 ſententiam, C. de pœn. d. l. 2. C. quorum appellat. Caſtr.
conſ. 299. in princ. lib. 2. textus eſt etiam in l. fin. vbi gl. in
verb. vel indiciis, Bart. in 2. opp. Bald. num. 2. Alber. num. 1.
verſ. item, C. de probat. Gram. deciſ. 42. num. 1. & per totum,
Boſſ. in prax tit. de conuictis, num. 26. 27. 30. Clar. in pract.
§. fin. quæſt. 20. verſ. alij verò, Maſcard. de probat. concl. 1221.
num. 34. 53 Farin. quæſt. 86. num. 55. 58. Baiard. ad Clar.
d. quæſt. 20. num. 10. Caball. d. reſol. 288. num. 2. Caualc.
de teſtib. part. 2. num. 137. vbi de communi: idque pro-
cedit etiamſi quis conuincatur vnico tantùm indicio in-
dubitato. Aret. in c. tertio loco, num. 17. 18. de probation.
14 Boſſ. d. tit. de conuict. num. 37. Farinac. dict. quæſt. 86.
num. 63.

Vnde non valet dicere, quòd oporteat de delicto verè
conſtare propter Bullam Gregorianam, & non dicatur
verè apparere, quod præſumptionibus probatur, ex Giur-
ba conſ. 50. num. 6. in fin. verſ. neque enim poteſt. Nam reſpon-
detur, quòd æquè ea dicuntur eſſe vera, quæ vidimus, ac
ea, quæ indubitanter, hoc eſt per indicia indubitata no-
uimus. Innoc. in c. cùm in cauſa, de iuram. calum. Farin. d.
conſ. 76. num. 5. Beol. apud eundem Farin. d. conſ. 168. n. 10. 15
Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 11. num. 4. Peregr. eod. tract.
cap. 3. num 4. Bonac. d. quæſt. 7. §. 7. num. 4. nam etiam in- 16
dicia indubitata ponunt veritatem ante oculos iudicis.
Caball. d. reſol. 288. num. 18.
Ideo benè poteſt concludi, quòd delicti qualitas exclu-
dens Eccleſiæ immunitatem ſatis verè apparet, ſi de ea
per indicia indubitata conſtet, ad textum in c. nouit, de
indic. & in cap. 1. de homicid. in 6. latè Giurb. conſ. 50. 17
num. 19. vbi multos allegat, qui licet loquatur in aſſaſſi-
nio, tamen procedit etiam in aliis delictis qualificatis, &
in Bulla Gregoriana exceptis, ex doctrina Innoc. in d. c.
cum cauſam, col. 2. verſ. illud autem, de iuram. calumn. di-
centis ea eſſe vera: Quæ vel propriis oculis inſpeximus,
vel aliàs indubitanter nouimus: quem ſequitur Farinac. 18
d. conſ. 76. num. 5. in fin. lib. 1. & conſ. 168. num. 10. lib. 2.
Ambr. d. tract. cap. 10. num. 4. verſ. tertiò, in fin. Peregr.
eod. tract. cap 3. num. 4. in fin. Bonac. d. quæſt. 7. §. 7. num. 4.
verſ. illa verò dicuntur; quod enim dicit, oculis propriis
inſpeximus, reſpicit veram, & plenam probationem; dum
verò inquit, vel aliàs indubitanter nouimus, reſpicit indi-
cia indubitata, quæ etiam ipſa dicuntur ponere verita-
tem ante oculos iudicis. Cab. d. reſol. 288. num. 18. adeò
vt vtraque probatio poſſit dici vera, qualem requirit
Bulla Gregoriana.
Nec prædictis obſtat, quòd reus conuictus indiciis in-
dubitatis, vel præſumptionibus violentis non poſſit con-
demnari in pœnam delicti ordinariam, ſed extra ordi-
nem mitiùs ſit plectendus, vt aliqui volunt in pœnam
pecuniariam, vel vt melius, & verius alij ſenſerunt, in pœ-
nam etiam corporalem citra mortem in delictis difficilis
probationis. Felin. in c. afferte, num. 10. verſ. quartò limita, 19
vbi Butr. num. 7. de præſ. vbi etiam Imol. num. 3. 4. &
Abb. num. 6. Aret. in c. tertio loco, num. 16. 17. vbi Decian.
num. 60. de probat. Boër. deciſ. 164. num. 5. Brun. de indic.
& tort. part. 1. quæſt. 4. num. 15. in fin. Marſil. in pract.
quæſt. 2. num. 37. Gram. deciſ. 42. num. 14. 15. & vot. 21.
num. 8. 10. latè Clar. in prax. quæſt. 21. ſub num. 6. verſ. ſcias
tamen, in fin. Capyc. deciſ. 126. in fin. latè Farin. quæſt. 86.
num. 62. 110. 114. 115. latè Caball. d. reſol. 288. num. 6. 7. 15.
16. 17. vbi quod etiam ipſe ita ſeruauit. Rip. de nocturn.
temp. cap. 57. num. 38.
Nam reſpondetur, quòd hîc non quæritur, an reus ſit
plectendus extra ordinem, vel pœna ordinaria, hoc enim
reſeruabitur iudici laico, qui iudicabit, quid iuri conue-
niat, poſtquam reus illi fuerit relaxatus: ſed tantum quæ-
ritur, an verè conſtet de delicto ad finem, vt gaudere de-
beat immunitate Eccleſiæ, nec ne, & cùm reus conuinca-
tur de maleficio non ſolùm teſtibus, ſed etiam indiciis 20
indubitatis. Carrer. in pract. d. §. in textu, num. 1. Fari-
nac. in prax. quæſt. 84. ante num. 1. & quæſt. 86. numer. 56.
Caball. d. reſol. 288. num. 5. in fin. ſequitur, quòd indicia
indubitata ſufficiant ad priuandum reum immunitate
Eccleſiaſtica, etiamſi non eſſet locus pœnæ ordinariæ
contra eum: licèt enim aliqua ex cauſa reus excuſetur à
pœna ordinaria, non tamen admittitur ad priuilegium
immunitatis Eccleſiæ in caſibus Bulla Gregoriana exce- 21
ptis, vt ex Ioan. Ign. in l. 1. §. ſi damn. num. 7. ff. ad Syl-
lan. Marc. Mant. lib. 5. obſeru. legal. cap. 41. Remig. de
de Gonn. tract. de immun. Eccleſ. fallent. 15. num. 8. ante
fin. Plaz. in epitom. de delict. lib. 1. cap. 19. num. 24. Farinac.
quæſt. 28. num. 45. Gratian. diſc. 598. num. 6. Giurb. d. conſ. 50.
num. 45.
Quod verum puto, ſi locus ſit pœnæ tantùm extraordi-
nariæ ex hac ratione, quod de delicto non conſtet in foro
Eccle



Eccleſiaſtico, niſi per indicia indubitata, quia cum de no-
uo debeat proceſſus agitari coram iudice laico, adhuc
ſpes remanet, quòd plenè delictum verificari poſſit, vel
ex confeſſione reorum, vel ex probationibus de nouo
ſuperuenientibus, & ſic nondum ſumus in claris, quòd
locus eſſe non poſſit pœnæ ordinariæ, licèt ſecundum
præſentem ſtatum, vbi habemus tantum indicia indubi-
tata, videatur imponenda ſolùm pœna extraordinaria.
Verùm ſi certi eſſemus, quod nullo tempore poſſit iudex
imponere, niſi pœnam extraordinariam, velut in eo, qui
tentauit proditoriè occidere proximum ſuum, & fecit,
quantum in ſe fuit, mors tamen non fuit ſecuta, quia
offenſus ſanatus eſt à vulnere, cum enim effectus non ſit
ſecutus, & Bulla Gregoriana requirat actum conſum-
matum, dum expreſsè loquitur de occidente proditoriè,
non de vulnerante, vtique non erit locus pœnæ ordina-
22 riæ, & ſucceſſiuè reus immunitate Eccleſiæ non priua-
bitur. Cuman. in l. damni infecti, §. Sabinus, de damn. infect.
Decian. conſ. 80. num. 18. & ſeq. Rebuff. in tom. reg. conſt.
tractat. de immun. art. 1. quæſt. 5. Decian. tract. crim. lib. 6.
cap. 28. num. 17. Anaſt. Germ. de ſacr. immun. lib. 3. cap. 16.
num. 60. Villagut. de extenſ. leg. tit. de immun. Eccleſ. c. fin. à
num. 54. vſque ad num. 59. Suarez de ſtat. relig. tract. 3. lib. 3.
cap. 11. num. 14. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 17. Mar.
Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 22. vſque ad
num. 28. pulchrè Farinac. in append. de immunit. Eccleſ.
cap. 9. num. 145. 146. in fin. vbi dicit, quòd hæc opinio ho-
23 die caret omni difficultate, ſtante Bulla Gregoriana, quæ
requirit actum conſummatum, & mortem ſequutam: &
ita etiam perbellè tenet Peregr. de immunit. Eccleſ. cap. 7.
num. 13. 14. vbi reddit rationes, & confutat contraria,
quod ſanè verum credo, quia non verificantur verba
Bullæ in illis verbis, *Aut qui proditoriè proximum ſuum
occiderit.* Verùm ſi adimplerentur verba Bullæ, eo quòd
verè mors ſequatur offenſi, licet poſtea ex aliqua ratio-
ne minuenda eſſet pœna ratione ætatis, vel alio reſpe-
ctu, non tamen homicida proditorius frueretur bene-
ficio immunitatis, de quo tamen hic non habemus
neceſſe diſputare, quia ſatis eſt, quod indicia indubi-
tata faciant verè conſtare de delicto ad effectum de quo
quærimus.
Ad alterum igitur punctum accedamus, in quo pariter
concludendum eſt, ſatis probatum eſſe dictum indicium,
cum ſuper eo deponant duo conteſtes, ſcilicet Fr. Lauren-
tius Baratotius laicus ſeruita, & Bernardinus Marianus:
certum eſt enim quòd in ore duorum, vel trium ſtat om-
24 ne verbum, teſte D. Paulo ad Corint. c. vlt. l. vbi numerus,
de teſt. c. in omni negotio, & c. licet vniuerſis, §. 1. eod. Farinac.
de teſt. quæſt. 63. num. 232. 233.
Verùm quia dictus Bernardinus erat pupillus, vertitur
in dubium, an eius depoſitio fidem faciat, quia quidquid
25 videt illa ætas, ignorat, & illi iuramentum deferri non
poteſt, ad textum in l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſtib. Farinac.
de teſtibus, quæſt. 58. num. 1. 2. 3. 4. Verùm tollitur hæc
difficultas, quia dictus Bernardinus eſt pubertati proxi-
mus, habet enim ætatem annorum vndecim, vt ex fide
26 Baptiſmi, vnde ſequitur, quòd ſit etiam capax, ad textum
in l. apud Celſum, §. ſi quis, verſ. denique, ff. de dol. mal. &
met. exc. l. pupillum, vbi Dec. & Cagn. de reg. iur. Gl. in l. ſequi-
tur, in verb. animum, ff. de vſucap. Menoch. de arb. iud. caſ. 57.
ſub num. 40. Farin. de teſt. quæſt. 58. num. 15. Scacc. in prax.
de iud. cauſ. ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 7. quæſt. 24. num. 720.
verſ. quia proximus. Et licet ab anno ſeptimo vſque ad an-
num 14. in maſculis, & vſque ad 12. in fœminis relinqua-
tur arbitrio iudicis, quando pupillus ſit doli capax. Me-
noch. d. caſ. 57. num. 44. Scacc. d. quæſt. 25. num. 721. 722.
Tamen hic etiam probatum eſt, dictum Bernardinum
eſſe ſagacem, & expertum, & habere mores ſicut viri,
adeo, vt non ſit dubitandum, quin ſit doli capax, & bo-
næ intelligentiæ.
Quo ſtante certum eſt, quòd pupillus doli capax po-
teſt etiam cogi reſpondere, teſtificari, & iurare de verita-
te dicenda, ad textum in l. fin. ff. de liber. cauſ. §. pen. Inſt. 27
de obligat. ex delict. l. excipiuntur, vbi Igneus, num. 36. 37.
ad S.C. Syll. gl. in c. paruuli, quæſt. 5. Bart. in Auth. principa-
les, §. quod obſeruari, num. 12. vbi Bald. ſub num. 9. C. de iu-
ram. calum. Abb. in c. cum cauſam, ſub num. 11. 12. eod. Alber.
de Malet. tract. de teſtib. cap. 5. num. 20. Maſcard. de probat.
concluſ. 1256. num. 4. Scacc. in prax. lib. 2. d. cap. 7. quæſt. 24.
num. 729. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 24. n. 109. ſæpè enim
ex dicto puerorum etiam delicta deteguntur, ex ore enim
infantium perfeciſti laudem, vt in Pſal. 8. Clar. d. quæſt. 24. 28
verſ. vidi. Caualc. de teſtibus, part. 1. num. 19. quæ proce-
dunt non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus,
& maximè in delictis difficilis probationis, & vbi veri-
tas aliter haberi non poteſt, vt hic, quia tunc etiam
pupillus probat in criminalibus cauſis. Vulpel. conſi- 29
lio 25. numero 6. Crot. de teſtibus, part. 3. num. 7. Gram-
mat. conſ. 45. num. 19. & Farinac. de teſtibus, quæſt. 58.
num. 29. 30. 31.
Sed adhuc remanet ſcrupulus, quia multi voluerunt,
quod impubes etiam doli capax nunquam ſit teſtis inte-
ger, & omni exceptione maior, & ideò nunquam plenè
probet; ſed tantùm indicium faciat, & præſumptionem. 30
Gloſſ. in l. inuitis, in verb. ſed nec, ff. de teſtament. Lan-
franc. de teſtament. num. 1. verſ. aut ſi, Dec. in l. 2. §. item,
num. 10. verſ. ſecundò, vbi Cagn. num. 20. in fin. ff. de reg.
iur. Maſcard. de probat. concluſ. 1246. num. 5. 6. Rol. conſ. 24.
num. 66. 69. lib. 1. Boſſ. in tit. de indic. num. 177. Farinac. de
teſtib. d. quæſt. 58. num. 18. 34. 44.
Sed reſoluitur hæc difficultas, quia vltra quod in deli-
ctis exceptis admittuntur etiam teſtes inhabiles. Farinac.
d. tract. quæſt. 62. num. 81. 85. adhuc dicendum eſt, quòd 31
inhabilitas huius pupilli ſuppletur ex multis, quæ ſuper-
abundant defectum, & primò ex fide integerrima con-
teſtis, qui eſt vir religioſus, & bonæ vitæ; vbi enim
duo extant teſtes, quorum vnus ſit pluſquam habilis,
alter verò aliquantulum inhabilis, fit compenſatio inter
eos, & vnius defectus ſuppletur ex magna fide alterius:
ad textum in l. ſi quis ex argentariis, §. cogentur, verſ. quid 32
enim, ff. de edend. vbi Bart. & Bologn. Socin. in l. Gallus, §.
ille caſus, col. pen. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 56. vol. 2.
Crauet. conſ. 198. num. 5. Rol. conſ. 19. num. 9. lib. 3. Ber-
taz. conſ. 542. num. 22. lib. 2. latè Farin. quæſt. 62. num. 328.
330. Caualc. de teſtib. part. 5. num. 44.
Deinde ſanatur etiam iſte defectus, quia concurrunt
pro dicto impuberis non ſolum integerrima fides conte-
ſtis, ſed etiam plurima adminicula, & veriſimilitudines,
ex quibus coadiuuatur eius depoſitio; teſtes enim inhabi-
les, ſi deponant, veriſimilia probant, & adminicula ſup- 33
plent eorum inhabilitatem. Alex. in l. ſi duo patroni, n. 7.
ff. de iureiur. Decian. conſ. 163. num. 8. Crauet. conſ. 35.
num. 7. Ruin. conſ. 149. num. 6. lib. 2. Gabriel de teſt. concl. 20.
num. 4. Grat. conſ. 52. in fin. lib. 2. latè Farinac. de teſtib.
d. quæſt. 62. num. 335. hic autem concurrit bona fama, & vi-
ta dicti impuberis, eius ſagacitas, & promptitudo, fama
publica contra reos de proditorio delicto, quòd nolebant
aperiri Conuentum, quòd fugam parabant, & quòd ſoli
erant in Conuentu, qui arma haberent, ex quibus adeo
validatur dictum pupilli, vt purgetur omnis eius defectus,
vt conſiderat Farinac. d. quæſt. 62. num. 336. 337. 338. 339.
& maximè quia veritas per alios teſtes haberi non po-
teſt, & propterea ſi duo impuberes probant deficienti-
bus teſtibus maioris ætatis, Marſil. in pract. crimin. §. di-
ligenter, num. 80. & ſeq. Caualc. de teſt. part. 1. num. 21. 34
in fin. quantò magis id verum erit hic, vbi adeſt con-
teſtis magnæ fidei.
Verùm hoc indicium coadiuuatur, & probatur etiam,
licet non in ſpecie, tamen in genere ex aliis probationi-
bus, etenim conſtat ex confeſſione etiam ipſorum, quòd
illi ſoli erant in dicto Conuentu cum armis, dicuntque te-
ſtes tempore delicti nullum alium viſum fuiſſe, & quòd
ipſi nolebant aperiri Conuentum, & quòd ad hortum,
vnde relaxati ſunt archibuſij, non patet acceſſus, niſi per
Conuen

Conuentum: ergo ſequitur ipſos fuiſſe malefactores per ea, quæ diximus ſupra.

Sed vlterius contra eoſdem Pugolotinos vrgent plura alia incidia, ſiquidem plenè probata eſt publica vox, & fama emanata ſtatim poſt delictum, antequam illi fuiſſent arreſtati, quòd ipſi perpetraſſent hoc proditorium homicidium pretio conducti ab inimicis dicti Capitanei Peregrini, vt vno ore dicebant omnes, & ſanè nemo negat, quin fama publica indicium faciat contra diffamatos, maximè ſi ſit vehemens, vt hic. Felin. *in c. ve-*
35 *niens, num.*15. *de teſtibus*, Grammat. *deciſ.*34. *num.*52. Menoch. *caſ.*261. *num.*2. Maſcard. *de probat. concluſ.*754. *num.*7. Perſonal. *de indic. & tortur. num.*49. Lud. Peguer. *deciſ. crimin.*17. *num.*16. Farinac. *de indic. & tortur. quæſtion.*47. *num.*28. 29. vbi quod arbitrio iudicis, benè tamen, regulariter committitur, quænam ſit fama vehemens. Caualc. *de teſtibus, part.*3. *num.*103. Caball. *caſu* 200. *num.*123.

Deinde mala vita, & fama dictorum Pugolotinorum, quòd ſint facinoroſi, ſeditioſi, fures, & morum deprauatorum, vt ferè omnes dicunt, facit indicium contra
36 ipſos, maximè iunctis aliis adminiculis, quia ſemel malus ſemper præſumitur malus, & ideò ex mala fama, & vita alicuius inſurgit præſumptio delicti contra ipſum. Franc. Caron. *de indic. & tortur. tractat.* 1. *cap.*2. *rubr. de fama, num.*1. Gand. *in titulo à quo, vel à quibus poſſ. fam. incip. num.*12. Maſcard. *de probat. concluſ.*831. *n.*10. Menoch. *de præſ. lib.*1. *quæſt.*89. *num.*133. Farinac. *in prax. quæſt.*23. *num.*20. & *quæſt.*47. *num.*199. Caball. *caſ.* 255. *num.*6.

Accedat, quòd non ſolùm dictus Fr. Laurentius, & Bernardinus depoſuerunt ſe vidiſſe capillos vnius ex Pugolotinis crematos, ſed etiam id compertum eſt eadem die, quando arreſtati ſunt: cum enim ad carceres fuerunt ducti, in viſitatione illorum perſonæ viſa eſt combuſtio capillorum, vt retulit etiam cuſtos carceris, & ſic non tantùm coadiuuatur depoſitio pupilli, ſed etiam indicium ipſum exinde probatur.

Præter hæc conſiderandum eſt, quòd audita fama huius delicti, viſa eſt die ſequenti Caualcata multorum virorum, inter quos dicebantur extare inimici dicti Capitanei Peregrini lætantes de eius morte, & acceſſerunt prope Caſtrum prædictum S. Martini quærentes, an dicti Pugolotini eſſent amplius in Eccleſia Seruitarum, dicentes verba, ex quibus cognoſcebatur eos veniſſe ad eruendum, & liberandum à cuſtodibus, qui obſidebant Pugolotinos in dicto Conuentu, & intellecto, quod iam in carceribus ſtabant, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Vnde veriſimilis redditur illa publica fama, quòd illi fecerint hoc delictum conducti pretio ab inimicis interfecti: etenim indicia poſſunt ſumi etiam ex iis, quæ ſequuntur poſt delictum. Farin. *de indic. quæſt.*52. *num.*93.

Vlteriùs fuga per eos attentata debet conſiderari ad indicium faciendum contra eos, etiamſi non potuerint fugere, quia idem operatur fuga in promptu, quod fuga
37 in effectu. Bald. *in l. pignoris cauſa, C. de pign. act.* Marſil. *in pract. §. diligenter, num.*50. Boër. *deciſ.*215. *num* 2. Farinac. *quæſt.*47. *num.*9. Caball. *caſ.*288. *num.*45. 48.

Præterea dicti Pugolotini incedebant cum armis, & cum pilis plumbeis in ore viſi ſunt illo mane, quo patratum eſt delictum, deambulare, & obſeruare in loco delicti, & viſo Capitaneo ſe receperunt in Conuentum, vbi enim ignoratur occiſor, hoc eſt delicti indicium.
38 Bart. *in l. fin. num.*5. *ff. de quæſt.* Salic. *in l. fin. num.*9. *in fin. Cod. eod.* Bald. Nouell. *in pract. crimin. in principio, num.*59. Crauet. *conſ.*115. *num.*5. Boſſ. *de indic. num.*51. *verſ. & idem.* Marſcard. *de probat. concluſ.*131. *num.* 45. Farinac. *quæſt.*52. *num.*138.

Poſt hæc animaduertendum eſt, quòd iſti Pugolotini iam diu moram trahebant in dicto Conuentu, & ſoli eò loci habitabant cum armis, & propterea cùm in horto commiſſum fuerit delictum exonerando archibuſium, contra eos inſurgit præſumptio ratione vicinitatis, ſi enim neſcitur, à quo delictum fuerit commiſſum, à vicinis admiſſum præſumitur, ad textum *in l. dominus hor-* 39
*reorum, ff. locat.* Bart. *in l. ſi quis ita, §. fin. de fund. inſtr.* Brun. *de indic. part.*1. *quæſt.*3. *num.*2. Menoch. *caſ.* 222. *num.*5. Maſcard. *de probation. concluſ.* 831. *numero* 13. Bertaz. *conſ.*320. *num.*3. Farinac. *quæſt.*52. *numero* 127. 128. 129.

Et his tantò magis inhærendum videtur, quia nullus alius eſt diffamatus de hoc delicto, aut imputatus; tali enim caſu ille, qui eſt inquiſitus de illo delicto, magis vrgetur, & indicia contra ipſum augentur. Bald. *conſ.*425. 40
*num.*5. *lib.*5. Soc. *conſ.*54. *circa fin. lib.*3. Farinac. *d. quæſt.*52. *num.*148. 149.

Accedat, quod rei ipſi in multis inueniuntur mendaces, & inueriſimilia deponunt, & negant audiuiſſe ſonum archibuſiorum, cum tamen prope eſſent loco, vt ipſi non 41
negant, & multa dicunt, quæ faciunt eos mendaces, & propterea inde etiam oritur contra eos præſumptio, quia ex mendacio oritur indicium. Bart. *in l. fin. num.*3. *ff. de quæſt.* Alex. *conſ.*77. *col.*2. *verſ. primum, lib.*1. Gram. *conſ.*17. *num.*9. de communi Rol. *conſ.* 14. *numero* 19. *lib.* 4. Farinac. *de indic. quæſtion.* 52. *num* 2. 3. Caball. *caſ.* 288. *num.*55.

Addi poteſt, quòd iſti Pugolotini ſunt pauperes, & tamen viuunt lautè, veſtibuſque vtuntur valoris vltra gradum ſuum, nullamque faciunt artem, per quam ſibi victum parare valeant, vnde veriſimile eſt, quòd hæc perpetrauerint pretio conducti, pauperes enim ſuſpicione non carent, & maximè ſi ſint malæ vitæ, ad textum *in §. ſed pauperes, Inſt. de ſuſpect. tut.* Farinac. *quæſt.*57. *num.*15. 42
19. Caualc. *de teſtib. part.*1. *num.*82.

Bene verum eſt, quòd ferè omnia ſupradicta indicia, primo excepto, ſunt remota, & non concludunt in hac materia priuandi aliquem immunitate Eccleſiaſtica, vbi non ſolum indicia debent eſſe proxima, ſed etiam certa, & indubitata, tamen plurimùm offendunt dictos Pugolotinos, quia licet ſingula non proſint, tamen vnita iuuant, eò quòd plura indicia non indubitata proſunt, & coniunguntur ad faciendum vnum indicium indubitatum ad condemnandum ſufficiens. Bald. *in l. fin. num.*2. 43
*verſ. ſed quando*, & *verſ. item ponit, C. de probat.* Igneus *in l. excipiuntur, num.*30. 31. 32. *ff. ad Syllan.* Brun. *de indic. & tortur. part.* 1. *quæſt.*4. *num.* 3. *verſ. quandoque*, & *num.*5. Gandin. *in titul. de indic. num.*1. & *num.*12. Corrad. *in pract. titulo de negatiu. crim. & torm. num.*50. Riminald. Iun. *conſ.*88. *num.*19. Farinac. *de indic. & tort. quæſt.*36. *num.*41. 42. & *de reo confeſſ. & conuict. quæſt.*86. *num.*59. 60. & *n.*100. Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt.*20. *n.*10. qui omnes id concludunt procedere, ſi omnia illa indicia tendant ad eundem finem, vt hic, quia tunc poteſt fieri talis coniunctio, vnde cum hic extent duo indicia indubitata, vnum per ſe, & alterum ex coniunctione aliorum, non videtur poſſe dubitari, quin dicatur verè conſtare de delicto ad finem, vt rei non gaudeant priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, ſtante quòd vnicum ſufficeret, non tamen crederem tantùm eſſe fidendum vni indicio indubitato ex coniunctione plurium dubitatorum, quàm vni indubitato per ſe, & ſi illud ſolum extaret, non priuarem reum inquiſitum beneficio immunitatis Eccleſiæ, ex traditis per Farinac. *in addit. ad conſ.*10. *littera F, verſ. verum*, & *verſ. ſecundo, lib.*1. verùm cùm hic iſtud coadiuuet illud, putaui nos à fortiori poſſe ad hanc deuenire reſolutionem, quia ſic vnum indicium licitè coadiuuari poteſt.

Ex prædictis igitur ſatis liquere videtur de homicidio proditorio, cùm nulla extiterit cauſa, vel occaſio, & per inſidias ſine diffidatione fuerit perpetratum, & ſi de hac qualitate contingeret dubitari, poſſumus addere, quòd hoc delictum fuit perpetratum in loco ſacro, & immuni ipſi Eccleſiæ adiacenti, ſcilicet in horto ipſius Eccleſiæ; immunitatis enim priuilegium extẽditur ad omne, quòd 44
Eccle-



Eccleſiæ cohæret, intra tamen 40. paſſus. Gloſſ. *in cap.*1. *verb. excepto, de priuil. in* 6. Prax. Archiep. Neap. *cap.*22. *num.*10. Giurb. *conſil.*10. *numer.*7. 8. 9. 10. 11. 12. Farin. *de immun. Eccl. cap.*17. *num.*251. 252. Peregr. *eod. tract. cap.*4.
45 *numer.*52. *ad fin.* qui loquitur in terminis de horto Eccleſiæ.

Sed ſi quis in Eccleſia, vel eius Cæmeterio, & loco ſacro proximum ſuum offendat, vel delinquat grauiter, non gaudet immunitate, quia ſub ſpe illius deliquiſſe
46 videtur, quia peccans in Eccleſia efficitur indignus illius beneficio, *cap. vlt. de immun. Eccleſ.* Innoc. *in cap. inter alia, in fin.* vbi Hoſt. *n.*5. Io. And. *n.*9. Anch. *n.*6. Butr. *n.*16. Zabarell. *num.*5. Anan. *num.*8. *extr. eod.* Boer. *deciſ.*109. *n.*3. Decian. *tract. crim. lib.*6. *c.*28. *numer.*5. Ambroſ. *de immun. Eccl. c.*5. *num.*1. 2. Germon. *de ſacr. immun. lib.*3. *c.*16. *n.*79. Farin. *in prax. quæſt.*28. *num.*52. & *in tract. de immun. Eccleſ. c.*16. *num.*205. Io. Guttierrez *pract. qq. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*15. 16. 17. & *lib.*3. *quæſt.*1. *num.*35. Gratian. *diſc.*619. *numer.*35. Peregr. *d. c.*6. *numer.*14. 17. Ergo iſti non poſſunt frui hac immunitate.

Neque dicatur, quòd interfectus non erat in loco ſacro, & propterea occidens aliquem exiſtentem in loco
47 profano, licet ipſe ſit intra Eccleſiam, non tamen priuatur immunitate Eccleſiæ, quia delictum conſummatur extra Eccleſiam. Bonacin. *de immun. Eccl. diſp.*3. *quæſt.*7. §. 4. *num.*8.

Nam reſpondetur, quòd verius eſt eum, qui exiſtens in loco ſacro, & immuni vulnerat alium exiſtentem extra, ſi ſequatur mors, vel membri mutilatio, nòn gau-
48 dere immunitate Eccleſiæ attento delicti initio, & præſumpta ſpe, quam habet delinquens in Eccleſia, ſic Abb. *in c. fin. n.*11. vbi etiam Ann. *num.*5. *de immun. Eccleſ.* Io. de Viſch. *in eod. tract. numer.*26. Angelic. *in verb. immunitas, numer.*23. Nauarr. *in Manual. c.*23. *numer.*21. Villagut. *de extenſ. leg. tit. de extenſ. immun. numer.*62. Decian. *tract. crim. lib.*6. *c.*28. *num.*6. 7. *verſ. an autem.* Ambr. *de immun. Eccleſ. c.*5. *n.*7. Remig. de Gonn. *de immun. Eccl. fal.*4. Azor. *mor. part.*2. *lib.*9. *quæſt.*14. *verſ. tertiò.* Suarez *de ſtat. relig. lib.*2. *c.*11. *num.*7. Mar. Ital. *de immun. Eccl. lib.*1. *c.*5. §. 3. *num.*48. Farinac. *in prax. de carcer. & carcer. quæſt.*28. *num* 61. & *in tract. de immun. Eccl. c.*16. *numer.*223. Gratian. *d. loco*: latè Ioan. Guttierez *pract. qq. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*19. 35. Peregr. *de immun. Eccl. c.*6. *num.*17. qui etiam loquuntur de eo, qui in Eccleſia ſtans occidit ſclopo
49 exiſtentem extra, vt apud Ambroſin. *d. tract. de immun. Eccl. c.*5. *num.*7.

Hæc autem intelligas, de eo, qui in Eccleſia, vel loco ſacro, ſeu benedicto commiſit homicidium, vel membri mutilationem, ſiue ipſe ſit in Eccleſia, ſiue ille, qui offenſus eſt, ſiue vterque: nam ſi loquamur de aliis delictis grauibus in Eccleſia perpetratis, cùm Bulla Gregoriana de illis non loquatur, reus non poterit ab Eccleſia extrahi, & tradi Curiæ ſæculari, ſed ne impunè habeat de violata Eccleſia, in qua delinquere non dubitauit, erit à iudice Eccleſiaſtico extrahendus, & ab eo puniendus, vt aduertit benè Mar. Ital. *in tract. de immun. Eccl. lib.*1.
50 *cap.*5. §. 3. *numero* 53. Farinac. *in append. de immun. Eccl. cap.*16. *numero* 209. *verſ. nam quod*, Bonac. *d. quæſt.*7. §. 4. *numero* 8. *verſ. concedo*, pulchrè Peregr. *d. tract. de immunit. Eccl. cap.*6. *numero* 28. vbi dicit etiam, quòd hoc caſu non dabitur locus præuentioni iudci ſæculari, dum reus eſt in Eccleſia. Anton. Dian. *reſol. mor. part.*1. *tract.*1. *reſol.*2.

Ex quibus videtur concludendum, quòd prædicti Pugolotini non gaudeant priuilegio immunitatis, & ſi fortè alicui placeret altera ſententia, quòd ad priuandum reum tali immunitate, ſatis ſit probare delictum
51 per indicia, & præſumptiones ſummariè, quantum ſufficit pro informatione conſcientiæ Epiſcopi, vt voluerunt Farin. *in addition. ad conſil.*168. *in fin. littera A, lib.*2. & *conſil.*211. *num.*19. *lib.*3. Gratian. *diſc.*596. *n.*28. Giurb. *conſ.*50. *num.*10. & *conſil.*70. *numer.* 23. Guazzin. *defenſ.*1. *cap.*31. *num.*9. *verſ. ac etiam*, multò magis idem eſſet dicendum: ſed quia aliàs docui neceſſarias eſſe plenas probationes, pro nunc admitto indicia indubitata ſufficere, alioquin ſi oporteret reos eſſe confeſſos, vel conuictos concludenter per teſtes de viſu, ferè nunquam traderentur Curiæ ſæculari, vt inquit Farinacinus *in addit. ad eius opera impreſſa ad conſil.*76. *numero* 6. *lib.*1. Et ita, &c.



---

## CAPVT XIII.

### EPITOME.

Non habens acceſſum, vel regreſſum ad fundum ſuum, an poſſit tranſire per fundum vicini, & quando Princeps deroget rei iudicatæ, & quando iudicem ordinarium faciat eſſe delegatum.

### SVMMARIVM.

1 *Libera cenſetur quælibet res.*
2 *Prouiſores an habeant iuriſdictionem.*
3 *Sententia ex defectu iuriſdictionis eſt nulla.*
4 *Sententia contra ſtatutum lata eſt nulla.*
5 *Sententia eſt iniuſta, ſi obſtet ſtatutum.*
6 *Viam habens incommodam non cenſetur habere.*
7 *Honeſtè, vel commodè quæ fieri non poſſunt, dicuntur impoſſibilia.*
8 *Dictio,* aliquis, *eſt generalis, & habet vim ſpecialis expreſſionis.*
9 *Dictio,* aliquid, *verificatur etiam in minima re.*
10 *Viam habens prolixam, & remotam non poteſt tranſire per fundum vicini.*
11 *Statuta non debent trahi ad illicita.*
12 *Vicinus non habens viam quomodo à vicino eam habere poſſit.*
13 *Res indicata non dicitur pendente termino ad appellandum.*
14 *Querela ad Principem ſuccedit loco appellationis.*
15 *Querela quando locus ſit ceſſante appellatione.*
16 *Exceptiones impeditiuæ proceſſus tolluntur per proceſſum ad vlteriora.*
17 *Iudicata res non prodeſt, ſi de meritis pars patiatur cognoſci.*
18 *Clauſula,* Audiat, & iuſtitiam faciat, *quid importet.*
19 *Certioratio habet vim clauſulæ,* Ex certa ſcientia.
20 *Iudex ordinarius quando ex commiſſione efficiatur delegatus.*
21 *Iuriſdictio cenſetur excitata, non delegata, ſi Princeps committit ordinario.*
22 *Ordinarius remanet, cui Princeps committit ſub nomine dignitatis.*
23 *Delegata non cenſetur iuriſdictio, ſi Princeps mandat ordinario, vt ſummariè procedat.*
24 *Iuriſdictio in dubio non cenſetur delegata, ſed ordinaria.*
25 *Res indicata tollitur à Principe, ſi reſcribat reuideri.*
26 *Princeps in gratioſis cenſetur amouere obſtaculum rei indicatæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Martinelli cum eius vicinis videtur dicendum eos non poſſe tranſire per fundum illius, quoniam quælibet res præſumitur libera, & eius intentio ſatis ex hoc 1
fundata cenſetur, ad textum *in l. altiùs, C. de ſeruit. cap. nimis, de iureiur.* Soc. Iun. *conſ.*75. *numer.*25. *vol.*1. Cacheran. *dec.*26. *num* 13. Surd. *deciſ.*236. *num.*6.

Neque ſententia XII. Sapientum ciuitatis videtur ha-
benda in conſideratione ex multis, & primò quia non
2 conſtat de iuriſdictione iudicantium, nulla enim lege,
aut ſtatuto cauetur, quòd Prouiſores poſſint huiuſmodi
controuerſias dirimere; nam iuriſdictionis defectus ſem-
3 per ſententiam reddit nullam. Surd. *conſ.99. num.42. & ſeqq.* Ruginell. *de appellat.§.4. cap.2. num.*130. Carpan.
*ad Stat. Mediol. cap.*116. *numer.*173. *part.*1. Scacc. *de appell. quæſt.*19. *remed.*1. *concluſ.*5 *num.*4.& *num.*58.

Deinde inualida etiam ipſo iure dici poteſt, quia lata
eſt contra legem municipalem: ita Bart. *in l. cùm proba-
tis,* & ibi Ang. *ff. de re iud.* Aret. *in l.* 1. *in princ. de appel-
4 lat.* Alex *conſ.*81. *num.*1. *& ſeqq. lib.*2. Abb. *in cap.*1.& ibi
Felin. *num.*2. *de re iud.* Bald. *in l.*2. *in princ. C. quando pro-
uoc. non eſt neceſſ.* vel ſaltem manifeſtam continet iniu-
ſtitiam, propter quod nunquam tranſiuit in iudicatum,
5 vti lata contra ſtatutum. Textus eſt *in cap. inter cæteras,
de re iudic.* Gl. *in Clem. Paſtoralis, verb. non habebat, eod.*
Innoc. *in cap. fraternitatis, col.*1. *de frigid. & malef.* Pariſ.
*conſ.*107. *n.*9. *& ſeqq. lib.*4.

Et id verum eſſe in caſu noſtro ſatis probatur virtute
Statuti Carp. *lib.*4. *rubr.*18. vbi habetur, quod nemo po-
teſt tranſire per fundum alienum, ſi ipſe tenet caput ad
viam aliquam: vnde cùm iſti vicini pro ſuo fundo eua-
cuando habeant caput ad duas vias publicas, vt dicunt
teſtes, verſamur in caſu Statuti, & ideò nihil vlterius eſt
quærendum, *l. ancillæ, C. de furt.*

Neque obſtat, ſi ſubterfugiat vicinus Statutum, di-
cens vias, quas habet, eſſe incommodas ſibi, & remo-
6 tas à via, quæ ducit ad vrbem, vt ideò perinde ſit, qua-
ſi non habeat, ad textum *in l.*3. *§. vtilitas, in fin. ff. de iti-
ner. actuq. priuat. l. nepos proculo, de verb. ſign.* Gloſſ. *in
7 l. vulgò concepti, ff. de ſtat. hom* quæ iura probant ea
dici impoſſibilia, quæ honeſtè vel commodè fieri non
poſſunt.

Nam reſpondetur Statutum generaliter loqui, & eius
intentionem fuiſſe prouidere neceſſitati vicinorum, non
commoditati, vt apparet ex eius exordio, & cùm dicit,
8 *ad aliquam viam*, generaliter omnem viam etiam non
commodam amplexatur. Crauet. *conſ.*780. *num.*10. *verſ.
de ſtatuto,* & habet vim ſpecialis expreſſionis: idem Cra-
uet. *conſ.*357. *num.*27. adeò, vt verificetur etiam in mini-
9 ma via vigore illius dictionis, *aliquam:* ſic Tiraq. *in l. ſi
vnquam, verb. omnia, num.*14. *C. de reuoc. donat.* Borgn. *dec.*2.
*num.*30.

Et in his terminis de eo, qui vult tranſire per fun-
dum vicini, vt non poſſit id facere, ſi ipſe habeat ali-
10 quam viam, licèt prolixiorem, & remotiorem, pulchrè
docet Boer. *deciſ.*322. *ad fin. verſ. & iſtam partem*, quem
ſequitur Ioſeph. Lud. *concl.*76. *ad fin. verſ. prædicta tamen
intelliguntur;* qui videantur, quia rem decidunt, quod
iuſtum videtur, ne cum damno alterius commoditati
11 alienæ conſulatur; ſtatuta enim debent interpretari, ne
ad illicita trahantur. Carp. *ad Stat. Mediol. in præl. nu-
mer.*232.233.

Deinde illud ſtatutum recipit interpretationem à iure
communi. Crau. *conſ.*486. *num.*7. & ideò etiamſi quis
non poſſit aliunde habere viam, vel tranſitum, tamen
adhuc non poterit tranſire per fundum vicini, niſi ſol-
12 uat iuſtum pretium cum declaratione loci opportuni, ne
vicinus nimium patiatur detrimentum. Cæpol. *de ſeru.
vrb. præd. cap.*24. *num.*11. *in fin.* Boer. *d. deciſ.*322. *numer.*11.
*verſ. ſed in priuata,* Grat. *diſc. for. lib.*4. *cap.*681. *num.*44. vn-
de reſultat manifeſta ſententiæ iniuſtitia, quæ talia non
reſpexit.

Præterea non videtur adeſſe hæc res iudicata, quia
pendent tempora ad appellandum. Franch. *in cap. non ſo-
13 lùm, num.*8. *de appellat.* Ruginell. *eod. tract. §.* 2. *cap.*3.
*num.*213. & tempus ad appellandum non currit, niſi à
die ſcientiæ. *Auth. hodie,* vbi gl. Bart. & DD. *C. de appel-
lat. cap. concertationi, eod. in* 6. non conſtat autem, quòd
Martinellus vnquam habuerit ſcientiam dictæ ſenten-
tiæ. Nam licet in precibus narret factum, tamen non ap-
paret de tempore, quo inceperit ſcire, adhuc enim po-
teſt dici non fuiſſe lapſum terminum, & propterea que-
rela ad Principem ſucceſſit loco appellationis, eoſdem-
que effectus operata eſt. Magon. *deciſ. Lucenſ.*23. *num.*1. 14
2.3. adeò, vt etiam poſt decem dies, etiamſi negetur ap-
pellatio, tamen locus eſt querelæ. Scacc. *de appell. q.*12.
*num.*81.& *quæſt.*17. *num.*41. & dato, quòd talis ſenten- 15
tia eſſet nulla, nunquam feciſſet tranſitum in iudicatum,
ad textum *in l. ſi expreſſim,* vbi DD. *de app.* Ceph. *conſ.*263.
*num.*3.

Vlteriùs dici poteſt, quòd exceptio rei iudicatæ fue-
rit ſublata per proceſſum ad vlteriora, quia omnes ex-
ceptiones proceſſus impeditiuæ, qualis eſt hæc tran-
ſitus ad vlteriora, tolluntur, *l. quod in diem, §. ſi rationem,* 16
*de compenſat. l. ſi autem, §. ſi quæcumque, de neg. geſt.* Ioan.
And. *in Clem. repulſione, de appellat.* Bart. & Bald. *in l. à
procedente, C. de dilation.* Abb. *in c. cùm ſuper, num.*9. *de
off. deleg.* Corn. *conſ.*85. *numero* 10.12. *vol.*4. & pars ta-
cendo huic rei acquieuiſſe videtur, cùm enim paſſa ſit
iniuſtitiam ſententiæ diſceptari, ampliùs re iudicata ſe
tueri non poteſt, ſi conſtat malè fuiſſe iudicatum. Aret. 17
*conſil.*75. *col.*2. *verſic. præter*: nam de qua re cognoſcit iu-
dex, de ea iudicare debet, *l. de qua re, ff. de re iud.*

Allegabatur etiam pro Martinello, quòd Princeps
videatur ſuo reſcripto ſuſtuliſſe hanc rem iudicatam vi-
gore illius clauſulæ, *Audiat, cognoſcat, & iuſtitiam fa-
ciat;* per quam videtur iudici concedere, vt rem iudica- 18
tam poſſit corrigere. Bald. *in cap.*2. *col.*2. *de off. Leg.* vbi
Ioan. And. & Ruginell. *de appellat. §.*6. *gl.*8. *numero* 12.
Felin. *in cap.*1. *de conſt.* Dec. *conſil.*198. *numero* 3. *in fin.*
Alciat. *conſil.*301. *numero* 10. *verſ. tertiò*, pulchrè Me-
noch. *de arb. iud. quæſt.*52. *numero* 4.5.6. & per totam,
vbi oſtendit ſatis eſſe, quod apertè ſit narratum Prin-
cipi, extare rem iudicatam, & de ea certiorem fuiſſe fa-
ctum, quia certioratio habet vim clauſulæ, *Ex certa
ſcientia: cap. venerabilis, de confirm. vtil. vel inutil.* Me- 19
noch. *d. quæſt.*52. *num.*9. vbi reſoluit omnia contraria, &
hoc verum puto, vt ſcilicet data ſit poteſtas iudici ſen-
tentiam corrigendi, ſi ita ſibi iuſtum videbitur, maximè
ſi dictum ſit, *reuideat.*

Verùm obſtare videtur quòd Iudex noſter non eſt
delegatus, ſed ordinarius, & licet Princeps ei commi-
ſerit cauſam prædictam, tamen non efficitur delegatus, 20
quia potius excitata, quàm delegata videtur iuriſdictio,
tum quia vbi Princeps reſcribit ordinario ſine datione
adiuncti, & nihil addit, vel detrahit iuriſdictioni ordina-
riæ, tunc non erit delegatio, ſed iuriſdictionis excita-
tio, & ipſe ordinarius remanet. Gloſſ. *in cap. ſæpè,* & 21
ibi DD. *de off. Præſ.* Felin. *in cap. licèt in corrigendis, nu-
mero* 2.3. *de off. iud. ordin.* Iaſ. *in l.* 1. *§. ſi quis ſimplici-
ter, numero* 5. vbi Alex. *numero* 11. *de verb. obligat.* Me-
noch. *conſ.*340. *numero* 14.15. & pulchrè *conſil.*406. *nu-
mero* 56. vide Ruin. *conſil.*4. *numero* 2. *ad fin. lib.*4. Borgn.
*tract. de brach. reg. part.*1. *numero* 259.260.261. tamen
quia facta eſt commiſſio dignitati, & ſub nomine di-
gnitatis ipſius iudicis, non perſonæ, & ideò etiamſi
aliquid adderetur, vel detraheretur iuriſdictioni ordina-
riæ, adhuc tamen remaneret ordinarius, ex Bald. *in cap.
fin. de off. ordin.* & *in l. præcipimus, C. de appellat.* Iaſ. *in l. ius* 22
*autem ciuile, num.*4. *de iuſt. & iur.* Rim. Iun. *conſ.*203. *nu-
mer.*41.42.

Et hinc eſt, quòd ſi fortè cauſa eſſet ſui naturâ ordina-
ria, & Princeps mandaret iudici, vt ſummariè procede-
ret, vel alias ſolemnitates relaxaret; non tamen dicetur
cauſam delegaſſe, ſed obſtaculum de medio ſuſtuliſſe. Ca- 23
ball. *milleloq.*242. *p.*1. Borgn. *d. tract. de brach. reg. p.*1. *num.*
261. *verſ. & ſi cauſa.* Et ſi verſaremur in dubio, adhuc per
quæcumque verba non cenſetur Princeps iuriſdictionem
delegaſſe, ſed excitaſſe, dum ſcribit ordinario ſine adiun-
cto. Alex. Iaſ. & DD. *in l. Prætor,* & *in l. more, ff. de iu-* 24
*riſd. om. iud.* Rom *in l.* 1. *§. ſi quis, de verb. oblig.* Felin.



*in d. cap. licet, numer.*2.3.5. *de off. ord.* Borgn. *d. tract. part.*1.
*num.*261. *verſ. Verùm.*

Namque reſpondemus prædicta vtique eſſe vera, nos
autem non dicimus iuriſdictionem fuiſſe delegatam, ſed
affirmamus Principem ſuo reſcripto ſuſtuliſſe impedi-
mentum, quod proueniebat ex illa exceptione rei iudi-
catæ; diximus enim quòd ſi Princeps fiat certior de re
iudicata, committat reuideri cauſam, vel cum illa clauſu-
la: *Videat, cognoſcat, & iuſtitiam faciat,* videtur dediſſe illi
iudici facultatem corrigendi ſententiam, & non conſide-
rant in hoc DD. an delegata, vel excitata ſit iuriſdictio,
25 ex Bald. *in d. c.*2. vbi Barbat. *de off. legat.* Dec. *d. conſ.*198.
*n.*3. *in fin.* latè Menoch. *de arb. iud. d. q.*52. *n.*4.5.8.12.13.&
*per totam,* & hæc procedunt maximè in reſcriptis gratiæ,
quando Princeps reſcribit contra ius commune, vt hîc,
tunc enim commiſſio cenſetur conceſſa remoto iuris ob-
26 ſtaculo. Ancharan. *conſ.*293. *num.*3. Marth. *de clauſ. part.*1.
*clauſ.*66. *verſic. dic verum.* Et ita, &c.

## CAPVT XIV.

### Epitome.

Si quis fractis carceribus confugiat ad Eccle-
ſiam, an gaudeat immunitate, & quando;
& an eadem fruatur delinquens in Eccle-
ſia.

### SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad Eccleſiam non debet tradi Curiæ ſæculari, niſi conſtet verè de delicto.*
2 *Epiſcopus debet cognoſcere an confugiens ad Eccleſiam commiſerit delicta excepta.*
3 *Eccleſiæ immunitate quis non priuatur, niſi plenè conſtet de delicto, vel per indicia indubitata.*
4 *Bulla Gregoriana de immunitate Eccleſiæ quid diſponat.*
5 *Fugiens ex carcere fracto habetur pro confeſſo, & quando.*
6 *Frangens carceres ad fugam fingitur delictum fateri.*
7 *Carceres frangens, & fugiens mulctatur arbitrio iudicis.*
8 *Carcerum fractor gaudet immunitate Eccleſiæ.*
9 *Carceratus pro delicto excepto, ſi fugiat, non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
10 *Carceratus fugiens non priuatur immunitate Eccleſiæ ſi de delicto verè non conſtet.*
11 *Habilia omnia ſupponuntur, cùm de vno quærimus.*
12 *Argumentum à pari quando procedat.*
13 *Æquiparatorum eadem eſt natura.*
14 *Frangens carceres ſine conſpiratione non habetur pro confeſſo.*
15 *Effractor carcerum non habetur pro confeſſo, ſi neſciat cauſam ſuæ carcerationis.*
16 *Fractura carcerum auget indicium ad torturam.*
17 *Indicium indubitatum quando faciant alia indicia.*
18 *Homicida caſualis gaudet immunitate Eccleſiæ.*
19 *Proditoriè tentans occidere, niſi verè occidat, non priuatur immunitate Eccleſiæ.*
20 *Eccleſiæ immunitate non gaudet, qui in Eccleſia homicidium, vel mutilationem facit.*
21 *Inimicum interficiens etiam per inſidias non dicitur proditor.*
22 *Delinquens in Eccleſia an poſſit ab ea extrahi, & tradi Curiæ ſæculari.*
23 *Bulla Gregoriana non eſt extendenda ad caſus non expreſſos.*
24 *Delinquens in Eccleſia puniendus eſt ab Epiſcopo.*



25 *Laicus ratione delicti in Eccleſia commiſſi ſortitur forum Eccleſiæ.*
26 *Iniuria facta Eccleſiæ ab ea puniri poteſt.*
27 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus poteſt reum ab Eccleſia extrahere.*
28 *Epiſcopus non poteſt tradere Curiæ ſæculari delinquentes in Eccleſia, niſi conſulto ſummo Pontifice.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mirandulana cenſui Antonium Scaietam ad Ec-
cleſiam, à qua fuit extractus eſſe remittendum, eo
quòd non appareat de delicto qualificato, propter quod
priuari debeat Eccleſiaſtica immunitate. Nam ſuppoſito
etiam pro vero, quòd crimen, de quo imputatur, ſit
proditorium, non tamen de eo ſatis cònſtat, & nihilo-
minus vigore Bullæ Gregorianæ, antequam reus trada-
tur Curiæ ſæculari debet verè conſtare de delicto exce-
pto, vt cantant verba dictæ Conſtitutionis, de qua 1
Ambr. *in princ. tract. de immun. Eccl.* ibi: *Niſi cognito priùs
per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina
ſuperius expreſſa commiſerint.* Bonac. *de immun. Eccl. diſp.*3.
*quæſt.*7. *in princ.* Peregr. *eod. tract. c.*16. *in princ.* Prax. Ar- 2
chiep. Neap. *cap.*22. *ſub n.*12. qui referunt dictam Bullam,
& interpretantur.

Namque neceſſe eſt, vt fiſcus ſæcularis plenè, vel ſal-
tem per indicia omnino indubitata, quæ ſufficiant ad
condemnandum, probet reum commiſiſſe delictum pro-
ditorium, vel qualificatum, vt in dicta Bulla ſit exce-
ptum. Ambroſ. *d. tract. de immun. Eccl. cap.*11. *num.*4. Farin. 3
*in conſil.*76. *num.*4.5. *& ſeqq. lib.*1. & *conſ.*168. *num.*8.9.
*& ſeqq. lib.*2. & *in append. de imm. Eccl. cap.*22. *numer.*374.
Mar. Ital. *eod. tract. lib.*1. *cap.*6. *§.*1. *num.*80.81.82. Gratian.
*diſc. for. lib.*4. *cap.*619. *num.*18.19. Bonacin. *de imm. Eccl.
diſp.*3. *quæſt.*7. *§.*7. *numer.*4. *verſ. reſpondeo.* Ricc. *deciſ.
collect.*1792. *in fin.* Ex quibus habetur reſolutio eorum,
quæ in contrarium adduci ſolent, quia poſt Bullam Gre-
gorianam hæc opinio eſt magis communis, & in praxi
recepta.

Vnde non obſtat Gam. *deciſ.*179. & *deciſ.*281. qui lo-
quitur de tempore antequam ederetur Bulla Gregoria-
na, quæ declarat oportere de delicto verè conſtare; &
ideo Gamma non allegatur ad propoſitum, vt benè per 4
Farin. *d. conſ.*168. *num.*15. *lib.*2.

Dixi non obſtare etiam, quòd dictus Scaieta priùs au-
fugerit è carceribus Curiæ ſæcularis cum fractura carce-
rum, vbi proceſſabatur de interemptione, & ſpoliatione
in via cuiuſdam, qui opinabatur Ieſuita, propter quod
habetur pro confeſſo circa delictum principale tanquam 5
effractor carcerum: ad textum *in l. eos, ff. de cuſtod. reorum,*
vbi DD. omnes.

Nam reſponſum fuit, quòd hæc eſt ficta confeſſio, ſeu
probatio, vt inquit Ang. *in d. l. eos, num.*3. *verſ. nota,* Felin.
*in cap. nullus, num.*3. *de præſumpt.* Duar. *reg.*392. *ampl.*1. *verſ.* 6
*hanc,* Farin. *in prax. quæſt.*30. *num.*14. Burſat. *conſ.*346. *n.*18.
*in fin.* & *num.*29. *verſ. tertiò.* Sed hîc neceſſaria eſt vera de-
licti probatio, & de delicto verè conſtare: ergo non ſuf-
ficit ficta confeſſio.

Deinde dixi etiam non eſſe verum, quòd reus aufu-
giens fracto carcere puniatur pœna confeſſati criminis,
ſed potius mulctandus eſt alia pœna arbitraria, non pro- 7
pter delictum, ſed propter fracturam. Alber. *in d. l. eos, n.*2.
*in princ.* Boer. *deciſ.*215. *ſub numer.*22. Farin. *de carcer. d.
quæſt.*30. *num.*8.9.10. vbi de magis communi, & *num.*36.
43.165. *verſ. quid dicendum,* qui multos alios allegat, quod
ſi verum eſt, ſequitur, quòd ex tali fuga non probetur
delictum, & ita ſumus in claris, non ſatis verè conſtare
de homicidio proditorio.

Dixi etiam ad rem noſtram ſpectare, quòd dicitur re-
gulariter reum è carcere fracto aufugientem, ſi ad Eccle-
ſiam confugiat, illius immunitate gaudere. Ambr. *d. tract.* 8
*de immun. Eccl. cap.*10. *numer.*11. Decian. *tract. crim. lib.*6.

*cap.*28.*num.*28.Farin.*de carcer.d.quæſt.*30.*numer.*42. & *in*
*append.cap.*15.*num.*193.

Verùm ex aduerſo dicebatur id non procedere in eo,
qui erat inquiſitus pro delicto, pro quo Eccleſia non
habet immunitatem, & fractis carceribus confugit ad
eam; is enim non gaudet, quia non debet eſſe melioris
conditionis, quàm ille, qui recto tramite ad Eccleſiam
9 confugerat Farin.*in prax.d.quæſt.*28.*num.*46.& *in append.*
*de immun.Eccl.d.cap.*15.*num.*204. vbi de veriſſima,& in-
dubitata concluſione teſtatur: ſequitur Peregr.*eod.tract.*
*de immun.Eccl.c.*5.*num.*10.*verſ.eſt tamen,* Giurb. *conſ.*30.
*num.*3. quod ego quoque verum eſſe, & receptum opi-
nor.

Dixi tamen neceſſarium eſſe,quòd de delicto verè ali-
unde conſtet, antequam id locum habeat, & ita decla-
retur à iudice Eccleſiaſtico; non enim illud prouenit ex
10 eo, quod ſic fugiens habeatur pro confeſſo, quia non eſt
ſtandum proceſſui iudicis ſæcularis, ſed ne iſte ſit melio-
ris conditionis illo, qui non fractis carceribus, ſed liber
confugit ad Eccleſiam, quia ſicut iſte non gaudet bene-
ficio immunitatis, ſi commiſit delictum qualificatum,ita
multò minùs ille gaudere debet: ſic Farin. *d. quæſt.*28.
11 *num.*46. & *d. cap.*15. *num.*204. Peregr. *d. cap.*5.*num.*10.
qui ſic intelligendi ſunt,quia cùm de vno quærimus,cæ-
tera ſupponuntur habilia: ad textum *in l.ſi quæramus, de*
*teſtam.*Tuſch.*pract.concl.litt.H, concl.*2.*num.*1.2.3. Surd.
*conſ* 127.*num.*56.& *conſ.*495.*num.*10. Peregr. *de fideicom.*
*art.*2.*num.*5.Laderch. *conſ.*79.*ſub n.*2.

Accedat,quòd illud eſt argumentum à pari, ſeu à ma-
iori ad minus,quia DD. pariſicant hos caſus, quòd ſcili-
cet quis poſt perpetratum delictum confugiat ad Eccle-
ſiam,vel poſtquam fuit carceratus, frangat carceres, &
12 ſe ad Eccleſiam recipiat. Sed certum eſt,quòd argumen-
tum à pari, ſeu à maiori, requirit,quòd eadem ratio con-
currat in vtroque caſu, ad textum *in l.illud, ad l. Aquil.*
*l. à Titio, de verb. oblig.* Euer. *Topic. cap.*15.*num.*5. Ergo
neceſſe eſt, quod ſicut in vno requiritur vera delicti
probatio, ita in altero, quia æquiparatorum eadem eſt
13 natura. Gl.& DD. *in l.*1.*ff.de legat.primò,* gl. *in cap. vnic.*
*de ætat.& qual.ord.in* 6.Bald.& Caſtr. *in l.aduerſus, C. ſi*
*aduerſ.rem.iud.*

Nec mirum, quia data etiam pro vera illa opinione,
quòd reus fugiens fractis carceribus habeatur pro con-
feſſo, quod tamen non ferit caſum noſtrum,vt vidimus,
nihilominùs illa ſententia non procedit, quando fractu-
14 ra facta eſt ſine conſpiratione, ad textum *in d.l.cos*, ibi:
*Conſpirauerint.* Marſil. *in pract.* §. *attingam, ſub num.*55.
Menoch. *de præſ. lib.*1.*quæſt.*88. *num.*45. de magis com-
muni Farin. *d.quæſt.*30.*n.*166.Burſat.*d.conſ.*346. *n.*29.30.
ſed hic non conſtat dictu Scaietam aufugiſſe per conſpi-
rationem: ergo.

Vlteriùs in eodem propoſito illa ſententia non proce-
dit, quando reus aufugiens fractis carceribus neſciebat
15 cauſam ſuæ carcerationis; tunc enim non habetur pro
confeſſo, nec etiam procedit quoad qualitates aggra-
uantes: latè Farinac. *d. quæſt.*30. *n.*205.206. & propte-
reà cùm non conſtet Scaietam ſciuiſſe cauſam ſuæ car-
cerationis, fuga ei non præiudicat,ſaltem ad præſumen-
dam qualitatem delicti aggrauantem, quæ priuat reum
Eccleſiæ immunitate.

Cùm igitur ex fuga fracto carcere nihil aliud oriatur
in hoc pacto,niſi indicium ad acriorem torturam, quia
16 ſic fugiens redditur magis ſuſpectus, Lud. Peregr. *dec.*
*crim.*1.*per totam,*And.Fachin. *controuerſ.iur.lib.*9. *cap.*65.
Farin.*de carcer.d.quæſt.*30.*num.*12.& *num.*24.*verſ.ſed be-*
*nè eos,* & *num.*26.*ac num.*43.*verſ.nihilominus, in verb. ſed*
*quia,*& *num.*85.*verſ. concludere potes*: hic autem ad pri-
uandum reum beneficio immunitatis Eccleſiæ non ſuffi-
ciunt indicia ad torturam, dum requiruntur plenæ pro-
bationes, vel indicia indubitata: ergo.

Et denique certum eſt, quòd hoc indicium eſt remo-
tum à delicto,& propterea non poteſt conſiderari etiam
cum aliis ad faciendum vnum indicium indubitatum;ſi-
quidem tantummodo indicia proxima, & grauia poſſunt
conſtituere vnum indubitatum indicium, vt per Brun. 17
*de indic. & tortur. p.*1. *quæſt.* 4. *num.*3. *verſ. quòd intelli-*
*ge.* Addent.ad Farin. *conſ.*10. *litt. F, verſ. verum hæc,lib.*1.
qui exemplificant,quando concurrit vnus teſtis de viſu,
& duo de confeſſione extraiudiciali: ſed hic non habe-
mus aliquem teſtem de viſu, neque de confeſſione: er-
go non poteſt dici de delicto verè conſtare: & ita cen-
ſui.

Hinc ſumpta occaſione placet hic iungere alium ca-
ſum, qui eodem tempore diſputabatur, quia euenit, vt
quidam Simon Mutinæ ſatelles in platea Regij tempore
mercatus, viſo quodam eius inimico à Cupriaco, contra
eum exploſerit archibuſetum; ſed ille eodem inſtanti re-
tro reſpiciens animaduertit rem, & declinando euitauit
pilæ ictum, quæ tamen caſu penetrauit caput alterius
viri, qui ſtatim mortuus eſt; & cùm ille fugam arripe-
ret verſus Eccleſiam S.Ioan.de Baptiſmo, dictus Simon
eum inſecutus eſt, & gladio euaginato pluries eum per-
cuſſit intra Eccleſiam,& in brachio grauiter vulnerauit;
& cùm fiſcus ſæcularis prætenderet dictum Simonem
non gaudere priuilegio immunitatis Eccleſiæ, fuit extra-
ctus ſecundùm formam Bullæ Gregorianæ, & ductus ad
carceres Epiſcopales: & poſtea compilato proceſſu fuit
diſputatum de rei veritate.

Verùm agentes pro fiſco ſeculari ſponte receſſerunt à
prætenſione,quia clarum eſſe videbatur,quòd huiuſmo-
di delictum non erat de exceptis in Bulla,quoniam ſi re-
ſpicimus perſonam interfecti,homicidium fuit caſuale,&
inuoluntarium,& licèt daret operam rei illicitæ, non ta-
men per hoc homicidium dicitur eſſe deliberatum, quia
non putabat de interficiendo niſi eius inimico; ille au-
tem,qui occidit vnum volens interficere alium, etiamſi
ſit aggreſſor,non punitur pœna mortis. Farinac.*de homi-*
*cid.q.*125.*n.*152. vbi multos allegat, & certum eſt, quòd
homicida tutus eſt in Eccleſia de iure canonico. Gloſſ. 18
*in cap.inter alia, in verb.niſi publicas,*vbi Anch. *n.*5. *in fin.*
Abb. *num.*14.*& ſeqq. de immunitate Eccl.* Caſtr.*in rub. C.*
*de his,qui ad Eccl.confugiunt, num.*2. *verſ.ſed de iure*, vbi
Alber.*num.*1.*verſic.ius autem,*Alex.*conſ.*145.*numer.*8.*lib.*7.
Decian.*tract.crim.lib.*6. *c.*28.*num.*16. & *conſ.*80. *num.*26.
*& ſeqq.lib.*3. Villagut. *de extenſ.leg.cap.fin. num.*5. *ad fin.*
& *num.*14.15. & Tuſch.*littera E,concluſ.*11. *numer.*3.42.
Farin. *in appendice de immunitate Eccleſ. cap.*7. *num.*108.
vbi de magis communi; pulchrè Peregr. *eod.tract.cap.*7.
*num.*12.

Si verò inſpicimus perſonam eius, qui interficiendus
erat, idem dicendum eſt,quia reſpectu eorum,quæ geſta
ſunt extra Eccleſiam, certum eſt, quòd attentans alio-
quin proditoriè occidere, non priuatur beneficio immu-
nitatis Eccleſiæ,homicidio non ſequuto, etiamſi vulne-
rauit proditoriè: Rebuff.*de immunitate.art.*1.*quæſt.*5. De- 19
cian. *tract.crim.lib.*6.*cap.*28.*num.*17.*conſ.*80.*num.*18.*lib.*3.
Baiard.*ad Clar.quæſt.*30.*num.*17. Villagut. *d. tract.cap.fin.*
*num.*54.*vſque ad num.*59.Mar.Ital.*de immunit. Eccl. lib.*1.
*cap.*5.§.4.*n.*22.*& ſeqq.*latè Farin.*in append. d. tract.cap.*9.
*num.*145.Suarez *de ſtat.relig.lib.*3. *cap.*11.*num.*14. Bona-
cin.*eod.tract.quæſt.*7.§.4.*num.*16.

Si verò conſideramus ea, quæ facta ſunt intra Eccle-
ſiam,idem dicendum eſt, quia Bulla Gregoriana excipit
tantum caſus,quando patrantur homicidia vel membro-
rum mutilationes in Eccleſiis, vel earum Cœmeteriis:
ita *ex cap.fin.*vbi Zabarell.*col.*1.*in fin.de immun.Eccl.*Boer. 20
*deciſione* 109.*n.*3.Farin.*quæſt.*28.*num.*53.*in fin.* & *in dicto*
*appendice c.*16.*n.*108. vbi hoc verius eſſe dicit Ambro-
ſin.*d.tract.c.*5.*num.*4.Decian.*d.lib.*6.*cap.*28. *n.*5.Suarez *d.*
*c.*11.*num.*9.Bonacin.*d.quæſt.*7.§.4. *n.*13. *verſ. tamen quia,*
Peregr.*d.tract.c.*6.*num.*23.& *c.*16.*num.*14. Sed dictus Si-
mon non fecit homicidium in Eccleſia, neque membri
mutilationem; ergo non debet ab Eccleſia extrahi, vt
tradatur Curiæ ſæculari.





Et ideò fiſcus ſæcularis acquieuit,& iuremeritò, quia
etiamſi dictus Simon interfeciſſet dictum ruſticum per
inſidias, & deliberatè, & proditoriè, non tamen dicen-
21 dus erat proditor, & priuandus immunitate Eccleſiæ,
quia erat eius inimicus occaſione cuiuſdam illius conſan-
guineæ ab eo cognitæ: etenim interficiens inimicum
non dicitur proditor, etiamſi ex inſidiis id faciat, quia
debebat ſibi præcauere, ex Bart.*in l.reſpiciendum,§.delin-*
*quunt, ff.de pen.* Gomez *var.reſol.* §. *de homicidio, cap.*3.
*num.*5.Ambroſ.*d.tract.cap.*6.*numer.*3. Villagut. *d. cap.fin.*
*num.*53. latè Farinac. *in prax.quæſt.*18.*num.*76.& *conſ.*76.
*num.*7.15.& *in append.d.cap.*9. *num.*143. latè Franch. *de-*
*ciſ.*713. *per totam,* pulchrè Prax.Archiep. Neap. *cap.*94.
*num.*2.Suarez *d.cap.*11.*num.*12.Bonac.*d.quæſt.*7.§.4. *n.*14.
*verſ.qui verò,* Peregr. *d.tract.cap.*7. *num.*20. vbi de com-
muni teſtatur.

Ne tamen putes hunc reum eſſe impunè dimittendum,
cum polluerit Eccleſiam ſanguinis iniurioſa effuſione,
& in ea deliquerit cum ſcandalo populi: nam multi pu-
22 tauerunt, quod cõmittentes in Eccleſia alia delicta gra-
uia, non poſſint iuuari illius immunitate, vt de commu-
ni teſtatur Remig. *in tract.de immun. Eccleſiæ, in* 3.*fall.*
*num.*5.Nauar.*in manual.cap.* 25.*num.*20.Clar.*in prax.§ fin.*
*quæſt.*30.*num.*13.*verſ. item quæro.* Couar. *var. reſol. lib.*2.
*cap.*20.*num.*15.Suarez *de relig.tom.*1.*tract.*2.*lib.*3. *cap.*11.
*num.*6. ſed verè non ſequitur, quod iſti tradendi ſint
Curiæ ſæculari, licet grauiſſima delicta in Eccleſia com-
miſerint, niſi homicidium fecerint, vel membri mutila-
tionem, provt poſt Bullam Gregorianam verius, & rece-
ptius eſt. Ambroſ.*d.tract. cap.*7.*num.*4. & *num.*6. Tuſch.
*littera E, concl.*11. *num.*9. Farinac. *d.conſ.*76.*num.*9.*lib.*1.
& *in d.append.cap.*19.*num.*209.Io.Franc. Leo *in ſua prax.*
*cap.*13.*num.*27. Gratian. *diſc.*380.*num.*29.Peregr. *d.tract.*
*de immun.Eccl.cap.*6.*num.*23.24.25.26.29. qui reſpondet
contrariis. Bonac. *eod.tract.quæſt.*7.§.4.*num.*11.vbi etiam
23 inquit Bullam prædictam non eſſe extendendam ad caſus
in ea non expreſſos.

Verùm dictus reus propter delictum in Eccleſia com-
miſſum, licèt non ſit tradendus Curiæ ſæculari, tamen
ratione ſacrilegij, quod facit ille, qui aliquod delictum
24 cuiuſcumque generis in Eccleſia committit, ab Epiſcopo
extrahendus eſt ab Eccleſia, & puniendus, vt benè ad-
uertit Mar.Ital. *tract.de immunit.Eccl.lib.*1.*cap.*3.§ 2. *n.*2.
& *c.*4.§.7. *num.*13.14. pulchrè Farinac. *in append. eod.*
*tract.c.*16.*numer.*209. *verſ.reſpondeo,* Peregr.*eodem tract.d.*
*c.* 6. *numero* 28. Bonac.*de immunit.Eccleſ. diſp.*3. *quæſt.*7.
25 §.4.*num.*8.*verſic.concedo.* Etenim etiam laici ratione deli-
cti in Eccleſia commiſſi, ſortiuntur forum Eccleſiaſti-
cum, & locus eſt præuentioni; cùm enim iniuria facta
26 ſit Eccleſiæ, ab eadem vindicari, & puniri poteſt,ad tex-
tum *in c.ſignificaſti, de adulter. & ſtupr. c. cum ſit generale,*
vbi DD. *de for.comp.*& patet ex Bulla Pij V.quæ incipit:
*Cum primùm.*Gloſſ.*in c.graue,de ſent.excommunic.* Abb. *in*
*c.relatum, num.*1.*verſ ex hoc,eod.*Mar.Ital. *d.*§.2. *numer.*2.
Peregr.*d.c.*6.*num.*28. pulchrè, & latè Caball *reſol. crim.*
*cent.*2.*c.*194.*num.*5.*& ſeqq.* qui plenè diſcutit negotium.
Benè verum eſt, quòd in noſtro caſu non poteſt iudex lai-
cus præuenire Eccleſiaſticum, dum reus eſt in Eccleſia,
quia ſolus Eccleſiaſticus poteſt reum ab Eccleſia extra-
here.Mar.Ital. *d.tract.de immunit.Eccl.lib.*1.*c.*5.§.3.*nume-*
27 *ro* 39.53. Farin. *d. loco*, Peregr. *d. c.*6. *numero* 28.*verſ.&*
*dum eſt.* Caball. *d. caſ.*194. *numero* 12. qui in hoc benè
dicit non licere iudici ſæculari reum ab Eccleſia extra-
here etiam in caſibus, in quibus ille poteſt procedere:
ſed quatenus ſubiungit, quòd ad Epiſcopum recurrere
debet, qui malefactorem capit, vt ſibi tradat, malè lo-
quitur, niſi in caſu homicidij in Eccleſia perpetrati, vel
mutilationis membri,vt vidimus, quia in aliis caſibus
28 non poteſt reum tradere Curiæ ſæculari, niſi conſulto
ſummo Pontifice: ita bene Farinac. *in d. appendic. de*
*immunit. Eccl.cap.*19. *num.*209. *in fin.* & ſanè cùm iudex
Eccleſiaſticus poſſit tunc reum capere, & ſibi retinere,



ſtultus reputaretur, ſi eum foro ſeculari traderet: de-
bet ergo ipſe eum ſic delinquentem punire, & propte-
reà ego condemnaui dictum Simonem ad triremes
ratione dicti ſacrilegij, & ſcandali, & ita iuris eſſe cen-
ſui.

---

# CAPVT XV.

## Epitome.

In cauſis mixti fori an poſſit iudex Eccleſiaſti-
cus, ſi præuenerit, laicos carcerare, & pœ-
nis temporalibus punire: & an delinquens in
Eccleſia fruatur immunitate, etiam reſpectu
fori Eccleſiaſtici.

## SVMMARIVM.

1 *Bulla Gregorij XIV. de immunitate Eccleſiarum declaratur.*
2 *Deliquens in Eccleſia eſt immunis, niſi occiderit, vel mutilauerit.*
3 *Bulla Gregoriana de immunitate omnia reduxit ad vnam formam.*
4 *Eccleſia non debet eſſe aſylum malorum.*
5 *Delinquens in Eccleſia punitur ab Epiſcopo, etiamſi non ſit tradendus foro laico.*
6 *Præuentioni non eſt locus dum reus eſt in Eccleſia vbi deliquit.*
7 *Iudex Eccleſiaſticus non extrahit ab Eccleſia niſi in grauibus.*
8 *Punire poſſe, & ab Eccleſia extrahere, quomodo pariſicentur.*
9 *Conceſſo vno omnia conceduntur, per quæ deuenitur ad illud.*
10 *Laicus committens in Eccleſia delictum ſæculare non poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico.*
11 *Sacrilegium facit, qui in Eccleſia vulnerat, vel delinquit.*
12 *Sacrilegium eſt delictum mixti fori, & punitur ab vtroque iudice.*
13 *Iudex Eccleſiaſticus, & laicus poſſunt punire delinquentes in Eccleſia.*
14 *Bartolus declaratur.*
15 *Homicidium, vel mutilatio in Eccleſia non gaudent immunitate.*
16 *Doctoris dictum intelligitur ſecundum doctrinas, & iura ab eo allegata.*
17 *Iudex Eccleſiaſticus non imponit pœnam ſanguinis.*
18 *Remiſſio ſignicat reum eſſe in fortiis remittentis.*
19 *Expectare dicitur, qui ad locum priùs peruenit.*
20 *Eccleſiaſticus eſt iudex competens contra laicos in cauſa ſacrilegij.*
21 *Imperator non poteſt tollere iuriſdictionem Eccleſiæ.*
22 *Leges de Epiſcopis, Clericis, & Eccleſiis ciuiles ſunt inualidæ, niſi in fauoribus.*
23 *Laicus iudex an ſit competens in cauſa ſacrilegij.*
24 *Clarus in praxi damnatur in materia ſacrilegij.*
25 *Sacrilegium à quo iudice puniatur.*
26 *Sacrilegus quomodo puniatur.*
27 *Sacrilegij pœna eſt arbitraria.*
28 *Laicus iudex neminem ab Eccleſia extrahere poteſt ſine licentia Epiſcopi.*
29 *Laicus iudex Eccleſiaſticum non poteſt præuenire quoad pœnas ſpirituales.*
30 *Iudex laicus, & Eccleſiaſticus quomodo procedere poſſit in ſacrilegio.*
31 *Præuentio quomodo detur inter iudicem laicum, & Eccleſiaſticum.*

*cleſiaſticum.*
32 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt laicos carcerare, & punire etiam temporaliter.*
33 *Eccleſiaſticus Iudex poteſt imponere omnes pœnas, non tamen ſanguinis.*
34 *Laicus condemnatur ad triremes ob verba obſcœna contra Sacerdotes.*
35 *Iudices Eccleſiaſtici cenſuris non vtuntur, niſi executio realis, perſonalis fieri non poſſit.*
36 *Adulterium poteſt puniri ab Eccleſia, & quomodo.*
37 *Verbum,* Vlciſci, *quid importet.*
38 *Verbum,* liberè fieri, *quid importet.*
39 *Eccleſia habet omnem poteſtatem in laicos in ſuis cauſis.*
40 *Feſtos dies non obſeruantes à quo iudice puniendi.*
41 *Giurba quomodo intelligendus ſit.*
42 *Præuentionem an habeant Iudices Eccleſiaſtici in Regno Neapolitano.*
43 *Eccleſiam intus dicentes verba obſcœna quomodo puniantur.*
44 *Pœna temporalis an poſſit imponi à Iudice Eccleſiaſtico contra laicos.*
45 *Præuentio realis an præferatur verbali etiam anteriori.*
46 *Mandatum exequenti actus tribuitur.*
47 *Reus, qui ab Eccleſia non poteſt extrahi à laico, non poteſt etiam ab Eccleſiaſtico.*
48 *Epiſcopus punit delinquentem in Eccleſia quando non eſt tradendus foro ſeculari.*
49 *Exceptio eſt de genere regulæ.*
50 *Sacrilego an imponatur pœna temporalis ab Eccleſiaſtico.*
51 *Clarus reprobatur dicens Eccleſiaſticis non licere carcerare laicos.*
52 *Cenſuris quando Prælatis vti liceat.*
53 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt facere executiones reales, & perſonales contra laicos.*
54 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam.*
55 *Epiſcopus poteſt carcerare laicos, etiamſi id ius non præſcripſerit.*
56 *Epiſcopus mulctat laicos quibuſcumque pœnis in cauſis ſui fori.*
57 *Mixti fori in cauſis Iudex Eccleſiaſticus non poteſt impediri à laico.*
58 *Mixti fori cauſæ dicuntur Eccleſiaſticæ, ſi Eccleſiaſticus præuenit.*
59 *Pœna triremium imponitur in ſacrilegio.*
60 *Laicus poteſt puniri ab Eccleſiaſtico pœnis contentioſis.*
61 *Sacrilegus quomodo puniatur de iure ciuili, & canonico.*
62 *Pœna triremium ſucceſſit loco pœnæ deportationis, & damnationis in metallum.*
63 *Iudex Eccleſiaſticus non dat pœnam ſanguinis, cæteras imponere poteſt.*
64 *Triremium pœna cui aſſimiletur.*
65 *Triremium pœna eſt cognita de iure canonico.*
66 *Sacerdotes poſſunt damnari ad triremes.*
67 *Miſſas duas eadem die celebrans quomodo puniatur.*
68 *Blaſphemus clericus quomodo puniatur.*
69 *Eccleſia imponit quamcumque pœnam corporalem, excepta pœna ſanguinis.*
70 *Iudex Eccleſiaſticus an poſſit laicos punire pœna perpetui carceris.*
71 *Dictio,* Etiam, *implicat caſum minus dubitabilem, & explicat magis dubitabilem.*
72 *Pœnas corporales quaſcumque imponunt iudices Eccleſiaſtici.*
73 *Arma portans ad Eccleſiam, vel in ea poteſt eis ſpoliari à iudice laico.*
74 *Ius canonicum eſt ſeruandum etiam in terris Imperij.*
75 *Iudici laico non licet in Eccleſia facere actum iuriſdictionis.*
76 *Cæmeterium gaudet priuilegio Eccleſiæ.*
7 *Iudex laicus non poteſt ſpoliare armis laicum in Eccleſia, vel Cæmeterio.*
78 *Doctori diſtinguenti ſtandum eſt.*
79 *Armorum vſus clericis eſt interdictus.*
80 *Arma auferre alicui in Eccleſia ad quem ſpectat.*
81 *Eccleſia ſubiicitur Epiſcopo, & non iudici laico.*
82 *Arma auferre clerico an liceat iudici laico.*
83 *Clericus non poteſt ſpoliari armis à iudice laico, ſed ei licet reſiſtere.*
84 *Executiones laicorum non fiunt in Eccleſia vel Cæmeterio.*
85 *Conſuetudo contra canones non valet.*
86 *Conſuetudo contra ius quantum tempus requirat.*
87 *Decretum ſacræ Congregationis, ne confugientes ad Eccleſiam armis ſpolientur.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi iuriſdictionis dixi rectè fuiſſe con-
demnatum ad triremes quendam Simonem laicum, qui
poſt homicidium in platea commiſſum inſecutus eſt al-
terum intra Eccleſiam S. Ioannis, vbi eum vulnerauit
cum effuſione ſanguinis: & pro defeſione meæ ſententiæ
dixi poſt Bullam Gregorij XIV. de immunitate Eccleſiæ,
non eſſe ampliùs diſputandum, an delinquens in Eccle- 1
ſia, gaudeat eius immunitate, & tradendus ſit iudici ſe-
culari ab eo puniendus. Nam licet antea de hoc ſatis
controuerteretur, tamen hodie vigore dictæ Bullæ de-
linquentes in Eccleſiâ non poſſunt tradi Curiæ ſæ-
culari, niſi in caſu homicidij, vel mutilationis mem-
brorum in Eccleſiis, vel earum Cæmeteriis commiſſo- 2
rum, vt legitur in eadem Bulla, *in verſ. Quive homicidia,*
*& mutilationes*, quam refert Prax. Archiep. *cap.22. poſt*
*num.12. in fin.* & ita tenent Ambroſin. *in tract. de immun.*
*Eccl. cap.5. num.1. in fin.* & *num.6.* Farinac. *in prax. quæſt.28.*
*num.53. in fin. verſ. vide tamen*, & *in tract. de immun. Eccl.*
*cap.16. num.*208. Alex. Peregr. *eod. tract. de immunit. Eccl.*
*cap.6. num.*14.15.20.26.27. vbi tollit contraria, & oſten-
dit non licere Bullam prædictam ad alia delicta in Eccle-
ſia commiſſa extendere, excepto homicidio, & mutila-
tione, etenim omnia ad vnam tantùm reduxit formam,
vt in eà legimus; & ideò cum habeamus caſum legis, 3
ſcilicet Bullæ Gregorianæ, nihil vlteriùs eſt quæren-
dum, ad textum *in l. ancillæ, C. de furt. cum vulg.* ſic etiam
Antonin. Dian. *mor. reſol. lib.1. tract. de immun. Eccl. reſol.2.*
quem poſt hæc ſcripta vidi.

Verùm ne delicta remaneant impunita, & Eccleſia
non efficiatur aſylum malorum hominum, & ſacrile- 4
gorum, factum eſt, vt ille, qui excepto homicidio, &
mutilatione, alia commiſerit delicta in Eccleſia etiam
ſæculari, puniendus ſit ab Epiſcopo, & quo ad ipſum
priuetur beneficio Eccleſiæ, quam offendit, quia ratione
delicti efficitur de foro Eccleſiæ, eò quòd iniuria Eccle-
ſiæ facta ab ea vindicari, & puniri debeat, ad textum 5
*in cap. cùm ſit generale*, vbi DD. *de for. competent.* & *cap.*
*ſignificaſti, de adult.* Abb. *in cap. relatum, n.1. verſ. & ex*
*hoc, de ſententia excommun.* & ita tenent in his terminis
Mar. Ital. *tract. de immunit. Eccl. lib.1. cap.3. §.2. num.2.*
& *cap.4. §.7. num.13.14.* & *cap.5. §.3. num.53.* vide Fa-
rinac. *d. tract. de immun. Eccl. d. cap.16. num.*209. Antonin.
Dian. *d. tract. de immun. Eccl. reſol.2. verſ. licet tales, part.1.*
Bonacin. *de immunit. Eccl. diſp.3. quæſt.7. §.4. numer.8. verſ.*
*concedo*, & Alex. Peregr. *eod. tract. c.6. n.28.* vbi etiam di-
cit, quòd dum reus eſt in Eccleſia, non datur locus præ- 6
uentioni reſpectu iudicis ſęcularis, & *n.29* hoc limitat nō
procedere, ſi delictum ſit leue, quia tunc neq; iudici Ec-
cleſiaſtico licebit delinquētem in Eccleſia ab ea extrahe-
re, & punire: ſi verò delictū ſit graue, ſicut Eccleſiaſticus 7
iudex poteſt punire, ita poterit ab Eccleſia reum extrahe-
re, quia hęc parificantur. Diaz *in pract. crim. c.87. verſ. illud,* 8
& ratio eſt, quia reus deliquit intra territorium Eccleſiæ,
& in loco eius iuriſdictionis, & ſi poteſt punire, poteſt
etiam extrahere, quia qui vult conſequens, vult etiam om-





9 ne neceſſarium antecedens, & vno conceſſo omnia vi-
dentur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud, ad textum
*in l.2.* vbi Bart. & DD. *ff. de Iuriſd. omn. iud.* & *in §. li-*
*cet, in fin. Inſtit. quibus ex cauſ. manum. lic.* Lud. Sacca
*conſ.145. num.16. lib.2.*

Non obſtant in contrarium adducta, & primo com-
munem eſſe opinionem, quòd laicus committens in Ec-
cleſia delictum ſeculare non debeat puniri per Iudicem
10 Eccleſiaſticum, ſed per ſecularem, vt poſt Bart. *in d. l. ſi*
*cui, §. fin. num.3. ff. de accuſat.* Abb. *in cap. fin. num.5.* &
*in cap. inter alia, num.29. de immun. Eccl.* & *in c. cum ſit*
*generale, num.27. de for. compet.* Ang. *de malef. in verb. in*
*ſcalis S. Petronij, num.27. de for. compet.* & ibi Aug. &
cum eis Didac. *var. reſol. lib.2. cap. vlt. ſub num.18. verſ.*
*trigeſimoquintò*, Clar. *in §. fin. q.38. n.17.* Rol. *conſ.24.*
*n.5.6. lib.2.* Farinac. *in prax. q.28. n.62.* Lopez ad Diaz
*pract. crim. c.87. in princ.*

Nam reſpondeo, & in primis dicere poſſem, immo
multos ſentire, quòd ſolus Iudex Eccleſiaſticus poteſt
in hoc ſacrilegij delicto procedere, vt per Cyn. *in l. præ-*
*ſenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* Verùm quia in praxi in-
hærendum eſt opinionibus communibus, & magis pra-
11 cticabilibus, dico, quòd ille, qui delinquit in Eccleſia
vulnerando, vel alia delicta faciendo, dicitur committere
ſacrilegium ſecundùm canones punibile, ad textum *in*
*cap. ſicut, cap. ſi quis, cap. quiſquis, §. ſacrilegium,* & *cap.*
*ſi quis 17. quæſt.4. cap. docet, de immun. Eccl. in 6.* Innoc.
*in cap. cùm pro cauſa, num.1. in fin. de ſent. excommunicat.*
Soc. *in c. cùm ſit generale, in fin. de for. compet.* Tuſch.
*in verb. ſacrilegium, concl.6. num.12.* vbi pulchrè Decian.
*tractatu crim. lib.4. cap.26. ſub num.1.* Farinac. *d. quæſtio-*
*ne 28. num.62. in fin.* Cabal. *reſol. crim. 194. num. 5.7.*
March. *de iuriſd. part.2. cap.11. num. 23.* Bellet. *diſp.*
*cler. titulo de fauor. cler. real. §.4. num.20.* Alex. Peregr.
*de immunit. Eccl. cap. 6. num.28.* pulchrè etiam Me-
noch. *de arb. ind. caſ.389. n.33.34.35.* Guazzin. *in tract.*
*de defenſ. lib.1. def.1. cap.11. num.19. ad fin.* & *ad n.20.*
*in fin.*

Et ideò cùm ſacrilegium ſit delictum mixti fori, ſiue
12 peccetur offendendo Eccleſiam, ſiue perſonas, aut res
Eccleſiaſticas, ſequitur iure optimo poſſe iudicem Ec-
cleſiaſticum procedere contra laicum in Eccleſia delin-
quentem (de clerico enim non eſt dubitandum) vel ali-
ter ſacrilegium committentem, adeo, vt ſit locus præ-
uentioni inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, ſe-
13 cundùm veram, & communem ſententiam, ad textum
*in d. cap. cùm ſit generale,* vbi Hoſt. & Mar. Soc. *de for.*
*compet.* & *in Auth. item nulla Communitas,* vbi Salic. *C. de*
*Epiſc. & cler.* Abb. *in cap. ſi clericus laicum, num.1.2.12.*
*de for. compet.* & *in cap. inter alia, num.29. verſ. ergo, de*
*immun. Eccl.* Couar. *var. reſol. lib.2. cap.20. num.18. verſ.*
*trigeſimoquintò, in fin.* Tuſch. *in verb. immunitas, concl.59.*
*num.6.* Graſſ. *de effect. cler. eff.1. num.645.* Decian. *d. c.26.*
*num.1.* Farinac. *in prax. q.18. num.132.* vbi reſpondet
contrariis, & *quæſt.28. num.62. in fin.* Caualc. *de brach.*
*reg. p.1. ſub num.75. verſ. at cùm*, Lopez *ad Diaz d. loco.*
Bellet. *d. §.4. num.9.* Baiard. *ad Clar. d. §. fin. q.38. n.51.*
Marth. *d. cap.11. num.20.21.22.23.* Giurb. *conſ.70. n.10.*
11.12. vbi multos allegat, pulchrè, & latè Caball. *d. re-*
*ſol.194. num.7.8.* vbi plurimos congerit: idem tenet Bo-
nac. *tract. de leg. diſp.10. quæſt.2. punct.1. §.1. n.32.* Mar.
Antonin. *lib.3. reſol.38. num.2.* Leo *in Theſaur. for. Eccleſ.*
*p.1. cap.13. num.23.* Menoch. *d. caſ.389. num. 33. 36.*
Guazzin. *tract. ad defenſ. lib.1. defenſ. 1. cap.11. num.19.*
*verſ. ſed*, & *num.20. verſ. qui omnes*: vbi inquit, quòd
omnes conueniunt in hoc, vt Iudex Eccleſiaſticus etiam
in delictis ſecularibus poſſit punire laicos in Eccleſia de-
linquentes pœnis etiam temporalibus.

Et propterea nihil nocet Bart. *in d. l. ſi cui, §. fin. ff. de*
*accuſat.* primò quia dum dicit, quod contra delinquen-
14 tem in Eccleſia debet procedere Iudex laicus, intelligi
debet, quando ille delinquens laicus facit homicidium,
vel mutilationem in Eccleſia, & ita eſſe ex eo compre-
hendítur, quia Bart. allegat textum *in d. cap. fin. de im-* 15
*mun. Eccl.* vbi de prædictis tantùm fit mentio, & certum
eſt, quod delictum Doctoris debet intelligi ſecundùm
iura, & doctrinas, quas allegat. Bald. *in Auth. ſed iam* 16
*neceſſe, C. de donat.* Pariſ. *conſil.71. num.12. lib.3.* Rol.
*conſil. 39. num.32. lib.4.* Surd. *conſ.9. num.50. lib.1.* Gra-
tian. *diſc.689. num.28.* Quòd nos non negamus ſtante
Bulla Gregoriana, quæ ſic delinquentes in Eccleſia
priuat immunitate, & mandat tradi Curiæ ſeculari,
ſeruata forma illius: ad rem Guazzin. *in d. tract. lib.1.*
*defenſ.1. c.38. n.26.*

Deinde doctrina Bartoli *in d. l. ſi cui, §. fin.* eſt intelli-
genda, vel quando tractatur de imponenda pœna ſan-
guinis, quam Iudex Eccleſiaſticus imponere non po- 17
teſt, vt benè declarat Card. Tuſch. *pract. concl. litera I.*
*concl. 59. num.13.* vel in caſu, quando ſecularis habuit
præuentionem, quod ſatis colligitur tum ex verbis Bar-
toli, tum ex lege, quam allegat; dum enim quærit,
an delictum in Eccleſia factum debeat punire Iudex lai-
cus, vel Eccleſiaſticus, reſpondet dicens, certò Iudex
laicus; nec debet fieri remiſſio ad iudicem Eccleſiaſti-
cum. Dum enim loquitur de remiſſione facienda, ſup-
ponit reum fuiſſe in manibus iudicis ſecularis, cùm re-
miſſio ſupponat habitum, ad textum *in l. manumiſſiones,*
*ff. de iuſt. & iur. l. decem, de verb. oblig. l. non poteſt vi-* 18
*deri, de reg. iur.* Menoch. *conſ.241. num.27.* Surd. *deciſ.*
*345. n.8. lib.2.*

Et allegata etiam *l. ſi quis in hoc, C. de Epiſc. & cler.*
idem comprehenditur, ſiquidem in ea Imperator decernit,
quòd Præſes Prouinciæ animaduertat in eos, qui iniu-
riant Eccleſias, & earum miniſtros, & non expectet, vt
Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat: ex qui-
bus verbis apertè colligitur, loqui in caſu, quo laicus
Iudex præuenerat; id enim ex verbo, *Expectet*: elici-
tur, cùm expectare conueniat illis, qui priùs ad locum
præuenerint.

Tertiò reſpondetur, opinionem Bartoli intellectam in
ſenſu ex aduerſo allegato eſſe communiter reprobatam,
cum ſit contra canones expreſsè, vt habetur *in d. c. cùm*
*ſit generale*, vbi DD. *de for. compet.* vbi habetur, quòd 19
Eccleſiaſticus iudex eſt competens in cauſa ſacrilegij 20
contra laicos, & eam opinionem eſſe communiter repro-
batam teſtatur Card. Tuſch. *d. litera I. concl. 59. num.9.*
*in verb. Immunitas*, vbi etiam optimo dilemmate eam
confutat dicens, quod ſi dicta *l. ſi quis, C. de Epiſc. &*
*cler.* ſuper qua Bartolus ſe fundat, non dicit id, ad quod
ipſe eam allegat, ille mendax eſt, & nos habemus inten-
tum; ſi verò ita diſponit, prout ipſe dicit, non valet,
quia eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; non enim
potuit Imperator tollere iuriſdictionem Eccleſiæ compe- 21
tentem. Innoc. & DD. *in cap. nouerint, de ſent. excommu-*
*nicat.* & de communi teſtatur Dec. *in Auth. caſſa, num.18.*
vbi Bart. & DD. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Clar. *in d. §. fin.*
*quæſt.77. num.8.* Tuſch. *d. concl. 59. num. 9.* vnde eſt
quòd omnes leges ciuiles de Epiſcopis, & clericis, ac
ſacroſanctis Eccleſiis tractantes, quatenus præiudi-
cant Eccleſiæ, & ligant Eccleſiaſticos, hodie ſunt inua- 22
lidæ ex defectu poteſtatis, quia Princeps poteſt qui-
dem coadiuuare clericos, & Eccleſias, non tamen eis
auferre beneficia à iure illis conceſſa: ita Abb. *in cap.*
*Eccleſia S. Mariæ, num.10.* vbi Felin. *num.40.* Dec. *n.88.*
*de conſtit.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt.28. num.7. verſ.*
*nec dicatur.* Caccialup. *in rep. l.1. numer.189. C. de*
*ſumm. Trin.* Tuſch. *d. concl. 59. num. 11. 12. 13.* quem
videas.

Sublatis igitur Bartoli fundamentis, & eius opinione,
cæteri eius ſequaces non ſunt habēdi in conſideratione,
quia eis accōmodantur eædem reſponſiones, tamen verè
non obſtant Abb. & Couar. in locis allegatis, quia non
dicunt, quòd ſolus iudex laicus ſit competens in cauſa
ſacrilegij, ſed bene, quod etiam Eccleſiaſticus poteſt pu-

23 nire laicos, vt inquit Abb. *in d. cap. inter alia, num.29. verſ. ego ſic,* & *in c. fin. num. 5. in fin. de immun. Eccl.* vbi inquit, quòd laicus de hoc delicto ſacrilegij poſſit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum, & Couar. *in d. cap.20.num. 38. verſic. trigeſimoquintò, in fin.* ait, quòd iudex laicus ratione ſacrilegij poterit aduerſus delinquentes in Eccleſia quoad eius pœnam procedere: ita etiam Menoch. *d. caſ.389.n.33.36.*

Minùs obſtat Clar. §. *fin. dicta quæſt.38.num.17.* teſtans de communi, quòd ſolus iudex laicus procedat in cauſa ſacrilegij, & quod opinio Bartoli in hoc ſit magis com- 24 munis. Nam id falſum eſt, & Clarus in hoc errauit, & ideò eius opinionem erroneam eſſe dixit Card. Tuſch. *d. verb. immunitas, d. concluſ.59.n.8.* vbi etiam id perbellè probat: non enim eſt verum, quòd Rol. *in d. conſ. 24. lib.2.* dicat opinionem Bartoli eſſe magis communem, ſed ſolùm dicit, quod contra Petrum, & Cynum eſt communis opinio, qui tenebant, quod ſolus Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere in cauſa ſacrilegij, quia verius eſt ad vtrumque iudicem id poſſe ſpectare, cum ſit cauſa mixti fori, & ipſe Rolandus allegat multos alios, qui licet teneant contra Cynum, tamen tenent etiam contra Bartolum, & ſequuntur opinionem, quòd vterque iudex procedere poſſit ſecundum ordinem præuentionis: & ideò contra Clarum tenet etiam Farinac. *in prax. d. quæſt. 8.* 25 *num.123. verſ. & licet*, vbi reſpondet etiam ad illud, quòd atteſtatur Clarus, ſcilicet ſeruari ita in Francia, & in ſtatu Mediolani, quia ſi id verum eſt, non excedit fines illorum locorum; ſed non eſt verum, quod etiam in illis partibus laici exerceant iuriſdictionem priuatiuè quoad Iudices Eccleſiaſticos; ſed quòd laici procedunt, niſi præueniātur ab Eccleſiaſticis, quod quia rarò euenit, putat Clarus id eſſe, quia Eccleſiaſtici nequeāt procedere, ſed allucinatus eſt; & ideò perbellè contra Clarum tenuit etiam Caball. *d. reſol.194. n.8. verſ. non tamen dico*, vbi etiam lætatur ſe inueniſſe Farinacium ſocium non leuem ſecum ſentientem, & ſic omnes concludunt, quòd etiam Eccleſiaſticus procedere poſſit, & punire laicos data præuentione: & Clarum quoque damnat Menoch. *d. caſ.389.n.36.*

Non obſtat etiam Lopez *ad Diaz, d. cap.87. verſ. illud,* & *verſ. ſunt tamen.* Quia non negat, quin Eccleſiaſticus procedere poſſit; & licet dicat, quòd laicus cognoſcit de vulnere, & Eccleſiaſticus de ſacrilegio, tamen *in verſ. alij verò, ad fin.* dicit, quod tribunalia Eccleſiaſtica eam opinionem minimè obſeruant, & ſibi placet, quòd ſacrilegus puniatur pœna condigna, vt reſipiſcat, & am- 26 plius non audeat rem ſacram offendere, allegat Octauian. *deciſ. Pedem. 103. num.7.* vbi inquit pro ſacrilegio licere Iudici Eccleſiaſtico imponere contra laicum pœnas 27 temporales & contentioſas; hæc enim materia eſt arbitraria. Menoch. *de arb. caſ.389. n.18.*

Non obſtat Farinac. *in prax. d. quæſt. 28. num. 62.* quia licet dicat, quòd delinquens in Eccleſia, ſi laicus eſt, per Iudicem ſecularem extrahi, & puniri poteſt, tamen in vltima editione in fine eiuſdem numeri concludit, quod ratione ſacrilegij poteſt etiam Iudex Eccleſiaſticus procedere, ſi vult, & in additionibus ad opera impreſſa allegat ſuper hoc Caball. *d. reſol. 194.* qui nobiſcum tenet. Reſpectu autem extractionis Farinacius ita ſcripſit, quia dictam quæſtionem compoſuit ante editam Bullam Gregori XIV. qua vetatur talis extra- 28 ctio abſque licentia Epiſcopi. Farin. *de imm. Eccl. cap.2. num. 24.* & *cap. 21. num. 356.* vbi allegat multas rationes, & auctoritates, & *n. 359.* vbi inquit, omnem controuerſiam hodie fuiſſe ſublatam ex dicta Bulla, vbi expreſsè cauetur non poſſe iudices ſeculares ſine Epiſcopi licentia aliquem ab Eccleſia extrahere, etiam in caſu excepto.

Nec prædictis aduerſatur, quod opponitur etiam, ſcilicet quòd quando in Eccleſia committitur delictum merè ſeculare, quod habet annexum ſacrilegium, velut ſi ſanguinis effuſione polluatur Eccleſia, tunc poteſt Iudex Eccleſiaſticus punire laicum pœnis ſpiritualibus pro ſacrilegio, abſtrahendo ſacrilegium ab homicidio, ſeu vulnere, cuius temporalis punitio iudici ſeculari relinquenda eſt, qui ſi præuenerit, trahet etiam ad ſe totum negotium, eo quod ſacrilegium ſit mixti fori: ita ex Abb. *in d. cap. inter alia, num.29. de immunit. Eccl.* & Rol. *d. conſil. 24. num.9. lib.2.* Farinac. *dict. quæſt.28. num.62. in fin.*

Quia reſpondetur hanc diſtinctionem non ſubſiſtere, & non eſſe admittendam, niſi velimus confundere omnes doctrinas Legiſtarum, & Canoniſtarum: ius enim præuentionis reduceretur ad pœnas ſpirituales, & ſic nunquam Iudex Eccleſiaſticus poſſet punire laicum, niſi pœnis ſpiritualibus, à quibus oporteret etiam ceſſare, ſi laicus præueniſſet, quod eſt abſurdiſſimum, quia præuentio non datur, niſi quoad pœnas quæ poſſunt imponi ab vtroque foro, & ideò laicus non poteſt præuenire vnquam quoad pœnas ſpirituales, quarum imponendarum incapax eſt, ſicut Eccleſiaſti- 29 cus non poteſt præuenire laicum quoad pœnam ſanguinis: ita Tuſch. *d. concluſ.59. numer.13. verſ. aliàs eſſet*, & *num. 15.* vbi adducit rationes, & auctoritates. Guaz. *tract. de defenſ. lib 1. defenſ.1. cap.11. num.20. in fin.*

Et propterea ſi verum amamus, & probatas concluſiones ſequimur, dicendum eſt, quòd in cauſis ſacrilegij, & mixti fori, ſi agitur de puniendo laico (non enim de clerico quiſquam dubitat, quin ſolus Eccleſiaſticus cognoſcat) & tractetur de imponenda pœna ſanguinis, ſolus Iudex ſecularis procedit, ſi verò de pœna ſpirituali, ſocus Eccleſiaſticus eſt competens, ſin agatur de aliis pœnis temporalibus, & contentioſis, locus eſt præuentioni, & Iudex Eccleſiaſticus præueniens poteſt punire 30 laicum in pœnis non ſolum ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus & contentioſis, & pecuniariis, & datur electio accuſatori, ſi extat, coram quo iudice, ſiue Eccleſiaſtico, ſiue laico velit accuſare: ſic probatur per textum *in d. cap. cum ſit generale*, vbi Felin. *num.11. de for. compet.* Abb. *in cap. tuæ, num.6. verſ. quia*, vbi Add. *n.3. de procur.* pulchrè Tuſch. *d. concl.59. num.13. verſ. quando agitur*, meliùs vide Decian. *tractat. crim. lib.4. cap.26. num.1.* & *num.22.* quem ſequitur Bellet. *d. §.4. num.9.* ita etiam dicit perbellè Marth. *de iuriſd. p.2. d. cap. 11. num. 20. 21. 22. 23.* & meliùs vide Caball. *d. reſol. crim. 194. num.10.11.* vbi inquit, quòd quando agitur ad pœnam 31 corporalem ſanguinis, eam imponet ſolus iudex laicus; quando verò ad pœnam excommunicationis, vel ſimilis, ſolus Eccleſiaſticus: ſin agatur de pœna pecuniaria, vel alia ſimili, vterque poterit procedere: non diſſentit Menoch. *d. caſ.389. num.33.* Guazzin. *d. cap.11. num.20. ad fin.*

Et ſanè non eſt dubitandum, quin Iudex Eccleſiaſticus non poſſit imponere laicis pœnas temporales in cauſis mixti fori, & eos carcerare, quia quoad eas tantum datur præuentio, & propterea concludunt DD. quòd in his, quæ mixti fori eſſe dicuntur, poteſt Ec- 32 cleſiaſticus imponere quaſcumque pœnas temporales, & contentioſas, ſi præuenit, excepta pœna ſanguinis: ita Hoſtienſ. *in d. cap. cùm ſit generale*, vbi Socin. *in fin.* & Felin. *num.11. de for. comp.* pulchrè Cacheran. *deciſ. pedem. 103. num.7.* vide Tuſch. *littera S, concl.6. num.12.* vbi pulchrè dicit, quod in his cauſis Iudex Eccleſiaſticus punit laicum in omnes pœnas ex delicto, per quas 33 non imponitur pœna ſanguinis, & ſi eſt irroganda mors, traditur Curiæ ſæculari; idem Card. Tuſch. *littera I. concl.59. num. 13. ad fin.* Decian. *d. tract. crim. lib. 4. cap 26. num.1.* Gracch. *ad Clar. in §. ſacrilegium, num.1.* Caball. *d. reſol. 194. num. 11.* Prax. Archiep. Neap. *cap. 8. num. 8.* vbi inquit fuiſſe quendam laicum ob verba obſcœna in contemptum Sacerdotum prolata ad triremes condemnatum; & *in cap. 13. num. 3.* vbi inquit

vetiorem



34 veriorem eſſe opinionem, quòd laici in caſibus, in quibus poſſunt conueniri coram Epiſcopo, poſſunt etiam ab eo carcerari, & aliis pœnis temporalibus puniri, & quod hodie iſtud eſt expreſſum in Concil. Trid. *cap. 3. ſeſſ.25. de reform.* vbi diſponitur, quod Iudices Eccleſiaſtici non procedant ad cenſuras, niſi quando realem, 35 aut perſonalem executionem facere non poſſunt contra reos etiam laicos: nec à prædictis diſſentit Lopez *ad Diaz d. cap. 87. verſ. apud Hiſpanos*, & *verſ. pœna verò.* vbi ait, quòd Iudices Eccleſiaſtici laicos ſacrilegos poſſunt in carcerem mittere, & punire, & quod ſolet eis imponi pœna pecuniaria, quæ locis piis applicatur, pro modo, & conſuetudine regionis: ad rem Guazzin. *in tract. de defenſ. lib.1. defenſ.1. cap.11. num.19. verſ. ſed,* & *n.20. verſicul. qui omnes.*

Et hoc non ſolùm probatur dicto Conc. Trid. *c.3. ſeſſ. 25.* ſed etiam iure communi, & primò per textum *in c.1.* 36 *de off. ordin.* vbi dicitur, quòd Epiſcopi liberam poteſtatem habeant adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare ſecundùm quod canones cenſent ſine impedimento alicuius: nam verbum, *vlciſci*, ſignificat pœnæ 37 impoſitionem, ad textum *in l.1. in fin. C. ſi ſeru. aut liber ad decur. aſp. lib.10. l. cùm vir nubit, C. de adult.* & verbum, *liberam*, ſignificat ſine alicuius requiſitione, *cap. de multa*, vbi Abb. *num.3. de præb. cap. pen. de pœn. &* 38 *remiſſ.* Iaſ. *in l. Centurio, num.47. de vulg. & pupil.* vbi inquit, quòd illud dicitur fieri liberè, quod alterius non indiget miniſterio. Vnde cùm in crimine adulterij, & aliis canones iubeant ſæpe pro pœna in carceres detrudi, & etiam virgis affici, ad textum *in cap.2. de adult.* & *in cap. contra idolorum 26. quæſt. 5.* ſequitur, quòd Iudex Eccleſiaſticus poſſit laicos carceri mancipare, & pœnis etiam afflictiuis, non tamen ſanguinis, afficere: nec mirum, quia in cauſis ſui fori omnem poteſtatem habet in laicos, vt inquit Ægid. Boſſ. *in prax. crim. in tit. de for.* 39 *compet. num. 159.* Hieron. Gattic. *in collect. allegat. pro immunit. Eccl. fol. 232 233.* vbi multas alias rationes adducit.

Vnde non bene dixit Mar. Giurb. *d. conſ.70. num. 16.* inueteratam eſſe Regni praxim, quòd iudices laici in his, quæ mixti fori ſunt, quoad pœnas temporales ipſi ſoli cognoſcant, Eccleſiaſtici verò quoad ſpirituales, quia hoc non eſt verum neque in iure, neque in facto; ſiquidem in Regno apud Tribunalia, quæ non claudunt oculos, aliter practicatur, vt videre eſt apud Prax. Archiep. Neap. *d. cap. 8. num. 8.* vbi habetur, quòd quidam laicus fuit publicè fuſtigatus, & ad triremes condemnatus de ordine Curiæ Epiſcopalis Montis Marani pro verbis, & actibus turpibus in contemptum Eccleſiæ, & Sacerdotum factis, & pro falſitate: & *in d.* 40 *cap.13. num.3.* teſtatur, quod Curia Eccleſiaſtica procedit contra non obſeruantes dies feſtos ad pœnam pecuniariam, & ſubiungit in Regno adeſſe Capitulum 104. quo diſponitur Prælatos in criminibus ſui fori cognoſcere liberè contra laicos, & eos punire, adeo vt nec Officiales laici poſſint ſe intromittere.

Et in iure quoque errat Giurb. *d. conſ. 70. num. 16.* quia allegat Bart. *in d. l. ſi cui, §. fin. num.3.* communi- 41 ter reprobatum, & qui non ferit caſum noſtrum, vt vidimus. Et allegat etiam Farinacium *d. quæſt.28. n.62.* vbi tamen in fine tenet pro Iudice Eccleſiaſtico. Et ſimiliter allegat Card. Tuſch. qui tamen eſt defenſor acerrimus noſtræ opinionis *in d. littera I, concl.59. num.8. 9. 13.15.* vt vidimus, & aliis patet reſponſio ex iam deductis. Verùm ſi placet Giurbam prædictum ſaluare, intelligendus eſt, quando tractatur de imponenda pœna ſanguinis, prout loquitur ab eo allegatus Tuſch. *d. littera S. concl.6. num.12.* & *littera I. concl.59. n.13.*

Et ſimiliter non obſtat Duard. *in Bullam Cœn. Domini lib.2. can.15. quæſt.5. num.2.* vbi ipſe quoque teſtatur in in Regno Neapolitano propter Bullam Honorij III. & 42 antiquam conſuetudinem non dari præuentionem iudicibus Eccleſiaſticis, niſi quoad cenſuras: tum quia vidimus non eſſe verum, & quatenus extaret Bulla prædicta Honorij, & conſuetudo, eis derogatum eſt per Concil. Trid. *d. ſeſſ.25. cap.3. de reform.* quod habet decretum irritans, & tollit conſuetudines, mandatque prius fieri executiones reales, & perſonales, etiam contra laicos, antequam deueniatur ad cenſuras; & ſi in Hiſpania ſeruatur, vt Eccleſiaſtici carcerare poſſint laicos, & punire etiam pœnis pecuniariis, vt per Lopez *ad Diaz in pract. crim. d. cap. 87. verſ. apud Hiſpanos,* & *verſ. pœna verò*, multò magis id ſeruari debet in Regno, quod ſubiicitur Regi tam Catholico, & potentiſſimo.

Et verè non eſt dubitandum, quin Iudex Eccleſiaſticus non poſſit punire laicos delinquentes in Eccleſia pœnis temporalibus, ſiquidem videmus Pium V.S.M. 43 Pontificem in ſua Bulla, quæ incipit: *Cum primùm Apoſtolatus*, edita Kalend. Aprilis 1566. *in verſ. Vt igitur*, ſtatuiſſe, vt pœnis pecuniariis, & aliis arbitrio mulctarentur etiam laici, qui in Eccleſia habent fœda colloquia vel actus faciunt inhoneſtos, vel diuina perturbant officia, & vt in ea, de qua mentionem fecit etiam Alex. Peregr. *de immunit. Eccl. d. cap.6. numero 28.*

Cætera non obſtant, nam ſemper habent pro fundamento doctrinam Bartoli ſuperius nominati, quæ reprobatur, & ideo eodem modo tollitur auctoritas Carol. de Graſſ. *d. tract. de eff. cler. eff. 1. num. 620.* vbi vult, quod in crimine ſacrilegij Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere tantum cenſuris contra laicos, laicus verò pœnis temporalibus, quod ſuperiùs falſum eſſe demonſtrauimus, tum ex Concilio Tridentino, tum ex ſacris Canonibus, & ipſe quoque ſe fundat in doctrina Bartoli, quam non eſſe attendendam diximus, 44 quia verius eſt, & receptius quod Iudex Eccleſiaſticus poſſit punire etiam laicos pœnis temporalibus, excepta pœna ſanguinis, ſi præuenerit in captura: & hinc eſt, quod in hoc Regno pauperes Epiſcopi vtplurimum non habent familiam armatam, & ideo nunquam præueniunt iudices laicos in capiendo reo, quod dedit materiam multis exiſtimandi, quod ſolis cenſuris procedere poſſint.

Hîc autem non eſt verum, quod forus ſecularis præuenerit verbaliter, aut realiter, cùm Curia Epiſcopalis incontinenti poſt delictum ſub eius oculis commiſſum inceperit procedere, & reum in Eccleſia arreſtauerit, vnde dato etiam, quod iudex ſecularis verbaliter præueniſſet, adhuc tamen id ei nihil prodeſt, quia ille iudex dicitur præueniſſe, qui reum capiendo præuenit, licèt alter priùs 45 reum verbaliter citaſſet: ita Soc. *in cap. propoſuiſti, quæſt.8. de for. compet.* Ang. *de malef. verb. iudex commiſit, num. 14.* Marſil. *in l fin. num.206. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Boſſ. *in prax. titulo de for. compet. num. 97.* Grammat. *deciſ.30. num. 6.* Decian. *de delict. lib.4. cap. 20. num. 21. 22.* Giurb. *d. conſil. 70. num.13.* Farinac. *in prax. quæſt.7. num.53.* Leo *in Theſaur. for. Eccl. cap.13. num. 23. in fin.* Bellet. *d. §. 4. num. 3.* Mar. Antonin. *d. lib.3. reſol. 38. num. 5.* Sed reus iſte fuit captus in Eccleſia, quæ eſt de territorio iudicis Eccleſiaſtici. Rol. *conſil. 24. numer. 6. lib. 2.* Aug. *ad Angel. de malef. dict. verb. in ſcalis, numero ſecundo, verſic. tu autem:* Graſſ. *dict. eff.1. numer. 617.* Ergo Eccleſia præuenit, & licèt id fecerit cum auxilio brachij ſecularis, tamen id nihil iuuat prætenſam præuentionem illius, quia ipſe in Eccleſia non habebat iuriſdictionem, & reus fuit carceratus de mandato Epiſcopi, cui idcirco dandum eſt ius præ- 46 uentionis, quia actus tribuitur mandanti, & non exequenti, ad textum *in l. item eorum, §. ſi diuiſiones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. cap.* cum aliquibus, *de rereſcript. in 6.* Crauet. *conſilio 222. num. 3.* & *conſilio 961. num.4.*

Non obſtat argumentum, quòd ſicut reus non poteſt

in

in caſibus non exceptis extrahi ab Eccleſia à iudice lai-
co, ita non poſſit ab Eccleſiaſtico. Abb. in d. cap. inter
47 alia, num. 11. de for. compet. Farinac. de immun. Eccl. cap. 2.
num. 32. qui alios allegat, quia hæc procedunt in eo qui
deliquit extra Eccleſiam, & poſtea ad eam confugit,
tunc enim non fuit in aliquo offenſa Eccleſia, aut Iudex
Eccleſiaſticus, & ideò non eſt mirum, ſi immunitas
tunc reo proſit quoad vtrumque forum. Verùm diuerſa
eſt ratio, quando delictum eſt factum in Eccleſia, quia
tunc fit iniuria Eccleſiæ, & ideo ab ea vindicari debet,
quoniam reus hoc caſu amittit priuilegium, & ra-
tione loci delicti ſortitur forum, & propterea à Iudice
48 Eccleſiaſtico poteſt puniri: ita Anch. in cap. poſtulaſti,
num. 28. verſic. vel aliter, de for. compet. Alex. de Næuo
in cap. cum ſit generale, num. 6. eod. Alex. conſil. 111. col. 1.
verſic. ſecundò, lib. 1. Graſſ. d. eff. 1. num. 619. pulchrè
Tuſch. d. verb. Immunitas, concl. 59. num. 12. & in ter-
minis Farinac. de immun. Eccl. d. cap. 16. num. 209. Alex.
Peregr. eod. tract. cap. 6. num. 28. & non eſt verum, quòd
Farinacius loquatur contra communem, quia nemo eſt
poſt Bullam Gregorianam, qui dicat delinquentem in
Eccleſia non poſſe à Iudice Eccleſiaſtico extrahi, & pu-
niri, vt ipſe dicit: & ſanè non eſt dubium, quin liceat
Iudici Eccleſiaſtico extrahere ſic delinquentem ab Ec-
cleſia vt eum puniat; nam vltra prædictos bene inquit
Bonac. tract. de immunit. Eccl. diſp. 3. quæſt. 7. §. 4. num. 8.
ad fin. his verbis: Concedo tamen hunc capi poſſe ab Ec-
cleſiaſticis miniſtris, ob ſacrilegam vulnerationam in Ec-
cleſia inchoatam, quamvis à laica poteſtate capi ne-
queat.

Nec dici poteſt Peregr. d. cap. 6. num. 82. loqui de pœ-
nis ſpiritualibus, quia expreſsè loquitur de temporali-
bus; dum enim dicit, quòd licet quantùm reſpicit ad
pœnam temporalem à iudice ſeculari datam ſacrilegi im-
munitate Eccleſiarum gaudeant; tamen propter delictum
in Eccleſia commiſſum ab Epiſcopo puniendi ſunt, ſe-
quitur, quòd Epiſcopus etiam pœna temporali delin-
quentes in Eccleſia punire poſſit, quia exceptio eſt de
49 genere regulæ. Gloſſ. & Dyn. in cap. 1. de reg. iur. in 6.
Bart. in l. ſi eum, §. qui iniuriam, ff. ſi quis caution. & in l.
in his, ff. de legib. Euer. loco ab except. ad reg. num. 1. Dec.
in l. 1. num. 20. vbi Cagnol. n. 29. ff. de reg. iur. pro ſacri-
legio autem licere Iudici Eccleſiaſtico imponere pœnam
50 temporalem contra laicum, iam ſatis demonſtratum eſt
ex Tuſch. d. littera S, concl. 6. n. 12. Cacher. d. deciſ. 103.
n. 7. Caball. d. reſol. 194. num. 11. adeo, vt in hoc nihil
ſit, de quo dubitare liceat.

Hinc patet, quantùm errauerint Clar. in prax. §. fin.
quæſt. 37. num. 8. & Decian. d. tract. crim. lib. 4. cap. 26.
51 num. 15. dicentes, non licere Iudici Eccleſiaſtico carce-
rare, aut temporaliter punire laicos in cauſis mixti fori,
niſi hoc ab Eccleſiaſtico Iudice fuerit præſcriptum.
Namque id falſum eſt, & non requiritur aliqua præſcri-
ptio, cùm iure communi Prælatis Eccleſiaſticis facultas
carcerandi, & temporaliter etiam puniendi laicos com-
petat in cauſis non ſolùm ſpiritualibus, ſed etiam mixti
fori: & quamvis ante Concilium Tridentinum hæc ſen-
tentia habuerit contradictores, tamen hodie res clara
eſt, ſtante Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 3. de re-
format. vbi ſtatutum ad continendos in officio populos
cenſuris vtendum eſſe magna cum circumſpectione, &
ab eis abſtinendum eſſe, quotieſcumque executio realis,
52 vel perſonalis fieri poterit tam in ciuilibus, quàm in
criminalibus, & priùs procedendum eſſe per mulctas, &
captionem pignorum, perſonarum diſtrictionem per
proprios Eccleſiæ, aut alienos executores faciendam, &
cùm aliàs ſuper hoc inſtante Eminentiſſimo Cardinali
Borromæo contra miniſtros regios fuerit propoſitum du-
bium in Congregatione Deputatorum per Sanctiſſimum
D. N. Pium V. facta ſub die quinta Iunij 1567. placuit
53 Congregationi opinio affirmatiua pro Epiſcopo, vt
poſſit in cauſis etiam mixti fori contra laicos facere
executiones perſonales, & reales abſque requiſitione
etiam iudicis ſæcularis, & pœnis temporalibus punire,
nec eſt mirandum, quia Epiſcopus dicitur habere Diœ-
ceſim pro territorio, & poteſt tenere familiam arma-
tam, & laicos etiam carcerare in cauſis ad forum Ec-
cleſiaſticum ſpectantibus, etiam mixti fori. Ita teſtatur 54
Card. Tuſch. d. verb. Immunitas, concluſ. 59. num. 160.
& in verb. Mixti, concluſ. 293. num. 42. Prax. Neap.
d. cap. 13. ad fin. & plenè hoc habetur apud Hier. Gattic.
in alleg. collect. pro immun. Eccl. fol. mihi 329. vbi ad
ſatietatem refert rationes, & auctoritates huius opi-
nionis, & ſic fuiſſe deciſum à dicta Sacra Congrega-
tione teſtatur, & propterea contra Clarum non re- 55
quiritur aliqua præſcriptio, quia hæc omnia à iure
communi Epiſcopis permittuntur. Tuſch. d. concl. 293.
num. 42.

Etenim circumſcripto etiam Concilio Tridentino ve-
rior eſt, & magis communis eſt etiam de iure communi
illa DD. ſententia, quòd Epiſcopus in cauſis, non ſo-
lum ſpiritualibus, ſed etiam mixti fori poſſit laicos car-
cerare, & aliis pœnis temporalibus punire, ſiue in pe-
cunia, ſiue in fuſtigatione, vel pœna perpetui carce- 56
ris, ſeu triremium, dummodo abſtineat à pœna ſan-
guinis: ita probant Gloſſ. iuncto textu in cap. contra
idolorum 26. quæſt. 2. & textus in cap. attendendum 17.
quæſt. 4. & in cap. 2. vbi Anan. col. 8. de adult. idem
Anan. in rub. de ſortileg. col. penult. ad fin. & in cap. qua-
liter, §. ad corrigendum, de accuſat. Dom. de Gemin.
in cap. cùm Epiſcopus, numer. 9. vbi Franch. in 4. not.
de off. ord. in 6. Felin. in capit. ſignificaſti, ſub numer. 4.
in fin. de off. deleg. Mar. Soc. in d. cap. cùm ſit, in fin.
vbi Felin. numer. 20. de for. compet. Abb. in cap. ſicut,
de priuileg. Dec. in lect. nou. impreſſa in d. cap. ſicut, cir-
ca princ. eod. Roman. ſing. 111. Oldrad. conſil. 86. &
conſil. 89. Aufrer. in tractat. de poteſt. Eccleſ. ſuper lai-
cos, numer. 1. & in Clem. 1. quæſt. 5. de off. ord. Couar.
pract. quæſtionum capit. 10. numer. 2. verſic. contrarium,
plenè Cagnol. in l. 1. numer. 26. ff. ſi quis ius dic. non
obtemp. Boſſ. in prax. titulo de for. compet. numer. 159.
Foller. in prax. crim. in verb. Aut inquiſitione, à nu-
mer. 52. vſque ad numerum 55. fol. 97. Gundiſaluus Villad.
in tractat. de hæret. quæſt. 11. numer. 17. ad fin. Læl. Ior-
dan. de Roman. Sed. origin. cap. 8. numer. 19. latè, &
pulchrè Hieron. Gattic. d. loco, fol. 231. verſic. His ta-
men, Gratian. deciſ. Marc. 111. numer. 17. perbellè etiam
Prax. Archiep. Neap. d. cap. 13. numer. 3. Tuſch. lit-
tera M, d. concluſ. 293. numer. 40. 41. 42. & littera E,
concluſ. 253. numer. 4. & littera I, concl. 59. numer. 16. 17.
plenè Barbat. inter conſ. crim. tom. 1. conſ. 93. numer. 12.
in fin. cum ſequentibus, vbi tollit contraria, & per-
bellè Bellet. diſq. cler. titulo de fauor. cler. real. §. 5. nu-
mer. 103. quæ adeò vera ſunt, vt ſi in cauſis mixti
fori Iudex Eccleſiaſticus præuenerit, & à iudice ſe- 57
culari impediatur, quominus in illis iuriſdictione
ſua vtatur, ille iudex laicus incidit in excommunica-
tionem Bullæ in Cœna Domini, can. 16. vt inquit
Duard. in Bullam Cœnæ Domini lib. 2. can. 14. quæſt. 5.
concl. 5. num. 36. vbi probat etiam, quòd cauſæ mixti 58
fori, quando Iudex Eccleſiaſticus præuenit, efficiun-
tur de iuriſdictione Eccleſiæ, & ſimpliciter dicuntur Ec-
cleſiaſticæ.

Sequitur ergo, quòd ego bene fecerim condemnando
reum, de quo quærimus, ad triremes, quia fecit ſacrile-
gium in Eccleſia, quam polluit ſanguinis effuſione, ſed
ad tempus tantùm eum condemnaui ad remigandum,
non autem durante eius vita: & ſanè pro ſatis minori de- 59
licto Prax. Archiep. Neap. d. c. 8. n. 8. teſtatur quendam lai-
cum fuiſſe à Curia Epiſcopali Montis Marani condem-
natum ad triremes, & propterea verius eſt, quòd in hoc
nullo modo offenditur iuriſdictio ſecularis, quia Iudex
Eccleſiaſticus poteſt punire laicum ſacrilegum, vel in
Eccleſia delinquentem quibuſcumque pœnis tempora- 60
libus,



libus, & contentioſis. Cacheran. d. deciſ. 103. n. 7. Tuſch.
d. littera S, concl. 6. num. 12. Prax. Neap. d. cap. 13. num. 3.
Mart. d. cap. 11. num. 20. Bellet. d. §. 5. num. 103. & ita
pluries ſeruatum fuit: ad rem Guazzin. d. cap. 11. num. 20.
ad fin.

Nec durum alicui debet videri, quòd pœnâ triremium
iſte ſacrilegus fuerit in foro Eccleſiaſtico damnatus,
nam ſi de iure ciuili pœna ſacrilegij eſt vltimi ſupplicij,
61 vt in l. ſacrilegij, ff. ad l. Iul. pecul. leue admodum hoc
reſpectu debet videri, ſi de iure canonico iſte damnetur
ad triremes ad tempus; nam ſi hodie pœna remigandi in
triremibus ſucceſſit loco pœnæ deportationis, & relega-
62 tionis, & damnationis in metallum, ſeu opus metalli,
vt per Ioan. de Imol. in l. 2. ff. de public. iud. Capric. de-
ciſ. 153. num. 3. Clar. in prax. §. fin. quæſt. 67. num. 7.
Farinac. quæſt. 19. num. 14. Caball. reſol. 8. num. 43. 44.
vbi multos allegat, ſignum eſt euidens, quod hæc pœna
leuior eſt, quàm mortis, & cùm Iudex Eccleſiaſticus
63 nequeat pœnam ſanguinis alicui infligere, vt in c. pœnam
ſanguinis, ne cler. vel monac. Decian. d. tract. crim. lib. 4.
cap. 26. num. 1. meritò confugit ad alias pœnas, ſiqui-
dem poteſt condemnare ad quaſcumque pœnas corporis
afflictiuas, dummodo non ſequatur mors, aut membri
mutilatio. Abb. in cap. in Archiepiſcopatu, vbi etiam
Apoſtill. de rapt. Cardin. Tuſch. pract. concl. littera E,
concl. 17. num. 17. Dum ergo ius ciuile imponit pœnam
mortis, non eſt abſurdum, quòd Iudex Eccleſiaſticus
pœnam triremium imponat, quia hæc illi ſimilis eſt.
64 Caball. d. reſol. 8. num. 48. ſed ſi ad tempus fuerit, lon-
gè leuior erit, & iudices laici ſæpe imponunt pœnam
triremium pro delictis non atrocibus, ſi arbitrium id illis
permittat.

Et propterea hæc pœna triremium licèt fuerit de iure
antiquo incognita, tamen hodie eſt in vſu apud tribuna-
lia tam ſecularia, quàm Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſtici
etiam damnantur ad triremes, ſi id facti ratio expoſtu-
let, quia de conſuetudine hæc pœna eſt cognita etiam de
65 iure canonico, vt probatur ex textu in cap. 1. 23. quæſt. 5.
& Innoc. in cap. qualiter, el 2. col. pen. verſ. & ſunt, de
accuſat. ita Diaz. in pract. crim. can. cap. 146. num. 3. vbi
licèt hoc admittat in clericis, negat tamen hoc practi-
66 candum eſſe in Sacerdotibus, quos putat indignum eſſe
tam peruerſo punitionis genere puniri. Verùm hoc idem
ſeruandum eſſe in Sacerdotibus, etiamſi ſint regulares,
magis communiter ſentiunt Doctores, & tradunt quo-
tidie practicari ad tollenda delicta. Ita Clar. in prax. §.
fin. quæſt. 70. num. 5. Tuſch. d. concl. 17. num. 20. Paul.
Grauat. in ſuo theorem. 3. num. 10. & ſeqq. Farinac. d.
quæſt. 19. num. 14. in fin. Prax. Archiep. Neap. cap. 79.
num. 2. in fin. vbi inquit pluries fuiſſe damnatos Sacer-
dotes ad triremes, qui duas Miſſas in eadem die celebra-
67 uerant, & hoc idem teſtatur Ricc. in prax. pœn. reſol.
301. num. 1. verſ. quare, vltra pœnam ſuſpenſionis à cele-
brando.

Vnde eſt, quòd Pius V. in ſua Bulla V. contra blaſphe-
mos, ſtatuit inter cæteras pœnas, quod clericus pro
prima vice, ſi non habeat beneficium, pœna pecuniaria,
vel corporali puniatur, pro ſecunda carceribus manci-
68 petur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes
mittatur, vt per Ricc. in prax. reſol. 316. num. 1. adeo,
vt non ſit dubitandum quin hæc pœna triremium non
ſit de iure canonico ſatis cognita, & practicata, vnde ſi
Iudex Eccleſiaſticus poteſt clericos, & Sacerdotes tali
pœna mulctare, multò magis poterit laicos in cau-
ſis ad forum Eccleſiæ ſpectantibus, etiam mixtum,
quia in laicis ceſſat ea ratio, quæ videbatur vrgere,
ne Sacerdotes tali pœna affligerentur, de qua Diaz d.
cap. 146. n. 3.

Nec obſtat reſponſio allata Decian. d. tract. crim. lib. 4.
cap. 26. num. 1. vbi dicit, quòd pœnam corporalem ſolus
iudex laicus imponit. Nam replicatur, Decianum non
dicere, quòd laicus ſolus imponat quamcumque pœ-
nam corporalem, ſed illam, de qua fit mentio in d.
l. ſacrilegij, ad l. Iul. pecul. vbi tractatur de pœna mor-
tis, & quia Decianus ſubiungit rationem, quia Eccle-
ſiaſticus non poteſt pœnam ſanguinis imponere, apertè 69
cognoſcimus non excludere Iudicem Eccleſiaſticum ab
imponenda quacumque pœna corporali, ſed tantùm ſan-
guinis: & licet inferius dicat, quòd ſi quandoque agi-
tur ad pœnam pecuniariam, vel ad rei reſtitutionem,
tunc vterque iudex poteſt procedere, id non reſtringit,
quin etiam iudex Eccleſiaſticus alias pœnas etiam cor-
porales imponere laicis poſſit, quia Decianus loquitur
per modum exempli, & exempla non reſtringunt: & pro-
pterea idem Decian. d. lib. 4. cap. 26. num. 7. verſ. quarta
ſit concluſio, in fin. videtur meliùs rem declarare, dum
dicit hæc verba: In quolibet crimine publico iudex ſecula-
ris poteſt cognoſcere ſi agatur ad pœnam ciuilem, ſi verò aga-
tur ad pœnam canonicam, adhibetur Eccleſiaſticus, & ſi
pœna ab vtroque foro ſit cognita, vterque poterit adiri, &
erit locus præuentioni. Sed ſic eſt, quòd pœna triremium,
& quævis alia corporis afflictiua, excepta pœna ſangui-
nis eſt cognita de iure canonico, vt vidimus: ergo iudex
Eccleſiaſticus eam poterit etiam laicis imponere. Tuſch.
d. littera S, concluſ. 6. num. 12. Prax. Archiepiſc. d. cap. 8.
num. 8. Guazzin. d. tract. lib. 1. defenſ. 1. cap. 11. num. 20.
in fin.

Nec obſtat Clar. in prax. §. fin. quæſt. 70. num. 4. in fin.
vbi dicit, quod licet Iudex Eccleſiaſticus poſſit clericos
punire pœna perpetui carceris, tamen non poterit ita
punire laicos etiam in caſu, quando facti ſunt de foro
Eccleſiæ, niſi in cauſa hæreſis; & eum ſequi videtur 70
Tuſch. d. littera E, concluſ. 17. num. 26. quaſi idem videa-
tur dicendum in pœna triremium. Nam reſpondetur,
quod Clarus id quidem dicit, ſed non probat, & ideo
cum nihil alleget, non eſt ei credendum; multa enim di-
xit de iure ceruellotico contra iuriſdictionem Eccleſiæ,
quæ non ſubſiſtunt, & non eſt mirum, quòd ita ſenſe-
rit, quia cum alibi etiam opinatus ſit, quòd Iudex Ec-
cleſiaſticus nequeat procedere contra laicos etiam in
cauſis mixti fori, niſi cenſuris, vtique potuit etiam di-
cere, quod non poſſit eos perpetuo carceri adiudicare:
ſed ſicut iam plenè monſtratum eſt, tale axioma falſum
eſſe, ita ſequitur hoc viribus non ſubſiſtere, quia Ec-
cleſiaſticus iudex imponit laicis, ſi res ita poſtulet, quaſ-
cumque pœnas iure canonico cognitas: Decian. d. cap.
26. num. 7. verſ. quarta, in fin. Tuſch. d. concl. 6. num. 12.
& littera E, concl. 17. num. 17. Prax. Archiepiſc. Neap.
d. cap. 8. in fin. & cap. 13. num. 3. & alij ſuperiùs allegati,
adeo, vt res ſatis per ſe clara ſit, & non habeat difficul-
tatem.

Et ita eſſe ſenſit etiam Farinac. in prax. d. quæſt. 19.
num. 14. in fin. dum teſtatus eſt in foro Eccleſiaſtico ſer-
uari pœnam triremium etiam contra clericos, & Sacer-
dotes, ſic enim ſenſit de laicis non eſſe dubitandum,
quia illa dicto, etiam, ſupponit, & decidit caſum mi-
nus dubitabilem, illumque implicat; caſum verò magis
dubitabilem explicat. Dec. in l. qui ſe patris, num. 11. C. 71
vnde liber. latè Alciat. conſ. 113. num. 5. & Crauet. conſ.
294. num. 7. Menoch. conſ. 116. num. 8. Crot. conſ. 412.
num. 21. Ergo certius eſt, & minùs dubitabile, quod
Iudex Eccleſiaſticus poteſt in cauſis ſui fori laicos
damnare ad triremes, quàm clericos, & Sacerdo-
tes: & propterea bene dixit Bellet. diſq. cler. part. 1.
tit. de diſcipl. cler. §. 5. numer. 1. 38. Iudicem Eccle-
ſiaſticum poſſe reos mittere ad triremes iuxta qua-
litatem delicti; hic autem placuit Epiſcopo com-
mutare pœnam triremium in exilium ad benepla-
citum.

Vnde perſpicuum eſſe videtur, quòd Iudex Eccleſiaſti-
cus poteſt reos ſuos, ſiue laicos, ſiue Eccleſiaſticos punire
pœnis corporalibus quibuſcumq; ſiue flagellis, aut fuſti- 72
gationibus, & exilio, & etiam ictibus funis, & aliis ſimi-
libus, excepta pœna ſanguinis, vt ſatis probatur ex textu

*in cap. fin.* vbi Gloſſ. *in verb. aut corporali 35. diſtinct. cap.* 1. & ibi Gloſſ. *in verb. flagellator.* 5. & *quæſt.* 1. *cap.* 1. & ibi Gloſſ. fin. 23. *quæſt.* 5. *cap.* 1. *de calumn. cap.* 1. vbi Gloſſ. penultima, *depoſit. cap.* 2. vbi Gloſſ. prima *de cler. percuſſ. c. clericus,* vbi Abb. *num.* 5. *ne cler. vel monac. c. in Archiepiſcopatu, de raptor.* Gloſſ. *in c. illi, verb. religioſus ſcilicet, q.* 5. *c. ad audientiam,* vbi Abb. *n.* 3. *de crim. falſ.* Abb. *in c. ſententiam, num.* 10. *ne cler. vel monac.* Bellet. *diſq. cler. p.* 1. *c.* 5. *de diſciplin. cler. n.* 137. 138. Nam ea tantùm videntur prohibita clericis ius dicentibus, quæ tendunt ad vindictam ſanguinis, *cap. his à quibus,* 23. *quæſt.* 8. Bellet. *d. cap.* 5. *num.* 138. *in fin.* quæ intelligas in cauſis, in quibus procedere poſſunt.

Hic etiam non diſplicet diſquirere de alio caſu, qui ſæpe euenit in practica, Principes enim ſeculares vetant per ſua edicta laicis portare arma prohibita etiam ad Eccleſias, & quandoque euenit dum Miſſæ, vel Veſperæ celebrantur, vt multi teneant arma ad oſtium Eccleſiæ, vel in Canonicali domo, & interim veniunt ſatellites, & eos ſpoliant armis, eaque aſportant à loco ſacro ad tribunalia fori ſecularis: quæritur, an id ab eis fieri poſſit.

Et ſane primo aſpectu videtur, quòd id licitum ſit foro ſeculari, quia etiamſi reus confugiat ad Eccleſiam, tamen ſi ingrediatur armatus, poterit Curia ſecularis ei arma etiam violenter auferre, quia licèt perſona gaudeat immunitate Eccleſiæ, non tamen arma potiuntur eodem priuilegio; iſte enim delinquit in Eccleſia geſtando arma
73 prohibita, ideoque puniendus à Iudice laico, vel ſaltem armis ſpoliandus eſt, ad textum *in l. pateat, §. arma,* & *§. nos verò, C. de his, qui ad Eccleſiam confug.* & ita clarè ſentit Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. *verſ.* 36. Foller. *in pract. crim. cap.* 37. *num.* 30. Baiard. *ad Clar. §. fin. quæſt.* 30. *num.* 4. Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *num.* 214. Ioan. de la Cruz. *in direct. conſcient. p.* 1. *præcep.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 3. Fagundez *de præcept. Eccl. pract.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 55. Laurent. Portel. *in dubiis Regular. verb. Eccleſiæ immunitas, num.* 15. Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *conſil. vnic. num.* 19. *de immunit. Eccl.* Mart. *de iuriſd. part.* 2. *cap.* 50. *num.* 12. 13. Suarez *de Religion. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *ſub num.* 3.

Veruntamen hæc opinio eſt falſa, & non poteſt procedere, niſi de iure ciuili, vt benè inquit Farinac. *de immun. cap.* 16. *num.* 248. quia de iure canonico, quod ſolum ſeruandum eſt in materia Eccleſiarum, etiam in ter-
74 ris Imperij, Farinac. *d. loco, cap.* 2. *num.* 27. 28. 29. 30. non licet iudici laico, vel eius miniſtro aliquem actum iu-
75 riſdictionis facere in Eccleſia, *cap.* 1. *de immunit. Eccl. cap.* 2. *eod. in* 6. *cap. ſacrilegium, cap. quiſquis* 1. 7. *q.* 4. *c. conqueſtus, de ſent. excommunicat.* eodemque priuilegio
76 gaudent Cæmiterium, atrium, ſcalæ, & domus Eccleſiæ, *d. cap.* 2. *de imm. Eccl. in* 6. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 16. *num.* 2. 3. 4. ideò certum
77 eſt de iure canonico non poſſe iudicem laicum ſpoliare ſeculares, & minus clericos, qui habent arma in Eccleſia, vel Cæmiterio, quia hic eſt actus iuriſdictionis, quem ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij exercere non poſſunt, ad textum *in d. cap.* 2. *de immunitate Eccleſiæ in* 6. ita concludit Farinac. *de immunitate Eccleſiæ cap.* 16. *num.* 248. Peregr. *eod. tractat. cap.* 13. *num.* 5. Antonin. Dian. *reſolut. moral. p.* 1. *tract. de immunitate Eccleſiæ, reſol.* 8. vbi reſoluit omnia: ad rem facit Guazzin. *defenſ.* 1. *c.* 38. *n.* 16.

Et hæc ſententia tenenda eſt, vt procedat de iure canonico, illa verò de iure ciuili iam abrogato, ſecundùm Farinacium, quia fulcitur canonibus ſacris euidenter,
78 & quia Doctori diſtinguenti ſtandum eſt tanquam magis veritati appropinquanti. Gloſſ. & Salic. *in l. apud antiquos, C. de furt.* Bartaz. *in rep. l. ſi quis maior, num.* 54. *C. de tranſact.* Borgn. *de vſufr. mulier. relict. num.* 2. Rim. Iun. *conſil.* 363. *num.* 156. 157. & *conſil.* 476. *num.* 19. 20. Barz. *deciſ.* 130. *num.* 69. Amat. *deciſ. Fer.* 5. *n.* 27.

Et ſanè Couar. *d. cap.* 20. *num.* 28. *verſ.* 36. qui videtur eſſe anteſignanus contrariæ ſententiæ, non allegat aliqua iura canonica, quæ ſuam probent intentionem; nam textus *in cap. clerici arma, de vita, & honeſt. cler.* 79
ſolùm dicit, quòd non licet clericis arma deferre, quod nos admittimus, ſed nihil inde: non enim ſequitur, quòd laicus iudex ideò poſſit quemquam armis ſpoliare in Eccleſia, vel Cæmeterio, nec ipſe allegat alium canonem.

Rationes etiam, quas adducit, nihil feriunt caſum noſtrum, dum inquit quod prohibitum eſt laicis, & clericis deferre arma prohibita, & qui illa portat in Eccleſia, cenſetur in illa delinquere, propter quod non debet gaudere immunitate Eccleſiæ. Nam hæc ratio eſt nimis 80
inſulſa, ſi enim vera eſſet, iudex laicus poſſet etiam perſonam arreſtare, & ducere ad ſuos carceres, nedum armis ſpoliare, quod falſum eſt, quia vidimus poſt Bullam Gregorianam etiam delinquentes in Eccleſia gaudere eius immunitate, niſi in ea perpetrauerint homicidia, vel mutilationes membrorum, & eo etiam caſu non licere reum ab Eccleſia extrahere ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij. Si ergo falſa eſt ratio Couarruuiæ, falſum erit etiam eius dictum: & licèt vetitum ſit deferre arma prohibita tam laicis, quàm clericis, non ſequitur tamen, quòd iudex laicus in Eccleſia, vel Cæmeterio poſſit eos armis ſpoliare, quia hæc non 81
ipſi, ſed poteſtati, & regimini Epiſcopi ſubſunt: Barboſ. *de officio Epiſcop. part. ſecunda, in compendio, num.* 46. Antonin. Dian. *d. reſol.* 8. *verſ. ſed negatiuam.*

Non obſtat altera ratio, quòd liceat iudici laico clericum ſpoliare armis, ſi cum illis reperiatur, quia hæc ratio pariter eſt falſa, etenim id licere ſi dicamus, offenditur iuriſdictio Eccleſiaſtica, & propterea iudex laicus, vel eius miniſter non poteſt clericos ſpoliare armis, niſi fortè ad obuiandum delicto, ſi in fragranti re- 82
periuntur, quo caſu vnà cum armis ad Epiſcopum, ſeu Iudicem Eccleſiaſticum ducuntur, in cuius poteſtate erit diſpenſare de armis. Decian. *tractat. crimin. lib. quarto, cap. nono, numer.* 118. Prax. Neap. *cap.* 92. *num.* 6. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part.* 3. *cap. ſeptimo, num.* 157. Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit. ſecundo, §. ſecundo, num.* 88. Maſch. *de ſtatut. concl.* 1. *num.* 242. Barboſ. *in ſuis collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. & *tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *cap.* 25. *num.* 4. Madius *tract. de ſacris ordin. cap.* 14. *numer.* 21. Bonacin. *de legibus diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 1. *num.* 2. Duard. *in Bullam Cœn. Domini lib.* 2. *can.* 12. *quæſt.* 11. *num.* 91. Marth. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 7. *num.* 20. Megala *in* 3. *part. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 20. Homobon. *de exam. Eccl. tract.* 10. *cap.* 2. *in reſol. verſ. quartò, p.* 2. Antonin. Dian. *mor. reſol. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. Eccl. reſol.* 9. *verſ. at falluntur.* Ricc. *part.* 3. *deciſ.* 299. *per totam,* vbi inquit etiam quod clericus ferens arma poteſt reſiſtere cum armis birruario laico volenti eum capere ſine licentia Epiſcopi: & vide 83
ea, quæ ego dixi inferiùs *controuerſia* 20. *num.* 74. 75. *& ſequentibus.*

Sic ergo obſeruandum eſt, provt faciunt timorati iudices, nec poteſt dici alteram opinionem eſſe communem, vel probabilem, quia ſolùm procedit de iure ciuili iam abrogato à ſacris canonibus, quibus vetatur iudici laico, vel eius miniſtro facere aliquos actus iuriſdictionis contentioſæ, vel aliquas executiones, vel cognitiones, in Eccleſia, vel Cæmeterio, vt *in cap.* 2. *§. ceſſent, de immun. Eccleſ. in* 6. Et ego memi- 84
ni, quòd Epiſcopus proceſſauit, & arreſtauit per vrbem Prætorem Viani, qui Archibuſium auferre fecerat in oſtio Eccleſiæ cuidam laico, & poſtea eum humiliter petentem liberauit facta reſtitutione Archibuſij: & cùm hoc idem contigiſſet in terra Nouellaria, arma fuerunt reſtituta ſic mandante illo Vicario foraneo, & Dominus temporalis non contradixit.





Nec obſtat ſtilus, ſeu conſuetudo allegata in contrarium, quia non eſt legitimè præſcripta, aut plenè probata, & quatenus adeſſet, nihil noceret, quia conſuetudo
85 contra canonica inſtituta non valeret, *cap. ad veſtram, c. ad audientiam,* vbi DD. *de conſuetud. cap. cæterùm, de donat. cap. cùm cauſa, de ſentent. & re iud. cap. cùm ſatis, de offic. Archid.* Abb. *in c. clerici, num.* 6. vbi Dec. *num.* 35. *de Iudic.* Felin. *in cap.* 2. *num.* 1. 3. vbi etiam Gemin. & Ioan. Andr. *de maior. & obed.* Socin. *in cap. ſi clericus, num.* 28. *de for. compet.* Natta *conſ.* 495. *num.* 14. *lib.* 3. Rol. *conſ.* 4. *num.* 11. 13. *lib.* 1. Azor. *mor. inſtit. lib.* 5. *part.* 1. *cap.* 12. *verſ. ſed dubitari,* latè Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cleric. perſon.* §. 3. *num.* 5. 6. Duard. *in Bull. Cœn. Domini, can.* 15. *quæſt.* 19. *num* 49. eſt enim potiùs abuſus, & corruptela, quàm conſuetudo. Gloſſ. *in cap.* 1. *in verb. non exiſtit, de conſuetud. in* 6. & ſi vis aliqua fieret in conſuetudine,
86 oporteret eſſe præſcriptam ſpatio 40. annorum, quia eſt contra ius. Abb. & Butr. *in cap. fin. de conſuetud.* Prax. Archiep. Neap. *cap.* 62. *num.* 3. vbi teſtatur de magis communi opinione.

Vnde eſt, quòd retroactis annis cum eueniſſet iſte caſus in Diœceſi Mutinæ in Monteflorino ſub Prætore Martello, reclamante illo Epiſcopo, Conſilium, vt fertur, mandauit arma reſtitui Eccleſiæ, provt factum fuit, & cum de hoc etiam in Diœceſi Regij controuerteretur, placuit Epiſcopo conſulere Sacram Congregationem Cardinalium negotiis iuriſdictionalibus præpoſitorum, à qua obtinuit reſponſum tenoris ſequentis. *Illuſtr. & Molto Reuer. Mo ſignor come fratello. Non è permeſſo*
87 *alla Corte laicale leuare l'armi à i confugiti in luoghi immuni, conforme l'opinione vera, & ſeguitata da tribunali di queſta ſanta Sede, ch'è quanto occorre in riſpoſta della ſua, & in queſta conformità ſi potrà gouernare, mentre à V. S. mi offero. Roma* 24. *Lugtio* 1634. *Come fratello. Il Cardinale G.ſſi, Franceſco Paolucci Secretario della S. C. Monſignor Veſcouo di Lombardia. Extra. All'Illuſtr. & Molto Reuer. Monſignore come fratello il Veſcouo di Reggio*: & propterea ſtante tali decreto de hac re non eſt amplius diſputandum, quia apertum eſt, & manifeſtum non poſſe executores Curiæ ſæcularis tollere arma exiſtentia in Eccleſia, vel Cæmiterio, dominos eis ſpoliare: & qui aliter ſeruant, vel permittunt ſeruare, caueant à cenſuris, quarum effectus aliquando ſentient, & ita ſeruatum fuit in territoriis Nouellariæ, Mirandulæ, & Corrigij Diœceſis Regij, vbi euenerat caſus tam reſpectu Eccleſiæ, quàm Cæmiterij, & domus Canonicalis, quæ gaudent eodem priuilegio.

# CAPVT XVI.

## EPITOME.

Si duo fratres viuant in communione, quorum alter ſit clericus, debent etiam communicari fructus beneficiorum, & diſtributionum, & alia tractantur in materia ſocietatis.

## SVMMARIVM.

1 *Hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti.*
2 *Diuiſio inter fratres non præſumitur.*
3 *Societas omnium bonorum tacitè contrahitur.*
4 *Societas præſumitur inter fratres ex communicatione vnius negotij.*
5 *Societas inter fratres præſumitur ſpatio decem annorum.*
6 *Societas vniuerſalis tacita non continet, quæ veniunt ex proſpera fortuna.*
7 *Quæſtuaria dicuntur, quæ veniunt ex opera, & ſeruitio.*



8 *Teſtes duo plenè probant.*
9 *Socius clericus communicat fructus præbendæ.*
10 *Clericus eſt dominus frctuum beneficij.*
11 *Diſtributionum clericus efficitur liberè dominus.*
12 *Canonicus liberè diſponit de diſtributionibus.*
13 *Canonicus cenſetur expendere priùs fructus beneficij, quàm ſuorum bonorum.*
14 *Beneficiatus poteſt viuere de fructibus beneficij, & reſeruare ſua bona.*
15 *Clericus poteſt de fructibus beneficij tantum reſeruare, quantum de ſuo expendit.*
16 *Societas omnium bonorum ex quibus præſumatur.*
17 *Societas non tollitur eo, quòd vnus minùs lucretur altero.*
18 *Socij poſſunt eſſe homines diuerſi exercitij.*
19 *Societatis lucra debent æqualiter diuidi.*
20 *Facta non præſumuntur.*
21 *Negans factum nulla aſtringitur probatione.*
22 *Rationum redditio requirit ſcripturam.*
23 *Societas probatur coniecturis.*
24 *Societas inter fratres an requirat negotiationem.*
25 *Societas præſumitur ex communicatione lucrorum.*
26 *Fratres quando præſumantur ſocij omnium bonorum.*
27 *Dotis communicatio arguit ſocietatem.*
28 *Socij dicuntur fratres, licet vnus habeat maiorem familiam altero.*
29 *Societatem vniuerſalem an poſſit clericus inire.*
30 *Clericus an poſſit ſocietatem inire.*
31 *Diſtributiones quotidianas tranſmittunt clerici ad ſuos hæredes.*
32 *Socius cenſetur habere mandatum ab alio ſocio.*
33 *Societas non tollitur exemptione nomine proprio facta.*
34 *Socius tenetur communicare acquiſita nomine proprio.*
35 *Communis res efficitur, ſi in communi plures ea vtantur.*
36 *Societas particularis non communicat fructus beneficiorum.*
37 *Frater tenetur communicare acquiſita, dum adminiſtrat.*
38 *Societatis ſignum eſt ſtare ſimul ad bonum, & malum.*
39 *Canonicus quæ bona cenſeatur impendere.*
40 *Teſtes meos poſſum reprobare ex dictis aliorum.*
41 *Socius plus lucrans an habeat maiorem partem.*
42 *Socij diſponendo videntur ſibi licentiam dare.*
43 *Contractus plures in eodem inſtrumento, vnico contextu abſoluti cenſentur.*
44 *Socius non poteſt donare rem communem.*
45 *Socius cenſetur diſponere de parte ſua.*
46 *Qualitas vnius extremi refertur ad omnia præcedentia.*
47 *Scriptura reperta in filcia notarij quomodo probet.*
48 *Clauſula,* Actum, *ſignificat rem perfectam.*
49 *Socius communicat acquiſita.*
50 *Actum præſumitur, quod erat gerendum.*
51 *Socius communicat tantùm fructus dotis.*
51 *Finis generalis reſtringitur à cauſa.*
53 *Quietantia generalis ad quæ ſe extendat.*
54 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
55 *Certioratio omiſſa in contractu mulieris quid efficiat.*
56 *Læſio enormiſſima quid efficiat.*
57 *Læſio frangit contractum.*
58 *Poſitionibus facta reſponſio quando poſſit reuocari.*
59 *Incontinenti quando facta reuocatio dicatur.*
60 *Confeſſio deliberata an poſſit reuocari.*
61 *Poſitionibus reſpondens præiudicat ſibi, & conſorti.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

AD meliùs indagandam veritatem cenſeo non eſſe inutile aliqua in facto vti vera, & ex proceſſu reſultantia præſupponere. Nam in humanis dum agebant M. R. D. Ioan. Anton. & Bernardinus fratres de Agazzanis,

quorum alter erat Canonicus terræ Carpi, alter ruri , &
negotiis ſæcularibus operam nauabat, bona paterna, be-
neficia Eccleſiaſtica , dotem vxoris dicti D. Bernardini
poſſederunt ſemper communi nomine , redditus eorum
exigendo , & provt neceſſe erat, imponendo , ſimul per
longum tempus,& donec vixerunt, habitarunt ad vnam
menſam viuentes , nec vnquam rationem adminiſtratio-
nis reddentes ; & quia erant induſtrij,multas cumularunt
pecunias,quas dictus R.D.Ioan.Antonius vti maior natu
conſeruabat. Priùs fuit defunctus dictus Dominus Ber-
nardinus , qui fratrem reliquit ſuorum bonorum vſu-
fructuarium vna cum ſua vxore durante cuiuſlibet eo-
rum vita , hæredes verò fecit pro tertia parte ſorores de
Chechis in hoc iudicio actrices,& pro aliis portionibus
DD. Ioan. Anton. & Albertum de Chechis in eodem iu-
dicio aduerſarios.Poſt hæc migrauit è viuis dictus R.D.
Ioan. Antonius , qui ſuos reliquit hæredes prædictos
DD.Ioan.Anton.& Albertum ; qui magnam pecuniarum
quantitatem in eius hæreditate inuenerunt , quæ nun-
quam fuit diuiſa à bonis , & hæreditate dicti D. Bernar-
dini. Vnde hæredes dicti R.Ioan.Anton.volentes ſatisfa-
cere prædictis ſororibus reſpectu ſtabilium , & ſupelle-
ctilis, cum eis conuenerunt, & ab illis extorſerunt quie-
tantias , de quibus in proceſſu ,*fol.* 324. nullam autem
partem in pecuniis habere voluerunt. Et cum dictæ ſo-
rores , eo tempore eſſent mulieres , non fuit difficilè eas
reducere ad quodcumque accordium , verùm poſtea fa-
ctæ maiores,& nuptæ ſenſerunt,quàm enormiter fuerint
læſæ : vnde petunt portionem ſuam dictarum pecunia-
rum, necnon iuſtam, & congruam partem ſtabilium , &
bonorum mobilium,offerentes compenſare,quod habue-
runt. Quæritur quid iuris.

In hac inſpectione duo ſunt , quæ præcipuè conſide-
randa videntur.Primum eſt,an dictæ ſorores poſſint con-
ſequi partem hæreditatis , & bonorum , quæ in contro-
uerſiam adducuntur , non obſtantibns quietantiis ab eis
factis. Alterum an inter dictos R. D. Ioan. Antonium,
& Bernardinum fratres de Agazzanis contracta fuerit
ſocietas omnium bonorum.Pro quibus firmandis vtique
ſatis conſtat dictas ſorores fuiſſe hæredes pro tertia par-
te dicti D. Bernardini , vt ex teſtamento eius , de quo in
primo proceſſu , *fol.*69. & in ſecundo *fol.*324. vnde ſe-
quitur , quod illæ poſſint conſequi pro earum portione
non ſolùm bona ſtabilia , ſed etiam ratam pecuniarum,
quæ remanſerunt in eius hæreditate , quia hæres ſucce-
1 dit in vniuerſum ius defuncti, *l. hæreditas* , vbi Dec. &
Cagn. *ff. de reg. iur. l. hæreditas* , vbi Alciat. *de verb.
ſignific.*

Verùm quia non ſatis conſtat,quænam,& quantæ pe-
cuniæ remanſerint in dicta hæreditate , niſi firmetur
etiam,quod dictus Bernardinus habuerit ius,& partem in
pecuniis,quas conſeruabat dictus R. D. Ioan. Antonius,
ideo res altiùs repetenda eſt , vt valeam dictarum ſoro-
rum clarificare prætenſionem.

Non omittam igitur veriſſimum eſſe , quòd dictus R.
D. Ioan. Antonius Canonicus , & Bernardinus fuerunt
fratres conſanguinei , vt dicunt vtriuſque partis teſtes in
proceſſu,*fol.*173.188.359.373. ſicut etiam verum eſt in
facto,eoſdem fratres ſemper ſimul cohabitaſſe conuiuen-
do ad vnum panem , & vnum vinum omnia communi-
cantes,adeo , vt nunquam inter eos facta fuerit aliqua
diuiſio , vt ex teſtibus in proceſſu , *fol.*172. 173. 179.
181.188. 191. 204. 216. 220. 229. 230. 234. 364. 365.
392. nec diuiſio præſumitur , niſi probetur , nec com-
2 munio tollitur, niſi per diuiſionem. Menoch. *lib.*3. *præſ.*
60. *num.*1. Ferret. *conſ.*120. *num.* 6. Gratian. *diſc. for.
lib.*3. *cap.*555. *num.*2.

Omnia autem bona dictorum fratrũ indiuiſa remanſe-
runt vſque ad mortem dicti R. D. Io. Anton. quia prior
defunctus eſt dictus D. Bernardinus , qui ſuo fratri præ-
dicto reliquit vſumfructum omnium bonorum vna cum
illius vxore , vt in primo proceſſu ,*fol.*67. & in ſecundo
proceſſu,*fol.* 26. 27.ideò ſecuta morte R. Ioan. Anton. fa-
cienda erat diuiſio ad finem videndi, quid , & quantum
contingeret dictis ſororibus.

Verè enim inter dictos fratres fuit tacitè contracta ſo-
cietas omnium bonorum ex vita communi,& communi-
catione lucrorum ; nec quiſquam poteſt dubitare , quin
ſocietas huiuſmodi tacitè valeat contrahi , ſic enim te-
nent latè Decian.*conſ.*73.*n.*10.11.12.21.*lib.*5.Tuſch *pract.* 3
*concluſ.littera S,concluſ.*283. *num.*46. Maſcard. *de probat.
lib.*3.*concluſ.*1316.*num.*20.Coccin.*deciſ.*421.*num.*2. quod
multò magis,& faciliùs procedit in fratribus,inter quos
magis præſumitur ſocietas, quàm inter extraneos,ſtante
coniunctione, & amore fraterno,propter quod ex com-
municatione lucri vnius negotiationis contracta inter
fratres cenſetur omnium bonorum ſocietas, quod in ex-
traneis non procederet.Ita Anch.*conſ.*149.*num.*3.Alciat. 4
*de præſ. reg.*1. *præſ.*25. *num.*2. *ad fin.* Bero. *conſ.*190. *n.*1.
*verſ. vnde, lib.*1. videndus Maſcard. *de prob. d.concl.*1316.
*num.*45.46.Grat.*diſc.for.lib.*3.*cap.*547.*num.*2. & hinc eſt, 5
quòd inter fratres ſocietas præſumitur ex ſpatio decem
annorum etiamſi non negotientur , dummodo inſimul
habitent , & patrimonium communicent. Iaſ. *conſil.*2.
*col.*6. *verſic. ſecundo,lib.*3.Cephal.*conſ.*473. *num.*3.4. Me-
noch.*lib.*3.*præſ.*56. *num.*37.*verſ.ſed præmiſſis*, Hect. Felic.
*alleg.*41. *num.*13.*part.*3.

Bene verum eſt , quòd in ſocietate omnium bonorum
tacitè contracta non veniunt ea , quæ procedunt ex pro-
ſpera fortuna, vt legata, & donationes ; ſed tantùm quæ-
ſtuaria,& quæ acquiruntur ex actibus quæſtuariis,ad tex-
tum *in l. coire,ff pro ſoc.* Anch.*d.conſ.*149.*num.*3.Bero.*con-* 6
*ſil.*190. *num.*13. *lib.*1. Menoch.*d.præſ.*56. *num.*37. *ad fin.*
Tuſch.*d.littera S,concluſ.*288.*num.*9.Rol.*conſ.*91.*num.*28.
*lib.*1.latè Peregr.*conſ.*95.*per totum,lib.*3 Coccin.*deciſ.*421.
*num.*6. Quæſtuaria autem dicuntur,quæ veniunt ex ope-
ra,& ſeruitio cuiuſque.Bero. *d.conſ.*190.*n.*14.*lib.*1. Hect.
Felic.*tract.de ſociet.cap.*13.*num.*5.quod ſufficit nobis,quia 7
non conſtat aliquid fuiſſe donatum dicto Reuerendo D.
Ioan. Antonio, aut ex teſtamento relictum, ſed pecuniæ
prædictæ fuerunt redactæ, & acquiſitæ ex bonis eorum-
dem fratrum,& redditibus illius Canonicatus,& benefi-
ciorum,& induſtria eorumdem,qui viuebant in commu-
nione omnium bonorum nil proprium agnoſcentes,om-
niaque communia reputantes,vt in proceſſu,*fol.*174.179.
188.191.204.205.208.220.229.230.234.236.237.247.
248. 252. 259.263.264. 269.401. 407. 422. qui teſtes
cùm ſint plures quàm duo , ſocietatem plenè probant,
*l.vbi numerus , de teſt.* & in ſpecie de ſocietate Bald. *con-* 8
*ſil.* 125. *in princ. lib.* 5. Ruin. *conſil.* 92. *num.* 2. 3. *lib.*1.
Corn. *conſ.*120. *num.*2. *lib.*1. Maſcard. *de probat. d. con-
cluſ.*1316. *num.*50.

Ex quibus comprehenditur fructus beneficiorum , &
Canonicatus dicti R.D.Ioan.Antonij fuiſſe comprehen-
ſos in dicta ſocietate,& eos factos fuiſſe communes inter
ipſum , & dictum D. Bernardinum eius fratrem , immò
obligatum fuiſſe ad illos communicandos , quia datá ſo-
cietate non poteſt eos habere præcipuos,niſi proteſtetur,
& alter ſocius conſentiat:ſic in terminis de præbenda,&
beneficiis Petr.de Vbald. *tract.de duobus fratribus,part.*6. 9
*quæſt.*17.*num.*18.Decian.*conſ.*85.*num.*7.*lib.*2.&pulchrè *in
conſ.*73.*num.*14.*lib.*5.Hect.Felic.*tract.de ſoc. c.*12.*num.*31.
vbi hoc intelligit de iis,de quibus clericus poteſt diſpo-
nere,vt euenit non ſolùm in fructibus beneficiorum,quo-
rum ipſe dominus eſt & ſuos facit ſtatim , ac à ſolo ſunt 10
ſeparati,ex *c.vnic.de cler.non reſid. in* 6.& Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ.*24.*de reform. c.*12.*verſ. prætereà*,latè Nicol.
Garz *tract.de benef.part.*2.*cap.*1.*n.*6.7.vbi de magis com-
muni.Pariſ.*de reſign.lib.*1.*quæſt.*6.*n*44.45.Redoan.*de ſpol.
quæſt.*3.*num.*24.& poſt multos Bonac.*tract.de oblig. benef.
diſp.*4.*punct* 4.*n.*1.vbi multos allegat,& *n.*2. vbi reſpon-
det ad contraria;ſed etiam,& multò magis idem procedit
in diſtributionibus quotidianis,quæ veniunt appellatio-
ne lucrorum, & quæſtus, cùm dentur pro miniſterio , &
ſeruitio



ſeruitio perſonali,ſicut ſalarium ſeruitori,vnde plenè eas
acquirit Canonicus,etiam quoad liberum dominium, &
de illis arbitrio ſuo diſponere poteſt , ſicut de bonis pa-
11 trimonialibus : pulchrè Redoan. *tract. de ſpoliat. quæſt.*3.
*num.*26.& *quæſt.*6.*n.*18.Hoſt.Card.& Imol.*in c.quia,de te-
ſtam.*Alex.*conſ.*116.*num.*5.*lib.*7.Pariſ.*conſ.*33.*num.*12.*lib.*4.
Gratian.*diſc.for lib.*2.*cap.*381.*num.*11.Bellet. *diſq.cler.p.*1.
§.6.*num.*17.Bonac. *de oblig.benef. diſp.*3. *punct.*2. *num.*18.
qui dicit quòd poſſidens Canonicatum conſiſtentem in
diſtributionibus , poteſt eas omnes ad ſui libitum diſpo-
12 nere,quod procedit etiam quoad partem ſuperfluam. Bo-
nac.*d.punct.*2.*propoſ.*1. *num.*1.*in fin.*

In noſtro autem caſu de hoc non eſt facienda vis,quia
pecuniæ inuentæ penes dictum R.D.Io. Antonium non
ſunt cenſendæ canonicales ex diſtributionibus collectæ,
ſed ex bonis patrimonialibus,quia diſtributiones Cano-
nicatuum terræ Carpi ſunt tenues , & vix ſufficiunt ad
alendum Presbyterum , provt ego verè ſum informatus,
& magis tenues erant,dum viuebat dictus R. D.Io. Ant.
vt conſtat ex ratiociniis illius temporis in proceſſu pro-
ductis, ideo præſumitur dictus Presbyter prius erogaſſe,
& conſumpſiſſe fructus Canonicatus , & beneficiorum
pro alimentis condecentibus iuxta gradum , & dignita-
tem ſuæ perſonæ & pro aliis impenſis neceſſariis , quàm
proprios ex bonis patrimonialibus , vel ex officio , aut
13 exercitio. Innoc. *in c. Epiſcop.de præbend.* Hoſt. *in c. cum
in officiis,num.*5.*de teſtament.*Abb.*in cap.*3.*num.*3.*de pecul.
cler.*Couar.*in cap.*1.*num.*2.*de teſtam.* Alex.*conſ.*116. *num.*3.
*lib.*7.Soc.*conſ.*91 *num* 3.*lib.*3.Bero.*conſ.*7.*num.*1.2 3. *lib.*2.
Nauar.*de redd.Eccleſ.quæſt.*1.*num* 92 Menoch.*de arb iud.
caſ.*195.*num.*5. pulchrè,& latè Surd. *tract. de alim. tit* 9.
*quæſt.*12.*num.*11.*vſque ad* 29.Gratian.*diſc.for.lib.*2.*c* 381.
*num.*3.5.vide Bellet.*diſq.cler.tit.de bon.cler.*§.6.*num* 4.5.6.
14 id enim facere poteſt , & feciſſe creditur ex quo Altari
ſeruiens de Altari viuere debet , vnde valet beneficiatus
viuere de fructibus benficij, & ſeruare ſibi , vel hæredi-
bus,& cui vult,redditus patrimonij Innoc.Hoſt.Abb. &
alij *in d.c.Epiſcopus,de præbend.*Surd. *d.quæſt.*12. *num.*11.
Grat.*diſc* 381.*num.*3 Craſſ.*de effect.cler.eff.*1.*num.*166.Bel-
let.*d.*§.6.*num.*1.7. Bonac.*tract.de oblig.benef.diſp.*4.*part.*2.
*num.*6. quod adeò verum eſt , vt beneficiatus viuens ex
bonis patrimonij poſſit tantundem poſtea ex beneficij
15 fructibus capere,illudque vt voluerit inſumere.Couar.*in
d.c. cùm in officiis , de teſtam.* & poſt multos Bonacin. *d.
punct.*2. *num.*5.

Si ergo dictæ pecuniæ cenſendæ ſunt patrimoniales,
quia fructus beneficiorum cenſendi ſunt conſumpti in
victu,& veſtitu dicti R.D.Io.Ant.Bellet. *diſq.cler. d.*§ 6.
*num.*7.ceſſat omnis ambiguitas,an fructus Canonicatus,
& beneficiorum intelligantur comprehenſi in ſocietate,
ſeu communione cum dicto eius fratre , vel eos teneatur
communicare ; ſed aliud non eſt quærendum, niſi quod
diuidantur , quia patrimonium , vnde collectæ ſunt di-
ctæ pecuniæ, erat commune cum dicto Domino Bernar-
dino,ideò non eſt neceſſarium probare aliquam omnium
bonorum ſocietatem, quia etiam ſine illa dictæ pecuniæ
ſunt diuidendæ,vbi comparatæ ex re communi.

Veruntamen eſto etiam, quòd hæc omnium bonorum
ſaltem tacita ſocietas ſit neceſſaria,& quòd ad illam præ-
ſumendam tria copulatiuè requirantur , videlicet longa
cohabitatio, redditTum, & lucrorum communicatio, &
16 adinuicem non reddita ratio , vt plerique ſentire viden-
tur , hæc enim ſufficiunt ad demonſtrandum inter eos
fuiſſe contractam omnium bonorum ſocietatem , Bart.
*in l.ſi patruus,C.communia vtriuſque iudic.*Anch.*conſ.*302.
*num.*3. Iaſ *d. conſ.*2. *col.*5. *lib.* 3. Menoch. *conſ.*12. *nume-
ro* 10. & *conſ.*375. *num.*6. Decian. *conſ.*85. *num.*5. *lib* 2.
& *conſ.*73. *num.*13. *lib.*5. Maſcard. *de probat part.*3. *con-
cluſ.* 1316. *num* 23. Menoch. *d. præſ.*56. *num.* 37. Hect.
Felic. *de ſociet. cap* 10.*num.*29.Tuſch. *littera S,concl.*282.
*num.*24. & *concluſ.* 286. *num.*7. & *concluſ.*288. *num.*5. &
*concluſ.*311.*num.*1.18.Gratian.*d. cap.*547.*num.*1. Coccin.
*deciſ.*421.*num.*3.non tamen attenditur,vel habetur ratio, 17
an vnus plus lucretur , quàm alius. Bald. *in l. ſi patruus,
ſub num.*16.*C. communia vtriuſque iud.* Iaſ.*conſ.*2. *num.*16.
& *conſ.*5.*num.*7.*lib.*1. Ceph. *conſ.*247. *num.*3. Menoch.
*d. præſ.*56.*num.*42. Tuſch. *d. concluſ.* 283. *num.*13. 55.
Decian. *d. conſ.*73. *in fin. lib.*5. nec conſideratur , quòd
profeſſiones ſint diuerſæ,quia ſufficit,vt quilibet ſe exer-
ceat in ſua,velut ſi vnus exerceret artem calceorum,alter
lanæ , & tertius eſſet clericus , vt loquitur Decian. *dict.
conſ.*73.*num.*13.*verſic. tertio* , & *num.*14. Iaſ. *d. conſ.*2.
*col.*6. *verſic. quarto, lib.*3. Coccin. *d. deciſ.*421. *numero* 5. 18
& in diuiſione partes debent eſſe æquales , etiamſi alter 19
plus contulerit altero. Decian. *dict. conſil.* 73. *num.*20.
*lib.*5.

Prædicta autem requiſita vtique in noſtro caſu con-
currunt,vt enim ab vltimo incipiam, ſatis probatum re-
manet, inter dictos fratres nullam fuiſſe redditam ratio-
nem , ex quo contrarium non probatur , quia facta non
præſumuntur , *l. in bello* , §. *factæ, de captiu. & poſtlimin.* 20
*reuerſ.* §. *fin. Inſt. de fideiuſ. c. cùm Ioannes* , §. *verùm , de
fid. inſtrument.* vnde negans factum nulla attingitur pro-
batione,*c. quoniam contra*,vbi Lanfranc.& DD. *de probat.* 21
maximè ſi negetur id , quòd ſcripturam requirit , vt red-
ditio rationum , *l. cùm ſeruus , de condition. & demonſtr.
l.*1. §. *offic. de tut. & curat. l. Thais , in fin. de fideicomm.* 22
*libert.* negans enim tunc non tenetur probare. Gloſſ. *in
c. bonæ , il primo* , vbi Abb. *num.*14. *de elect.* Grammat.
*deciſ.*59. *num.*18.

De ſecundo, ſcilicet de cohabitatione longa , non eſt
elaborandum , quia in proceſſu vtriuſque partis teſtes
conueniunt dictos fratres ſimul conuixiſſe vſque ad mor-
tem in eadem domo , in eadem menſa , & ad vnum pa-
nem , & vinum ſine aliqua diuiſione , adeo vt de hoc in
facto non liceat dubitare.

Ad primum igitur, ſcilicet ad communicationem lu-
crorum recurrendum eſt , & videndum , an hic inter-
uenerit ita , vt poſſit probari , & præſumi ſocietas om-
nium bonorum , quæ etiam ſignis , & coniecturis pro-
bari poteſt. Anch. *d. conſ.*149. *num.* 1. *in fin.* & *num.* 2. 23
Iaſ. *d. conſ.*2. *col.*7. *verſ. ſextò facit , lib.*3. Menoch. *d.
præſ.*56. *num.* 38. *verſ. & ij quidem* , Maſcard. *dict. con-
cluſ.*1316. *num.*20. & non eſt neceſſaria negotiatio in-
ter fratres , vt cenſeatur inducta omnium bonorum ſo- 24
cietas , teſte Bald. *in d. l. ſi patruus , num.* 14. Cephal.
*conſil.*483.*num.*4. Felic. *d. tract. de ſociet. cap.*10.*num.*29.
& claræ ſunt depoſitiones teſtium , qui dicunt dictos
fratres perpetuò vixiſſe in vniuerſali bonorum commu-
nione ſub eodem tecto conferẽdo redditus cuiuſcumque
generis , vt in proceſſu , *fol.* 174. 175. 179. 189. 204.
247. 265. 266. quæ fieri non poſſunt citra ius , & no-
men ſocietatis , *l. pro hærede , ff. de acquir. hæred.* Bald. 25
*in d. l. ſi patruus* , Rol. *conſ* 91. *num.*23. *lib.*1. Maſcard.
*dict. concluſion.* 1316. *num.*47. Riminald. Iun. *conſ.*280.
*num.*7. Felic. *dict. cap.*10. *numero* 18. Rot. *diuerſ. deci-
ſion.* 169. *num.*6. *part.* 2. Mantic. *de tacit. & amb. con-
uent. lib.*6. *titul.* 1. *num.*10. Gratian. *diſc. for. capite* 336.
*num.*2.

Et verè quando fratres exercent actus difformes,& va-
rietatem habentes , ſi poſtea lucra vndequaque prouen-
nientia conferant,ex huiuſmodi actibus præſumitur con-
tracta vniuerſalis ſocietas:pulchrè Iaſ.*d.conſ.*2.*col.*6. *verſ.
quartò facit,lib.*3.vide Decian.*d.conſ.*73.*num* 17.*lib.*5.Coc- 26
cin.*d.deciſ.*421.*n.*5. Hic autem nemini dubium eſt,dictos
fratres in commune contuliſſe omnes redditus bonorum
paternorum , vt vno ore fatentur vtriuſque partis teſtes,
vt in dictis locis, & vlterius certum eſt,etiam dictum R.
D. Ioan. Anton communicaſſe prouentus beneficiorum
SS. Georgij , & Sebaſtiani , vt pariter dicunt vtriuſque
partis teſtes in proceſſu,*fol.*208. 216.234.252. 400 421.
422 423. & alibi ; & contra dictus Dominus Bernardi-
nus habebat prædium dotale ſuæ vxoris , cuius prouen-
tus cum dicto eius fratre communicabat, vt in proceſſu,
fol.

*fol.*223. 233. 261. 269. 366. quæ ſufficiunt ad oſtendendam vniuerſalem ſocietatem; quoniam communicatio lucrorum dotalium ex parte vnius fratris, & lucrorum 27 etiam quaſi caſtrenſium ex parte alterius inducit ſocietatem: pulchrè Salic. *in d.l.ſi patruus*, Soc. Iun. *conſ.*292. *num.*3. *verſ.ſed ex quo*, *lib.*2. vide Decian. *d.conſ.*73. *num.*18. *lib.*5. Menoch. *præſ.*56. *num.*39. ergo nihil ambigendum eſt de huiuſmodi ſocietate.

Neque conſiderandum eſt, quòd dictus Dominus Bernardinus haberet maiorem familiam, pro qua plus expenderet, quia in ſocietate omnium bonorum omnia ſunt æqualiter participanda non diſtinguendo inter maiorem, vel minorem familiam, quia hæc proueniunt à caſu, non 28 à culpa ſociorum, vt poſt Crauet. *conſ.*159. *n.*10. Menoch. *de arb.iud.caſ.*127. *n.*2. inquit Hect. Felic. *d.tract. de ſociet. c.*16. *n.* 33. 34. 35. Decian. *d. conſ.*73. *n.*19. *verſ.octauo*, *lib.*5. quamvis poſſet dici non eſſe clarum, quod dictus D. Bernardinus haberet maiorem familiam.

Propterea dictus D. Bernardinus alia etiam lucra communicauit, nam dabat pecunias ad negotiandum, vt in proceſſu, *fol.*163. 261. 228. 313. 355. nec apparet, quod earum lucra præcipua haberet, ſed teſtes dicunt, quod omnia communicabat; & apparet dictos fratres habuiſſe pecunias communes, vt in proceſſu, *fol.*163. & multos actus ſociales fecerunt, vt ſoluendo de communi debita, & dotes vnà cum fructibus, vt in proceſſu, *fol.*146. ex quibus arguitur iſta vniuerſalis bonorum ſocietas. Tuſch. *d. littera S. concluſ.*282. *num.*9. Et ſanè non licet de hoc dubitare, quia etiam teſtes partis aduerſæ deponunt de hac omnium bonorum ſocietate, nec eam negare audent, vt in proceſſu, *fol.*359. 363. 364. 396. 401. 407. 422. 423. benè verum eſt, quod excipiunt pecunias canonicales, ſed inferius ad hoc reſpondebo, & oſtendam nihil officere huic vniuerſali ſocietati.

Non obſtat autem hic non poſſe dari tacitam ſocietatem reſpectu dicti R. D. Ioan. Anton. ob qualitatem cleri-
29 catus, quia cùm ſit prohibitum clericis negotiari, non præſumitur inita ſocietas inter fratres, quorum alter ſit clericus, vt ſcripſit Feder. de Sen. *conſ.*207. *col.*2. Alc. *conſ.*91. *num.*6. *tom.*3. *lib.*8. Ferret. *conſ.*166. *num.*4. *lib.*1. Rim. Iun. *conſ.*280. *num.*14. Ioſeph Lud. *concluſ.*53. *verſ. vndecimò*, Menoch. *conſ.*12. *num.*12. Maſcard. *de probat. d. concluſ.*1616. *num.*37.

Nam reſpondetur hæc procedere ad præſumendam particularem negotiorum ſocietatem, nam cùm clericus nequeat negotiari, non cenſetur voluiſſe facere actum prohibitum, & pœnalem, & ita loquuntur præfati DD. vt videre eſt apud Menoch. *d. conſ.*12. *num.*12. Verùm ad præſumendam omnium bonorum tacitam ſocietatem nihil obſtat clericatus qualitas, omnes enim admittunt illum poſſe eam contrahere, quoniam in illa non eſt neceſſaria negotiatio, & ſi adſit, poteſt eſſe pro parte ſo-
30 cij, non ipſius clerici, qui poteſt rependere ſocio in alia re, velut communicando fructus præbendæ, prout in huiuſmodi ſocietate admittunt clericum, & communicare poſſe, ac teneri prouentus beneficiorum ſcripſerunt Petr. Vbald. *d.tract.de duob. fratr. part.*6. *quæſt.*17. *num.*18. Iaſ. *d. conſ.*2. *col.*6. *ad fin. lib.*3. Decian. *d. conſil.*85. *num.*7. *lib.*2. & *conſ.*73. *num.*14. *lib.*5. Hect. Felic. *d. cap.*12. *num.*31. & alij communiter, adeo vt non ſit dubitandum, quin clerici ſint capaces ſocietatis omnium bonorum, & maximè reſpectu diſtributionum quotidianarum, quas ad quoſque hæredes poſſunt tranſmit-
31 tere, & ad libitum diſponere. Couar. *in d. cap. in officiis*, *num.*4. Seraph. *deciſ.*594. *num.*6. Gratian. *d. cap.*281. *num.*11.

Non obſtat, quòd dictus R. D. Ioan. Anton. acquiſiuerit domum, in qua dicti fratres habitabant, nomine proprio, dicti Domini Bernardini non facta mentione, vt in proceſſu, *fol.*322. 323. Nam reſpondetur exinde non infirmari ſocietatem, ſed potius confirmari ex infra dicendis, quoniam dictus Reuerendus fortè ad alium finem tacuit fratris nomen ad euitandum onus gabellæ, quam Carpi ſoluunt laici contrahentes, non vt excluſo fratre ſibi acquirere vellet: Et hoc ita eſſe conuincitur eo ſolùm, quia dictus Reuerendus D. Ioan. Anton. dedit pro dicta domo in permutationem aliam domum communem cum dicto eius fratre, vt ex eodem inſtrumento apparet in proceſſu, *fol.*122. 144. 221. 214. 265. 267. & ideò domus acquiſita à dicto Reuerendo Io. Antonio fuit ſemper habita pro communi inter fratres, vt dicunt teſtes in proceſſu, *fol.*175. 181. 189. 129. 211. 221. 253. 254. 267. 271. 392.

Propterea non eſt dubitandum, quin dicta domus fuerit communis, tum ex prædictis, tum quia ſocius à iure cenſetur habere mandatum ab alio ſocio omnium bonorum, & ſi quid facit, & acquirit nomine proprio, tenetur communicare. Bald. *conſ.*120. *num.*3. *verſ.& ſi dicatur*, *lib.*1. 32 Tuſch. *d. littera S. concluſ.*311. *num.*7. pulchrè Iaſ. *d. conſ.*2. *col.*7. *verſ. quintò*, & *col.*8. *verſ. nonò*, & *verſ. decimò*, *lib.*3. Surd. *conſ.*43. *num.*9. & *deciſ.*213. *num.*2. Decian. *d. conſ.*85. *num.*5. *in fin.* & *num.*14. *lib.*2. & *conſil.*73. *num.*19. *verſ. nonò*, & *num.*22. *lib.*3. Felic. *d. tract. cap.*14. *num.*5. 6. Mar. Giurb. *in conſuetud. Meſſan. part.*1. *cap.*1. *gloſſ.*5. *num.*20. Gratian. *diſc.for.d. cap.*547. *num.*13. Maſtrill. *deciſ.*179. *num.*24. *part.*2. non enim excluditur præſumptio vniuerſalis ſocietatis ex inſtrumento particularis emptionis proprio nomine alicuius ſociorum contractæ. Mantic. *de tac. & amb. conuent. part.*1. *lib.*6. 33 *tit.*16. *num.*21. Vnde prædicta domus ſemper habita fuit communis etiam ab aduerſariis, & pro tali nominata eſt etiam in inſtrumentis publicis, & ad eam tanquam communem admiſerunt dictas ſorores, vt in proceſſu, *fol.*78. 88. 325. adeò, vt de hoc non liceat amplius dubitare.

Ex quibus apparet non eſſe neceſſarium reſpondere ad alias acquiſitiones proprio nomine factas à dicto Reuerendo D. Ioan. Antonio, quia cùm dictus Reuerendus tanquam ſocius haberet mandatum à fratre, talia facere poterat, nec ſocietati præiudicabat, quoniam procedebant, vt dicunt vtriuſque partis teſtes, *di concerto*, vt in proceſſu, *fol.*249. 385. ideò eadem omnia videntur communi nomine acquiſita, & debent omnino communicari. Bald. *in l. ſi vt proponis*, *num.*6. *C. de rei vend.* Iaſ. *in l. ſocius*, 34 *num.*2. *ff. ſi cert. pet.* Anch. *conſ.*302. *num.*7. *verſ. venio*, Alex. *conſ.*49. *num.*21. *verſ. ſed præmiſſis*, *lib.*1. Iaſ. *d. conſ.*2. *columm.*8. *verſ. decimo*, *lib.*3. Corn. *conſ.*38. *num.*4. & *conſil.*79. *num.*18. *lib.*3. Crauet. *conſil.*159. *num.*2. Gratian. *dict. cap.*547. *num.*13. alioquin ſi dictus Reuerendus D. Ioan. Anton. aliter ſenſiſſet, videretur voluiſſe decipere ſocium, & fraudare ſocietatem, vt inquit Crauet. *dict. conſ.*159. *num.*2.

Verùm cùm dicti fratres ſemper vſi fuerint rebus etiam proprio nomine emptis tanquam communibus, & fructus, ac commoditates earum tanquam communes habuerint, vt dicunt teſtes in dictis locis, euidens eſt ſignum ſocietatis, & communionis etiam in dictis rebus proprio nomine comparatis, quoniam emens domum, vel alias res nomine ſuo, ſi poſtea in communi ea vtatur, res efficitur communis, & pro communi acquiſita cenſetur, vt poſt Cyn. & Bald. inquit Iaſ. *in d.* 35 *l. ſi ſocius*, *num.* 2. *verſ. tamen his rebus*, *ff. ſi cert. pet.* Anch. *conſ.*302. *num.*8. Tuſch. *littera S. concluſione* 289. *num.*8. & *concluſ.*290. *num.*48. Iaſ. *d. conſ.*2. *col.*9. *verſ. duodecimò*, *lib.*3.

Si qua igitur ineſt difficultas, ea eſſe videtur circa pecunias canonicales, quas nonnulli teſtes videntur deponere, quòd dictus R. Ioan. Anton. ſibi præcipuas haberet, & vt proprias conſeruaret, propter quod efficitur, vt illæ non ſint communicandæ, & inferunt non extitiſſe talem ſocietatem. Soc. Iun. *conſ.*24. *num.*7. *lib.*2. Maſcard. *d. concluſ.*1316. *num.*31.

Nam reſpondetur id motiuum procedere fortè in ſocietate particulari vnius negotiationis, vel particularita-
36 tis, vt inquit Iaſ. *in d.l. ſi ſocius*, *num.*2. & meliùs Decian. *d.conſ.*73. *num.*22. *lib.*5. non autem poteſt habere locum in ſocietate omnium bonorum, qua ſemel contracta frater natu maior adminiſtrans tenetur etiam quæſita ſuo nomine communicare, cùm non poſſit præiudicare aliis ſociis communicantibus. Card. Tuſch. *d. concl.*282. *numer.*22. Decian. *d. conſ.*73. *num.*22. Gratian. *d. cap.*547.
37 *num.*13. Mar. Giurb. *ad Stat. Meſſan. part.*1. *cap.*1. *gl.*5. *num.*22. *in fin.*

Verùm ſi veritatem inſpiciamus, dictus R. D. Ioan. Anton. non conſeruabat dictas pecunias canonicales vti proprias, & proprio nomine, ſed tanquam adminiſtrator, & frater natu maior, cui dictus D. Bernardinus reuerentiam hanc, & obſequium præſtabat, vt ſolent facere boni fratres erga Presbyteros; & ita eſſe ſatis probatur, quia dictus Reuerendus communicabat cæteros dicti Canonicatus redditus, velut triticum, vuas, & ligna, de quibus in proceſſu, *fol.*284. 285. in vnum enim, & idem horreum dicti fratres conferebant, & ducebant omnia grana, vt in proceſſu, *fol.*179. 204. 205. 208. 216. 225. 234. 243. 252. & pariter idem Reuerendus pro communi ſeruitio expendebat ex dictis pecuniis, quantum oportebat, vt in proceſſu, *fol.*235. 397. 406. quod euidens eſt ſignum, eum fuiſſe cuſtodem dictarum pecuniarum, & adminiſtratorem, non verò abſolutum dominum, niſi quantum fert natura ſocietatis; ipſe enim erat, vt vulgò dicitur, *il Regidore*, vt in proceſſu, *fol.*244. 396. dictus autem D. Bernardinus ſe conformabat voluntati dicti Reuerendi, vt in proceſſu, *fol.*244. ibi: *M. Bernardino gli ſtaua ſotto, è l'obediua, come ſe foſſe ſtato ſuo Padre:* quæ nihil derogant ſocietati vniuerſali, in qua ſemper ſolet aliquis eſſe Præfectus, ſed ſimul viuebant, & ſtabant *tanto al male, quanto al bene*, vt ſæpe habetur in proceſſu; quod eſt ſignum euidens ſocietatis vniuerſalis:
38 Gratian. *diſc.for.cap.*457. *num.*15. 16.

Deinde quæro ego, quis reuelauit teſtibus aduerſæ partis dictas pecunias fuiſſe canonicales, hoc vtique vix cadere poteſt ſub ſenſu, & contrarium verius eſſe poteſt, & deponunt contra iuris præſumptionem, quoniam præſumitur dictus R. D. Ioan. Anton. conſumpſiſſe redditus
39 Canonicatus in ſui, & eius familiæ alimoniam, & reſeruaſſe prouentus bonorum patrimonialium. Abb. *in cap. cùm eſſes, de teſtam.* Anch. & Imol. *in d. c. cùm in officiis*, Alex. *conſ.*116. *num.*4. *lib.*7. Socin. *conſ.*91. *num.*4. *in fin. lib.*3. Corn. *conſ.*314. *num.*4. *lib.*3. Surd. *d. quæſt.*12. *n.*28. 29. maximè quando redditus Eccleſiaſtici non ſunt pingues adeo, vt deductis expenſis neceſſariis adhuc poſſit iudicari ſuperfluum extare, vt in caſu noſtro, vbi tenues erant prouentus Canonicales non excedentes tunc libras 300. quotannis, vt habetur ex teſtibus vtriuſque partis, quæ non poterant ſufficere ad congruam ſuſtentationem, propter quod iudicandum eſt dictas pecunias fuiſſe potiùs collectas ex redditibus patrimonij, & ex lucris, ac induſtria dictorum fratrum, ideóque communiter eſſe diuidendas.

Apparet igitur dictos teſtes ita deponere ex capite ſuo, quia verè non poterant aſſerere dictas pecunias fuiſſe proprias dicti Reuerendi, cum ab eius animo id penderet, ſolus enim poterat declarare, an eas cuſtodiret, tanquam dominus, vel ſocietatis præfectus, & vt dicunt, *come Regidore:* & ideò non probant, quia non concludit eorum ratio, *l. neque natales*, *C. de probat. l. non hoc*, *C. vnde legit.* vincunturque à teſtibus dictarum ſororum numero pluribus, qui nihil excipiunt, dicentes, quod à prædictis fratribus omnes redditus cuiuſcumque generis communicabantur, *ex c. noſtra, de teſt. l.* 3. §. *eiuſdem*, *ff. eod.* Burſat. *conſ.*311. *num.*32.

Verùm nulla vis eſt facienda in vno teſte dictarum ſororũ, qui videtur concordare cum teſtibus aduerſæ partis circa dictas pecunias canonicales, quia vincitur ab aliis,
40 mihi enim licet reprobare teſtes meos ex dictis aliorum teſtium, vt inquit Specul. *de teſte*, §. *ſed & teſtes*, *num.*7.

Si autem inſpiciamus perſonas teſtium aduerſæ partis, nullius fidei eſſe debent, & nimis conſtat nimiam habuiſſe affectionem erga aduerſarios. Nam ſi de quarto teſte loquamur, eorum conſanguineum ſe fatetur in proceſſu, *fol.*371. valdeque familiaris eſt alterius ex aduerſariis, in proceſſu, *fol.*429. 431. mendax etiam videtur, quia inquit ſe reſtituiſſe quaſdam pecunias dicto Reuerendo ab eo mutuò acceptas, in proceſſu, *fol.*351. & tamen non reſtituit, *fol.*71. deinde affirmat illo tempore Canonicatus fructificaſſe libras 700. in proceſſu, *fol.*359. & tamen hoc non eſt verum, in proceſſu, *fol.*383. denique teſtificatur dictum Reuerendum ſemper fuiſſe vſum veſtibus attritis, *fol.*360. & tamen induebatur honorificè, *fol.*426. 427. 441. vnde ſtante pluritate defectuum hic teſtis nihil probat. Farinac. *de teſtib. quæſt.*62. *num.*381. 382.

Quintus etiam teſtis vltra prædicta in communi non caret præcipuis defectibus nimiam oſtendens parti aduerſæ affectionem, nec à mendacio alienus eſſe videtur, cùm dicat eo tempore Canonicatus fuiſſe ſolitos reddere ducatos 120. vel 130. & præſefert de hoc eſſe certum, quia habebat fratrem pariter Canonicum, in proceſſu, *fol.*383. & tamen res longè aliter ſe habet, in proceſſu, *fol.*283. Deinde pertinax videtur in hoc, quòd directæ pecuniæ eſſent propriæ dicti Reuerendi, in proceſſu, *fol.* 373. 374. 375. & tamen paulò poſt quaſi oblitus ſuæ depoſitionis inquit ſe neſcire, an dictæ pecuniæ eſſent communes, in proceſſu, *fol.*387. 390. quæ omnia vtique videntur tollere fidem huic teſti.

Nonus etiam teſtis nihil probare videtur. Nam in primis negat ſe attinere aduerſariis, in proceſſu, *fol.*420. & tamen eis multùm attinet, & beneuolus eſt, in proceſſu, *fol.*436. 438. 439. Deinde vnum dicit, quod ſanè videtur impoſſibile, ſcilicet, *che il detto Reuerendo mai perſe vn punto*: *fol.*413. quod non eſt veriſimile, & teſtis ſcire non potuit, quia R. D. Ioan. Antonius fuit Canonicus de anno 1554. in proceſſu, *fol.*283. & teſtis iſte natus eſt de anno 1563. vt colligitur ex eo, quòd ipſe dicit habere annos 57. in proceſſu, *fol.* 420. Præterea dicit dictum Reuerendum ex Canonicatu collegiſſe ad minùs ducatos 100. quotannis, in proceſſu, *fol.*414. 417. & tamen hoc longè à vero eſt, vt in proceſſu, *fol.*283. Vlterius dicit prouentus beneficiorum SS. Georgij, & Sebaſtiani fuiſſe de ducatis 40. vt in proceſſu, *fol.*414. & tamen neque hodie poſſunt peruenire ad medietatem dictæ ſummæ, vt in proceſſu, *fol.*287. 288. Denique magnam dicit inueriſimilitudinem, nam fert indicium ſuum quòd dictus Reuerendus potuerit ſingulis annis aggregare ducatos 200. vt in proceſſu, *fol.*416. & tamen redditus integri beneficiorum, & Canonicatus tot, & tanti non erant vt facilè calculari poteſt ex proceſſu, *fol.* 287. & propterea dictis teſtibus non eſt fides adhibenda, in cæteris non laboro, quia vel ſimiles patiuntur defectus, vel nihil nocent dictis ſororibus, vel facilè reducuntur ad concordiam cum earum teſtibus.

Non poſſunt igitur dictæ pecuniæ ſubtrahi à communione prædicta, ſed debent communicari cum dicto Domino Bernardino, vel eius hæredibus, & æqualiter debent diuidi, licet enim vnus ſocius plus lucretur altero, tamen partes debent eſſe æquales in omnium bonorum ſocietate, ad textum *in l. ſi non fuerit*, *ff. pro ſocio.* 41 Bart. *in l. Titium*, §. *alterb, ad fin. ff. de adminiſtr. tut.* Bald. *in l. vt proponis*, *ad fin. C. de rei vindic.* Iaſ. *conſ.*3. *col.*5. *verſ. quartò*, *lib.*3. pulchrè Decian. *dict. conſ.*73. *num* 20. *lib.*5. Felic. *tract. de ſociet. cap.*15. *num.*1. & ideò dictis ſororibus debetur portio pecuniarum, quas petunt in proceſſu, *fol.*4. & de quibus conſtat in proceſſu, *fol.*29. 80. 81. 82. & alibi, & quia ſunt hæredes dicti D. Bernardini pro tertia parte, illis debetur dimidia tertiæ partis omnium dictarum pecuniarum.

Non obſtat prædicta conſtitutio dotis, quam prædicti fratres fecerunt ad fauorem D. Liuiæ Conre de propriis cuiuſque rebus; hoc enim non operatur ſocietatis diſſo

diſſolutionem, cum proceſſerit à mutuo eorum conſenſu in eorum inſtrumento emanato; ſicut enim in omnibus, *Caminauamo di concerto*, vt habetur in proceſſu, *fol.*365. 231. 396. ita etiam in hoc, quod apparet, quia in eodem inſtrumento vnuſquiſque ſuam fecit promiſſionem, propter quod ſibi ad inuicem ſic diſponendi videntur dediſſe licentiam, ad textum *in l. Titius, ff. quibus mod. pign.* Bart. *in l. cùm pater, §. libertis, de leg.*2. quando enim plures contractus in eodem inſtrumento celebrantur, vni-
42 co partium beneplacito abſoluti cenſentur. Bald. *in l. petens, num.* 49. *C. de pact.* & alter alteri ineſſe videtur.
43 Seraph. *deciſ.*540. *num.*4. Farinac. *deciſ.*527. *num* 1. *part.* 2. Verùm cùm dicta dotis conſtitutio donationem ſuperet, non eſt mirum, ſi dicti fratres expreſſerunt ſe de proprio dare, quod dabant, quia ſocius non poteſt donare rem communem, & ſi donat alicui, de ſuo donare debet: arg.
44 textus *in l. filius, de donat.* Caſtr. *conſ.*358. *num.*3. *verſ. quid, lib.*2. Tuſch. *pract. concluſ. littera S, concluſ.*28. *num.*68. alioquin eſſet in poteſtate vnius ex ſociis totam exinanire ſocietatem, quod eſt abſurdum, & propter hoc dicti fratres declarauerunt ſe de proprio donare.

Non obſtat diſpoſitio teſtamentaria dicti Domini Bernardini, in qua legauit D. Carolo Lancelloto omnia lucra facta in affictibus prædiorum D. Equitis de Piis, vt in proceſſu, *fol.*66. nam ſocietas tollit facultatem teſtandi etiam de rebus communibus, quia lex præſumit ſocium voluiſſe tantùm diſponere de parte ſua, & non de
45 portione ſocij, ad textum *in l. ſerui electione, §. ſeruus, de leg. primo, l. quod in rerum, §.* 1. *l. domus, §. fin. eod. l. vxor patrui, C. de legat.* ad rem Craſſ. *de ſucceſſ. lib.*1. *§. legatum, quæſt.*14. *num.*9. quod maximè admittendum eſt, cùm dictus D. Bernardinus proteſtetur ſe tantum de ſuis bonis teſtari, vt ex illis verbis, *Proprij denarij*, & ex aliis, *Nel reſto de ſuoi bieni*; ex quibus colligitur eum voluiſſe tantùm diſponere de eo, quod erat in eius libera poteſtate. Bart. *in d. l. ſerui electione, §. fin. numero* 2. 3. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*9. *tit.*9. *num.*12. Phanut. *de lucr. dot. gl.*8. *num.*89.

Similiter non obſtat legatum de omnibus creditis chirographariis factum à dicto D. Bernardino eius vxori, quaſi eidem reliquerit pecunias ſimul, & credita, vt in proceſſu, *fol.*69. Nam reſpondetur iſtud non eſſe intelligendum de pecunia numerata, quia verbum, *Pecuniæ*, latiſſimum, vt *in l. pecuniæ nomine, ff. de verb. ſignif.* reſtringitur à verbo ſubſequenti; *chirographaria*, quia qualitas vnius extremi refertur ad omnia præcedentia.
46 Bart. *in l. Seia, §. Gaio, ff. de fund. inſtruct.* Natt. *conſ.*253. *num.*10. Ceph. *conſ.*12. *num.*16. Honded. *conſ.*24. *num.*16. Surd. *deciſ.*88. *num.*24.

Hanc autem veram eſſe veritatem euidentiſſimè colligitur ex teſtamento manu dicti D. Bernardini conſcripto, vbi de pecunia nulla fit mentio, ſed tantùm relinquuntur dictæ eius vxori credita chirographaria, vt in ſecundo proceſſu, *fol.*26. talis enim notula reperta in filcia vnà cum teſtamento ipſo, nec lacerata, aut deleta, adeo vt commodè poſſit legi, rem dubiam declarat, & fidem facit: pulchrè videndus Pariſ. *conſ.*28. *nu-*
47 *mero* 23. *lib.*2. Alex. *conſ.* 14. *num.*19. *verſ. ſextò, lib.*6. ad rem Surd. *deciſ.*70. *num.*4. vbi notulæ tantò magis ſtandum eſt, quia continet iuſtum numerum teſtium, & clauſulam, *Actum*; quæ ſignificat rem perfectam, & præſumitur publica, vt ſonat. Alex. *d. conſ.*14. *num.*21. *verſ. ad prædicta, lib.*6. Pariſ. *dict. conſ.*28. *numero* 55. *lib.* 2.

Non obſtat ſimiliter negotiatio affictuum, quos tenebat dictus Dominus Bernardinus vnà cum dicto Lancelloto, cum non reſiſtat ſocietati, quod vnus faciat vnum exercitium, alter alium. Iaſ. *dict. conſ.* 2. *col.*6.
48 *verſ. quartò, lib.*3. Decian. *d. conſ.*73. *num.*13. 14. Cocc. *dict. deciſ.*421. *num.*5 Immò creditur pro parte ſua habuiſſe dictam negotiationem communem cum dicto eius fratre, licèt de eo non fecerit mentionem, quia erat clericus, & quia non erat neceſſarium: quod ita eſſe conuincitur, quia dictus Dominus Bernardinus anticipatè ſoluit locatori aureos 400. de pecuniis communibus cum dicto eius fratre, vt in inſtrumento locationis; quod eſt ſignum eum geſſiſſe etiam negotium commune, & feciſſe, quòd facere tenebatur, cum ſocius teneatur communicare acquiſita etiam proprio no-
mine, ad textum *in l. duobus, §. ſi fratres, ff. pro ſocio.* 49
Bald. *conſ.*236. *num.*1. & *conſ.*262. *num.*1. *lib.*4. Tuſch. *littera S, concluſ.*290. *num.*3. Socin. *conſ.*254. *num.*7. 8. Dec. *conſ.*255. *num.*3. Decian. *d. conſ.*73. *num.*20. Mar. Giurb. *ad Statut. Meſſan. part.*1. *cap.* 1. *gloſ.*5. *num.*23. præſumitur enim actum, quod erat de iure gerendum,
*l. ſi duo*, vbi Bart. *de acquir. hær.* Crauet. *conſ.*149. *num.*12. 50
Surd. *conſ.*312. *num.*14. Mantic. *deciſ.*313. *num.*12.

Non obſtat, quòd dictus Dominus Bernardinus terras in Villa Cibeni reliquerit ſuæ vxori vti proprias, quaſi inde noſcatur eas non retinuiſſe in ſocietate. Nam reſpondetur eas fuiſſe fundum dotalem, nec aliter apparere; & ideo dictus Dominus Bernardinus non tenebatur communicare proprietatem, ſed tantùm fructus, & prouentus. Socin. *conſ.*213. *num.*13. *lib.*2. Decian. *conſ.*39.
*num.*16. *lib.*1. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 13. *num.*4. 51
Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*6. *tit.* 15. *num.*17. Hect. Felic. *d. tract. de ſociet. cap.*12. *num.*28. & ideò cùm ſemper communicauerit fructus dotales, hoc ſufficit ad ſuſtinendam ſocietatem.

Non obſtat denique, nec haberi debet in conſideratione finis, & quietantia facta à dictis ſororibus prædictis Ioan. Antonio, & Alberto de Chechis earum aduerſariis, vt in proceſſu, *fol.*324. 331. quia huiuſmodi finis non comprehendit hanc pecuniarum petitionem, nec ad eam extenditur, cum de pecuniis nunquam facta ſit mentio in inſtrumento, ideò ſolummodò ſortitur effectum ſuum quoad ſtabilia, & ſuppellectilem; finis enim etiam generalis reſtringitur tantùm ad expreſſa, nec porrigitur ad eius extraneum, cum debeat reſpicere ſuam cauſam: ad textum *in l. cancellauerat, de his, quæ*
*in teſt. del.* Aret. *conſ.*160. *num.*9. *verſ. nec ſimiliter*, vi- 52
dendus Crauet. *conſ.*88. *num.*18. *verſ. tertiò.* Becc. *conſ.*74. *num.*23. Veral. *deciſ.*425. *num.*3. 4. *part.*2. vide Cyriac. *controuerſ.*292. *num.*11. *lib.*2. etenim finis, ſeu liberatio etiam ampliſſima, & verbis vniuerſalibus concepta reſtringitur ad ſuam cauſam, nec præiudicat iuri ſibi com-
petenti ex alio reſpectu diuerſo, ad textum *in l. emptor, §.* 53
*Lucius, ff. de pact. l. ſi de certa, C. de tranſact.* Natt. *conſ.*546. *num* 13. 14. Surd. *deciſ.*117. & *conſ.*446. *num.*22. Veral. *dict. deciſ.*425. *num.*4. *part.*2. Farinac. *deciſ.*549. *num.*13. *part.*1. Gratian. *diſc. for. c.*737. *num.*12. Cyriac. *d. contr.*292. *num.*7. limitata enim cauſa limitatũ producit effectum, *l. in agris,*
*ff. de acquir. rer. dom. l. iubemus, C. ad Velleian.* Notat Gloſſa 54
*in §. quod autem, Inſt. de leg. agn. tut.* Crauet. *conſ.*680. *numero* 13. & ideò cùm huiuſmodi quietationes fuerint factæ ob diuiſionem ſtabilium, & ſuppellectilis, cùm ſint ſtricti iuris, à ſubiecta materia reſtringuntur ad cauſam, ob quam fiunt, & ad ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Surd. *conſ.*445. *num.*45. Ludouic. *deciſ.*511. *num.*23.
Gratian. *d. cap.*337. *num.*11. Cyriac. *dict. controuerſ.*292. 55
*num.*13. 14. & tantò magis, quia dictæ mulieres erant minores, & non fuerunt certioratæ de beneficiis ſibi competentibus, quo caſu finis non valet, vt poſt Signorol. & Theſ. inquit Cyriac. *controuerſ.*321. *num.*64. 65. *part.*2.

His viſis, & ita firmitatis tranſeundum eſt ad bona ſtabilia, & ſupellectilem, pro quibus aduerſarij videntur ſe reddere tutos vigore huiuſmodi finis, & quietantiæ. Sed reſpondetur huiuſmodi quietantias eſſe nullas, & infirmas ob enormiſſimã læſionem, quæ eas omnino facit corruere, quia arguit dolum ex propoſito, & annullatur contractus, ſicut ex dolo vero, & ſuccurritur etiam maiori non
obſtante quocumque iuramento. Corn. *conſ.*17. *n.*5. *verſ.* 56
*hoc præſuppoſito, lib.*4. Crauet. *conſ.*192. *num.* 3. Decian.





*conſ.*180. *num.*4. *verſ. ſed tamen*, Natt. *conſ.*166. *num.*2. 3. Grammat. *deciſ.*66. *num.*48. Gratian. *diſc. for.*823. *numero* 38. 39. adeo, vt nihil proſit interpoſitio iudicialis decreti, etſi ſit Principis, quia adhuc talis læſio corro-
57 dit contractum. Cephal. *conſ.*344. *num.*31. Honded. *conſil.*29. *num.*52. Gratian. *cap.*563. *num.*37. Cyriac. *controuerſ.*160. *num.*55. *part.*1. & quia iudicis arbitrio remittitur, quanta debeat eſſe læſio. Menoch. *de arb. iud. caſ.*74. *num.*4. Cyriac. *contr.*48. *num.*9. *part.*1. conſiderandum eſt, quid illis datum ſit, de quo in proceſſu, *fol.*324. 331. & quid ab illis fuerit renuntiatum, de quo in proceſſu, *fol.*28. *& ſeqq.*

Nec obſtat, pecunias prædictas non eſſe habendas in conſideratione, quia erant propriæ dicti R. D. Ioan. Anton. Sacerdotis. Nam ſatis reſponſum eſt eas venire in communione prædicta, & eſſe diuidendas, ſicut cætera bona, adeo, vt non ſit denuo neceſſe id rationibus comprobare; ideo dictis ſororibus eſt ſua portio aſſignanda, quia finis non comprehendit pecunias, & ſi complectitur, læſio eſt manifeſtiſſima, quia pluris fortè valent dictæ pecuniæ non diuiſæ, quàm cætera bona.

Non obſtat, non poſſe in hac læſione probanda in medium deduci domum, de qua in actis, quia erat propria dicti Sacerdotis. Nam pariter reſponſum eſt dictam domum fuiſſe communem, & pro communi habitam non ſolum inter dictos fratres, ſed etiam apud aduerſarios, vt viuis rationibus oſtenſum eſt, quæ cum adhuc viuant, nec ex aduerſo ſublatæ ſint, nihil eſt, vt eas repetam.

Verùm quia etiam latius quoad factum ipſum procurator dictarum ſororum in ſua informatione oſtendit, quantæ ſint res, quæ erant diuidendæ, & quomodo ex teſtibus, & ſcripturis probetur quantitas, & valor illarum, me remitto ad eum, quia in iis, quæ facti ſunt, litigantes non indigent conſilio Iuriſperitorum; ex iis autem, quæ ipſe ex proceſſu hauſi, læſionem adeſſe enormiſſimam appareat.

Non eſt tamen omittendum, vt magis de læſione conſtaret, aduerſarios fuiſſe poſitionibus pulſatos, quibus reſpondendo D. Ioan. Antonius Chechus alter ex dictis aduerſariis multa faſſus eſt, quæ iuuant dictas ſorores in dicta læſione, vt habetur in proceſſu, *fol.*28. *& ſeqq.* quod poſtea præcauens dictus Chechus, confeſſionem reuocauit, ſed id facere nullo modo potuit, quia erat confeſſio iudicialis, & non docuit de errore, nec in continenti fuit reuocanda: Bald. *in l. edita, in* 2. *lect. verſ. ſæpe*
58 *accidit, C. de edend.* Franc. *in cap.*1. *col.*1. *de accuſat. in* 6. Cùm enim dicta confeſſio fuerit à Notario in ſcriptis redacta, & marginaliter poſitionibus annotata, reuocatio non poteſt dici in continenti facta: pulchrè Ruin. *con-*
59 *ſil.*5. *num.*15. *lib.*4. quod etiam probatur ex Gloſſ. *in c. apud miſericordem* 32. *quæſt.*1. & Gloſſ. *in c. olim cauſam, in fin. de cenſ.* Rom. *conſ.*391. *num.*1. *verſ. hæc autem,* Iaſ. *in l. error, num.*9. *verſ. & diceretur, C. de iur. & fact. ignor.* Marant. *in ſpecul. part.*6. *art.*4. *de poſition. num.*8. Tiraq. *de retract. conuent. §.*1. *gl.*5. *num.*14. *verſ. intelligit*, latè Maſcard. *de probation. concluſ.* 350. *verb. Confeſſionem*, *num.* 10. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.*83. *num.*74. & *cap.*73. *numer.*15. *part.*1.

Quòd multò magis admittendum eſt, quia dictus Chechus deliberatè reſpondit præcedente trina monitione, & citatione, vnde non poteſt eſſe locus reuocationi, cum cenſeatur prima vice dixiſſe veritatem, & ſecun-
60 da videtur eſſe cauillatio procuratoria. Rom. *d. conſ.*391. *num.*1. Gabriel *communium concluſ. lib.*1. *tit. de confeſſ. concluſ.*6. *num.*5.

Et confeſſio prædicta poſitionibus data non ſolum præiudicat confitenti, *l. generaliter, C. de non num. pec.*
61 *lib.*1. *C. de confeſſ. l. publia, ff. de duobus reis*, ſed etiam nocet correo, & contra eum fidem facit: ad textum *in l. pen. ff. de duobus reis*, etenim ſi teſtes probarent contra dictum correum, quantò magis Chechus in eadem naui conſtitutus, qui videtur confeſſum fuiſſe meram veritatem, vnde hæc probatio cenſetur carere omni defectu, & tantò magis, quia coadiuuatur depoſitionibus teſtium, de quibus in proceſſu, *fol.*175. 176. 177. 194. 195. 211. 212. 224. 237. 238. ex quibus concludendum eſt, dictas ſorores eſſe admittendas ad diuiſionem dictarum pecuniarum, & in reliquo vigore læſionis eſſe reſarciendas vſque ad eam quantitatem, quæ iuſtè illis obuenire debet. Et ita. Saluo.

---

# CAPVT XVII.

## EPITOME.

Laicus poteſt eſſe iudex inter duos laicos Eccleſiæ emphyteutas, inuicem de emphyteuſi contendentes, contra Facinacium; & alia multa tractantur in materia iuriſdictionali.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicem eſſe plus oneris habet, quàm honoris.*
2 *Iudicare eſt fructus iuriſdictionis.*
3 *Iudex nemini parcere debet.*
4 *Iudex debet iudicare ſecundùm iura.*
5 *Iudices ſunt poſiti vt ſignum ad ſagittam.*
6 *Exceptio declinatoria, vel dilatoria cenſetur reiecta per proceſſum ad vlteriora.*
7 *Emphyteutarum Eccleſiæ quæſtio ad quem Iudicem ſpectet.*
8 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus eſt competens inter duos laicos emphyteutas Eccleſiæ.*
9 *Rota Romana facit communem opinionem, & non creditur errare.*
10 *Rotæ deciſiones extra Curiam non faciunt ius.*
11 *Rotæ Romanæ non defertur, niſi quatenus iure, vel ratione fulcitur.*
12 *Orbis eſt maior vrbe.*
13 *Rota quandoque rotat.*
14 *Romæ quid ſit factum, non ſpectatur, ſed quid faciendum.*
15 *Sententia lata contra deciſionem Rotæ eſt valida.*
16 *Iudicem oportet cuncta rimari.*
17 *Laicus eſt Iudex competens inter duos emphyteutas Eccleſiæ contendentes.*
18 *Emphyteuſis cognitio ſpectat ad laicum inter laicos.*
19 *Communi ab opinione non eſt recedendum in iudicando.*
20 *Dominium vtile emphyteutæ Eccleſiæ eſt laicale, & ſubiectum ſtatutis laicorum.*
21 *Emphyteutæ dominium an ſit exemptum à iuriſdictione laicorum.*
22 *Statutum de vtili dominio emphyteutæ Eccleſiæ an valeat.*
23 *Eccleſiæ non intereſt ad quem emphyteutarum tranſeat emphyteuſis.*
24 *Emphyteuſis Eccleſiæ ſtatutum faciens mentionem non valet.*
25 *Statutum non valet, ſi directè, vel indirectè præiudicet Eccleſiæ.*
26 *Emphyteuſis ſucceſſio regulatur à ſtatutis laicorum.*
27 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria eſſe, quomodo intelligatur.*
28 *Actor ſequitur forum rei.*
29 *Emphyteuta conuentus pro ſuo tantùm iure non declinat forum laici.*
30 *Dominus extare non videtur, ſi de eius præiudicio non agatur.*
31 *Bona ſunt acceſſoria perſonæ.*

32 Nominans dominum non declinat forum, ſi pro ſuo iure conueniatur.
33 Eccleſia volens defendere emptorem, ab co tenetur ſtare in foro laico.
34 Forum ſortiri poſſumus ratione rei, & perſonæ.
35 Iudicium non facit rei qualitas, ſed perſona.
36 Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.
37 Accidens variatur ſecundum conditionem perſonæ.
38 Clericus neceſſarius defenſor trahit cauſam ad ſuum forum.
39 Eccleſia ſi nominetur Domina, trahit cauſam ad forum ſuum.
40 Nominans dominum, ſi ipſe non habet ius in re, declinat forum.
41 Statutum non valet permittens feudi Eccleſiaſtici alienationem.
42 Feudo alienato extinguitur conceſſio feudi.
43 Statutum vetans incurri caducitatem ob non ſolutionem canonis, non valet in damnum Eccleſiæ.
44 Emphyteuſis, & feudum perduntur propter alienationem.
45 Alienatio emphyteuſis an permittatur in caſu neceſſitatis.
46 Emphyteuſis Eccleſiæ ſubiicitur ſtatutis laicorum, & quando.
47 Eccleſiæ non intereſt, quis ſit emphyteuta inter vocatos.
48 Vaſſalli mutatio quando non interſit Eccleſiæ.
49 Eccleſia non poteſt lædi laicorum ſtatutis, etiam ſecundariò, & in minimo.
50 Læſio modica quando conſideretur.
51 Emphyteuta deficiendo in vno nummo canonis, cadit à toto.
52 Statuta præiudicialia Eccleſiæ non valēt, & quando ſecus.
53 Obligatio plurium eſt magis vtilis, quàm vnius.
54 Iudex recuſatur propter intereſſe in cauſa.
55 Epiſcopus Regij an ſit competens in cauſis feudalibus ſuæ menſæ.
56 Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſis ſuæ menſæ, & Eccleſiæ, & quomodo.
57 Epiſcopus quomodo recuſetur vti ſuſpectus ob intereſſe in cauſa.
58 Recuſatio Epiſcopi in Iudicem quomodo fiat ob eius intereſſe.
59 Arbitri iuris eliguntur ad cognoſcendas cauſas ſuſpicionis.
60 Vicarius Regij cognoſcit cauſas feudales menſæ Epiſcopalis.
61 Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit, an cauſa ſit ſpiritualis.
62 Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit, an cauſa pertineat ad forum Eccleſiæ, vel laici.
63 Iudex laicus, & Eccleſiaſticus ſi contendant de iuriſdictione, quis cognoſcit.
64 Iudex laicus an cognoſcat, ſi ſua ſit iuriſdictio.
65 Iudex ſi pronunciet ſe competentem, an validè iudicet.
66 Iudex quilibet poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.
67 Iuriſdictionem eſſe ſuam, quando cognoſcat laicus.
68 Laicus non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio in rebus Eccleſiaſticis.
69 Laicus eſt incapax iuriſdictionis in clericos, & res ſpirituales.
70 Ordinarius vtriuſque litigantium poteſt eſſe Iudex inter emphyteutas.
71 Laici non poſſunt ſtatuere de perſonis, aut rebus Eccleſiaſticis.
72 Feudali in cauſa Dominus eſt Iudex competens, etiam Eccleſiæ.
73 A feudo an valeat argumentum ad emphyteuſim.
74 Emphyteuſis, & feudi quando ſit par diſpoſitio.
75 Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet.
76 Laicus non eſt iudex competens in cauſa iuriſpatronatus.
77 Connexorum idem iudicium.
78 Dominium vtile eſt connexum directo.
79 Dominium vtile eſt tanquam chimera, & quomodo ſit annexum directo.
80 Intellectus ſeparat, quæ ſunt iuris.
81 Dominium directum eſt ſeparatum ab vtili.
82 Emphyteutæ dominium eſt ſeparatum à dominio directo.
83 Vſusfructus eſt ſeparatus à proprietate.
84 Dominium vtile tranſit in emphyteutam.
85 Dominium vtile conſolidatur cum directo finita emphyteuſi.
86 Verbum, conſolidari, quid importet.
87 Connexa propriè dicuntur, quæ ſunt indiuidua.
88 Connexitas rerum in quo conſiſtat.
89 Dominium vtile, & directum ſunt diuiſa.
90 Iuſpatronatus eſt annexum ſpiritualibus.
91 Iuſpatronatus ex gratia laicis conceſſum.
92 Iuſpatronatus vendi non poteſt, niſi cum vniuerſitate bonorum.
93 Iuſpatronatus eſt inſeparabile à ſpiritualibus.
94 Mixta non poſſunt ſeparari.
95 Mixta ſequuntur naturam ſimplicis dignioris.
96 Iuſpatronatus eſt indiuiduum.
97 Poſſeſſio, & proprietas ſunt connexa.
98 Laicus poteſt eſſe Iudex in cauſa poſſeſſoria beneficij, & quomodo.
99 Iudex laicus an poſſit iudicare inter clericos de poſſeſſione beneficij.
100 Mixti fori eſt cauſa poſſeſſionis beneficij.
101 Iudex Eccleſiaſticus inhibere poteſt laico in cauſa poſſeſſionis beneficij.
102 Poſſeſſorij cauſa terminari debet vt cauſa petitorij.
103 Decimarum in cauſa ſolus Eccleſiaſticus eſt competens.
104 Decimarum cauſa eſt ſpiritualis.
105 Laicus an poſſit cognoſcere de cauſa decimarum.
106 Argumentari non licet à contrario ſenſu, vel à ſimili in verbis Doctorum.
107 Emphyteuta Eccleſiæ an poſſit collectari à laicis.
108 Collectari an poſſit emphyteuta Eccleſiæ à laicis.
109 Vtile dominium emphyteutæ Eccleſiæ an ſubiaceat collectis laicorum.
110 Colonus Eccleſiæ ſoluens modicam penſionem an poſſit collectari à laicis.
111 Eccleſia damnificaretur, ſi eius coloni poſſent collectari.
112 Conſuetudo poteſt liberare emphyteutam Eccleſiæ à collectis.
113 Eccleſia tenetur ad collectas, ſi res erat affecta, antequam eſſet Eccleſiæ.
114 Statuta laicorum an valeant ſuper vtili dominio emphyteutæ Eccleſiæ.
115 Inueſtituræ tenor in primis attendendus eſt.
116 Eccleſia poteſt ſuum emphyteutam ad forum Eccleſiaſticum trahere.
117 Laicus non poteſt cognoſcere, an ſit extincta emphyteuſis Eccleſiæ.
118 Clericus nominatus in dominum trahit cauſas ad forum ſuum.
119 Clericus volens defendere laicum tenetur id facere in foro laicorum.
120 Emphyteuta Eccleſiæ pro penſione an poſſit conueniri in foro Eccleſiæ.
121 Eccleſiæ emphyteuta non ſubiicitur ſtatutis laicorum.
122 Vtile dominium emphyteutæ non differt ab alio eius patrimonio.
123 Succeſſionis ordo à ſtatutis datus procedit etiam in emphyteuſi.
124 Præiudicium accidentale an attendatur.
125 Emphyteuſis, & libellus ſunt idem.
126 Doctoris verba intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi.
127 Fictio pro veritate reputatur.
128 Directus dominus an trahat cauſam motam contra ſuum emphyteutam ad forum ſuum.

129 Cle



129 Clericus an admittatur ad defenſionem eius, qui eum nominauit pro domino.
130 Clericus de euictione obligatus vbi conueniatur.
131 Statutum excludens fœminas propter maſculos, habet locum etiam in emphyteuſi.
132 Ratio vbi duplex eſt, ceſſante vna non ceſſat diſpoſitio.
133 Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.
134 Emphyteuta primus acquirens cenſetur ſe conformare ſtatutis laicorum.
135 Princeps laicus poteſt ſtatuere ſuper vtili dominio emphyteutæ Eccleſiæ.
136 Emphyteuta canone non ſoluto cadit, non obſtante ſtatuto.
137 Laici an poſſint collectare emphyteutas Eccleſiæ.
138 Eccleſiaſticus quando ſit Iudex in emphyteuſi Eccleſiaſtica.
139 Teſtis deponens dubitatiuè per verbum, fortè, nihil probat.
140 Doctores loquentes per verbum, fortè, quoad ſe rem decidunt.
141 Dictio, fortè, eſt quoddam philoſophicum temperamentum.
142 Iudex quis ſit inter emphyteutam Eccleſiæ, & tertium.
143 Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm doctrinas, quas allegat.
244 Emphyteuta an poſſit declinare forum laici.

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ONus iudicandi, quàm graue ſit, & periculoſum, op-
timè nouerunt, qui aliquando illud portauerunt, &
experti ſunt, vel quale ſit iudicis officium, iam didicerunt
adeo, vt rectè exiſtimatum ſit iudicem eſſe plus oneris
habere, quàm honoris, ex textu *in l. munerum, la grande, §.*
1 *indicandi, cum adductis in gl. ff. de muner.* & dixit etiam gl.
*in c. ſi contra vnum, verb. probari, verſ. ſed nomine, de off. deleg.*
*in 6.* Beneuent. *tract. de Iud. ſuſpect. c. 1. num. 5.* Steph. Coſta
2 *in rep. c. ſi Iudex laicus, n. 15. de ſent. excom. in 6.* qui etiam
dicunt, quòd iudicare non dicitur iuriſdictionis fructus,
3 ſed opus, & labor, ſiquidem iudex nemini contra iuſti-
tiam parcere debet, ſed vnicuique quod ſuum eſt redde-
re, *c. ex ore, de priuileg.* nec aliquid ex arbitrio ſuæ dome-
4 ſticæ voluntatis facere, ſed ſecundum iura, & tenorem le-
gum iudicare, *c. iudicet, 3. quæſt. 7.* Ludou. Gomez. *in rep. c. 1.*
*num. 54. de indic. in 6.* Vnde eſt, quòd iudices poſiti ſunt
tanquam ſignum ad ſagittam, quia non poſſunt omnibus
complacere, etiamſi in id totis viribus, & enixè ſtudeant,
5 vt inquit textus *in c. qualiter, & quando, il 2. verſ. licet au-*
*tem, de accuſ.* Card. & alij *in c. vt debitus, de appellat.*

Propterea cùm in cauſa I. Antonij, & eius fratris de
Rebecchis cum D. Ioan. Baptiſta Remingardo reo con-
uento fuerit oppoſitum de incompetentia iudicis laici
(inter eos enim quæſtio eſt de emphyteuſi Eccleſiaſtica,
in qua vtraque pars prætendit habere meliora, & potiora
iura quoad medietatem vnius poſſeſſionis, quam Rubec-
chi ad ſe pertinere iure vtilis dominij contendunt) Iudex
laicus pronunciauit ad vlteriora eſſe procedendum tali
modo reiecta dicta exceptione; ſiquidem verum eſt in
iure, quòd ſi opponatur in iudicio exceptio declinato-
ria, vel dilatoria, & iudex mandet procedi ad vlteriora,
videtur talem exceptionem repellere, & tacitè contra
eam pronuntiare, ad textum *in cap. ex parte 2. de appellat.*
6 Innoc. *in c. præterea, de dilat.* Ambr. de Vign. *in rep.*
*cap. ſuper litteris, num. 20. de reſcript.* Franc. *in c. ſi duobus,*
*num. 20. de appellat.* Surd. *conſ. 467. num. 3.* And. Fach.
*lib. 1. controu. 1. cap. 43. §. pen.* Gaill. *pract. concluſ. lib. 1.*
*concluſ. 34. num. 1.* & ibidem Bernard. Græu. *num. 1. 2.* Se-
raph. *deciſ. 383. num. 8.* Marc. Anton. Thomat. *deciſ. 22.*
*num. 9.* & ideò Remingardus appellauit, cuius articuli
cognitio tandem ad me deuoluta tanquam ad Iudicem
ordinarium appellationum, & à partibus etiam concor-
diter electum, cœpit agitari cum magna maturitate, &
diſcuſſione, cum hinc inde multa allegarentur, & omni-
bus diligenter examinatis quæſtionem terminaui ad fa-
uorem dicti Rebecchi, iudicans laicum iudicem eſſe com- 7
petentem, quia vel cauſa eſt merè laicalis, vel ſaltem mix-
ti fori, quod facit eſſe locum præuentioni. Vt autem om-
nibus manifeſtum reddam, quòd non illotis manibus hoc
munus expleuerim, ſed potius per dictos legum tramites
cum ſudoris etiam emiſſione tranſitum fecerim, rationes,
& auctoritates, quibus inductus, & impulſus fui, ſigilla-
tim enarrare, & patefacere decreui.

Et ſanè non longè abeſt magna dubitandi occaſio, ſi-
quidem vbi lis vertitur inter duos laicos de emphyteuſi
Eccleſiaſtica, cuius vtile dominium vterque prætendat 8
credens eſſe potiorem emphyteutam, tunc laicum eſſe
Iudicem incompetentem, ſed Eccleſiaſticum eſſe adeun-
dum iudicauit Rota *in vna Rom. domus, ſub die 19. Ian-*
*uarij 1611. coram Coccino*, vt latè teſtatur Farinac. *de-*
*ciſ. crimin. 305. num. 3. & per totam*, qui ad fundandam
hanc ſententiam adducit multa iura, plures rationes, &
plurimos Doctores; & correſpondet rationibus in con-
trarium adductis, adeo vt aperta videatur via ad iudi-
candum pro Remingardo, quod Iudex laicus ſit penitus
incompetens.

Verùm, quia ego cenſui in hoc caſu ceſſare prædicta, &
locum eſſe præuentioni adeo, vt etiam laicus Iudex poſ-
ſit de hac cauſa cognoſcere, oportet ad ſingula reſpon-
dere. Licet igitur maxima ſoleat eſſe Rotæ Romanæ au-
ctoritas, quia facit communem opinionem, & non eſt ve-
riſimile errare propter inſignem doctrinam, & ſapien-
tiam tot, & tantorum Patrum, qui in ea interueniunt, teſte
Neuiz. *in Sylu. nupt. lib. 5. num. 62. in fin.* Gomez. *in proœm.* 9
*reg. Cancell. quæſt. 2. verſ. quartò pro iſto*, Surd. *conſ. 403. nu-*
*mer. 84.* Honded. *conſ. 20. num. 9. lib. 2.* Caſſador. *de prebend.*
*deciſ. 17. num. 7.* tamen ſine dubio in cauſis, & litibus ex-
tra Curiam verſantibus Rotæ deciſiones non faciunt
ius, nec pro lege poſſunt allegari, & neminem neceſſitant
ad ſic iudicandum, ſolùm enim probant tanquam reſpon-
ſa prudentum, adeo vt communis DD. opinio eis præua-
leat. Domin. *d. c. ſi duob. de reſcript.* Gemin. *conſ. 34. num. 5.* 10
*ad fin.* clarè Gozadin. *in rep. l. 1. num. 35. ff. ſi cert. pet.* Lu-
dou. Gomez. *in cap. 1. num. 50. de iudic. in 6.* poſt multos
Maſcard. *de probat. concluſ. 484. n. 5. 6. 7* Lancell. *de attent.*
*part. 2. cap. 20. limit. 1. num. 2.* Franc. Viu. *deciſ. Neap. 401.*
*num. 20.* Menoch. *præſ. 71. num. 14. lib. 2.* perbellè Bernard.
Græu. *ad Gail. in proœm. pract. concluſ. num. 65.* Gratian. *diſc.*
*for. cap. 604. num. 14. lib. 4.* qui etiam concludunt Romanæ
Rotæ non eſſe deferendum, niſi quatenus ratione, & iure
mouetur, etenim non eſt nouum, quod ipſa quoque te-
neat opinionem à iure reprobatam, teſte Bec. *conſ. 66.* 11
*num. 26. verſ. vltimo, non obſtat*, & ideò ei non eſt (loquendo
ſemper debita cum reuerentia) tantùm deferendum, quin
ſit locus veritati. Menoch. *conſ. 205. num. 5.* & *conſ. 393.*
*num. 5.* Mangil. *de imput. quæſt. 116. num. 28. 29.* vbi ad rem
dicit Orbem eſſe maiorem Vrbe, nec mirum, quia etiam
Rota quandoque Rotat, vt inquit Gloſſ. *in proœm. Reg.* 21
*Cancell.* teſte Maſcard *de probat. d. concl. 484. n. 9.* Decian.
*conſ. 63 num. 15. lib. 5.* Menoch. *conſ. 393. num. 5.* Græu. *in d.* 13
*proœm. pract. concl. n. 67.* Ludou. Gomez *in d. rep. d. c. 1. n. 49.*
*de iudic. in 6.* Vnde dici ſolet non eſſe ſpectandum, quòd
Romæ ſit factum, ſed quid fieri debuerit, ad textum *in l.*
*ſed licet, ff. de off. præſ.* Menoch *conſ. 510. num. 3.* & hinc eſt,
quòd ſententia lata contra deciſiones Rotæ valida eſt, vt 14
poſt Felin. & alios ſcribit Gabriel *lib. ſent. 2. tit. de ſentent.* 15
*concluſ. 7. num. 22.* Græu. *in d. proœm. num. 65.*

Quare cùm oporteat Iudicem cuncta rimari, & ordi-
nem rerum plena inquiſitione diſcutere, *cap. cùm Ioan-*
*nes, de fide inſtrument. cap. iudicantem, 30. quæſt. 5.* Me- 16
noch. *conſ. 134. num. 1.* Bertaz. *conſ. ciuil. 11. num. 19.* &
legibus, non exemplis iudicare debeat, *l. nemo, C. de*
*ſent. & interloc. omn. iud. l. ſed ſi licet, de off. præſ.* Pacian.
*conſ. 164. num. 139.* Peregr. *conſ. 91. num. 9. lib. 3.* ideò
verè non putaui contemnendam Rotæ ſententiam,
quam plurimi facio, & in dubio ei adhærerem, ſed cœpi

rem

rem diligenter examinare, & cùm mihi fuerit perſuaſum
longum poſt ſtudium iura, & auctoritates ex aduerſo ad-
ductas partim id non dicere, ad quod allegantur, partim
pugnare cum receptis DD. opinionibus, factum eſt, vt in
aliam tranſierim ſententiam.

Vt igitur prouinciam aggrediar, & diſſoluam contra-
ria argumenta, animaduertendum eſſe puto longè plures
eſſe, & maioris auctoritatis illos Doctores, qui nos do-
cuerunt in propoſito duorum laicorum de emphyteuſi
Eccleſiaſtica contendentium, non Dominum directum,
neque iudicem Eccleſiaſticum eſſe adeundum priuatiuè
ad laicum, ſed ordinarium iudicem laicum in cuius terri-
torio ſita ſunt bona, iudicem eſſe verè competentem, quia
emphyteuta Eccleſiæ non efficitur de foro Eccleſiæ, ex
quo nemo eorum negat, aut recuſat eam cognoſcere
pro Domina, cùm vterque prætendat eſſe potiorem em-
phyteutam, & cùm dominium emphyteutæ non ſit Ec-
cleſiaſticum, ſequitur conditionem perſonæ laicæ, cui ad-
17 hæret, vnde cùm actor ſequi debeat forum rei, ſequitur
in caſu propoſito, quod ſiue ambo litigantes, ſiue reus
conuentus tantum ſit laicus, quod cauſa erit ventilanda
coram iudice laico: ita ſenſerunt Bald. *in rubr. num. 7. verſ.
ſed nunquid, in prima lect. de iudic. & in c. cæterum, num. 11.
verſ. quærit*, vbi Hoſtienſem damnat, & eius ſententiam
appellat Saturninam, & eum ſequitur Felin. *n. 12.* Andr.
Barb *num. 122.* Dec. *num. 15. verſ. & quod ſupra, extr.
eod.* Baldum quoque ſequitur Mandoſ. *ad Rom. conſ 212.
litter. F.* & meliùs ipſe Rom. *d. conſ. 212. num. 6. verſ. erit
ergo*: Ioan. de Anan. *conſ.* 84. *num. 5. in fin.* Iaſ. *in l. 1.
num. 73. C. de iur. emph.* fusè Barbat. *conſ* 84. *per totum,
lib* 4. Afflict. *in c. Imper. §. præterea, num. 9. de probit.
feud. alien.* Paul. de Monte Pic. *conſ. 40. num 19. libr. 1.*
lepidè Albert. Brun. *tract. de Stat. fœm. exclud. art. 8.
quæſt. 22. verſ. prædictam.* Alb. *conſ. 28. num. 6.* Boer. *de-
ci. 114. num. 15.* Couar *pract. qq. cap. 8. num. 3. verſ. nam
hiſce verbis*, quem ſequitur Carp. *ad Stat. Med. cap. 69.
num. 107. verſ. quod autem, part. 1.* latè Surd. *conſ. 338.
num. 17. 18.* Myſ. *obſ. cent. 4. obſeru. 95.* qui de recepta,
& magis communi opinione teſtatur. Oſaſch. *deciſ. 79.
num. 12.* Burſat. *conſ. 56. num. 9. lib. 1.* pulchrè Valaſch.
*tract. de iur. emph. quæſt. 17. num. 15. verſ. quibus accedit*,
ibi: *Nec enim*, & *quæſt. 39. num. 14. ad fin. verſ. ſi verò:*
vbi ait, ſi inter duos laicos de emphyteuſi Eccleſiaſtica
ſit lis, laicus iudex eſt competens, & idem Valaſc. *de-
ciſ. conſult. 147. num* 17. Franc. de Cald. *de iur. emphyt.
lib. 2. quæſt. 12. num. 21. verſ. reſoluens*; vbi inquit de hac
18 re fore diſceptandum in foro ſæculari, & idem Cald *d.
lib. 2. quæſt. 14. num. 1. verſ. nam cùm per ſuprad.* inquiens
hanc rem poteſtati ſæculari eſſe ſubiectam: pulchrè etiam
Manent. *deciſ. 6. num. 30. 31.* qui alios allegat, ex quibus
clarè cernere poſſumus hanc eſſe magis communem, &
19 receptam DD. ſententiam, à qua in iudicando non licet
reſilire, *c. ne innitaris, de conſt. c. nouimus, de verb. ſign. l. 1.
de off. quæſt.* Neuiz. *in ſylu. nupt. lib. 5. num* 1. Crauet. *con-
ſil. 430. num. 7. 9.* Bertaz. *conſ. ciuil. 30. num. 19.* Laderch.
*conſ. 36. num. 15. in fin.* quæ omnia intelligas, ſi laicus
iudex præuenit.

Et ſanè de hoc mirandum non eſt, quia vtile domi-
nium, quod habet emphyteuta Eccleſiæ, eſt quid laicale,
& prophanum extra Eccleſiam exiſtens, & ideo ſubiicitur
ſtatutis generalibus, & conſuetudinibus laicorum, ab eiſ-
20 que regulatur, vt magis communiter videtur ſentire Do-
ctores: ita Anch. *conſ. 125. num. 7. verſ. per prædicta*, & *con-
ſil. 433. num. 3. & in cap ea quæ, col. 17. de reg. iur. in 6.* Albert.
Brun. *d. art. 8 quæſt. 2. verſ. & facit*, & *quæſt. 22. verſ. quod
ſtatutum.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, n. 95.* vbi Dec. *n* 6.
*in fin. de conſt.* idem Dec. *in Auth. caſſa, num 9. de ſacroſanct.
Eccl. & in l. ex conuentione, num. 9. C. de pact.* latè Tiraq. *de
retract. lign. §. 1 gl. 13. num. 8.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt. 48.
verſ. bene verum.* Cum. *conſ* 84. *num. 3. verſ. & per hoc.* Pa-
riſ. *conſ. 12. num. 86. lib. 2.* lepidè Alex. *conſ. 9. num. 2 verſ.
quod verum, lib. 5. & conſ. 27. num 5 lib. 6.* Purpur. *conſ. 332.
num. 9. verſ. tertiò*, Barb. *conſ. 14. num. 5. lib. 1.* & *conſ. 84.
per totum, lib. 4.* Soc. Sen. *conſ. 99. num. 1. verſ. & ſic agitur,
lib. 1.* Soc. Iun. *conſ. 71. num. 133. lib. 1.* Marcabr. *conſil 26.
num. 132. 133 134.* Alb. *conſ 28. num. 6* Burſat. *conſ. 56. n. 12.
lib. 1. & conſ. 181. num. 30. lib. 2.* Rim. Iun. *conſ. 447. num. 20.
& ſeqq.* latiſſimè Surd. *d. conſ. 338. num. 15.* Menoch. *de arb.
iud. caſ. 180. num. 10. 11.* Carp *ad Stat. Med. c. 417. num. 11.
part. 1.* Myſing. *d. cent. 4. obſeru. 95. verſ. dicens.* Monterent.
*ad Stat. Bonon. libr. 4. rubr. de probib. alien. rei immob. in verb.
alienatione, in fin.* Aluar. Valaſc. *de iur. emph. quæſt. 17.
num. 12. & ſeqq.* & *deciſ. 132. num. 13.* & *deciſ. 147. num. 17.*
fusè Cald. *de iur. emph. lib. 2. quæſt. 7. num. 13. verſ. qua
ratione*, & *num. 14.* & *quæſt. 10. num. 13. verſic. quare*, &
*quæſt. 12. num. 22 quæſt. 14. num. 22.* & *lib. 3. capit. 15. nu-
mero* 34. Felic. *de cenſ. in præfat. tom. 2. num. 2.* latè Surd.
*deciſ. 160. num. 14. 15.* Mart. *de iuriſdict. part. 4. caſ. 13.
num* 3. Alderan. Maſcard. *de Statut. concluſ. 1. num. 248.*
Bellet. *diſq. cler. tit. de exempt. cler. à ſtatut. ſæcul. §. 4.
n. 32.* ex quibus cognoſcitur hanc eſſe communiſſimam
DD. ſententiam, ſecundum quam Conſilium Iuſtitiæ Mu-
tinæ iudicauit ad fauorem Marchionis Gualenghi no-
bilis Ferrarienſis, & Senatum Mantuanum ita ſeruaſſe
teſtatur Surd. *d. deciſ. 160. num. 15.* Manent. *d. deciſ. 6.
num. 29.*

Bene verum eſt, quòd multi tenuerunt contrarium, 21
putantes, quod etiam vtile dominium emphyteutæ ſit
exemptum a iuriſdictione laicali, quia eſt connexum
cum directo, quod ſpectat ad Eccleſiam, & connexorum
idem eſt iudicium. Bero. *in c. quæ in Eccleſiarum, num. 9.
10. de conſtit.* Fulgoſ. *conſ 166. num. 3* Card. *conſ. 92. nu-
mer. 8. in fin.* Cald. *conſ 15. num. 1. de iudic.* Cum. *conſ. 41.
num. 2. verſ. ſed his.* Ægid. *conſ. 40. num. 3. in fin.* Campeg.
*inter conſil.* Brun. *conſ. 2. num. 35. verſ. & hoc.* Feder. de Sen.
*conſ. 245. num. 3.* Gem. *in cap. fin. num. 14. de foro compet.
in 6* latè Sylu. *conſ. 9. num 23* fuſiùs Farinac. *d. deciſion.
crimin. 305. num. 3.* Grilinz *conſ. 93. num. 10.* Signorol. Ho-
mod. *conſ. 218 num. 12. & ſeq.* Tuſch. *pract. concluſ. lit-
tera O, concluſ. 136. num. 10* Verùm ſi veritatem amamus,
dicendum eſt, alteram opinionem eſſe magis communem,
quam etiam puto veriorem in propoſito de duobus lai-
cis, & vbi non tractatur de præiudicio Eccleſiæ, quia ſa-
nè vtile dominium eſt proprium talis emphyteutæ, &
cum ipſe ſit laicus, nil eſt impedimento, quin contra ſub- 22
ditum, & de re ſubditi laicus Princeps poſſit ſtatuere, &
cognoſcere, de quo Eccleſia conqueri non debet, quia
ſua non intereſt, vbi res verſatur inter eoſdem in inueſti-
tura comprehenſos, vt benè ponderat Ruin. *conſ. 70. nu-* 23
*mer. 11. lib. 5.* Surd. *d. conſ. 338. num. 8. 16. 17.* Decian.
*tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 14.* Manent. *d. deciſ. 6.
num. 28.* Bellet. *d. loco, § 4. num. 31.* Craſſ. *de eff. cler. effect. 2.
num 177. 403.*

Non nego tamen, quin id procedat, quando ſtatutum
laicorum eſt generale, & non facit ſpecificam mentio-
nem de bonis Eccleſiæ emphyteuticis, quia ſi ſtatuta ſæ-
cularia facerent expreſſam diſpoſitionem de colonis, vel
emphyteutis Eccleſiaſticis, puta eos obligando ad col-
lectas, vel alio modo de eorum vtili dominio diſponen- 24
do, vtique inualida eſſent, cùm ſic homines retrahe-
rentur à conducendis Eccleſiæ bonis, vel ſaltem viliori
pretio cum Eccleſia contraherent, & per indirectum Ec-
cleſia grauaretur, & maximè quia dantur multi caſus,
in quibus emphyteuta Eccleſiæ laicorum ſtatuto non
ligatur, & tamen ſi expreſsè de eo fieret mentio, ſem-
per obligaretur, & propterea concludendum eſt, tales
emphyteutas comprehendi in generali laicalium ſtatu-
torum diſpoſitione, non autem poſſe de eis ſpecialem
fieri mentionem, ex Caſtr. *conſ. 290. num. 4. verſic. ſtatu-
tum, lib. 2* Ruin. *conſ. 4. num. 6. in fin. lib. 1.* pulchrè Ri-
minald. Iun. *conſ. 447. num. 24.* Sylu. *d. conſ. 9. num. 11.*
latè Marc. *de iuriſdict. part. 4. caſ. 13. numero 14. 15. &
ſeqq.* Grilinz. *d. conſ. 93. num 12.* ſatis enim eſt ad inuali-
dandum laicorum ſtatutum, quod verè, vel præſumptiuè 25

dire



directè, vel indirectè præiudicium afferat Eccleſiæ, &
propterea vbi longè abeſt Eccleſiarum damnum, vt hîc,
vtile dominium emphyteutæ ſubiicitur laicorum ſtatu-
tis, velut ſi tractetur de modo, & ordine ſuccedendi inter
vocatos, & comprehenſos in inueſtitura (circumſcripto
pacto diuerſo) velut ſi extet ſtatutum, quòd ſtantibus
maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc eadem diſpoſitio
ſeruabitur in ſucceſſione bonorum emphyteuticorum
Eccleſiæ, quia eius intereſſe non tangit, non poteſt enim
dici, quod cogatur habere vaſſallum, quem nollet, quia
omnes comprehenſiuè continet inueſtitura, & licet aliud
eſſet, ſi tractaretur de illis, ad quos inueſtitura non ex-
26 tenditur, tamen quoad comprehenſos attendenda ſunt
laicorum ſtatuta in ordine ſuccedendi, ſi prætendentes
laici ſunt. Anch. *conſ. 125. num. 7. ad fin. verſ. per prædicta.*
Ruin. *d. conſ. 4. num. 6. verſ. & iſtud, lib. 1.* Burſat. *conſ. 132.
num. 8. lib. 2.* pulchrè Becc. *conſ. 3. num. 61. 62.* Menoch.
*de arb. iud. caſ. 180. num. 9. 10.* Riminald. Iun. *conſ. 447.
num. 20.* Surd. *d. conſ. 338. num. 19.* Marth. *de iuriſdict. d.
part. 4. caſ. 13. num. 18.* Manent. *d. deciſ. 6. num. 21. 22.*
Craſſ. *d. eff. 1. num. 177. 178. 403.* qui eſt caſus noſter,
extra quem aliter ſentiendum eſſet, quia vbi tractatur de
præiudicio Eccleſiæ, prædicta non procederent, ſtatu-
tum enim tunc non ligat, & licet fortè adhuc poſſet ali-
quo caſu agitari cauſa in foro laicali, tamen non ſequi-
27 tur, quod valeant ſtatuta ſuper dictis bonis confecta, li-
cet enim dicatur, paria eſſe forum ſortiri, & ſtatutis liga-
ri, tamen id ita accipiendum eſt, vt qui non poteſt de ali-
qua re iudicare, nec valeat de ea ſtatuere, non autem, vt
de qua quis valet iudicare, valeat etiam ſtatuere, ita
pulchrè Monet. *de comm. vlt. vol. cap. 5. quæſt. 2. num. 117.*
vbi benè, & latè declarat.

In caſu itaque noſtro dicendum eſt rectè cauſam iſtam
ventilari in foro ſæculari, quòd ſanè certæ nititur regulæ,
28 vt actor ſequatur forum rei, ad textum *in l. iuris ordinem,
C. de iuriſdict. omn. iud. l. fin. C. vbi in rem act. c. clericus*,
vbi Butr. & Abb. *de for. compet.* Seraph. *deciſ. 1018. n. 6.*
verùm etiam roboratur vrgenti ratione, ſiquidem vbi
emphyteuta conuenitur pro ſuo tantum temporali iure,
& intereſſe ab alio dicente ſe habere meliora iura, & eſſe
de comprehenſis in inueſtitura, tunc conuentus non po-
teſt Eccleſiam dominam nominando forum laici declina-
29 re, quia Eccleſiæ non præiudicatur. Bart. *in l. 2. num. 6.
verſic. aut iſte*, & ibi cum Ang. Caſtr. *num. 12.* Salyc. *nu-
mer. 5. verſ. quod dicendum*, & Alexand. *ad Bart. littera C.
vbi in rem act. exerc. deb.* gl. & Abb. *in c. quoniam fre-
quenter, §. in aliis, num. 23.* & *num. 28. verſ. ibi enim*, &
ibi etiam pulchrè And. Barb. *num. 60. 61.* & Mar. Socin.
*in §. quod ſi ſuper*, vbi etiam Butr. *num. 19. vt lit. non con-
teſt.* latè; & de communi Barbat. *dict. conſil. 84. in princ.
lib. 4.* Brun. *dict. art. 8. quæſt. 22. verſ. & prædictam*, ibi:
& faciunt Couar. *pract. qq. cap* 8. *num. 2. verſ. nam hiſce
verbis*: Carp. *ad Statut. Mediol. cap. 69. num. 6. part. 1.*
Myſing. *centur. 2. obſeru. 58. num. 5.* Caualc. *deciſ. 45. nu-
mer. 74. verſ. ſecus, part. 1.* Gabriel. *conſ. 47. num. 7. lib* 1.
And. Gail. *obſeru. 34. num. 4. lib. 1.* Bernard. Græu. *pra-
ctic. concluſ. lib. 1. concluſ. 37. conſ. 8. num. 3.* ibi: *non nomi-
nantem.* Manent. *d. deciſ. 6. num. 30.* vbi enim non tracta-
tur de iure Domini, perinde eſt, ac ſi Dominus non ex-
30 taret. Alexand. *conſ. 27. num. 7. lib. 6.* & ita vtile domi-
nium emphyteutæ laici eſt eiuſdem rationis, cuius eſt
perſona, cui adhæret, quia bona ſunt acceſſoria per-
31 ſonæ, & ipſe non poteſt declinare forum ex perſona
directum dominium habentis, vt perbellè conſiderat
Barbat. *dict. conſil. 84. verſic. præterea ad hoc, lib. 4.*
Surd. *dict. conſ. 338. num. 17. 18.* Valaſc. *dict. quæſt. 17.
num. 15. verſ. quibus accedit*, ibi; *Nec enim.* Manent.
*d. deciſ. 6. num. 27.*

Verùm in fortioribus terminis, ſi Eccleſia, vel clericus
vendidiſſet rem cum promiſſione euictionis, & illa res
32 euinceretur ab emptore coram iudice laico, & Eccleſia
vellet defendere emptorem, à quo fuit interpellata, ſeu
laudata ad formam euictionis, adhuc teneretur defende-
re reum conuentum in foro laicorum, nec poſſet illum
declinare, quia forus, qui non poteſt declinari à defenſ- 33
ſo, non poteſt etiam declinari à defenſore, & venditor
veniens ad defendendum, tenetur cauſam defendere in
terminis, in quibus reperitur, & hæc eſt communis theo-
rica, & practica, per textum *in l. 1. §. venditor, ff. de iudic.*
And. Barb. *in c. quoniam frequenter, §. in aliis, num. 61. vt
lit. non conteſt.* Myſing. *cent. 1. obſeru. 22. num. 7.* Capyc.
*deciſ. 197. num. 2.* Caball. *de euict. §. 3. num 122. verſ. & ſi
iudex.* Socin. *conſ. 99. num. 27. lib. 3.* Gram. *deciſ. 21. num. 1.
2.* Lancell. *de attent. part. 2. cap. 20. num. 90.* Cephal.
*conſ. 168. num. 23.* Viu. Neap. *deciſ. 40. num. 8.* Borgn. *deciſ. 9.
num. 2. & deciſ. 45. num. 74. verſ. ſecus ſi haberet, lib. 1.* Carp. *ad
Stat. Mediol. cap. 69. num. 26. 27. 105. part. 1.* Andr. Fach.
*controuerſ. iur. lib. 2. cap. 37. in 2. controuerſ. diiudicatione.*
Craſſ. *de eff. cleric. eff. 1. num. 263. 264. 365.* Bernard.
Græu. *pract. concluſ. lib. 1. concl. 37. conſid. 8. num. 1.* Hon-
ded. *conſ. 25. num 14. 15. 17. lib. 1.* Beneuent. *de iud. ſuſpect.
cap. 7. num. 24.* vbi de communi teſtatur.

Et profectò ſi regulariter duorum reſpectu, rei ſcilicet
& perſonæ forum ſortiri ſolemus. Ceph. *conſ. 309. num. 67.* 34
& in iure nòtiſſimum eſt, vtique dicendum eſt hanc rem
poſſe tractari in foro ſæculari, quia ſi inſpicimus per-
ſonam, vterque eſt laicus, & ſic ſubditi foro laico, *d.
c. ſi clericus, de for. compet.* ſi verò nos vertamur ad rem
petitam, hoc eſt vtile dominium emphyteutæ, illud eſt
laicale, & prophanum, ſicut vidimus, quoniam bona ſunt
perſonarum acceſſoria, *c. ſimiliter 16. quæſt. 1.* & non 35
attenditur rei qualitas, ſed perſonæ, apud quam inue-
nitur. Surd. *d. conſ. 338. num. 9.* Valaſc. *d. quæſt. 17. nu-
mer. 15. verſ. quibus accedit.* Cald. *d. quæſt. 12. num. 21.* 36
Manent. *d. deciſ. 6. num. 27.* etenim actus actiuorum ſunt
in patiente bene diſpoſito, teſte Philoſ. *2. de Anima.* Bar-
bat. *dict. conſ.* 84. *verſic. ſi ergo, lib. 4.* Vincent. Grilinz.
*conſ. 72. num. 6.* Surd. *con. 338. num. 20. & ſeqq.* qui di-
cunt etiam, quòd vnum, & idem accidens variatur ſe-
cundum conditionem perſonæ, cui adhæret, & ſimilibus 37
rem ornant; & ideò non eſt mirandum, quod laici poſſint
ſtatuere, & cognoſcere de hoc vtili dominio penes lai-
cum exiſtente ſine damno Eccleſiæ, cuius nihil intereſt,
quiſnam ex vocatis per inueſtituram illud habeat, quæ
ſufficiunt Rebecchis ad victoriam reportandam, nihi-
lominus contraria etiam tollere in animo eſt.

Ideo non omittam dicere nos non verſari in caſu, vbi
ſimplex nominatio Domini poteſt mutare forum, quia
emphyteuta poſſidet naturaliter, & poteſt pro iure ſuo
conueniri, ſecus dicendum eſſet in caſu, vbi Eccleſia, vel
Clericus compareret in iudicio ſæculari tanquam ne- 38
ceſſarius defenſor coloni, vel inquilini, qui nullum ius
habet in re, nec poſſidet; naturaliter, vel ciuiliter tunc
enim ſi clericus, vel Eccleſia nominetur Domina ab eo,
qui tanquam reus in iudicio conuenitur, cauſa remit- 39
tenda eſt ad iudicem Eccleſiaſticum, nec poteſt procedi
contra reum conuentum, qui non habet dominium vti-
le, vel directum: ad textum *in l. 2.* vbi DD. *C. vbi in rem* 40
*act. cap. quoniam frequenter, §. in aliis*, vbi Abb. *num. 28.*
Butr. & communiter Doctores, *vt litt. non conteſtat.*
Angel. *in d. leg. venditor, ff. de iud.* Imol. *in l. non ſolum,
§. quod vulgò, numero quarto, de vſucapion.* Aret. *in §.
actionum, num. 20. Inſtit. de action.* Lanfranc. *de arbitr.
part. 7. quæſt. 47.* Grammat. *deciſ. 21. numero 3.* & *deciſio-
ne 61. num. 6.* Couar. *d. cap. 8. numero 3. verſ. hiſce*, Surd.
*conſ. 396. numero 36.* Socin. Iun. *conſ. 91. numero 13. 14.
lib. 3.* Marcheſ. *de Commiſſ. part. 2. cap. 4. quart. capit.
princ. num. 33. caſ. 499.* Carp. *ad Statut. Mediol. d. cap.
69. num. 27.* latè Craſſ. *de eff. cleric. eff. 2. num. 266. 267.*
Theſaur. *deciſ. 22. num. 7. verſ. fallit ſeptimò*, Mart. *de
iuriſdict. part. 4. cap. 112. num. 10.* in quo omnes legiſtæ,
& Canoniſtæ conuenire videntur, quia iudicium non de-
bet ſumere exiſtentiam ab ea perſona, quæ in re nullum
ius habet.

Supereſt

Supereſt, vt reſpondeamus rationibus contrariis, &
iuribus per Farinacium adductis. Primò enim loco addu-
citur textus in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. qui eſt ba-
ſis opinionis contrariæ, quò loci Summus Pontifex in
effectu nullum declarat Statutum Teruiſinum, quod in
caſu vergentiæ ad inopiam liberam permittebat feudi Ec-
cleſiaſtici alienationem: vnde inferunt aduerſarij, quod
41 ſtatutum non poſſit diſponere ſuper vtili dominio em-
phyteutæ, vel feudatarij Eccleſiæ. Sed iſte textus bene in-
tellectus poteſt facilè euitari, illud enim Statutum nullum
erat, quia Eccleſiæ erat præiudiciale, cum diſponeret de
vtili dominio in caſu, vbi debebat deuoluere ad Eccle-
ſiam ex capite alienationis factæ irrequiſito Domino, ea
42 enim ſecuta, feudi conceſſio remanet extincta, vt conſi-
derat Gloſſ. & Ant. Burg. in d. c. quæ in Eccleſiarum, n. 113.
114. de conſtit. Franc. Cald. de iur. emph. lib. 2. quæſt. 7.
num. 24. & quæſt. 10. num. 13. verſ. quare minimè. Graſſ. d.
eff. 2. num. 178. 405. vbi pariter concludit non valere Sta-
43 tutum, quod emphyteuta non ſoluens canonem non ca-
dat, quia tollit beneficium caducitatis, quod Eccleſiæ
competit de iure communi, ſicut etiam certum eſt, quòd
emphyteuſis, & feudum incidunt in commiſſum, ſi alie-
44 nētur irrequiſito domino. Gloſſ. in d. c. quæ in Eccleſiarum,
in verb. alienandi, & ibi Burg. n. 112. de conſt. Surd. conſ. 440.
n. 2. Oſaſc. deciſ. 166. n. 11. Theſ. deciſ. 99. num. 9. adeo, vt
alienantem à caducitate non excuſet famæ, carceris, cap-
tiuitatis, vel ſimilis neceſſitas, quin requiri, & vocari de-
45 beat Dominus directus. Bald. in cap. 1. in princ. per tex-
tum ibi, qualiter olim feud. patern. alien. & cap. 1. §. aut ſi,
quibus mod. feud. amitt. Curt. de feud. part. 4. num. 107.
Cald. de iur. emphyt. lib. 4. cap. 6. num. 18. 19. verſ. verùm.
Satis enim congruum eſt, vt etiam in neceſſitatibus re-
quiratur Domini conſenſus, & ſic ſtatutum illud diſpo-
nebat de re, quæ ad Eccleſiam per deuolutionem ſpecta-
bat, ſecus eſt, ſi vtile dominium adhuc duret, & de ea re
non dubitet Eccleſia, quia ſolùm quæſtio vertitur inter
laicos de emphyteuſi contendentes; cùm enim tunc nul-
lum vertatur Eccleſiæ præiudicium, certè validum erit
ſtatutum. Franc. Cald. d. tract. lib. 2. quæſt. 7. num. 24. &
quæſt. 10. num. 13. in fin. concludunt enim omnes valere
46 ſtatuta laicorum ſuper vtili dominio emphyteutæ, vbi
non tractatur de præiudicio Eccleſiæ. Felin. in d. c. quæ
in Eccleſiarum, num. 95. verſ. nihilominus, vbi Dec. num. 6.
verſ. ſed quatenus. Ant. Burg. num. 112. Riminald. Iun.
num. 12. verſ. ideo, de conſt. Clar. d. quæſt. 48. verſ. Benè ve-
rum. Purpur. conſ. 332. num. 9. Sylu. d. conſ. 9. num. 12. Ruin.
conſ. 25. num. 13. lib. 5. Becc. d. conſ. 3. num. 49. 60. Surd. d.
conſ. 338. num. 23. & deciſ. 160. num. 14. Valaſc. d. q. 17.
num. 15. & deciſ. 132. num. 23. verſ. præſertim. Cald. d. lib. 2.
quæſt. 14. num. 2. Maſcard. de interpret. ſtat. concl. 1. num. 248.
verſic. reſpectu.

Et certè in caſu noſtro nullum poteſt allegari Eccle-
ſiæ præiudicium, eo enim ipſo, quod emphyteuta conuen-
tus eſt pro ſuo tantùm iure ab alio prætendente ſe potio-
rem emphyteutam ſi vnus ſit de cōprehenſis in emphy-
teutica conceſſione, ceſſat omne Eccleſiæ præiudicium,
47 quia de illo dominio nihil pertinet ad Eccleſiam. An-
char. d. conſ. 433. num. 3. Felin. in d. cap. quæ in Eccleſia-
rum, num. 95. Dec. in l. conuentione, num. 9. Cod. de pact.
Alex. conſ. 9. num. 2. verſ. ſecus, lib. 5. Ruin. d. conſil. 70.
num. 11. verſ. & idem, lib. 5. Riminald. Iun. d. conſ. 447.
num. 20. Surd. d. conſ. 338. num. 19. Cald. d. lib. 2. quæſt. 7. n. 13.
verſ. cuius, & num. 24. verſ. parui, & quæſt. 10. num. 13. in
fin. Marcabrun. conſ. 26. num. 134. in fin. vbi dicit, nil ad
Eccleſiam ſpectare, quis ſuccedat in eo; & maximè hîc,
vbi dicti Rebecchi non ſunt deterioris conditionis, ſed
fortè melioris, & faciles ad ſolutionem, quam ſubter-
fugere non tentant, quia ſolitum canonem ſoluere para-
48 ti ſunt; vnde ceſſat omne Eccleſiæ intereſſe. Ita poſt
Iacob. Aluar. tradit Riminald. Iun. repet. d. cap. quæ in
Eccleſiarum, numer. 22. de conſtitut. latè Franc. Cald. de
iur. emphyt. lib. 1. quæſt. 13. num. 20. verſ. immò poteſt, &
hoc videtur eſſe de mente omnium Doctorum.

Accedat, quia licèt verum ſit Eccleſiam non poſſe
laicorum ſtatutis lædi quomodolibet, ſiue in maximo, ſi-
ue in minimo, ſiue directè, ſiue indirectè, ſiue primariò,
ſiue ſecundariò, ſiue verbis expreſſis, ſiue velatis, ad tex- 49
tum in c. quamquam, de priuileg. c. ſtatutum, de hæret. in 6.
c. clericis, §. ſin. & §. nos igitur, de immunit. Eccleſ. in 6. Mart.
de iuriſdict. part. 4. cap. 13. num. 20. verſ. quia, & maximè
ſi læſio reſpiciat perſonas Eccleſiæ, & inducat contem-
ptum; tunc enim etiam modica læſio conſideratur, & pro-
ducit eundem effectum, ac ſi eſſet magna. Spec. de locat. §. 50
nunc aliqua, num. 40. latè Natt. conſ. 479. num. 7. Roland.
conſ. 17. lib. 2. Corbul. de caſu priuil. ob non ſol. can. ampl. 5.
pulchrè Surd. conſ. 301. num. 91. & conſ. 338. num. 27. qui
idcirco probat emphyteutam deficientem etiam in vno
nummo in penſione ſoluenda, cadere à toto: tamen ceſ- 51
ſante fraude, ſi ſtatuta laicalia principaliter fiant pro lai-
cis, & negotiis ſæcularibus, licet in quandam conſequen-
tiam, & ſecundariò aliquid præiudicent Eccleſiæ, ſeu
perſonis Eccleſiaſticis, valida reputantur, alioquin ferè
omnia ſtatuta laicorum annullarentur, cùm propter
connexionem clericorum, & laicorum vix poſſit penitus
ſeparari intereſſe vnius ab altero, & propterea attendi-
tur, quod principaliter fit, quia non omne præiudicium
eſt conſiderabile, nec refert, quod Eccleſiæ ſecundariò
interſit, ſi fraus deſit in ſtatuente, ita Specul. de primo 52
decr. §. reſtat, num. 23. ibi: quamuis eius interſit. Socin. Sen.
conſ. 99. num. 1. verſ. quæ autem, lib. 1. Rip. in l. filiusfa-
mil. §. diui, num. 91. de leg. 2. Surd. d. conſ. 338. num. 16.
Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 17. num. 15. verſ. quæ verò,
ibi: ſed hoc obiectum. Laderch. conſ. 103. num. 4. verſ. &
hæc. Cald. d. lib. 2. quæſt. 7. num. 24. verſ. parui. Seraphin.
deciſ. 1410. numero 23. Abb. conſil. 271. numero 20. Ma-
nent. dicta deciſione 6. numero 34. 35. quod bene adapta-
tur caſui noſtro, quia hic nulla fraus conſiderari po-
teſt, nec intentio damnificandi Eccleſiam, etiam in
minimo.

Verùm enim verò tantum abeſt, vt hîc adſit quid-
quam Eccleſiæ præiudiciale, quod immo valde vtile eſ
eſſet, vt dicti Rebecchi eſſent in numero emphyteutarum
pro medietate, vt prætenditur, cùm non ceſſet liuella-
rius, ſed adiungitur noua perſona, quæ ſimul cum Re-
mingardo in ſolidum tenetur ad canonis ſolutionem vi-
gore antiquæ inueſtituræ. Certum eſt autem, valde vtile
eſſe habere plures reos debendi in ſolidum obligatos,
quia plurium obligatio eſt magis vtilis, quàm vnius.
Caſtr. conſ. 288. num. 4. verſ. nam intereſt, lib. 1. Pariſ. con- 53
ſil. 82. num. 4. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gloſ. 1.
num. 9. Gratian. diſc. 547. num. 47. & diſc. 699. num. 23.
Hering. tract. de fideiuſ. cap. 5. num. 31. Ergo nullum præ-
iudicium, ſiue primariò, ſiue ſecundariò inde reſultat
Eccleſiæ, ſi admittantur dicti Rebecchi in antiqua inue-
ſtitura comprehenſi.

At prædictis olim addebam, quòd etiamſi tractaretur
de aliquo Eccleſiæ præiudicio, tamen adhuc Epiſcopus,
vel ordinarius Eccleſiaſticus tanquam Princeps Capitu-
li, & ratione intereſſe, quod poſſet habere in cauſa, non 54
poteſt eſſe Iudex. Bologn. in addition. ad Anan. conſ. 85.
num. 7. Petr. Rauen. tract. de feud. part. 46. verſ. & ideò.
Ioan. Fer. Mont. eod. tract. lib. 5. cap. 1. quæſt. 5. Bald. & DD.
in c. cæterùm, de iud. Bertaz. conſ. ciuil. 105. n. 23. qui oſten-
dit ideò Epiſcopum Regij non fuiſſe iudicem competen-
tem in cauſa feudali cum fratribus de Picis Dominis Mi- 55
randulæ, ſed adeundum fuiſſe iudicem ordinarium laicū,
in cuius territorio ſita ſunt bona. Menoch. de retin. poſſ.
rem. 3. num. 445. Myſing. cent. 6. obſeru. 19. n. 2. verſ. & iſtis,
quod ex abundanti dixi, & bene, quia in hoc, ſi verum
amamus, parum fundamenti faciendum eſt, quia regula-
riter Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſis ſuæ Eccleſiæ,
vel etiam propriæ menſæ, etiamſi agatur de proprio eius
commodo, & conſtituto procuratore, qui cauſam eius no-
mine agat, qui ſolet eſſe fiſcalis, poteſt ipſe Epiſcopus, vel
Ordina



Ordinarius cauſam cognoſcere, & terminare, vel etiam
56 ſuo Vicario terminandam demandare, id enim permittitur,
ex textu in cap. ex parte, il 1. de verb. ſign. clarè Hoſt. in
cap. præſ. de teſtib. in 6. & in cap. procurationes, de cenſ.
Dec. in cap. cum veniſſent, col. fin. de iud. Innoc. in cap. noſt.
de elect. Alber. in l. 1. col. 2. C. ne quis in ſua cauſ. Calder.
conſ. 6. de iud. Viu. com. op. p. 1. cap. 352. Oldr. conſil. 156.
in princ. Gem. conſil. 114. n. 3. verſ. ſecundò. Tuſch. pract.
concl. littera E, concluſ. 257. n. 1. 8. 11. pulchrè Beneuent.
tract. de iudic. ſuſp. cap. 5. num. 26. Bene verum eſt, quòd
id procedit, ſi ſuſpectus non allegetur; verùm ſi tan-
quam ſuſpectus refutetur ipſe, vel eius Vicarius propter
57 intereſſe Epiſcopi, tunc licita eſt recuſatio, & poteſt
remoueri in totum. Gloſſ. & DD. in cap. cùm veniſſent, de
iud. & in d. l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. Abb. in cap. 1. n. 2.
in fin. de iud. Nauar. in cap. nouit, num. 48. eod. vide Capyc.
deciſ. 137. num. 5. Beneuent. d. cap. 5. num. 27. 28. Tuſch.
d. concl. 257. num. 18. & hoc caſu vel recurrendum eſt
ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, qui det iudicem; vel ipſe
Epiſcopus cauſam committat iudici partium confiden-
tis, vel eligantur arbitri iuris, qui hoc caſu non co-
58 gnoſcunt de cauſis ſuſpicionum, ſed de cauſa principali,
& meritis eius, ad textum in c. ſi clericus 11. quæſt. 1. Capyc.
d. deciſ. 137. num. 10. Beneuent. d. cap. 5. n. 29. Tuſch. d.
concl. 257. num. 10. 21. 23. licèt enim arbitri iuris ſoleant
eligi ad cognoſcendas cauſas ſuſpicionis, & recuſationis,
cap. cùm ſpeciali, de appellat. tamen cùm in tali caſu vi-
59 deantur notoriæ ob intereſſe Epiſcopi, illis omiſſis fit
tranſitus ad merita cauſæ: & ita fuit ſeruatum in cauſa
prædicti D. Epiſcopi Regij contra D. Herculem Boſſium
emphyteutam Menſæ Epiſcopalis, contra quem fuit in-
troducta cauſa caducitatis, & cùm me recuſaſſet vti Vi-
carium Epiſcopi, fuit electus arbiter qui de cauſa princi-
pali cognoſceret, & quotidie contra laicos fiunt lites, &
cauſæ feudales vel emphyteuticæ pertinentes ad menſam
dicti Epiſcopi coram me vti eius Vicario, & ſi partes
non recuſant, proceditur vſque ad ſententiam, vnde non
ſeruatur in practica, quod ſcripſit Bartazzolius de Domi-
60 nis Picis Mirandulanis, qui ſoluunt dicto D. Epiſcopo
annuum canonem ob feudum S. Martini in Spino, cuius
controuerſiæ fuerunt ſemper introductæ in foro Epiſco-
pali. De hoc igitur fundamento in caſu noſtro non eſt
fidendum, quia ordinarius Carpi potuiſſet eſſe iudex, ſi
aliud non obſtaret, & ſi fuiſſet recuſatus ob intereſſe, non
per hoc cauſa eſſet ventilanda in foro laicali, ſed vel eli-
gendi eſſent arbitri, vel recurſus habendus ad ſuperiores
Eccleſiaſticos. Tranſeamus ad alia, quoniam hîc non
tractatur ita de intereſſe ordinarij Eccleſiaſtici Carpi,
quòd non poſſit eſſe iudex.

Non tamen prætereundum puto vnum, quod eſt con-
ſideratione dignum, an ſcilicet laicus iudex potuerit in
hac cauſa cognoſcere, an ſua eſſet iuriſdictio, & ſe iudi-
cem competentem pronunciare, & dubium facit, quia ſi
quando in dubium reuocatur etiam per viam exceptio-
61 nis, an res, de qua agitur, ſit ſpiritualis, iudex Eccleſiaſti-
cus ſolùm de hoc cognoſcere poteſt. Ita Stephan. Coſta
in rep. c. ſi iudex laicus, num. 14. de ſent. excom. in 6. & regu-
lare eſt, vt quotieſcumque inter iudicem Eccleſiaſticum
& ſecularem ſuper iuriſdictione contingat quæſtio, ſem-
per debeat Eccleſiaſticus ſolus cognoſcere, audito tamen
ſeculari, & eius rationibus auſcultatis, quia ipſe maior eſt
62 iudice laico: ſic Butr. in cap. cæterùm, col. 4. vbi etiam In-
noc. de iud. Felin. in cap. Paſtoralis, num. 4. vbi etiam Dec.
num. 3. de reſcript. Iaſ. in l. 2. col. 5. ff. ſi quis in ius voc. non
ierit. Couar. pract. qq. cap. 33. num. 1. verſ. quibus etiam,
Oldr. conſil. 83. per totum, Maſc. de prob. concl. 689.
num. 7. Farin. in prax. quæſt. 8. num. 33. 34. Caualc. de
brach. reg. part. 6. fragm. 13. num. 95. Craſſ. de eff. cler.
eff. 1. num. 1262. 1263. 1265. quod quidem verum eſt,
vbi cadit aliquod probabile dubium iuriſdictionis, &
concurrit Eccleſiaſticus cum laico, adeo vt vterque præ-
tendat cognitionem ad ſe ſpectare; tunc enim præualet
Eccleſiaſticus. Innoc. in d. cap. cæterùm, Felin. in d. cap. 63
Paſtoralis, num. 4. in fin. Iaſ. d. loco. Gratian. diſc. 190.
num. 14. lib. 1. quem ſequitur Barboſ. de off. Epiſc. al-
leg. 12. num. 16. part. 2. Verùm ſi verſamur in his, quæ
mixti fori eſſe dicuntur, vel prophana cenſentur, & iu-
dex Eccleſiaſticus non ſe opponat, ſed tantum aliqua
partium declinet forum iudicis laici, allegans, & exci-
piens cauſam Eccleſiaſticam, & ipſum eſſe incompeten-
tem, petatque remitti ad Eccleſiaſticum, tunc adhuc
multi ſunt opinati talem iudicem non poſſe cognoſcere,
an iuriſdictio ad ſe pertineat, quia videtur iudex in
propria cauſa, ex Innoc. & Abb. in d. cap. ſuper litteris,
Afflict. deciſ. 354. num. 16. 17. Maſcarell. in pract. part. 2.
in gl. in verb. competentes, num. 57. Carol. de Graſſ. tract. 64
de except. ad mat. ſtat. excep. 18. num. 9. verſ. ſed contra-
rium. At verè id ſolùm procedit, quando notoriè con-
ſtat iudicem eſſe competentem; tunc enim non poteſt
cognoſcere de hoc, niſi in remittendo, & ſi pronunciet 65
ſe competentem, inualida eſt declaratio: ſin dubium
iuriſdictionis ſit probabile ratione facti, vel iuris, ſecus
eſt, quia tunc ipſe iudex poteſt de exceptione incompe-
tentiæ cognoſcere, & ſe competentem pronunciare, ſi
ita ſibi iuſtum videatur, vel tanquam ſuſpectus non re-
cuſetur, quia quilibet iudex, tam laicus, quàm Eccle-
ſiaſticus poteſt videre, & examinare incompetentiæ ex-
ceptionem, & cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, ad tex- 66
tum in l. ſi quis ex aliena, ff. de iud. l. 2. vbi gl. & DD.
ff. ſi quis in ius voc. non ierit, vbi etiam Bart. Ang. Alex.
& Iaſ. & in l. præſcriptione, vbi Bart. C. ſi contra ius,
vel vtil. publ. & in d. cap. ſuper litteris, in fin. & in d. cap.
Paſtoralis, vbi Inn. & Felin. & cap. ex parte, vbi Abb.
de reſcript. Dec. in d. cap. cæterùm, num. 20. verſ. ſucceſ-
ſiuè, de iudic. Ioan. Pleſ. de proceſ. iudiciar. tit. 16. n. 22.
Tuſch. pract. concl. littera I. concl. 414. num. 2. 5. 12. Mart.
de iuriſd. part. 2. cap. 4. num. 1. 2. & ſeq. & ideò cùm hîc
tractetur ſolùm de vtili dominio emphyteutæ circum-
ſcripto quocumque Eccleſiæ præiudicio, nec iudex Ec- 67
cleſiaſticus concurrat, aut ſe opponat, ſed ſolùm pars
conuenta forum declinet, non video rationem quare iu-
dex laicus non potuerit hoc caſu cognoſcere, an ſua ſit
iuriſdictio; ſcio enim quòd ſi tractaretur de cauſa ſpiri-
tuali, aut merè Eccleſiaſtica, tunc iudex laicus non poſſet
de ea cognoſcere, neque principaliter, neque incidenter,
cùm teneatur ſtatim partes remittere ad iudicem Eccle-
ſiaſticum, cap. decernimus, cap. quanto, de iud. cap. 68
tuam, vbi Abb. de ord. cogn. Dec. in cap. at ſi cle-
rici, num. 30. in fin. de iudic. Rol. conſ. 12. num. 15. 24.
lib. 2. And. Fachin. contr. 44. in princ. lib. 1. de communi
Farin. d. quæſt. 8. num. 25. Prax. Archiep. cap. 95. n. 1. 2.
Craſſ. d. eff. 1. num. 401. pulchrè Barboſ. de off. Epiſc.
alleg. 84. num. 20. 24. part. 3. quoniam laicus eſt incapax
iuriſdictionis in clericos, & cauſas ſpirituales, & non
habet iuriſdictionem prorogabilem quoad eas, & pro- 69
pterea non eſt mirum ſi non poſſit tunc de ſua iuriſdi-
ctione cognoſcere, quia obſtat ei notorietas incapacita-
tis, quod in caſu noſtro dici non poteſt, vbi tractatur
de re prophana, vtili ſcilicet dominio, quod laicorum
eſt: & propterea iudex laicus non videtur poſſe excludi
à tali cognitione, ſiquidem mixti fori videtur eſſe, &
non adeſt dubium, quin Ordinarius vtriuſque litigan- 70
tium iudex eſſe poſſit, vt inquit Rom. d. conſil. 212. n. 6.
in fin. quem ſequitur Carol. de Graſſ. d. tract. eff. 1. n. 605.
& ſi difficultas oriri poteſt in hoc negotio, ea non poteſt
eſſe quoad iudicem laicum, quem certum eſt poſſe co-
gnoſcere inter ſuos ſubditos de prædicto vtili dominio
vti prophano, & laicali, vbi ſcilicet nullum vertitur Ec-
cleſiæ præiudicium.

Secundò igitur ex aduerſo allegatur textus in c. Eccleſia
S. Mariæ, de conſt. qui certè præteriri poterat, ſiquidē hoc
ſolùm declarat, laicos non poſſe ſtatuere de perſonis, aut
rebus Eccleſiaſticis; id enim nos quoque aperto ore fate-
mur, & in teſtem adducimus Felin. in d. cap. Eccleſia S. 71
Mariæ,

Mariæ, n.81.verſic.ex hoc, & Dec.num.52.de conſt. Franc.
Cald. de iur. emph. d.lib.2.q.7.n.5. Decian.conſ.14.num.2.
lib.1. Surd. conſ.301. n.64. Marcabr. conſ. 26. num. 115.
116. Carol. de Graſſ. d.tract. eff.2.num.2.3.33.34.38. vbi
latè reſoluit omnia,ſed hoc longè à re eſt, quia in noſtro
caſu neque res, de qua tractatur,vtile ſcilicet dominium,
neque perſona,ſcilicet reus, vel actor, aliquid habent Ec-
cleſiaſtici, vel ſpiritualitatis,vt vidimus; vnde ex diuerſis,
& diuerſam rationem habentibus rectè nihil infertur,
l.Papinianus,§.exul.,de minor. l.fin. de rit. nupt. cum vulg.

Tertiò itaque in contrarium adducitur textus in d.cap.
cæterùm, de iudic. quem bonum in hac re appellat Bero.
72 in d. cap. quæ in Eccleſiarum, & Farin. d deciſ.305.num.3.
qui in effectu dicit,quòd in feudali cauſa Eccleſiæ Domi-
nus feudi eſt iudex competens. Verùm quia non verſa-
mur nos in materia feudali , ſed emphyteutica , ideò ille
textus non facit ad propoſitum,quoniam in hac materia
iuriſdictionali non licet arguere à feudo ad emphyteu-
73 ſim, non enim Dominus directus eſt iudex in cauſis em-
phyteuticis, provt in feudalibus : ita declarat Bald. in
d. c.cæterùm,num.11. vbi Felin. num.12. Dec. num. 15. de
iud. Boer. deciſ.114.num.15. Valaſc. de iur. emph. q.39.
num. 4. verſ. cæterùm. Rom. d. conſ.212. num.5.6. Molin.
74 de primog. Hiſp. lib.1. cap.7. num 5. vbi ait etiam , quòd
deciſa in feudis non ſunt trahenda ad alias materias , niſi
procedant ex regulis iuris communis ; & proptera non
valet argumentum à feudo ad emphyteuſim in his , quæ
ſunt contra dogmata iuris ciuilis. Caccialup. in rep.cap.1.
p.7. membr.3. num.13.14. de feud. cogn. Ceph. conſ.139.
num.25. Petr. defideicomm. quæſt.10. num. 46. Molin. d.
75 cap.7. num.5. licèt quoad alia bene valeat argumentum à
feudo ad emphyteuſim. Soc. Iun. conſ.72. num.57. lib.1.
Clar. in §. feudum, q.3. verſic. & hæc quidem, Hect. Felic.
alleg.47.num.20.part.3.

Quartò in medium profertur textus in cap. quanto , de
iud.& in cap.1.de iurepatr. ex quibus ſatis clarè probatur
in cauſis patronatus non laicum , ſed Eccleſiaſticum eſſe
76 iudicem competentem ratione connexitatis , quam ha-
bet cum rebus ſpiritualibus ; vnde Bero. Rim. Iun. &
Farin. in dictis locis multa inculcant ſimilia in materia
connexorum , vt de eis omnino debeat fieri idem iudi-
77 cium , quod de principali. Tuſch. littera C. concl.626.
num. 1. vnde inferunt , cùm vtile dominium ſit conne-
xum cum directo , Surd. d. conſ. 338. num. 19. verſ.
78 connexitas , non poteſt iudex laicus de eo iudicare ,
ſicut non poſſet de directo : hoc ſemper putaui eſſe
fortius argumentum , quod in hac materia poſſit ex-
cogitari.

Verùm non deſunt optimæ reſponſiones , quia ſi qui
ſunt, qui dicant vtile dominium eſſe directo connexum,
hi intelligendi ſunt quoad ſuam originem , & conſtitu-
79 tionem, quoniam cùm vtile dominium ſit tanquam chi-
mæra, Franch. in prælud. in feud. vſus , in princ. n.21. fa-
80 cilè per actum intellectus poteſt ſeparari à directo, provt
euenit in conceſſione feudali, vel emphyteutica, inſpecto
enim præſenti ſtatu , durante ſcilicet emphyteuſi verius
eſt vtile dominium eſſe ſeparatum à directo, non conne-
xum,ex quo iſtud eſt penes Eccleſiam , illud verò apud
81 laicum emphyteutam : Ita pulchrè Pereg. de iur. fiſc.
lib.5. tit.1. num. 115. verſ. quare , ibi : Idcoque , & ante
eum Albert. Brun. de Statut. de art.8. quæſt. 22. verſ. &
prædictam , ibi : Vbi volunt. Dec. in Auth. caſſa , num. 9.
verſ. & ad hoc facit , C. de ſacroſ. Eccl. Natt. ad Alex.
conſ.9. lib.5. idem Natt. conſ. 280. num. verſ. Ad quod,
Gabriel conſ.192. num.53. lib.2. Carp. ad Stat. Mediol.
cap.422. num.5.p.1. Valaſc. de iur. emph. quæſt.17.n.16.
verſ. de dominio , Cald. eod. tract. d.lib. .quæſt.12.num.22.
verſ. reſoluens , & meliùs lib. 1. quæſt.13. num. 49. Ma-
82 nent. d. deciſ.6. num.28. vbi benè inquit , quòd iſtud
vtile dominium poteſt ſeparari à directo , & conſiderari
per ſe , vti ab eo diſtinctum pro eo tempore , quo eſt
apud laicum,& eſt de mente (quia in effectu ſic ſentiunt)
Bart. Ang. Caſtr. Salic. & alij in d. l.2. C. vbi in rem
actio , Ioan. Andr. Butr. Abb. Soc. in d. cap. quoniam
frequenter , vt lit. non conteſt. Barb. d.conſ 84.lib 4. Graſſ.
d. eff.2. num.403. ſicut in ſimili negotio dicimus vſum-
fructum eſſe ſeparatum à proprietate , & cenſeri rem 83
diuerſam, teſte Ioan. Caſtil. tractat. de vſufr.cap.74.n.35.
part.1.

Et hoc ſanè veriſſimum eſt, alioquin impoſſibile eſſet
inter Eccleſiam , & liuellarium , ſeu vaſſallum celebrari
contractum emphyteuſis, vel feudi , quia certum eſt in
tali conceſſione , ſeu ſtipulatione vtile dominium tran-
ſire in liuellarium , ſeu vaſſallum , & directum remanere
penes Eccleſiam : ita Afflict. ſuper conſt.Regn. in prælud. 84
quæſt.22. num.3.4. Clar. in §. emphyteuſis , quæſt.1. verſ.
contractus , ibi : In emphyteuſi. Ioan. Fer. Mon. tract. de
feud. lib.5. cap.7. verſ. eſt autem, Tiraq. de retract. lign.
§.1. gl.15. num.85. & Abb. in cap. potuit, num.7. de locat.
Franc. Cald. de iur. emph.lib.1.quæſt.15.n.25. & quæſt.16.
num.6 7. quod etiam probatur ex illo vulgari ſcriben-
tium dogmate,qui dicunt, finita emphyteuſi quacumque
ex cauſa vtile dominium reuniri , & conſolidari cum di- 85
recto : Franc. Salſon. in lucern. laudem. prælud.4. num.13.
Franch. deciſ.226. num.3. Cald. d.lib.1.quæſt 8.n.1.& q.1.
num.5.& q.18.n.17. Peregr. de fideicom. art.33. num. 22.
Amat. deciſ. Ferr.1. num 11. ſi enim poſt finitam emphy-
teuſim vtile dominium reunitur, & conſolidatur cùm di-
recto , rectè infertur , quod prius erat ſeparatum ; nam 86
iſtæ voces hanc rem optimè declarant , l. Neratius , de
vſufr. accreſc. §.fin. Inſt. de vſufr. vnde concludere poſſu-
mus quòd iſtud interim vtile dominium non ſit conne-
xum cum directo.

Pro cuius rei confirmatione non erit omittendum ,
quòd ea dicuntur propriè annexa,quæ ſeparari nequent,
quia ſunt indiuidua, l. eum actum, & ibi DD. ff de negot.
geſt. Imol. conſ.139. col 4. Aret. in cap. tranſlato , num.3. 87
de conſt. Alex. de Næuo in cap. ſi duobus , num. 13. verſ.
quò ſi appellans , de appellat. Surd. tract. de alim. tit.9.
quæſt. 1.num.15 verſ. ſecundò, Menoch. conſ.421. num.64.
& de arb. iud. caſ.91.num.9. latè Gratian. diſc.641.n.15.
lib.4. Pacian. tract. de probat. lib.1. cap. 26. num. 40. &
num.94. verſic. ſextò , Scacc. tract. de appellat. quæſt.17.
lim.21. num.30. verſ. connexa, connexum enim illud pro- 88
priè dicitur , quod alteri ita adhæret , & connectitur,
vt ex eo ſequatur neceſſariò , ſiue in antecedens , ſiue in
conſequens, adeo vt connexitas non detur , vbi vnum
poteſt ſtare ſine altero : Iaſ. in l. ſed & ſi plures,§.1. in 2.
not. de vulg. pulchrè Crauet. conſ. 232. num. 1. 2. Boër.
conſ.7.n.1.2.3.Couar pract. qq. cap 34. vide Menoch. de
recup. poſſeſſ.rem. 1. num.377.378. hæc autem materia di-
recti , & vtilis dominij eſt diuidua , & vnum ſtat ſine al-
tero , & in emphyteuſi ſunt ſeparata. Natt. d. conſ. 280.
num 3. Carp. d. cap.422. num.5. Cald. d. lib.1. quæſt.13.
num.49. Manent. d. deciſ 6.num.28. ergo vtile dominium
non ſortitur naturam directi , ſed perſonæ laicæ, cui ad- 89
hæret, l. vnic. C. de impon. lucr. deſcript. lib.10.l.fin. in fin.
C. de inoff. teſt. Brun. d. art.8. quæſt.22. verſ. & prædict.
Barb. d. conſ.84. verſ. prætereà , lib.4. Surd. d. conſ. 338.
num.9.10. & d. tract. de alim tit.9.quæſt.31.num.17. Cald.
d. lib.2. quæſt.12. num.22. connexa enim diuidua poſſunt
ſeorſum cognoſci , & iudicari. Natt. d. conſil. 280. nu-
mero 3.Crauet. conſil.60. in fin. Tuſch littera C,concl.626.
num.23.

Hinc extraneus à quæſtione noſtra redditur textus in
d.c.quantò,de iud.quia iuſpatronatus,de quo in dicto tex-
tu, eſt adeo ſpiritualibus annexum, vt à multis inter ſpi-
ritualia connumeretur. Farinac. in prax.q.8 n.20. & ideò 90
non ex rigore iuris , ſed ex gratia laicis fuit conceſſum.
Alex.conſ.75.n.35.in fin.lib.4.& ſi connexum dicitur cum 91
ſpiritualibus,tanta eſt connexitas,vt nequeat ſeparari,&
propterea per ſe vendi non poteſt,ſed ſolùm tranſit cum
vniuerſitate bonorum,cap.ex litteris,de iurepatr Roch. de 92
iurepatr. verb.ipſe vel is, q.22. Lambert.d.tr.lib.1.p.2.q.5.
Menoch.



Menoch. de præſ. lib.3. præſ.90. num.25. Nicol. Garc. de
benef. part.5. cap.9. num.10.11. Barboſ. de off. Epiſc.p.3.
alleg.71. num.1.2.7.8. & propterea in d.cap. quantò, non
conſideratur ſimpliciter connexitas, ſed qualificata con-
nexitas , dum inquit textus, Ita connexa ſunt , ſicut per-
bellè conſiderat Decian. in d. cap. quantò, num.3. & ibid.
93 And. Barbat. num.1. vnde colligitur iuſpatronatus eſſe
inſeparabile à ſpiritualibus , cum ſit quid mixtum ſpiri-
tualitati : Bald. in d. cap. quantò , num.5. Dec. num 2. &
94 ibi Abb. num.2. Felin. & DD. de iud. & cùm mixta ſint
inſeparabilia : ad textum in l. adeo , §.1. verſic. cùm quis,
ibi : Vinum verò , ff. de acquir. rer. dom. §. cùm ex aliena,
95 ibi : vinum, Inſt.de rer. diuiſ. Menoch. conſil.461.num. 6.
infertur , quòd ſequi debeant naturam ſimplicis dignio-
ris. Abb. in d. cap. quantò, num.2. & ibi Dec. n.2. de iud.
Surd. de alim. d. tit.9. q.31. num.17. & ſanè cum iuſpa-
96 tronatus ſit reſpectu ſui ipſius indiuiduum, Bald. in d.c.
quantò, num.2. Roſental. de feud. cap.6. n.3. Polyd.Rip.
tract. de diuid. & indiuid. ſect. 22. n.10. poteſt etiam dici,
quòd à rebus ſpiritualibus ſeparari non poſſit, vnde ceſ-
ſat argumentum à patronatu ad emphyteuſim , & multò
magis , quia inter ea extat ratio diuerſa relatiuè ad ſpiri-
tualia,quod efficit, vt ab vno ad alium inferri non poſſit.
Gloſſ. in cap. præterea, in verb. ex eo , in fin. & ibi DD. de
off. deleg. Felin. & Dec. in cap. tranſlato , de conſt. Aret.
conſ.29. num.25. verſ. quod autem , & verſ. & ſic ceſſ. Iaſ.
in d.l. ſed ſi plures, §. filio, num.5. ff. de vulg. & pup.Non
ergo inconueniens eſt , vt controuerſia vtilis dominij
emphyteutæ poſſit cognoſci à iudice laico , directi verò
à ſolo Eccleſiaſtico.

Deinde dato etiam quod propriè connexa ſint domi-
nium vtile, & directum,non tamen ſequitur quòd iudex
laicus non poſſit de illo cognoſcere inter duos laicos,
vel laicum reum , & clericum actorem , ſiquidem cer-
97 tum eſt poſſeſſionem rei, & proprietatem valde eſſe con-
nexa , quia ſine re non ſtat poſſeſſio , vt poſt Innoc. Bel-
lam. & Contard. ſcribit Surd. d. conſ. 338. num. 21.
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.15. num.219. Theſaur.
98 d. deciſ.117. num.3. tamen ſi fortè inter laicos, vel inter
reum laicum , & actorem clericum oriatur quæſtio de
poſſeſſione rei beneficiariæ , & ſic ſpiritualis , & con-
trouerſia ſit tantum ſuper facto , & non tangat titulum,
& ius proprietatis , cùm huiuſmodi factum, & poſſeſſio
ſit quid laicale , ratione rei , & perſonæ laicæ in iudicio
conuentæ poterit laicus eſſe iudex competens , ſi adea-
tur , ſecundùm Innoc. Archid. Ioan. And. Butr. Abb. &
alios in cap. fin. de iud. Guid. Pap. q.1. num.1.2.q.71.n.1.
& quæſt.85.num.1. Boër. quæſt.69. num.23. Rol. conſ.23.
col.1.2.lib.2. Surd. d. conſ.338. num.20. & ſeq. vide My-
ſyng. cent.2. obſ.67. num. 3. & ſeq. Crauet. conſ.258.
num.1.2.3. & conſil. 635. num. 3.verſ. inde, Oſaſch. deciſ.
Ped. 116. num.1. & ſeq. Theſ. deciſ.82. num.1. deciſ.117.
num.1.2.4. & deciſ.131. num.10. Albert. tract. de agnoſc.
aſſert. cath. & hær. quæſt.25. num.54. Menoch. de recup.
poſſ. rem.15. num.210.221. de magis communi Farin. in
prax. q.8. num.23. Barboſ. de off. Epiſc. part.3. alleg. 84.
num 34.in fin. verſ. de quibus, vide Carol. de Graſſ. de eff.
cleric. eff.1. num.403. verſic. quadam verò , qui bene di-
ſtinguit, & contraria reſoluit , quoniam difficultas huius
quæſtionis conſiſtit in eo, quod multi etiam opinati ſunt
laicum eſſe competentem inter clericos , vbi quæſtio eſt
99 de ſola poſſeſſione beneficij, quod falſum eſt, quia tunc
obſtat non ſolùm natura negotij , ſed etiam ſubiectum
perſonæ Eccleſiaſticæ , cuius iudex non poteſt eſſe lai-
cus. Rol. d. conſ.12. num.38. lib.2. Menoch. d. rem. 15.
num.223.234. Farin. d.q.8.num.23.verſ. ſublimita ſecundò,
Graſſ. d. eff.1. num.406. latè Garz. de benef. part.1.cap.2.
num.55. tunc enim, etiamſi de ſolo facto quæratur , &
mera facti poſſeſſione , laicus non poteſt eſſe iudex. Ve-
rùm inter laicos vel contra laicum reum bene poteſt co-
gnoſcere,vt vidimus, non tamen priuatiuè quoad Eccle-
100 ſiaſticum , quia res cenſebitur mixti fori , & ideò ſi Ec-
cleſiaſticus præueniat , & inhibeat iudici laico , tunc
etiamſi tantum ſit quæſtio de poſſeſſione facti circa res
beneficiales,non poterit laicus procedere.Gerard.ſing.99. 101
& Farin. d. quæſt.8.num.25.verſ. ſublimita ſecundò, & poſt
Couar. & Camill.de Curt. inquit Graſſ. d.eff.1.num.404.
adeò , vt idem dicere valeamus in caſu noſtro , quia ſi-
cut factum , & poſſeſſio mera connexitatis causâ effi-
ciunt , vt laicus iudex poſſit cognoſcere inter laicos, vel
laicum reum conuentum tanquam de cauſa mixti fori,
ita dicamus de vtili dominio emphyteutæ Eccleſiaſtici,
vt laicus iudex , niſi præueniatur ab Eccleſiaſtico, poſſit
iudicare , cuius ſit , vbi non tractatur de præiudicio Ec-
cleſiæ , quibus non obſtat , quòd cauſa poſſeſſorij ter- 102
minari debeat, vbi cauſa petitorij.Curt.Iun.de feud. part.
7. num. 23. verſ. in contrarium, quia id procedit , vbi iu-
dex eſt capax iuriſdictionis , & competens in vtroque
iudicio poſſeſſorij, & petitorij. Crauet. conſil.258.num.7.
verſ. nam illa regula , Menoch. de recup. poſſ. rem.3. nu-
mer.352.

Quintò itaque allegatur Card. in d. Clem. per litteras,
n.12.q.15.de præbend.vbi loquitur de re in totum diuerſa,
quærens , an redditus deputati ad fabricam poſſint con-
ferri ? & concludit negatiuè : quod non facit ad rhom-
bum , neque eò loci vnquam docet cauſas vtilis dominij
dici ſpirituales , ad quod tamen expreſsè eum Farinacius
allegat.

Sextò adducitur idem Card. in conſ.92. num.8. in fi.
verſ. inſuper, vbi de hac re ne verbum quidem : ſed fortè
Farinacius voluit eum allegare ſub num.15. vbi loquitur
de decimis , ſicut faciunt etiam Fulgoſ. in conſ.166.n.3.
verſ quintò. Feder. de Sen. conſ.245.num 3.Calder conſ.15.
per totum , de decimis, Rebuf. eod. tract. quæſt.10. num.1.
Anch. in cap. ea quæ, num.12. de reg. iur. in 6. Gem. in
cap. fin. num.14. de for. compet. in 6. quos omnes Farina-
cius allegat contra nos pro deciſione caſus noſtri.Verùm
iſti omnes extra rem adducuntur , quia bene fatemur in
cauſis decimarum Eccleſiaſticum eſſe iudicem compe- 103
tentem, niſi fortè de ſolo facto, & mera facti poſſeſſione
tractaretur inter laicos , vel contra laicum reum conuen-
tum , quia tunc etiam laicum poſſe iudicare ferè omnes
tenent , ſed extra hunc caſum ſolus Eccleſiaſticus co-
gnoſcit. Et ratio eſt, quia cauſa decimarum eſt merè ſpi- 104
ritualis. Ita per textum in cap.quamvis,de decim.cap nullus
laicus , de iurepatr. Clem. per litteras, de præbend. Crauet.
conſ.258. num.1. & ſeq. Valaſc. d. q.17.num.14.verſ. hinc
etiam , Menoch. conſ.268.n.4.16. latè Bellet. diſq cler.p.1.
tit. de fauor. cler. real. §.4.n.133.134. vbi bene declarat
hanc quæſtionem , & diſtinguit caſus , quando laicus
poſſit procedere , & quando ſolus Eccleſiaſticus. Vnde
ſi volumus, argumentum facit pro nobis , quia ſicut lai-
cus poteſt cognoſcere de cauſa decimarum ſummariè , &
vbi de quæſtione facti , & meri poſſeſſorij ſolùm tracta-
tur contra laicum, vel inter laicos, Lup. in add.ad Feder. 105
d. conſ.245. in fin. Crauet. d. conſ.258.n.1.& ſeq. Couar.
pract. qq. cap.35. num.1. verſ. ſecundò erit , Menoch. d.
conſil.268 per totum, lib.3.Bellet.d.§.4.n.132.133.ita poteſt
dici , quod laicus valeat iudicare inter duos laicos ſuper
vtili dominio emphyteutæ , quia iſta cenſentur propha-
na, & laicalia.

Et multò minùs hæc potuerunt allegari in caſu noſtro,
quia dato etiam , quòd iſti Doctores apertè dicant in
cauſis decimarum ſolos Eccleſiaſticos eſſe iudices com-
petentes , cùm nos verſemur in quæſtione emphy-
teuticaria , ſeu feudataria , certum eſt , quòd à verbis
Doctorum non licet arguere à ſimili , vel à contrario
ſenſu , licèt id admittatur in verbis legis : ſic DD. in 106
cap.2. de reſcript. in cap.1. de conſt. Alex. in l.1. num. 28.
de off. eius , Bero. conſ.63. num. 5. lib.1. Surd. conſ.400.
num.21.22. Oſaſch.deciſ.58.num.38. latè Grat. diſc.689.
num.42.lib.4. quidquid non benè dicat Rim.Iun conſ.351.
num.89.

Septimò allegatur Sylua conſ.6. n.23.24. & per totum,

quod in propoſito facile tollitur, dum enim primò dicit
vtile dominum eſſe quid ſpirituale, ſolus eſt, & loquitur
contra communem, & receptam aliorum opinionem,
teſte Valaſch. *de iur. Emph.d.q.17.n.13. verſ. quamquam*
*ſolus*, & firmatunt omnes alij ſupra allegati, qui probant
hoc vtile dominium eſſe laicale.

Dum verò dictus Sylua *d.conſ.9. per totum*, nititur pro-
bare, quòd emphyteuta Eccleſiæ non poſſit à laicis gra-
uari, & collectari, ne dupli onere grauetur; in hoc non
conueniunt omnes, immo plurimi ſentiunt, quod em-
phyteuta Eccleſiæ ratione ſui vtilis dominij, quòd laica-
107 le reputatur, poſſit à laicis collectari, ſicut cæteri cle-
rici, vt in primis dixit And. de Iſern. *in vſibus, tit. Quæ*
*ſint Regalia, in verb. & plauſtrorum, n.57.* Luc. de Pen.
*in l.1.* per illum textum, *C. de impon. lucr.deſcript. lib.10.*
Menoch. *de arb. iud. caſu 180. num.8.& caſ.562.n.22.31.*
Brun. *de Stat. d. art.8. q.22. n.108.* Felin. *in d.c. Eccleſia*
*S. Mariæ, num.99. de conſt.* Purpur. *d. conſ.322.n.9. verſ.*
*tertiò contingit.* Feſtus *de collect. p.4.c.2.lim.10.n.43.* Surd.
*d.conſ.338. num.13.* Auend. *de exequend.mand.lib.2.c.14.*
*num.33.* Ioan. Garz. *tract. de expenſ. & melior. cap. 12.*
*num.69.70.* latiſſimè Valaſc. *de iur.emph.d.quæſt.17.n.11.*
*& ſeq.* & *num.15. verſ. quæ verò*, Cald. *de nominat. emph.*
*lib. 2. q.7. num.13. verſ. qua ratione, ad fin.* & *quæſt.12.*
*num.22.* de magis communi Sfort. Odd. *conſ.70. num.31.*
latè Mart. *de iuriſd. par.4. caſ.13. num.1.2. & ſeq.* Tuſch.
*pract. concl. littera E, concl.19.num.16.* vbi teſtatur, quod
hæc opinio de conſuetudine ſeruatur, & eam quoque
practicari cæteri teſtantur, & in feudo Eccleſiaſtico idem
ſentiunt.

Verumtamen, ſi placet veritas, non puto in hoc eſſe
faciendum aliquod fundamentum ad finẽ, de quo quæri-
tur, quia veriorem, & etiam magis communem puto eſſe
108 alteram opinionem, quod immo emphyteuta Eccleſiæ
(licet aliud ſit in emphyteuta priuati) non poſſit à laicis
collectari, & grauari, non ſolum quia duplici onere non
debet grauari, ſed etiam quia hoc redundat in damnum,
& præiudicium Eccleſiarum, quæ colonos, & emphy-
teutas conditionibus, tanto deterioribus inuenient, ſi
collectari à laicis poterunt, adeo vt quodcumque dam-
num eis illatum redundaret in effectu contra Eccleſiam:
ita ſenſerunt Bart. *in l. priuatæ*, vbi etiam Ang. & Ioan.
à Platea, *C. de excuſat. mun. lib.10.* Bald. *in l.1.C.de iur.*
*emph.* Iaſ. *in Auth. quas actiones, num.42. verſ.vide etiam,*
*C. de ſacroſ. Eccl.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 4.*
*& 6. num.6. verſ. & intellige*, latè Laur. Sylua *d.conſ.9.*
*num.9. verſ. his tamen*, & *num.17.23.24.* Parpal. *in l.pla-*
*cet, num.16. C.de ſacroſ. Eccl.* Duen. *reg.100.ampl.3.* latè
Eugen. *conſ.96.num.22.23.24.lib.1.* Tiraq. *de retract.*
*lign. §.1. gl.13. num.10.* Remig.Gon. *in tract.de char.ſubſ.*
*quæſt.61.n.19.* Perſonal. *tract. de gabell.num.83.* Felician.
à Sol. *in append. comment. de cenſ. lib.2. in præfat. n.3.* Ho-
mod. *conſil. 218. n.12.* Tuſch. *pract.concl. littera O, concl.*
*136.n.7.10.11.* pulchrè And. Fachin. *contr.iur.lib.1.c.91.*
*verſic. ego puto, & per totum*, bene etiam Grilinz. *conſ.40.*
*n.4.7.& per totum*, fuſè Sfort.Odd.*conſil.70.n.32.33.40.*
& per totum, vbi reſoluit contraria, & hanc opinio-
nem dicit veriorem, magis æquam, & ſuauem, &
etiam communem: & ita fuiſſe deciſum inquit Felician.
à Sol. *d. tract. de cenſ. lib.2. in præfat. num.3. verſ. Vnde.*

Verùm ſi magis placeret prior opinio, quòd ſcilicet
emphyteuta Eccleſiæ, vel feudatarius poſſit collectari
109 quoad vtile ipſius dominium, tamen fœdere diſtinctio-
nis omnia concordantur limitando dictam opinionem, vt
ſolùm procedat quoad emolumentum, quod percipit em-
phyteuta deductis expenſis, laudemio, & canone, quem
ſoluit annuatim, adeo, vt tantum in eo, quod lucratur,
poſſit grauari, vnde ſi ſoluat modicam penſionem, in eo,
quod ſupereſt, valeat collectari, ſi verò ſoluit penſionem
fructibus correſpondentem, vel paulò minorem, tunc ne-
quit collectari vllo modo, quia tunc eſt ad inſtar coloni,
& conductoris, qui non tenentur ad collectas, & licèt hæc
diſtinctio non placeat Menoch. *de arb. iud. caſ.562.n.30.*
tamen eam ſequuntur omnes, & communis eſt, & re-
cepta, & eſt de mente etiam Doctorum, qui contra Em-
phyteutam allegatur, adeo vt non videatur de hoc dubi-
tari, & emphyteuta cenſeatur exemptus à collectis, &
gabellis, ſi ſoluat canonem fructibus ferè æquiualentem:
ita pulchrè diſtinguit Alber. Brun. *de ſtat.fœm.excl.d.ar.8.* 110
*num.109. verſic. Dico igitur*, Andr. Iſern. *in vſ. feud. tit.*
*quæ ſint regalia, verb. & plauſtrorum. num. 56. verſ. cùm*
*tamen.* Luc. de Pen. *in d. l.1. C. de impon. lucr. deſcript.*
*lib.10.* Rol. *conſil. 66. n.34. lib.1.* Feſtaſ. *de collect.part.4.*
*cap.2.num.45. verſ. non obſtant.* Ruin. *conſ.77.n.6.7.lib.1.*
Surd. *d.conſ.338.n.13.* Vulp. *in tract. de immun. Eccl.p.3.*
*num 22. verſ. contrarium*, Sylua *d. conſil.9. per totum*, In-
cert. Author *in ſuo conſ. vnic. num.66.verſic.ſaltem*, apud
Hier. Gattic. *in allegat. pro immun. & liber. Eccl. fol.412.*
Purpur. *conſ.332. num 3.* Carroc. *de locat. & conduct. tit.*
*de Collect. n.27.28.29.* Bellet. *diſq.cler.tit. de exempt.cler.*
*à muner. public. §.8. num.5. in fin.* Carol. de Graſſ. *de off.*
*cler.off.3.muner.81.82.* vbi pulchrè dicit, & reprobat Me-
nochium, & inquit, quòd nunquam recederet ab hac
diſtinctione, alioquin Eccleſia læderetur, quia non inue- 111
niret, qui eius prædia in emphyteuſim acciperet, vel eſſet
aſtricta tanto minoris emphyteuticare, quanti eſſet onus
vel ius collectæ, vel gabellæ: & hoc idem tanquam cla-
rum firmat Sfor. Odd. *d. conſ.70. num.6.* & pluries vidi
hanc ſententiam admitti à laicis ſine difficultate, & bene,
quia verius credo, quòd etiamſi penſio non correſpon-
deat fructibus, tamen emphyteuta Eccleſiæ nequeat col-
lectari, quia hoc damnum ſemper redundat in Eccleſiam,
ſed fortè difficile eſſet aliter obtinere, & attenta prædicta
diſtinctione firmatur etiam noſtra opinio, quod illud
vtile dominium ſubiaceat ſtatutis ſecularium, quia po-
teſt collectari, deducta penſione, quæ ſoluitur in reco-
gnitionem directi dominij. Surd. *d. conſ.338.n.13.* Bellet.
*d. §. 8. num.5. in fin.*

Bene verum eſt, quòd ſi adeſſet conſuetudo, vt em-
phyteuta nullo modo grauaretur pro collectis, vel ga-
bellis, etiamſi non ſoluat penſionem fructibus correſpon-
dentem, provt Carpi extat, valida eſſet, & tunc em-
phyteuta Eccleſiæ non poſſet grauari, vt latè oſtendit 112
Grilinz. *d. conſ.40. num. 16. 17.* Felician. à Sol. *d. tract.*
*de cenſ. lib.2. in præfat. num.3. verſ. vnde,* Graſſ. *d. off. 3.*
*num 74.* Non nego tamen, quin emphyteuta, & Eccle-
ſia ipſa poſſit collectari, & grauari onere ordinario, ſi
prædium vel res ipſa, antequam ad Eccleſiam perueni-
ret, fuiſſet à ſtatuto vel à Communi, vel à Principe 113
huic oneri ſpecificè ſubiecta, & in libro æſtimi deſcripta,
quia tranſit ad Eccleſiam cum ſuo onere. Bart. *in l. re-*
*ſcripto, §. ſciendum, ff. de mun. & honor.* plenè Barbat. *conſ.*
*1. lib.3.* Silua *d. conſ.9. num.8.* Sfort. Odd. *d. conſ. 70.*
*num.2.* And. Zachin. *d.cap.61.in fin.lib.1.* ſed de hoc alibi
dicam.

Octauò adducitur Campeg. *inter conſ.Brun.conſ.2.n.35.*
vbi verè concludit non valere ſtatuta laicorum ſuper re-
bus Eccleſiæ, etiam quoad vtile dominum emphyteutæ,
ſed in hoc quidem loquitur aduersùs communem DD.
ſententiam, quoniam omnes concludunt valere talia ſta-
tuta, vbi non tractatur de præiudicio Eccleſiæ, & ſolum
poteſt ſaluari intelligendo in caſu, quando expreſsè fie- 114
ret mentio de emphyteuta Eccleſiæ, quia tunc non va-
lere ſatis vidimus ex Marth. *de iuriſd. part.4. caſ.13.*
*num.14.18.*

Deinde reſpondeo, quòd iſte Doctor ſolùm allegat
Card. *in d. conſ.12.* & Abb. *conſ. 1. part.1.* qui in noſtro
propoſito reprobantur per Felin. *in d. c. quæ in Eccleſia-*
*rum, numer.95.* vbi Dec. *num.6. de conſt.* idem Dec. *in*
*d. Auth. caſſa, num.9.C.de ſacroſ. Eccl.* Surd. *d.deciſ.160.*
*num.18.*

Verùm ſi intenſius rem hanc conſideremus, non eſt con-
trarietas aliqua in prædictis, ſiquidẽ Card. *in d. conſ.2.n.2.*
nobiſcum non pugnat, licet enim dicat ſtatutum Ferrariæ
de



de modo ſuccedendi non præiudicare in bonis feudali-
bus, quæ perueniunt ad filios, non quòd hæredes, ſed
quòd filij ſint, ſic enim locutus eſt, non quia ſtatuta lai-
corum nequeant ſuper vtili dominio penes laicorum exi-
ſtente diſponere, ſed quia in materia feudali eſt vna
maxima, quòd in primis attendendus eſt tenor inueſti-
115 turæ, quæ legem præſcribit contractui, non ſolum con-
tra diſpoſitionem ſtatutorum, ſed etiam contra naturam
feudorum, ad textum *in cap. 1. de duobus fratr. à cap.*
*inueſt.* & poſt Bald. inquit Iaſ. *in prælud. feud. num. 98.*
Peregr. *conſ.5. num.1. & ſeq. lib.1.* Bertaz. *conſ. ciuil. 94.*
*num.15.* Surd. *conſil.403. num.32.* & *conſ. 440. num. 38.*
Cald. *de iur. emph. d. lib.2. quæſt.23. num.46.* & hunc eſſe
verum intellectum Cardinalis oſtendunt ea verba; *Non*
*quòd hæredes, ſed quòd filios*; & inde etiam cognoſci-
tur, quia loquitur tam de feudo ſeculari, quàm Eccle-
ſiaſtico, & tamen non eſt ambigendum, quin ſtatuta
laicalia poſſint ſtatuere de feudo laicorum, vt in-
quit Becc. *conſil. 3. numer.59. verſic. tertiò animaduerten-*
*dum.*

Si autem nos vertamus ad Abb. *in d. conſ.1.* vtique de
hac re ne verbum quidem facit; & ideò fortè Campeg.
voluit allegare Abb. *conſ.72. verſ. circa prædicta, part.1.*
vbi dicit non valere ſtatutum Vrbini, quo diſponebatur,
ne emphyteuſis Eccleſiæ fiat caduca ob canonis non ſo-
lutionem, quod certè verum eſt, quia ratio eſt in prom-
ptu propter euidens Eccleſiæ præiudicium, vt ſuperiùs
vidimus.

Nonò allegatur pro parte contraria Cuman. *in conſil.*
*41. num.2. verſ. ſed iis*, vbi inquit, quòd Eccleſia poteſt
116 emphyteutam ad forum ſuum trahere, & ſtatuta ſecularia
ei non præiudicant. Sed id nihil nocet, quoniam ſi hæc
cognitio mixti fori eſt, non eſt negandum, quin emphy-
teuta non poſſit conueniri in foro Eccleſiæ, non tamen
negat Cuman. quin etiam poſſit trahi ad forum ſecula-
re. Sed etiam meliùs dicas, quod tunc quæſtio verteba-
tur inter Eccleſiam, & ipſum emphyteutam, quem à
commodo emphyteuſis cecidiſſe prætendebat, & licèt
ſtatutum diſponeret, quod propter alienationem caduci-
tas non incurreretur, tamen non eſſe validum conſtat,
quia diſponit de vtili dominio in caſu, vbi debet deuol-
uere ad Eccleſiam, ſecus eſt in caſu noſtro, vbi non
tractatur de aliquo Eccleſiæ præiudicio.

Decimò allegatur Bolog. *in addit. ad Anan. conſ.84.*
*num.7.* ad quem applicatur eadem reſponſio, non enim
117 eſt caſus noſter, vbi controuertitur inter duos laicos,
ſed in eo caſu quæſtio vertebatur inter Eccleſiam, & hæ-
redem extraneum ſuper emphyteuſi Eccleſiaſtica, quam
Eccleſia ab eo auocare intendebat vti extinctam, quo
caſu certum eſt iudicem laicum de hoc cognoſcere non
poſſe, Cald. *d. tract. de iur. emph. lib.2. quæſt.7. num.24.*
ſed Epiſcopus eſt iudex, niſi ratione intereſſe fortè
recuſetur, vt propterea deueniendum ſit vel ad pares
curiæ, ſi verſaremur in feudis, vel ad arbitrorum ele-
ctionem, vt ibidem Bologn. concludit, & nos vidimus
ſuprà.

Vndecimò ex aduerſo allegantur Ioan. And. *in d. cap.*
*quæ in Eccleſiarum, num.34.* & ibidem Butr. *in §. quod ſi*
*ſuper, num.19.* & Abb. *in §. in aliis num.28.* vbi Andr.
Barb. *num.60.61. vt lit. non conteſt.* qui meliùs allegaren-
tur ad fauorem noſtrum, ſiquidem inter cætera dicunt,
quòd ſi clericus venit ad iudicium ſeculare tanquam no-
118 minatus, & ius adeo in re habens, vt principalis ſit,
velut ſi à colono conuento vti reo, nullum tamen ius
habente ipſe nominatus eſſet vti Dominus, tunc certè
auocat cauſam ad forum ſuum, vt inquit etiam Bene-
uent. *tract. de iudic. ſuſpect. cap.7. num.24.* quod verum
eſſe fatemur: ſed quando clericus non eſt principalis,
eo quòd iudicium dirigatur contra poſſeſſorem nomi-
ne proprio, velut ſi emptor, vel feudatarius pro ſuo
tantùm intereſſe conuentus eſſet, vt hic, tunc cle-
ricus, ſiue Eccleſia veniens ad iudicium pro defenſione
illius, tenetur ſubire iudicium in eodem foro, vt hic, vn- 119
de Remingardi emphyteutæ pro ſuo intereſſe conuenti
non poſſunt laicum forum declinate. Myſing. *cent.2. ob-*
*ſeru.58. num.5.*

Duodecimo contra nos adducitur Valaſc. *de iur.emph.*
*quæſt.39.n.14.verſ.& ſi durante.* qui ſanè ſubticeri pote-
rat: dicit enim quòd ſi durante emphyteuſi, vel loca-
tione rei Eccleſiæ ad penſionem agatur contra laicum, 120
tunc Eccleſiaſticus eſt iudex competens: qui ſanè non eſt
caſus noſter, & nos non excludimus ab hac cognitione
Eccleſiaſticum, ſed quia locus eſt præuentioni, includi-
dimus etiam laicum. Verùm ad fundandam hanc ſenten-
tiam Valaſcus allegat *l. Regiam.lib.2.tit.1. §.19.* quæ ſer-
uanda fortè erit in Regno Luſitaniæ, in his verò partibus
de ea non eſt curandum, & licèt ſubiungat prædictis con-
ſonare opinionem Abb. & Barb. *in cap. ſi clericus, de foro*
*compet.* tamen dicit etiam quod contrarium tenent Ant.
de Butr. Card. Marian. & Felin. *in d.cap. ſi clericus*, adeò,
vt huic authoritati parum ſit fidendum, & nos alibi de
hac re diſſeruimus, ad quæ me remitto. Sed demus veram
Valaſchi ſententiam, ad rem non facit, quia in eo caſu
quæſtio vertitur inter Eccleſiam, & laicum, & tangitur
præiudicium Eccleſiæ; ideò bene puto adeundum eſſe
Eccleſiaſticum; nos autem verſamur inter laicos ſecluſo
omni Eccleſiaſtico præiudicio, & ſi aliter Valaſchum
intelligeremus, ſequeretur, quod ipſe ſibi contrarius eſ-
ſet; nam ipſe Valaſc. *in d. tract. quæſt.17. n.12.15. verſ.*
*quibus*, ibi: *nec enim*, & *deciſ.147. n.17.* hanc noſtram
ſententiam tenuit, & firmauit.

Tertiodecimò ex aduerſo allegatur Bero. *in d. cap. quæ*
*in Eccleſiarum, n.9. & ſeq.* & *n.12. de conſt.* quem ſequitur
Rim. Iun. *in eodem cap. quæ in Eccleſiarum, num.17. verſ.*
*vel & tertia*, qui, vt verum ingenuè fatear, concludunt
ſtatuta laicalia non poſſe diſponere ſuper vtili dominio
emphyteutæ Eccleſiæ ratione connexitatis quam habet
cum directo, vnde infert Berolus huiuſmodi controuer- 121
ſiam pertinere ad Eccleſiaſticum adeo, vt hi ſoli videan-
tur apertè tenere ſententiam, quam Farinacius defendit,
tamen contra eos reſiſtunt tot patres eximiæ auctorita-
tis, quos adduximus, qui etiam conſtituunt magis com-
munem DD. ſententiam, vt non ſit curandum de his
duobus, & maximè, quia ipſe Rim. Iun. *d. conſ. 447.*
*num.20.* contrarium ſenſit, & nobiſcum opinatus eſt,
& argumentum connexitatis, quod eos traxit in hanc
ſententiam, ſatis elſum, & ſublatum remanet ex his
quæ ſuperiùs diximus, & ſanius conſilium eſt ſentire
cum aliorum communi ſententia; ſi tamen placeret etiam
ſaluare auctoritatem horum Doctorum, poſſumus dicere
ita intelligendos eſſe, vt velint dicere, quòd ſtatuta lai-
corum non valeant diſponere de vtili dominio emphy-
teutæ in præiudicium Eccleſiæ, & quòd talis cauſa ſpectet
ad Eccleſiaſticum cumulatiuè, non autem priuatiuè quo-
ad laicum.

Decimoquartò non obſtat Becc. *in conſ.3. n.60.61.* ex
aduerſo allegatus, dum inquit, non poſſe Principem ſecu-
larem ſtatuere quidquam ſuper rebus Eccleſiæ, etiam in
eius vtilitatem: quod certè verum eſt, ſed nihil facit ad
rhombum, quia dicimus hoc vtile dominium emphy-
teutæ eſſe laici, non Eccleſiæ, & propterea de eo iudica-
tur, ſicut de reliquo laici patrimonio. Ruin. *d. conſ.70.n.11.* 122
*lib.5.* & Doctores allegati à Beccio, licet loquantur etiam
de iſto vtili dominio, tamen loquuntur in caſu manifeſti
Eccleſiæ præiudicij, vbi res ceciderat in commiſſum, &
quamvis dicat etiam laicos non poſſe ſtatuere ſuper per-
ſonis in emphyteuſi ſuccedere debentibus, tamen id pro-
cedit inter non comprehenſos in emphyteutica inueſti-
tura, quia tunc Eccleſia cogeretur habere vaſſallum, quem
fortè nollet, at ſecus eſt, ſi tractatur de ſuccedendo inter
inueſtitos, & non eſt extincta emphyteuſis, tunc enim
attenduntur laicorum ſtatuta, vt bene inquit idem Becc. 123
*d. conſ.3. n.62.* Menoch. *conſ.165. n.8.* Cald. *de iur.emph.*
*lib.2. q.7. num.24.* & *q.10. num.13. verſ. quare*; vbi enim
verſamur

verſamur inter comprehenſos in inueſtitura, non eſt conſiderabile ad quem pertineat vtile dominium, & non intereſt Eccleſiæ, vt hunc, vel illum vaſſallum habeat, & ſi fortè adeſſet aliquod præiudicium accidentale, & in
124 conſequentiam, illud non attenditur. Rom. *conſil.*32.*n.*5. & *conſ.*328. *num.*2. vbi Mandoſ. & Pariſ. *conſ.*13.*num.*75. *lib.*1. Tiraq. *de retract. lign.* §.30. *gl.* 1. *num.* 5. Burſat. *conſ.*50.*n.*23.*lib.*1.

Quibus ſtantibus ſublata remanent omnia fundamenta Farinacij, & noſtra deciſio remanet inconcuſſa, ſed vt clarior appareat, eam defendere quoque oportet ab impugnationibus tum Farinacij, tum aduerſæ partis. Nam ipſi confutant Bald. *in d. rub.* & *in d. cap. cæterùm, de iud.* dicentes, quod loquitur de liuellis, qui ſecundum eos differunt ab emphyteuſi, vel loquitur de abuſiuis emphyteutis, quorum vtrumque à vero alienum eſt, ſiquidem contractus emphyteuticus, & liuellarius, ſaltem ex communi vſu loquendi hodie ſunt vnum, & idem.
125 Iaſ. *in l.*1.*num.*39. *C. de iur. emph.* Clar. *in* §. *emphyteuſis, quæſt.* 1. *verſ. quidquid.* Neguſ. *de pignor. p.* 2. *memb.*2. *num.*52. Menoch. *præſ.* 109. *num.* 13. *lib.* 3. Rim. Iun. *conſ.*424. *num.*51. Surd. *deciſ.*331. *num.*11. *lib.*2. Bertaz. *conſ. ciuil.* 46. *num.*11. latè Felician. à Sol. *tract. de cenſ. lib.*2.*cap.*4.*n.*25. & hoc fuit de mente Baldi, qui *in d. rub.* loquitur de liuellis, & poſtea *in d. cap. cæterùm*, eundem ſermonem repetens loquitur de emphyteuſi; & eum ita obſeruat Dec. *in d. cap. cæterùm, num.*15. *verſic. & quod ſupradictum*, Boër. *deciſ.*114. *num.*15. ex quibus cognoſcitur, quòd Baldus loquitur de vero emphyteuta, non ſubalterno, & in ſumma verba Baldi ſunt intelligenda
126 ſecundùm communem vſum loquendi. Pariſ. *conſ.*82.*n.*23. 25. *lib.*3. Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *gl.*2. *num.*3. Bertaz. *conſ. ciu.*122.*n.*11.

Secundò non nocet reſponſio Farinacij *d. deciſ.* 305. *ſub num.*6. dicentis, quòd eadem res nequeat diuerſo reſpectu diuerſimodè iudicari, niſi concurrat diuerſitatis ratio, quæ ſecundum eum non inuenitur in directo Eccleſiæ dominio, & vtili emphyteutæ, quia nunquam ſeparantur, niſi per fictionem intellectus. Nam benè hæc poſſe diuerſimodè iudicari probat Surd. *d. conſ.*338.*n.*20. ſiquidem inter ea extat magna diuerſitatis ratio, cùm directum dominium ſit penes Eccleſiam, vtile apud laicum, & bona ſunt perſonarum acceſſoria: eſt pariter iam oſtenſum ea eſſe inter ſe ſeparabilia, & non eſt ficta ſeparatio, quoniam ſicut ſunt entia intellectus, & iura incorporalia, ita idem intellectus poteſt eorum veram facere ſeparationem, vt in quocumque ente rationis; vidimus enim vtile dominium eſſe velut quamdam chimæram, & connexitas illa eſt ab origine, non inſpecto præſenti ſtatu, ſecundum quem eſt pœnes laicum: & licèt Farinacius dicat illud procedere quando res omnino non transfertur, tamen reſpondeo vtile dominium plenè transferri in emphyteutam, de quo ſolo quærimus, & dato
127 etiam, quod id eſſet per fictionem, tamen nobis ſufficit, quia fictio pro veritate reputatur in iure, *l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cauſ. l. quod ad certum, locat.* Pariſ. *conſ.*22.*n.*10.*lib.*2.

Tertiò non obſtat reſponſio Farinacij ad Alber. Brun. *de Stat. d. quæſt.*21. dicentis, quod Brunus nihil firmat, ſed ſolùm refert opinionem Bobij, & Tigrini, qui pro alia ſententia allegari poſſent. Sed verè Brunus firmat noſtram ſententiam, ſiquidem certam facit ampliationem, quam pluribus roborat, allegans etiam verba Bobij, & Tigrini pro noſtra ſententia, & poſtea concludit, quòd hæc ampliatio tenenda eſt pro vera. Clara igitur ſunt verba Bruni, & non eſt verum, quod Bobius & Tigrinus in contrarium poſſint allegari, quia in effectu dicunt ea, quæ vidimus ſupra de clerico nominato à colono, vel alio, vt videre eſt apud Abb. *in d. c. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, *num.*28. *vt lit. non conteſt.* qui eorum verba refert.

Nec bene inquit Farinacius impreſſionem Abbatis eſſe mendoſam, eo quòd adducat auctoritatem Speculatoris *de primo decret.* §. *reſtat*, *num.*24. qui ſecundùm eum voluit laicum non eſſe iudicem competentem clerici venientis ad cauſam, etiamſi renunciet priuilegio fori. Nam verè impreſſio Abbatis non eſt mendoſa, ſed Farinacius non videtur ſatis bene intellexiſſe verba Speculatoris, tantùm enim dixit clericum non eſſe admittendum, ſi vt defenſor velit iudicium ſuſcipere ſub iudice ſeculari, ſub quo conueniebatur emphyteuta, vel feudatarius, quem volebat defendere. Nam hiſce verbis non concedit Speculator cauſam iſtam fore tractandam cum emphyteuta coram Eccleſiaſtico, quia propter ius, quod habet reus laicus, tractabitur apud ſecularem, nec poterit clericus intereſſe non habens (quia laicus conueni- 128
tur pro iure ſuo tantùm) ſuſcipere defenſionem cauſæ, & ad forum ſuum trahere, licet directus dominus ſit: ita Speculatorem pulchrè declarant And. Barbat. *in d. cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, *num.* 61. *vt lit. non conteſt.* Couar. *pract. qq. cap.*8. *num.*3. *verſ. nam hiſce verbis*, quem ſequitur Carpan. *ad Stat. Med. cap.* 68. *num.*107. ibi: *vt nominans*, *part.*1. ad quod non aduertit Farinacius; ſi ergo clericus non eſt admittendus, id prouenit ratione eius perſonæ, quæ negotiis ſecularibus non debet ſe immiſcere, *l. placet, C. de Epiſc. & cler.* quam al- 129
legat ſpeculator, & ideò ſecundùm eam debet intelligi Bart. *in l. non ſolùm*, §. *ſi liberationis*, *ff. de liberat. leg.* Rom. *conſ.*211. *num.*5. Crott. *conſ.*254. *num.* 25. Ceph. *conſil.* 116. *numer.* 10. Rim. Iun. *conſil.* 50. *numer.* 44. non admittitur itaque eo caſu clericus, quia non habet intereſſe, ſed iudicium proſequendum eſt coram laico contra reum pro ſuo tantùm intereſſe conuentum.

Deinde non eſt verum, quòd dictum Abbatis ſit contra Gloſſam *in verb. ſecularem, in cap. clericum nullus*, 11. *q.*1. vel ſi verum, non tamen bonum. Nam ſi gloſſa vult dicere contra Abbatem, quòd clericus, qui tenetur de euictione, poſſit ſuſcipere defenſionem emptoris, & cauſam trahere ad forum ſuum, hoc falſum eſt, & contra communem DD. ſententiam, vt vidimus: ſed ſi ſaluando gloſſam dicamus eam aliter ſentire dum inquit, quod per hoc clericus non fit de foro emptoris, licet præſtet ei auctoritatem, id eſt, ſi ſequatur euictio, non tamen cle- 130
ricus poterit ab emptore conueniri coram laico ratione rei euictæ, ſed ſi voluerit ſuæ indemnitati conſulere, oportebit, quòd iura ſua deducat in foro Eccleſiæ, Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.*69. *num.*106. *part.*1. ſic nulla repugnantia erit inter Abbatem, & gloſſam: & concordia huiuſmodi debet placere, tum quia rationabilis eſt, tum quia Doctori diſtinguenti ſtandum eſt. Laderch. *conſ.*100. *num.* 1. *verſ. quintò*, Bertaz. *conſil. ciuil.*43.*n.*13.

Quartò igitur non obſtat reſponſio Farinacij *d. deciſ.* 305. *num.*9. dicentis, quod Anchar. *conſ.*125. *num.* 7. & *conſ.*433. *num.*2.3. non facit pro nobis, quia ipſe non voluit dicere, quòd vtile dominum emphyteutæ per ſe ſubiaceat ſtatutis laicorum, ſed ita dixit ratione, & reſpectu intentionis primi acquirentis, qui in ſtipulatione emphyteutica præſumitur habuiſſe animum ſe conformandi cum ſtatutis loci. Nam hæc conſideratio poteſt quidem videri ſubtilis, ſed non eſt verè ſufficiens, ſiquidem Ancharanus intendebat ſuo conſilio excludere fœminas ab emphyteuſi Eccleſiaſtica vigore ſtatuti excludentis eas ſtantibus maſculis; & ideo ſicut faciunt 131
optimè conſulentes, & cauſidici, non omiſit adducere omnes rationes quæ aliquid ad victoriam conferre poſſint, & ſic duplici nixus eſt fundamento, intentionis ſcilicet, & poteſtatis, volens quòd id fuerit de intentione acquirentis, & quod etiam laici potuerint ſuper hoc ſtatuere: quas ambas rationes facilè eſt colligere ex ipſo Anch. *d. conſ.*125.*n.*7. *verſ. per prædicta*, dum primò inquit: *Per prædicta tollitur etiam ratio, quòd iſta bona velut Eccleſiaſtica non ſubiacent ſtatutis laicorum; nam ſi non ſtatutis, ſaltem ſubiacent pactis antiquis conſuetudine approbatis, quòd deuoluantur ad filios, vt hæredes, ſecundùm voluntatem teſtatorum.* (Hæc reſpiciunt primam rationem à Farinacio conſideratam, ſequitur ſecunda.) *Item debent etiam ſubiacere ſtatutis laicorum, quoad ordinem ſuccedendi in eis de perſonis ſtipulatione comprehenſis pro ſe, & liberis, vt ſecundùm quod liberi admittuntur per ſtatuta ad bona paterna, admittantur etiam ad illud vtile dominium acquiſitum laico in prædictis rebus, quod non poteſt dici ius Eccleſiaſticum, ſed prophanum.* Hæ ſunt verba Ancharani, ex quibus apertè reſultat eum in prima ratione ſe fundaſſe ſuper acquirentis intentione, in altera ſuper ſtatuentis poteſtate, alioquin inepta eſſet illa ratio, quod illud vtile dominium ſit prophanum.



Sed meliùs fortè tollit hoc motiuum idem Anch. *d. conſil.*433. *numero* 3. dum inquit: *Non obſtat, quòd bona Eccleſiarum non ligentur laicorum ſtatutis, quia hoc eſt verum quoad ipſas Eccleſias, & earum iura, ſecus in iure concernente ipſos laicos, vt eſt vtile dominium.* Hæc verba non patiuntur declarationem Farinacij de intentione primi acquirentis, ſed eam corrodunt penitus propter verbum, *ligari*, quod ſtatuentis poteſtatem firmat, & oſtendit: & ſic Ancharanum intelligit Ald. Maſch. *de Statut. interpr. concl.*1. *numero* 248. & in hoc ſenſu eum allegant cæteri omnes, quos longa ſerie recenſuimus, & cum in verbis non ſit ambiguitas, aliud non eſt quærendum, *l. ille, aut ille*, §. *cùm in verbis, de leg.* 3. *l. continuus*, §. *cum ita*, *de verb. oblig.* vnde ceſſat reſponſio Farinacij, quia cùm Ancharanus duplicem adducat rationem
132 æquè principalem, vna ceſſante, non tamen ceſſat eius dictum, ſed firmum remanet, ad textum *in* §. *affinitatis*, & §. *ſocrum, Inſt. de nupt. l. ſi non lex*, vbi Bald. & Imol. *ff. de hær. inſt.* Euer. *in centuria loco à ceſſante ratione*, *numer.*5. *verſ. ſecundò*, latè Tiraq. *in tract. ceſſ. cauſ. lim.*22. *num.*1.2. Bertaz. *conſ. ciuil.*84.*num.*27. & ſic licèt in prima ratione aptè accommodetur reſponſio Farinacij, tamen in ſecunda penitus pugnat cum Ancharano, quem idcirco euitare non poteſt.

Nec debet haberi in conſideratione abſurdum, quod excitat Farinacius dicens, quòd ſi aliter Ancharanum intelligeremus, ſequeretur, quod ſtatuta ſecularia præualerent tenori inueſtituræ, & tamen certi ſumus, quòd ille inprimis ſeruandus eſt. Nam id facilè euitatur, quia in his, quæ expreſsè, vel æquipollenter exprimuntur in inueſtitura, decet in primis ea ſeruari circumſcripto quocunque ſtatuto, quod generale eſt in quacunque alia hominum diſpoſitione, quia prouiſio hominis fa-
133 cit ceſſare prouiſionem legis, *l. fin. C. de pact. conu. l. cùm ex filio*, §.1. *de vulg. l.*1. & *l. peto*, §. *fratre*, *de fund. dotal. l. ſi cùm dotem*, & *l. quoties*, *ſolut. matr.* Verùm in his, quæ in inueſtitura omiſſa ſunt, vt ſupponit Ancharanus in ſecunda eius ratione, nihil eſt impedimento, quin laicorum ſtatutis talia bona ligentur quoad vtile dominium emphyteutæ, ſine tamen præiudicio Eccleſiæ per rationes ſupradictas. Et hæc ſubtilis animaduerſio non fuit Farinacij, prius enim fuit propoſita, ſed etiam confutata, eam enim non admittit, licèt poſſe dilatari dicat Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum*, *numero* 95. *verſ. nec ob-*
134 *ſtat, de conſt.* & ſenſerunt Ruin. *d. conſil.*70. *numero* 11. *lib.*5. qui extra dentes loquitur, Rim. Iun. *d. conſil.*447. *numero* 20. Surd. *conſil.*339. *num.*16. & *d. deciſ.*160. *n.*17. *verſ. ſed præter eos.* Valaſch. *d. quæſt.*17. *num.*12. Cald. *d. lib.*2. *quæſt.*12. *num.*22. qui cauillari non poſſunt, quia expreſsè admittunt poteſtatem ſtatuentis, quia illud dominium eſt laicale.

Quintò non obſtat Farinacij reſponſio, quòd omnes DD. Ancharanum allegantes ſint eodem modo intelligendi, quia id pro verò admitto, ſicut enim ipſe apertè dat hanc poteſtatem in ſtatuentibus ſuper tali dominio, vt vidimus, hoc idem ipſi ſenſerunt, & fuſiùs, clariùs, & ardentiùs, adeo vt verſemur in claris.

Sextò non obſtat, quòd Soc. Iun. *d. conſ.*71. *num.*43. *lib.*1. videatur tenere contrariam opinionem, vt putauit Farinacius, quia verè nobiſcum ſenſit dum *in d. loco ſub num.*13. & 15. perbellè fatetur laicorum ſtatuta poſſe diſponere ſuper vtili dominio emphyteutæ Eccleſiæ: & licet *ſub num.*43. adducat etiam illam rationem de intentione primi acquirentis, non tamen præcedentem rationem damnat, aut ab illa recedit, ſed, vt facit Ancharanus, plures rationes cumulauit.

Septimò non obſtat obiectio Farinacij *d. deciſ.*305. *num.*11. dicentis, quòd multi Doctores pro noſtra ſententia allegati non tangunt hanc difficultatem, & in primis mordet Barb. *d. conſ.*14. *col. fin. lib.* 1. & tamen *ſub num.* 3. *verſ. ad hoc reſpondeo*, loquitur ſic præcisè, & in terminis, quòd euitari non poteſt, clarè enim dicit, quòd ſuper rebus Eccleſiaſticis quoad ius competens laicis, vtputa in bonis emphyteuticis, poteſt laicus fa- 135
cere ſtatutum diſponens de vtili dominio: & meliùs loquitur idem Barb. *in conſ.*84. *lib.*4. Deinde Farinacius mordet Brun. *in d. quæſt.*22. *verſ. ſed Bartolus*, ibi, *volens*: qui allegat Barb. *d. conſ.*14. *num.*3. & concludit cum eo, & alia multa dicit, quæ eum legenti proculdubio videbuntur decidere quæſtionem noſtram. Tertiò Farinacius eodem gladio percutit Ruin. *d. conſil.*70. *num.*11. *lib.*5. qui tamen loquitur verbis prægnantibus, dicens de hoc vtili dominio iudicari, ſicut de reliquo laici patrimonio, adeo, vt pudor ſit dicere, quòd ipſe non tangat hanc difficultatem. Denique Burſat. *d. conſ.*56. *num.*12. inquit valere legem Principis quoad vtile dominium emphyteutæ etiam Eccleſiæ, quod ſubiicitur ſtatutis laicorum. Eodem modo, & meliùs etiam loquuntur alij Doctores pro noſtra ſententia adducti, adeò vt concludendum ſit bene caſum decidiſſe.

Octauò igitur non obſtat reſponſio Farinacij *d. deciſ.*305. *ſub numer.*12. quod Soc. Sen. *conſil.*99. *numer.*1. *lib.*2. malè loquatur, quia ſi loquimur de primo Socini dicto, vt in ſolutione canonis ſit attendendum loci ſta-
tutum, vel conſuetudo, certè teneo cum Farinacio, 136
quia eo caſu ſtatutum infert præiudicium Eccleſiæ, & diſponit de vtili dominio in caſu, quo debet ad Eccleſiam deuoluere, canone ſcilicet non ſoluto, & ideo non eſt validum, vt dixit Abb. *in conſil.*71. *verſ. circa primum*, *part.*1. Verùm in altero eius dicto non eſt damnandus Socinus *in verſ. ſed fortiùs*, dicens, quod valet ſtatutum laicorum diſponens ſuper vtili dominio, quod laicale eſt, vt nos vidimus.

Nonò non obſtat reſponſio allegata aduerſus Purpur. *in d. conſil.*332. *num.*9. *verſ. Tertiò contingit*, qui dicebat emphyteutam Eccleſiæ poſſe collectari, quoniam contra Purpuratum ſtat Bart. *in d. l. priuatæ*, *C. de excuſ. muner. lib.*10. & multi alij quos allegat Farinac. *d. deciſ.*305. *num.*12. *ad fin.* Nam in hoc puncto ſuperius ſcripta ſunt, quæ occurrunt, & vidimus vtramque opinionem magnos, & multos habere fautores. Verùm quia fœdere 137
diſtinctionis contrarias concordabimus ſententias, vt ſcilicet emphyteuta Eccleſiæ poſſit collectari à laicis, quando ſoluit modicum canonem, hoc nobis ſufficit, quia apparet vtile dominium in eo, quod ſupereſt deducto onere, ſubiectum eſſe ſtatutis laicorum, ceſſante tamen fraude.

Decimò non obſtat reſponſio eiuſdem Farin. *d. deciſ.*305. *ſub num.*13. aduerſus doctrinam Afflict. *in cap. Imperialem*, §. *præterea*, *num.*9. *de prohib. feud. alien.* quaſi non pertineat ad punctum, eo quòd ſolùm teſtetur de conſuetudine. Nam ex quo dicit talem conſuetudinem eſſe iuridicam, & iuri conformem, hoc nobis ſufficit, quia ſic cenſetur fidem facere, quod etiam ſine conſuetudine idem eſſet ſtatuendum, quia iuridicum eſt, quod ſecundum ius eſt; & vlteriùs cùm ſtatuti, & conſuetudinis eadem ſit virtus, Afflictus non videtur extraneus à quæſtione noſtra.

Vndecimò non obſtat reſponſio è parte aduerſa allegata contra Iaſ. *in l.*1.*num.*73.*verſ. Adde etiam*, *C. d. iur. emph.*

*emph.* quaſi ipſe ſentiat Eccleſiaſticum iudicem tunc demum eſſe competentem, quando emphyteuta diceret emphyteuſim eſſe antiquam, paternam, & ſuorum
138 progenitorum, qui videtur eſſe caſus noſter. Nam poſſumus dicere, quòd non per hoc negat, quin laicus poſſit iudex eſſe, cùm enim in his, quæ ſunt mixti fori, ſit locus præuentioni, potuit dici eo caſu Eccleſiaſticum eſſe competentem. Verùm addamus, quòd Iaſon id non firmat, ſed ponit quæſitum, & verba Ananiæ, & poſtea dicit quòd id procederet arguendo à vaſallo ad emphyteuſim: & tamen id genus argumenti non procedit in hac materia: bene vidimus Dec. *in d. cap.quæ in Eccleſiarum,num.15.verſ.& quòd, de conſt.* provt etiam dubitat Iaſ. *d.loco,verſ. & illud*, & ideò ſic ſtatim concludit: *Vnde fortè verius eſt, quod Iudex ordinarius eſt competens*: & ſic etiam dixerat Io. de Anan. *in d. conſil.84. numer.5. in fin.*

Neque difficultatem facit, quòd Iaſon videatur loqui dubitatiuè vtendo illa dictione *fortè*, quæ in teſte eſt tantæ virtutis, vt efficiat eius dictum incertum, & ni-
139 hil concludens. Butr.*conſ.45.verſ.& non obſtat*, Iaſ. *in l. ſubſtitutione, num.5.ff.de vulg.*Tuſch.*littera D.concl.281. num.2.* quia in reſponſis prudentum aliud eſt, Iuriſcon-
140 ſulti enim ita loquentes per dictionem, *fortè*, quoad ſe dicuntur rem certò decidere. Gloſſ. *in l.fideicommiſſa, §.ſi rem ſuam,verb.fortè, de leg.3.* Bald.Ang.Alex.& Iaſ. *in d. l. in ſubſtitutione*, Dec. *in cap.ſuper litteris, col. 6. de reſcript.*Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.79. cap.7. num.19.* Alex. *conſil.19. num.11. lib.5.* Crauet. *conſil.91. num.4.& conſil.263.num.3.*Bertaz.*conſil.ciuil.423.num.51. & clauſ.10. gl.2. num.4. ad fin.* Surd. *conſil.444. num.15.* Anch.Iun. *quæſt.33.num.12.part.1.* Tuſch. *d. concl.281. num.4.5.* vbi dicit, quòd vbicunque hæc dictio ponitur in deciſione iuris, ſemper eſt certa, nec inducit dubitationem, etenim Sapientes,& Doctores periti ſæpe ſolent loqui per dictionem, *fortè*, quia eſt quoddam Philoſo-
141 phicum temperamentum. Caſſad. *de præbend. deciſ.3. num.29.30.*Becc.*conſil.33.num.7.*Bertaz.*d.conſil. ciuil.114. num.3.*Gratian.*diſc.21.n.21.lib.1.*

Et ſanè eadem eſt defenſio Rom. *d. conſil.212. in 2. dubio*, qui licet videatur aliquid dicere contra caſum noſtrum, ſi emphyteuſis ſit antiqua, & progenitorum, ſemper tamen arguit à feudo ad emphyteuſim; vnde poſteà *ſub numero 6.* inquit: *Hoc tamen tutò firmare non audeo*, & ſtatim concludit: *Erit ergo tutius dicere, vt iudex ſit ordinarius ille, in cuius territorio bona ſunt ſita.*

Duodecimò non obſtat reſponſio aduerſæ partis contra Myſing. *cent.4. obſ.95.* quod ſcilicet loquatur in caſu, vbi eſt quæſtio inter tertium, & emphyteutam, nos autem verſamur inter duos prætenſos emphyteutas.
142 Nam reſpondetur ipſum à fortiori probare noſtram ſententiam, ſi enim iudex poteſt eſſe laicus in tertium, & emphyteutam, multò magis poterit eſſe inter duos emphyteutas, quia in primo caſu poteſt dari caſus, vt Eccleſia habeat emphyteutam, quem nollet habere, quod in ſecundo euenire non poteſt. Et ſanè quoad tertium dubito, an poſſit conuenire emphyteutam coram laico, niſi pro intereſſe momentaneo, & temporali, vel ſi negaret rem eſſe emphyteuticam, prætendens ad ſe liberè ſpectare, alioquin ſi emphyteuſim ad ſe vellet auocare, credo potiùs cauſam eſſe ventilandã in foro Eccleſiæ, & ſanè cùm dictum Doctoris ſit intelligendum ſecundum doctrinas, quas allegat, & cùm dictus Myſing. alleget
143 Iaſ. *in d.l.1.num.73. C.de iur. emph.* qui loquitur in caſu, vbi erat quæſtio inter duos, vel plures emphyteutas, ſequitur, quòd Myſing. eodem modo ſit intelligendus; à ratione enim mens illius declaratur. Crau. *conſil.732.n.7. & conſil.900.num.12.*

Quare minùs obſtat ſecunda reſponſio contra eundem Myſing. quaſi apud eum non tractetur de priuando, vel conſtituendo emphyteuta. Nam pariter reſpondetur id à fortiori probare noſtram ſententiam, quia emphyteuta conueniebatur actione reali, quæ totum auferre poterat; & ſanè vidimus, quòd ſi emphyteuta conueniatur pro ſuo tantum intereſſe nominando Dominum, non poterit declinare forum laici. 144
Bart. *in l. 2. numero 6. verſ. aut iſte, C. vbi in rem actio*, Benè verum eſt, quod ſi negaretur rem eſſe Eccleſiæ, & per ſummarias informationes conſtaret aliter eſſe, poſſet Eccleſiaſticus punctum cognoſcere, vt alibi nos vidimus, quod non facit ad propoſitum noſtrum, vbi non negatur rem, de qua quærimus, eſſe liuellariam Eccleſiæ.

Reliqua igitur, ſi quæ ſunt, vel per iam fusè ſcripta, ſatis eliſa remanſerunt, vel adeo leuis ſunt conſiderationis, vt circa ea amplius, non ſit elaborandum, & ſtantibus tot rationibus, & Doctorum auctoritatibus tutò Oceanum me transfretaſſe puto adeo, vt non dubitarim contra Farinacium iudicare, quòd hæc cauſa potuerit ventilari in foro laico, non excludendo tamen, quin potuiſſet etiam cognoſci in Eccleſiaſtico data præuentione, & ita per plures ſententias conformes iudicatum fuit, & cum poſtea etiam negotium fuerit ventilatum coram Illuſtriſſimo Conſilio Ducali Mutinæ, idem fuit concluſum, & ita in foro ſeculari proceſſum fuit ad vlteriora, & euenit, quòd in cognitione meritorum cauſæ fuerint etiam vincti dicti Remingardi, & declaratum, quòd Rebecchi quoque pro dimidia ſint emphyteutæ Eccleſiæ, & ſic miſſi ſunt in poſſeſſionem rei petitæ pro parte ſua: hæc ſcripſi pro iuſtificatione meæ ſententiæ, quam tuli, ſicut iudex ordinarius appellationum Carpi.

---

# CAPVT XVIII.

## Epitome.

Tertiarij Fratres S. Franciſci, & aliarum Religionum, an gaudeant priuilegio fori, & an requiratur aſſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum vnius Eccleſiæ ad alteram, & alia tractantur in eadem materia, vbi poteſt valere alienatio ſine licentia Pontificis.

## SVMMARIVM.

1 *Tertiarij S.Franciſci & aliarum religionum ſunt de foro Eccleſiæ.*
2 *Fratrum Tertiariorum regula eſt approbata.*
3 *Fratres tertij ordinis S.Franciſci ſubiiciuntur foro,& ſtatutis laicorum.*
4 *Mulieres tertij ordinis S.Franciſci ſunt de foro ſeculari.*
5 *Tertiarij poſſunt facere quæcumque faciunt laici.*
6 *Tertiarij collegialiter viuentes ſunt Eccleſiaſtici,& de foro Eccleſiæ.*
7 *Fratres mantellati, ſeu tertij ordinis vbi debeant accipere Sacramenta.*
8 *Regulares tertij ordinis quibus priuilegiis fruantur.*
9 *Tertiarij non poſſunt admitti ad diuina officia tempore interdicti.*
10 *Tertiariorum S.Franciſci habitus, remiſſiuè.*
11 *Tertiarij poſſunt cogi ad compromiſſum ſtante Statuto, quod inter affines fiat compromiſſum.*
12 *Tertiarij tenentur ad gabellas.*
13 *Tertiarij collegiales ſubſunt proprio miniſtro generali.*
14 *Tertiarij S.Franciſci quando ſint exempti à iuriſdictione Ordinarij.*

15 Bizzochæ

15 *Bizzochæ quibus priuilegiis vtantur.*
16 *Tertiarij domi ſuæ habitantes, vel cum clauſtralibus cui ſubiiciantur.*
17 *Tertiarij habent mixtam naturam.*
18 *Laici adminiſtratores rerum Eccleſiæ conueniuntur in foro Eccleſiaſtico.*
19 *Laici Tertiarij S. Franciſci ſubſunt Ordinario Eccleſiaſtico.*
20 *Tertiariæ ſubſunt Ordinario.*
21 *Bizzochæ quomodo ad habitum admittendæ; & à quo recipiant Sacramenta.*
22 *Sorores Tertij ordinis an ſint exemptæ.*
23 *Iudicium vbi cœptum eſt, ibi debet terminari.*
24 *Inſtantia deſerta refici debent expenſæ.*
25 *Alienatio vſus rerum Eccleſiæ an requirat ſolemnitatem Paulinæ.*
26 *Alienatio intuitu pietatis an requirat aſſenſum Apoſtolicum.*
27 *Pietatis cauſa non cenſetur prohibita alienatio.*
28 *Permutatio rerum Eccleſiæ ad aliam Eccleſiam non requirit ſolemnitatem Paulinæ.*
29 *Alienatio bonorum Eccleſiæ in alteram Eccleſiam requirit ſolemnitatem Paulinæ.*
30 *Alienatio bonorum Eccleſiæ requirit aſſenſum Apoſtolicum.*
31 *Cauſa expreſſa in procemio cenſetur finalis.*
32 *Ratione ceſſante ceſſat lex.*
33 *Mendicorum collegium eſt priuilegiatum.*
34 *Iudex non tenetur in Syndicatu ſtante varietate opinionum.*
35 *Paulina conſtitutio non obligat, vbi non eſt vſu recepta.*
36 *Alienatio ſine ſolemnitate tenet volente Eccleſia.*
36 *Alienatio rerum Eccleſiæ modica valet ſine ſolemnitate.*
38 *Modica res dicitur arbitrio iudicis.*
39 *Alienatio bonorum locorum piorum an requirat ſolemnitatem.*
40 *Bona piorum locorum fundatorum auctoritate Epiſcopi non poſſunt alienari ſine ſolemnitate.*
41 *Hoſpitale, & Oratorium an cenſeatur fundatum auctoritate Epiſcopi.*
42 *Laici quando poſſint alienare bona confraternitatum ſine ſolemnitate.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DVm ipſe eram Conſultor Congregationis paupertimorum puerorum Mendicantium terræ Carpi anno 1620. orta fuit quædam controuerſia inter dictos Mendicantes, & fratres Tertij ordinis S.Franciſci in Eccleſia S.Ioſeph. Cùm enim ab anno 1605. ſub die x. Iunij dicti Fratres ſolemniter congregati vnanimiter conceſſerint dictis Mendicantibus vnam eorum domunculam ad habitandum, & ad vſum illorum in perpetuunt, & donec dictorum Fratrum Congregatio ita creſceret, vt prædicta domo pro ſuo vſu egeret, & hoc fecerunt amore, & intuitu pietatis, nunc prædicti fratres pœnitentia ducti conceſſionem huiuſmodi volebant infringere vti factam coactè, & inconſulto Pontifice, & ad iudicem Eccleſiaſticum petebant remitti; contra verò dicebat Congregatio Mendicantium. Vnde quæſitum fuit, quid iuris.

Ego autem dicebam validam eſſe conceſſionem, & iudicium eſſe terminandum coram iudice laico, coram quo cœptum fuerat, de multis autem erat inquirendum pro defenſione cauſæ. Nam primò controuertebatur, an iſti fratres Tertiarij S. Franciſci vel alterius ordinis ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, an potiùs laicæ? Namque multi ſunt qui fuerunt opinati hos tertiarios, & Beguinos eſſe religioſos, & gaudere tam priuilegio canonis, quam fori,
1 etiamſi vxores habeant, & non eſſe trahendos ad tribunalia laicorum. Bart. *in l. ſemper, §. quibuſdam, ff. de iur. immun.& in l.1. §.fin.ff. de pœn.* Abb. *in cap. vnic. num.6. verſ.hoc putat, de obligat. ad ratiocin.* Felin. *in cap.2. numer.11.* vbi Butr. *de for. compet.* Zabarell. *in cap. ſi diligenti, eod.* Marian. Soc. *in cap.1. numer.12. eod.* Bald. *conſil.335. lib.4.* Imol.in Clem. 1. *num.9.de religioſ. dom.* Marſ. *in tract.de bannit.in verb. Eccleſia, numer. 19. 20.* Nauar. *in manual. cap.17. num.79. verſ.octauò.* Ang. *in ſumm.verb.Excommunicatio, il 7.§.8.* Anton. *in ſumm. tit. de excommunicat. cap.62.* Vbal. *tract. de Canon. Epiſc. & Paroch. quæſt.17.num.12.20.* Ioan. de Amic. *conſil.146. num.2.* Fernand. Vaſq. *in lib. controuerſ.illuſtr. cap.105.in vltimis verbis.* Eugen. *conſil.26. num.1.* latè ſic probat Fr. Eman. Roder. *qq. reg.tom.2. quæſt.65. art.5. fol. 209.* & ex profeſſo fusè hoc defendit Beat. Io. Capiſtran. *in tract.*quem dixit *Defenſorium Tertij ordinis D.Franciſci*,& *in tract. de excommunicat. caſ.14. in 14. tom. tract. diuerſ.* Rot. Rom. *deciſ.1. de Regular.in antiquis*, Marth. *de iuriſd.part.4.caſ.113.num.36.* & dicunt, quòd horum re-
gula eſt approbata per Nicolaum IV. & Sixtum IV. 2
Pontifices maximos. Bald. *conſil.60. num.2. lib.5.* Calder. *conſil.13. de cenſibus*, Aufrer. *tract. de poteſt iudic. ſecul. ſuper perſ.Eccl. reg.2. num.39.* Tuſch. *littera F, concl.470. num.17.* pulchrè Corſett. *in collect. priuil. regular. tit.23. cap.14.verſ.ſub ſecunda*, Duard. *in Bullam Cœn. Domini, cap.15.quæſt.3.numero 3.* qui tenent quòd prædicti Tertiarij ſint perſonæ Eccleſiæ,& gaudeant priuilegio fori, & canonis.

Alij tamen putauerunt iſtos Tertiarios nullo priuile-
gio Eccleſiaſtico potiri, & tanquam laicos reputari, ha- 3
bent enim accidentalia ſine ſubſtantia, quia gerunt habitum regularem, & tamen non ſunt regulares, & negotia gerunt ſecularia, ſicut alij laici, & ideo ſtatutis,
& foro laicorum ſubiiciuntur; & idem dicunt circa mu- 4
lieres Tertij ordinis, quæ Bizzochæ dicuntur. Bald. *in l. placet, num.5. verſic. quid*, vbi Albert. *C.de Epiſc. & cler. & in Auth. niſi rogati, numero 26. C.ad Trebell.* Ang. *conſil.234.* Calder. *conſ.7. in tit.de for. competent.* Anch. *in reg. ea quæ, quæſt.15. de reg. iur.* Soc. *in cap.2. de for. compet.* Abb. *in cap.cauſam quæ, num.2. de iudic.* Alex. *in l. commodiſſimæ, num.5. ff.de liber.& poſth.* Vbald. *conſ.118. in primo dubio*, Corn. *conſil.205. lib.1.* Bolognett. *conſ.22. num.12.* Eugen. *d. conſil.26. numer.15.16.27.* Myſinger. *conſil.100. num.17.* Staphileus *tract.de litteris gratiæ, tit. de reſcript.in forma breui, num.93.94.95.* Vulpel. *in tract. de libert.Eccl.part.3.num.29.* Vital. *in Clem.1. num.23.& ſeq.de relig.dom.* Intrigl.*deciſ.30.num.4.* Viu.*deciſ.49. n.10.* Thom.Dott.*conſ.197.num.3.* Duen.*reg.100.lim.vlt.* Nicol. Feſtaſ.*in tract.de æſtim.part.4.cap.1.num.10.11.12.* Tuſch. *littera A, concl.273. n.86.* Maſcard.*de probat.concluſ.957. num.6.* Molin.*de iuſt.tom.4. tract.3. diſp.50. num.4. verſ. de his.* Decian. *tract.crim.lib.4.cap.9.num.34.* latè de veriori, & magis communi Carol.de Graſſ. *tract.de eff.cler. eff.1. num.93.verſ.prout reuera.* Camill.Borell. *in ſumm.omnium deciſ.tit.43. de for. compet. num.139.* Gratian. *diſc.363. num.29.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.2. alleg.12. num.41.* Bellet. *diſq.cler. part.1. tit.de exemption. Cler. à ſtat.ſecul. §.1. num.42.* Grilinz. *conſil.49.num.2.3.* pulchrè Ant.Hering. *in tract.de fideiuſ.cap.7.num.248.* vbi etiam inquit, quòd iſti poſſunt teſtari, contrahere, & compromittere,
quia habent velle, & nolle liberum, & abſolutum, ſi- 5
cut merè laici: idem ſentit Marius Giurb. *ad Statut. Meſſan.cap.3.gl.4. numer.25. verſ.contra*, & *numer.26.27.* ex quibus reſultat hanc eſſe communiſſimam DD. ſententiam, quam veram eſſe puto, ſi intelligatur iuxta inferiores declarationes.

Quid igitur dicendum in tanta DD. contrarietate, vtique grauiſſimos vnaquæque opinio habet auctores, & licet multi multas afferant diſtinctiones, de quibus Carol.Graſſ.*d.eff.1.ſub n.93.& ſeq.* tamen vnica tantum mihi videtur probabilis, vera, & in praxi admittenda; aut enim iſti viuunt collegialiter in domibus religioſis ſub regimine, & obedientia Epiſcopi, aut ſuorum Superio-

rum,

rum, & emittunt ſaltem tria vota ſubſtantialia pauperta-
6 tis,caſtitatis , & obedientiæ , vt faciunt in hac ciuitate
fratres S. Coſmæ , & Damiani , & tunc quia formaliter
ſunt religioſi , gaudent omnibus priuilegiis cæteris Ec-
cleſiaſticis competentibus , & ſic procedit prima opi-
nio ; aut iſti fratres viuunt domi propriæ cum vxore, &
filiis geſtantes habitum vilem , & exercent officia laico-
rum , & tunc etiamſi certis diebus feſtiuis conueniant
in aliquo oratorio ad diuina officia celebranda ; non ta-
men fruuntur beneficio fori , vel canonis , aut immuni-
tatis , & in his terminis procedit , & intelligenda eſt ſe-
cunda opinio.

Vt autem hæc diſtinctio iuridica appareat , ſciendum
eſt eam clarè probari conſtitutionibus Apoſtolicis , &
canonis , ſiquidem ita apertè determinauit Leo X. P.M.
ſua Conſtitutione , que incipit: *Dum intra mentis*,§ *fra-
tres autem* , & §. *collegialiter*, vt penes Laert. Cherubin.
*in Bullario tom.1. conſt.12. Leonis X.* in hæc verba for-
malia: *Fratres autem , & ſorores tertij ordinis , nec non
Mantellati, Corrigiati , Pizocatæ , Cordellati , & alij quo-
cunque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes ſe-
pulturam , vbi voluerint , eligere valeant , ſed die Paſ-
chatis tantum Euchariſtiam , necnon extremam vnctionem,
7 cæteraque Eccleſiaſtica Sacramenta , pœnitentiæ Sacramen-
to dumtaxat excepto , à proprio Sacerdote recipere , & ad
onera , quæ laicis incumbunt , perferenda teneantur , ac in
foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſint*:
& inferius: *Collegialiter autem viuentes , ſeu cum clau-
ſtralibus habitantes , ac mulieres virginalem , ſeu cœlibem,
aut caſtam , vidualem expreſſo voto , & ſub dicto habitu
8 vitam ducentes, priuilegiis , quibus fratres Ordinis , cuius
tertiæ regulæ habitum geſtant, gaudere debeant.* Ecce quo-
modo ſupradictam diſtinctionem euidenter confirmat
S.Ponntifex in illa conſtitutione.

Hoc etiam apertè videtur probare Clem. V. P. M. in
Concil. Vien. de quo *in Clem. 3. de ſent. excommunicat.*
quatenus decidit huiuſmodi fratres tertij ordinis tan-
quam cæteros laicos admitti non poſſe à fratribus mi-
9 noribus ad diuina tempore interdicti , quod eis non ne-
garetur , niſi laici reputarentur , vt poſt Dueñ. *d. reg.
100. limit.18.* Azeued. *ad l. 1. num.4. tit.14. lib.6. nouæ
recompil.* inquit Barboſ. *de off. Epiſc. part.2. alleg.12. nu-
mero 14. verſic. & facit*, pulchrè Gemin. *conſil.41. nume-
ro 2.3.4.* vbi ponit habitum ſolitum portari per dictos
10 Tertiarios , & quòd ſunt laici, exceptis quibuſdam : &
eum ſequitur Grilinz. *d. conſil.49. numero 2* vbi pro-
bat , quòd ſtante ſtatuto , vt cauſæ inter affines com-
promittantur , iſti quoque tertij poſſunt tanquam lai-
11 ci cogi ad compromittendum : & Rot. *diuerſ. deciſ.591.
numero 6.7. part.1.* poſt D. Thom. *2. 2. quæſt.86. artic.4.
ad fin.* quam ſequitur Maſcard. *de interpret. Stat. con-
cluſ.1. numero 126. verſic. vbi etiam habebis* , inquit quòd
iſti non ſunt religioſi neque largo , neque ſtricto mo-
do : vnde non eſt mirum , ſi tenentur etiam ſoluere ga-
12 bellas. Giurb. *d. gl. 4. numero 25. verſ. contra* , & *nume-
ro 26.27.*

Vnde malè ſenſit Corſett. *in ſumm. priuileg. Men-
dic. d. tit.23 cap.14. in fin.* dum dixit prædictam Conſti-
tutionem Leonis X. fuiſſe ab eodemmet Leone per
aliam Conſtitutionem derogatam , & poſtea generali-
ter per Paulum IV. Gregorium XIII. & Sixtum V.
abrogatam , quia non eſt verum , quòd aliquid fuerit
immutatum quoad illos Tertiarios , qui in domibus
propriis viuunt , & profeſſionem ſaltem trium votorum
ſubſtantialium non emittunt ; benè verum eſt , quod
reſpectu illorum Tertiariorum , qui collegialiter viuunt,
multa ſunt immutata , cum enim prius ſubeſſent mini-
ſtro generali Fratrum Minorum de obſeruantia , poſtea
13 ſtatutum eſt , vt ab eo eſſent exempti , & ſuo Viſitatori
generali ſubiicerentur , vt videre eſt in Bulla Sixti V.
quæ incipit : *Romani Pontificis* , & eſt 28. penes Laërt.
Cherubin. *in Bullario tom.2. fol.525.* & Clem. VIII.
quæ incipit : *Decet Romanum* , quæ eſt 33. penes dictum
Cherubin. *in Bullar. tom.3. fol. 47.* adeò , vt quoad Ter-
tiarios collegialiter non viuentes nihil penitus ſit im-
mutatum.

Et quòd hæc ſint vera, extat decretum Sacræ Con-
gregationis editum de anno 1608. ex quo apparet Bul-
lam Leonis X. eſſe in virili obſeruantia , & non eſſe
abrogatam , vt malè cenſuit dictus Corſett. *d. loco* : &
ideò verba decreti ſubnectam : *Sacra Congregatio Cardi-
nalium Conc. Trid. interpretum conſulta reſpondit , fratres
Tertiarios , Mantellatos , Corrigiatos , alioſque ſimiles ita* 14
*demùm ordinis , cuius tertiæ regulæ aſſumpſerunt , priuile-
giis potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi vi-
ri collegialiter viuant , ſeu cum clauſtralibus habitent , &
mulieres virginalem , ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem ex-
preſſo voto , & ſub dicto habitu vitam traduxerint , quemad-
modum cauetur conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Leo-
ne X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fin. Hoc autem voto mulierum
alia duo , ſcilicet paupertatis , & obedientiæ nequaquam
includi , quinimmo huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem,
aut cœlibem ſimpliciter , expreſſeque vouerint , etiam in con-* 15
*ſanguineorum , & affinium ſuorum , aut propriis domibus,
vel ſeorſum habitantes ſupradictis priuilegiis ordinis , cuius
tertiæ regulæ habitum deferunt , exemptioneque ab Ordina-
rij iuriſdictione frui debere , quemadmodum idem Leo poſtea
declarauit conſtitutione edita die prima Martij, anni 1518.
quòd ſi fratres , ſororeſve tertij ordinis quid amplius pre-
tendant vigore conſuetudinis , poſſe ius ſuum proſequi in iu-
dicio ordinario.* Hieronymus Cardinal. Pamphilius. Hu-
ius autem decreti mentionem fecit Eraſm. à Chokier
*tract. de iuriſdictione Ordinarij in exemp. part.1. quæſt.7.
ſub numero 16. verſ. ſacra Congregatio* : vbi multa alia de-
creta refert ad hanc eandem materiam pertinentia,& pro-
pterea iuxta hoc decretum omnia ſupradicta ſunt regu-
landa.

Hinc igitur optimè concludi poteſt, hos Tertiarios
non potiri priuilegio fori , aut canonis , & immunita-
tis , niſi collegialiter viuant , vel cum clauſtralibus ha-
bitent ; & hanc diſtinctionem probarunt Graſſ. *deciſ.* 16
*aur. part.1. lib.2. cap.49. numero 27.* Decian. *tract. crim.
lib.4. cap.9. numero 34.* Mirand *in manual. Prælat. tom.4.
quæſt.26. concluſ.2.* Molin. *d. diſp.50. numero 4.* Rot. *di-
uerſ. d. deciſ.591. numero 6.7.* Carol. de Graſſ. *d. effect.1.
ſub numero 93.* Bellet. *diſq. cler. tit. de diſcipl. cler. §. 2.
numero 19.20.* & *tit. de fauor. cler. canon. §.1. numero 40.*
Barboſ. *de off. Epiſc. part.2. alleg.12. numero 31.* & pro-
pterea in noſtro caſu fuit benè concluſum,quòd iſti Ter-
tiarij poſſint conueniri coram iudice ſeculari.

Benè verum eſt , quòd cùm iſti fratres Tertiarij ha-
beant naturam mixtam , in qua tamen magis partici-
pant laicalis , quàm Eccleſiaſticæ conditionis , Gemin. 17
*d. conſil.41. numero 3.* Tuſch. *d. concluſ.469. numero 18.*
Grilinz. *d. conſil.49. numero 2.3.* ſi fortè delinquant cir-
ca officium ſuum ſpirituale , & Eccleſiaſticum , vel aga-
tur de re pertinente non ad particulares , ſed ad eorum
Eccleſias , tunc non à iudice ſeculari , niſi præuenerit,
neque à ſuperiore regulari , cui non ſubſunt , ſed ab
ordinario Eccleſiaſtico puniendi erunt , & coram eo
conueniendi , ſicut euenit etiam in Rectoribus Hoſpita-
lium laicis , & aliis piorum locorum adminiſtratoribus. 18
Decian. *tract. crim. d. cap.9. numer.37.* latè Bellet. *diſq.
cler. tit. de fauor. cler. real. §.5. num.71.* & hoc modo intelli-
genda ſunt, ni fallor,decreta ſacræ Congregationis, qui-
bus deciditur iſtos Tertiarios collegialiter non viuentes
eſſe coram ordinariis Eccleſiaſticis locorum conue- 19
niendos,fertur enim ſacram Congregationem Epiſcopo-
rum in cauſa Vicentina de anno 1585.decreuiſſe Tertia-
rias,quę nõ viuunt collegialiter,neq; profeſſionem emit-
tunt,comprehendi Bulla Pij V. & eſſe ſubiectas iuriſdi- 20
ctioni Ordinarij,atque à ſuperioribus regularibus neuti-
quam moleſtari poſſe,& in vna Meſſana 26.Auguſt 1597.
reſpondiſſe Tertiarias ſubiacere Parocho,in cuius Paro-
chia



chia degunt, & ſi deliquerint, puniri debere ab Ordi-
nario : & pariter reſpondiſſe Epiſcopo Anconitano,
huiuſmodi Tertiarios non gaudere priuilegio fori,niſi
collegialiter viuant , aut cum clauſtralibus habitent.
Vnde ſeruatur in praxi, niſi in aliquibus locis, vbi eſt
contraria conſuetudo , vt iſti Tertiarij conueniantur,
& puniantur à iudice ſeculari , niſi in officio delin-
quant : Carol.de Graſſ. *de eff. cler. d. eff.1. ſub n.93.*

Sed poſtquam de mulieribſs tertij ordinis in pri-
uatis domibus degentibus ſermo habitus eſt, non diſ-
plicet de earum ſtatu exponere , quid ſenſerit ſacra
Congregatio : extat enim illius decretum tenoris ſe-
quentis.

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſco-
porum , & Regularium præpoſitorum , ad tollendas
omnes contentiones inter Epiſcopos , & Superiores
Regularium ſuper immunitate , & exemptione Ter-
tiariarum , quæ in priuatis domibus degunt , vulgò
21 Bizzochæ, ſeu alio quovis nomine nuncupatarum,
in primis , & ante omnia in memoriam reuocat ea,
quæ ſacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident.
Interpretum in eandem ſententiam reſpondit , vide-
licet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concil.Tridentini
Interpretum ſæpius reſpondit, minimè poſſe Sacerdo-
tes Regulares mulierum tertij ordinis, quas de Pœni-
tentia,vel Bizzochas vocant,confeſſiones ſacramenta-
les audire,niſi fuerint ab Ordinario approbati ad con-
feſſiones perſonarum ſecularium audiendas , quemad-
modum nec poſſe illis ſacroſanctum Euchariſtiæ ſa-
cramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurre-
ctionis Sanctiſſimi D.N.I.C. Verùm quoad ſepul-
turam , atque alia priuilegia , fratres Tertiarios Man-
tellatos, Corrigiatos,alioſque ſimiles ita demum ordi-
nis, cuius tertiæ regulæ habitum aſſumpſerunt, priui-
legiis potiri , & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos
eſſe, ſi viri collegialiter viuant , ſeu cum clauſtralibus
habitent,& mulieres virginalem, ſeu cœlibem,aut ca-
ſtam vidualem expreſſo voto, ſub dicto habitu vitam
traduxerint , quemadmodum cauetur conſtitutione
Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ.
21. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo,ſcilicet
paupertatis , & obedientiæ nequaquam includi , quin
immo huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem,aut cœ-
libem ſimpliciter, expreſſeque vouerint,etiam in con-
ſanguineorum , & affinium ſuorum , aut propriis do-
mibus,vel ſeorſum habitantes , ſupradictis priuilegiis
ordinis , cuius tertiæ regulæ habitum deferunt,exem-
ptioneque ab Ordinariis frui debere, vt idem Leo po-
22 ſtea declarauit conſtitutione edita die prima Martij
1518. An autem prædictæ qualitates concurrant,Or-
dinarij loci eſſe iudicium.

Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertiariis
ſine ſepulturæ electione decedere , eas ſic decedentes
ita demum in Eccleſiis ordinis cuius habitum aſſum-
pſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura repe-
riatur , ſin minus, in Eccleſiis Parochialibus ſepelien-
das eſſe decernit.

Superioribus autem regularibus ſufficienti facultate
ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis ( Capucinis exceptis)
licere mulieres ad huiuſmodi habitũ recipere,atque ad
ipſos veſtiendi eas officium pertinere , non autem ad
habitum admittendas,& recipiendas eſſe, niſi probatæ
vitæ,ac bonis moribus præditas,atque in ætate ſaltem
40. annorum conſtitutas,quæ de proprio habeant vn-
de ſufficienter viuere poſſint , & non cum aliis viris,
quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tan-
tùm gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario
loci licentia prius impetrata,qui non aliter eam conce-
dat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi
conſtiterit.

Verùm in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpe-
ctiuè deferendo,omnino à velo ſupra caput, quod Su-
periectum vocant,à pectorali,quod vulgò dicitur,Sot-
togola,& à patiẽtia abſtinendum eſſe,quinimo eas,quę
ſupradicta tria,vel aliquod ipſorum deferre deprehen-
ſæ fuerint,illa dimittere, etiam per cenſuras eccleſia-
ſticas ab Ordinariis locorum compellendas eſſe decer-
nit.Supradictis verò decretis mulieres Tertij ordinis,
quæ collegialiter viuunt , non comprehendi , quinim-
mo eas diſpoſitioni conſtitutionis Pij PP.V.editæ Ro-
mæ anno 1566.quarto Kal.Iulij,quæ incipit: *Circa Pa-
ſtoralis* , penitus ſubiacere expreſsè declarat. Non ob-
ſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus.
Dat.Romæ 20.Decembris , anni 1616. ANT. CARDI-
NALIS SAVLIVS. Et de hoc decreto fecit mentio-
nem prædictus Eraſm. Chokier. *tract. de iuriſdictione
Ordinarij,in exempt. part.1. quæſt.17. ſub n.16.*

Poſſunt igitur iſti fratres Tertiarij conueniri ciuili-
ter,& criminaliter coram iudice ſeculari,ſi non viuant
collegialiter,vel cum clauſtralibus,& ita fuit reſolutum
de quibuſdam Tertiariis Mirandulanis.Verùm in caſu
noſtro ceſſat hæc controuerſia,vbi dicti Tertiarij con-
uenerunt mendicos prædictos coram D.Gubernatore,
ſub die 27.Iunij 1615. de hac eadem re, & propterea
vbi cœptum eſt iudicium,ibi debet terminari, *l. vbi ac-* 23
*ceptum, ff. de iudic.* & cum iam deſerta ſit cauſa,ſi nouã
volunt inchoare inſtantiam , debent reficere expenſas
parti aduerſæ,antequam audiantur,ad textum *in l. pro-* 24
*perandũ, §. & ſi quidem. C. de iudic.* Aſin. *in prax. §.2. c.16.
num.9. ad fin. p.1.* vbi tamen eſt conſuetudo,vt Tertiarij
conueniantur in foro Eccleſiæ, ea ſeruanda eſt, vt ſer-
uatur in hac diœceſi pro fratribus qui dicuntur della
Caſa del Parollo.

Sin de meritis cauſæ loquimur , quoad primum de
violentia nihil eſt probatum,& cùm inſtrumentum di-
cat,non vi,ſed ſponte,ei ſtandum eſt,quia eſt probatio
probata.Tiraq. *de retract. lignag. §.2. gl.2. n.20. & ſeq.* ſin
de ſecundo placeat verba facere,poteſt dici , quòd in
conceſſione dictæ rei non fuerit neceſſarium benepla-
citum Apoſtolicum ex multis,& primò, quia hæc non
fuit alienatio directi , vel vtilis dominij , ſed tantum
conceſſio vſus,commoditatiſque habitandi,in qua non
requiritur ſolemnitas Paulinæ, ſeu licentia Sedis Apo-
ſtolicæ , quia nullum ius transfertur in recipientem.
Gloſſ. *in Clem. fin. §. fin. in verbo Eccleſiam*, vbi Hoſt. *de* 25
*rebus Eccl. non alien.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.87.
88. de conſtit.* Bald. *in leg. oportet, in fin, C. de bon. quæ liber.
& in c.2. de fratr. de nou. benef. inueſt.* Ang. *in l.1. §. adi-
piſcimur, ff. de acquir. poſſ.* Iaſ. *in l. cum filio, n.157. de leg.1.*
Ann. *conſ.51. n.8. vol.1.* Franch. *deciſ.10. n.9.* Quarant. *in
ſumm. Bullar. verb. alienatio, num.39.* Bonacin. *de contract.
diſp.3. q.8. p.4. n.22. verſ. Maior difficultas* , Aloyſ. Ricc.
*in prax. de alienat. rer. Eccleſ. reſol.39. n.5. verſ. Tertiò* , &
*reſol.61. n.4.5.* & *reſol.65. n.9. verſ. limitatur tamen*; qui ta-
men hæc intelligit propriè,quando nullũ ius transfer-
tur,& conceſſio poteſt reuocari ad nutum concedentis.

Secundò dicebatur talem conceſſionem factam men-
dicis pauperrimis fuiſſe celebratam amore Dei , & in-
tuitu pietatis,& charitatis, vt in inſtrumento conceſ-
ſionis explicatur , ideò ſufficit ſolus conſenſus dicto- 26
rum Tertiariorum ſine alia ſolemnitate Paulinæ , quæ
non requiritur vrgente cauſa pietatis vera : *cap. gloria
Epiſcopi 12. q.2.* Abb. *in c. fin. n.8. de Eccl. ædif.* & *in cap.
nulli, num.4. verſ. Tertius, de rebus Eccl. non alien.* Caſtr. *in
Auth. hoc ius porrectum, n.3. verſ. item cauſa pietatis, C.
de ſacroſ. Eccl.* Tabien. *verb. alienatio, n.4. verſ. tertiò*, Re-
buff. *compend. alienat. n.35.* Redoan. *de rebus Eccl. non
alien. q.19. n.4.* & *q.21. n.1.2.65.* & *q.35. n.7.9.* Quarant.
*verb. alienatio, n.42.* Vgolin. *de poteſt Epiſcopi, c.14. §.7.
n.5. verſ. tertiò*, Io.Franc.Leon. *in theſ. for. Eccl. cap.15. n.9.
p.1.* Barboſ. *de off. Epiſc. p.3. alleg.95. n.58.* Nauar. *in Ma-
nual. c.27. n.156.* qui tamen videtur hanc rem intellige-
re,vbi Papa facilè adiri non poteſt,& eſt periculum in
mora,

mora, vt in alimonia pauperum, & redemptione captiuorum, quod tamen non crederem ita eſſe ſtrictè neceſſarium, ſed ſufficere veram adeſſe pietatis cauſam, quia prohibita alienatione non videtur prohibita do-
27 natio, quæ fit ad pias cauſas, *l. ſi ſponſus, §. conceſſa*, vbi Bald. *de donat. inter vir. & vxor.* Soc. *conſil.* 116. *n.* 2. *vol.* 1. Redoan. *d. tract. quæſt.* 36. *num.* 4. 5. & *quæſt.* 42. *num.* 6. 12. Rebuff. *d. compend. alien. rer. Eccl. n.* 118. Nauar. *d. c.* 27. *num.* 156. propter tamen dubia, quæ poſſunt oriri in controuertendo, an adſit verè cauſa pietatis, ſæpe impetratur Pontificia authoritas, licet fortè non eſſet neceſſaria, in quo tamen me remitto determinationi S. Matris Eccleſiæ.

Tertiò dicebatur dictam conceſſionem vſus, & habitationis eſſe validam abſque alia licentia Sedis Apoſtolicæ, quia res conceſſa ad habitandum tranſit ab vno loco pio Tertiariorum ad alium pauperum Mendicorum, etenim ſolemnitas requiſita in conſtitutione Paulina, videtur ceſſare quando res vnius Eccleſiæ tranſit ad aliam Eccleſiam, ſiue titulo permutationis, ſiue alio titulo oneroſo, quia omnes Eccleſiæ ſunt ſorores, & reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ parum intereſt, an res iſta exiſtat penes vnam Eccleſiam, vel alteram, & ideo ſolent Rectores Eccleſiarum inuicem permutare bona cum conſenſu Epiſcopi, abſque alio
28 Sedis Apoſtolicæ beneplacito, quia non exit de Eccleſia, quod alteri Eccleſiæ traditur, & priuilegiatus non ſolet vti priuilegio contra pariter priuilegiatum: ſic probatur per textum *in cap.* 1. vbi DD. *de reb. Eccl. non alien. c. hoc ius, §. item ſibi* 10. *quæſt.* 2. *cap. ad quæſtionem, de rer. permut. Auth. item ſibi inuicem, C. de ſacroſ. Eccl. §. illud, in Auth. vt de cætero comm.* vbi gl. *in verb. ad inuicem*, & Bart. *col.* 5. Redoan. *de rebus Eccl. non alien. q.* 12. *num.* 28. & *quæſt.* 21. *num.* 24. Ferret. *conſ.* 240. *num.* 14. *lib.* 2. Tuſch. *pract. concl. littera A, concluſ.* 273. *num.* 89. 92. 119. Treuiſ. *dec.* 56. *p.* 2. Aloyſ. Ricc. *dec. collect.* 996. *verſ. limita ſextò*, & *in prax. for. Eccl. reſol.* 35. *num.* 1. & *reſol.* 60. *num* 1. 3. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 95. *n.* 55. 56. 57. Bonacin. *de contr. diſp.* 3. *quæſt.* 8 *p.* 4. *num.* 24. Homobon. *de exam. Eccl. tract.* 9. *cap.* 21. *quæſt.* 66. *in ſuppoſit. verſ. non ſolum*, ibi: *Sicut nec alienatio.*

Verumtamen alij diuerſimodè ſenſerunt putantes eandem Paulinæ ſolemnitatem requiri etiam in permutationibus, & aliis tranſlationibus, etiamſi res ipſa
29 transferatur ab vna Eccleſia ad aliam, quia permutatio eſt verè alienatio, & Paulina prohibet quamcunque alienationem, & in ſpecie etiam permutationem, niſi Sede Apoſtolica conſulta, & annuente, & idem eſt in quocumque actu geſto ad inuicem inter duas Eccleſias, vbi ius, vel dominium transfertur; ſic per textum *in d. cap.* 1. vbi ſic docent Io. And. Ant. de Butr. Abb. & Imol. *num.* 1. *de rebus Eccl. non alien.* & *in cap. ſine exceptione*, vbi rebuff. *num.* 12. 66. 10. *quæſt.* 2. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2 *cap.* 20. *num.* 2. 3. Bero. *conſ.* 579. *num.* 3. 4. *lib.* 1. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. alienatio, n.* 15. vbi quod ita vidit practicari, & expediri Breuia Apoſtolica etiam inter Eccleſias permutantes. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 66. Gratian. *diſc.* 674. *num.* 4. 5. *lib.* 4. Vincent. Filliuc. *moral. tom.* 2 *in appendic. poſth. tract.* 44. *c.* 2. §. 2. *verſ. quod eſt*: & ita ſeruari in praxi, & in Curia Romana teſtantur Ricc. *d. reſol.* 35. *in fin.* & *reſol.* 60. *in fin.* Barboſ. *d. alleg.* 95. *n.* 57. *in fin.*

Quid dicendum? vtique certum eſt permutationem abſque ſolemnitate etiam prohiberi in dicta Paulina conſtitutione, vt *in extrau. Ambitioſæ, de rebus Eccl. non alien.* vbi diſtinctè inter ſpecies prohibitas permutatio recenſetur, & cùm talis contractus ſit verè ſpecies alienationis, vtique prohibita bonorum alienatione, ea
30 etiam cenſetur interdicta, *c. nulli, de reb. Eccl. non alien. c.* 2. vbi Abb. *de rer. permut d. c. ſine exceptione* 12. *q.* 2. vbi Rebuff. *n.* 66. Iaſ. *in l. fin. n* 101. *C. de iur. emphyt.* Redoan. *d. q.* 2. *c.* 20. & *quæſt.* 12. *n.* 28. Filliuc. *d. tract.* 44. *c.* 2. §. 2. Farin. *deciſ.* 70. *n.* 1. *in fin. part.* 1. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 50. *n.* 44. Verumtamen hæc procedere videntur in permutationibus, quæ fiunt cum laicis, & perſonis priuatis, quæ non acquirunt nomine alterius Eccleſiæ, vt probat expreſsè dicta extrauagans *Ambitioſæ*, in illis verbis: *Prophanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento exquiſitis mediis vſurpare præſumunt*; quæ verba patefaciunt mentem Pontificis ſic ſtatuentis, ne bona Eccleſiæ tranſeant ad laicos, & priuatas perſonas, & cum ſint poſita in proœmio, indicant cauſam finalem diſpoſitionis dicti Pontificis: ad textum *in l. fin.* vbi Bart *n.* 3. 31
*ff. de hær. inſtit.* Iaſ. *in l. ſi pacto quo, n.* 4. *C. de pact.* Tiraq. *in tractat. cauſ. ceſſ. lim.* 1. *n.* 64. Ricc. *reſol.* 60. *n.* 1. Barboſ. *d. alleg.* 95. *n.* 57. & ſic ceſſat cauſa, & ratio finalis dictæ conſtitutionis in permutationibus, quæ fiunt inter Rectores Eccleſiarum, & beneficiorum, vbi dominium rerum non tranſit ad vſus prophanos; & ideò cum ceſſet ratio, & cauſa legis, debet etiam ceſſare ipſa diſpoſitio, *c. cùm ceſſante, de appellat.* Tiraq. *in dicto tract. p.* 1. *limit.* 23. *num.* 1 Ricc. *d. reſol.* 60. *num.* 2. Monald. *conſil.* 91. *n.* 3. *vol.* 1. Barboſ. *d. alleg.* 95. *num.* 57. Treuiſ. *d. deciſ.* 56. *p.* 2. Ricc. *d. deciſ. coll.* 996. *verſ. limita ſextò*, ex qui- 32
bus mihi videtur hanc ſententiam eſſe valdè probabilem, & communem, & licet ſæpe in praxi iudices timidi paueant illi adhærere dicentes (quod eſt refugium miſerorum) tutiorem partem eſſe ſequendam, tamen etiam in praxi hanc opinionem poſſe ſeruari iure exiſtimo, & quamvis ſæpe expediantur Breuia Apoſtolica inter Rectores inuicem permutantes; tamen id non infert hoc eſſe neceſſarium, & de mente Pontificis pro lege ſeruandum, quoniam ad Sedem Apoſtolicam poteſt haberi recurſus etiam pro caſibus non reſeruatis, & non eſt nouum, quod ſæpe aliquid poſtuletur à Pontifice, cuius impetratio etiam ab Ordinario haberi poterat, ad tollendas enim dubietates, vel ad alium finem plerumque ad Pontificem non neceſſarius habetur recurſus, quod quidem non reprehendo, ſed nos quærimus, quid neceſſariò faciendum ſit: cùm igitur non minùs pia, & fauorabilis ſit cauſa pauperum Mendicorum, de quibus Sixtus V. *in ſua Bulla, data* 33
*octauo Idus Septembr.* 1588. quàm cauſa Tertiariorum, non eſt annullanda dicta conceſſio ob defectum ſolemnitatis Paulinæ, quæ non requiritur, dum res vnius Eccleſiæ, vel pij loci tranſit ad alium: ſic igitur tu Iudex ſeruare poteris, nec timeas, quia etiamſi dubia res eſſet, tamen ob conflictum opinionum in ſyndicatu non obligaberis: Clar. *in §. fin. q.* 38. *num.* 16. *verſic. poſ-* 34
*ſunt*: vbi Drogh. *litt. K*, & ego aliàs dixi.

Verùm ſi iudici placeret magis altera opinio, quod etiam inter Rectores Eccleſiarum permutantes requiratur ſolemnitas Paulinæ adeo, vt ſine aſſenſu Apoſtolico crederes nullam eſſe permutationem bonorum Eccleſiarum, tamen ſine dubio credas etiam eam locum non habere, vbi extrauagans Pauli II. non eſt vſu recepta quoad hanc partem, vt in hac Diœceſi Regienſi vbi non eſt recepta quoad permutationes quoque, quas Eccleſiæ faciunt cum laicis: ita dicit ad rem Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 8. *part.* 4. *num.* 24. *verſiculo* 35
*verùm.*

Sicut etiam, vbi permutatio eſt vtilis Eccleſiæ, poteſt ei ſtare non obſtante defectu ſolemnitatis, cuius fauore eſt introducta, & propterea contractus claudicat ad commodum Eccleſię, quæ poteſt impugnare contractũ, & ei ſtare ſi vult, cum tamen laicus non poſſit recedere inuita Eccleſia, etiamſi deficiunt ſolemnitates. Innoc. *in* 36
*c.* 1 *in princ.* vbi Hoſt. Ioan. And. *in princ.* Card. *in ſecunda oppoſ.* Butr. *n.* 5. Imol. *ſub n.* 2. Abb. *n.* 6. *de his, quæ fiunt à Prælat ſine conſenſ. Capit.* Put. *dec.* 310. *lib.* 1. Creſcent. *dec.* 1 *de locat.* Farin. *dec.* 70. *n.* 2. 3. *p.* 1. vbi teſtatur Rotam ſæpiùs ita iudicaſſe: latè Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. reſol.* 7. *n.* 4. *verſ. declara ſecundò.* Hoc tamen non poteſt applicari



applicari ad caſum noſtrum, quia quando inter duas Ec- Eccleſias, ſeu duo loca pia fit permutatio, tunc æquale eſt priuilegium, & vnuſquiſque poteſt infringere, ſi vult, deficientibus ſolemnitatibus.

Quartò igitur dicebatur talem domum conceſſam his mendicis ad habitandum, & meliorandum fuiſſe vilem, inutilem, ruinoſam, & ferè inhabitabilem, & ſic inter modicas res fore numerandam, quia parui valebat, & perexigui erat redditus; ideò in eius alienatione ceſſat ſolemnitas Paulinæ, quia res illa erat modica, inutilis, & tamen dictis mendicis commoda, ſi tamen eorum
37 ſumptibus reficereatur: ergo valida fuit alienatio, *cap. terrulas*, 12. *quæſt.* 2. Rebuf. *in compend. alien. num.* 122. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt.* 9. *n.* 50. *verſ. tamen dicta*, & *num.* 51. *verſ. etiam limita*, & *q.* 13. *num.* 19. Maſc. *de probat. verb. alienatio, concl.* 75. *num.* 36. & *concl.* 277. *num.* 12. Becc. *conſ.* 100. *num.* 20. Tuſch. *littera A, concl.* 275. *num.* 13. Quarant. *d. verb. alienatio, num.* 41. Leon. *in theſ. for. Eccl. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 14 §. 7. *n.* 4. Nauar. *conſ.* 1. *num.* 6. *lib.* 3. Gratian. *diſc.* 452. *num.* 2. *lib.* 3. Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 3. *d. alleg.* 95. *num.* 50. vbi etiam inquit remiſſum eſſe iudicis ar-
38 bitrio, quænam dicatur res modica, & exigui redditus, ex decreto Sacræ Congregationis: & certum eſt res modicas dici, quæ non ſunt Eccleſiæ vtiles: ita Redoan. *dict. tract. quæſt.* 9. *num.* 45. & vide de hac re Aloyſ. Ricc. *in prax. reſol.* 36. *per totam*, vbi ponit, quæ ſint conſideranda ad cognoſcendum, an res ſit modica, & exigui redditus.

Quintò dicebatur quoque non requiri ſolemnitatem Paulinæ in alienandis bonis dictorum fratrum Tertiariorum, quia ſunt laici, vt vidimus, quoniam non requiritur etiam in diſtrahendis bonis confraternitatum
39 laicorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum ſub regimine ſæcularium: latè Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 49. *num.* 10. 11. Gabriel. *concl. lib.* 6. *tit. de pia cauſ. concl.* 1. *num.* 11. vide Menoch. *de recup. poſſ. rem.* 15. *num.* 24. Filliuc. *d. tract.* 44. *cap.* 4 *num.* 19.

Verumtamen id procedit ſolùm, vbi eſt conſuetudo legitimè præſcripta, vt hic Regij ſeruant fratres Tertiarij in ſuo Hoſpitali, quod vocant *la caſa del Parollo*: vbi alienant ad ſubueniendum pauperibus cum conſenſu ſolo Epiſcopi abſque alio Pontificis aſſenſu quæcumque bona ſtabilia ſecundùm indigentiam: vel procedit in Oratorio, Hoſpitali, vel alio loco merè prophano ſine Epiſcopi auctoritate erecto; nam ſi huiuſmodi loca ſint Epiſcopali facultate fundata, gaudent priuilegiis Eccle-
40 ſiarum, & eorum bona non poſſunt alienari ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, & aliis ſolemnitatibus requiſitis. Bald. *in Auth. hoc ius, C. de ſacroſ. Eccl.* Abb. *in cap. nulli, in fin. de rebus Eccl. non alien.* Franch. *in cap.* 1. *eod. in.* 6. Alex. *conſ.* 4. *num.* 5. *libr.* 3. Caſtr. *conſ.* 270. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 34. *vol.* 4. Rebuff. *in compend. alien. rer. Eccl. num.* 56. 57. Redoan. *d. quæſt.* 28. *num.* 11. Tuſc. *littera A, concl.* 273. *num.* 39. 42. 43. Menoch. *d. rem.* 15. *num.* 36. pulchrè Seraph. *deciſ.* 724. *num.* 7. Aloyſ. Ricc. *in prax. reſol.* 45. *n.* 6. 7. 8. Quarant. *d. verb. alienatio, num.* 28. 41. Bonacin. *de contract. d. diſp.* 3. *q.* 8. *part.* 4. *num.* 21. Homobon. *d. tr.* 9. *cap.* 21. *q.* 66. *in ſuppoſit. verſ. Appellatione*, & *verſ. loci etiam*, qui nullam faciunt differentiam inter bona Eccleſiarum Hoſpitalium, confraternitatum, Seminariorum, Collegiorum, & aliorum locorum piorum; an autem dicta loca ſint fundata Epiſcopi auctoritate, ſtandum eſt ſignis, & argumentis, vbi non extat vera probatio, & in dubio cenſentur eius auctoritate erecta. Bonacin. *d. q.* 8.
41 *p.* 4. *n.* 21. *verſ. in dubio.* Vide autem ad hanc rem Quarant. *d. verb. alienatio, n.* 29. Filliuc. *d. tract.* 44. *cap.* 4. *n.* 20. vbi habebis ſigna, quibus Oratoria cenſentur auctoritate Epiſcopi fundata.

Cum autem non controuertatur in caſu noſtro, an Oratorium dictorum fratrum Tertiariorum ſub titulo S. Ioſephi fuerit fundatum auctoritate Ordinarij, quia



concurrunt omnia ſigna, & requiſita ad id cenſendum, & præſumendum, non fuit neceſſe huic fundamento inſiſtere, niſi dicamus domum prædictam fuiſſe propriam dictorum Fratrum Tertiariorum ea mente, & animo acquiſitam, vt deſeruiret eorum vſibus ad finem in ea ſe congregandi, & conueniendi, & propterea non poſſe dici domum religioſam, ſed locum prophanum, qui ad libitum poteſt diſtrahi, & alienari, vt videntur voluiſſe 42
Bald. *in Auth. hoc ius, col.* 2. *verſ.* 2. *quæro, C. de ſacroſ. Eccl.* & *in l. id quod pauperibus, quæſt.* 21. *C. de Epiſc. & cler.* Balb. *tract. de præſcript.* 1. *part.* 5. *partis princ. in princ. verſ. amplia* 5. Pariſ. *d. conſ.* 34. *num.* 19. *lib.* 1. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 49. *num.* 11 pulchrè Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 35. qui ad rem loquitur de domo, quæ dicitur Caſacia, vbi confratres vnà conuenire ſolent, & dicit eſſe alienabilem ad eorum libitum: ſic dicere poſſumus de hac domo, & id in caſu noſtro tantò magis eſt tolerandum, vbi dicti tertiarij non poterant hanc domum applicare vſui magis pio, quàm concedere iſtis pauperrimis mendicis: ergo conceſſio fuit valida.

Non eſt ergo permittendum dictos Mendicos vexari litibus, & iurgiis, qui indigent omnibus ad victum neceſſariis, viuentes in maxima egeſtate, alioquin ſi litigare cogerentur, cauſa pro perdita reputaretur, quia cùm non poſſint expenſas litium neceſſarias ſuſtinere, ſuccumbere potiùs eligerent. Cum igitur ego de præmiſſis cum Principe, & eius miniſtris verba habuiſſem, miſſus à Congregatione perfecta negotiis dictorum Mendicorũm res fuit pacificè ſopita ad fauorem dictorum pauperum.

---

## CAPVT XIX.

### EPITOME.

Fur inuentus cum re furata in loco, vbi aliàs non eſt ſubditus, an poſſit puniri à iudice illius loci, & quid ſi furetur in Eccleſia, vel ad Eccleſiam ſe transferat cum rebus furatis, an iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere.

### SVMMARIVM.

1 *Fur inuentus cum re furata in loco, vbi non eſt aliàs ſubditus, poteſt puniri ibidem.*
2 *Fures plurimi fuere ſuſpenſi in loco, vbi cum re furata ſunt inuenti.*
3 *Iudex vnius loci non poteſt cognoſcere de criminibus alibi commiſſis.*
4 *Contrectatio rei furtiuæ an producat nouam actionem furti.*
5 *Furtum vnum eſt, licet res ad diuerſa loca contrectentur.*
6 *Furtum non poteſt puniri in loco, vbi fur inuenitur cum re furata, ſi non eſt ſubditus.*
7 *Fur an debeat puniri in loco delicti, vel vbi reperitur, fit diſtinctio.*
8 *Fur punitur, vbi cum re inuenitur, etiamſi per momentum illic maneat.*
9 *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.*
10 *Fur vbique poteſt arreſtari, vt rem domino reſtituat.*
11 *Fur vbique poteſt puniri, ſi reſiſtit domino rem ſuam recuperanti.*
12 *Fur in omni loco poteſt cogi ad rem ablatam, vel pretium reſtituendum.*

13 *Fur non poteſt puniri criminaliter in loco, vbi portauit pretium rei furatæ.*

14 *Fur tranſiens eodem die ad alium locum cum re furata, ibi poteſt puniri.*

15 *Furtum commiſſum in confinibus duarum ciuitatum in vtroque loco, an poſſit puniri.*

16 *Vagabundus fur vbique poteſt puniri.*

17 *Fur vagus quis ſit, & vbi puniatur.*

18 *Fur poteſt puniri à iudice, cuius iuriſdictionem prorogauit.*

19 *Fur cenſetur prorogare iuriſdictionem iudicis, in cuius territorio rem furtiuam producit.*

20 *Iudex non tenetur in ſyndicatum, vbi eſt conflictus opinionum.*

21 *Fur contrectans rem alienam, ſi itinere mutet conditionem, punitur in loco vbi reperitur.*

22 *Fur poteſt puniri, vbi inuenitur, etiamſi non poſſet puniri in loco delicti.*

23 *Fur contrectans rem ad alium locum, an puniatur pœna illius loci, vel originis.*

24 *Raptor poteſt vbique puniri.*

25 *Furtum cum rapina in omni loco quomodo poſſit puniri.*

26 *Fur contrectans ſolùm punitur à ſuo indice competenti.*

27 *Fur captus Romæ pro furto alibi commiſſo, non remittitur ad locum delicti.*

28 *Fur mittendus in exilium à loco, vbi cum re furata ſe tranſtulit.*

29 *Fur in loco, vbi cum furto reperitur, nullo modo poteſt puniri.*

30 *Fur cum re furata poteſt extra ordinem puniri, vbi inuentus eſt.*

31 *Doctor loquens per verbum,* forſan, *quoad ſe rem decidere videtur.*

32 *Furtiuam rem celans punitur pœna ſtellionatus.*

33 *Fur contrectans res furatas ad Eccleſiam poteſt à iudice Eccleſiaſtico puniri.*

34 *Fur confugiens ad Eccleſiam cum re furata tutus eſt.*

35 *Fur deprehenſus in Eccleſia, & ab ea extractus, eſt Eccleſiæ reſtituendus.*

36 *Fur in re furata poteſt extrahi ab Eccleſia, & à iudice Eccleſiaſtico puniri.*

37 *Fur rem furtiuam ad Eccleſiam deducens prorogat iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici.*

38 *Delinquens in Eccleſia punitur ab Eccleſiaſtico de eo, quod iniquè fecit.*

39 *Fur poteſt extrahi ab Eccleſia vt ei auferatur res furata.*

40 *Fur non remittitur ad iudicem originis, vel delicti ſine requiſitione.*

41 *Fur an remittendus ad iudicem delicti facta requiſitione.*

42 *Remiſſio reorum non fit ad alios iudices de generali conſuetudine.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANno 1632. quidam clericus Parmenſis furto ſuſtulit Capellano Monialium S. Pauli nonnullas duplas aureas, & monetas alterius generis non exiguæ quantitatis ingrediendo eius domum cum fractione oſtij, & capſæ, in qua erant pecuniæ, & deinde expendidit Parmæ partem illarum, & eodem die ſe tranſtulit Regium cum alia parte, vbi permutauit auream monetam in minutam, & ibi per diem moratus Mutinam petiit, & mox Regium reuerſus fuit, à dicto Capellano, qui eum inſequebatur, inuentus cum crumenis furatis, & parte pecuniæ, ad cuius inſtantiam tanquam de fuga ſuſpectum, & inuentum cum re furata, quam non negabat, carcerare feci, & examinatus, rem, provt fuit, plenè narrauit, & ad reſtitutionem ſe obtulit. Verùm in diſcrimen venit, an ego poſſem illum punire, potiuſne remittendus eſſet ad iudicem delicti, & originis, ſtante quod non erat ſubditus Epiſcopo Regij, neque ratione domicilij, aut originis, neque delicti: vnde placuit rem in puncto examinare.

Et ſanè ſatis iure fundata, & à praxi recepta videtur
illa ſententia, quæ habet, quòd ſi fur delinquens in vno
loco reperiatur in alio cum re furata, etiamſi alia ratione
illi foro non ſit ſubditus, tamen ratione contrectationis
rei furatæ poteſt detineri, & puniri à iudice illius
loci competente, quia delictum contrectando rem furatam
adhuc durat, & mutatione territorij oritur noua actio
ad vindictam publicam, ne fures impuniti euadant, ete- 1
nim fur iſte vi contrectationis videtur prorogare iuriſdictionem
iudicis loci, per quem tranſit: & ſic originaliter
tenuit Bart. *in l. ſi dominium, num. 2.* vbi Iac. de Aret.
& Ang. *ff. de furt.* idem Bart. *in l. ſi abducta, num. 1. in
fin.* & ibi Fulg. Ang. & Florian. ac pulchrè Bald. *num. 4.
in fin. & num. 5.* vbi reddit pulchram rationem. *C. de furt.*
Bart. *in l. ſed nec legatarius,* vbi Fulgoſ. & Caſtr. *ff. de
condict. furt.* Bald. *in l. 1. colum. 12. C. de confeſſ.* & *in l.
cunctos populos, columu. 17. C. de ſum. Trin. in Auth. ſed
nouo iure, verſic. vlterius quæro, C. de ſeru. fug. in l. qui
furere, ff. de ſtat. hom.* & *in cap. 1. §. furtum, de pac. iur.
firm.* Ioan. de Anan. *in cap. fin. de furt.* Caſtr. *in l. ſiue manifeſtus,
§. 1. de condict. furt.* Specul. *in tit. de compet. indic.
ad §. 1. verſ. ſed pone.* Ang. *in d. l. vnic. num. 7. C. de confeſſ.*
Caſtr. *conſ. 458. num. 2. lib. 2.* Barbat. *conſ. 33. in primo dub.
lib. 2.* Mar. Soc. *in cap. 1. num. 15. in fin.* & *num. 16.* vbi
inquit, quòd opinio Bart. de æquitate eſt ſeruanda, &
fecit ſuſpendi centum millia hominum, *extr. de raptor.* 2
latè Ang. *de malefic. in verſ. etiam veſtem caleſtem, num. 15.*
vbi reſpondet contrariis. Marſil. *in l. fin. num. 210. de iuriſdict.
omn. iud.* Hell. *de bannit. in 2. part. 1. temp. quæſt. 5.*
Laudenſ. *conſ. crimin. diuerſ. 61. n. 5. lib. 1.* Plot. *conſ. 133.
num. 11. lib. 1.* Dueñ. *reg. 278. in 5. lim.* Boër. *deciſ. 13. n. 47.*
vbi inquit, quod opinio Bartoli communiter ſeruatur in
praxi: Capyc. *deciſ. 104. num. 1. & per totam:* vbi quod
Sacrum Concilium habuit opinionem Bartoli pro vera,
ſaltem in practica. Foller. *in prax. verſ. audiantur, num. 64.*
Soc. *reg. 87. n. 2.* Afflict. *§. iniuria, in 3. not. num. ſeptimo,
de pac. iuram. firm.* Viuius *comm. opin. lib. 1. verb. iudex
domicilij, in fin. num. vndecimo.* Villalobos *comm. opin.
verb. reus, num. 65.* Pract. Conrad. *in tit. de inquiſ. n. 22.
in 3. limit.* Bonif. *in tract. de furt. §. contrectatio, n. 16. 17.*
Baiard. *ad Clar. in pract. crim. quæſt. 38. num. 45.* latè Lud.
à Peguer. *deciſ. crim. 28. per totam,* vbi comprobat hanc
ſententiam, & teſtatur in Concilio Cataloniæ ita fuiſſe
reſolutum, & ſeruatum: Scappa *de iur. non ſcript. lib. 5.
tit. de furt. cap. 154. num. 1. & ſeqq.* latè & pulchrè Caball.
*reſol. crim. cent. 2. reſol. 163. num. 1. 2. 3. 4. 5.* & *num. 8. in fin.*
vbi inquit, quod licet aliquando votauerit pro altera
opinione, tamen vtplurimum eius vota non fuerunt
executa: & cum viderit in variis Italiæ prouinciis ſeruari
opinionem Bartoli, ipſe quoque in melius mutato
propoſito, indiſtinctè tranſiuit in eandem ſententiam;
& hunc ſequi videtur Farinac. *in addition. ad eius opera
impreſſ. q. 7. num. 7. verſ. & latius.*

Veruntamen quia iudex vnius loci non poteſt cognoſcere
de criminalibus alibi commiſſis extra ſuam iuriſdictionem,
vt *in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 3. de off. præſ.* 3
*Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. ag. oport.* vbi DD.
*communiter:* & quia ex contrectatione rei furtiuæ non
naſcitur actio noua, *l. ei qui, ff. de furt.* ſicut neque etiam
contrectatio facit nouum furtum, *l. inficiando, §. infans,* 4
*ff. eod.* ideò non videtur in loco, ad quem fur ſe recepit,
nouum furtum committere, & cùm vnum tantùm ſit furtum,
quod alibi commiſit, id ſolùm ſpectandum eſt, 5
vt puniatur. Couar. *pract. qq. cap. 11. numer. 9. ad
fin.* pulchrè Fachin. *controuerſ. iur. lib. 9. cap. 19. verſ.
ego hanc.*

Et propterea altera ſententia, quod fur inuentus cum
re furata in alio loco, vbi non ſit ſubditus ratione delicti,
aut domicilij, vel originis, debeat remitti ad ſuum iudi- 6
cem, & non poſſit, vbi inuentus eſt, aliquo modo puniri,
tenuerunt grauiſſimi DD. dicentes, quod Bartoli ſententia
eſt iniqua, & quod propter eam torquetur in inferno,
& quod eam ſequuntur ſolùm Aſſeſſores ſanguinis
auidi; & ita tenuit Franc. Tigrin. *in l. qui vas, §. fin.
ff. de furt.* Ang. *in l. ſi is qui, §. ſi vi, eod.* & *in d. l. dominium,*
Salic. *in dict. l. ſi abducta,* Bald. *in d. l. ſi dominium,*
& *in conſ. 154. num. 1. lib. 1.* Ioan. de Lignan. ita conſuluit,
& ſeptem Doctores Bononienſes ei ſubſcripſerunt, teſte
Raph. de Fulgoſ. *in conſ. 149. ſub num. 2.* Cæpol. *conſ.
crim. 58. num. 26. verſ. tertia quæſt.* Boſſ. *tit. de furt. n. 18.*
latè Mantua *apopht. 103. verſ. quibus:* latè Aug. *in add.
ad Angel. de malef. in d. verb. etiam veſtem, num. 16. verſ.
contra.* Couar. *pract. qq. d. cap. 11. num. 9. verſ. nunc.* Clar.
*in prax. d. quæſt. 38. num. 16.* vbi inquit, quòd Senatus
ita iudicauit. Rim. *conſ. crim. diuerſ. 106. num. 11. lib. 1. in
paruis.* Decian. *tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 28. num. 4. verſ.
cuius,* Fachin. *controu. iur. d. c. 19. verſ. contrariam,* latè
Farinac. *in prax. q. 7. n. 7. verſ. ſed contra,* & *in tract. de
furt. q. 174. n. 55.* & *n. 58. verſ. ſi verò:* qui in hac ſententia
reſidere videtur, & cum iiſdem tenet Bertaz. *conſ. crim.
40. num. 2. verſ. primus, lib. 1.*

Hanc verò opinionum contrarietatem multi ſunt conati
concordare diſtinguendo, vt ſcilicet opinio Bartoli
procedat, quando fur cum re furata per ſpatium vnius
diei ad minus moram traxit in loco, cui non erat ſuppoſitus,
& vbi inuentus eſt cum furto, quaſi tunc poſſit
cadere noua contrectatio rei, ſecus autem ſi minori ſpa-
7 tio ſteterit in dicto loco cum re furata, quia tunc ceſſare
videtur noua contrectatio, & per conſequens noua actio,
ita vt non poſſit ibi moleſtari, vel puniri, ſecundùm
Bald. *in l. qui furere, in prima lectura, ff. de ſtat. hom. per
l. qui deſtinauerat, de furt.* Auguſt. Arim. *ad Ang. de
malef. in verb. etiam veſtem, ſub num. 16. verſ. item ſeptimò,*
Laudenſ. *d. conſ. 61. num. 8. ad fin.* Marſil. *ſing. 677. poſt
princ.* Bertaz. *d. conſ. 40. num. 5. lib. 1.* Scapp. *de iur. non
ſcript. libr. 5. rubr. de furt. §. contrectatio, num. 27. 29. verſ.
vt de octaua.* Farinac. *de furt. q. 174. n. 57.* Boër. *deciſ. 13.
num. 48. part. 1.*

Verùm opinio Bartoli ſi vera eſt, non patitur hanc
reſtrictionem, nam etiamſi fur cum re furata non fecerit
reſidentiam per vnum diem in loco, vbi reperitur, &
vbi non eſt ſubditus, ſed tantùm per momentum, adhuc
poteſt ibi puniri, & ratio Baldi de reſidentia vnius diei
facit ſolùm ad propoſitum an fur ſit manifeſtus, vel oc-
8 cultus, ſed nobis ſufficit furem eſſe, vt vbi reperitur cum
re furtiua, ibi poſſit puniri: ita Anan. *in cap. fin. col. 8.
verſ. in conſidera, extr. de furt.* & ita iudicauit Conſilium
Neapolitanum apud Capyc. *deciſ. 104. num. 2. verſ. hanc,*
vbi inquit, quod conſilium non habuit pro vera dictam
Baldi limitationem: ſequitur pulchrè Caball. *d. reſol. 163.
num. 8. verſ. quam tamen:* vbi dicit etiam ſe ſcire opinionem
Baldi non fuiſſe ſeruatam, & fures captos cum rebus
alibi furatis, eodem die fuiſſe punitos propter opinionem
Bartoli: concordat Baiard. ad Clar. *d. quæſt. 38.
num. 45. verſ. Item adde,* vbi inquit limitationem Auguſt.
Arim. *ad Ang. de malef. d. verb. & veſtem, verſ. item
ſeptimo,* quod requiratur reſidentia vnius diei, non eſſe
veram, & quod ſibi videtur ridiculoſa, & quod ſemper
vidit in practica puniri fures captos cum rebus furatis,
etiam tranſeundo per alia territoria, licet moram
ibi non traxerint per ſpatium vnius diei, & ſi aliquid
Auguſtino furto ſubtractum fuiſſet, vtique hoc non
dixiſſet.

Abſque igitur tali diſtinctione admittenda eſt opinio
Bartoli, & vſu recepta eſt, quam pro Euangelio Aſſeſſores
ſolent reputare, & in practica ferè vbique ſeruatur:
9 Baiard. *quæſt. 38. num. 45.* Caball. *de reſol. 163. n. 8.* & ego
talem ſententiam exiſtimo veriorem, & practicabilem
cum declarationibus tamen infra dicendis; nam fur iſte
videtur prorogare iuriſdictionem iudicis loci, vbi rem
contrectat Bald. *in d. l. ſi abducta, num. 5.* Rationibus





autem, quæ in contrarium adducuntur, reſpondet Angel.
*de malef. d. verb. etiam veſtem, num. 15.* etenim iudex
loci poteſt dicere huic furi: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo,
ad textum *in l. 1. C. vbi de crim. ag. oport.* Ang. *in
d. l. ſi abducta.* Bald. *in d. l. ſi abducta, n. 4.* Auguſt. *ad Ang.
d. verb. etiam veſtem, n. 16. verſ. item adde.*

Multa ergo ſunt in hac materia, quæ admittuntur ab
vtriuſque partis auctoribus, quæ non erit alienum hîc reponere,
vt liceat iudici ſcrupuloſo in ſuo quoque caſu
punctum aſſumere magis tutum. Nam in primis admittunt
omnes, quemlibet iudicem, cum re furata tranſeuntem,
vel morantem furem poſſe, & debere ſiſtere, & arreſtare
ad finem reſtituendi res ablatas vero domino,
etiamſi ille contra talem furem procedere non poſſet, & 10
ad finem reſtitutionis neceſſariam habere cauſæ cognitionem.
Ita Plot. *inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 133. ad fin.
num. 45. 46. verſ. ſed ſi loquamur, tom. 1.* Bertaz. *d. conſ. 40.
n. 4. in fin. lib. 1.* Baiard. *ad Clar. d. q. 38. n. 39. 40.* Cabal.
*d. reſol. 163. n. 6.* quod verum eſt, & naturale: Farinac.
*in add. ad opera impreſſ. q. 7. num. 7. verſ. dicto.*

Secundò multò magis eſſet vera, & procederet Bartoli
ſententia, quando fur repertus à domino rei furatæ in
alia ciuitate, & diuerſa iuriſdictione factis, & verbis ſe
opponeret vero domino rem ſuam quærenti, & recuperare
ſtudenti, tunc enim fur in eodem loco puniri poterit,
etiamſi in alio loco factum ſit furtum, quia fit de nouo 11
contrectatio rei alienæ inuito domino, per textum *in §.
gallinarum, Inſt. de rer. diuiſ.* Alex. *inter conſ. crim. diuerſ.
conſ. 71. ſub n. 9. p. 2.* meliùs Martin. de Garat. Laudenſ.
*inter d. conſ. crim. diuerſ. conſ. 61. part. 1.* pulchrè Drog.
*ad Clar. in prax. §. fin. q. 38. ſub n. 46. verſ. opinio Bartoli,
in fin.* quod pariter naturæ, & rationi conuenit.

Tertiò in fortioribus terminis admittunt DD. quod ſi
fur inueniatur extra locum furti etiam ſine re furata, poterit
ibi conueniri, capi, & puniri, vt rem reſtituat, aut
eius æſtimationem; & ſi non habet, vnde reddat, luet
in corpore, non tamen venundabitur, vt quidam ſen- 12
tiunt, ſed ſolùm ad rem, vel æſtimationem aſtringetur.
Plot. *d. conſ. 133. n. 45.* Bertaz. *d. conſ. 40. num. 4. in fin.*
Baiard. *ad Clar. d. q. 38. num. 39.* Caball. *d. reſol. 163. n. 7.*
quod eſt æquum, & iuſtum eſt, vbi tamen criminaliter
non proceditur ad punitionem contra furem, niſi quando
non habet in ære.

Quartò igitur intelligas opinionem Bartoli procedere,
quando verè fur repertus eſt alibi cum re furata, verùm
ſi ſecum tantùm portaſſet pretium rei furatæ, quam fortè
in loco furti, vel alibi vendidiſſet, vel diſtraxiſſet, vtique
non poterit criminaliter puniri in dicto loco, vbi
pretium rei furatæ habet. Bald. *in l. vnic. num. 31. C. de
confeſſ.* Alex. *ad Bart. in d. l. ſi dominium, num. 2. in fin.* 13
*additionis, ff. de furt.* Ang. *de malef. d. verb. etiam veſtem,
num. 15. in fin.* & ibi Auguſt. *n. 16. in 6. lim.* Aret. *in §. ex
maleficiis, num. 6. in princ. Inſt. de action.* Bonifac. *in tract.
de furt. §. contrectatio, num. 26. 29. verſ. ſeptima.* Bertaz.
*conſ. 40. num. 4. lib. 1.* Farin. *de furt. d. quæſt. 174. num. 56.*
Martin. *d. conſ. 61. n. 4. 5. vol. 1.* Baiard. *ad Clar. d. q. 38. n. 41.*
ſolùm igitur poterit compelli ad rem, vel pretium reſtituendum.

Quintò ſine etiam controuerſia DD. vtriuſque opinionis
videntur admittere ſententiam Bartoli, quando fur
eodem die furti in aliud territorium rem furtiuam contrectaſſet,
& aſportaſſet, quia tunc ex præſumpta quadam
animi deſtinatione videtur animum habuiſſe ſic contrectandi
ad alium locum, quocirca in eo loco puniri 14
poterit, per textum *in l. quod deſtinauerit, ff. de furt.* &
*in l. quid enim, eod. not.* Cyn. *in l. vulgaris, eod.* Alex. *ad
Bart. in d. l. ſi dominium, verſ. Item niſi eodem die,* pulchrè
Capyc. *d. deciſ. 104. num. 2. verſ. prima eſt:* quod
verum eſſe credas, ſed non per hoc opinionem Bartoli
reſtringas.

Sextò huic ſimilis eſt, & ferè eadem declaratio, quòd
opinio Bartoli abſque dubio procedat, quando ab initio
fur

fur eo intentione furatus eſt,vt rem furatam ad alia loca
transferret,velut in furante rem in confinibus Bononiæ,
15 vt ſe Ferrariam transferat , ex breuitate enim temporis,
quod interceſſit à tempore furti ad tempus contrectatio-
nis,vel ex vicinitate loci ipſius furti ad locum contrecta-
tionis præſumitur propoſitum huiuſmodi. Alexand. *ad
Bart. in d. l. ſi dominium , littera A, verſ. vel quia, in ipſo
initio, ff. de furt.* vbi Ang. *num.2. in fin. verſ. cui.* Aug.
*ad Ang. de maleſ. d. verb. etiam veſtem, num.16. verſ. aliam
limitationem.* Bonif. *d. §. contrectatio, num.20.29. verſ. ſe-
cunda.* Farinac. *de furt. d.q.174.n.61.*

Septimò vnanimiter etiam admittunt DD. opinionem
Bartoli in vagabundo, de quo præcipuè dici ſolet, *Vbi te
16 inuenero , ibi te iudicabo* : is enim poterit vbique puniri,
vbi cum re furata inuentus fuerit, ad textum *in d. l.1.C.
vbi de crim. ager. oport.* Ang. *in d.l. ſi abducta, C. de furt.*
Alex *in d. l. ſi dominium, littera A, verſ. niſi in vagabun-
dis.* Aug. *ad Ang. de maleſ. in d. verb. etiam veſtem, n.15.
in fin. verſ. item adde.* Bonif. *d.§. contrectatio, n.23.24.29.
verſ. quinta.* Farinac. *d. quæſt.174. num.62.* Roſ. *ad Clar.
d. q.38. num.46. in fin.* vbi remiſſiuè habetur , quis dica-
17 tur vagabundus; & hoc iuſtum eſt, quia iſti vabagundi,
qui non habent ſedem permanentem , ibi ſortiuntur do-
micilium, vbi reperiuntur. Hæc igitur tanquam certa te-
neas , non tamen Bartoli ſententiam ad iſta reſtringas:
ad rem vide Socin. *reg.87.n.6.*

Octauò admittitur Bartoli opinio ſine ſcrupulo,quan-
do fur prorogauit iuriſdictionem illius iudicis loci , in
quo reperitur cum re furata,ab eo enim tunc poterit pu-
18 niri, vnde docent aſſeſſores hanc cautelam , vt faciant,
quòd fur proroget iuriſdictionem antequam illum ſu-
ſpendere faciant , ne in ſyndicatu teneantur : ita *per l.
quæro , ff. de ſolution.* & *l.1. ff. de iud.* Angel. *in d. l. ſi
abducta, C. de furt.* Alex. *ad Bartol. in d. l. ſi dominium,
littera A, verſ. vel niſi prorogauerit.* Aug *ad Ang. d.verb.
etiam veſtem, num.15. in fin.* & *num.16.* Bonif. *d. verb.
contrectatio , num.25.29. verſ. ſexta.* Farin. *d. q.174.n.63.*
quod ſanè non habet difficultatem , ſed etiam ſine ex-
preſſa prorogatione idem dicendum eſt , quia fur rem
contrectando ad aliud territorium tacitè iuriſdictionem
iudicis illius loci cenſetur prorogare : Bald. *in d. l. ſi ab-
ducta , num.5.* & ob conflictum harum opinionum iudex
19 non poteſt teneri in ſyndicatu , etiamſi vnam potiùs,
quàm alteram ſecutus fuerit. Boſſ. *in tit. de furt. ſub n.18.*
Farin. *d. quæſt.174. num.55. ad fin.* Drogh. *ad Clar. d.q.38.
20 num.46. littera K,* Caball. *d. reſol.163. num. 4. verſ. licèt
defendantur.*

Nonò admittitur etiam ab omnibus opinio Bartoli,
quando fur rem contrectans ad aliud territorium in iti-
nere mutauit conditionem perſonæ , velut ſi de ſeruo
21 factus ſit liber ; tunc enim propter talem mutationem
poterit in loco contrectationis puniri,quia videtur noua
perſona : ad textum *in l. interdum, ff. de furt.* Ang. *in d.l.
ſi dominium* , & *in d. l. ſi abducta.* Aug. *ad Ang. de
maleſ. d. verb. etiam veſtem , num.15. verſ. tamen primò,*
& *num. 16.* & ibi etiam Alex. *ad Bart. in d. l. ſi do-
minium , littera A, verſ. niſi ſuſtinendo.* Farinac. *d. q.174.
num.59.*

Decimò admittitur quoque opinio Bartoli , quando
ab initio actio non fuit nata , velut ſi fur aliquid furetur
Bononiæ , quod erat alicus banniti , qui poteſt impunè
22 offendi,nam ſi fur ſe transferat Ferrariam cum re furata,
poterit ibi puniri, poſtquam Bononiæ mulctari non po-
terat obſtante ſtatuto , ad textum *in l. falſus, §. qui alie-
num* , & *in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt.* Angel. *in d.l.
ſi dominium* , & ibi Alex. *ad Bart. littera A , verſic. vel
niſi,* & *verſ. item niſi.* Aug. *ad Ang. d. verb. etiam veſtem,
num.15. verſ. Tertia limitatio.* Bonif. *d.§. contrectatio, n.21.
29. verſ. tertia.* Farin. *d. q.174.n.60.*

Vndecimò intelligunt DD. ſententiam Bartoli proce-
dere, ſi in loco contrectationis eadem, vel ſimilis, aut le-
nior pœna imponatur , ſicut in loco furti. Verùm ſi fu-
ratus aliquid Florentiæ , vbi pro furto leuis pœna im- 23
ponitur , Ferrariam migrauerit cum re furata , vbi pro
leui furto pœna mortis , vel atrox eſſet impoſita , tunc
iniquum eſſet huiuſmodi furem mulctare cum illa atro-
citate : ſic benè declarat Raphaël Fulgoſ. *in d. l. ſiue
manifeſtus , §. tandiu , ff. de coniect. furt.* Aug. *ad Ang.
de maleſ. d. verb. etiam veſtem , num. 16. verſ. octauò .* &
*verſ. temperabat.* Bonif. *d. §. contrectatio , num. 28. 29.
in fin. verſ. nona.* Farinac. *de furt. d. quæſtione 174.
num.58.*

Duodecimò admittunt opinionem Bartoli pro vera in
rapina & raptore, vt vbi reperitur cum re rapta , ſiue ſit
res , ſiue perſona , ibi puniri poſſit , etiamſi ibidem ra-
ptum non commiſerit ; raptor enim tanquam vagabun-
dus non habet priuilegium fori : ſic videtur probare 24
textus *in l. vnic. in fin. princip.* ibi : *ſiue fori* , vbi Bald.
*num. 8. C. de rapt. virgin.* facit etiam textus *in l. raptores,
C. de Epiſcop. & cler.* Bald. *in cap. 1. §. iniuria , ſeu fur-
tum , de pac. iuram. firm.* quem ſequitur Alexand. *ad
Bartol. in d. l. ſi dominium , littera A , verſ. & omnino.*
Socin. *reg.87. num.3.* Nouel. *reg.220.* Chaſſan. *in conſuet.
Burgund. in tit. C. de adult. rubr.12. §. vnic. col.3. num.11.
fol.304.* Conrad. *tit. de inquiſ. ſub num. 22.* quod vtique
verum crediderim , non vt raptor puniatur de raptu, ſed
tantùm de furto , & oportebit ſatis conſtare de raptu
verè , vel præſumptiuè , & per ſufficientia indicia : & li-
cet aliter tenere , & concludere videatur Dueñ. *reg.378.
ſub 6. limit.* Farin. *d. quæſt.7. num.8. verſ. & ita concludendo,*
tamen in priorem ſententiam reuertitur , & multò plures 25
allegat idem Farinac. *de delict. carn. quæſt. 145. num.62.
63.64.65.*

Et hæc omnia declares procedere , dummodo ille ſit
iudex competens furis contrectantis loci in quo capitur
fur, ſeu raptor, non enim clericus reſpondebit iudici lai-
co, nec laicus iudici Eccleſiaſtico. Ang. *in l. vnic. num.3.* 26
*C. de raptor. virg.* Farinac. *d. quæſt.145. num.62. verſ.* vbi
declarat.

Tertiodecimò intelligitur etiam opinio Bartoli , ſi fur
cum re furata capiatur in alma Vrbe ; nam ſi in illa arre-
ſtetur, cum teneat principatum omnium ciuitatum , non
fit remiſſio ad alia tribunalia,ſed ibi poteſt pro furto ali- 27
bi commiſſo puniri , in vrbe enim non eſt in vſu facere
remiſſionem reorum ad alios iudices aliarum ciuitatum.
Oldrad. *conſ.124.* vbi inquit ita fuiſſe ſeruatum. Odofred.
*in l. raptores, num.3. C. de Epiſc. & cler.* Farinac. *d.q.145.
num.66.* Couar. *pract. qq. cap.11. num.9. verſ.11.* vbi ta-
men dicit id eſſe intelligendum reſpectu ciuitatum, quæ
Romanæ ditioni ſubiiciuntur ; tunc enim non ſolet fieri
remiſſio , niſi Principe conſulto , & mandante. Verùm
reſpectu aliarum ciuitatum , quæ Romano Pontifici
non ſunt ſubiectæ , eadem eſt ratio , quæ de aliis locis;
& ſi tunc negatur remiſſio , hoc prouenit ex eadem
Bartoli doctrina , par quam vbique furem huiuſmodi
licet punire.

Decimoquartò omnes concordant etiam in hoc, quòd
fur iſte , etiamſi non petatur remiſſio à ſuo iudice , non
tamen tolerandus ſit , ſed eiiciendum fore à laico , vbi
repertus eſt cum re furata , & in exilium mittendum ſub 28
aliqua pœna , prout ita fuiſſe à Senatu Mediolani ſerua-
tum , teſtatur Iul. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.38. num.16.
in fin.* Farinac. *in prax. dict. quæſt.7. num.7. in fin.* ſed hæc
erit leuiſſima pœna, quam ſi iudex eligere voluerit, furi-
bus non erit inuidus. Cum illis tenet etiam Bertaz. *dict.
conſ.40. num. quinto , in fin.*

Decimoquintò licèt multi ſint opinati , quod fur
iſte non poſſit puniri criminaliter , neque ciuiliter in
loco , vbi inuentus eſt cum re furata , ſi ibi non eſt
ſubditus , adeo , vt non ſit locus pœnæ ordinariæ, 29
neque extraordinariæ , & arbitrio iudicis nihil ſit
in hoc remiſſum , vt ſenſit Ang. de Vbald. *inter
conſil. crim. diuerſ. conſ. 31. numer. 19. libr. 2.* Farinac.
*d. quæſtione 7. numer.7. verſ. ſed quid* , Bertaz. *d. conſ.40.
num.5.*



*num.5. verſ. quod modo, lib.1.* tamen verius eſt etiam ſecun-
30 dum opinionem eorum , qui tenent contra Bartolum,
quòd iſte fur non debeat impunè habere, & poterit qui-
dem mitius cum eo agendo euitare pœnam ordinariam
furcarum,vel aliam pro furto perpetrato impoſitam, ſed
poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis pœna
ictuum funis , vel pecuniaria , vel fuſtigationis , vt me-
liùs expedire videbitur : ita dixit in verbis Bald. *conſ.154.
num.1. verſ. ſed quia, lib.1.* & *conſ.471. num.1. verſ. ex quo,
lib.3.* Alex. *ad Bart. in d.l. ſi dominium, littera A, verſ. ta-
men poteſt* , Boſſ. *in prax. tit. de furt. num.18. in fin.* pul-
chrè Farinac. *in addition. ad opera impreſſa , quæſt.7. nu-
mero 7. verſ. & dicto, in fin.* vbi inquit quòd in hac opi-
nionum contrarietate , hæc ſententia ſibi multùm pla-
cet : & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Bertaz. *d. conſ.40. in
fin. lib.1.*

Et quamvis Farinac. *d.n.7. verſ. & dicto,* loquatur cum
dictione *forſan* , quæ videtur dubitatiua,tamen quoad ſe
dicitur rem decidere , ſic enim Philoſophi ſolent loqui.
Gloſſ. *in l. ſi duo, de arb.3.* Becc. *conſil.33. num.7.* Caſſad. *de
præbend. dec.3. num.30.* Bertaz. *conſil. ciuil.114. num.3.* Gra-
tian. *diſcept.21. n.21. lib.1.* quod liquet euidenter , quia in
fine idem Farinacius concludit , quod hæc opinio ſibi
multùm placet , & ſanè ſi volumus aliquam honeſtam
concordiam introducere inter has opiniones, hæc vide-
tur honeſtiſſima ; etenim dato etiam , quod pœna furti
locum habere non poſſet, tamen quia fur rem ſic contre-
ctando ad aliud territorium , illam celare videtur , non
poteſt euitare pœnam ſtellionatus,quæ eſt arbitraria , &
31 incurritur ab eo,qui rem furtiuam celat , ad textum *in
l.3. § ſed & ſi qui merces, ff. de crim. ſtellion.* Alex. *ad Bartol.
in d.l. ſi dominium, littera A, verſ. tamen poteſt* , Boſſ. *in d.
tit. de furt. num.18. in fin.* quod licèt non placeat Farin. *in
d. quæſt.7. n.7. verſ. ſed quid* ; tamen ille mutauit poſtea
ſententiam in additione ad eundem locum , vt vidimus :
ex quibus reſultat,quòd fur iſte,de quo quærimus, pote-
rit puniri arbitrio iudicis , velut ad aliquos ictus fuſtium,
vel funis , aut in pœnam pecuniariam, vel fuſtigationis,
vnde rigoroſa eſt ſententia Lud. à Peguer. *d. dec.28. n.4.
in fin.* dicentis furem huiuſmodi fuiſſe furca ſuſpenſum,
& prius melius dixerat , fuiſſe condemnatum , vt fuſti-
garetur per loca ſolita ciuitatis , non tamen malè di-
xit.

Verumtamen poſſet ſine ſcrupulo amplexari opinio
Bartoli, tum quia iuri congruit, tum quia reipublicæ eſt
fauorabilis in odium furum, qui ſicut mures,ſæpe fami-
lias perdunt,& tantò magis,quia ferè apud omnia tribu-
nalia recepta eſt vigore Statutorum , aut conſuetudinis.
Vnde infertur , quòd ſi quis cum re furata confugiat ad
Eccleſiam,dicitur ibi ex noua contrectatione nouum fur-
32 tum committere,& idem erit,ſi fur res furtiuas exponat
venales in aliquo cœmeterio , mutatione enim territorij
dicitur ſacrilegus, & poterit ab Eccleſia extrahi , vt ex
Barb. *conſ.33. in primo dubio, lib.4.* Specul. *in tit. de compet.
iud. adeund.* Ang. de Caſtr. *inter conſ. Paul. Caſtr. conſ.458.
num.2.3. part.2.* Bernard. de Lad. *in addit. ad Ang. de ma-
leſ. in verb. etiam veſtem, num.15. litt. A,* Baiard. *ad Clar. in
prax. §. fin. q.38. n.48.* vbi inquit etiam , quod ſi D. Claro
aliquid ſubtractum fuiſſet , non ita contra Bartolum ſen-
ſiſſet : de communi teſtatur Suarez de Paz. *in prax. tom.1.
p.5. cap.3 §.3. num.90.91.* Tuſch. *pract. concl. litt. E, concl.11.
num.16.19.* Peguer *d. dec.28. num.3.*

Verùm id non probatur ab omnibus , quoniam alij
ſenſerunt furem ad Eccleſiam confugientem etiam cum
re furata eſſe tutum,& ab illa non eſſe extrahendum,&
ſi fuerit extractus , Eccleſiæ eſſe reſtituendum. Clar. *in
33 dict. §. fin. quæſt.38. num.16. verſic. tu ſcis, in fin.* Couar. *va-
riar. obſeru. lib.2. cap.20 num.15. verſ. viceſimo.* Dec. *tract.
crim. lib.6. cap.28. num.4.* Gam. *deciſ.171. num.1.* Guttierez
*pract. qq. ciuil. lib.1. quæſt.1. num.21.* Farinac. *in append. de
immun. Eccleſ. cap.16. num.218.* qui teſtantur ita fuiſſe iu-
dicatum.

Quibus ego quoque aſſentio , ſed cum moderamine,
quia ſi loquimur , quod fur iſte cum re furata confu-
giens ad Eccleſiam poſſit à iudice ſæculari extrahi , &
puniri, vtique non licet, quia hic non eſt de caſibus ex-
ceptis in Bulla Gregoriana,quorum occaſione poteſt fie-
ri extractio reorum ab Eccleſia , & in his terminis lo-
quũtur DD. vltimo loco adducti,vt videre eſt apud Gam.
*d. dec.171. num.1.* Farin. *d. cap.16. num.218. in fin.* qui di- 34
cunt pronuntiatum fuiſſe furem cum re furata in Eccle-
ſia deprehenſum eſſe ad Eccleſiam reſtituendum. Verùm
ſi agamus de iudice Eccleſiaſtico , is vtique non debet
pati vt iſte, vel delinquens , & furtum faciens in Eccle-
ſia,vel ad eam rem furatam perducens,impunè habeat, &
propterea fur iſte non vtique erit extrahendus ab Ec-
cleſia, vt Curiæ ſeculari tradatur,ſed incarcerandus erit, 35
& puniendus à iudice Eccleſiaſtico, cuius iuriſdictionem
offendit pertractando , & deducendo rem furtiuam per
eius territorium, id eſt Eccleſiam, vt bene ad rem aduer-
tit Mar. Ital. *de immunit. Eccl. lib.1. cap.5. § 3. num.53.* Fari-
nac. *d. cap.16. num.209. verſ. nam quod* : ſic enim videtur
prorogaſſe iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici , dum vel 36
in Eccleſia furatus eſt,vel rem furtiuam in ea contrecta-
uit,& propterea legitimè ab eodem iudice de eo punien-
dus eſt, quod iniquè fecit , vt inquit textus *in cap. inter* 37
*alia,* & ibi Hoſt. *num.1. poſt med. verſ. Prælati verò,* & Ioan.
And. *num.5. verſ. Prælati,* Anch. *num.2. verſ. & dicit.* Abb.
*num.13. ad fin.* Zabarell. *num.3. verſ. & dicit, extr. de immun.
Eccl.* vbi DD. communiter ſic docent : ad rem Peregr. *de
imm. Eccl. cap.12. n.8.* Antonin. Dian. *reſol. mor. p.1. tract.1.
reſol.8.*

Hoc tamen caret difficultate,quod fur iſte confugiens
ad Eccleſiam cum re furata , poterit de mandato iudicis
Eccleſiaſtici ſiſti,& arreſtari, & ab Eccleſia etiam extra-
hi,vt res furata etiam per vim ei auferatur,& domino re- 38
ſtituatur,vt ſenſit Couar. *var. obſer. lib.2. c.20. num.15. ad
fin.* Caualc *in 1. parte ſuarum dec. in repert. verſ. iudex Ec-
cleſiaſticus, & non ſæcularis, ſub num.13.* Gutierrez *pract. qq.
ciuil. lib.1. quæſt.1. num.21.* Farin. *d. cap 218.* quod iuſtum
eſt, & honeſtum , ſed non tollit , quin fur poſſit etiam
grauiùs à iudice Eccleſiaſtico puniri , nec à iudice lai-
co huic fori poterit res furtiua auferri ſine licentia Epiſ-
copi.

Hinc patet quid ſit reſpondendum ad punctum remiſ-
ſionis,nam primò ſi non fiat requiſitio,certum eſt, quod
reus non eſt remittendus ad iudicem loci furti perpetra-
ti,vel originis Couar. *dict. cap.11. ſub num.9.* de commu- 39
ni Clar. *d. quæſt.38. num.19. verſic. eſt autem.* Farin. *de q.7.
num.7. in fin.* Verùm ſi fiat requiſitio , ſubiungit ipſe ,
quod nunquam requirenti remiſſionem negaret, per ea,
quæ tradit Peguer. *dec. crim.28. per totam,* vbi tamen hoc 40
non dicit.

Verumtamen id poſſet quidem admitti in iis,quæ ſub-
ſunt eidem Principi, à cuius nutu moderatur omnia in
ſuo ſtatu.Verum vbi diſtinctæ ſunt poteſtates, & vnum
tribunal non eſt maius altero , tunc remiſſio non eſt ne-
ceſſaria,& poteſt denegari, immo de generali totius Ita- 41
liæ conſuetudine non ſolet fieri, etiamſi petatur , niſi in
atrociſſimis, & ex conceſſione Principis , vt in noſtris
terminis dixit Mantua *d. apopht.103. in fin. verſic ſed ad-
uerte.* Capyc. *dec.104. num.3.* Couar. *d. cap.21. ſub. num.9.*
Grammat. *dec.26. num.3.* Soc. Iun. *conſ.76. num.7. lib.3.* latè
Clar. *d. quæſt.38. n.20.21.* Farin. *d. quæſt.7. num 27.28.30.* 42
quod multò minùs poterit in controuerſiam deduci,
quando Iudex requiſitus poteſt ipſe punire, vt hic, quia
tunc ceſſat abſurdum,quod in hac materia ſolet conſide-
rari,ne ſcilicet delicta remaneant impunita. Farinac. *dict.
quæſt.7. num.30.* & ita teneas , quia hæc quotidie practi-
cantur , & audiui ab aliis tribunalibus obſeruari, & cùm
aliàs de anno 1634. de menſe Martij , in perſona cuiuſ-
dam R. Petri Medinæ Hiſpani, idem caſus eueniſſet, idem
quoque fuit ſeruatum.

# CAPVT XX.

## Epitome.

An clericus captus à lictoribus Curiæ ſæcularis, debeat remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, & quando priuilegium fori perdat.

## SVMMARIVM.

1 *Antipathia eſt inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſæcularem.*
2 *Clericus ordinum minorum non gaudet priuilegio fori, niſi incedat in habitu, & tonſura.*
3 *Clericus non inceaens in habitu priuatur priuilegio fori ſine alia monitione.*
4 *Clericatus non præſumitur.*
5 *Habitus oſtendit, qualis ſit illum geſtans.*
6 *Clericus non debet remitti, quem iudex laicus detecto capite inuenit ſine tonſura.*
7 *Veſtes an ſint clericales cognoſcit iudex laicus.*
8 *Clericus captus ſine habitu manet in carceribus iudicis laici, donec probetur clericatus.*
9 *Clericus debet geſtare habitum, & tonſuram copulatiuè ad fori priuilegium.*
10 *Armorum vſus eſt clericis interdictus.*
11 *Clerici debent eſſe medici animarum, & non corporum.*
12 *Clericus remiſſus poteſt iterum foro ſæculari reſtitui.*
13 *Familiaritas quomodo probetur.*
14 *Familia Epiſcopi gaudet priuilegio fori, nec ſubiicitur ſtatutis laicorum.*
15 *Vicarius poteſt punire familiares Epiſcopi.*
16 *Familia Epiſcopi titularis non ſubiicitur foro laicorum.*
17 *Epiſcopus titularis retinet dignitatem Epiſcopalem.*
18 *Epiſcopus dignitati datur, vt familia eius gaudeat foro.*
19 *Epiſcopi titulares non puniunt eorum familiares, ſed Ordinarius.*
20 *Vicarij, & Epiſcopi vnum conſiſtorium.*
21 *Vicarij familiares gaudent priuilegio fori.*
22 *Epiſcopus, & Vicarius ſunt ſicut Sol, & Luna.*
23 *Vicarius foraneus non facit idem tribunal cum Epiſcopo.*
24 *Vicarius generalis eſt Prælatus.*
25 *Epiſcopi expreſſio continet etiam eius Vicarium.*
26 *Archipresbyteri Carpi dignitas.*
27 *Abbatis Guaſtallæ dignitas.*
28 *Familiares Epiſcopi gaudent beneficio fori ex ſpeciali gratia.*
29 *Prælati habentes iura Epiſcopalia quid differant ab Epiſcopis.*
30 *Prælati nullius diœceſis dicuntur Diœceſani.*
31 *Prælati cum iuriſdictione Epiſcopali dicuntur ordinarij.*
32 *Vicarij Capitulares, & Prælatorum inferiorum an dicantur ordinarij.*
33 *Vicarius poteſt habere ſeruientes, & familiam armatam.*
34 *Epiſcopi Notarius, Fiſcalis, & Executores gaudent priuilegio fori.*
35 *Notarius Epiſcopi an gaudeat priuilegio fori in officio tantùm.*
36 *Coloni Epiſcopi, & Eccleſiæ non gaudent priuilegio fori.*
37 *Familiares clericorum an gaudeant priuilegio fori.*
38 *Clerici ſeruus gaudet priuilegio fori.*
39 *Famulus clerici quando gaudeat eiuſdem foro.*
40 *Epiſcopi litteras familiaritatis habentes non gaudent foro.*
41 *Iudex Eccleſiaſticus inhibet ſæculari, ne procedat contra clericum.*
41 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit, an clericus gaudeat beneficio fori.*
43 *Iudex ſæcularis ſuperſedere debet contra clericum, donec cognoſcatur, an ſit remittendus.*
44 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, an habitus ſit clericalis.*
45 *Iudex Eccleſiaſticus tenetur repetere clericum captum à ſæculari.*
46 *Clericatus quomodo probetur ad effectum remiſſionis.*
47 *Clericatus probatur litteris Epiſcopi, vel eius Notarij.*
48 *Iudex laicus ſtatim debet remittere clericum, ac videt litteras ordinationis.*
49 *Iudex laicus in dubio etiam debet facere remiſſionem clerici.*
50 *Remiſſio clerici ad ſuum iudicem quando fiat.*
51 *Fori beneficium quando habeat clericus.*
52 *Clericus coniugatus quomodo gaudeat fori beneficio.*
53 *Habitus, & reputatio faciunt præſumere clericatum.*
54 *Habitus clericorum an ſit determinatus à iure.*
55 *Iudex laicus quando poſſit negare remiſſionem clerici.*
56 *Clericus quando præſumatur dimiſiſſe habitum animo deſerendi.*
57 *Clericus debet frequenter ſeruire, & continuò portare habitum.*
58 *Monitio eſt acceſſoria, vt perdatur priuilegium fori ob non delationem habitus.*
59 *Iudex ſæcularis debet citari, dum cognoſcitur, an captus ſit clericus.*
60 *Iudex ſæcularis debet ſtare interlocutoriæ Eccleſiaſtici pronuntiantis captum clericum eſſe remittendum.*
61 *Iudex laicus eſt excommunicatus, ſi non remittit clericum.*
62 *Clerici in itinere poſſunt vti veſtibus breuioribus.*
63 *Seruitium clerici in Eccleſia debet eſſe frequens.*
64 *Clericus caluus non tenetur ad faciendam tonſuram.*
65 *Caluities liberat ab onere.*
66 *Conſuetudo non valet contra exemptionem clericorum.*
67 *Remiſſio clerici fienda etiam in dubio.*
68 *Veſtes eſſe clericales quomodo cognoſcat laicus.*
69 *Iudex laicus non poteſt retinere clericum vltra 20. horas.*
70 *Clericus quando debeat manere in carcere laico.*
71 *Clericus ob delationem armorum non priuatur fori priuilegio.*
72 *Clericus miles an priuetur fori priuilegio.*
73 *Clericus inuentus cum armis an debeat puniri ſecundùm leges Principis ſæcularis.*
74 *Familia Iudicis ſæcularis an poſſit arreſtare clericum, & eum ſpoliare armis.*
75 *Clerici an poſſint ſpoliari armis, retibus vel canibus à laicis.*
76 *Medicina eſt interdicta clericis, & quando.*
77 *Clerici an poſſint eſſe medici.*
78 *Clericus, qui non habet requiſita, & non gaudet priuilegio fori, poteſt etiam ab Epiſcopo puniri.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NAſcuntur ſæpe inter Curias Eccleſiaſticas, & ſæculares multæ controuerſæ occaſione iuriſdictionis,
quę non leues efficiũt contentiones, exiſtit enim inter eas
quædam quaſi naturalis antipathia, quam penitus tollere
vix fieri poſſe videtur, & verè expertus ſum nullas cauſas
tractari tanto cum ardore, quàm iuriſdictionis, & iureme- 1
ritò, quia hæc pluris æſtimatur apud magnates, quàm diuitiæ, hæc nobilitat, & ſuos poſſeſſores facit venerandos, diuinũ in ſe aliquid habere videtur. Verùm ſicut laici nihil dormiunt, vt ſuam defendant, & dilatent iuriſdictionẽ; ita Eccleſiaſtici tenentur ex animo, & totis viribus eam, quæ eſt Eccleſiæ tutari. Hinc mihi omittendum non videtur narrare, quod proximis temporibus euenit, dum Curia ſæcularis Nouellariæ Diœceſis Regienſis
arreſtauit



arreſtauit Simonem Pezzolium clericum primæ tonſuræ, & familiarem Archiepiſcopi Phodienſis, mancipando eum carceri ſub titulo ſtupri, & attentati abortus, quod tamen non credebatur, hoc enim intellecto inſtante dicto Archiepiſcopo pro ſuo familiari acerrimo defenſore, & Promotore Fiſcali, Curia Epiſcopalis ſuum repetebat clericum, & captis informationibus tranſmiſit monitorium contra Dominum temporalem, & Miniſtros. Verùm fiſcus ſæcularis rem cœpit deducere in controuerſiam allegando eum fuiſſe captum in habitu laicali ſine tonſura cum enſe intra baculum occluſo, ſolitumque non fuiſſe geſtare clericalem veſtem, aut Eccleſiæ inſeruire, ideo negabat faciendam eſſe remiſſionem, ſed priùs cognoſcendum eſſe de priuilegio fori: dictus verò promotor petebat prius fieri remiſſionem, antequam plena fori cognitio haberetur, ſed breui partibus data dilatione, cum multa eſſent deducta, quærebatur, quid iuris.

Et ſanè non videbatur fiſci laicalis vana prætenſio, cum certum ſit vigore Concil. Trid. *ſeſſ.23. cap.6. de reform.* clericum primæ tonſuræ, vel minorum ordinum
2 non aliter frui priuilegio fori, quam ſi beneficium habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat; quod etiam poſt multos atteſtatur Menoch. *de præſ. lib.6 præſ.76. n.38.* Scacc. *in prax. lib.1. cap.11. num.82.* Bonacin. *de iudic. quæſt.2. punct.1. §.4. num.10. verſ. quod verò.* Giurb. *conſ.74. num.11. verſ. ſi ſacri*: quod adeò verum eſt, vt licèt ante dictum Concilium neceſſaria eſſet trina monitio, antequam clericus per habitus non delationem fori priuilegio priuaretur, tamen hodie ſine alia monitione ſtatim
3 ac in habitu non incedit ex ſolito, & tonſuram non defert, vbi caret beneficio Eccleſiaſtico, fori gaudimento priuatur tam ex conſuetudine, quàm de iure, propter conſtitutiones Clem. VII. & Paul. III. de quibus ita aſſeuerantes teſtantur Clar. *in prax. §. fin. q.36. num.19. verſ. vbi tamen.* Gratian. *diſc. for. lib.1. cap.190. n.11. verſ. licet*, & *lib.3. cap.440. num.7.* Giurb. *conſ.41. num.28.* Scacc. *d. cap.11. num.82. verſ. ſi verò*, latè Ricc. *in prax. cler. reſol.530. num.4.* Bonac. *d. §.4. num.15. verſ. reſpondeo.* Bellet. *diſq. cler. lib.1. tit. de fauor. cler. perſonal. §. 8. n.6. verſ. propter eà.* Alder. Maſch. *de ſtat. interpr. concl.1. num.108.*

Et hoc ſatis iuſtum videtur, quoniam clericatus non præſumitur, niſi probetur, cùm omnes laici naſcantur. Menoch. *d. præſ.76. n.1.* Card. Tuſch. *pract. concl. littera*
4 *C, concl.378. num 37.* Maſc. *de probat. concl. 302. n.13.* Decian. *tract. crim. p.1. lib.4. cap.9. num.117.* Borrell. *ſum. deciſ. tit.39. num.384. p.2.* Bellet. *d. tit. §.14. n.9.* Giouag. *conſ.16. num.55. lib.2.* Mart. *de iuriſd. p.2. cap.31. num.23.* Garz. *de benef. p.7. cap.1. num.138.* ideò talis præſumitur,
5 in quali habitu reperitur. Maſcard. *d. concl.302. n.8.9.*

At ſi captus diceret ſe clericum, iudex laicus facilè id cognoſcere poteſt, ſi denudato capite tonſuram non in-
6 ueniat, aut eius ſignum non aſpiciat, & tunc poteſt denegare remiſſionem vti calumnioſè petitam. Maſcard. *de probat. concl.689. num.10.* Scacc. *d. c.11. num.89.* Farin. *in prax. quæſt.8. num.34. verſ. vbi tamen.* Mart. *de iuriſd. p.2. cap.31. num.24.* Menoch. *d. præſ.76. n.32.* Guazzin. *tract.*
7 *de defenſ. lib.1. defenſ.1. c.3. n.5.* & dato etiam, quod de veſtibus eſſet quæſtio, an fuiſſent laicales, vel clericales, cognitio ſpectat ad iudicem laicum. Clar. *in prax. d. §. fin. quæſt.36. num.14. verſ. nihilominus.* Decian. *d. tract. crim. p.1. lib.4. cap.9. num.96.* Mart. *d. c. 31. n.24.* Menoch. *d. præſ.76. num.33.*

Et ſi fortè clericus fuerit arreſtatus in habitu laicali, interim debet cuſtodiri in carceribus iudicis laici, donec fuerit cognitum, an fori gaudeat priuilegio. Clar. *d. q.36.*
8 *num.21. verſ. regulariter.* Decian. *d. tract. p.1. lib.4. cap.9. num.110.* & *cap.40. num.2.* Scacc. *d. cap.11. num. 90.* Farin. *d. quæſt.8. num.36.* Menoch. *d. præſ. 76. num. 18.* Mart. *d. cap.31. num.22.* Gratian. *d. cap. 190. num. 16.* Caualc. *de brach. reg. frag.13. num.95. p.6.* in tantùm, quod non ſufficiat ad fori priuilegium geſtare habitum ſine
tonſura, vel tonſuram ſine habitu, niſi enim vtrumque 9
habeat, ille dicitur in habitu laicali, vt benè probat textus *in c. ſi iudex laicus, verſ. idem eſſe, de ſent. excommunic. in ſexto*, & poſt Ioan. And. inquit Bald. *in l. ſi qua, n.3. C. de Epiſc. & cler.* Menoch. *d. præſ.76. n.38. verſ. requirit*, Alder. Maſcard. *d. concl.1. n.111.*

Accedat, quia iſte clericus fuit captus cum armis, quod eſt ſignum laicalis profeſſionis, cùm armorum vſus ſit
clericis interdictus. Bellet. *diſq. cler. tit. de diſcipl. cler.* 10
*§.18. n.7.* Farin. *de var. ac diuerſ. crim. q.108. n.21.* & augetur dubitatio, quia iſte gerebat ſe pro medico, cum medicinæ profeſſor eſſet, quod clericis non eſt permiſſum, cum debeant eſſe medici animarum, & non corporum.
Bellet. *d. tit. §.31. num.3.4.* ex quibus non tamen iuſtè 11
videbatur negari remiſſio, ſed etiam clarum eſſe ipſum non gaudere beneficio fori, non habito reſpectu, an eſſet familiaris dicti Archiepiſcopi, quia cum ſit titularis ſolummodo, iure ſcriptum non reperiebatur, quòd eius familiares fori beneficio potirentur.

Nihilominus omnibus diligenter penſatis in eam deueni ſententiam, vt dictus Pezzolius eſſet remittendus, & Epiſcopali Curiæ conſignandus, ſaluo iure cognoſcendi in plenario iudicio an frui deberet fori beneficio, quoniam hæc inter ſe diſtincta ſunt, cum poſſit eſſe, vt ſit in caſu remiſſionis, & tamen non fruitionis, adeò vt ſit de nouo fiſco ſæculari reſtituendus, vt probat textus *in d.*
*cap. ſi iudex laicus, de ſent. excommunic. in 6.* Franch. 12
*deciſ.189. in fin.*

Et mouebat non ſolùm propter clericatum, ſed etiam propter familiaritatem cum dicto Archiepiſcopo; nam probatum fuit, ipſum ferè ſemper commenſalem eſſe illius, habere domi eiuſdem cubiculum proprium, cuius clauis apud eum reſidebat, ſeruitium Medici erat illi aſſignatum, in domo eius, vt plurimum, dormiebat, licet ſæpe etiam domi paternæ cubaret, quæ ſanè familiari-
tatem conuincunt. Maſcard. *de probat. concl. 756. num.1.* 13
Menoch. *de arb. iud. caſ.201. num.119.* Tuſch. *littera E, concl.72. num.29.* Beltram. *ad deciſ. Ludouiſ.166. num.10.* Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cler. real. §.1. num.15.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. alleg.107. n.10.*

Et apertum eſt in iure ſpeciali priuilegio conceſſum eſſe Epiſcopis, & Archiepiſcopis, vt eorum familia, & ſeruientes etiam laici, tam in ciuili, quàm in criminali negotio fori priuilegio gaudeant, adeò vt nec ſtatutis laicorum alligati ſint. Sic probat textus *in cap. fin.* vbi Hoſt. *num.14.* Abb. *num.5.* Ioan. And. *num.195.* & com-
muniter DD. *de off. Archid.* & *in cap. cum ab homine*, 14
vbi Abb. *num.2. de iudic.* Abb. *in cap.2. num. 6. verſ. in familia*, vbi etiam Butr. & Felin. *de for. compet.* Natt. *conſ. 576. num.6. in fin. lib. 3.* Burſat. *conſ.35. num.13.* Clar. *in prax. §. fin. quæſt. 35. num. 18. verſic. ab hac.* Decian. *tract. crim. part.1. lib.4. cap.9. num.47. 57.* Theſaur. *deciſ.22. num.6.* de communi Menoch. *de arb. iud. caſ.562. num.13.* Duard. *com. in Bull. Cœnæ Dom. can.15. quæſt.8. concl.1. num.2.* Ricc. *reſol.471. num.5.* Tuſch. *lit. E, concl.27. num.21.* Farin. *in prax. quæſt.8. num.46. verſ. ſed in famulis.* Gen. *prax. Archiep. cap.9. num.6.* Leon. *in theſ. for. Eccl. cap.11. num.17.* Gratian. *deciſ.233. n.1.2.* & *diſc. for. cap.340. num.3.* & *cap.341. n.5.* Mart. *de iuriſd. part.4. caſ.111. num.3.* Bellet. *d. §.1. num. 13.14.* Giurb. *conſ.88. num.1.* & *ſeqq.* Mar. Anton. *reſol.75. num.2. lib.1.* Alder. Maſcard. *d. conſ.1. num.135.* Barboſ. *de off. Epiſc. p.3. allegat.107. n.9.* & ita declarauit Card. S.C. ſub die 7. Iun. 1595. reſcribens Nuncio Neapolis, & ſicut Curia Archiepiſcopatus Neapolitani eſt in hac quaſi poſſeſſio-
ne, teſte dicto Gen. *d. c.9. n.6. in fin.* ita Curia Epiſcopa- 15
tus Regij, & ego recordor, quod feci carcerare quemdam familiarem Epiſcopi, qui baculo percuſſerat ſeruum Communis; tales enim poſſunt puniri non ſolùm ab Epiſcopo, ſed etiam ab eius Vicario, & ſatis eſt, quòd Vicarius id notum faciat Epiſcopo. Sbroz. *de off. Vic. lib.2.*
*quæſt.166.*

quæſt.166. n.3.4.5. Boër. deciſ. 9. n.7. Clar. d.q.35. n.18.
Grat. d. deciſ.233.n.19. Bellet. d.§.1.n.19. Barboſ. d.alleg.
107. n.15. hæc enim procedunt etiam in cauſa criminali,
Mar. Antonin. reſ.75.n.6.lib.1.

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam in fami-
lia Epiſcopi titularis, vel eius, qui renuntiauit loco, ſed
16 non dignitati; iſti enim licet careant populo,& clero, vt
inquit Barboſ. de off. Epiſc. p.1 tit.1.cap.6 num.15. vbi de
his ſatis tractat, tamen certum eſt eos non ſolùm habere
ordinem, ſed etiam retinere dignitatem Epiſcopalem, vt
17 probatur in cap.legimus,verſ.vbicumque, 93.diſt. Menoch.
de arb. iud.caſ.68.num.5. Grat. diſc.for. c.291.n.51.63.73.
part.2. verùm conceſſum eſt Epiſcopis, vt eorum familia
gaudeat fori priuilegio, in Epiſcopalis dignitatis priui-
legium, vt inquit Decian. d. tract. crim. part.1. lib.4.
cap.9.n.57. ideò non eſt mirum, ſi tales Epiſcopi, vel Ar-
18 chiepiſcopi poſſint hoc prætendere, vt eorum familiares
ſint exempti à iuriſdictione laicorum. Benè verum eſt,
quòd punitio non ſpectabit ad ipſos, quia non habent
tribunal, neque iuriſdictionem in actu, ſed ad Ordinarios
Eccleſiaſticos, in quorum Diœceſi reperientur, & cum
ſuper hoc controuerſia eſſet orta, Romæ res cœpit agi-
tari, & ſub die 17. Ianu. 1628. habitum fuit huiuſmodi
reſponſum in cauſa Regienſi. *Sacra Congregatio Cardina-*
19 *lium controuerſiis iuriſdictionalibus prepoſitorum cenſuit fa-*
*miliares etiam Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi titularis gaudere*
*debere priuilegio fori, ita tamen vt conueniri debeant, & ſint*
*puniendi ab Ordinario loci, vbi degunt, non ab ipſo Epiſcopo,*
*ſeu Archiepiſcopo titulari.* OCTAVIVS CARD. BAN-
DINVS. Et cum denuò quidam Camillus familiaris Ar-
chiepiſcopi titularis tormentum bellicum exploſiſſet
contra quendam Ioan. Rubertellum, cœpit diſputari, an
frueretur beneficio fori, & tandem re in conſilio Prin-
cipis agitata, Sereniſſimus Dux ſub die 16. Aprilis 1629.
ſcripſit Epiſcopo Regij cognitionem cauſæ ſpectare ad
eiuſdem Epiſcopi forum, ideò in eum animaduerteret, vt
iuri conuenit.

Ampliatur iterum; nam licet Epiſcopus ea, quæ ſunt
ordinis, nequeat communicare ſuo Vicario, niſi ſit pari-
ter Epiſcopus, tamen eorum, quæ ſunt iuriſdictionis,
& dignitatis poteſt illum facere participem ratione vni-
tatis inter eos exiſtentis, cum vtriuſque eorum ſit idem
tribunal, conſiſtorium, & officium adeo, vt perſona vnius
20 dicatur perſona alterius. Sbroz. de off. Epiſc. lib.2. q. 57.
num.1.2.3. ideò dicendum eſt etiam familiares ipſius fori
beneficio potiri, & ab ipſo poſſe puniri, ſiue ſint Vicarij
21 ſeruientes, ſiue miniſtri. Boer. d. deciſ.9. num.7. Franc.
Marc. deciſ. Delph.281. in fin. part.1. Sbrozz. de off. Vic.
quæſt.146. num 2. in fin. & num.3.lib.2. Gratian. d. deciſ.
233.num.19. quos ſequitur Bellet. d.§.1.num.19. Barboſ.
22 d. alleg.107.num.15. Aloyſ. Ricc. in prax. reſol.471. n.6.
in fin. Giurb. conſ.88.n.1.in fin. in eo enim relucet digni-
tas Epiſcopalis, & iuriſdictio ſpiritualis, ſicut Sol in
Luna, licet dignitatem Pontificalem non habeat. Sbrozz.
23 d. tract. lib.2. quæſt.26. num.18.verſ. ratione, & quæſt.27.
n.11. verſ. nam, quæ cùm in ſolo Vicario generali veri-
ficentur, non erunt trahenda ad Vicarium foraneum,
qui non facit idem tribunal cum Epiſcopo. Sbroz. dict.
tractat. lib.1. q.23.n.9. hic enim Prælatus non dicitur,
24 cùm tamen Vicarius generalis Prælatus dicatur ratione
dignitatis, & iuriſdictionis. Barboſ. de off. Epiſc. part.3.
alleg.54 n.132.135.

Nec obſtat tale priuilegium fuiſſe conceſſum Epiſco-
pis, qualis dici non poteſt Vicarius. Felin. in c.2.n.1.verſ.
ſolue, de for. compet. quia ratione vnitatis appellatione
Epiſcopi comprehenditur etiam Vicarius, & ſæpe hoc ob-
ſeruatum eſt in Conc. Trid. vbi conceſſa Epiſcopis per-
mittuntur etiam Vicario, niſi taxatiuè loquatur; verè
25 enim nomine Epiſcopi intelligitur etiam eius Vicarius,
ſi res ei conuenire poteſt. Gloſſ. in c.vnic.verb per Epiſc.
vbi etiam Gem. ibi; Nota benè, & Franch. n.3. de capell.
monach. in 6. Felin. in c.ſi quis contra, n.3.verſ ſed caue, de
for. comp. Sbroz. de off. Vicar.lib.2.q.43.n.28. latè Sanch.
de matrim. lib.3. diſ.29.n.16. verſ. ad 2. dico.

Quid dicendum de Abbatibus, & aliis Prælatis haben-
tibus territorium diſtinctum, & iura Epiſcopalia, vſum-
que mitræ, & baculi cum poteſtate iuriſdictionis, vt eſt
Abbas Guardiſtalli, & Archipresbyter Carpi, qui ha-
bent vſum Pontificalium? vtique non reperio ſcriptum, 26
quòd horum familiares gaudeant priuilegio fori, & cùm
illud fuerit Epiſcopis ſpecialiter conceſſum, Capyc. deciſ. 27
22.n.1.2 Gratian. d. deciſ.233.n.2. Mart. de iuriſd. part.4.
caſ.111.num.4. non videtur ad alios Prælatos trahendum, 28
l.quod vero, ff. de legib.

Attamen ſentio horum quoque familiares, & mini-
ſtros eorum officio neceſſarios à poteſtate ſæculari eſſe
exemptos, nam cùm tales Prælati in ſua diœceſi plenam
habeant Epiſcoporum iuriſdictionem, ab illiſque ſola 29
conſecratione differant, vt inquit Sanchez de matrimon.
lib.8. diſp.2. num.12. verſ. ſecundò quia, & Diœceſani
appellatione comprehendantur, idem Sanchez d. tract.
lib.3. diſp.29. num.16.verſ. ad 1. confirmationem, Gratian.
diſc. for. lib.2.cap.212.num.9. ipſique ea expediant, quæ
propria Epiſcoporum ſunt, circa iuriſdictionem, Sanchez
d. diſp.2. num.11. in fin. Barboſ. de off. Epiſc.part.2.alleg. 30
32 num.31. non video, cur eis debeat denegari idem
priuilegium, quod non fundatur in poteſtate ordi-
nis, ſed potiùs dignitatis, propter quam etiam ipſi Or- 31
dinarij vocantur. Barboſ. de off. Epiſc. part.2. d.alleg.32.
num.30.31.

Ideò hoc idem erit extendendum ad Vicarios etiam
Capitulares, necnon Prælatorum habentium iuriſdictio-
nem quaſi Epiſcopalem, quoniam hi omnes Ordinarij
ſunt, & nomine Ordinariorum comprehenduntur. Pariſ.
de reſign. benef. lib.3. quæſt.22. num.19. & ſeqq. Sanchez 32
de matr. lib.3. diſp.25. n.10. & diſp.29. n.4.5. Sicut enim
Epiſcopus poteſt habere familiares, & ſeruientes armatos,
ſic etiam Vicarius ratione vnitatis. Sbroz. de off. Epiſc.
lib.2 q.147. num.1. quod non debet negari aliis Vicariis, 33
qui pariter Ordinarij dicuntur, & ratione officij habent
eandem neceſſitatem.

Hæc autem, quæ diximus, non ſolùm procedunt in fa-
miliaribus Epiſcoporum, ſed etiam quoad alias perſo-
nas ei neceſſarias, & vtiles in exequendo officio, quales
ſunt Notarij, & Cancellarij, Nuncius, Fiſcalis, Cuſtos
carceris, Executores, & familia armata, quos ſatis conſtat 34
exemptos eſſe à iuriſdictione ſæculari, donec in officio
maneant, etiamſi expenſis Epiſcopi non viuant. Boër.
d. deciſ 9. num.7. 8.9. Sbroz. de off. vic. lib.2. q.146. n.2.
latè Grat. d. deciſ.233. num.6.7. & ſeq. & d.c.340. n.1.2.
& per totum, & cap.341.n. 1. 3. & ſeq. Leon. Theſ. for.
Eccl c.11.n.18. Bellet. d. §.1. n.16.17.18. Mar. Antonin.
reſol.75. n 5. lib.1. Barboſ. de off. Epiſc. part.3. alleg.107.
n.11.12.13.14.15. latè Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 471.
n.4.5 8.11. latè Giurb. conſ.88.n.10.

Benè verum eſt, quòd aliqui conantur reſtringere hoc
priuilegium, vt procedat ſolùm in iis, qui viuunt expen-
ſis Epiſcopi, & quando delinquunt in officio. Boër.
d. deciſ.9. num.7. Verumtamen verius eſt, & receptius
eos indiſtinctè frui dicto beneficio, ſiue viuant ſuis ex- 35
penſis, dummodo ſeruiant, ſiue extra officium delin-
quant. Capyc. d. deciſ.12.n.1. latè Gratian. d.cap.340. &
341. vbi reſoluit omnia. Bellet. d. §.1. n.22. latè Giurb.
conſ.88.n.4.14. vbi etiam ait ita fuiſſe reſolutum in S.R.C.
præſente Prorege.

Hæc tamen non procedunt in colonis, & ruſticis Epi-
ſcopi, & aliis etiam ſeruientibus, qui eius expenſis viue-
rent, longè tamen ab eius perſona. Abb. in d.c.2.n.6.verſ. 36
quid, & ibi Felin. n.3. de for. compet. Dec. d. cap.9. n.58.
Farin. d.q.8. n.46. in fin. Surd. conſ.301. n.69.70. Alder.
Maſc. de Stat. d.concl.1.n.150.151. hi enim verè familiares
dici non poſſunt, nec pertinentes ad officium Epiſcopale,
provt requiritur.

Multi etiam putauerunt hoc idem fori priuilegium fo-
re



re conceſſum famulis, & familiaribus clericorum, & Sa-
37 cerdotum, vt Calcan. conſ.71.num.3. & alij, de quibus Me-
noch. d. conſ.562.num.7.verſ.2. Duard. in Bull.Cœn.Dom.
caſ.15.q.8.concl.2.n.4. verſ.2. ſed verius eſt, & receptius,
hos non eſſe ſubiectos foro Eccleſiæ. Abb. in d.c.2. n.6.
& ibi Felin. de for.compet. Theſaur. d.deciſ.22.n.5. Decian.
d.cap.9.num.57. Farin. d.quæſt.8.n.46. Menoch. d.caſ.562.
num.4.11. Maſcard. d.concl.1.num.135. Grat. dec.233.n.4.5.
verè enim omnes fatentur hoc eſſe ſpeciale in famulis
Epiſcoporum, quia multa concedunt Epiſcopis, quæ aliis
denegantur. Giurb. conſ.88. num.2. verſ.multa.

Hoc tamen fallit in ſeruis perpetuis, quorum dominium
reſidet penes clericum, vel Eccleſiam, de quibus iudica-
38 tur ſicut de bonis clerici, vt hi ſequantur dominũ, & illius
fori priuilegio gaudent. Abb. in d.cap.2 num.6. & ibi DD.
de for.compet. Decian. d.cap.9.num.57. Menoch. d.caſ.562.
num.11. Farinac. d. quæſt.8. num.46. verſ. verùm proprij.
Maſcard. d. concluſ.1. num.136. Grat. d. deciſ.233.num.5.
Duard. can.15. quæſt.8. concluſ.2. num.4.

Secundò fallit, quando exinde ſequeretur, vt clerici li-
berè non poſſent ſuo vti priuilegio, velut ſi famuli cleri-
corum ita detinerentur à domino temporali impediti, vt
39 non poſſent eorum dominis ſeruire cum graui eorum
incommodo: ita Felin. in d. cap.2. num.2. & ibi DD. de
for. compet. Menoch. d.caſ.562. num.11. Tuſch. littera E,
concluſ.27. num.32. Maſcard. d.concluſ.1.n.136.ad fin. alias
declarationes vide apud Theſaur. d. deciſ.22.num.5.6. Me-
noch. d.caſ.562.num.11. & ſeq. Maſcard. d.concl.1.num.136.
& ſeqq. Tuſch. litter.E, concluſ.27.

Non tamen omittam dicere eos, qui habent litteras
familiaritatis Epiſcoporum ſine ſpeciali ſeruitio, non
40 gaudere fori priuilegio, quia verè non ſunt in famulatu,
& ſeruitio: ſic Abb. in c.dilectus, num.8. de cler.non reſid.
Grat. d.cap.340.num.20. Bellet. d.§.1.num.23. reliquos au-
tem, qui habent veram familiaritatem, certum eſſe exem-
ptos eſſe iuriſdictione ſæculari, etiamſi Epiſcopus degat
extra ſuam diœceſim, quia dignitatem Epiſcopalem ſem-
per ſecum defert, inſtar Epiſcopi titularis, de quo ſatis
vidimus, & propterea reſpectu familiaritatis iſte Pezzo-
lius à foro Epiſcopali poterat dici exemptus, cùm pro
medico deſeruiret. Gratian. d. cap.340.num.10. lib.2.

Verùm circumſcripto etiam familiaritatis titulo ad-
huc videbatur dictum Pezzolium eſſe remittendum ad
Curiam Epiſcopalem, quia clericus erat prima tonſura
initiatus; vnde facta fide in actis de eius clericatu per lit-
teras Epiſcopi patentes, Iudex Eccleſiaſticus licitè po-
tuit inhibere iudici laico, parte etiam non citata. Alex.
41 conſ.149.num.4.lib.6. Petr. Caball. caſ.223.num.85. cent.3.
Guazz. tract. de defenſ. lib.1. defenſ.1.cap.3. num.4. in fin.
quia ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognitio, an cle-
ricus gaudeat beneficio fori, & remittendus ſit, vt ex d.c.
ſi Iudex laicus, de ſent.excommun.in 6. inquit Couar. pract.
qq. c.33.n.1.in fin. Maſcard. de probat.d. concl.689. num.7.
Menoch. de præſ. lib.4. præſ.76. num.34. Prax. Gen. Ar-
chiep. cap.35.num.11. Marth. de iuriſdict.part.2. cap.31.
num.1. & num.16. Bellet. diſq. cler. part.1. de fauor. cler.
42 perſon.§.14. num.13. Bonac. de indic. quæſt.2. punct.1. §.4.
num.8.verſ.reſpondeo. Grat. diſc.for.cap.190.num.13. Barboſ.
ad Concil. Trident. ſeſſ.23.cap.6.in verſic.quando reus. Mar.
Antonin. reſ.48. num.1.3. lib.3.

Et ne cognitio huiuſmodi eluſoria reddatur, interim
ſæcularis iudex ſuperſedere debet, manente tamen reo in
carcere laicali, donec viſum fuerit, an remittendus ſit.
43 Bald. in l. ſi qua, num.4.verſ tamen interim, C. de Epiſc. &
cler. Couar. d. cap.33. num.3. verſ. fortaſſis. Tuſch. pract.
concluſ. littera C, concluſ.385. num.18. Mar. Antonin. re-
ſol.48.num.3 in fin.lib.3. Guazzin. d.cap.3.num.4. Dec. tra-
ctat.crimin.lib.4.cap.40.num.1.part.1. Mart. de iuriſdiction.
part.2.cap.32.num.42. Bellet. d.§.14.num.5.8 quod proce-
dit etiamſi dubitetur, an habitus, in quo captus reperitur,
ſit laicalis, vel clericalis, adhuc enim hæc iudicis Eccle-
44 ſiaſtici cognitio eſt. Couar. d.c.33.n.1.ad fin. Guazz. d.c.3.
num.2. Maſc. d.concl.689.num.9. Bellet. d.§.14.n.4. pulchrè
Mart. d.c.31.num.24.26.27. Sacc. in prax.d.cap.11.num.8.
Farin. d.quæſt.8.num.34. Bonac. d.quæſt.2 punct.1.§.4.n.18.
Antonin. Dian. mor.reſol.part.1.tract.2.reſol.27.

Et hæc adeò vera ſunt, vt Epiſcopus, curiaque Eccle-
ſiaſtica teneatur repetere clericum etiam inuitum, & re-
mitti recuſantem, à fortiis ſæcularis domini, dato etiam,
quod ſe laicum fateretur, & talis repetitio facienda eſt
ſumptibus clerici, ſi fuerit ſoluendo, ſin minùs, expenſis 45
Epiſcopi, qui ſi negligat, pœna dignus erit. Ita probat
textus in d.c.ſi iudex laicus, de ſent.excommun.in 6. Couar.
d. cap.33. num.2. verſ.his accedit, Clar. d.quæſt.36.num.22.
verſ.debet, Decian. d.tract.crimin.part.1.lib.4.cap.9.n.116.
in fin. Prax.Gen.cap.7.num.6. Bellet. d.tit.de fau.cler.perſon.
§.12.num.14.15.17. Farin. d.quæſt.8.num.46.verſ. ampliat. 46
18. Bonac. d.quæſt.2. punct.1. §.1. num.7. Gratian. d. cap.
190.num.1.2.7.8. Ricc. in prax. de rebus Eccleſ.non alien.
reſol.25. num.1. in fin.

Neque neceſſe eſt probare dictum Pezzolium habere
omnia requiſita, de quibus in d.Conc. Trid.c.6. quia tan-
tum agitur ad finem remiſſionis, non fruitionis priuile-
gij fori; illa enim probanda ſunt in plenaria clericatus
cognitione, non ad effectum remittendi clericum ad iu-
dicem Eccleſiaſticum, pro quo ſufficit tanta præſumptio,
quæ transferat onus probandi in aduerſarium, velut ſi
fama erat eum eſſe clericum, vel ſi pro clerico reputaba-
tur, vel incedebat in habitu, ex d.c. ſi iudex laicus. Farin.
d.quæſt.8.num.44. Guazzin. d.cap.3.num.9.verſ.quintò, Bel-
let. d.§.14.num.14. verſ.tertiò, clericatus enim ſolet etiam
probari ex fama, & reputatione, Borell. in ſum. deciſ.tit.2.
num.140. part.2.

Hic autem habemus ordinationis ipſius litteras cleri-
catus patentes, & inſtrumentum Cancellariæ, quibus cer-
tum eſt probari clericatum, cum ſtetur atteſtationi Epi-
ſcopi. Bald. in d.l.ſi qua, num.5. Farin. d.q.8.num.40. & deciſ. 47
67.poſt conſ.crim. Borell. d.tit.2.num.141. Coccin. deciſ.97.
num.4. Ludouiſ. deciſ.78.num.5. & deciſ.490.num.6. Garz.
de benef.part.7.cap.1.num.139. Bellet. d.§.14.num.11. Ricc.
collect.deciſ.729.verſ.ſextò, Guazzin. d.cap.3.num.9.

Vnde hoc ſatis, & abundè ſufficit ad obtinendam dicti
Pezzolij remiſſionem ad iudicem Eccleſiaſticum, quia
videtur eſſe notoria clericatus probatio; vbi enim laicus
videt litteras ordinationis, debet ſtatim committere re-
miſſionem. Bald. in d.l.ſi qua, num.4.verſ.ſed pone, pulchrè 48
Alex. conſ 149. num.5. lib.6. Tuſch. littera C, concluſ.378.
num.20. & concluſ.385. num.19. 32. Guazzin. d. cap.3.
num.9. vide Menoch. d. præſ.76.num.31. clarè Decian.
d. tract. crimin. part.1. lib.4. cap.9. num.26. & num.112.
vbi inquit iudicem ſæcularem viſis litteris ordinationis
debere remiſſionem facere, neque anxiè diſcutere, an
aliquid contra eos valeat opponere. Prax. Archiepiſc.
cap.7. num.11. Verè enim paria ſunt, arreſtatum fuiſſe in
habitu clericali, vel maniſtum eſſe, quod ſit clericus.
Guazzin. dict. cap.3. num.6. verſiculo, ſed Nau. Sed 49
eſto, quòd verſaremur in dubio, adhuc iudex laicus
debet facere remiſſionem, vt poſt Ægid. conſ.20. in fin.
inquit Tuſch. d. concluſ.378.num.25. Seraphin. deciſ.741.
num.5.

Benè verum eſt, quòd alij ſenſerunt non ſatis probari
clericatum ad effectum etiam ſolius remiſſionis per pro-
tocolum Notarij, & ſecretarij Epiſcopi, vbi ille deſcri-
bit, quòd fuit ordinatus, vel tonſuratus, quando captus
non eſt in habitu, neque in tonſura, non in poſſeſſione
clericatus, vt inquit Ægid. conſ.10. circa primum, Tuſch.
pract.concl.d.littera C, concl.378. num.49. Quod mihi non 50
probatur, & agnoſco eſſe contra communes, & veras
DD. traditiones, qui ſingula hæc de per ſe conſiderarunt
ad effectum remiſſionis; nam ſi aliunde probaretur quaſi
poſſeſſio clericatus, vel ex tonſura, aut ex habitu, vel fa-
ma, horum vnumquodque ſufficeret pro remiſſione, vt
vidimus, ideóque nullius efficaciæ agnoſcerentur litteræ
Epiſcopi patentes, ſeu Notarij rogitus, vbi ille clerica-
tum

tum aſſumpſiſſe demonſtratur, rei enim ſatis demonſtratæ fruſtra additur alia demõſtratio; & ideo loquendo propriè de eo, qui ſine habitu captus eſt, ſed oſtendit Epiſcopi litteras, remittendum eſſe dixit Bald. in d. l. ſi qua, num. 5. verſ. ſed pone, C. de Epiſc. & cler. quem retentis iiſdem terminis ſequuntur Alex. d. conſ. 149. num. 5. Decian. d. cap. 9. num. 112. Menoch. d. præſ. 76. num. 31. & alij, de quibus ſupra. Non nego tamen, quod ſi quis poſtquam fuit ordinatus, notoriè diu ſe geſſit pro laico, & fecit patenter actus cum clericatu incompatibiles, & communiter habebatur pro laico, & hoc ſatis conſtabat iudici, ſi tunc oſtenderet inſtrumentum ſuæ ordinationis, non crederem ſtatim faciendam eſſe remiſſionem, quia talis petitio videtur calumnioſa, vt videntur probare textus in d. c. ſi iudex laicus: & ibi DD. de ſentent. excommun. in 6. & in his terminis poſſunt intelligi Ægid. & Tuſch. in dictis locis, alioquin Tuſchus contrarius eſſet iis, quæ dixit dicta littera C, concluſ. 378. num. 20. & concluſ. 385. num. 19.

Ad effectum igitur remiſſionis prædicta ſufficiunt ſingula, quamuis ad effectum, vt intret beneficium fori, neceſſe ſit clericum geſtare habitum, & tonſuram copula-
51 tiuè, d. c. ſi iudex laicus, & Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. vbi plenè Ioan. Sotteal. in verſ. idem erit. Dom. Gem. in d. cap. ſi iudex, & Bald. in d. l. ſi qua, num. 3. Menoch. d. præſ. 76. num. 39. Bellet. d. tit. de fau. cler. perſon. § 8. num. 7. Maſcard. d. concluſ. 1. num. 110. Bonacin. d. quæſt. 2. part. 1. § 4. num. 10. verſ. reſpondeo, cùm tamen ad effectum remiſſionis alterutrum ſufficiat, vel habitus, vel
52 tonſura, ſi tamen non ſit coniugatus, quia in eo vtrumque ſimul requiritur. Zabarell. in c. perpendimus, num. 8. verſ. dic tamen, de ſent. excommun. Cæpol. conſ. 11. num. 42. Rol. conſ. 4. num. 26. 27. lib. 1. Scacc. d. cap. 11. num 95. Farin. dict. quæſt. 8. num 65. verſ. in clerico, Gratian. d. cap. 190. num. 10. Duard. in Bullam Cœnæ Domini, can. 15. quæſt. 4. num. 1. Mar. Anton. reſol. 48. num. 9. 10. lib. 3. & in iiſdem terminis poſſunt etiam intelligi Ægid. & Tuſch. dicto loco; etenim coniugatus ſine habitu nimiam habet laicalitatis præſumptionem, & petendo remiſſionem videtur eſſe in manifeſta calumnia adeò, vt iuſtè ab eo exigatur alia maior probatio, in aliis verò incumbit fiſco probare non concurrere requiſita. Mar. Anton. reſol. 48. num. 25. lib. 3.

Sed in puncto hîc probatum fuit clericatus non ſolùm ex inſtrumento ordinationis, ſed etiam ex dilatione clericalis habitus, cum geſſerit veſtes modò oblongas, modò breues, vt moris eſt clericorum illius regionis, vt dicunt teſtes in variis locis proceſſus, immò vnus eorum dicit tempore arreſti eum fuiſſe in habitu clericali, & alij duo de auditu hoc deponunt, quod ſatis eſſe videtur, maximè cùm ille priùs ſe declaraſſet eſſe clericum, & à notis eius habebatur pro tali, hæc enim ipſum conſtituunt in quaſi poſſeſſione clericatus, cùm tantùm efficiat habitus,
53 quod reputatio, d. c. ſi iudex laicus. Oldr. conſ. 244. n. 9. verſ. ſextò, Tuſch. littera Q, concluſ. 1. num. 1. Mart. de iuriſdict. part. 2. d. cap. 31. num. 7. Prax. Archiep. cap. 7. num 11.

Nihil autem nocet eum fuiſſe arreſtatum cum veſte quadam, quam Vngarinam vocant, ea enim non poteſt dici penitus aliena à clericali habitu, cum probetur multos etiam Sacerdotes ſæpe ſolere ſaltem eo loci ſimili veſte vti, & pro clericali eam habuiſſe Pezzolium credendum eſt, qui ante clericatum ſplendidiùs, & maiori pompa induebatur, quæ efficiunt, vt dici non valeat eius habitum eſſe euidenter laicalem, maximè cum clerici non habeant certum, & determinatum à iure habitum, ſed illis conueniens dicitur, qui conſuetudine loci eis non
54 eſt interdictus, vel reprobatus. Alex. d. conſ. 149. num. 12. lib. 6. Clar. d. quæſt. 36. num. 13. Rol. d. conſ. 4. num. 27. lib. 1. Decian. d. tractat. lib. 4. cap. 9. num. 96. 98. part. 1. Farin. d. quæſt. 8. num. 69. Scacc. d. cap. 11. num. 84. Maſcard. dict. concluſ. 1. num. 112. Mar. Anton. d. reſol. 48. n. 1. verſ. quæ opinio, lib. 3. Bonac. d. quæſt. 2. part. 1. § 4. n. 17. verſ. reſpondeo, Marth. d. part. 2. cap. 34. num. 41. Guazzin. d. cap. 3. num. 3. Barboſ. de off. Epiſc. part. 2. allegat. 9. num. 1. 2. ſufficit autem illum habitum non eſſe notoriè laicalem, & ſi fortè clericus portat veſtes aliquas, quæ pertinent ad clericos, & aliquas, quæ ad laicos, Eccleſiaſticus iudex cognoſcit, quales ſint cenſendæ. Mart. d. tract. p. 2. d. c. 31. num. 27. & ſæcularis non poteſt negare remiſſionem, niſi certum ſit notoriè habitum eſſe laicalem, & non adſit alia clericatus præſumptio, vt ex prædictis conſtat, & in 55
quit Menoch. d. præſ. 76. num. 32.

Accedat, & demus etiam hunc ſine habitu fuiſſe inuentum, tamen cum probatum ſit eum fuiſſe ſolitum in habitu incedere, debet remitti ad Eccleſiaſticum, quia non præſumitur illum dimiſiſſe animo deſerendi, ſed vt fortè melius delinqueret. Farin. d. quæſt. 8. num. 68. meliùs 56
Gratian. d. cap. 440. num. 4. Ricc. in prax. reſol. 530. num. 5. 6. 7. & in collectan. deciſ. 1610. verſ. & 1. part. 5. Bellet. d. tit. de fau. cler. perſ. § 8. num. 14. verſ. reſpondeo, Bonac. d. quæſt. 2. part. 1. § 4. num. 24. Ald. Maſc. de Stat. concl. 1. num. 111. quorum multi dicunt etiam id ita fuiſſe à S. C. iudicatum, quia licèt requiratur perſeuerantia, & frequentia delationis habitus, & ſeruitij ad gaudendum fori beneficio, Menoch. dict. præſ. 76. num. 38. num. 39. tamen ne- 57
ceſſe eſt, vt omiſſio habitus fuerit per plures dies ante, & ſit antea, & cum tali perſeuerantia, vt ille communiter æſtimetur laicus: Ricc. collect. deciſ. 956. verſ. limita tertiò, Decian. d. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 100. part. 1. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 9. num. 10. part. 2. Maſcard. d. concl. 1. num. 111.

Addere poſſumus ſatis controuerſum eſſe, an per non delationem habitus perdatur priuilegium fori ſine præuia trina monitione, vt iure ſcriptum reperimus in c. fin. de vit. & hon. cler. c. contingit, il ſecundo, de ſent. excommun. 58
quorum correctionem cum non videamus, adhuc ſtare dicendum eſt, & propterea neceſſariam eſſe talem monitionem voluerunt Boſſ. in prax. titulo de for. comp. num. 127. in fin. & num. 133. 140. Couar. pract. qq. d. c. 33. n. 1. 6. Clar. d. quæſt. 36. num. 19. verſ. hæc autem. Rol. d. conſ. 4. num. 31. lib. 1. Decian. d. lib. 4. cap. 9. num. 89. par. 1. de magis de communi Farin. d. quæſt. 8. 60. 61. Mart. de iuriſd. part. 2. cap. 32. num. 31. 32. 33. Tamen mihi magis placet altera opinio poſt Concil. Trid. & veriorem eſſe exiſtimo, propter dictionem illam, Niſi, poſitam in dicto Concilio ſeſſ. 23. c. 6. de reform. & ita iudicauit S. Congregatio dicens, quod ſi clericus non incedit in habitu, & tonſura, non requiritur alia monitio, teſte Bellet. d. § 8. num. 6. verſ. præterea, Gratian. d. cap. 190. num. 11. Giurb. conſ. 41. num. 28. Maſcard. d. concluſ. 1. num. 108. Scacc. d. cap. 11. num. 82. Bonacin. d. § 4. num 15. & alij, de quibus ſupra; ſed hoc ita temperandum venit, vt hæc opinio procedat, ſi clericus continuò incederet in habitu laicali, non verò ſi aliquoties illum dimiſerit: latè Ricc. dict. reſolution. 530. num. 4. 5. 6.

Rectè igitur proceſſum eſt ad inhibitionem; verùm, quia fiſcus ſæcularis poſtea debet citari, & ille, cuius intereſt, Farinac. d. quæſt. 8. num. 37. Guazzin. d. cap. 3. n. 7. 59
Mar. Antonin. reſol. 48. num. 24. lib. 3. id per edictum factum eſt, & cœpit haberi cognitio, an facienda eſſet remiſſio, cùm id ſpectet ad Eccleſiaſticum iudicem, cui ſæcularis credere, & ſtare eius interlocutoriæ debet, dum pronunciat captum eſſe in poſſeſſione clericatus, & eſſe remittendum, teſte Bald. in d. l. ſi qua, num. 5. C. de Epiſc. 60
& cler. Alex. d. conſ. 149. num. 5. lib. 6. Mar. Antonin. reſol. 48. num. 5. lib. 3. Tuſch. d. littera C, concluſ. 378. numero 21. vide Guazzin. d. cap. 3. num 7. vbi inquit à tali decreto non dari appellationem ad effectum ſuſpenſiuum, ſed faciendam eſſe remiſſionem, ſaluo iure recuperandi illum, ſi conſtiterit non gaudere fori priuilegio. Verùm ſi iudex laicus obſtinatè renuat remiſſionem, ipſo iure erit excommunicatus, & talis declarabitur. Gloſſ. in d. c. ſi iudex, verſ. fecerit, Bald. in d. l. ſi qua, num. 2. Guazzin. 61
d. cap 3. num. 9. verſ. benè, Bellet. d. tit. de fauor. cler. perſ.



§ 12. num 2. vbi inquit idem eſſe, etiamſi non petatur remiſſio.

Nil nocet dictum Pezzolium fuiſſe captum in habitu breuiori, quia talem, vtplurimum ſolent geſtare clerici in oppidis, & ruri, & ſæpe etiam ſubtus eum ſolent geſtare veſtes coloratas, & cingulum ad collum, quæ licet non laudem, quia tum ille tibiis, & calcaribus erat indutus, cognoſcimus fuiſſe in actu itinerandi, quo caſu certum eſt
62 ei licuiſſe veſtibus vti breuioribus. Barboſ. de off. Epiſc. part. 2. alleg. 9. num. 21. quod etiam in clericis minorum ordinum tolerabile eſt, vnde in Hiſpania hi gerunt veſtes genua tantum operientes. Barboſ. d. alleg. 9. num. 7.

Accedat ſatis conſtare in proceſſu dictum Pezzolium viſum eſſe inſeruire Sacerdoti celebranti in Eccleſiis SS. Stephani, & Laurentij, & Presbytero renuente, ſe declaraſſe id facere vt clericum, quod multùm confert ad fori priuilegium, pro quo licet non ſufficiat vnicum ſeruitiũ, quia requiritur frequentia, & perſeuerantia in ſeruitij
63 præſtatione, ex dicto Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. Cened. pract. & can. qq. lib. 1. quæſt. 4. num. 25. Barboſ. ad dictum cap. 6. in verb. alicui, Menoch. d. præſ. 76. num. 38. tamen conſtituit eum in quaſi poſſeſſione ſeruitij, vt incumbat neganti probare ſeruitium non fuiſſe frequens.

Et circa tonſuram, ſi verum eſt, quod vnus teſtis dixit, ſcilicet Pezzolium habere caluitiem ſuper apice capitis, de qua etiam multi alij aliquid dicunt, non eſt quærendum de tonſura, quia propter hoc excuſatur ab ea ge-
64 renda. Clar. d. quæſt. 36. num. 17. Ricc. d. reſol. 530. num. 7. in
65 fin. Bonac. d. quæſt. 2. part. 1. § 4. num. 16. verſ. hinc ſequitur: vbi enim extat iuſtum impedimentum ne tonſura geratur, id non priuat quemquam priuilegio fori. Mar. Antonin. reſol. 48. num. 2. verſ. ſecundò, lib. 3.

Hinc dicendum eſt, non obſtare ex aduerſo allegata; nam ſi volumus loqui de dicto Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. diſponente clericum minorum Ordinum non frui priuilegio fori, niſi inſeruiat Eccleſiæ, & gerat habitum, & tonſuram, quia hic tractatur de remiſſione facienda, in qua prædicta non requiruntur copulatiuè, vt viſum eſt, facta autem remiſſione iuxta terminos dicti cap. ſi iudex laicus, de ſentent. excommunic. in 6. & ibi DD. tunc in plenario iudicio cognoſcetur, an in dicto Pezzolio verificentur alia per dictum Concilium requiſita, quia aliud eſt declarare reum eſſe remittendum, aliud gaudere priuilegio fori: ita Mar. Antonin. reſol. 48. num. 4. verſ. tertiò, lib. 3.

Pariter poſſem dicere non obſtare Conſtitutiones Clementis VII. & Pauli III. quia ſunt locales pro regno Neapolis, vt habetur penes Decian. tract. crimin. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 88. Mart. de iuriſdict. part. 2. cap. 32. num. 38. ſicut neque obſtat aliqua conſuetudo, quia pariter eſt localis, & licèt eſſet immemorabilis, non valet
66 contra exemptionem clericorum: cap. clerici, vbi gl. de iudic. Rol. d. conſ. 4. num. 12. lib. 1. de communi Scacc. d. c. 11. num. 42. latè Bellet. d. tit. de fauor. cler. perſ. § 3. num. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeqq. Sed quia magis mihi placuit opinantium non eſſe neceſſariam monitionem ad perdendum fori priuilegium ob non delationem habitus, & id credo verius eſſe, & receptius, ideo vel dicam hic ſatis verificata eſſe Concilij requiſita, vel non eſſe neceſſarium, quia agitur de ſola remiſſione facienda.

Tertiò igitur non obſtat clericatum non præſumi, quia hic, & nunc ad effectum prædictum de eo ſatis conſtat per inſtrumentum ordinationis, & quaſi poſſeſſionem habitus, & ſeruitij, rationibus, & cauſis ſuperiùs allegatis.

Quartò non obſtat negandam eſſe remiſſionem, ſi laicus Iudex ſtatim detecto capite arreſtati non inueniat tonſuram, quia vel hæc doctrina procedit tantùm in eo, qui continuò ſe gerit pro laico, nec aliquando veſtes gerit clericales; vel non eſt vera, & propterea reprobatur per Ricc. d. reſ. 350. num. 7. Bonac. d. quæſt. 2. p. 1. § 4. n. 14. circa finem: & ideò ſæcularis iudex in dubio debet eum, qui ſe clericum dicit, remittere ad Eccleſiaſticum, vt co- 67
gnoſcat, an talis ſit, vt poſt Bellam. conſ. 10. num. 3. in fin. inquit Seraph. deciſ. 741. num. 5.

Quintò non obſtat ad laicum pertinere cognitionem, an veſtes ſint clericales, quia verius eſt, & receptius id ſpectare ad Eccleſiaſticum, vt vidimus, & inquit Guazzin. d. cap. 3. num. 2. niſi dicere velimus, opinionem illam procedere ad finem tantùm, vt iudex laicus à ſe ipſo ſummariè ſe informet, an arreſtatus ſit clericus, vt valeat 68
etiam irrequiſitus, vt debet, illum remittere, non vt priuet Eccleſiaſticum tali cognitione: ſic Decian. dict. tract. crimin. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 111. Farin. d. quæſt. 8. num. 34. in fin. Menoch. d. præſ. 76. num. 15. Caball. d. caſ. 60. num. 15. Mart. de iuriſdictione, part. 2. cap. 31. num. 2. Bonac. d. quæſt. 2. part. 1. § 4. num. 10.

In quo animaduertant iudices laici, ne ſe cenſuris inuolant, quas vt chriſtiani timere debent; nam in caſibus, vbi poſſunt arreſtare clericum, tamen non poſſunt illum in carceribus retinere vltra viginti horas. Gloſſ. 69
in l. capite, & ibi Bart. ff. de adult. Abb. in cap. cùm non ab homine, num. 11. de iudic. de communi Farinac. dict. quæſt. 8. num. 118. Bellet. dicto loco, § 11. n. 2. & ideò etiamſi non requiratur, curet tamen quamprimum remittere. Bellet. d. loco, § 12. num. 1. 2. Mar. Antonin. reſol. 18. num. 8. verſ. benè, lib. 3. hoc igitur caſu infra id tempus nemine etiam inſtante ſe informet de veritate, ſi id vult, non vt cognoſcat de clericatu, ſed vt clericum remittat. Caball. d. caſ. 60. num. 10. 13. 15. latè Guazzin. d. cap. 3. num. 10. ad rem Antonin. Dian. mor. reſolut. part. 1. tract. 1. reſolut. 11. qui neque admittit poſſe iudicem laicum detinere clericum per viginti horas, ſed ſtatim debere remittere.

Sextò itaque non obſtat arreſtatum in habitu laicali interim eſſe cuſtodiendum in carceribus iudicis laici, donec fuerit cognitum, an gaudeat fori priuilegio, quandò id procedit, vbi nulla habetur clericatus coniectura. Verùm ſi fama eſſet eum eſſe clericum, vel ſi pro clerico reputaretur, vel alio modò haberetur fumus de clericatu, proinde eſt, ac ſi in habitu clericali eſſet captus, & ideò ſtatim debet ad Eccleſiaſticum remitti. Farinac. dict. quæſt. 8. num 36. Guazzin. d. cap. 3. num. 9. 70
verſ. quintò, pulchrè Bellet. d. § 14. num. 7. Propterea ſi de clericatu notoriè conſtet per inſtrumentum ordinationis, vt hîc, ſtatim debet fieri remiſſio. Menoch. d. præſ. 76. num. 31 vt vidimus.

Septimò nihil obſtat, quod dictum eſt, ſcilicet ad priuilegium fori requiri copulatiuè delationem habitus, & tonſuræ, quia id procedit, vbi tractatur de plena fori cognitione, ſecus ſi de ſola remiſſione, niſi verſaremur in clerico coniugato, in quo vtrumque requiritur, vt vidimus; & ſic habetur apud Farinac. d. quæſt. 8. num. 65. & Gratian. d. cap. 190. num. 10.

Octauò non obſtat Pezzolium fuiſſe cum armis inuentum, & arreſtatum, quia ſi ea geſtabat ſine iuſta cauſa, à ſuo iudice debet puniri iuxta diſpoſitionem iuris, & ſynodalium conſtitutionum. Lopez ad Diaz pract. crim. cap. 55. verſ. itaque veriſſima, Farin. quæſt. 108. n. 24. non tamen idcircò ſpoliandus eſt fori priuilegio, vt ex cap. audientiæ, 71
de ſentent. excommunic. Gratian. d. cap. 190. numero 9. & cap. 440. num. 4. Prax. Archiep. Neap. cap. 92. num. 6. in magnis, Caball. reſolut. crimin. caſ. 9. num. 14. Farin. in prax. quæſt. 108. num. 24. Ioan. Gallemart. ad Concil. Trident. cap. 6. in verbo Alicui, verſ. Clericus, vbi inquit ſic deciſum à Sacra Congregatione, quæ adeo vera ſunt, vt etiamſi clericus incumbat militiæ (intelligo, ſi incedat 72
in habitu) non priuatur Eccleſiæ foro ante trinam monitionem. Bellet. d. tit. de fau. cler. perſon. § 9. num. 2. verſic. quod tamen, & in propoſito iure merito ſub die 25. Ian. 1602. S. Congregatio redarguit Epiſcopum Litij, quia edicto ſuo priuauerat fori priuilegio clericos cum armis inuentos; quos quamvis multi opinati ſint eſſe mulctandos pœnis impoſitis à Principe ſæculari contra 73
deferen

deferentes arma,vt per Clar. *in §.fin. quæſt.36. n.26. verſ. Vlteriùs quæro*, tamen verius eſt puniendos eſſe arbitrio iudicis ſecundùm diſpoſitionem iuris,& conſtitutionum ſynodalium: ita poſt Couar.*pract.qq.cap.33.num.7.*Lopez de Salzed.*ad Diaz.in pract.crim.cap.55.verſ.itaque veriſſima opinio*, quos ſequitur Menoch. *de arb. iudic. caſ.394. num.33.*Farin *quæſt.89.num.96.in fin.*& *quæſt.108.num.24. in fin.* & ego habui in facto de anno 1629. quo tempore fiſcalis fori ſæcularis cuiuſdam terræ inſtabat puniri clericum inuentum cum piſtola, pœnis proclamatis, & tamen nolui id facere, ſed eum multaui iuxta conſtitutiones ſynodales; & ita ſeruatur.

In hoc autem animaduertendum eſt,non licere familiæ iudicis ſæcularis de die aut nocte arreſtare clericum, & perquirere, an habeat arma, niſi de licentia iudicis Eccleſiaſtici,tamen ad obuiandum delicto poterit eum in
74 fragranti repertum capere, & ſine dedecore ad ſuum iudicem ducere vnà cum armis, vt ſæpè euenit meo tempore. Abb. *in cap. vt famæ, de ſentent. excommunicat.* Decian. *dict. lib.4. cap.9. num.118.* Prax. Archiep. Neap. *d. cap.92.*aliàs eſt *cap.75. num.6.* Leon. *in Theſaur. for. Eccleſ. part.3. cap.7. num.152.* Alder. Maſcard. *de Statut. d. concluſ.1.num.242.*vbi valde bene Bellet.*d.tit.§.11.num.1. verſ.ſextus.*Homobon.*de exam. Eccleſiaſtico tract.10.cap.2. in verſ.quartò,part.2* pulchrè Mart. *de iuriſdiction. part.4. centur.1. caſ.7. num.20.* quem videas, quia rem perbellè, & doctè dilucidat, & declarat Antonin.Dian.*moral.reſol. part.1. tract.2. reſol 9.*

Non tamen credas licere lictoribus dicti iudicis ſæcularis clericum ſic inuentum armis ſpoliare, & ſibi retinere,vel ſi venationi,piſcationi, vel aucupationi incumbat, minus licet dictis lictoribus,ſeu biroariis eundem priuare canibus, retibus vel auibus, quia non ſunt ſubditi,nec ligantur edictis laicalibus ſuper hoc promulgatis. Duard. *in Bull. Cœn. Domini can.15. quæſt.17. num.42.* latè Antonin.Dian.*mor.reſol.part.1.tract.1.reſol.6.* hæc enim fieri non poſſunt,niſi de mandato iudicis Eccleſiaſtici,& ſemper lictores arma clerici arreſtati debent relinquere in poſſe Curiæ Eccleſiæ, necnon alia inſtrumenta venationis, vel piſcationis, quibus non poſſunt clericum ſpoliare, & ſi contrafaciunt, incurrunt cenſuras latas in Bulla Cœnæ Domini, *can.15.* vbi excommunicantur omnes executores,ſi in cauſis criminalibus contra clericos proceſſerint etiam prætextu priuilegij Apoſtolici, & ſi qui
75 aliter faciunt, vſurpatio dicenda eſt. Petr. Rebuff. *in l. armorum, verſ. primò armorum, ff. de verb. ſign.* ſic etiam Tuſch. *littera I.concluſ.453. num.24. verſ. tamen illud*, & *num.25. verſ. tu dicas.* Vgol. *de poteſt. Epiſc. part.1. c.13. §.12.num.3. verſ.& malè*, Lopez ad Diaz. *in pract.crimin. cap.55.in verb.apud Gallos,verſ.quòd reuocatam.*Mart.*de iuriſdict. part.4. caſ.7. num.20.* pulchrè Alder. Maſcard. *de Stat.d. concl.1.n.242.* de magis communi Guazzin. *de defenſ.reor.part.1.defenſ.20.cap.9 n.11.verſ.ſed contra*,Duard. *in comm.d.Bull.Cœn.Domini,can.15.quæſt.11.num.91. verſ. Martha verò*,& *num.92.*vbi reſpondet contrariis: Bonac. *de leg.diſp.10.quæſt.2.part.1.§.1.n.22. verſ.ſed mihi*, Prax. Archiep.Neap. *d.cap.92. num.6.* vbi inquit in illa Curia euenisse caſum, & familia ſæcularis iudicis reliquit in poſſe Vicarij arma clerici cum eis inuenti. Ego quoque poſſum atteſtari meo tempore in hac Regienſi Curia id ſæpè accidiſſe, & birroarios ſemper ſine difficultate dimiſiſſe arma penes officium Epiſcopale, vbi Vicarius eram. Et quoad propoſitum venationis, & aucupationis de anno 1627.de mandato cuiuſdam Domini temporalis fuerunt ablata retia, & aues, quæ dicebantur eſſe clerici, & publicè in platea omnia combuſta. Verùm re ad Sanctiſſimum delata non bene audiuit, & cauſam commiſit Cardinali Sacchetto Legato Ferrariæ, qui tranſmiſit commiſſarium ad partes, & fabricauit proceſſum contra Dominum illum, & miniſtros eius, iiſque per publicum edictum Ferrariam vocatis fuerunt agitati magnis ſumptibus, & miniſtri carcerati, & Deus ſcit, qualis erit rei exitus: ad rem vide Antonin. Dian. *d. tract.2. reſol. 9.*

Verumtamen multi, licèt perperam, ſenſerunt licere executoribus Curiæ ſæcularis clericos ſic inuentos ſpoliare armis,retibus, & canibus,ſeu auibus, vt per Steph. Aufr. *de pot. ſec. in Eccleſ. reg.1. limit.13.* Ioan.Lopez *in cap. per veſtras, §.1. num.13. de donat. inter vir. & vxor.* Afflict. *in cap. ſi quis ruſticus, num 13.de pac. ten.* Couar. *lib.2. var. reſol. cap.33. num.7. verſ. vtrumque*, Clar. *in §. fin. quæſt.36. verſ. vlteriùs quæro*, vbi Baiard. & Drogh. Menoch. *de arb.iud.caſ.394.num.32.*Vulpel.*de libert. Eccleſ.part.2.num.37.*Farinac. *in prax. d.quæſt.8. num.96.* & *quæſt.108. num.24.* quos tamen confutat Anton. Dian. *mor.reſol.part.1.tract.2.reſol.9.*

Verùm horum ſententia eſt iniqua,& expreſsè contra immunitatem Eccleſiæ, & *canonem 15.dictæ Bullæ Cœnæ Domini*,& qui timent cenſuras, non vtuntur tali practica, & quæ allegantur pro hac ſententia, habuerunt fundamentum vel in vſurpatione quadam Regia, vel in priuilegiis Apoſtolicis, quæ nunc ſunt reuocata per dictam Bullam, vt poſt Rebuff.*d.loco*,inquit Lopez ad Diaz *dict. cap.55.verbo, Apud Gallos,verſ.quod reuocatum*,Tuſch.*dict. concluſ.453. num.24. verſic. tamen illud*: ideóque prima ſententia magis iuſta,& tuta eſt,ac etiam magis communis, & melioribus rationibus fulcita, vt videre eſt apud prædictos Maſc. Mart. Duard. & alios ſupra allegatos; maximè circumſcriptis priuilegiis; nam ſi quis haberet clarum indultum à Sede Apoſtolica, & eius vſum, res remittenda eſſet ad Summum Pontificem, qui de eius validitate iudicaret. Nauar. *in Manual. confeſſ. cap.27. num.50.* Lopez ad Diaz. *dict. capit.55. verbo, Apud Gallos, in fin.*

Denique non obſtat Pezzolium exercuiſſe artem Medicinæ, quoniam licet id clericis ſit interdictum, tamen
ante monitionem non perdunt fori priuilegium. Bellet. 76
*d. loco, §. 9. num.1.* & dato etiam non eſſe neceſſariam monitionem, nihilominus ſub tali prohibitione comprehenduntur ſolum clerici ſacris initiati; nam promotis tantùm ad minores ordines non vetatur exercitium
Chirurgiæ, & Medecinæ, niſi eſſent competenter bene- 77
ficiati, vt ex *cap 1.ne cler.vel monac.in 6.* Abb. *in cap. ſententiam, num.21. 22. extr. eod.* Couar. *in Clem.ſi furioſus, part.2. §.4. num.3. de homicid.* pulchrè Bellet. *diſq. cler. part.1. tit 1. §.30. num 1.* & *§.31. num.1.verſ. quod tamen*, & *num.7.* Leon. *in Theſaur. for. Eccleſ. part.3. cap. 9. num.47. & ſeqq.* Bonacin. *de cenſur. diſp.6. quæſt.4. puncto 5. num.4. verſ. dixi citra*: nec mirum, quia clericus non priuatur priuilegio fori,etiamſi exerceat artem mæchanicam. Tuſch. *pract. concluſ. littera C. concluſ.381. num.4.*

Ex his itaque deueni in ſententiam dictum Pezzolium eſſe remittendum ad forum Eccleſiaſticum,ſaluo iure cognoſcendi in plenario iudicio an frueretur fori priuilegio.Verùm antequam decretum remiſſionis publicarem, ille fuit dimiſſus è carceribus gratioſè,ſolutis tamen quibuſdam leuibus expenſis, quas poſtea pars clerici liberatione non contenta conata eſt repetere, & cùm habuerit recurſum ad Sanctiſſimum,cauſa ab eo fuit commiſſa Illuſtriſſimo Legato Ferrariæ, à quo nunc reſolutio expectatur,non enim tenebatur ad aliquas expenſas, niſi neceſſarias pro facienda remiſſione,quæ cum non fuerit facta, videtur non fuiſſe de cuiuſdam mercede tractandum, & poſt hæc ſcripta cauſa fuit terminata, nec Pezzolius potuit expenſas conſequi,vel aliquid plus,quam ego paratus eram ei concedere, nec fuit proceſſum ad vlteriora contra dictum Pezzolium ſuper delicto principali,ſed omnia ſilentio fuerunt inuoluta.

Namque dato etiam,quòd dictus Pezzolius non haberet omnia requiſita à Concilio Tridentino, adeo vt non gauderet priuilegio fori,nihilominus non ſolùm à iudice laico, ſed etiam ab Eccleſiaſtico poteſt puniri, & iudicari,& locus eſt præuentioni in odium delinquentis, prout

decreuit Sacra Congregatio,teſte Bonacin. *de legibus diſput.10. quæſt.2. punct.1.§.4. num.16.* Dian. *moral.part.3. tract.1.de immun. Eccleſ. reſol.48. verſ.notandum.*Garz.*de benef.part.2.num.16. 17.* & pulchrè Ricc.*in prax. cleric. part.1. reſol.531. num.3.4.* qui dicunt Sacram Congregationem ita cenſuiſſe, & ponunt rationes, quia Concilium non obſtat Epiſcopo, quin poſſit animaduertere in clericos requiſita non habentes, ſed tantùm voluit eos non poſſe declinare iuriſdictionem fori ſæcularis. Et ita hæc intelligo, ſi habeat aliquod ſignum clericatus, quia ſi penitus vt laicus incederet, aliquid eſſet dicendum.



# CAPVT XXI.

## EPITOME.

Teſtamenti publicatio, in quo clericus, vel Eccleſia, aut locus pius eſt hæres inſtitutus, vel ſubſtitutus, aut honoratus, an fieri debeat coram iudice laico, vel etiam fieri poſſit coram Eccleſiaſtico.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti publicatio quomodo facienda.*
2 *Teſtamentum debet publicari coram iudice illius, qui illud fecit.*
3 *Iudex cauſæ principalis eſt etiam iudex omnium illius cognitionum.*
4 *Publicatio teſtamenti, in quo clericus hæres inſtituitur, coram quo fieri debeat.*
5 *Teſtamentum tempore peſtis requirit ſolùm quinque teſtes.*
6 *Teſtamentum ad pias cauſas ſuſtinetur cum duobus teſtibus etiam non rogatis.*
7 *Piæ cauſæ teſtamentum quomodo ſit priuilegiatum.*
8 *Teſtamentum pium ſine ſolemnitatibus ſuſtinetur etiam quoad extraneos.*
9 *Validata inſtitutione cætera quoque validantur.*
10 *Legatorum piorum cognitio, & executio eſt mixti fori.*
11 *Epiſcopus poteſt exequi legata pia, etiam prohibente teſtatore.*
12 *Exemptus ſubiicitur Epiſcopo in executione piæ voluntatis.*
13 *Pia cauſa facit laicum de foro Eccleſiæ.*
14 *Iudex Eccleſiaſticus exequitur vltimas voluntates non pias poſt annum.*
15 *Teſtamentum quando poſſit publicari coram iudice Eccleſiaſtico.*
16 *Piam adeſſe cauſam quomodo conſtare debeat pro iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici.*
17 *Pia cauſa dicitur, ſi Eccleſiæ, vel pro anima relinquatur.*
18 *Teſtamentum publicatur coram laico, etiamſi clericus ſit hæres.*
19 *Alimentorum cauſa eſt mixti fori, & ab Eccleſiaſtico cognoſcitur.*
20 *Alimentorum cauſa eſt pia, ſi de paupere agatur.*
21 *Laici ſubiiciuntur foro Eccleſiæ in exequenda pia diſpoſitione.*

Ne ſcribam vanum,duc pia Virgo manum.

TEmpore peſtis multa frequenter contingunt, quæ alio tempore valde raró eueniunt, & præcipuè circa teſtamenta, quorum factio tunc difficillima eſt propter neceſſariam plurium perſonarum aggregationem, quæ in eo conficiendo requiruntur, & ſæpiſſimè tunc non datur copia Notarij, quia omnes fugiunt: vnde euenit, vt non raró priuati homines ſcriptis mandent, & conſcribant voluntates morientium, quibus, quia deeſt publica Notarij fides,non præſtatur credulitas,niſi
ſolemnis fiat publicatio, & ſcriptura vltimi elogij re- 1
cognoſcatur, vocatis quorum intereſt, & ſeruatis de iure ſeruandis, de quibus Bart. & DD. *in l. teſtamenta omnia, Cod. de teſtament.* & *in cap. fin. de fide inſtrument.* & alibi.

Hinc eſt,quòd de anno 1631.graſſante in ciuitate Regij & eius territorio peſtilentioſa contagione factum eſt, vt quidam teſtaretur coram teſtibus abſque Notario,& facta eius vxore bonorum vſufructuaria,& eius filiis hæredibus,Eccleſiam,& ſocietates Sanctiſſimi Sacramenti, & Roſarij villæ Butrij illis ſubſtituerit quandocumque deceſſerint: qui cum defecerint nondum facta ſcripturæ recognitione,venit caſus ſubſtitutionis,& propterea R.D. Cæſar Peterlinus dictæ Eccleſiæ Rector coram iudice Eccleſiaſtico produxit ſcripturam teſtamenti inſtans publicari, & pro eius recognitione teſtes examinari. Verùm quia ab inteſtato ſucceſſionem prætendebant, inter cætera de incompetentia iudicis opponentes dicebant talia eſſe peragenda in foro laicorum, & remiſſionem partium ad iudicem ſæcularem fieri petebant: quæritur quid iuris.

Et ſanè res non videtur abſque difficultate, ſiquidem iure ſancitum eſſe dicitur, vt publicatio teſtamenti fiat coram iudice illius, qui teſtamentum fecit,& ſic in eo caſu,vbi defunctus erat laicus, facienda erit coram iudice ſæculari, ad textum *in d. l. teſtamenta omnia, C. de teſta-
ment.* Cùm enim iudex laicus ſit competens cauſæ prin- 2
cipalis, erit etiam omnium cognitionum; quæ ad illam
cauſam ſpectant. Bald. *in d. l. teſtament. num.7.* vbi Iaſ. 3
*C. eod.* & hoc procedit, etiamſi hæres inſtitutus ſit clericus, adhuc enim adeundus eſt iudex teſtatoris.
Gloſſ. *in cap. ſi hæredes, in verb. ab Epiſcopo*, vbi Co- 4
uar. *de teſtament.* & alibi.Carol. Graſſ. *de eff. cleric. eff.1. num.961.*

Verumtamen licet hæc vera aliquo modo dici poſſint, non tamen deſeruiunt pro noſtro caſu, in quo dixi rectè poſtulari publicationem teſtamenti fieri poſſe, & debere in foro Eccleſiæ,etiam contra laicos, non quidem ob priuilegium peſtis, quod aliud non tribuit ad rem noſtram, niſi quòd vbi aliàs in teſtamento requiruntur ſeptem teſtes, efficit, vt tempore peſtilentiæ ſufficiant
quinque,ſecundùm Bald. *in l.fin.*vbi Iaſ.*num.5.C.de teſta- 5
ment.* Iaſ. & Cum. *in l. conficiuntur,§. Codicilli, ff. de iur. codicill.*Barbat.*in c.cùm eſſes, de teſtament.* & *conſ.87.lib.4.* Rip.*de peſt.in rub.de priuil.peſt.*Theſaur.*deciſ.180.num.1.* Puteus *deciſ.372.lib.1.*Gall.*de except.ad ſucceſſ.part.2.tit.2.
except.4.num.1.*ſed ob priuilegium piæ cauſæ,cuius virtu- 6
te teſtantium voluntates maximum recipiunt fomentum, quoniam certum eſt illud teſtamentum, in quo Eccleſia,
ſeu pia cauſa eſt inſtituta, vel ſubſtituta, valere, etiamſi 7
tantùm duos teſtes habeat,non etiam rogatos, quia in eo non requiruntur ſolemnitates iuris poſitiui, ſed tantùm naturalis, & diuini in vtroque foro, ad textum *in c. relatum, de teſtam.*Bart.*in l.1.num.70.C.de ſacroſ.Eccl.*de communi Alex.*in l.ſi certis,annis, n.5.verſ.relictum,C. de pact.* & *conſ.131. num.2. lib.7.* Abb. & DD. *in c. cùm eſſes*, vbi Anch.*de teſtam.*Boer.*deciſ.93.num.3.*Gall.*de except.ad ſucceſſ.part.2.tit.2.except.2.num 1.& num 2* Tuſch.*pract.concluſ.littera T,concluſ.115. num.4.5.* quod adeò verum eſt, vt talis diſpoſitio ſuſtineatur non ſolùm quoad piam cauſam,ſed etiam quoad extraneos in ea honoratos.Butr.
*in cap. quod clericis, de for. compet.* Salic. *in Auth. ceſſan- 8
te, num.7 C. de ſacroſanct. Eccleſ.* de communi Crot. *in l. re coniuncti, num.160. ff. de leg.3.* Iaſ *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, numero 10 Cod. de teſtament.* Clar. *in §.teſtamentum, quæſt.7. verſ. aliquando*, Gall. *d. except.2.num.7.8* Tuſch. *d.littera T, concluſ.116. num.36.*

& *num.*39.Gratian.*diſc.*605.*num.*24. 25. quod tamen in-
tellige, ſi Eccleſia, vel pia cauſa ſit hæres inſtituta, vel di-
9 rectò ſubſtituta, quoniam vbi validatur inſtitutio, cætera
valida eſſe neceſſe eſt. Grat.*d.diſc.*605.*num.*24. vnde pro-
batur aliud eſſe, ſi cauſa pia ſit tantum vocata per viam
legati, aut ſpecialis fideicommiſſi, tunc enim licèt vali-
detur legatum, cætera tamen inualida erunt debitis de-
ficientibus ſolemnitatibus.

Cùm igitur executio teſtamenti, & legati ad pias cau-
ſas data præuentione pertineat ad Epiſcopum, & ad iu-
dicem Eccleſiaſticum etiam contra laicos, quia eſt co-
10 gnitio mixti fori, ad textum *in c. tua*, & *c. Ioannes, de te-
ſtament.* Abb. & Barbat. *in c. ſi hæredes*, vbi Couar. *num* 1.
*eod.* Guttierez *pract.qq.ciuil.lib.*2.*quæſt.*48.*num.*3. Grilinz.
*conſ* 20.*num.*2. 3. Mart. *de iuriſdict.lib.*2.*cap.*10.*num.*2. latè
Barboſ. *de off. Epiſc.part.*3.*alleg.*82.*num.*13.14. quod pro-
cedit, etiamſi teſtator nihil de hoc expreſſerit, vel quod
magis eſt, prohibuerit Epiſcopum ſe impedire in execu-
tione legatorum, adhuc enim Epiſcopus poterit concur-
11 rere in exequendo pio legato, §. *ſin autem*, & § *ſeq.* & §. *in
omnibus, in Auth. de Eccleſ. tit c tua, de teſtam.* DD. *in l. nulli,
C. de Epiſc. & Cler.* Mart. *d.cap.*10.*num.*2. Surd. *de aliment.
tit.*8.*priuileg.*9.*num.*4. Tuſch. *tom.*3. *concluſ.*293. *num.*38.
Barboſ. *d.alleg.*82. *num.*22. in tantùm, quod etiam exem-
12 ptus à iuriſdictione Ordinarij, ſiue ratione S. Inquiſitio-
nis, vel conſeruatoriarum, aut alio reſpectu, adhuc à iu-
dice Eccleſiaſtico tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato
poſſit cogi ad pias teſtantium voluntates exequendas.
Franc. Leo *in Theſaur.for.Eccleſ.part.*2 *c.vlt.in fin.* & pro-
pterea in ſimilibus cauſis laicus non poteſt declinare fo-
rum Eccleſiæ, quia ratione peccati, & fauore piæ cauſæ
13 efficitur de iuriſdictione Epiſcopi. Grilinz. *conſ.*20 *num.*5.
6. Gratian. *diſc.*154.*num.*25. Barboſ. *d.alleg.*82.*num* 17. Gu-
tierrez *d.quæſt.*48 *num.*3. adeò vt quod negligente intra
annum hærede in adimplenda defuncti voluntate execu-
14 tio teſtamenti tam ad pias, quàm ad non pias cauſas de-
uoluitur ad Epiſcopum, *Auth. hoc amplius, C. de fidei-
com.* gl. *in d. c. ſi hæredes*, vbi Couar. *num.* 3. *de teſtament.*
Gutierrez *pract. qq. lib.*1 *quæſt.*44. *num.*4. Genuenſis *in
prax. Archiep. Neap cap.*69.*num.*25. Barboſ. *d.allegat.*82.
*num.*15. vbi rationes redduntur, & præcipuè quòd poſt
annum quodlibet legatum incipit eſſe pium, reſpectu
defuncti, qui ita diſpoſuit, & non habet, qui curet exe-
qui eius voluntatem, vnde habemus quòd Epiſcopus po-
teſt pia legata quandocumque exequi facere, prophana
verò poſt annum. Vbicumque igitur tractatur de pia
cauſa, vel de teſtamento clerici, ſicut iudex Eccleſia-
ſticus eſt competens in principali negotio, ita eſt com-
petens in articulo publicationis, & inſinuationis teſta-
menti, Abb. *in d cap. fin. num.*9. *de fide inſtrum.* Gutier-
rez *d. quæſt.*48. *num.*13.

Et licèt multi putauerint Eccleſiaſticum iudicem eſſe
competentem ſiue agatur de publicando teſtamento
clerici, ſiue laici, ſiue de pia cauſa, ſiue non pia, quia ſem-
per pium eſt voluntates teſtantium adiuuare, vt de com-
15 muni Felin. *in d. c fin. num.*3. & ibi Imol. & Butr. *de fid.
inſtrum.* tamen verius eſt, & receptius, quod tantummo-
do in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, vel pietatem
redolentibus, vel ſi agatur de vltima voluntate clerici,
inſinuatio, publicatio, & recognitio teſtamenti, ſeu co-
dicilli debet, vel poteſt fieri coram iudice Eccleſiaſtico,
cum enim ille ſit competens iudex executionis ipſius,
ſicut & laicus, ita erit etiam publicationis, licèt ſecus
ſit, vbi cauſa non eſt pia, licet quoque clericus eſſet
inſtitutus: ita diſtinguendum videtur putare And. Barboſ.
*in d. cap ſi hæredes, num.*19. vbi Couar. *num.*3. *de teſta-
ment.* item Barbat. Ioan And. & Imol. *in d. cap. fin.* vbi
Abb. *num.*9. & Felin. *num* 3. *de fide inſtrument.* provt
hoc ſic intelligit, & declarat, & de communi teſtatur
Gutierrez *pract. qq. ciuil. lib.*2. *quæſt.*48. *num* 3. & ita
etiam ſenſiſſe viſus eſt Honded. *conſ.*26. *in princ. lib* 2.
vbi in ſuo caſu excipit à regula, quam conſtituit, legata
ad pias cauſas, & ſe declarat non loqui in teſtamento ad
pias cauſas, dum vult publicationem eſſe faciendam co-
ram iudice laico.

Neque eſt neceſſe conſtare formaliter de cauſa pia,
quia hoc non poteſt apparere, niſi ex ſcriptura au- 16
thentica, ſed ſufficit, ſi materialiter de ea conſtet ex te-
ſtibus extraiudicialiter deponentibus, vel ex ſcriptura
etiam informi, & non probante ob defectum recogni-
tionis, vt colligitur ex Abb. *in d. cap. fin. num.*9. *verſ.
& materia, de fide inſtrument.* non enim qualitas contri-
buens iuriſdictionem debet plenè probari ab initio, vt
iuriſdictio poſſit exerceri, ſed ſi negetur, ſufficit ſi po-
ſtea probetur, provt hic eueniet, quando examina-
buntur teſtes ſuper recognitione ſcripturæ. Certum eſt
autem tunc piam eſſe voluntatem, vbi relinquitur Ec-
cleſiæ, vel pro anima, ad textum *in d. c. cùm eſſes*, & 17
*cap. relatum, de teſtament.* Alex. *conſ.*105. *num.*14. 15.
*lib.* 4. Tuſch. *pract. concluſ. littera T, concluſ.* 118. *nu-
mero* 4.

Quæ autem in contrarium adducuntur, procedunt,
vbi non agitur de pia cauſa, nec de teſtamento clerici,
& perſonæ Eccleſiaſticæ; tunc enim ſiue teſtamentum
ſit nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis, manu tamen priuata
ſcriptum, eius publicatio fieri debet coram iudice lai-
co, coram quo principalis quæſtio moueri poteſt, ſi- 18
cut & ipſa teſtium examinatio, & recognitio, etiamſi
clericus ſit hæres inſtitutus, dummodo teſtator defun-
ctus non ſit perſona Eccleſiaſtica. Bald. *in l. teſtamen-
ta omnia, numero* 6. 7. *C. de teſtament.* gl. *in cap. ſi hæ-
redes*, vbi Ioan. And. & Abb. *num.*9. & Couar. *num.*3.
*eod.* & Couar. *pract. qq. cap.*8. *num.*9. Rol. *conſ.*36. *n.*10.
*lib.*1. Craſſ. *in* § *teſtamentum*, *quæſt.*61. *num.*2. Honded.
*d. conſ.*26. *num.*12. 13. *lib.*2. Gutierrez *quæſt.*48. *verſ. ſed
contrarium.*

Occaſione autem iuriſdictionis de qua ſæpe contro-
uertitur inter iudicem laicum, & Eccleſiaſticum, non
omittam dicere, quod expulſo Principe Corrigij à ſuo
dominio, & ſtatu vnà cum filiis, & vxore tempore bel-
li Mantuani, & priuato bonis eius, dum Communitas
adminiſtrabat bona illius allodialia, Principiſſa, & eius
filij agere cœperunt, & propter hoc coram Vicario
Epiſcopali Regij contra Antianos, & œconomos dicto-
rum bonorum cœptum eſt iudicium alimentorum pro
ea, & eius filiis, ſed pro parte Communitatis fuit de-
clinatum forum, vnde neceſſe fuit cognoſcere, an ve-
rè talis cognitio poſſet ſpectare ad forum Eccleſiæ, & 19
ideò negotio conſiderato altera tantum parte informan-
te pronuntiaui ad vlteriora eſſe procedendum, quo-
niam alimenta peti poſſunt etiam contra laicos in fo-
ro Eccleſiaſtico, quia alimentorum cauſa eſt pia, & mix-
ti fori, & poteſt cognoſci apud vtrumque forum con-
tra laicos, provt tamen iure præuentionis proceden-
dum erit, ad textum *in cap. ſignificantibus, de offic. de-
legat.* Bart. *in l. ſolent, num.*13. *de aliment. & cibar. legat.*
Lup. *in cap. per veſtras, notab.*2. *num.*19. *de donat. inter
vir. & vxor.* Couar. *in epitom. de ſponſal. part.*2. *cap.*8.
§. 6. *num.*6. Barboſ. *in l.*1. *part.*4. *num.*82. *ff. ſolut. matr.*
Molin. *de primogen. Hiſp. lib.*2. *cap.*15. *num.*76. Surd. *de
aliment. tit.*8. *priuileg.*9. *num.*2. Gutierrez *pract. qq.lib.*1.
*quæſt.*44. Gratian. *diſc.* 60. *num.* 30. & *diſc.*154. *num* 10.
*& ſequentibus.* Auguſt. Barboſ. *de off. Epiſc. part.*3. *al-
legat.*82. *num.*9.

Benè verum eſt, quòd hæc procedunt, quando alimen-
ta petuntur à paupere, & egeno, quia ratione paupertatis
petentis cauſa dicitur pia, ſecus eſt autem, ſi diues alimen- 20
ta petat. Bart. *in d. l. ſi ſolent, num.*13. Imol. *in d. cap relatum,
de teſtament.* Lup. *in d. c. per veſtras, not.*2. *num.*16. Surd. *d.
priuil.*6. *num.*4. *verſ. id tamen*, Aug. Barboſ. *d. alleg* 82.
*num* 11. tunc enim reus conueniri debet in ſuo foro. Sed
hic attenta qualitate perſonarum dictum fuit Principiſ-
ſam prædictam, & eius filios poſſe dici egenos, & paupe-
res, cùm iam diu habeant patrem, & maritum exulem, &
bonis



bonis ſuis nudatum, & magnis expenſis oneratum adeò,
vt ſit miſeratione dignus, & propterea Antiani hac veri-
tate fortè cognita, cum aduerſus eos vti contumaces
grauamen eſſet relaxatum, mutato conſilio contuma-
ciam purgauerunt, & in hac cauſa amplius non ſunt auſi
negare ſe eſſe foro Epiſcopali ſubiectos, ſed ad alias ex-
ceptiones tranſitum fecerunt, verè enim etiam iudex
21 Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos, vbi tra-
ctatur de pia cauſa exequenda. Bald. *in l. hæreditas*, §. *ſi
defuncto, ff. de petit. hæred.* Surd. *d. priuileg.* 9. *num.*3.
quem ſequitur Gratian. *d. diſcept.*60. *num.*31. & hæc ve-
ra eſſe cenſui, nec aliquid fuit adductum, per quod hæc
veritas proſterneretur: & ſanè miſerabile viſu, & auditu
eſt, Principẽ videre Catholicum bonis feudalibus, & allo-
dialibus orbatum cogi penates delinquere, & cum paruu-
lis, & vxore alienas regiones peragrare, negata ſibi etiam
alimonia neceſſaria: quod an iure factum ſit, aliorum
ſit iudicium.

## CAPVT XXII.

### EPITOME.

An emptores bonorum Eccleſiæ, coloni, conductores, emphyteutæ ſint immunes à gabellis, collectis, & aliis grauaminibus, quæ à laicis imponuntur, & an bona patrimonialia clericorum gaudeant immunitate, & quomodo procedendum ſit, vbi Eccleſiaſtici contribuere tenentur ad ſupportanda onera.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt immunes à gabellis, tributis, & oneribus iure Cæſarum, & Pontificum.*
2 *Exemptio clericorum non poteſt tolli, aut minui ſtatutis, aut conſuetudine laicorum.*
3 *Statutum laicorum non valet in concernentibus res Eccleſiæ, etiamſi dirigatur contra laicos colonos.*
4 *Gabellæ ſtatuto non comprehenduntur Eccleſiaſtici.*
5 *Gabella tota ſi non regitur, ſpectat ad emptorem.*
6 *Gabellam tenetur ſoluere emens à fiſco, licèt fiſcus ſit exemptus.*
7 *Emptor fructuum Eccleſiæ an teneatur ad gabellam.*
8 *Gabellæ ſtatuto non comprehenditur emptor fructuum Eccleſiæ aut clerici.*
9 *Liberæ res pluris venduntur, quàm obnoxiæ.*
10 *Gabella non eſt ſoluenda, vbi eſt conſuetudo non ſoluendi etiam non præſcripta.*
11 *Exemptio conceſſa venditori competit etiam emptori.*
12 *Emptor fructuum Eccleſiæ ſi alteri vult vendere, ſoluit gabellam.*
13 *Gabellam ſoluunt emptores fructuum Eccleſiæ, ſi aliò volunt transferre.*
14 *Exempti ſunt ementes ab Eccleſia pro parte ſua.*
15 *Coloni Eccleſiarum an teneantur ad gabellas.*
16 *Exempti ſunt coloni Eccleſiæ.*
17 *Onera alia perſonalia, alia realia, alia mixta.*
18 *Gabella eſt onus reale.*
19 *Gabellam tenentur ſoluere coloni Eccleſiæ.*
20 *Gabellam nemo poteſt exigere, niſi adſit conſuetudo.*
21 *Collectæ imponuntur perſonis pro rebus.*
22 *Collecta eſt onus mixtum.*
23 *Collecta imponitur per æs, & libram.*
24 *Collectarum onus ſpectat ad dominum, non ad colonum.*
25 *Collecta imponitur illis, qui iure ſuo poſſident.*



26 *Colonus ſi ſoluit collectam, repetit à Domino.*
27 *Colonus ſoluens collectam, non præiudicat Domino exempto ignoranti.*
28 *Colonus non collectatur, ſi Dominus non poteſt collectari.*
29 *Emphyteuta fiſci eſt immunis, quia talis eſt fiſcus.*
30 *Eccleſia eſt magis exempta, quàm fiſcus.*
31 *Colonus, & conductor non tenentur ad collectas.*
32 *Exempla non reſtringunt.*
33 *Exempla declarant.*
34 *Conductores, & coloni tenentur ad collectas, & gabellas pro fructibus Eccleſiæ.*
35 *Coloni partiarij lucrum incertum eſt.*
36 *Coloni Eccleſiæ fructus pro parte ſua ſunt laicales.*
37 *Coloni, & conductores bonorum Eccleſiæ ſunt exempti, vbi ſic conuentum eſt cum Eccleſia.*
38 *Coloni Eccleſiæ, & clericorum non poſſunt collectari, ſi nimis grauarentur.*
39 *Collectari non poſſunt coloni Eccleſiæ ſi non eſt ſolitum.*
40 *Gabella an ſit ſoluenda, declarat conſuetudo.*
41 *Emphyteuta Eccleſiæ an teneatur ad gabellas, & collectas.*
42 *Emphyteuta Eccleſiæ dominium vtile eſt laicale, & poteſt grauari.*
43 *Emphyteuta Eccleſiæ poteſt collectari deducto canone.*
44 *Collectari non poteſt emphyteuta Eccleſiæ niſi deducto canone, contra Menochium.*
45 *Diſtinguenti Doctori ſtandum eſt.*
46 *Diſtinguere qui neſcit, ſoluere neſcit.*
47 *Collectatur emphyteuta pro fructibus ſeparatis à ſolo.*
48 *Clerici patrimonium, ad cuius titulum eſt ordinatus, æquiparatur bonis Eccleſiaſticis.*
49 *Clericorum bona patrimonialia ſunt exempta.*
50 *Exemptio bonorum clerici valet etiam ad priuilegium fori.*
51 *Collectari non poſſunt clerici pro bonis patrimonialibus.*
52 *Collectans clericos eſt excommunicatus.*
53 *Collectæ non poſſunt imponi clericis etiam ob commune bonum, niſi conſulto Papa.*
54 *Clerici non poſſunt cogi ad onera, niſi à iudice Eccleſiaſtico.*
55 *Clerici tenentur ad collectas eorum bonis impoſitas, antequam ad illorum manus peruenirent.*
56 *Clerici non ſunt immunes in negotiatione.*
57 *Clerici tenentur ad collectas, quæ ſubrogantur loco onerum, ad quæ ipſi tenentur.*
58 *Clerici tenentur denuntiare ad officium gabellæ res, quas traducunt.*
59 *Immunitatem Eccleſiaſticorum violantes ſunt excommunicati.*
60 *Corrigienſis cauſa de colonis Eccleſiaſticis.*
61 *Eccleſiaſticæ perſonæ, & bona ſunt exempta ab omnibus oneribus laicis.*
62 *Coloni Eccleſiarum ſunt exempti, & quando.*
63 *Militum à ſeruitio eximuntur coloni Eccleſiarum.*
64 *Exemptio realis quæ dicatur.*
65 *Coloni quando dicantur exempti.*
66 *Collecta quando liget colonos Eccleſiarum.*
67 *Onera perſonalia poſſunt imponi colonis Eccleſiarum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

OCcaſione ſtatuti cuiuſdam gabellæ diſponentis in venditionibus pedagij onus ſpectare pro dimidia ad venditorem, & pro altera medietate ad emptorem, de multis pro Eccleſiaſtica libertate mihi diſſerendum proponitur, eo quòd Maſſarius dum venduntur fructus bonorum menſæ Epiſcopalis, & beneficiatorum, & colo-



norum

norum Eccleſiæ, licèt nihil prætendat pro parte vendentis, tamen ab emptore laico conatur exigere dimidiam datij. Vnde quæritur quid iuris.

In hoc cum tractetur de re graui, & de præiudicio Eccleſiæ, liberè dicam, quid ſentiam, & iuri conuenire putem, & ſtudebo non tam fauere libertati Eccleſiæ, quàm veritati, & in primis præmonendo cenſeo iure Cæſarum, & Pontificum maximam fuiſſe conceſſam immunitatem à tributis, gabellis, & aliis oneribus realibus, & perſonalibus, clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, etſi tantum prima
1 tonſura fuerint initiati, quoad ipſos, & eorum bona, l.2. & l.placet, C.de ſacroſ.Eccleſ.c.placet, 16.quæſt.1.c.non minus, de immun.Eccleſ.c.quamquam, de cenſ.in 6.Bulla in Cœn. Dom.can.18.Leon.theſ.for.Eccl.cap.14.num.1.& ſeq. Grilinz.conciuis meus.conſ.53.num.16.Alder.Maſc.de ſtat.interpr.concl.1.num.73.& num.105.latè Barboſ.de off. Epiſc. part.2.alleg.13. num.1. & ideo talis exemptio non poteſt tolli, aut minui ſtatutis, ordinationibus, aut conſuetudine laicorum ex defectu poteſtatis, c. Eccleſia S. Mariæ, vbi
2 DD.de conſtit.c.ſi clerici, de iudic.c.quamquam, de cenſ.in 6. cap.de maior.& obed.Auth.caſſa, & irrita, C.de ſacroſ. Eccl. Ioan.Andr.in c.fin.de ſol.Surd.conſ.2.num.32.Alder.Maſc. de ſtat.concluſ.1.num.1.& num.127.& multis ſeqq. Abb. conſ.83.num.2.part.1.Bero.conſ.31.num.22.lib.1.Surd.conſil.301.num.12.lib.3.adeò vt etiamſi verba ſtatuti dirige-
3 rentur contra laicos, velut contra colonos Eccleſiæ aut clericorum, tamen in concernentibus res Eccleſiaſticorum non valet ſtatutum.Surd.d.conſ.301.n.86. Laderch. conſ.103.num.15. Alder. Maſc. d.concluſ.1.num.1.6. nec pariter Eccleſiaſtici comprehenduntur ſtatuto de gabel-
4 la loquente.Maſc.d.concluſ.1.num.26.& num.35.

His viſis inſpiciamus modò, quid dicendum ſit in caſu noſtro, an emptor bonorum Eccleſiæ teneatur ad gabellam ſtante dicto ſtatuto, quoniam ſi ſtatutum non extaret, quando res non verſatur inter exemptos, tota gabella ſpectaret ad emptorem, l. non debet, ff. de ædil. edict.
5 Bald.in l.ſi prædium, num.6.C.eod.Tuſch.pract.concl. litt.G, concluſ.6.num.6.7.Et ſanè primo ſub aſpectu iuſta videtur gabellarij petitio, & bene fundata in l.licitatio, §.fin.ff. de
6 publician. vbi habetur, quòd licet fiſcus ſit exemptus ab onere gabellæ, tamen qui emit ab eo, tenetur ſoluere gabellam, & ideo emptorem etiam fructuum Eccleſiæ poſſe
7 conſtringi ad eam ſoluendam, cenſuit in primis Feder.Senenſ. conſ.111. num.10. verſ.immò ſi clericus.Brun. de ſtat. fœm. excl. art.8. num.110. Boer. deciſ.213.num.19. Theſaur. deciſ.116. num.6. Surd. conſ.301.num.90. Marth. de iuriſdict. part.4. cent.2.caſ.112. num.2.3.4. multos congerens Alder. Maſc. de ſtat.interpret.concluſ.1. num.28. vbi de communi, & num.147.Giouagn.conſ.15.num.11.in fin. lib.1.latè Duard. in com. ad Bullam Cœnæ Domini, can.18. quæſt.11.num.1.2. & ſeqq.

Nihilominus contrarium verius eſſe, & receptius cenſeo, putoque tale ſtatutum gabellæ non comprehendere emptorem fructuum Eccleſiæ, aut exemptorum, quia
8 non tollit exemptionem, & non poteſt ligare Eccleſiam, neque clericum, & conſequenter nec cum eis contrahentes, alioquin eſſet idem per diuiſa, ſed tantum debet intelligi, vt aſtringat illos contrahentes, qui pariformiter poſſunt obligari, & ſi aliter dicere vellemus, concludere oporteret illud per indirectum violare legem exemptionis, quia tanti minoris venditur res Eccleſiæ, & clerici,
9 quanti valet onus gabellæ ſoluendæ, cùm notum ſit rem liberam pluris vendi, quàm obnoxiam, & omnes pro certo ſupponunt emptorem eſſe immunem, ſi talis eſt venditor, quotieſcumque de eodem contractu agitur, & de onere ei annexo, licèt aliud ſit in actu ſeparato, velut ſi emptor poſtea alteri de nouo vendere vellet, aut aliò transferre res emptas, vbi ſoluitur gabella: ſic plerique ſenſerunt ex l. ſi venditor. in fin. ff. de ſeru. export. in terminis Bald. conſ.31. num.2. lib.1. Dom. Gem. in c. eos, §. fin. num.51. de tempor. ordin. in 6. Imol. in cap.1 §.1. eod. Felin.in proœm. Decretal.verb.Gregorius, num.6.Dec. in l.1. num.7.C.de in ius voc.& conſ.48.num.1.verſ.ſed his, & n.2. Iaſ.conſ.112.num.2.verſ.alibi, lib.1.Rol.conſ.61.num.18.19. lib.4. pulchrè, & latè Menoch.conſ.136. per totum, lib.2. Hier.Gabriel.conſ.161.num.3.4.5.lib.2.Surd.conſ.301.n.80. & conſ.397.num.8.& conſ.525.num.18.Rim.Iun.conſ.724. num.48.lib.6.Buccafer.conſ.incip.Cauſæ quæ, verſ.tertiò, ibi: qua ratione, penes Gattic.de immun.Eccleſ.fol.439.Tuſch. littera E, concl.558.num.4.5.Gratian.diſc.for.cap.26. n.16. lib.1. & cap.392.num.2.3.& ſeqq. lib.2. Bellet.diſq.cleric. part.1.tit.de exempt. cleric. & eorumd.bon.§.8. num.4.verſ. prior. Homobon. de exam. Eccleſ. part.2. tract. 9. cap.1. quæſt.1.in ſuppoſ.verſ. An autem, ex quibus apparet hanc eſſe communiſſimam DD. ſententiam.

Id autem multò minorem habet difficultatem, quia licet dubium ſit, an coloni, vel conductores hanc habeant immunitatem, tamen in noſtro caſu id non controuertitur, quia adeſt conſuetudo, & ſolitum, vt non ſolùm ipſi, ſed etiam emptores ab eis potiantur hac immunitate; & ideò ſi coloni ſunt exempti, tales etiam ſunt emptores, & ita eſſe vſus declarauit, debet enim attendi huiuſmodi
conſuetudo, etiamſi non ſit præſcripta, vt inquit Dec. 10
d. conſ.48. num.1.verſ.ſed is, Gabriel d.conſ.161. num.9. in fin.Tuſch.d.littera E, concluſ.558.num.18.Grilinz.conſ.40. num.16.17.& conſ.71. num.18.& conſ.77. num.13. Bellet. d. §.8. num.1. verſ. ſeu quando, & hoc certè iuſtum eſt,
quia exemptio conceſſa venditori competit etiam em- 11
ptori. Tuſch. d. littera E, concluſ.558. num.17. Menoch. de arb. iud. caſ.562. num.6.

Neque prædictis obſtat d.l.licitatio, aliàs eſt l. locatio, quia illa non loquitur, nec intelligitur de venditione in ita immediatè non exempto, ſed tantùm quando emens ab exempto poſtea alteri vendere intendit, vel aliò transferre per loca, vbi ſoluitur gabella, tunc enim actus eſt ſeparatus, & res eſt iam effecta laici, ideo non eſt mi-
rum, ſi ceſſat in hoc ſecundo contractu illa prior immu- 12
nitas, quæ duraret, ſi ageremus de contractu celebrato cum exempto, in his terminis declarat, & loquitur Bart. in d. l. licitatio, §. mercatores, & Bald. d conſ.31. numer.2. verſ. nam autem, Menoch. d. conſ.236. numer.20. Gabriel d. conſil.161. num.7. Buccafer. d. conſ.Cauſa quæ, verſic. hanc puto, apud Gattic. dict. fol.441. Bellet.d.§.8. num.4. in fine.

Minùs obſtant tradita per Feder.de Sen.d.conſ.111.numer.10. & Theſaur. d. deciſ.116.num.6. cum aliis ſequacibus, quoniam allegant pro fundamento eorum opinionem Archid. in c.vlt.de cenſ.in 6.vbi de hac re ne verbum quidem: vnde credo, quòd potiùs eum voluerint allegare in c. pen. num.1. verſ. & ſic eſt, de cenſ. in 6. vbi inquit,
*Nota argumentum contra emptores redditum clericorum* 13
*volentium transferre res emptas ab eis ad alium locum ſine ſolutione gabellæ, provt ipſi clerici facere poſſent; in hoc enim tali immunitate non gaudent, & cum eo tranſit:* ibidem Franch. in cap.penult. verſic. de quo. Ex quibus verbis apparet auctoritatem Archid. nihil obeſſe ſententiæ noſtræ, immò coincidere in eam, & conuenire cum Bald. in d. conſ.31. num.2. & quoad contractum cum exempto immediatè celebratum nó coadiuuare opinionem Feder. & aliorum: ſic etiam cenſuit Rol. d. conſ.61. num.19. lib.4. Gabriel d. conſ.161. num 6. & Annotatio ad Theſaur. d. deciſ.116. in verb. Archidiaconus, apud Gattic.d. tract. fol.70.

Similiter non obſtat Maſc.d.concl.1.n.28.vbi cótra emptorem teſtatur de cómuni. Si enim rem intelligit de contractu cum Eccleſia inito, allucinatur, quia ex prædictis comprehenditur magis communem DD. ſententiam extare pro emptore. Verùm ſi bene eius veba attendantur, non erit aduerſarius noſter, quia & ipſe loquitur in caſu, quando iſte emptor bonorum Eccleſiæ vel clerici vult aliis vendere, & inquit, quòd tunc non debet frui
immanitate, quod nos quoque admittimus. Vera igitur 14
eſt, & communi DD. calculo recepta ſententia, vt emptor rerum Eccleſiæ, vel exempti non teneatur pro parte
ſua



ſua ad aliquam gabellam occaſione dictum contractum concernente, at eo expedito res illa efficitur obnoxia, ſicut aliæ res laicales.

Hinc ſumpta occaſione non eſſe prætereundum puto, an ruſtici, & coloni Eccleſiæ, & clericorum, qui eorum prædia colunt ad medium, vel ad affictum, ſiue mezadri ſint, ſiue conductores, teneantur ſoluere gabellam ad portam, vel alia de cauſa, & an ſubiacent aliis oneribus collectarum, & ſimilium grauaminum, quæ imponuntur per Dominum temporalem, de parte colonica fructuum eis contingentium.

Et ſanè prima facie affirmatiuè reſpondendum videtur, quia hi coloni, ſeu conductores non ſunt in aliquo priuilegiati, neque ratione perſonarum, quoniam laici ſunt, & ſubditi Principis temporalis, neque ratione fructuum, qui poſtquam à ſolo sũt ſeparati, pro parte eorum
15 cenſentur laicales, quia mutatione perſonæ mutatur rei conditio, ideóque ſequuntur naturam coloni laici eorum domini, qui nullo fulcitur priuilegio: ſic dictus Feder. Senenſ.d.conſ.111.n.10.Gem.in c.quamquam, in fin.de cenſ. in 6.Boſſ.in prax.tit.de Principe, n.174.latè Theſaur.d. deciſ.116.n.8.vbi multos congerit, & ibi in additione, quam fecit Gaſp. Ant. eius filius col. pen. vbi de communiſſima DD.ſententia teſtatur.Natt.conſ.409.num.7.Menoch.conſ. 136.num.25.& de arb.iud.caſ.562.num.36.& ſeqq.vbi latè examinat, & pro hac ſententia adducit vigintiſex DD. Surd. conſ.301. num.89.Carocc. de locat. tit. de Succeſſore, quæſt.25.tit.de collectis, num.6.7. Ald.Maſc. de ſtat. d. concluſ.1.num.147.157.Mart.de iuriſd. part.4. caſ.13.num.13. & caſ.112.num.7.Perſonal.de gabel.num.85.Bellet.diſq.cleric.tit.de exempt.cler.& eorumd.bon.§.7.num.4.

Attamen plerique contrarium cenſuerunt, eo quod coloni, & conductores habent portionem fructuum loco operarum, laborum, & ſumptuum, quos faciunt in cultura agrorum, ſeu loco pecuniæ, & affictus, quem ſoluunt, & ſi poſſent grauari, per indirectum grauarentur Eccleſia, & clerici, magis enim iniquis, & duris conditionibus in-
16 uenirent colonos, & laici facilè poſſent fraudare Eccleſiaſticos grauando ruſticos prædictos, quod non eſt ferendum.Bart.in rep.l.placet, in fin C.de ſacroſ.Eccleſ.& in l. hi penes, C. de agric. & cenſ.lib.11. vbi etiam Bald.& alios quindecim DD. ponit Menoch. d.caſ.562. num.46. alios refert Decian. conſ.51. num.11.42. lib.3 Eugen. conſ.96. num.8.& ſeqq.Zucar.apud Rim.Sen.conſ.739.num.7.8.11. verſ.ſecundò, lib.4.Lud.Cattus apud eundẽ Rim.conſ.740. n.6.12.verſ.& vltra, vbi inquit hoc eſſe expeditiſſimum, & n.49.vbi alios addit, qui omnes aſcendunt ad numerum DD.quadragintaſex, ita vt Menoch.deficiat in recenſendo DD.vt perbellè notauit Incert.Auctor conſ.quod incipit: Quæ in re, n.49.penes Gattic.d. tract.fol.409.& per totum, vbi confutat aliorum opiniones: hoc idem tenet latiſſimè Ant.Glauarin.in conſ.quod incipit: Domine, per totum, penes dictũ Gattic.fol.81.& Scaccia in conſ. quod incipit: Quæ vidimus, apud dictum Gattic.fol.417.& Excellentiſſimus Buccafer.in conſ.quod incipit: Cauſa quæ, apud dictum Gattic.fol.442.vbi plenè diſputat, & in verſ.nec etiam obſtat, ſatis oſtendit Menochium d.caſ.562.allegaſſe multos pro ſua opinione, qui non erant allegandi, & verſ.pro opinione, inquit, quòd pro noſtra ſententia multos omiſit, qui erant allegandi, idem Buccafer.in alio conſ. quod incipit: Nulla iuris, apud Gattic d.tract.fol.445.Leon.theſ.for. Eccleſ.cap.14.num.31.Grilinz.d.conſ.40.& conſ.71. per totum, & conſ.77.num.2.3.& ſeqq.in quibus locis rem hanc latè examinant, & contraria refellunt.

Quid dicendum in hac contrarietate? Ego puto fœdere diſtinctionis opiniones eſſe conciliandas, ſi conci-
17 liari poſſunt; nam certum eſt omnia onera vniformia non eſſe, quia alia ſunt realia, alia perſonalia, alia mixta. Duard.
18 in com.Bull.Cœn.Domini, can.18.q.2.n.15.& inter ea magna eſt differentia; nam ſi loquimur de gabella, hæc eſt onus reale proſpiciens rem, & nunc fructus etiam perceptos, qui amplius non conſiderantur, vti pars fundi, ſed tan-



quàm res laicalis ſeparata à re Eccleſiaſtica, & ideo facta laici, à quo poteſt exigi gabella non tanquam à colono, ſed tanquam ab vno de populo, vnde plerique etiam eorum, quos pro noſtra ſententia allegauimus, idem de ga-
bella ſentiunt, licet de collectis aliud cenſeant, & in ter- 19
minis gabellæ locutus eſt Feder.de Sen. d.conſ.111.n.10. Natt.d.conſ.409.n.7.Surd.d.conſ.301.num.90.verſ.ideò ſic. Annot.ad Theſ.d.deciſ.116.in verbo, Federicus, penes Gattic.d.loco, fol.71.Incert.Auct.in d.conſ.n.50.51.apud Gattic. d.fol.410.& Buccaf.d.loco, verſ.hanc puto, fol.441.Theſ.for. Eccleſ. d.c.14. num.6.verſ.& quod, ibi: hoc procedit, Perſonal.de gabell.d.num.85.Bellet.d.loco, §.7.n.4. latè Bertaz. d. clauſ.21.gl.29.n.2. Giouagn.conſ.15.num.11.lib.1.

Si tamen extaret conſuetudo, vt neque coloni, nec ab eis ementes ſoluerent gabellam, provt hic, ſecundũ probationes factas in curia Epiſcopali, tunc pariter ipſi à vectigali eſſent immunes, quia publicani non poſſunt exigere quidquam, niſi antiqua adſit conſuetudo, cuius me-
moria in contrarium non exiſtat, poſt Bald.in l.cùm propo- 20
nas, n.9.C.de naut.fœn.Natt.conſ.661.num.25. Burſat.conſ. 138.n.5.Perſonal.de gabell.n.33.vbi alios adducit, & n 35. 36.Grilinz conciuis meus, d.conſ.77.num 20.21.22.23.

Secus autem dicendum eſt in collectis, & ſimilibus, quæ imponuntur perſonis pro rebus, provt euenit in di-
ctis collectis, ex l.reſcripto, §.fin.de mun.& hon.Menoch. d. 21
caſ.562.num.48.Gratian.diſc.for.c.29.num.7.part 1.Duard. in d.Bull.Cœn.Domini, can.18.quæſt.5.num.6. ideóque col-
lecta dicitur onus mixtum, ſecundùm Bart. in d.l.placet, 22
& DD.in c.non minùs, de immunit.Eccleſ. vnde eſt, quòd in ea taxanda habetur ratio prædiorum per æs, & libram.
Rol.conſ.66.num.15.lib.1. & propterea onus collectarum 23
ſpectat ad dominum, non ad colonum, d.l.hi penes, in fin. 24
vbi And. de Baul. & Ioan. de Plaz. de agr. & cenſ. lib.11.
Eugen. d. conſ.96. num.17. & ſolùm imponitur illis, qui 25
poſſident pro ſuo, & iure ſuo faciunt fructos ſuos. Parpal. in d.l.placet, num.2.C.de ſacroſ.Eccleſ.Alex.conſ.35.num.12. lib.4.& conſ.4.ſub num.4.lib.5. Oſaſc.deciſ.83.num 6. Gratian.diſc.for. cap.294 num.20.part.2. quæ de colono dici non poſſunt, qui alieno nomine poſſidet, & ſi fortè ſolue-
ret collectam, poſſet Domino repetere, vt poſt Bald. in- 26
quit Eugen.d.conſ.96.num.10.lib.1. Natt.d.conſ.409.n.5. Carocc.d.loco, tit.de collect.num.48. non enim in hac materia conſideratur colonus in tantùm, quòd etiamſi ſol-
ueret collectas, nihil tamen domino ignoranti præiu- 27
dicaret.Gratian.diſc.for.cap.791.num.17.18. part.4. Giouagn. conſ.27.num.40.lib.1.

His rationibus liberatur colonus ab onere collecta-
rum, & ſimilium, quoties enim Dominus non poteſt 28
collectari, neque poterit colonus, vt habetur in l. priuatæ, C.de excuſat.mun. lib.10. vbi emphyteuta fiſci non tene-
tur, quia fiſcus eſt immunis: verùm fortiùs Eccleſia eſt 29
exempta, l.2. C. de Epiſc. & cler.cap.1. de immun. Eccleſ. 30
in 6.Grilinz.d.conſ.71 num.13.& conſ.77.num.9. ideò non eſt mirandùm, ſi colonus, & conductor non tenentur ad collectas, ſecundùm veram, & receptam DD.ſententiam:
textus eſt in l.2.C. de Epiſc. & cleric. Eugen. d. conſ.96. 31
num.23.Natt.d.conſ.409.num.5.Oſaſch.d.deciſ.83. num.6. 7.Surd. d.conſ.301.num.79. Grilinz. d.conſ.40. & conſ.71. per totum: Bellet. d. § 7. num.1. & alij quamplurimi ſuperiùs enumerati.

Quibus non refragatur Feder.de Sen.d.conſ.111.n.10. quia non loquitur de collectis, ſed tantum de gabellis, & non debet extendi in præiudicium Eccleſiæ; & licèt lo-
quatur per modum exempli, quod non ſolet reſtringere, 32
l.damn.ff.de damn.infect.tamen tale exemplum declarat in quibus terminis loquatur Gloſſ.in c.quod Dei, de ſtat. mo-
nach. nam cùm gabella ſit onus reale, collecta verò mix 33
tum, dictum Federici non debet ab vno trahi ad alterum, ſed tantùm ad ſimilia. Natt d.conſ.409. num.7. Annot. ad Theſaur. d.deciſ.116.in verb.Federicus, apud Gattic.d.loco, fol.71.Eugen.d.conſ.96.num.13.

Hæc tamẽ cum moderamine ſunt intelligẽda, vt coloni,

& conductores non teneantur ad collectas, & gabellas, niſi reſpectu fructuum, qui deductis impenſis ſuperſunt,
34 non autem reſpectu eorum qui reſpondent operis, laboribus, & ſumptibus factis in colendo agro, & ſoluendo affictu, quia tunc Eccleſia ipſa ſoluere videretur, ſolùm igitur detracta honorantia & expenſis, ſi quid ſupererit, proportionaliter coloni poterunt collectari, & grauari. Oſaſc. *d. deciſ.* 83. *num.* 8. Grilinz. *d. conſ.* 71. *num.* 13. & *conſ.* 77. *num.* 31. 32. Carocc. *de loc. d. tit. de ſuc. quæſt.* 25. *tit. de collect. num.* 12. vbi inquit ita fuiſſe obſeruatum. Theſaur. *d. deciſ* 116. *num.* 10. *verſ. quia reſpondetur.*

Bene verum eſt, quòd Buccafer. *in d. conſ. cauſa quæ, verſ. tandem*, ibi : *aut voluit*, id non admittit, quia, inquit, hoc lucrum eſt incertum, & prorſus imaginarium, quòd in
35 colonis partiariis ferè nunquam datur, cum omnes fructus ſoleant in alimoniam erogare, & cùm aliis angariis ſint grauati, non debent in hoc quoque moleſtari, & valde iniquum eſſet, & contra piam Principis voluntatem, vt pauperes collectarentur pro rebus quæ eorum alimentis neceſſaria ſunt, & ſi daretur etiam tale lucrum certum, cum illud pendeat immediatè à contractu inito cum Eccleſia, & non naſcatur ex facto extrinſeco, quia colonus non vult illum contractare, non poterit collectari, quia per indirectum læderetur Eccleſia.

Verùm prima Buccaferrei ratio concludit quidem de congruo, ſed non per neceſſe, data enim potentia, tollitur omnis ſcrupulus quia poſtea præſumitur iuſta cauſa, vnde ſi fructus illi ſunt laicales, poſtquam à ſolo ſunt ſeparati, nihil eſt quod vetet collectã imponere pro colonica portione. Tuſch. *litter. E, concluſ.* 557. *num.* 20. Altera verò
36 ratio non pendet a contractu cum Eccleſia inito, cuius reſpectu nihil exigit, ſed poſtquam fructus illi facti ſunt laici, tali onere grauantur. Surd. *d. conſ.* 301. *num.* 89. durum igitur eſſet aduerſus prædicta obtinere, niſi cum moderamine prædicto. Bene verum eſt, nimis difficile eſſe cognoſcere quale, & quantum ſit illud lucrum, quod ſupereſt deductis operis, & expenſis, & quia ſolet eſſe modicum, rarò conſueuit illius ratio haberi, & ferè vbique tractantur huiuſmodi coloni tanquam penitus exempti reſpectu collectarum, & magna ex parte etiam gabellarum, & vbi eſt talis conſuetudo, illa debet ſeruari.

At ſi vera etiam haberetur illa ſententia, vt coloni, & conductores bonorum Eccleſiæ, & clericorum poſſent collectari, & ad gabellas aſtringi, modo tamen ſuperiùs dicto, adhuc id ſic declarandum venit, vt procedat, vbi
37 nulla extat hominis prouiſio, vel cautela. Nam ſi conuentum fuerit inter Eccleſiam, & eos, vt etiam ad illos perueniat talis immunitas in fructibus ſibi contingentibus, ipſi quoque immunes erunt, nec grauari poterunt, quia totum damnum eſſet Eccleſiæ: ita poſt Marcabrun. *conſ.* 18. *num* 39. Menoch. *d. caſ.* 562. *num.* 57. & poſt Bald. Rol. Caualc. inquit Bellet. *in d. tit. de exemption.* §. 8. *numer.* 1. *verſ. aut quando :* Incert. Auct. *d. conſ. qua in re, num.* 81. apud Gattic. *fol.* 415. Alder. Maſc. *de Stat. d. concluſ.* 1. *num.* 157. *in fin.* ex quibus apparet id eſſe communiter receptum.

Similiter illa contra colonos ſententia declaratur, vt non procedat, quando coloni nimis grauarentur à Do-
38 mino temporali, qui videns non poſſe grauare clericos, ſic arctaret colonos, vt damnificaretur Eccleſia, & clericus, idque dignoſceretur, ſi non habito reſpectu expenſarum grauarentur pariformiter, vel grauiùs cum aliis laicis : ſic dictus Feder. de Sen. *dict. conſ.* 111. *num* 10. *ad fin.* alios refert Menoch. *d. caſ.* 562. *num.* 55. Theſaur. *d. deciſ.* 116. *num.* 9. Carocc. *d. tit. de collect. num.* 34. *verſ. ſecundò*, & *num.* 45. Mart. *de iuriſdict. part.* 4. *caſ.* 13. *n.* 15. & *caſ.* 112. *num.* 8. Maſc. *d. conclu(* 1. *num.* 257. *verſ. tamen*, & *num.* 157. *verſ. & imitat* Bellet. *d.* §. 8. *num.* 1. *verſ. ſiue quando*, Tuſch. *littera E, concluſ.* 557. *num.* 11. Duard. *d. can.* 18. *quæſt.* 17. *num.* 2.

Vlteriùs eadem ſententia declaratur, vt non procedat, ſi pro colonis extet vſus, vel conſuetudo, vt non collectentur, neque angarientur, ea enim eſt ſeruanda. Dec. *d. conſ.* 48. *num.* 1. Theſaur. *d. deciſ* 116. *ſub num.* 10. Eugen. 39
*d. conſ.* 96. *num.* 11. Carroc. *d. tit. de collect. num.* 17. 21. Bellet. *d.* §. 8. *num.* 1. *verſ. ſeu quando*, Grilinz. *d. conſ.* 71. *num.* 17. & *conſ.* 77. *num.* 13. 14. Giouagn. *d. conſ.* 15. *num.* 14. *lib.* 1. vbi enim altercatur, an gabella ſit ſoluenda de aliqua re, vnanimiter DD. concordant, id recipere interpretationem à conſuetudine ſoluendi : poſt multos Perſonal. *de gabell.* 40
*num.* 34. 35. quod de collectis etiam dici poteſt, quia licèt diuerſa ſint, videntur tamen conuenire aliqua ratione in modo exigendi.

His viſis non erit abs re, ſi quid de emphyteutis, & conductoribus ad longum tempus dicendum ſit, videamus, an teneantur ad gabellas, & collectas. Et ſanè de gabellis non eſt dubium, quia ſi ad eas coloni tenentur, vt vidimus, multò fortiùs emphyteuta, qui habet ius in re. Verùm quoad collectas, & alia onera, quæ imponuntur 41
perſonis pro rebus, non eſt concors DD. ſententia; alij enim putauerant eos eſſe immunes, vt Bart. *in d. l. priuatæ, C. de excuſat. mun. lib.* 10. & alij multi, de quibus Menoch. *d. caſ.* 562. *num.* 24. 25. *& ſeq.* Eugen. *d. conſ.* 96. *num.* 22. Silua *d. conſ.* 9. *per totum*, latè Fachin. *contr. iur. lib.* 1. *cap.* 91. *per totum* : & id in praxi receptum teſtatur Felic. à Sol. *tract. de cenſ. part.* 2. *in præfat. ſub num.* 3. Grilinz. *d. conſ.* 71. *per totum*, & *conſ.* 77. *num.* 2. Odd. *conſ.* 70. *num.* 2. Tuſch. *in littera E, concluſ.* 558. *num.* 3. *ad fin.*

Verùm contrariam ſententiam plerique alij ſunt amplexi, eò quod vtile dominium penes emphyteutam exiſtens ſit laicale, & ſeparatum à directo Eccleſiæ; ideóque ſubiacet ordinationibus laicorum, vt valeat collectari. Sic Andr. Iſern. *in cap.* 1. *num.* 56. *verb. &* 42
*plauſtrorum, quæ ſint regal.* Luc. de Peñ. *in l.* 1. *C. de impon. lucr. deſcript. lib.* 10. Felin *in c. Eccleſiæ S. Mariæ, num.* 99. *de conſtit.* Purpur. *conſ.* 322. *num.* 9. Feſtas *de collect. part.* 4. *cap.* 2. *limit.* 10. *num.* 43. Menoch. *de arb. iudic. caſ.* 180. *num.* 8. & *caſ.* 562. *num.* 22. & *num.* 31. vbi de veriori, & magis recepta. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 17. *num.* 11. 15. Cald. *eod. tract. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 13. *verſ. quæ ratione*, & *quæſt.* 12. *num.* 22. Buccafer. *d. conſ. cauſa quæ, verſ. nec licet*, Carocc. *de locat. d. tit. de collect. num.* 27. vbi de communi Tuſch. *littera E, concluſ.* 557. *num.* 19. vbi ait ita de conſuetudine ſeruari. Ald. Maſc. *de ſtatut. d. concluſ.* 1. *num.* 248. Bellet. *d.* §. 8. *num.* 5. vbi de communi tradit, & de magis communi teſtatur etiam Odd. *dict. conſ.* 70. *num.* 71.

Quid dicendum? certè negari non poteſt, quin hæc poſterior ſententia ſit communior, & vſu recepta, verùm ſi cum moderamine intelligatur, non erit iniuſta, nam primò declaratur, vt procedat deducto canone qui ſoluitur directo domino; poterit enim emphyteuta gaudere immunitate pro fructibus ad quantitatem canonis 43
aſcendentibus, & ſi ſolueret penſionem eis æquiualentem totaliter, eſſet exemptus, fructus enim non dicuntur, niſi deductis impenſis, & tunc ipſe potiùs videretur colonus, & dicendum eſſet non ipſum, ſed Eccleſiam grauari, vnde collectari poterit ſolùm pro fructibus canonem tranſcendentibus : ſic Brun. *de Statut. art.* 8. *quæſt.* 22. *art.* 109. *num.* 11. Purpur. *d. conſ.* 332. *num.* 3. Incert. Auct. *d. conſ. qua ratione, num.* 66. apud Gattic. *d. fol.* 412. & poſt Iaſ. Ruin. Natt. Rol. inquit Carroc. *de locat. d. tit. de collect. num.* 28. 29. vbi de veriori teſtatur, & poſt Decian. *conſ* 51. *in princ. lib.* 3. inquit Grilinz. *conſ.* 71. *num.* 10. 13. & *conſ.* 77. *num.* 32. Bellet. *d.* §. 8. *num.* 5. *verſ. minoris.*

Benè verum eſt, quòd hanc declarationem ex ſuo capite impugnauit Menoch. *d. caſ.* 562. *n.* 30. *verſ. cæterùm*, vbi non minùs iniuſtè, quàm crudeliter tenet, poſſe emphyteutam collectari etiam pro fructibus penſioni correſpondentibus; neminem tamen adducit, qui huius impietatis ſit particeps. Solùm nititur confutare rationes diſtinguentium, qui dixerunt tunc potiùs emphyteutam debere dici colonum, negans colonum eſſe, ſed ad propoſitum ineptè, 44
quia verè emphyteuta non eſt propriè colonus, ſed reſpectu canonis, vel ſi ſoluit penſionem fructibus reſpondentem, potius accedit ad colonum, quàm ad emphyteutam, qui ſolet ſoluere quid minimum pro recti dominij recognitione : & ſubiungit Menoch. etiamſi ille diceretur colonus, adhuc poſſe grauari, ſecundum ſuam ſententiam. Verùm quia ſatis ſuperius oſtenſum eſt, receptius, & verius eſſe colonum non poſſe collectari, non eſt mirum ſi Menochius ſicut in eo, ita etiam in hoc allucinatus fuerit, qui nihil reſpondet ad illam rationem, quòd fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis. Solus ergo eſt Menochius, & ſine ratione, ideò ne diſcedamus
45 à ſentia tot DD. ſic iuſtè diſtinguentium, quoniam ſtandum eſt opinioni Doctoris diſtinguentis, nam qui
46 neſcit diſtinguere, neſcit ſoluere : poſt Salic. *in l. apud antiquos, C. de furt.* Bertaz. *in rep. l. ſi quis maior, num.* 54. *C. de tranſact.* Rim. Iun. *conſil.* 363. *num.* 156. & *conſil.* 476. *num.* 19. 20. Barz. *deciſ.* 130. *num.* 69. Amat. *deciſ. Ferrar.* 5. *num.* 27.

Verùm ſi qui eſſent putantes emphyteutam non poſſe grauari collectis pro fructibus penſionum tranſcendentibus, vt Grilinz. in dictis locis ſentire videtur, hi allucinan-
47 tur, & eorum opinio ſuſtineri non poteſt, niſi intelligant negandam dum fructus ſunt pendentes, quia id verum eſſe admitto, ſed poſtquam à ſolo ſunt ſeparati, poſſe collectari verius eſt. Tuſch. *d. littera E, concl.* 557. *num.* 20.

Verumtamen antequam hunc ſermonem concludam, operæ pretium eſt pro caſibus occurrentibus explicare, an bona patrimonialia clericorum gaudeant immunitate; ſæpe enim iudices ſeculares id mihi negauerunt, & conati ſunt probare, exemptionem ſolùm ſpectare ad bona Eccleſiaſtica, nihilominus animaduertendum eſt patrimonialia clericorum eſſe in duplici differentia, alia libera & propria, alia affecta, ad quorum titulum clericus fuit ordinatus. Si de his placet verba facere, cùm patrimonium, ad cuius titulum clericus ordinatur, loco bene-
48 ficij ſubrogetur, non ſolùm eſt immune, ſed etiam gaudet immunitate bonorum Eccleſiaſticorum, donec ordinatus acquirat beneficium ad neceſſaria victui congruum; ita Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.* 10. *verſ. & retenta*, vbi DD. *de conſtit.* Alder. Maſc. *d. concl.* 1. *num.* 96. Bellet. *d. tit. de exempt. cler. & eorumd. bon.* §. 5. *num.* 9. Grilinz. *conſil.* 53. *num.* 45. Mart. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 49. *num.* 5. Ricc. *in prax. de alien. rerum Eccl. reſol.* 71. *num.* 2. Gratian. *diſc. for. cap.* 159. *num.* 27. *part.* 1. Barboſ. *ad Conc. Trid. de reform. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *verſ. quod hæc bona*, Duard. *comm. Bull. Cœn. Domini, can.* 18. *q.* 5. *num.* 7. & *q.* 6. *n.* 3.

Sin loquamur de aliis bonis patrimonialibus clericorum, licet non cenſeantur tanquam Eccleſiaſtica, & beneficialia, tamen etiam quoad illa clerici gaudent omni-
49 bus immunitatibus, & iuriſdictioni Principis ſecularis non ſubſunt : textus eſt *in d. cap. quamquam*, ibi : *Pro rebus ſuis propriis, de cenſ. in* 6. Butr. *in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, num.* 11. & ibi Ioan. de Anan. *num.* 5. Bellam. *num.* 7. Ioan. And. *num.* 12. Imol. *num.* 5. Felin. *num.* 7. Dec. *num.* 18. latè Barbat. *num.* 51. *de conſtit.* Guiliel. de Monte Laudun. *in Clem.* 1. *num.* 7. *de vit. & hon. cler.* Lancell. Gal. *conſ.* 59. *num.* 14. Hond. *conſ.* 20. *num.* 6. 11. *lib.* 2. Grilinz. *d. conſ.* 53. *num.* 31. 32. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 6. Surd. *d. conſil.* 301. *num.* 64. Ald. Maſc. *d. concl.* 1. *n.* 93. 94. Ioan. Bapt. Tiber. *tract. de Ordine, cap.* 10. *quæſt.* 77. *verſ. ſecunda eſt*, Duard. *in d. Bull. can.* 18. *quæſt* 5. *num* 4. quod procedit non ſolùm quoad immunitatem ab one-
50 ribus, ſed etiam quoad priuilegium fori. Surd. *d. conſ.* 301. *num.* 65. Grilinz. *d. conſ.* 53. *num.* 30. Maſch. *d. concl.* 1. *num.* 95.

Et propterea certum eſt, clericos non poſſe collectari pro bonis etiam patrimonialibus, nec aliis oneribus gra-
51 uari, quæ perſonis imponuntur pro rebus : ſic probat textus *in cap.* 1. *&* 3. *de immun. Eccl. in* 6. *l. item nulla communitas, C. de Epiſc. & cler.* Bart. *conſ.* 180. *n.* 3. *lib.* 1. Abb. *conſ.* 6. *in fin. lib.* 1. Iaſ. *in l. placet, in* 2. *lect. ſub n.* 20. *C. de ſacroſ. Eccl.* Ruin. *conſ.* 117. *n.* 4. *lib.* 4. Nat. *conſ.* 280. *num.* 5. Lud. Catt. *inter conſ. Rim. Sen. conſil.* 740. *ſub n.* 12. Bellon. *conſ.* 40. *n.* 3. Euer. *conſ.* 42. *n.* 25. Grilinz. *d. conſ.* 53. *num.* 31. 32. 43. latè Bellet. *d.* §. 5. *n.* 1. 2. 6. Bertaz. *d. clauſ.* 21. *gl.* 9. *num.* 4. Duard. *d. quæſt.* 5. *num.* 4. 5. 6. adeò, vt ſi collectans non deſiſtat, & verè exigat, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, *can.* 18. Anaſt. 52
Germ. *de ſacrorum imm. cap.* 17. *num.* 66. *lib.* 3. Grilinz. *d. conſ.* 53. *n.* 35.

Et hæc adeò vera ſunt, vt etiamſi collectæ indicantur ob communem vtilitatem tam clericorum, quàm laicorum, adhuc clerici ſint immunes, niſi in caſu neceſſitatis, vbi facultates laicorum non ſufficiunt, & tunc conſulto 53
S. P. vel Prælato Eccleſiæ, quando repentina ſurget neceſſitas, vt ad Romanum Pontificem commodè non pateat aditus. Butr. *in d. cap. non minùs*, vbi Ioan. de Anan. *n.* 3. *de imm. Eccl.* Abb. *conſ.* 13. *n.* 2. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 31. *n.* 13. 14. *lib.* 1. Gallia *d. conſ.* 56. *n.* 54. 55. German. *d. cap.* 17. *n.* 32. Laderch. *conſ.* 145. *num.* 4. *in fin.* Surd. *d. conſ.* 301. *n.* 64. 65. Bulla Cœn. Domini, *can.* 18. & ibi Duard. *q.* 3. *n.* 3. & *q.* 12. *n.* 2. 3. latè Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 13. *n.* 7. Homobon. *de exam. Eccl. p.* 3. *tract.* 15. *q.* 30. *reſ.* 3. *in fin.*

Et ſi aliquando Eccleſiaſtici poſſunt cogi ad aliqua obeunda munera, vel tenentur contribuere, ad id tamen nunquam compellendi ſunt à iudice laico, ſed debent cogi à ſuo iudice Eccleſiaſtico. Anch. & Abb. *in d. c. non* 54
*minus.* Bero. *d. conſ.* 31. *ſub num.* 13. *lib.* 1. Gallia *conſ.* 59. *num.* 53. 54. Surd. *d. conſ.* 301. *num* 35. Bertaz. *d. clauſ.* 21. *gl.* 9. *num.* 5. vbi inquit ſæpe vidiſſe magnos viros in hoc errore : Mart. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 9. *num.* 23. 24. Alder. Maſc. *d. concl.* 1. *num.* 241. Duard. *d. can.* 18. *q.* 12. *n.* 4. *verſ. non tamen.*

Bene verum eſt, quòd ſi bona eſſent grauata, & affecta collectis, & grauaminibus ordinariis vniformem habentibus præſtationem, antequam peruenirent ad manus clericorum, tunc remanerent affecta, quia res tran- 55
ſit cum onere ſuo. Parpal. *in d. l. placet.* Grilinz. *d. conſ.* 53. *num.* 43. Maſc. *d. concl.* 1. *num.* 101. Duard. *d. can.* 18. *q.* 6. *n.* 6.

Non ſunt tamen exempti clerici prò his, quæ negotiandi cauſa tranſportant, vel faciunt, etiamſi non præcedat monitio, & tenentur ſoluere gabellas, & onera: tex- 56
tus eſt *in d. c. quamquam, de cenſ. in* 6. Maſc. *d. concl.* 1. *n.* 76. Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.* 13. *n.* 8. *p.* 2. Ioan. Bapt. Tiber. *tract. de ordine, c.* 10. *q.* 77. *verſ. nota, & verſ. verior*, vbi de communi. Sicut etiam ceſſat exemptio clericorum à collectis, quando illæ ſubrogantur loco muneris, ad quod Eccleſia 57
tenetur, vt poſt Ioan. de Amic. & Rip. inquit Bertaz. *d. clauſ.* 21. *gl.* 9. *n.* 4. *verſ. quod procedit*, dummo ſemper à iudice Eccleſiaſtico compellantur, vt dictum eſt; ſemper tamen animaduertendum, quòd clerici, & eorum mulio- 58
nes tenentur ſaltem denunciare ad officium gabellæ, dum tranſeunt, & tenebuntur iurare ſe res illas emiſſe ad vſum ſuum, eorumque iuramento ſtandum erit, niſi contra eos adſit præſumptio, vel aliter probetur : ita Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 2. *d. alleg.* 13. *n.* 16. 18.

Videant igitur laici, quanta eſt clericorum immunitas, & caueant, ne incidant in excommunicationem, de qua *in d. c. non minus*, & *in d. cap.* 18. *Bullæ Cœn. Domini*, ſe- 59
cundum Burſat. *d. conſ.* 42. *n.* 3. Giouagn. *conſ.* 15. *num.* 15. *in fin.* Duard. *d. q.* 3. *n.* 3. & *q.* 5. *n.* 5. vbi ait cenſuram dictæ Bullæ incurri non ſolùm ſi grauentur bona Eccleſiæ, ſed etiam propria clericorum. Et ita ſentio.

Verùm quia aliàs hæc controuerſia fuit diſputata in hoc foro, & poſtea in Curia Romana in vna Corrigienſi circa collectam, ſeu onus impoſitum à Principe Corrig- 60
gij, quod vocant *il Canallero*, vbi certum quid exigitur pro expenſis, quæ ſolet facere in nunciis mittendis ad varias partes, & hoc ex conuentione cum ſubditis, ne eorum homines moleſtarentur; & onus erat ſoluendi



quotannis

quotannis certam tritici quantitatem, ad quam prætendebatur, quòd etiam coloni Eccleſiaſticorum concurrerent, ſed pro Eccleſiaſticis, & eorum colonis latæ fuerunt ſententiæ, quas Rota Romana confirmauit; & quia multum confert ad propoſitum, ideò cenſui bonum eſſe hic adnectere prædictæ Rotæ Romanæ deciſionem, quæ eſt tenoris ſequentis, & poſt hæc ſcripta peruenit ad manus meas.

## D E C I S I O

### Sacræ Rotæ Romanæ, in vna Corrigienſi, gabellæ:

*C O R A M*

### R. P. D. I V S T O.

*Mercurij*, 29. *Nouembris* 1602.

VEritas eſt, quòd Illuſtriſſimus D. Cardinalis Montaltus habet fundatam intentionem in iure communi, quia perſonæ Eccleſiaſticæ, & eorum bona ſunt
61 exempta ab omnibus oneribus, & gabellis per laicos imponendis, *cap. non minus, cap. aduerſus, de imm. Eccl. c. quamquam, de cenſ. in 6.* cum aliis. Et hæc exemptio, vbi-
62 cumque onera ſint realia, vel mixta, quæ ſcilicet imponuntur perſonæ pro rebus, extenditur etiam ad colonos Eccleſiæ. Gloſſ. *in l. hi penes*, & ibi Ioan. de Plat. *n. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* Angel. *in Auth. de non alien. §. quia verò*, Felin. *in c. 1. n. 3. de for. compet.* Bald. *in l. 1. C. de Epiſc. & cler.* Bertaz. *de gabell. p. 7. n. 14. & n. 15.* latè Natt. *conſ.*
63 409. *n. 5.* qui loquitur in oneribus impoſitis pro ſeruitio militum. Graſſ. *conſil. 130. n. 5. 10.* Ægid. Thom. *de collect. §. quod ſi quiſpiam, n. 8.* & facit deciſio Bubali in cauſa Carthag. decimarum, die 10. Decembris 1578. quòd
64 exemptio, quando eſt realis, provt hæc eſt, de qua tractatur, in qua tam perſonæ, quàm bona clericorum ſunt
65 exemptæ, *l. placet, C. de ſacroſ. Eccl. d. c. non minùs.* Suffragabatur etiam colonis Gloſſ. *in Clem. 1. in verb. excolendas*, vbi Card. *q. 22.* Vital. *n. 3. de decim.* Rot. *deciſ. 4. de priuileg. in antiquis*, Abb. *in c. ex parte, il primo, n. 4. de decim.* Ferret. *conſ. 102. n. 13.* & videatur latè penes Surd. *conſ.* 301. quod eſt primum *in 3. volum. n. 69. cum ſeqq.*

Cùm igitur Gabella frumenti pro Carrerio imponatur perſonæ intuitu rerum, & pro rebus, & ita dicatur mixta, vtique coloni Eccleſiæ ad eam cogi non poſſunt, cùm etiam ab hoc onere ſit exempta Eccleſia, vt per DD. *in d. c. non minùs.*

Et tantò magis, quia ſicut iſti coloni non poſſunt cogi pro ferendis litteris ad huiuſmodi prætenſas miſſiones, ne
66 impedirentur in ſeruitio bonorum Eccleſiaſticorum, ita nec teneri debent ad collectas ea occaſione impoſitas, & in Miſſionis locum ſubrogatas, ad notata per Abb. *in d. c. non minùs, in fin.*

Non obſtat conſilium Federici tertium, & poſt Specul. *de immun. Eccl. in fin.* Guid. Pap. *deciſ. 208. in princ. gl.* Imol. Card. & alij *in Clem. præſenti, de cenſ.* Gemin. & Franch. *in d. c. quamquam, de cenſ. in 6.* Rip. *in tract. de remed. ad conſeru. vbert. n. 124. cum ſeqq.* Barb. *conſil. 14. n. 21. lib. 1.* Theſaur. *deciſ. 116.* per totam, in quibus locis DD. bene adducunt rationes.

Quia reſpondebatur, quòd loquuntur in oneribus merè perſonalibus, & quæ impleri poſſunt abſque præiudi-
67 cio bonorum Eccleſiæ ſuper fructibus partis coloni omninò ſeparatis, quod non eſt in hoc caſu, vbi ſecundus, & tertius teſtis, *in ſummario, n. 6.* deponunt, quòd hæc exactio eſt ſuper bobus, & vaccis, quæ ſunt intuitu culturæ bonorum, & ideò hoc grauamen habet in veritate reſpectu ad bona, vt non poſſit adaptari prædicta doctrina, licet capiatur frumentum de parte colonica, quia inſpicitur origo grauaminis, quòd afficit bona, & præiudicat Eccleſiæ.

Quapropter dixerunt Domini, informante ſolùm Illuſtriſſimo Commiſſario, ſententias latas eſſe iuſtas, & confirmandas, & quòd teſtes examinati poſt ſententias nihil concludunt, quia non probant immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, quod requiritur, quia ius commune dicto Domino reſiſtit, *cap. 2.* & ibi Gloſſa, & omnes DD. *de præſcript. in 6.*

Vltra quod patiuntur notabiles defectus, ſcilicet vaſſallagiatus, perſonæ, & nimiæ affectionis erga Dominum, & quia in examine non fuerunt euacuata interrogatoria etiam parte opponente, quod facit, vt eis non credatur, niſi repetantur. Videantur deciſiones R. P. D. Mellini in cauſa Parmenſi, ſtatus. Et ita concluſum.

---

## C A P V T XXIII.

### E P I T O M E.

Ad legatum familiæ, vel illis de domo factum, qui admittantur, & quomodo probetur aliquem eſſe de familia, ſeu agnatione teſtatoris.

### S V M M A R I V M.

1 *Domus Teggiæ prærogatiua.*
2 *Legato facto illis de domo vocantur omnes agnati, etiam tranſuerſales.*
3 *Familiæ, domus, & agnationis nomen idem important.*
4 *Familiæ nomen accipitur contentiuè abſque dubio, quando teſtator non habet prolem.*
5 *Enuntiatiua duorum inſtrumentorum facit fidem etiam in non antiquis.*
6 *Agnatio probatur ex inſtrumentis, vbi quis interuenit vti agnatus ad ſolemnizandum inſtrumentum.*
7 *Familiæ identitas probatur, vbi concurrit identitas cognominis, & armorum.*
8 *Agnationis gradum non eſt neceſſe probare.*
9 *Agnatio probatur ex verbis inſtrumentorum enuntiatiuis.*
10 *Enuntiatiua quando probet agnationem, & quomodo in antiquis, & in recentibus.*
11 *Inſtrumenta quot requirantur ad probationem agnationis in antiquis.*
12 *Agnatio probatur incipiendo à ſtipite, vel à duobus fratribus.*
13 *Nomen frequentatum in familia non probat.*
14 *Legato domui facto includuntur omnes eiuſdem cognominis.*
15 *Agnatio probatur per tractatum, & opinionem, & quando.*
16 *Familiæ relictum comprehendit etiam non coniunctos ſanguine.*
17 *Agnationi facto relicto an admittantur proximiores.*
18 *Domus, & familiæ nomen an differant, & quid importent.*
19 *Conſanguinitas probatur per nominationem.*
20 *Epiſtola non probat conſanguinitatem.*
21 *Agnatio quomodo epiſtolis, & ſcripturis probetur.*
22 *Conſanguinitatis poſſeſſorium an detur.*
23 *Nominatio geminata probat conſanguinitatem.*
24 *Cognominis identitas datur etiam in diuerſis familiis.*
25 *Familiæ eſſe, & eiuſdem nominis paria reputantur.*
26 *Familiæ identitas præſumitur ob identitatem cognominis.*
27 *Agnationis eiuſdem cenſentur, qui deferunt eadem arma, & inſignia.*





28 *Tractatus probat agnationem.*
29 *Conſanguinei cenſentur, qui pro talibus ſe tractauerunt.*
30 *Agnationis probandæ cauſa iunguntur plures ſpecies probationum.*
31 *Conſanguinitas an probetur per tractatum in gradibus inferioribus.*
32 *Conſanguinitas quomodo probetur in petitorio.*
33 *Tractatus an probet agnationem etiam contra non tractantes*
34 *Agnatio probatur ex tractatu contra omnes habentes cauſam à tractante.*
35 *Inſtrumenti verba enunciatiua an probent contra tertium.*
36 *Antiquum tempus dicuntur centum anni.*
37 *Tractatus etiam vnius an probet conſanguinitatem.*
38 *Legatum factum pauperibus intelligitur de illis, qui ſunt de patria teſtatoris.*
39 *Statutum laicorum non habet locum in hæreditate clerici.*
40 *Statutum prohibens forenſes acquirere in ſtatu, non afficit Eccleſiaſticos.*
41 *Pauperes patriæ teſtatoris cenſentur vocati, & quare.*
42 *Reſcriptum non facta mentione litis pendentiæ eſt nullum.*
42 *Forenſes comprehenduntur etiam in fideicommiſſo familiæ.*
44 *Agnationis gradum probans præfertur probanti agnationem in genere.*
45 *Familiæ relictum non admittit, vt vnus poſſit eligi alio prætermiſſo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn eſt multùm temporis, quod in terra Saxoli fuit erectum vnum Monaſterium Monialium S. Claræ ad preces Sereniſſimorum Principum Mutinæ, qui id impetrarunt à Pontifice, & multa eorum bona dicto Monaſterio elargiti ſunt; ſed id fundatum præcipuè fuit ex bonis R. D. Pauli de Teggiis à Saxolo, qui Romæ teſtatus eſt, & deceſſit relicta hærede Communitate Saxoli cum onere multiplici operum piorum, & præcipuè erogandi ad beneficium dicti Conuentus quidquid ex eius redditibus ſupererit ſolutis annuis legatis; ita tamen inter cætera, quòd perpetuò Monaſterium teneatur acce-
1 ptare abſq; aliqua eleemoſyna duas puellas de domo Teggiæ eius nepotis, & ſi non extent, vel nolint monachari, eo caſu debeat acceptare alias de dicta domo, & illis morientibus, vel altera earum, alias in loco demortuarum de eadem modo, & his deficientibus duas ex dicta terra Saxoli pauperiores ad electionem dictæ Communitatis.

Defuncto dicto D. Paulo, & erecto Monaſterio à me vti delegato Apoſtolico, orta eſt controuerſia inter DD. Bartholomeam, & Catherinam de Teggiis ex vna, & D. Thomiram filiam D. Andreæ de Teggiis parte ex altera, dum ſe inuicem volunt excludere, & prætendunt viciſſim admitti ad habitum monialium ſine eleemoſyna, ſtante quòd nullæ extant deſcendentes ex prædicto D. Conſtantio; & Communitas facit partem pro dictis Bartholomea, & Catherina; tum quia dicebat dictam D Thomiram, non eſſe de domo teſtatoris, tum quia eſſet Mutinenſis, & tanquam forenſis incapax dicti legati. Quæritur quid iuris.

Cauſa igitur agitata coram me, & hinc inde acriter defenſata, & compilato proceſſu quæſitum fuit, an ſatis eſset probata iura agnationis D. Pauli de Teggiis pro vtraque parte, & ſatis fundata videbatur intentio dictarum Catherinæ, & Bartholomeæ ex verbis teſtamenti, quibus vocantur duæ puellæ de dicta domo Teggia, quoniam vbi teſtator aliquid relinquit illis de domo, intel-
2 liguntur vocati omnes eius agnati, etiam tranſuerſales, quia contentiuè videtur familiam ſuam vocare, quoniam
nomina domus, familiæ, & agnationis idem important, 3
*cap. 1. de ſchiſmatic. in 6.* Gloſſ. *in l. vlt. ff. de cap. dimin.* & Gloſſ. *in l. peto, §. fin.* vbi Bald. & Caſtr. *de legat. 2.* Anch. *conſ. 252. num. 45.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gl. 9. num. 195. verſ. familia*, Crauet. *conſil. 800. verſ. finem*, Surd. *conſil. 67. num. 16.* & *conſ. 280. num. 18.* Tuſch. *pract. concl. littera A, concl. 244. num. 7.* & *littera E, concl. 75. num. 8.* Menoch *præſ. 88. num. 7. lib. 4.* Peregr. *de fideicom. art. 22. num 27.* & *conſ. 43. num. 11. verſ. quartò, lib. 6.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt 351. num. 1.* & *num. 9. verſ. ego.* Cyriac. *controu. 203. num. 7. part. 2.* Farinac. *deciſ. 282. num. 1. in fin. part. 2.* Gio uagn. *conſ. 75. num. 5. lib. 1.* Gratian.
*diſc. 218. num. 5. 17.* quæ licèt clara ſint, tamen indubi- 4
tata ſunt, vbi teſtator non habet prolem, vt hic R. D. Paulus, tunc enim omnes admittunt familiæ, & domus ſignificationem contentiuè ſtare, cùm non poſſit verificari in deſcendentibus teſtatoris, & hoc non habet difficultatem.

Sed ſic eſt, quòd prædictæ Catharina, & Bartholomea probauerunt ſe eſſe de familia, & agnatione dicti D. Pauli, quoniam ex fide Baptiſmatis docuerunt ſe eſſe filias D. Bartholomei de Teggiis, qui fuit filius Chriſtophori eiuſdem cognominis, vt probatur ex duobus inſtrumentis productis, in quibus enuntiatur filius dicti Chriſtophori, & talis enuntiatiua licèt non ſit antiqua,
tamen facit fidem, quia ſunt duo inſtrumenta, vt di- 5
cit Magon. *deciſ. Florent. 2. num. 20.* Maſcard. *de probat. concluſ. 794. num. 1.* Marcabr. *conſ. 24. numer. 7.* Si verò eſſemus in antiquis, ſaltem vſque ad annos 60. nullum eſſet dubium, vt per Peregr. *de fideicom. art. 43. num. 38.*

Sed Bartholomeus, & Chriſtophorus erant proximiores agnati dicti D. Pauli teſtatoris, quoniam certum eſt Paulum, & Ioannem fuiſſe fratres, vt pars aduerſa articulauit, & probauit, ipſique erant filij D. Iacobi de Teggiis, vt conſtat ex teſtamento, & codicillis dicti D. Pauli, & ex ſupradictis inſtrumentis, & aliis vbi ipſi enuntiantur filij dicti D. Iacobi: ergo.

Et id ſatis probatur, quia de anno 1555. D. Iacobus prædictus in diuiſione bonorum, quam fecit prædictus Chriſtophorus minor, ipſe vti agnatus proximior conſenſit eidem, iurans ſe eſſe illius proximiorem, & pariter de anno 1582. die 22. Iunij in vno inſtrumento, & in alio inſtrumento de eodem anno ſub die 14. Auguſti dictus D. Ioannes frater dicti teſtatoris, & filius dicti Iacobi conſenſit dicto D. Bartholomeo patri dictarum Bartolomeæ, & Catherinæ in quodam contractu, & iurauit ſe eſſe eius proximiorem agnatum, excepto Baptiſta de Teggiis minore. Vnde non eſt dubium, quod iuratæ aſſertiones prædictorum factæ in dictis inſtrumentis, in quibus authorizant contractus prædictorum mi-
norum, optimè probant enunciatam agnationem, maxi- 6
mè cùm ſint tria inſtrumenta, vt per Caſtr. *conſ. 124. in 2. dub. lib. 1.* Corn. *conſ. 396. n. 8. lib. 1.* Crau. *conſ. 80. num. 14.* Ruin. *conſ. 141. num. 10. lib. 5.* Ceph. *conſ. 192. num. 39.* Rim. Iun. *conſ. 316. num. 16. lib. 3.* Ludouiſ. *deciſ. 406. num. 6.* & magis in puncto Farinac. *deciſ. 176. num. 6. part. 1.* ex quibus reſultat probatio, quod prædictæ Catherina, & Bartholomea ſint de domo, & agnatione teſtatoris, & maximè concurrit identitas cogno-
minis, inſignium, & armorum. Ceph. *conſ. 90. num. 18.* 7
Menoch. *lib. 6. præſ. 15. num. 48.* & *conſ. 816. num. 35. lib. 9.* Ideò tanquam de domo dicti teſtatoris debet admitti ad habitum inter dictas moniales, licèt non probauerint
certum agnationis gradum, cùm ſatis ſit probaſſe agna- 8
tionem in genere. Peregr. *de fideicom. art. 43. num. 60. verſ. vbi qui.*

Et quoad hanc partem res videbatur minùs dubia, quia dictus D. Andreas non prætendebat excludere prædictas Catherinam, & Bartholomeam, ſed bene includere D. Thomiram eius filiam, & alias eius deſcendentes, & ad

probandum, quòd ipſe quoque eſſet de domo, & agnatione dicti D. Pauli teſtatoris proponebat arborem infraſcriptam pro iuſtificanda deſcendentia.

*Iacobus.*
*Franciſcus.* — *Seraphinus.*
*Bernardinus.* — *Iacobus.*
*Franciſcus.* — *Paulus, ~~& Ioannes.~~*
*Andreas.* — *Conſtantius nepos teſtatoris.*
*Thomira.*

Pro verificatione autem arboris prædictæ productæ ſunt fides Baptiſmales, quibus probatur Thomiram fuiſſe filiam Andreæ, ipſumque fuiſſe genitum à Franciſco, & hunc à Bernardino, quòd autem iſte Bernardinus fuerit filius alterius Franciſci, probatur ex duodus inſtrumentis confectis de anno 1601. in actis regiſtratis.

Huic probationi opponebat pars aduerſa, quod non eramus in antiquis, & ideo hæc probatio Bernardini & Franciſci non erat legitima. Sed reſpondebatur, quòd etiam in factis de recenti verba enunciatiua probant conſanguinitatem ſaltem præſumptiuè, ita vt onus pro-
9 bandi contrarium transferatur in aduerſarium; ita per Gloſſ. *in l. non epiſtolis*, & ibi DD. *C. de probat.* Gozad. *conſ.* 12. *n.* 18. Soc. Iun. *conſ.* 67. *n.* 13. 14. *lib.* 4. qui loquitur de duobus inſtrumentis ab annis viginti citra vix confectis. Iaſ. *conſ.* 114. *col pen. lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 84. *verſ. quamvis*, quod videtur rationabile, quia ſi aliter diceremus, non eſſet differentia inter factum antiquum, & de recenti, quoniam enunciatiua in antiquis
10 plenè probat, ſi fiat in pluribus inſtrumentis: ergo ſi verſemur extra caſum antiquitatis, talis enunciatiua faciet ſaltem ſemiplenam, ſeu præſumptiuam probationem, ex Bero. *conſ.* 67. *n.* 7. *lib.* 1. Aret. *conſ.* 36. *n.* 3. Paſſer. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 55. vbi ſic reſpondet, & hoc veriſſimum puto concurrentibus aliis adminiculis, quæ hîc non deſunt.

Quod autem Franciſcus ſenior fuerit filius Iacobi pro ſtipite dati, probatur ex inſtrumento confecto ſub die 19. Maij 1529. in quo enuntiatur eius filius, & cùm iſtud inſtrumentum ſit antiquum vltra centum annos à die litis conteſtatæ, videtur plenam fidem facere præſumptiuè, nam licet receptior, & verior videatur opinio, quòd etiam in antiquis plura requirantur inſtrumenta à diuerſis perſonis ſtipulata, & rogata ad finem, vt enunciatiua verba in eis prolata probent conſanguinitatem,
11 & ſimilia, ita vt duo ſaltem eſſe debeant, Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 84. Paſſer. *de verb. enunc. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 80. & *q.* 33. *num.* 14. tamen id procedit ad inducendam plenam probationem, & ſecuram fidem, vt de communi Alex. *conſ.* 90. *num.* 2. *lib.* 6. Paſſer. *d. quæſt.* 33. *n.* 14. tamen ad inducendam præſumptionem, & coniecturatam probationem in antiquis ſufficeret etiam vnicum inſtrumentum continens verba enunciatiua, & non requiruntur plura. Alex. *d. conſ.* 90. *num.* 3. *lib.* 6. pulchrè Mandel. Albenſ. *conſ.* 83. *num.* 15. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 23. 24. latè Maſcard. *de probat. concl.* 411. *num.* 19. 20. 21. vbi multos alios allegat Farin. *deciſ.* 25. *num.* 2. *part.* 1. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 407. *num.* 6. *verſ. licet*, hæc tamen præſumptio debet coadiuuari aliis adminiculis, vt hic erit facile, quia per ſe debile eſſet fundamentum, coadiuuata autem plenè probat, vt ſæpius cenſuit Rota, teſte Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ.* 407. *num.* 6. *in fin.*

Cùm autem ad probandam agnationem neceſſe ſit docere originem vtriuſque lineæ ab eodem ſtipite, vel à duobus fratribus germanis, vt per Maſcard. *d. tr. concl.*
12 410. *num.* 21. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 26. *verſ. contra*, & *art.* 30. *num* 15. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 29. Ricc. *in collect. deciſ.* 1260. *num.* 1. *part.* 4. Gratian. *diſc.* 491. *num.* 13. *lib.* 3. Mareſcot. *var. reſolut. cap.* 70. *num.* 2. *lib.* 2. Cyriac. *controu.* 281. *num.* 12. 13. *lib.* 2. neceſſe eſt oſtendere, quod etiam dictus D. Paulus teſtator ab eodem ſtipite deſcendat: & ſanè non eſt difficile probare eum fuiſſe filium Iacobi iunioris, huncque deſcendere à Seraphino, quia id ſatis conſtat ex proceſſu, & non negatur ex aduerſo.

Verùm an Seraphinus deſcendat ab illo Iacobo ſeniore, à quo deſcendit etiam dictus Franciſcus ſenior, hoc opus, hic labor eſt: nihilominus extat inſtrumentum confectum die ſexta Maij 1544. in quo dictus Seraphinus enunciatur filius prædicti Domini Iacobi; & quamvis in copia regiſtrata in proceſſu appelletur de Aragonis, tamen viſo originali compertum fuit dicere, *à Teggete*; & ſic hoc inſtrumentum licet plenè non probet, tamen facit aliquam præſumptionem, quæ iunctis adminiculis ſatis iuuat cauſam.

Et ad confundendum ordinem probationis huius generationis producta ſunt ex aduerſo multa inſtrumenta ad probandum, quòd eo tempore circiter extabant plures Iacobi eiuſdem nominis, & cognominis, & cùm hoc nomen eſſet frequentatum in ea familia, per illam ſolam enunciationem non videtur ſatis probatum, quòd lineæ prædictæ deſcendant ab eodem ſtipite. Peregr. *de fideicom. d. art.* 43. *num.* 85. Farinac. *deciſ.* 277. *num.* 5. *lib.* 2. 13
Pacian. *in tract. de probat. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 84. Ludouiſ. *deciſ.* 323. *n.* 5.

Verùm licèt id iure probaretur; quia tamen in facto non verificabatur, cùm inſtrumenta producta non percuterent tempus neceſſarium ad inducendam multiplicitatem Iacoborum, vna enim enunciatiua valde diſtabat ab altera, & ideo non fuit habita ratio de hac exceptione, ſed credidi adhuc perſeuerandum eſſe in ſententia, quod ex tali enunciatiua reſultet præſumptio adminiculis coadiuuanda, & identitatem perſonæ ſatis deductam eſſe: Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 15. *n.* 40. & meliùs in terminis Ceph. *conſ.* 90. *n.* 20. 21.

Vnde omiſſa prouincia probandi certum agnationis gradum, trãſitum feci ad coniecturas, & præſumptiones, quibus antecedens probatio poterat coadiuuari, & ex quibus poterat deduci prædictam D. Thomiram eſſe de domo, & agnatione dicti D. Pauli teſtatoris. Nam cùm teſtator vocauerit puellas de domo Teggia, iam vidimus ad huiuſmodi legatum eſſe admittendas omnes, quæ ſunt eiuſdem cognominis, & agnationis. Gabriel. *conſ.* 132. 14
*quæſt.* 6. *num.* 59. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 12. *verſ. ſed ego.* Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 26. & *conſ.* 43. *num.* 11. *verſ. quartò*, *lib.* 6. Gratian. *diſc.* 645. *num.* 3. *cum ſeqq.* quod procedit etiamſi degerent in diuerſis locis, & prouinciis, & extra habitationem teſtatoris, vt inquit Petra *de fideicom. quæſtione* 11. *numer.* 351. Fuſar. *de ſubſtit. quæſtione* 358. *numer.* 25. quia ſufficit, quòd ſint de domo, & familia contentiuè, de qua teſtator natus eſt. Farinac. *deciſ.* 697. *num.* 6. *part.* 1.

Et ſanè cùm dictus D. Paulus vocauerit duas puellas de domo Teggia in perpetuum ad huiuſmodi legatum monachandas gratis, vtique hæc res pro ſui natura non poteſt terminari intra certos gradus parentelæ, quia ex ordinatione teſtatoris hæc diſpoſitio in infinitum protrahitur, & ideò ſatis eſt docere de conſanguinitate, ſeu agnatione in genere per tractatum, vel opinionem abſque expreſſione alicuius gradus: ita ad rem Dec. *conſ.* 15
5. 6. *n.* 16. *verſ. de ſubſtitutione.* Pariſ. *conſ.* 37. *num.* 24. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 137. *num.* 38. Calcan. *conſ.* 8. *col.* 2. pulchrè in terminis Alba *conſ.* 83. *num.* 23. Rub. Alex. *conſ.* 16. *num.* 16. & *in rep.* §. *quidam rectè*, *col.* 34. *verſ. ſed hîc quæro*, Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 38. 42. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num* 65. Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 15.

Hinc ſequitur eos bene dixiſſe, qui in huiuſmodi materia perpetuam diſpoſitionem continente, vel in qua vocantur illi de aliqua domo, dixerunt comprehendi, & includi omnes, qui portant idem cognomen, inſignia, & arma, licet inter ſe non ſint agnati, ſeu ſanguine coniuncti, quia fortè excedunt quartum, vel etiam decimum gradum;



gradum; quoniam qui familiæ, vel domui relinquit, nullam habet rationem perſonarum, ſed agnationis, & propterea continentur in tali legato omnes de eadem fa-
16 milia, ſeu nomine, etiamſi non ſint ſanguine iuncti, ex Bart. *in l. tutelas, ff. de cap. dimin.* Alex. *in l. ex facto*, §. *ſi quis*, *col. antep. in fin. ad Trebell.* in terminis Corn. *conſ.* 2. *col.* 2. Soc. Iun. *conſil.* 2. *n.* 17. *lib.* 2. & *conſ.* 99. *num.* 9. *lib.* 1. pulchrè. Hier. Gabriel *conſ.* 132. *quæſt.* 6. *num.* 59. *verſ. ex quibus*, *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 800. *num.* 7. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num* 27. *verſic. vbi quod domus.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 88. *num.* 12. vbi tamen concludit, quòd inter iſtos, qui vo-
17 cati cenſentur, datur certus ordo, vt proximiores admittantur, quod procedit, vbi conſtare poteſt, qui ſint proximiores, verùm ſi id nequeat apparere, & probetur agnatio in genere, omnes admittuntur. Peregr. *d. conſ.* 43. *n.* 11. *verſ. quartò*, *lib.* 6.

Et ſi fortè putes aliud eſſe relinquere familiæ, aliud domui, id in caſu noſtro nihil refert, quia agnatio, & domus latum nomen tantum habent, non autem ſtrictum,
18 & in ſpecie, nomen verò familiæ vtrumque obtinet. Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 88. *num.* 16. *in fin.* Ideò cum hîc vocatæ fuerint puellæ de domo Teggia, ſatis eſt ſi probent ſe eſſe eiuſdem nominis, & familiæ. Farinac. *deciſ.* 176. *n.* 7. *verſ. ex iſtis*, *p.* 1.

Sed fortiùs dicta Thomira probauit agnationem cum dicto D. Paulo teſtatore, ſiquidem extant in proceſſu plurimæ litteræ dicti D. Pauli ſcriptæ per eum dictæ D. Thomiræ auo paterno, in quibus ſemper eum vocat *cugino fratello*: hoc eſt patruelem, & commendat ei filios eiuſdem, ſuadetque vt bonis artibus, & moribus imbuat, vt honorem faciant domui Teggiæ; aliqua dicit, & ſcribit, quæ non ſolent ſcribi, niſi conſanguineis,
19 & coniunctis, quod ſatis eſſe videtur, quia per nominationem probatur conſanguinitas. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *n.* 68.

Verùm ex aduerſo dicebatur, quòd non epiſtolis neceſſitudo conſanguinitatis, ſed natalibus, vel adoptionis ſolemnitate conuincitur, vt inquit ad litteram textus
20 *in l. non epiſtolis*, vbi Bald. *n.* 2. 3. & Ang. ac Petrus Gilken. *num.* 1. & Hugo Donell. *C. de probat.* Paſſer. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 33. *n.* 2. 3. 4. *& ſeqq* & *n.* 15.

Sed reſponſum fuit, quòd verè epiſtolis, vel ſcripturis quoad vim productiuam non produci, vel probari conſanguinitatem, ſeu affinitatem traditum eſt, at quoad præſumptionem quæ transferat onus probandi contrarium in aduerſarium, verius eſt per epiſtolam induci quaſi poſſeſſionem ipſius conſanguinitatis, in qua conſtituitur ille, ad cuius fauorem fuit conſcripta epiſtola etiam per verba enunciatiua, quando tamen principalis materia
21 coadiuuat, vt hic, verba ipſa narratiua, ſeu enunciatiua: ſic Gloſſa *in d. l. non epiſtolis*, *verſ. coniungitur*, vbi pulchrè Bart. *n.* 7 Ang. *n.* 2. Bald. *num* 1. & etiam Cyn. & Alber. *C. de probat.* Gloſſ. *in l. non nudis*, *verſ. detege*, vbi etiam Bart. & Ang. *C. eod.* Hugo Donell. *in d. l. non epiſtolis*, *in fin.* Hartman. *pract. forenſ. tit. de probat. obſeruat.* 2. *num.* 2. Petr. *de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 623. Maſcard. *de probat. concl.* 812. *num.* 3. 5. Card Tuſch. *littera C*, *concl.* 739. *num.* 23. 24. Fulu. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. Fab. de Anna *conſ.* 88. *num.* 12. Paſſer. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 33. *num.* 20. 21. 22. vbi latè examinat, & poſtea probat dari etiam poſſeſſorium fraterni-
22 tatis, & conſanguinitatis: latè Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 67. & *num.* 73. vbi ſatis digerit materiam huiuſmodi probationis, quæ reſultat ex epiſtola, & concludit cum ſupradictis, quòd quando principalis materia coadiuuat verba narratoria epiſtolæ, probatur conſanguinitas præſumptiuè, quòd ſi verum eſt de vna epiſtola, multo verius erit de plurimis, quia geminatio no-
23 minationis alicuius in conſanguineum multo magis probat conſanguinitatem. Rol *conſ.* 12. *num.* 27. *lib.* 3. Petr. *de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 108. Aſin. *in prax. iud. part.* 2. §. 1. *cap.* 24. Menoch. *de arb. iud caſ.* 89. *num.* 81. Maſc. *de probat. concl.* 790. *num* 46. Surd. *deciſ.* 145. *num.* 413. Paſſer. *de verb. enunc. lib.* 2. *q.* 33. *n.* 32.

Et tantò magis quia pariter D. Conſtantius Teggia nepos teſtatoris multas ſcripſit epiſtolas prædicto D. Franciſco patri dicti D. Andreæ, & auo dictæ D. Thomiræ, per quas infertur etiam agnatio prædicta, quia ſi dictus D. Conſtantius erat agnatus dicti D. Franciſci, & Andreæ, ſequitur, quòd etiam pariter D. Paulus, eius patruus iungeretur iiſdem eodem agnationis vinculo.

Tertiò cùm dictus D. Andreas, & eius aſcendentes vocati ſint, & vocentur ab omibus de Teggiis, ſeu de familia Teggiorum, prout vocabatur dictus D. Paulus, poteſt inde ſumi potens coniectura; quòd ipſe quoque ſit de eadem agnatione, & familia, qua erat D. Paulus,
& licet multi ſint qui habent idem cognomen, & ta- 24
men non ſunt parentes, neque de eadem familia, Crauet. *conſ.* 800. *num.* 7. Cyriac. *controu.* 281. *num.* 30. *part.* 2. nihilominus magna eſt præſumtio identitatis familiæ, vbi idem eſt nomen, ſeu, vt his temporibus, dicimus,
cognomen, & propterea paria eſſe iudicantur perpetua- 25
re in familia teſtatoris, & non egredi de ſuo nomine, *in Auth. de reſtit. fideicom.* §. *manifeſtum.* Peregr. *de fideicom. art.* 30. *num.* 12. Vnde, eſt quod vnitas familiæ, & identitas agnationis præſumitur ob identitatem nomi-
nis, ſeu cognominis: pulchrè Ceph. *conſ.* 90. *num.* 18. 26
*lib.* 1. Calcan. *d. conſil.* 8. *num.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 15. *num.* 48. Farinac. *deciſ.* 169. *num.* 7. *lib.* 1. vbi etiam inquit, nihil nocere, ſi adſit ſupranomen, quod poteſt eſſe impoſitum ratione officij, vel alia de cauſa, vt hic, vbi dictus D. Franciſcus Teggia dicebatur, *Stadirolo*, quia Stateras aptabat.

Quartò adminiculatur etiam probatio dictæ D. Thomiræ, & D. Andreæ eius patris, quod ſcilicet ſint de agnatione dicti D. Pauli, quia deferunt eadem arma, & inſignia, vt concludunt plures teſtes in proceſſu exami-
nati, namque de eadem familia, & agnatione præſumun- 27
tur eſſe qui eadem inſignia, & arma portant, ex Bart. *in d. l. tutelas*, *de cap. dim.* Alex. *conſ* 213. *num.* 3. *lib.* 6. Corn. *conſ.* 216. *num.* 4. *lib.* 2 Gozad. *conſ.* 45. *num.* 9. Calcan. *conſ.* 8. *num.* 3. 7. Marzar. *conſ.* 1. *num.* 10. Crauet. *conſ.* 800. *num.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 88. *num.* 12. *ad fin.* Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 36. *verſic. contra verò*, ibi: *& de eadem*, & *num.* 27 *verſ. vbi quod.* Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 25.

Quintò hoc idem coadiuuatur tractatu, & nominatione, quia dictus D. Paulus teſtator tractauit dictum D. Andream, & Franciſcum eius patrem vti agnatos facien-
do actus ſolitos fieri inter conſanguineos, vt deponunt 28
plures teſtes: nam veriſſimum eſt, quòd non ſolùm filiatio, & paternitas, ſed etiam fraternitas, & conſanguinitas probatur per tractatum, & nominationem, ex eo enim quòd iſti ſe habuerunt pro conſanguineis, re-
ſultat præſumptio quòd tales ſint, & ita erit iudican- 29
dum, donec contrarium probetur. Cyn. *in l. non epiſtolis*, *num.* 13. *in fin.* vbi Bald. *num* 1. 4. Fulg. *numer.* 3. *ad med.* Alber. *num.* 5. *ad fin.* vbi etiam Salyc. & Caſtr. *C. de probat.* Bart. *in l. non nudis*, *num.* 4. *in* 2. *lect. in fin.* vbi Petr. *C. eod.* idem Bart. *in l. vbicumque*, §. *interdum*, *in fin. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Felin. *in cap. per tuas*, *col. fin. num.* 17 *verſ. ſecundò nota*, *de probat.* Ang. *in l.* 1. *num.* 3. *C. quorum bon.* Alex. *conſ.* 181. *num.* 8. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 595. *ſub num.* 4. Alba *conſ.* 83. *num.* 21. *vſq. ad num.* 23 Burſat. *conſ.* 98. *num.* 3. Crauet. *conſil.* 249. *col.* 2. Barbat. *conſ.* 14. *num.* 33. *lib.* 3. Rub. Alex. *conſ.* 16. *num.* 16. 17. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num* 88. Gratian. *diſc.* 491. *num* 22 23. 24. Maſcard. *de probat. concl.* 411. *n.* 15. 16. Pacian. *de probat lib.* 2. *c* 12. *num.* 16. Surd. *conſ.* 1. *num.* 61. & *conſ.* 5. *num* 7. Paſſer. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 33. *num.* 5. *& ſeq.* Farin. *deciſ.* 176 *num* 13. *part.* 1. qui volunt hæc procedere etiam in verbis enunciatiuis, & propterea cùm

cùm verſamur in antiquis, & in his, quæ ſunt difficilis probationis, poteſt admitti coniunctio plurium proba-
30 tionum ex inſtrumentis, epiſtolis, tractatu, & nominatione, ac aliis huiuſmodi. Boër. *conſ.*40. *n.*105. Mazzol. *conſ.*90. *n.*133. Rim Iun. *conſ.*39. *n.*3. & *conſ.*266. *num.*7. Farinac. *deciſ.*176. *n.*15. *p.*1.

Et quamvis aliqui putauerint conſanguinitatem ex tractatu non probari in gradibus inferioribus, velut in tertio, & quarto gradu, immo etiam inter fratres, Caſtr. *conſ.*151. *lib.*2. Decian. *conſ.*524. *num.*4.5. Anch. *conſ.*52.
31 *num.*7. 8. Capr. *conſ.* 156. *num.* 8. Maſcard. *de probat. concl.*789. *num.*15. tamen id non eſt verum, quia reſpectu cuiuſcumque gradus, & etiam in genere poteſt probari conſanguinitas per tractatum, & propterea reprobantur ex aduerſo ſentientes per Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.*12. *num.* 16. Peregr. *de fideicom. d. art.* 43. *num.* 88. Gratian. *d. diſc.*491. *num* 20. *verſ. quamvis*, Surd. *d. conſ.*7. *num.*7.

Deinde reſpondent aduerſarij, quòd iſta fortè poſſunt procedere in poſſeſſorio, verùm in petitorio, & iudicio deciſorio non probant, & locum non habent: ſed in hoc quoque errant, quia verius eſt talia procedere, & iuuare etiam in deciſoriis petitorij: ad textum *in cap.*
32 *transmiſſæ, qui fil. ſint leg.* vbi Gloſſ. Butr. & Abb. *in* 3 *not.* Alex. *conſ.*90. *num.*7. *lib.*6. Pariſ. *conſ.*10. *num.*69. *lib.*2. Crauet. *conſ.*991. *num.*19. Ceph. *conſ.*137. *n.*44. Menoch. *de arb. iud. caſ.*89. *num.*71. Alba *conſ.*83. *num.*23. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicomm. art.*43. *num.* 68. *verſ. ſed contra*, Gratian. *d. diſc.* 491. *num.*24. Pacian. *de probat. lib.*2. *c.*6. *num.*22. Surd. *conſ.*1. *num.*62. *lib.*1.

Vlteriùs reſpondent prædicti quod talia poſſunt procedere quoad ipſos tractantes, & ad eorum præiudicium, non autem reſpectu tertij, vel in eius damnum, & in
33 præiudicium fideicommiſſariorum. Iaſ. *conſ.*81. *num.* 1. *lib.*2. Natt. *conſ.*473. *num.* 24. *verſ. ad contraria*, Grat. *conſ.*140. *num.*44. *lib.*1. Petr. *de fideicom. quæſt.*11. *num.*302. Maſcard. *de probat. concl.*789. *num.*36. Seraph. *deciſ.*1081. *num.* 2. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*248. *num.*15. *verſ. ſed aduertendum.*

Verùm id nihil ferit noſtrum caſum, quia omnes, qui in hoc iudicio interueniunt, habent cauſam à dicto D. Paulo teſtatore, ſiquidem Communitas eſt illius hæres, & prædictæ DD Catherina, & Bartolomea ſunt legatariæ; ſi tamen volunt vocatas intelligi, & propterea non poſſunt impugnare prædicta, quia tractatus, & nominatio alicuius in conſanguineum non ſolùm probat, &
34 præiudicat tractanti, & nominanti, ſed etiam habentibus cauſam ab eo: & ſucceſſoribus eius tam ſingularibus, quàm vniuerſalibus: ita poſt Alciat. *conſ. vlt. ad fin.* & Bald. Soc. & Dec. pulchrè inquiunt Petr. *de fideicom. quæſt.*11. *num.*304. Crauet. *conſ.*29. *num.* 1. Ruin. *conſ.*128. *num.*16. *lib.*2. Ceph. *conſ.*90. *num.*52. Maſcard. *d. concl.*789. *num.* 36. *in verb. & eius hæredum.* Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ.*248. *num.*15. ibi: *& habentes cauſam ab illis.*

Et addi poteſt, quòd reſpectu inſtrumentorum, in quibus enunciatiuè probatur agnatio, verba enunciatiua conſanguinitatis, ſeu filiationis, & parentelæ probant etiam in præiudicium tertij, vbi ſumus in antiquis. Alex.
35 *conſ.*90. *num.*3. *lib.*6. Alba *conſ.*83. *num.*15. Maſcard. *de probat. concluſ.*411. *num* 22. Paſſer. *de verb. enunc. lib.*2. *quæſt.*33. *num.*17. quod verum puto, quia alioquin talis probatio eſſet ferè inutilis, dummodo ſit enunciatiua ſaltem duorum inſtrumentorum, quæ habeant originem à diuerſis perſonis non ſuſpectis, facit plenam fidem in
36 antiquis etiam contra tertium. Coccin. *deciſ.*105. *n.*5.6. 7.8. vbi multa allegat, & dicit etiam ſolum tempus centum annorum dici antiquum quoad probationem inſtrumentalem.

Poteſt igitur fieri concluſio, quod tractatus, & nominatio probant conſanguinitatem, maximè in caſu noſtro, quod adeo verum eſt, vt ſi adſint aliqua adminicula, vt hîc, ſolus tractatus plenè probet conſanguinitatem, & non ſit neceſſe docere de aliqua deſcendentia à ſtipite communi, vel à duobus fratribus. Alba *d. conſ.*83. *n.*16.
23. Crauet. *conſ.*249. *num.*2. *in fin.* & *num.*3. & hæc pro- 37
cedunt, etiamſi tractatus fuiſſet vnius, dummodo non ſit momentaneus, & aliqua nominatio concurrat. Dec. *in c. per tuas, num.*9. *in fin. de probat.* Paleot. *de noth. & ſpur. c.*22. *n.*8. Maſcard. *de probat. concl* 789. *num.*22. Menoch. *de arb. iud. caſ.*89. *n.*74. & *præſ.*53. *num.*28. *lib.*6. Gozad. *conſ.*13. *n.*40.

Opponit etiam pars aduerſa, quod dicta D. Thomira ſit forenſis, & ideo incapax dicti legati facti per dictum D. Paulum vigore Statuti Saxoli *cap.*52. *lib.*2. prohibentis forenſibus acquirere bona ſtabilia, & poſſe ſuccedere tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quod ſtatutum procedit etiam in hæreditate clerici. Theſaur. *quæſt.* 2. *lib.*2.

Creſcit argumentum, quia teſtator vocando puellas de domo ſua intelligitur voluiſſe vocare eas, quæ erant oriundæ à patria ſua, & ſic Saxolenſes, ſicuti quando teſtator vult ſua bona diſtribui pauperibus, intelligitur de illis, qui ſunt cum eo eiuſdem patriæ, ſeu domicilij,
per textum *in l. ſi quis ad declarandam*, §. *vbi autem*, & 38
*l. nulli*, §. *ſin autem*, *C. de Epiſc. & cler.* Gloſſ. *in cap. ſi pater*, *in verb. pauperes*, *de teſtam. in* 6. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*8. *tit.*5. *num.*2. quod maximè hîc admittendum videtur, vbi teſtator videtur præcipuè habuiſſe affectionem ad puellas terræ Saxoli, voluit enim vltimo loco eligi pauperes de dicta terra, deficientibus illis de domo ſua.

Augetur difficultas, quia Communitas Saxoli obtinuit à Sanctitate Summi Pontificis, vt mulieres, quæ non ſunt originariæ eiuſdem terræ, non poſſint admitti ad numerum ordinarium dictarum monialium, quæ ſunt XV. inter quas computantur, quæ ſunt de domo Teggia, & ideò cum dicta D. Thomira ſit forenſis, non poteſt acceptari inter dictas moniales.

Nam reſpondetur, quod memoratum Statutum Saxoli non habet locum in hoc caſu, in quo tractatur de executione teſtamenti dicti D. Pauli clerici, & de intereſſe dicti Monaſterij immunis à poteſtate ſæculari, & dictæ D. Thomiræ volentis in eo monachari, quia ex defectu poteſtatis dictum ſtatutum non habet locum in hæredi-
tate clericorum, adeò, vt nihil prædictis officiat Theſaur. 39
*d. quæſt.*2. *lib.*2. quia quidquid ſit de eius opinione, de qua alibi tractabimus, non facit ad propoſitum noſtrum, quoniam quærit, an ſtatutum fœminarum excluſiuum à ſucceſſione maſculi, excludat à ſucceſſione clerici, qui non eſt caſus noſter, cum nos verba faciamus de ſtatuto prohibente forenſes acquirere, & ſuccedere, quod nihil habet commune cum illo, & ex defectu poteſtatis non afficit perſonas Eccleſiaſticas alienantes, vel acquirentes,
per textum *in c. Eccleſia S. Mariæ*, vbi DD. *de conſtit.* 40
*cap. à nobis*, *de ſent. excommunicat. cap. fin. de imm. Eccl. in* 6. Iaſ. *in l. filiusfam.* §. *Diui*, *num.*82. vbi de magis communi, & ibi Crot. *n.*80. *verſ. ſecunda ſit concluſio*, *ff. de legat.* 1. Bald. *in d. l. fin. num.*17. *C. de ſacroſ. Eccl.* Clar. *in prax.* §. *fin. q.*82. *Statutum quintum*, *verſ. ſed quæro.* Ang. *conſ.*48. *ſub num.*3. Caſtr. *conſ.*89. *n.*1. *vol.*2. Plot. *conſ.*19. *num.*11.12. Rim. Iun. *conſ.* 15. *n.*73. 85. latè Alderan. Maſcard. *tract. de ſtatut. concl.*1. *n.*2. *cum ſeqq.* Matt. *de iuriſd. cent.*1. *caſ.*6. latè Cyriac. *controu.*205. *n.* 156. 157. 158. 159. *& ſeqq. part.*2.

Et ex pluribus etiam aliis rationibus id fuit viſum non obſtare quidquam, tamen quia dictum ſtatutum non excludit forēſem, niſi à ſucceſſione bonorum ſtabiliū, quod non applicatur huic caſui, vbi non agitur de aliqua ſtabilium acquiſitione, vel eorum vſufructu, ſed de iure monachandi, tamen quia ſtatutum illud non afficit Mutinenſes, cū omnes ad libitum acquirant ſtabilia, & ſuccedāt in iuriſdictione, vt pro notorio ſupponitur, & quia bona hæreditatis dicti D. Pauli pro maiori parte ſita ſunt extra



territorium Saxoli, & Monaſterium tempore litis cœptæ nulla habebat bona ſtabilia.

Ad ſecundum itaque reſpondetur, legatum pauperibus factum ideo intelligendum de pauperibus domicilij teſtatoris, non totius mundi, ne reddatur eluſorium, vt eueniret, ſi in omnes pauperes orbis eſſet diuidendum, & propterea reſtringitur ad pauperes domicilij, ad quos magis affectionem videtur habuiſſe, ita firmarunt Abb.
41 & alij adducti à Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*8. *tit.*5. *n.*2. Verùm cùm dictus D. Paulus ſuum haberet domicilium in Vrbe, non video, quomodo Saxolenſes ad ſuum ſenſum hæc pertrahant.

Ad tertium reſpondetur, Breue Sanctiſſimi non poſſe comprehendere dictam Thomiram, neque alias mulieres de domo Teggiarum, quia veniunt ex diſpoſitione fundatoris, cui noluit derogare Pontifex, cum nihil de ea narratum ſit, tum quia fuit obtentum poſt litem cœptam nulla litis mentione facta. Gloſſ. *cap. ſuper litteris*, *in*
42 *verb. litteris*, & ibi Felin. *num.*12. *de reſcript.* Abb. *in cap. prudent.* §. *ſexta*, *de off. deleg.* Menoch. *caſ.* 202. *num.* 4.
43 & tamen certum eſt, quòd teſtator vocando ad fideicommiſſum agnatos, cenſetur vocare etiam forenſes. Petr. *de fideicom. q.*11. *n.*521. Fuſar. *d. q.*358. *n.*25.

Ex his videbatur poſſe concludi, quòd D. Thomira ſit præferenda, quia videtur conſtare de gradu certo inter ipſam, & fundatorem, & certum eſt illum eſſe præferendum, qui probat certum agnationis gradum, illi, qui
44 probat parentelam ſolùm in genere. Tiraq. *de retract. lignag.* §.21. *gl.* 1. *num.*10. Petr. de Plaza *lib.* 1. *epitom. delict. cap.*39. *num.* 22. Menoch. *de arb. iud. caſ.*48. *n.*28. Add. ad Alb. *conſ.* 355. *littera O*, Maſcard. *de probat. concl.*410. *num.*26.

Verùm quia non poteſt dici, quòd D. Thomira probauerit plenè certum conſanguinitatis gradum, quia inſtrumenta prædicta verè coadiuuant ad probandam agnationem in genere, ſed reſpectu certi gradus non ſufficiunt, quia non ſunt plura, & omnia non ſunt antiqua, & ob pluralitatem Iacoborum in familia, redditur ambiguum, quis verè fuerit ſtipes familiæ, ideò cenſui ſatis hinc inde probatam eſſe agnationem in genere, & admittendam eſſe dictam D. Thomiram pro vno colonello, & D. Catherinam, ſeu aliam ſuperſtitem pro altero: cum enim liquidò non conſtet de certo gradu agnationis in aliqua linea, cenſendi ſunt omnes pares, & vnus non
45 poteſt alteri præferri, adeò vt hæres non poſſit eligere, quem maulit, ſed omnes ſint admittendi, iuxta gl. *in l. vnum ex familia*, §.1. vbi DD. omnes, *de leg.*2. & ex textu *in l. cùm ita*, §. *in fideicom. ff. eod.* Ruin. *conſ.*217. *num.*26. *lib.*2. Gratian. *conſ.*126. *lib.*2. Natt. *conſ.*110. *num.*12. & *conſ.*111. *n.*2. Peregr. *deciſ.*23. *n.*14. Et ita iudicaui.

# CAPVT XXIV.

## EPITOME.

Penſionarius an teneatur contribuere pro ſolutione decimarum, & pro qua rata.

## SVMMARIVM.

1 *Penſio exempta quibus clauſulis muniatur.*
2 *Decimas ſex impoſuit Vrbanus VIII.*
3 *Penſionum exemptioni derogat Pontifex in impoſitione decimarum.*
4 *Penſionarius tenetur ſoluere decimam Papalem.*
5 *Penſionarius dicitur in poſſeſſione exigendi per ſolutionem anteceſſoris.*
6 *Penſiones habent executionem paratam.*



7 *Penſionum ſolutio non retardatur.*
8 *Pactum pro penſionario ligat etiam ſucceſſorem.*
9 *Decima imponitur à Papa cum derogatione pactorum pro penſionario.*
20 *Penſionario quomodo detur manutentio.*
11 *Manutentio datur penſionario etiam ex ſolis ſolutionibus prædeceſſoris.*
12 *Derogatio exemptionis penſionum ſit in impoſitione decimarum.*
13 *Clauſulæ non debent eſſe ſuperfluæ.*
14 *Decimam debet ſoluere etiam penſionarius.*
15 *Decimam non euitat penſio etiam exempta.*
16 *Penſionarius habet intentionem fundatam, vt ad decimam non teneatur.*
17 *Exemptionis decimarum derogatio quomodo intelligatur.*
18 *Penſionarius eximitur à decima reſpectu titularis.*
19 *Emphyteuta tenetur ad tributum, etſi fecerit pactum, quod dominus teneatur ad illud.*
20 *Fiſco non præiudicant pacta priuatorum.*
21 *Pactum in præiudicium fiſci ſeruatur reſpectu priuatorum.*
22 *Venetiarum Reſpublica eſt propugnaculum Italiæ.*
23 *Præfatio declarat mentem concedentis.*
24 *Præfatio inducit cauſam finalem.*
25 *Præfatio regulat diſpoſitionem.*
26 *Verba ſunt reſtringenda ad rem, ſuper qua exprimuntur.*
27 *Priuilegiorum non verba, ſed mens concedentis conſideranda.*
28 *Derogatio eſt ſtricti iuris.*
29 *Derogatio tantùm derogat, quantùm dicit.*
30 *Penſio remanet exempta reſpectu titularis non obſtante derogatione.*
31 *Princeps non derogat coniunctionibus partium.*
32 *Decima non ligat penſionarium exemptum reſpectu titularis.*
33 *Clauſulæ*, quorum tenores, *ſublata, & decretum irritans regulantur ſecundum naturam diſpoſitionis.*
34 *Decimarum impoſitio continet derogationem exemptionum pro faciliori exactione.*
35 *Debitum prius, & ſtrictius priùs ſoluendum.*
36 *Iuri quæſito non derogat Princeps, niſi in modico.*
37 *Reſcriptum ſatis eſt, ſi in modico prædicet iuri quæſito.*
38 *Obligatio vnius alterum non ligat.*
39 *Decima quando liget penſionarium.*
40 *Penſiones ex cauſa reſignationis penitus exemptæ à decimis.*
41 *Penſionarius quomodo debeat contribuere pro decimis.*
42 *Penſionarij, & titularis conuentiones remanent in impoſitione decimarum.*
43 *Decima papalis pro quanta rata afficiat penſionarium.*
44 *Beneficij prouentus quomodo probetur in exactione decimarum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1613. idibus Octobris M. R. D. Hieronymus Corradinus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Regij obtinuit à Sanctiſſimo Papa Paulo V. vt ſibi daretur Coadiutor in dicto Canonicatu M. R. D. Paulus Roſſinus cum futura ſucceſſione in forma, & ſimul cum aſſenſu illius, & dicti Roſſini fuit reſeruata ſuper fructibus dicti Canonicatus annua penſio ducatonorum 60. auri de Camera R. D. Hieronymo, & Ioanni Paulo, & cuilibet eorum, nepotibus dicti Corradini ex fratre, cum clauſula, quòd ſit exempta ab omni decima, quarta, media, & quavis alia fructuum parte, & ſubſidio charitatiuo, & alio quocumque onere ex vr-
gentiſſima etiam neceſſitate pro Seminario etiam, & 1
fabrica S. Petri, etiamſi in impoſitionibus caueretur,

quòd penſionarij teneantur pro rata, & caſu quo vn-
quam penſionarij tenerentur contribuere, dictus Corra-
dinus, & Roſſinus ſuo, & ſucceſſorum nomine de eorum
proprio ſoluere promiſerunt abſque ſpe aliquid conſe-
quendi, aut repetendi, & vt pleniùs in litteris Apoſtoli-
cis continetur.

Verùm cùm de anno 1632. Vrbanus VIII. impoſue-
rit ſex decimas omnium fructuum Eccleſiaſticorum in
Italia pro ſubuentione Cæſaris, & Catholicæ confœde-
2 rationis in Germania, ad quas etiam penſionarios teneri
voluit, etiamſi penſiones ſint exemptæ cum obligatio-
nibus iuramenti, & in forma Cameræ etiam per viam do-
nationis, & vt latius in Bulla Apoſtolica, cuius vigore
M.R.D. Ioan. Paulus Zanius ſucceſſor in dicto Canoni-
catu poſt Roſſinum prætendebat dictos penſionarios te-
neri contribuere ſolutioni dictarum decimarum, & ſic
recuſabat ſoluere integram penſionem.

Vnde dictus Zanius fuit conuentus coram me Vicario
generali Regij à dictis penſionariis ad finem, vt ipſi ma-
nutenerentur in quaſi poſſeſſione exigendi dictam pen-
ſionem integram abſque defalcatione aliqua, & cùm di-
ſputaretur de veritate quæſtionis, videbatur negotium
eſſe terminandum ad fauorem titularis, quia ſæpius Ro-
ta cenſuit per huiuſmodi derogationem ſublata eſſe pa-
cta, & conuentiones ad fauorem penſionarij appoſitas
3 ex mente Papæ: ita Rot. *diuerſ. deciſ.* 161. *in princ.* &
*num.* 4. 6. 13. *part.* 2. & *in vna Aſculana penſionis*, 17.
*Februarij* 1586. *coram Pamphilio*, & *in vna Valentin. ſub-
ſidij*, 4. *Maij* 1611. *coram Peña*. Monet. *de decim. cap.* 9.
*quæſt.* 3. *num.* 90. 91. vbi inquit, quòd ſemper Pontifex
in impoſitione decimarum derogat exemptioni.

Et hoc iuſtum videtur; ſic enim fit reductio ad ius
commune, cuius vigore penſionarius tenetur ſoluere
decimam Papalem ad ratam penſionis, *ex gl.* 1. *in Clem.*
4 *fin.* vbi Imol. *num.* 6. *de decim.* Decian. *conſ.* 156. *num.* 4.
Franc. *deciſione* 107. *numer.* 1. *& ſeqq.* Gig. *de penſion.
quæſt.* 59. *num.* 21. & *quæſt.* 62. *num.* 13. Monet. *de decim.
d. cap.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 87. vbi de communi opinione
teſtatur.

Nihilominus viſum eſt non eſſe retardandam ſolutio-
nem dictæ penſionis, pro qua exigenda manutenendi
5 ſunt dicti Corradini, cùm ex ſolutionibus factis à præ-
deceſſoribus dicti D. Zanij appareat eos eſſe in quaſi
6 poſſeſſione. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 453.
penſiones enim per Papam reſeruatæ habent executio-
7 nem paratam: Gig. *de penſion. quæſt.* 85. *ſub num.* 2. vnde
Romana Curia nunquam dat, ſeu dare ſolet commiſſio-
nem ſuper cauſa penſionis abſque illa clauſula, *Sine re-
tardatione ſolutionis*, vt dicit Monald. *d. conſ.* 42. *num.* 3.
*vol.* 2.

Et exceptiones propoſitæ videntur requirere altiorem
indaginem, quia in Bulla reſeruationis dictarum penſio-
num adſunt conuentiones, & pacta nimis prægnantia
ad fauorem penſionarij, quibus non derogatur reſpectu
8 titularis, ſed tantum Cameræ Apoſtolicæ, vt facilior
ſit exactio: & cùm illa pacta fuerint ſtipulata etiam no-
mine ſucceſſorum, & à Papa confirmata, tranſeunt
etiam in ſucceſſorem in dicto Canonicatu, & quia ſu-
per hoc extat inſignis quædam deciſio *in vna Bergomenſ.
penſionis de Treſcurio, coram R. P. D. Durand. ſub die* 13.
*Nouemb.* 1626. quæ reſoluit omnia, placet eius verba
ponere, ne allegata per eam hic replicentur, & eſt teno-
ris ſequentis.

Paulus Papa V. in reſignatione, quam Ioan. Paulus
Garlinus fecit Eccleſiæ de Treſcurio, reſeruauit ei ſuper
fructibus eiuſdem Eccleſiæ annuam penſionem ſcutorum
200. & eius nepotibus 60. exemptam, & immunem ab
omni decima impoſita, & ex quavis cauſa imponenda,
& alio quocumque onere, etiamſi in impoſitionibus hu-
9 iuſmodi decimarum caueatur expreſsè, quòd penſionarij
pro rata penſionum ſuarum quantumvis exemptarum
decimis contribuere teneantur, cui reſeruationi Marti-
nus reſignatarius modo prædicto conſenſit, & penſionem
cum iuramento, & obligatione Camerali etiam ſucceſſo-
rum nomine de ſuo, & eorum proprio ſoluere promiſit
abſque ſpe aliquid vnquam poſtea repetendi, ſeu defal-
candi, ita vt omne, quod propterea ipſe, & ſui ſucceſ-
ſores in dicta Eccleſia ſoluerent, quod præfatam ratam
pro tempore quomodolibet concerneret, Ioani Paulo re-
ſignanti, & nepotibus gratioſè donare, & remittere
teneantur donatione pura, & irreuocabili.

Sed poſteà Gregorius XV. Sereniſſimæ Reipublicæ
Venetorum conceſſit certas decimas ſuper fructibus om-
nium, & quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum ſui dominij, ad quas etiam penſionarios teneri vo-
luit, quamvis penſiones eſſent, vt ſupra, exemptæ, &
ſub quibuſvis cautelis, & decretis munitæ etiam per
viam donationis, & generaliter ſub quavis verborum
forma, aut expreſſione conceptæ, etiam quòd ipſi, à qui-
bus penſiones huiuſmodi ſunt ſoluendæ, iuri, & actioni,
petendæ, vel retinendæ portionis, aut ratæ partis pen-
ſionarij tangentium iureiurando renuntiauerint.

Cuius indulti prætextu Hieronymus Iſabellus, qui
Martinio reſignatario in dicta Eccleſia ſucceſſit, præ-
tendens, quod Ioannes Paulus penſionarius teneatur
contribuere ſolutioni prædictarum decimarum, integram
penſionem ſoluere recuſauit. Sed nihilominus cùm
fuerit conuentus coram A. C. obtinuit Ioannes Paulus
manuteneri in poſſeſſione exigendi integram penſio-
nem. Vnde cauſa appellationis mihi commiſſa ſine 10
retardatione ſolutionis arbitrio Rotæ, propoſui hodie
dubium: An intret arbitrium, in cuius diſcuſſione fuit
pro parte Hieronymi de tribus oppoſitum, nempe de
inualiditate mandati A. C. quòd quaſi poſſeſſio non
fuerit probata, & demùm de iniuſtitia: ſed validitas
fuit viſa clara, & quando fuiſſet turbida, ceſſabat dif-
ficultas, ex quo nunc ex integro poterat manuten-
tio concedi. Quaſi poſſeſſio videbatur etiam bene pro-
bata, quia ad effectum manutentionis ſufficiunt ſolu-
tiones, de quibus in actis, factæ per Martinum præ-
deceſſorem, Guid. Pap. *deciſione* 629. ſæpius per Ro-
tam canonizata. Gig. *de penſion. quæſt.* 47. *numero* 10. 11
Menoch. *de recuper. remed.* 1. *numer.* 89. Put. *deciſione*
151. *lib.* 3. Seraph. *deciſione* 1147. *num.* 1. & fuit millies
deciſum.

Quapropter poſt binas huius dubij propoſitiones, 5.
& 29. Apilis præteriti, & 6. huius menſis fuit difficultas
reſtricta ad iuſtitiam, quæ in eo ſolum verſatur: An
per ſupradictum indultum Gregorij XV. fuerit dero-
gatum clauſulis appoſitis in reſeruatione penſionis, ita
vt obſtent penſionario in caſu, & ad effectum, de quo
agitur.

Et pro parte affirmatiua, & ſic pro titulari videntur
eſſe expreſſa verba dicti indulti, vbi grauantur penſio-
narij, & derogatur pactis inter penſionarium, & titula-
rem conuentis cum clauſula, *Quorum tenores*, quæ ope-
ratur, vt omnia cenſeantur expreſſa iuxta vulgare con-
ſilium Butrij, cum expreſſa derogatione regulæ de iure
quæſito non tollendo, & cum decreto irritanti, & clau- 12
ſula ſublata, & in ſpecie derogatur obligationibus in
forma Cameræ, qua titularis erat obligatus ad fauorem
penſionarij, necnon donationibus, & iuramento ad
fauorem eiuſdem. Quæ derogationes cum non conue-
niant, nec adaptari valeant Reipublicæ: cui clauſulæ
ſupradictæ non obſtabant, vt patet ad ſenſum, videtur
neceſſariò dicendum, quòd ſolum habent reſpectum ad
titularem ita, vt eius fauore dumtaxat appoſitæ cenſean-
tur, ne aliàs inutiles ſint, & ſuperfluæ, & nihil peni- 13
tus operentur, vt in ſimili Menoch. *de præſumpt. lib.* 3.
*præſ.* 115. *num.* 63. *& ſeqq.* & tantò magis quia ſic intelli-
gendo reducitur res ad ius commune, quo penſionarij
tenentur contribuere pro rata penſionis. Gig. *de penſ.* 14
*q.* 59. *num.* 21.

Et fortiùs pro titulari ſtringebat, quòd Rota ſæpius in
puncto



puncto viſa fuit ſentire ad eius fauorem, ſcilicet quòd
per huiuſmodi derogationes exemptio, pacta, & con-
uentiones ad fauorem penſionarij in reſeruatione appo-
ſitæ fuerint ſublatæ ex mente, & voluntate Papæ, vt
15 *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 161. *in princ.* & *numer.* 4. 6. *&* 13.
& *in Aſculana penſionis* 17. *Februarij* 1586. *coram Car-
dinali Pamphilio*, & *in Valentin. ſubſidij*, 4. *Maij* 1611.
*coram bon. mem. Peña, in fin. verſ. ad deciſ. in cauſa
Toletana.*

Cæterùm re maturè diſcuſſa Domini contrarium re-
ſoluerunt, videlicet Iſabellum titularem teneri iuxta re-
ſeruationem releuare Ioannem Paulum, & eius nepotes
penſionarios ab omni, & quacumque decima: habent
enim penſionarij intentionem fundatam in litteris reſer-
uationis, cuius verba ſunt clara, vt ſupra in facto, & in
pluribus deciſionibus Rotæ in ſimilibus terminis lo-
16 quentibus, vt apud Seraph. *deciſ.* 1348. *num.* 2. *in verſic.
nam cùm agatur*, & *in verſ. non tamen tollit*, & *deciſ.* 702.
*num.* 5. 6. *part.* 2. *recent.* & *in d. Valentina ſubſidij*, 4. *Maij*
1611. allegata etiam ex aduerſo, & clariùs *in deciſ.* 26.
*Nouembris*, eiuſdem anni in eadem cauſa facta coram eo-
dem bonæ memoriæ Peña, & *in Peruſina penſionis*, 13.
*Ianuarij*, 1614. *coram Cardinali Sacrato*, & *in Cenetenſ.
penſionis*, 7. *Iunij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo*, & in
aliis adductis per Modern. *diſcept. forenſ. cap.* 548. *num.* 26.
*cum ſequentibus.*

Ex quibus deciſionibus iuxta mentem Rotæ declara-
tur dictum Breue Gregorij XV. quo etiam penſionarij
grauantur, vt ſit verum ad fauorẽ Reipublicæ, quod pen-
ſionarij tenentur pro ſua rata non minus, quam titulares
ita, vt prætextu quarumvis exemptionum, aut conuen-
tionum cum titularibus initarum non poſſint eximi à
contributione decimarum, quia illis omnibus quoad
Rempublicam fuit in dicto Breui expreſsè derogatum,
vt ſic conceſſio decimarum, vt inferius dicetur, habeat
faciliorem exitum, & effectum, ſed propterea non fuit
de mente velle præiudicare penſionatiis quoad titula-
res, ad quorum fauorem non reſpexit, nec illis in dicto
Breui quicquam conceſſit, ſed potius fuit eius voluntas,
vt quoad illos, pacta, & conuentiones, & clauſulæ
omnes in reſeruatione aſcriptæ remaneant in ſuo robore,
17 & firmitate. Rota *in prædicta deciſ.* 1348. apud Seraph.
*in dicta Valentina ſubſidij*, & aliis ſupra allegatis, & hoc
ipſum bene denotant verba Indulti, ibi: *Quoad hoc nul-
latenus ſuffragari*; id eſt, reſpectu Reipublicæ, cui ſo-
lùm indultum fuit conceſſum, & non penſionariis; ita
18 vt Reipublicæ incluſio ſit titularium excluſio, ad *l. cum
Prætor, ff. de iudic.* & in puncto dicta verba ad hoc ex-
pendit Rot. *in dicta deciſ. Cenetenſ. coram bon. mem. Rem-
boldo.*

Qui intellectus ad dictum Breue tantò magis con-
gruit, & recipi debet, quantò magis eſt iuri communi
conformis, eo enim attento ſi emphyteuta pactum inie-
rit cum Domino directo, vt non ipſe, ſed Dominus di-
rectus tributa, ac cenſum Principi ſoluat, nihilominus
emphyteuta tenetur perinde ac ſi nulla præceſſerit
19 conuentio, *l. ius emphyteutici prædij*, & ibi Rebuff. *C. de
fund. patrim. lib.* 11. vbi talis conuentio non confirmata
à Principe dicitur nulla, & improbata, & facit textus
*in l. fin. C. ſine cenſ. & reliq.* quod tamen conuentio ſit
nulla, intelligi debet quoad præiudicium fiſci dumtaxat,
20 *l. inter debitorem, ff. de pact.* ibi: *Inter debitorem, & cre-
ditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pigno-
rati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem
ſpectaret, talem conuentionem quantum ad fiſci rationem
non eſſe ſeruandam reſpondi.* Cæterùm quoad ipſos con-
trahentes conuentio eſt valida, & ſeruanda, vt probat
expreſſus textus *in l. epiſtolam, §. pactum, ff. de pact.* ibi:
21 *Pactum, vt ſi quas ſummas propter tributiones prædij pignori
nexi factas creditor ſoluiſſet, à debitore reciperet, & vt tri-
buta eiuſdem prædij debitor penderet, iuſtum, ideoque ſer-
uandum eſt.* Et ita declarant Gloſſ. *in d. l. ius emphyteu-
tici.* Iaſ. *in d. l. epiſtolam.* Aluar. Valaſc. *de iur. emph.
quæſt.* 17. *numer.* 28. Franc. Marc. *deciſione* 471. *nu-
mer.* 13. *part.* 1. Ergo derogationes pactorum, & con-
uentionum contentæ in Breui debent intelligi ex men-
te Papæ ad fauorem Reipublicæ tantum, non autem
titularis.

Quæ Pontificis mens, & voluntas inde magis vrget,
quòd ille, vt legitur in præfatione Breuis, eo dumta-
xat motus fuit ad concedendum has decimas, vt per
eas ſubuentum ſit publicis Reipublicæ neceſſitatibus
quæ tot, tantaque munitiſſima præſidia ſuſtinet ad fau- 22
ces inimicorum, quorum ipſa, & totius Italiæ eſt fir-
miſſimum propugnaculum, ideoque ad eam ſemper verba
indulti diriguntur, quæ ratio nec indirectè conuenire po-
teſt titularibus, cum quibus indultum non loquitur, li-
cet enim illa publica ſubuentio ſit omnium communis,
tamen dum Reſpublica ſiue ab vno, ſiue ab alio integras
exigit decimas, quòd poſtea penſionarius iuxta pacta
conuenta releuetur à titulari, aut non releuetur, prorſus
dicit reſpectum ad priuatam vtilitatem titularis, aut
penſionarij, vt patet ad oculum, nihil autem eſt, vnde
magis voluntas concedentis declaretur, quàm à præfa- 23
tione, *l. cum hi, in princ.* & ibi Bart. & Iaſ. *ff. de tranſact.*
Crauet. *conſil.* 221. *num.* 8. *verſ. ſeptimo verò.* Cùm enim
præfatio inducat cauſam finalem, *l. fin. ff. de hæred. inſt.* 24
aperit mentem concedentis ita, vt illa à præfatione vt à
ſua cauſa finali reguletur, limitetur, aut extendatur,
*l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.* 3. *l. ſi de certa*, vbi 25
Bart. *C. de tranſact.* Bald. *in l. ſub prætextu, num.* 12. *C.
eod.* Paul. de Caſtr. *conſil.* 332. *lib.* 1. Crauet. *conſil.* 16.
*numero quinto*: vbi quod verba ſunt reſtringuenda ad 26
rem, ſuper qua exprimuntur, *l. ſi quis ita, ff. de teſta-
mento tutel.* Surd. *deciſione* 217. *numer.* 6. vbi quod
quando exprimitur certa cauſa, verba generalia vltra
dictam cauſam nihil operantur, ſed debent reſtringi
ad eam, quando ſalua ratione recti ſermonis reſtrictio
fieri poteſt. Hic autem recti ſermonis ratio poſtu-
lat, vt fiat dicta reſtrictio, ne Pontificis gratia, ſeu
conceſſio trahatur ad eos, quibus non conuenit ra-
tio conceſſionis. Vnde dixit Rota apud Mohed. *de-
ciſione* 13. *de præbend.* quòd in priuilegiis, & gratiis 27
non tam verba ſunt attendenda, quàm mens conſide-
randa.

Præthereà etiam eadem Pontificis voluntas, & inten-
tio non minùs elicitur combinando indultum decima-
rum cum pactis, & clauſulis reſeruationis; etenim in
his habetur, quòd titularis in ſubſidium promiſit ſuo,
& ſucceſſorum nomine de proprio ſoluere ratam deci-
marum ſpectantem ad penſionatium, quam promiſſio-
nem Pontifex ratam habuit, illamque expreſsè confir-
mauit, & approbauit. In indulto autem ad denotan-
dum, quòd derogationes in eo contentæ nullo modo at-
tingunt intereſſe titularis, ſed Reipublicæ, derogatur
dumtaxat clauſulis, quæ (iuxta mox dicenda) poſſunt
adaptari faciliori, aut difficiliori exactioni ex fructi-
bus beneficiorum, non autem derogatur clauſulæ, vt
in omnem caſum titularis etiam de proprio ſoluere te-
neatur. Cùm enim derogatio ſit ſtricti iuris, Gemin.
*conſil.* 35. *numer.* 2. tantum, & non plus eſt derogatum,
quantum dictum, aut quantum de neceſſitate infertur,
*l. ſancimus, C. de teſtam.* Crauet. *conſ.* 26. *num.* 7. Rota
*in dicta Valentina ſubſidij*, 4. *Maij*, *coram bon. mem.
Peña, verſ. quod verò ex derogatione.* Cur autem Papa
hoc vnum derogare omiſerit, non autem alia, illa ſola 28
videtur eſſe ratio, quòd cùm decimæ non de proprio,
vt penſio, ſed ſolùm de fructibus ſint exigendæ, ſu-
perfluum erat derogare huic clauſulæ, quæ non perti- 29
net ad decimarum exactionem, ſed ſolùm ad priuatum
intereſſe titularis, & penſionarij, quod intereſſe non
fuit conſideratum, ſed omiſſum, quia nullo modo,
nullaque ratione mouit Papam ad concedendum indul- 30
tum: ergo quoad illud conuentiones, & clauſulæ

reſeruationis remanſerunt in ſuo priſtino ſtatu, & per
conſequens iuramentum, & obligatio Cameralis, ſub
quibus etiam facta fuit promiſſio ſoluendi de proprio,
quæ conſideratio fuit de mente Rotæ *in dicta Peruſina*
*penſionis, verſ. minùs refragratur, in fin. coram Cardinale*
*Sacrato.*

Tandem generaliter nulla Principis conceſſio etiam
cum clauſulis derogatoriis tollit partium conuentiones,
niſi adeo clarè, & diſtinctè illis ſit derogatum, vt alia non
31 poſſit capi interpretatio, *c. ex multiplic.* vbi gl. & Anch.
*num. 4. de decim.* Felin. *in c. cauſam quæ, num. 10. de reſcript.*
Put. *deciſ. 193. lib. 1. in nouis impreſſ.* Caputaq. *deciſ. 55. p. 2.*
& in puncto Rota *in dicta Valentina ſubſidij, 4. Maij, in*
*verſ. non obſtant clauſulæ derogatoriæ*: ex quibus patet re-
ſponſio ad contraria, quæ ex aduerſo adducebantur, ſed
pro maiori ſatisfactione, & claritate illis ſingulariter re-
ſpondetur.

Non obſtat primò, quòd in indulto Gregorij XV. pen-
ſionarij in ſpecie grauentur, & derogetur in eo pactis, &
conuentionibus inter penſionarium, & titularem, quia
grauamen, & derogationes intelliguntur quoad deci-
mas, & ſic quoad Rempublicam Venetorum, ita, vt quoad
eam conuentiones ſint derogatæ, & nullæ, iuxta textum
32 *in d. l. inter debitorem*, & *in d. l. ius emphyteutici*, remanent
tamen validæ, vt priùs, quoad contrahentes, iuxta textum
*in d. l. epiſtola, §. pactum, ff. de pact.* & Rot. *deciſ. 5.* ſuperiùs
allegata.

Non obſtat ſecundò clauſula, *Quorum tenores*, decre-
tum irritans, & clauſula, *Sublata*, quia intelliguntur eo-
dem themate retento, nempe quoad præiudicium Rei-
publicæ, quia cum regulentur ſecundum naturam diſpo-
ſitionis, cui ſunt adiectæ, Mart. *de clauſ. part. 1. clauſ.*
33 176. *num. 17.* Caſſador. *deciſ. 10. num. 4. ad Reg. Cancell.*
Caputaquenſ. *deciſione 121. part. 1.* ſi non obſtat princi-
palis diſpoſitio Breuis, minùs obſtare debent clauſu-
læ acceſſoriæ ipſius Breuis, *reg. acceſſorium, de reg. iur.*
*in 6.*

Non obſtat tertiò, quòd in Breui derogetur obligatio-
ni Camerali, iuramento, & regulæ de iure quæſito, &c.
quæ taliter videntur adaptari ad fauorem titularis erga
penſionarium, vt nullo modo conueniant Reipublicæ, cui
dictæ clauſulæ non obſtabant. Quia vltra quòd cum con-
ſtet de mente Papæ, & de cauſa finali certa, & determina-
34 ta ad ſolum fauorem Reipublicæ, non eſt curandum de
effectu dictarum clauſularum, niſi ſi, & in quantum con-
tenta in illis poſſunt afferre commodum Reipublicæ, &
non aliter, iuxta ſupradicta. Reſpondetur etiam ſatis eſſe,
quòd derogationes illæ operentur faciliorem decimarum
exactionem ad fauorem Reipublicæ, vt dixit Rota *in*
*dicta Valentina ſubſidij, 29. Nouembris* 1611. *coram bon.*
*mem. Peña.*

Facilior autem exactio ex derogatione prædictorum
poteſt conſiderari tam contra titularem, quàm etiam
contra penſionarium. Contra titularem, ne excuſetur,
quòd Papa prius illum grauauit ſub iuramento, & obli-
gatione Camerali ad fauorem penſionarij, & ſic quòd il-
lius creditum ſit non ſolùm prius, & ſic potius, *l. qui*
*prior, de regul. iur.* ſed etiam ſtrictius propter iuramen-
tum, & obligationem Cameralem; & ideò priùs ſoluen-
35 dum eſſe, *ad l. 1. cum ſeqq.* & *l. cum ex pluribus, ff. de ſo-*
*lut.* Menoch. *de arb. ca. 493. num. 14. cum ſeqq.* vbi quod
debiti cauſa grauior alia eſſe dicitur, ſi vna habet faci-
liorem exactionem, quàm altera. Contra verò penſiona-
rium, quia ob eaſdem cauſas fortè prætenderet prius ſibi
ſoluendam eſſe penſionem ex fructibus, quàm Reipubli-
cæ decimas. Vnde Summus Pontifex ad tollendum has
difficultates gratiâ facilioris exactionis decimarum ap-
poſuit dictas derogationes ita, vt ſolum quoad dictam fa-
ciliorem exactionem voluerit præiudicare penſionariis,
vbi enim non apparet Principem voluiſſe præiudicare
iuri tertij, in dubio debet intelligi, quod voluit in modi-
co præiudicare, & non in magno. Pariſ. *conſil. 6. num. 16.*
*lib. 2.* Bald. *in c. 1. §. Sacramenta, de pac. iuram. firm. in vſib.*
*feud.* vbi ſat eſt ſi reſcriptum aliquid modicum operetur 36
in præiudicium tertij. Iaſ. *in l. quoties, num. 4. C. de precib.*
*Imp. offer.* Decian. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 26. de* 37
*conſtit.* Aluar. Valaſc. *conſult. 71. n. 21. 23. vol. 1.* Rota *in*
*dicta Valentina ſubſidij 4. Maij, coram bon. mem. Peña, in*
*verſiculo nec eſt nouum.*

Non obſtat quartò deciſio 161. *part. 2. diuerſ.* quia ibi
præceſſerat concordia inter Clerum, & Regem Catho-
licum, in quo totus Clerus ſe obligauerat ſoluere con-
cordatum non obſtantibus quibuſcumque exemptioni-
bus, priuilegiis, & contractibus etiam iuratis, & in forma
Cameræ, &c. & Papa aliud non fecit, quàm concordiam
confirmare. Vnde mirum non eſt, quòd in caſu illo fue-
rit reſolutum, penſionarium teneri, & non eſſe releuan-
dum à titulari, quia obligatio, quæ ex perſona, & facto
illius originem traxit, ipſum ſolum afficere debuit, &
non titularem, *l. quacumque gerimus, ff. de action. & oblig.* 38
*l. inter ſtipulantem, ff. de verb. oblig.* Vnde etiam deroga-
tio iuramenti, & obligationis Cameralis ad damnum
penſionarij facta fuit, & ſic etiam eſt intelligenda deciſio
Valentina ſubſidij 4. Maij, *in verſ. in cauſa Toletana*, dum
loquitur de obligatione Camerali, quia deciſio in dicta
cauſa Toletana eſt eademmet deciſio 161. *part. 2. diuerſ.*
Hic autem verſamur in ſimplici indulto Papæ nulla præ-
cedente obligatione penſionarij, ſed conceſſo ex cauſa
ita reſtricta ad Rempublicam vt non conueniat penſio-
nario.

Demùm deciſioni in cauſa Aſculana penſionis 17. Fe-
bruarij 1486. coram Cardinali Pamphilio, & aliis deci-
ſionibus ex aduerſo allegatis reſpondet eadem deciſio
Valentina ſubſidij, in illis difficultatem non fuiſſe reſtri- 39
ctam ad terminos huius diſputationis, & in caſu dictæ
deciſionis Aſculanæ penſionis erat penſionarius miles
Hieroſolymitanus, & contributio erat in fauorem reli-
gionis impoſita per Magnum Magiſtrum, ideo cauſa ne-
dum erat communis, ſed propria penſionarij, & in om-
nem caſum ſemper vrget illa particularis exceptio, quòd
hic non fuit derogatum obligationi ſoluendi de proprio,
cui accedunt etiam obligatio Cameralis, iuramentam, &
alia vincula, de quibus in litteris reſeruationis, &c.

Et ita vtraque.

His ſtantibus non videtur dubitandum, quin titularis
teneatur de ſuo ſoluere decimam, & integram penſio-
nem dictis Corradinis, & ita dicunt Curiales præci-
puè ſeruari Romæ, vbi penſiones reſeruantur ex cauſa
reſignationis, vel occaſione coadiutoriæ; tunc enim ſo-
lent apponi ſimilia pacta, & conuentiones, vt ſi quid
ſoluendum erit, titularis illud donet de ſuo, quod fieri
ſolet tantum in illis caſibus, non autem quando ex cauſa
obitus, vel alio reſpectu; tunc enim penſionarius con- 40
tribuere tenetur, vt ex infraſcripto decreto his tempori-
bus emanato occaſione ſex decimarum nouiter impoſita-
rum ab Vrbano VIII. cuius tenor talis eſt.

*Decretum ſuper contributione penſionariorum pro decimis. Die XIV. Ianuarij 1633.*

Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Hip- 41
polytus miſeratione diuina S. Angeli in foro Piſcium
Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camera-
rius, & ſex decimarum per S. D. N. D. Vrbanum diui-
na prouidentia Papam VIII. nuper impoſitarum Col-
lector generalis, adſiſtentibus ibidem Illuſtriſſimo &
Reuerendiſſimo D. Stephano Duratio, eiuſdem San-
ctiſſimi, & Cameræ Apoſtolicæ generali Theſau-
rario, ac Reuerendiſſimo D. Felice Contelorio eiuſ-
dem Cameræ generali Commiſſario; ad tollendas diffe-
rentias, quæ inter penſionarios, & titulares ſuper
ſolutione, ſeu retentione decimarum dictos penſio-
narios tangentium in dies oriuntur. De mandato eiuſ-
dem



dem Sanctiſſimi D. N. Papæ viuæ vocis oraculo ſibi fa-
cto, & auctoritate ſui Camerariatus officij, vigore ſpe-
cialis facultatis ſibi deſuper attributæ, citra præiudicium
conuentionum inter titulares, & penſionarios initarum,
ſtatuit, & declarauit, penſionarios pro rata penſionum
ſuarum pro dictis decimis ad infraſcriptam rationem te-
42 neri ſoluere, vel contribuere. Titularibuſque penſiones
ipſas ſoluere debentibus licere in ſolutione dictarum pen-
ſionum dictis penſionariis retinere ratam, & portionem
dictos penſionarios pro ipſis decimis tangentem ad ean-
demmet rationem taxæ, ad quam ipſi titulares ſoluunt
decimas Cameræ Apoſtolicæ, vel eius ſubcollectori,
habita ratione veri redditus dictarum Eccleſiarum, bene-
ficiorum, &c. exempli gratiâ pro maiori intelligentia.

Suppoſito, quòd ſuper fructibus annui redditus duc.
500. ſit reſeruata annua penſio ducatorum centum, quod
43 eſt quinta pars dicti redditus, & quòd pro decimis titu-
laris beneficij teneatur ſoluere Cameræ Apoſtolicæ ſcuta
quinquaginta, penſionarius tenebitur contribuere pro
dicta quinta parte dictarum decimarum, & ſic ſoluere
ſcuta decem.

Pro ſcientia autem dicti veri redditus Eccleſiæ, ſeu
beneficij penſione grauati, ſtari debere expreſſioni valo-
ris in litteris Apoſtolicis reſeruationis penſionis de con-
ſenſu moderni titularis, ſeu cuiuſcumque eius actoris
factæ, & ea ceſſante, aſſertioni cum iuramento titularis,
niſi aliter per penſionarios doctum fuerit: & ita ſtatuit,
decreuit, & declarauit omni meliori modo, &c.

HIPPOLYTVS CARD. ALDOBRANDINVS, Cam.

---

# CAPVT XXV.

## EPITOME.

Si teſtator mandat ſolui aliquid, donec legatum pecuniæ ſoluatur, an id validum ſit? & quando filij poſiti in conditione cenſeantur vocati.

## SVMMARIVM.

1 *Vſura prohibetur tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus.*
2 *Legatum pecuniæ ſi eſt purum, non poteſt aliquid prætendi ratione retardatæ ſolutionis.*
3 *Si teſtator fecit, dilationem hæredi ad ſoluendum legatum, poteſt iubere interim aliquid ſolui.*
4 *Vſura an committatur in legatis.*
5 *Legatum pœnale debet ſolui.*
6 *Teſtator non cenſetur eligere viam, per quam ſuum teſtamentum poſſit impugnari.*
7 *Teſtator cenſetur diſponere eo modo, qui valere poteſt.*
8 *Dilatio per quæ verba cenſeatur conceſſa.*
9 *Argumentum à contratrio ſenſu valet etiam in vltimis voluntatibus.*
10 *Lucrum ceſſans debetur à moroſo debitore, & quando.*
11 *Numerus ſingularis verificatur in vno.*
12 *Hæres debet cenſeri grauatus minùs, quàm fieri poſſit.*
13 *Dictio*, quælibet, *eſt diſtributiua, & requirit concurſum omnium.*
14 *Verbum*, Placet, *importat arbitrium boni viri, & quando ſecus.*
15 *Arbitrium boni viri per quæ verba importetur.*
16 *Verbum liberi arbitrij an reſtringatur per verbum ſequens importans abitrium boni viri.*
17 *Arbitrium eſſe regulatum magis decet.*
18 *Verba liberi arbitrij, an reſtringantur ad arbitrium boni viri vbi agitur de proprio intereſſe.*



19 *Verba prædicta in dubio important arbitrium boni viri.*
20 *Verbum arbitrij liberi, ſi agitur de præiudicio tertij, importat arbitrium boni viri.*
21 *Filij poſiti in conditione ſunt vocati, & quando.*
22 *Coniecturæ efficiunt, vt poſiti in conditione ſint vocati.*
23 *Filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati poſiti in conditione ſunt vocati.*
24 *Familiam voluiſſe conſeruari cenſetur teſtator, qui mandat hæredi ſua deferre inſignia.*
25 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator reſpexit ad conſeruationem familiæ.*
26 *Filij ſub conditione poſiti in fideicommiſſo particulari cenſentur vocati.*
27 *Fideicommiſſum particulare dicitur omnium ſtabilium.*
28 *Coniectura vnica poteſt efficere, vt filij poſiti in conditione ſint vocati.*
29 *Confeſſio facta in precibus probat contra ſupplicantem.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi, in qua de multis quærebatur, ſiqui-
dem facti ſeries talis eſſe credebatur, quia dum peſtis
graſſabatur, defunctus eſt M. R. D. Iacobus Calcaneus
inſtitutis hæredibus fratribus de Caſellinis, & relictis
D. Paulo Burdio ducatonis 600. nolens ſolutionem dif-
ferri vltra ſex menſes, & quod interim ei dentur duca-
toni quinquaginta per viam fructuum, & factis etiam illi
aliis rerum mobilium legatis ſubiunxit: [Vlterius volo,
quòd ſupradictus Paulus poſſit tollere quamlibet rem è
domo ad domum ſuam, quæ ſibi placeat, & hæres ne-
queat impedire.]

Vnde dubitatum fuit, an illud legatum duc. 50. ſit va-
lidum, & an præfatus D. Paulus vigore alterius legati
poſſit aſportare quaſcumque res mobiles in domo exi-
ſtentes, vel vnicam tantum ad ſui beneplacitum.

Et quoad primum videbatur legatum ſapere prauita-
tem vſurariam, namque pecunia eſt ſterilis, & tamen
voluit teſtator interim ſolui duc. 50. per viam fructuum,
& nihilominus prohibetur vſura tam in contractibus,
quàm in vltimis voluntatibus: ad textum *in l. 3. in fin.* 1
vbi Bart. *de ann. leg. l. 2.* vbi Soc. *num. 6. de his, quæ pœn.*
*nomine.* Iaſ. *in l. 1. num. 29. C. de ſum. Trin.* Grat. *diſc. 34.*
*num. 38.*

Verumtamen aliter iudicaui, & cenſui, quæ dicta ſunt
procedere, quando legatum eſt factum ſine aliqua tem-
poris adiectione, ita vt legatarius potuerit ſtatim adita
hæreditate legatum petere, tunc enim non poſſet præ-
tendere aliquid ratione ſolutionis retardatæ, ſi res non
eſt per ſe fructifera, & teſtator non poteſt aliter diſpo-
nere, quia eſſet vſura. Soc. *conſ. 56. num. 1. lib. 3* Barboſ. 2
*conſ. 66. lib. 2.* Crauet. *conſ. 89. num. 1.* Ioan. Lup. *in cap.*
*per veſtras, in 6. not. de donat. inter vir, & vxor.* Couar.
*lib. 3. variarum reſolut. cap* 1. *num. 9.* Menoch. *conſ.* 440.
*num. 6.* & *conſ. 441. num. 26. lib. 5.* Homobon. *de exam.*
*Eccl. tom. 2. tract. 9. cap 13 quæſt. 38. in fin.* tamen quando
teſtator fecit dilationem hæredi ad ſoluendum, & ſic à
principio non potuit legatarius petere rem legatam, per
eum licitè percipitur quidquid ſibi à teſtatore relin-
quitur, ceſſat enim ratio vſurarum cùm ceſſet voluntas
differendi exactionem: & ita contra Aret. *conſ. 152.* inci- 3
pit, *Viſo themate*, tenuit, & ita Romæ fuiſſe iudicatum
teſtatur Soc. *in l. 2. num. 7. vſque ad num. 10. verſic. &*
*iſta, ff. de his, quæ pœn. nomine*, & *conſ. 41. lib. 4.* Rip.
*in l. nemo poteſt, col. 3. de leg. 3.* Alciat. *Paradox. lib. 5. cap.*
*vlt.* Couar. *d. lib. 1. cap. 1. num. 9.* Cagn. *in l. curabit,*
*num. 13. C. de act. empt.* Puteus *deciſ. 70. lib. 1.* Fachin.
*contr. iur. lib. 6. cap. 72.* Gabriel. *conſ. 155. num. 7. lib. 2.*
Franch. *deciſ. 254. part. 2* Rom. *conſ. 510. n. 15. verſ. primò*
*quia*; pulchrè, & latè Ioan. Bap. Lup *in l. curabit, C.*


de

*de act. empt. comm.*1.§.4.*n.*72. *verſ. ſed aduertendum*, & *n.*
73.*verſ.aduertendũ*,latè Menoch.*conſ.*441.*n.*10.Surd.*conſ.*
23.*lib.*1. & *in tract.de alim. tit.*8.*priu.*29.*n.*6.& *tit.*9.*q.*16.
*n.*53.& *q.*18.*n.*9.*vſque ad n.*15. Grat.*d.diſc.*34. *n.*35.Mar.
Antonin. *var. reſol.lib.*1.*reſol.*59.*n.*9.*verſ. quando.*

Et hoc multò magis eſt ſentiendum in caſu noſtro,vbi
legatum duc. 50. non eſt correſpectiuum ad principale
4 legatum duc.600. ratione vſuræ,cùm in ſpatio ſex men-
ſium non poſſit conſiderari fructus ſimilis moderatus,&
ſic cenſeri debet potiùs aliud legatum diſtinctum ab alte-
ro. Surd. *dict.tit.*9.*q.*16. verè enim iſtud legatum dici de-
bet potius pœnale,quàm vſurarium, voluit enim inuitare
hæredem ad ſoluendum quanto citius, valida autem ſunt
omnia legata, quæ fiunt ſub pœnæ nomine, vt per DD.
5 *in d.l.*1.*ff. de his, quæ pœn. nomine*, §. *fin. inſt. de leg.* Mar.
Ant. *d. reſ.*59.*n.*4. *in fin.*

Et quamvis teſtator dicat, per viam fructuum, non ta-
men intelligit, quòd ſint fructus pecuniæ, ſed quod iſtud
legatum ſoluatur per viam fructuum , ideſt ex fructibus
hæreditariis , quod videtur conforme eius verbis , quæ
cauſam mediatricem important ; ſed etiam conuenit
menti , ne aliter dicendo incidamus in abſurdum , quòd
teſtator elegerit viam impugnandi ſuum teſtamentum,
ad textum *in l.* 3. *de teſt. mil.* Mantic. *de coniect. vlt. vol.*
6 *lib.*3.*tit.*1.*num.*12. Menoch.*præſ.*105.*n* 28.*lib.*4. Ludouiſ.
*deciſ.*358.*num.*2. Cyriac. *contr.*168.*n.*50.51.*lib.*1. præſu-
mendum eſt enim voluiſſe diſponere eo modo , quo va-
7 lida ſit diſpoſitio. Bart. *in l. de pupillo* , §. *ſed vt* , *n.*7.*ff.*
*de non. oper. nunt.* Menoch.*præſ.*12. *n.*65. *lib.*3. Mantic.
*d.tit.*2.*n.*15.

Neque dicatur nullam fuiſſe conceſſam dilationem,
cum dixerit teſtator ſe velle prædictum legatum ante alia
eſſe ſoluendum ; nam cùm poſtea ſubiunxerit ſe vetare,
ne ſolutio differatur vltra ſex menſes , videtur voluiſſe
tollere quæſtionem de anno, qui ſolet dari ad exequenda
legata , & ſenſiſſe , quòd ſaltem poſſit differri vſque ad
8 ſex menſes ; valet enim argumentum à contrario ſenſu
9 etiam in vltimis voluntatibus,ad textum *in l. quod purè*,
*in princ. ff. quando dies leg. ced. l. ſi legatum* , *in princ. de*
*adim. leg. l. aliquando,in fin. de condit. & demonſtr. l. Lu-*
*cius, la ſecunda* , *de hær. inſt.*

Accedat, quod dictus D. Burdius prætendit etiam di-
ctos duc.50. ratione lucri ceſſantis , quod feciſſet in arte
lanea , cuius eſt mercator, ſi pecunias legatas habuiſſet,
vt proteſtatus eſt , & probauit ſolere fieri per eum, &
alios mercatores magna lucra in dicta arte, quæ ceſſaue-
runt ei per duos annos,quibus pendet hæc controuerſia,
10 & hoc iuſtum eſt, quia vbi debitor eſt in mora, & credi-
tor veriſimiliter lucratus eſſet , tunc debetur lucrum ceſ-
ſans , & licitè exigitur. Caſtr. *in l.*3. §. *fin. ff. de eo, quod*
11 *cert. loc.* Put. *deciſ.*237.*lib.*1. Rim. Iun. *conſ.*218.*num.*99.
*vſque ad num.*104. Gratian. *diſc.*67.*num.*9. latè Layman.
*moral. lib.*3. *tractat.*4.*c.*15.*n.*8. Homobon. *de exam. Eccl.*
*tom.*2.*tract.*9.*cap.*14.*q.*45.

Quoad alterum punctum videbatur dicendum teſtato-
rem intellexiſſe de vnica re tantùm ad electionem lega-
tarij, tum quia loquitur in numero ſingulari, qui in vno
poteſt verificari,*l.neceſſaria*,§.*ſi annum,de pignor. action. l.*
*ſi is qui ducentum*,§.*vtrum,de reb.dub.* tum quia ſic dicen-
do hæres minùs grauatur , provt conuenit , *l. apud Iu-*
12 *lianum* , §.*Seio, de leg.primò*,& *l.vnum ex familia*, §.*ſi rem*,
*de leg.*2.

Nihilominus cenſui teſtatorem intellexiſſe de qua-
cumque re pluraliter , dum dixit , *poſſa portare à caſa*
*ſua qualſiuoglia coſa* ; dictio enim , *quamlibet rem* , eſt
quidem diſtributiua, ſed requirit concurſum omnium,&
attribuit ſingulis actum in ſolidum , & ſic eſt virtutis
vniuerſalis ad omnia ſe extendens : ita Bart. *in l. hoc ar-*
*ticulo* , *ſub num.*6. *de hered. inſtit.* pulchrè Caſtr. *con-*
13 *ſilio* 283. *num.*2. *lib.*1. benè declarat ſic Rip. *in l. hære-*
*des* , §. *cùm ita* , *num.* 3. *ad Trebell.* Tuſch. *practic. con-*
*cluſ.littera D*, *concluſ.*269. *num.*11. Peregr. *de fideicomm.*
*articulo* 22. *numero* 68. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſtion.* 358.
*num.* 14.

Dicebat etiam legatarius,ſe poſſe tollere vniuerſa mo-
bilia domus,quia licet adſit verbum , *Placet* , quod ſolet
importare arbitrium boni viri , tamen quia apponitur
verbis vniuerſalibus, importat liberum arbitrium. Pariſ.
*conſ.*71.*num.*18.*lib.*3.Ruin.*conſ.*133.*num.*3.*lib.*2. Soc. Iun. 14
*conſ.*102.*n.*32.*lib.*2 Becc. *conſ.*88.*num.*47.Surd. *conſ.*380.
*num.*37.*lib.*3.Gratian.*diſc.*23.*num.*14. 15.

Tamen dixi in propoſito caſu non poſſe dici,quòd te-
ſtator voluerit legatarium poſſe tollere ſibi omnia , quia
dum illi legauit nominatim multas res, & poſteà ſubiun-
xit , quòd poſſit etiam tollere quamlibet rem , quæ ſibi
placuerit,cenſetur voluiſſe dare electionem quidem alia- 15
rum rerum , non tamen omnium, quoniam ille circuitus
verborum eſſet inutilis , & ſi voluiſſet omnia dare , vno
verbo poterat ſe expedire dicendo : *Lego ei omnes res*
*mobiles domus* ; quod non fecit , quia voluit complacere
legatario , ſed ad diſcretionem boni viri. Nam ſatis cla-
rum eſt, quòd verbum , *Placet* , importat boni viri arbi-
trium, etiamſi ponatur poſt verba liberum arbitrium im- 16
portantia , ad textum *in l. Thais*, §. *ſorore* , *ff. de fideicom.*
*liber.* Bart. *in l. ſi quis arbitratu, num.*7. vbi Socin. *num.*
32. *de verb. obligat.* Socin. *conſ.* 49. *num.*3. *lib.*4. pulchrè
Abb. *in cap. Quintauallis,num.*32.*in fin. de iureiur.* Rot.
*diuerſ. deciſ.*640. *num.*22. *part.*1. Menoch. *de arb. indic.*
*lib.*1.*quæſt.*8.*num.*3.7.perbellè Becc.*conſ.*88.*num.*48.Tuſc.
*pract.concluſ.littera V*,*concluſ.*151.*num.*18. & *concluſ.*152.
*num.*6. 11.

Et licèt ſatis dubia ſit quæſtio iſta , an verbum liberi
arbitrij reſtringatur per verbum ſubſequens arbitrium
boni viri importans , tamen quòd tali caſu amplectenda
ſit ſententia pro boni viri arbitrio , quia magis ſapit 17
æquitatem , teſtatur Menoch *de arb. ind.quæſt.*7.*num.*18.
19. & eſto, quòd verior eſſet etiam altera opinio , ta-
men ſemper vbi ſit commiſſio alicui in propria cauſa,
verba abſolutam facultatem inducentia cenſentur ſo-
lum arbitrium boni viri importare , quia contra eum
præſumitur dolus , & mala ſuſpicio ob intereſſe pro- 18
prium, quod habet in negotio : ita Franc. Aret. *conſ.*14.
*num.*9. *verſ. nec poteſt.* Tuſch. *pract. concluſ. d. littera V*,
*concluſ.*151. *num.*17. & ſi eſſemus in dubio, verba ita de-
bent intelligi , vt potiùs importent arbitrium boni viri,
quàm liberam facultatem. Alex. *conſ.*58. *num.*12. *verſ.* 19
*& in dubio, lib.*3. Tuſch.*d. littera V*, *concluſ.*151.*num.*16.
Menoch. *de arb. ind. quæſt.*9. *num.*1. 14.

Dici etiam poteſt, quòd hic agitur de præiudicio DD.
Caſellinorum, qui tantò magis grauabuntur, ſi detur li-
bera poteſtas legatario,ideo cenſendum eſt tantùm fuiſſe
conceſſum arbitrium boni viri , quia verba importantia
liberam facultatem,& abſolutam,ſi agatur de præiudicio
tertij, intelliguntur pro viri boni arbitrio. Butr. & Imol. 20
*in cap* 1. vbi etiam Dec. *num.*21. *in prima lect.* & Felin.
*num.*51. & latè And. ab Exec. *num.*427.428. *de conſtitut.*
Dec. *conſ.*355. *num.*6. Picus *in l. in quartam* , *num.*148.
149.*ad l. Falcid.* Afflict. *deciſ.*91. *num.* 1. Menoch. *de*
*arb. ind. quæſt.*7.*num.*57.& *quæſt.*9.*num.*8.9.10. & ſic iu-
dicaui,quòd legatarius poſſit tollere , & aſportare è do-
mo teſtatoris quidquid velit , arbitrio tamen boni viri,
ea præcipua ratione , quia tractatur de ſuo intereſſe , &
propterea debet ſuum regulare arbitrium , etiamſi aliàs
eſſet liberum.

Verùm quia dubitabatur,ne hæreditas dicti D. Iacobi
eſſet ſoluendo propter multa onera, & quia moriente di-
cto D.Iacobo pater eius ſubſtituerat dictos DD. Caſelli-
nos,qui idcirco dicebãt,quòd dictus D.Iacobus non po-
terat diſponere niſi de legitima , & Trebellianica ; ideò
ad augendam hæreditatem dicti D. Iacobi conſideratum
fuit, quòd olim D Ioan. Baptiſta Suauius de anno 1584.
fecit hæredem ſuum prædictum D. Paulum Calcaneum
cum onere faciendi ſe nominare de agnatione , & fami-
lia teſtatoris , & ei quandocumque decedenti ſine filiis
legiti



legitimis,& naturalibus,& de legitimo matrimonio natis
ſubſtituit in bonis immobilibus Montem Pietatis Regij:
& propterea cùm dictus D. Iacobus ſuperſtes fuerit di-
cto D. Paulo eius patri,prætendit Burdius prædictus hæ-
reditatem dicti Suauij eſſe præcipuam dicti D.Iacobi,&
non potuiſſe dictum D.Paulum in ea facere ſibi aliquam
ſubſtitutionem.

Et propterea hîc agitanda eſt illa ardua quæſtio , an
filij poſiti in conditione ſint ocati , vel potiùs cen-
ſeatur eis reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis ? & licet
pro vera & communi apud multos habeatur illa opinio,
quòd vocati intelligantur , vt videre eſt apud Ruſt. *de*
21 *liber. in condemn. poſ. lib.*1. *cap.*2. Mantic. *de coniect. vlt.*
*vol. lib.*11. *tit.*2. Menoch. *præſ.*76. *num.*25. *lib.*4. Fuſar.
*de ſubſtitut. quæſt.*437. *num.*4. Harprect. *ad Clar. in* §. *te-*
*ſtamentum*,*quæſt.*77. *littera C*, tamen nemo dubitat,quin
vera ſit hæc concluſio pro filiis in conditione poſitis ,
quando adſunt coniecturæ , & præſumptiones , quòd
eos teſtator voluerit vocare. Dec. *conſ.*3. *num.*48. *lib.*1.
22 Peregr. *conſ.*91. *num.*30. *lib.*1. Honded. *conſ.*65. *num.*28.
& Fuſar. *dict. quæſt.*437. *num.*6. Cyriac. *controuerſ.*96.
*num.*13. *lib.*1.

Hic autem multæ extant coniecturæ , ob quas poſſu-
mus credere dictum D.Suauium teſtatorem voluiſſe non
ſolum præferre dictum D. Iacobum ſubſtituto,ſed etiam
ad ſuam hæreditatem vocare defuncto dicto D. Paulo:
& ea præcipua eſt quia poſuit in conditione filios di-
cti D. Pauli cum tali adiuncto , vt ſint legitimi , & de
legitimo matrimonio nati ; nam cùm legitimatus poſſit
concurrere , ſi per ſubſequens matrimonium legitime-
tur, & tamen iſte non faceret deficere prædictam condi-
tionem , & locus eſſet ſubſtituto , ſi non extaret natus
ex legitimo matrimonio , ſequitur quòd teſtator ſub tali
forma ponens filios ſui hæredis in conditione , volue-
23 rit etiam eos vocare , & hæc eſt potentiſſima coniectu-
ra. Socin. Iun. *conſ.*110. *num.*25. & *conſ.*147. *num.*39.
*lib.*3. Honded. *conſ.* 65. *num.* 42. *lib.*1. Surd. *deciſ.*162.
*num.*8. *& ſeqq.* Fuſar.*de ſubſt.quæſt.*433.*num.*64.Seraphin.
*deciſ.*1329.*num.*5.Ludouiſ.*deciſ.*329.*num.*6.latè Giouagn.
*conſ.*79. *num.*18. *lib.*1. Gratian. *diſc.*352. *num.*4. *& ſeq.*
Cyriac. *controuerſ.*96. *num.*59. *& ſeqq. lib.*1. qui omnes
teſtantur hanc ſolam coniecturam ſufficere.

Secunda vrgens coniectura eſt , quia teſtator videtur
reſpexiſſe ad conſeruationem agnationis , & familiæ,
cum iuſſerit dictum D. Paulum eius hæredem aſſumere
24 nomen , & inſignia teſtatoris , hæc enim indicant ratio-
nem habuiſſe conſeruandæ familiæ. Ruſtic. *in l. cùm*
*auus, lib.*4. *cap.*2. *num.*40. *& ſeqq. de cond. & dem.* The-
ſaur. *deciſ.*270. *num.*10. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*6.
*tit.*15. *num.*15. Farin. *deciſ.*319. *num.*4. *part.*1. Fuſar. *de*
*ſubſtit. q.*437. *num.*76. Seraphin. *deciſ.*1329. *num.*3. at
25 quando teſtator reſpexit ad conſeruationem agnationis,
tunc certum eſt filios in conditione poſitos intelligi vo-
catos. Ruſtic. *d. tract. lib.*5. *cap.*7. *num.*1. Theſaur. *de-*
*ciſ.*96. *num.*10. Menoch. *præſ.*76. *num.*36. *lib.*4. Intrigl.
*de ſubſtit. cent.*3. *quæſt.*26.*num.*13.Seraphin.*d.deciſ.*1329.
*num.*9.Coccin.*deciſ.*267.*num.*12.Giouag.*conſ.*79.*num.*15.
*lib.*1.Cyriac.*d.contr* 96.*num.*61.Ludouiſ.*deciſ.*337.*num.*7.
qui teſtantur hanc eſſe principaliſſimam coniecturam.

Tertia coniectura eſt,quòd nos non verſamur in fidei-
commiſſo vniuerſali totius hæreditatis , ſed tantum bo-
norum ſtabilium , quo caſu præualet opinio , quòd filij
26 poſiti in conditione cenſeantur vocati : Galgan. *conſ.*33.
*num.*48. pulchrè Ceph.*conſ.*588.*in princ.*& *num.*12 Man-
tic.*de coniect.lib.*8.*tit.*1. *num.*34.35. vbi de communi, Fu-
ſar. *d. tract. quæſt.*437. *num.*103. certum eſt autem fidei-
27 commiſſum reſtrictum ad bona ſtabilia tantum dici
particulare. Bald. *conſ.*40.*lib.*2.Cum *conſ.*173.*num.*1.Dec.
*conſ.*237.*col.*1.Fuſar.*quæſt.*268.*num.*4.Peregr.*deciſ.*96.*n.*7.
28 Ludouiſ.*deciſ.*26. *num.*3. & licèt multæ aliæ coniecturæ
in hoc caſu poſſunt conſiderari , quia tamen vna rele-
uans , & vehemens ſufficit etiam in extraneis ad indu-
cendam vocationem poſitorum in conditione , vt per
Surd. *dicta deciſione* 162. *num.*7. Fuſar. *dict. quæſt.*437.
*num.*10. Cyriac. *d. controuerſ.*96. *num.*15. ſatis erit tres
prædictas coniecturas potentiſſimas in medium attuliſſe,
cùm earum quælibet per ſe ſufficiat : & ſic iudicaui di-
ctum D. Iacobum in conditione poſitum cenſeri voca-
tum.

Verùm quia non probabatur , quæ , & qualia bona
fuerint in hæreditate dicti D. Suauij , dixi ſatis conſta-
re quoad bubulcas viginti, quas dictus D.Paulus narrat
Rectoribus Sacris Montis Pietatis eſſe de iuribus dicti
Suauij,& petit veniã eas vendendi,& pretium inueſtien-
di in aliis terris : nam confeſſio facta in precibus pro-
bat contra ſupplicantem , & eius hæredes , ad textum
*in l. cùm pretium* , vbi Salic. & DD. *C. de liber. cauſ.*
Ludouiſ. *deciſ.*555. *num.*9. & ſic iudicaui ad fauorem
dicti D. Burdij.

# CAPVT XXVI.

## Epitome.

Abſentes Canonici à ſua reſidentia tempore peſtis ,an lucrentur diſtributiones quotidianas, & quomodo , & an per ſepulturam hæretici , vel excommunicati non denuntiati polluatur locus ſacer.

## SVMMARIVM.

1 *Peſtis afflixit multas Italiæ ciuitates ann.* 1630.
2 *Regium ſub tutela B. M. V.*
3 *Peſtis quando ceſſarit.*
4 *Diſtributiones quotidianas lucrantur Canonici abſentes ex iuſta cauſa.*
5 *Neceſſitas corporalis quomodo intelligatur adeſſe.*
6 *Peſtis nullum eſt tutum remedium præſeruatiuum.*
7 *Peſtis eſt bellum diuinum.*
8 *Canonicus abſens ex cauſa peſtis habetur pro præſente,& lucrantur diſtributiones.*
9 *Canonicus, & aliàs curam habens animarum tempore peſtis,abſens non lucratur diſtributiones.*
10 *Peſtis quando dicatur iuſta cauſa abſentiæ.*
11 *Pars notabilis populi quæ dicatur.*
12 *Notabilis pars dicitur arbitrio iudicis.*
13 *Peſtis tempore pauci alio morbo pereunt.*
14 *Peſtis tempore Parmenſes & Mutinenſes ceſſauere à diuinis , non tamen Regienſes.*
15 *Abſens tempore peſtis lucratur fructus præbendæ,ſed non diſtributiones.*
16 *Peſtis tempore Canonicus debet petere licentiam recedendi,licet non obtineat.*
17 *Epiſcopus Regij tempore peſtis prouidebat neceſſariis.*
18 *Abſens ex iuſta cauſa lucratur diſtributiones.*
19 *Infirmitas Canonici eſt iuſta cauſa abſentiæ.*
20 *Peſtis non dat abſenti iuſtam cauſam,vt poſſit lucrari diſtributiones.*
21 *Conſuetudo percipiendi in abſentia diſtributiones quotidianas ex iuſta cauſa.*
22 *Peſtis graſſans dat cauſam iuſtam abeſſendi.*
23 *Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium ſuper abſentia Canonicorum tempore peſtis.*
24 *Peſtis quando dicatur graſſari , relinquitur arbitrio iudicis.*
25 *Diſtributiones ex quibus cauſis abſentibus dentur.*
26 *Canonicus peſtis tempore debet petere licentiam abſentiæ.*
27 *Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ Regij concordia.*

28 *Abſens autequam peſtis adueniat,eà adueniente non lu-*
*cratur diſtributiones.*
29 *Infirmus quando lucretur diſtributiones.*
30 *Excommunicatus,vel hæreticus ſepultus in loco ſacro pol-*
*luit illum.*
31 *Sepultura excommunicati,vel hæretici non denuntiati non*
*polluit locum ſacrum.*
32 *Excommunicatus ſepultus in loco ſacro debet exhuma-*
*ri.*

Ne ſcribam vanum,duc pia Virgo manum.

DE anno 1630. contagioſa peſtis inuaſit magnam
Italiæ partem,& maximè Lombardiam, & ita affli-
1 xit plurimas vrbes, vt alicubi medietatem , alibi tertiam
partem incolarum ſuſtulerit , & præcipuè validiores , &
qui videbantur natura robuſtiores,& licèt eo anno vrbs
Regij Lepidi bene ſe habuerit ob interceſſionem B.M.V.
2 non obſtante quòd vndique circumdaretur flamma exi-
tiali , & peſtilentiali , tamen iuſto Dei iudicio cuius ſen-
tentia ſemper eſt inſcrutabilis, anno ſequenti 1631. non
immunem ſe præſeruauit ab hac lue, non ita tamen cru-
deliter morbus vaſtauit hanc lepidiſſimam ciuitatem, ſi-
cut cæteras vicinas, vt inter pericula cognoſceretur eſſe
Virginis ciuitatem,cuius protectione ita coruſcat,& mu-
nitur, vt comprehenſis his, qui in ciuitate, & qui ducti
fuerunt ad Lazaretum , defuncti ſolum perierint viri , &
mulieres ad numerum 3617. quæ erat quarta pars circi-
ter ciuium,morbus autem inducias fecit de menſe Octo-
bris,& pacem in Natiuitate Domini eiuſdem anni, licet
3 poſtea etiam aliquando nonnullæ morbi reliquiæ appa-
ruerint : & quia in eo calamitoſo tempore multi fugam
arripuerunt timore contagionis, factum eſt, vt plerique
Canonici , & Presbyteri Cathedralis Eccleſiæ Regij , &
S.Proſperi, ac aliarum Eccleſiarum ſe recipientes ad vil-
las,& loca magis libera,diu à ſeruitio Eccleſiæ abfuerint,
& cùm in fine anni tractaretur de Ferlinorum diſtribu-
tione,hi, qui Eccleſiæ ſeruitio ferè ſemper interfuerunt,
eos excludere contendunt à participatione diſtributio-
num quotidianarum , qui ſic abfuerunt , maximè quia
Illuſtriſſimus,& Reuerendiſſimus Dominus Paulus Coc-
capanus Marchio,& Epiſcopus Regij, ac Princeps tunc
edixerat , ne ceſſaretur à diuinis in prædictis Eccleſiis.
Quæritur quid iuris?

Et ſanè videbatur dicendum , quòd abſentes tempo-
re peſtis ob iuſtum timorem contagionis diſtributiones
quotidianas lucrentur, eo quod ſic hunc caſum videtur
4 decidere textus *in cap. vnic.de cler.non reſid. in 6.* vbi ge-
neraliter quidem ſtatuitur , vt abſentes amittant diſtri-
butiones,ſed excipiuntur illi, quos infirmitas, ſeu iuſta,
& rationabilis corporalis neceſſitas,aut Eccleſiæ euidens
5 vtilitas excuſaret , vbi pro corporali neceſſitate omnes
iuſtum impedimentum intelligunt : Archid. Gem. &
Mod.*ind. c. vnic.*Rip.*tract. de peſte,in princ.cap.*1.*num.*43.
Feder.de Sen. *conſ.*246.*num.*2.*verſ item ſi infirmitas.*Tuſc.
*littera D,concluſ.*514. *num.*7.8. Monet. *de diſtribut. quo-
tidian. part.*2.*quæſt.*5. *num.*83. nullum autem videtur eſſe
magis iuſtum impedimentum , quàm timor mortis , &
periculum vitæ , in quo verſantur illi , qui eo tempo-
6 re ſe à commercio hominum non eximunt , quia expe-
rientia docuit nullum extare tutum præſeruatiuum re-
medium.

Et in terminis de peſte,quam vocant bellum diuinum,
7 vt ſit iuſtiſſima cauſa abſentiæ à loco contagioſo,adeo vt
Canonicus , qui illius metu vel recedit , aut abſens non
reuertitur, habeatur pro præſente , & lucretur diſtribu-
8 tiones, ſi tamen ſit paratus redire ceſſante periculo, cen-
ſuerunt DD. ſecundùm textum *in c. ad ſupplicationem , de
renunt.*&*cap communis filius,diſtinct.*13.Ioan.And.Hoſt.&
Imol.*in cap.fin.de cler.non reſid.*latè Rom.*conſ.*263. *num.*2.
Rip.*d.loco,num.*143.Menoch.*de arb.ind. caſ.*153. *num* 13.
Rutil. Fenzon. Epiſcopus Lauretan. *in ſpecul. Epiſcop.
lib.*1. *diſp.*1. *quæſt.*1. *concluſ.*3. Monet. *d. quæſt.*5. *num.*74.
Bonacin. *de hor. can. in quæſt.*5.*part.*2.*num.*7. vbi tamen
ſecus ſentit de Canonico, & alio beneficiato, qui curam
habet animarum , qui pro grege ſibi commiſſo animam 9
ponere debet : circumſcripta autem cura animarum pro-
bat ſupradictam opinionem in tantum , quod non ſit
neceſſe peſtem graſſari , ſed ſufficit graue periculum, ne 10
inualeſcat cum periculo commorantium in loco , quod
ſanè iuſtum videtur , quia periculum debet euitari an-
tequam fiat ineuitabile.

Verùm ex aduerſo multa dicebantur , & primò quòd
in ciuitate Regij non fuit tale periculum contrahendæ
peſtis,quia non graſſabatur, & numerus hac lue interfe-
ctorum non peruenit ad tertiam partem populi , prout 11
requiri videbatur ad hoc, vt pars notabilis occiſorum di-
ci poſſet. Sanchez. *mor.lib.*1.*cap.*4.*num.*18.Azor.*inſt.mor.
part.*1.*lib.*10.*cap.*7.*quæſt.*7.

Sed reſpondebatur vtique tertiam partem populi dici
notabilem , ſed inde non excluditur , quin etiam minor
pars poſſit dici notabilis, quia hoc non conſiſtit in pun-
cto , & remittitur arbitrio iudicis iudicandum , quænam
dicatur pars notabilis. Cyn. *in Authent.qui rem,C.de Sa-* 12
*croſ. Eccleſ.* Bald. *in l. ædem,num.*14.*C.locat.* Barbat. *in c.
ſedes,num.*80. *de reſcript.* Iaſ. *conſ.*17.*num.*2. *lib.*1.Tiraq.
*in l. ſi vnquam, verb. omnia,num.*31.*C.de reuocat. donation.*
Menoch *de arb. ind.caſ.*78. *num.*7. & *caſ.*569. *num.*3. hic
autem non eſt dubium,quin prope tertia pars fuerit hoc
morbo infecta, quia credendum eſt multos non fuiſſe ex
incuria deſcriptos , & quod magis ſtringit , multi ab
hoc morbo reconualuerunt, quos tamen licet dicere pe- 13
ſte laboraſſe ; pauciſſimi autem fuerunt , qui alio genere
morbi eo tempore perierunt.

Secundò dicebatur , quòd iſti non abfuerint timore
peſtis , ſed propter ſui commodum , quia multi ex illis
accedebant ad ciuitatem propter ſua negotia , & à ſer-
uitio Eccleſiæ abſtinebant : & ſic ceſſabat iuſta cauſa ab-
ſentiæ.

Sed reſpondebatur , quòd accedere ad ciuitatem tali
tempore vacabat periculo , dummodo vitaretur conſor-
tium hominum familiare,quia periculum ſtat in conuer-
ſatione,quæ magna eſt in ſeruitio Eccleſiæ,abſtulit enim
plurimos Sacerdotes illa lues ob paramentorum Eccle-
ſiæ contrectationem reciprocam,& ideo fortè meliùs fe- 14
cerunt Mutinenſes , & Parmenſes , qui graſſante peſte
ceſſauerunt à diuinis , & ſubdio Miſſæ dicebantur : ſed
maior fuit zeli diuini ardor in Eccleſia Regienſi , &
eius Prælato.

Tertiò dicebatur , quòd tempore peſtis abſens licèt
lucretur fructus præbendæ , tamen non lucratur diſtri-
butiones quotidianas , niſi adſit conſuetudo , quod ab-
ſens ex iuſta cauſa eas acquirat , quia abſens circum-
ſcripta tali conſuetudine eas petere non poteſt , quo-
niam interficientibus tantùm dari debent , ad textum
*in cap. licet , de præbend. cap. de cætero , de cler. non reſi-
dent.* pulchrè Rip. *dict. tractat. de peſt. cap.*1. *num.*145.
Couar. *var. reſolution. libr.* 3. *cap.* 13. *numero* 8. *verſicul.* 15
*nouò* , Garz. *de benef. part.* 3. *cap.*2. *numero* 361. *in fine,*
Monet. *dict. tractat. quæſtione quinta, numero* 74. Barboſ.
*de offic. Epiſcopi parte tertia , allegat.* 53. *numero* 170.
vbi vlterius requirit , quod ſic abſens debeat priùs fa-
cultatem recedendi à Superiore petere , ſi facilè peti 16
poſſit , vt hic , vbi Prælatus ferè quotidie videbatur in
ciuitate , vt prouideret neceſſariis , licèt eam non obti-
nuerit. Hic autem nemo dictam licentiam petiit , & ne-
gabatur adeſſe conſuetudinem prædictam niſi in caſu in- 17
firmitatis.

Multi autem reſpondebant non eſſe neceſſariam talem
conſuetudinem, & ſufficere iuſtam abſentiæ cauſam , &
ego inclinabam in hanc ſententiam,vt darentur diſtribu-
tiones abſentibus ex cauſa peſtis, etiam non probata di-
cta conſuetudine,quia eſt de iure,quod dentur abſenti ex
iuſta cauſa, & quod à iure prouenit , non indiget vt con-
ſuetudine



ſuetudine firmetur , cum ſatis ſit contrariam non extare
conſuetudinem : Certum eſt autem,quòd abſenti ex iuſta
cauſa de iure debentur diſtributiones,quia pro præſente
18 habetur,*d.cap.vnic.de cler.non reſid.in 6.* Tuſch. *littera D,
concluſ.*514.*num.*8.legitur enim in dicto textu,quòd infir-
mitas, vel alia corporalis neceſſitas excuſat à ſeruitio, &
19 per corporalem neceſſitatem intelligit ibidem Archi-
diaconus omne iuſtum impedimentum , & ſentit Feder.
*d. conſ.*246. *num.*2. *verſ. item ſi infirmitas,* Rip. *d. cap.*1.
*num.*143. Nauar. *conſ.*10.11.*de cler.non reſid.*Menoch. *de
arbitr. iud. caſ.*153. *num.*13. Monet.*d.quæſt.*5.*num.*74. &
Bonacin. *d. quæſt.*5. *part.*2. *num.*7. & illa Bonifacij con-
ſtitutio,de qua *in d.c.vnic.* fuit innouata in Concil. Trid.
*ſeſſ.*24.*cap.*12. *verſ. diſtribut. de reform.*

Sed quia Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Car-
dinalium Conc. Trident. Interpretum videtur aliter ſen-
ſiſſe , non poſſum ab ea diſſentire , nam in hæc verba re-
20 troactis temporibus reſpondit,quod qui cauſa peſtis ab-
fuerunt,quotidianæ diſtributiones eis non debentur,niſi
probetur legitima conſuetudo , quòd diſtributiones hu-
iuſmodi darentur abſentibus ex iuſta cauſa , vt teſtan-
tur Garz. *d. tract. de benef. part.*3.*cap.*2. *num.*361. *in fin.*
Monet. *d. loco,* Barboſ. *d. alleg.*53. *num.*170. & ad Conc.
Trident. *d. cap.*12.

Verùm reſpondebant quidam veracem non eſſe aſſer-
tionem , quod extet talis Cardinalium declaratio , & ſi
extet,procedere ſolùm quando graue, & valde probabile
periculum contrahendæ peſtis non imminet , tunc enim
abſenti ex cauſa peſtis non debentur diſtributiones, niſi
21 probata tali conſuetudine, vt ſentire videtur Bonacin.*de
hor.can.d.quæſt.*5.*part.*2.*num.*7.*verſ.idem dico,* quaſi ſecus
ſit , ſi peſtis graſſetur , tunc enim abſentibus debentur
etiam non probata conſuetudine : & hoc mihi probabi-
22 le videtur.

Sed ne aliqua detur dubitandi cauſa, ſublatum eſt mo-
tiuum ex decreto eiuſdem Congregationis hac eadem
occaſione nouiſſimè emanato , vbi apparet de mente il-
lius enixa. Nam eadem S. C. conſulta à Canonicis Par-
mæ ſuper hoc facto, eademque occaſione,ſub die 9. No-
uembris 1630. his verbis reſpondit , prout ego vidi. *Sa-
cra Congregatio Eminentiſſimorum Patrum Concil. Trid. In-
terpretum cenſuit Canonicis cauſa peſtis abſentibus deberi
quotidianas diſtributiones , ſi peſtis graſſetur, & petentes ſo-*
23 *liti ſint inſeruire , ac probetur legitima conſuetudo, quod di-
ſtributiones huiuſmodi dentur abſentibus ex iuſta cauſa :
quando autem dicatur peſtis graſſari , vt ſit iuſta cauſa ab-*
24 *ſentiæ, indicio Epiſcopi eſſe relinquendum.* Hucuſque Sacra
Congregatio,quæ cum ſit ſola legitima interpres Conci-
lij Tridentini non eſt Bonacinæ inhærendum.

Et propterea aliter reſpondendum eſſe certum eſt , &
inhærendo eidemmet decreto dicendum hîc verè extare
talem conſuetudinem dandi diſtributiones ex iuſta cauſa
abſentibus non vno tantùm infirmitatis caſu , ſed pluri-
bus,ac diuerſi generis, cum ſatis appareat ſolitum fuiſſe
25 eas concedi etiam ſenio confectis,& comitantibus Epiſ-
copum , dum diuina officia celebrantur , miſſis ab Epiſ-
copo ad viſitanda Apoſtolorum limina , abſentibus pro
negotiis Capituli,& legationem pro eo ſumentibus,exa-
minatoribus Synodalibus, dum in examine interueniunt,
Pœnitentiario, dùm confeſſiones audit, Theologo , dum
legit ſacram Scripturam, & legitimè impeditis, quæ om-
nia pro notoriis reputantur , & conſtituunt generalem
conſuetudinem dandi diſtributiones abſentibus ex iuſta
cauſa, quod ſeruatur etiam in Collegiatis huius Diœce-
ſis, & aliis circumuicinis.

Quartò dicebatur ex aduerſo, quòd antequam Cano-
nicus ſe abſentet ob peſtem , oporteat, quòd facultatem
abſentiæ à Superiore petat , ſi facilè peti poſſit , non eſſe
26 autem neceſſe eam obtinere.Rip.*d.tract.de peſt.cap.*1.*num.*
140. Barboſ.*d.alleg.*53. *num.*170. *verſ.illud.*Quod vtique
verum eſt,ſed id facile his temporibus,omnibus ferè fu-
gam arripientibus,ipſoque ſuperiore timore concuſſo,&
iuſta etiam fuit obliuionis cauſa,vbi enim vitæ periculum
agitur, cætera negliguntur , & ſicut in tanto diſcrimine
ſæpe homines obliuiſcebantur , quæ alioquin præcipuæ
curæ habuiſſent , non eſt mirandum , ſi non aduerterint
neceſſe fuiſſe talem petere licentiam.

Vnde cùm hæc cauſa amicabiliter ventilaretur,viſum
fuit expediens Canonicis Eccleſiæ Cathedralis rem inter
ſe pacificè componere , & ſic ab hac cura fui liberatus, 27
ſed cùm id non fuerit ita facile apud Canonicos,& Pres-
byteros S. Proſperi,lis aliqua fuit agitata, & D Canon.
Brameus iudex in hac parte delegatus altera tantum par-
te informante pro ſua ſolita prudentia iudicauit abſenti-
bus deberi diſtributiones quotidianas ex cauſa peſtis,
quia illa Eccleſia habet ſuas conſtitutiones clarè diſpo-
nentes , vt abſentibus ex iuſta cauſa diſtributiones den-
tur,& lex, ac conſuetudo paris ſunt virtutis, quòd mihi
placuit,licet multis diſplicuerit , qui eum vti ſuſpectum
recuſauerant.

Benè verum eſt,quod ille, qui diſtat à loco, antequam
peſtis ſuperueniat,non poterit habere diſtributiones hu- 28
iuſmodi, quia non abeſt ex cauſa peſtis : ita Couar. *var.
reſol. lib.*3. *cap.*13. *num.*8. *verſ.*8. nam etiam infirmus ex
alia cauſa abſens , vel qui ante infirmitatem reſidere , &
ſeruire non ſolebat , diſtributiones non lucratur : latè
Barboſ. *d. alleg.* 53. *num.*167. Monet. *de diſtrib. part.*2. 29
*quæſt.*6. *num.*21. at ſi abſens alioquin redire paratus ob
peſtis cauſam non reuertitur, ſublato peſtis periculo,ad-
huc pro præſente habetur, & lucratur diſtributiones de-
curſas tempore abſentiæ. Bonacin. *de hor. can. d.quæſt.*5.
*part.*2. *num.*7. *verſ. Canonicus* , Monet. *d. tract. part.*2.
*quæſt.*5. *num.*75. & ita fuit ſeruatum.

His ita firmatis non diſpliceat benigno lectori, ſi hîc
addam vnum,quod habui in practica his temporibus ca-
lamitoſis belli , & peſtis, quoniam miles , qui in duello
pugnauerat in agro Mirandulano , violenter , & inuito
parocho fuit à commilitonibus ſepultus in Eccleſia S.
Martini in Spino , vnde quærebatur , an Eccleſia eſſet
polluta , & omnes ab initio crediderant affirmatiuè,
quia per ſepulturam excommunicati,vel hæretici Eccle-
ſia vel Cæmeterium polluitur, ad textum *in cap. conſului-
ſti , de conſecrat. Eccleſ.* Verùm re meliùs conſiderata di- 30
xi non eſſe Eccleſiam pollutam , nec indigere concilia-
tione , quia poſt Concil. Conſtant. ad hoc , vt hæreti-
cus , vel excommunicatus ſit vitandus, oportet eſſe de-
nunciatum , vel eſſe publicum clerici percuſſorem , &
ideo ſicut non eſt neceſſe , quod vitetur , ita per eius ſe- 31
pulturam locus ſacer non violatur , *argum. c. ſacris , de
ſepult.* ita poſt Nauar. *in lib.*5. *conſ.*10. *de hæred. edict.*2.
*ad* 4. pulchrè Paul. Layman. *moral. lib.* 5. *cap.*5. *num.*8.
*verſ.* 4. & ſatis erit cadauer dicti excommunicati exhu-
mare, & eiicere extra locum ſacrum,ſi fieri poteſt, vt *in
d. c. ſacris, de ſepult. gl. in d.c. conſuluiſti,de conſecr. Eccleſ.* 32
& participato negotio cum peritis in arte ſic fuit con-
cluſum, & ſeruatum.

## CAPVT XXVII.

### EPITOME.

Si fiat compromiſſum in tres , & duo laudent
tertio irrequiſito, laudum eſt nullum, & locus
eſt collationi etiam inter ſuccedentes iure
diuerſo.

### SVMMARIVM.

1 *Arbitri duo non poſſunt iudicare , ſed laudare tertio irre-
quiſito.*

2 *Arbitri*

2 *Arbitri pro tertio electi præſentia requiritur in laudando per alios duos.*
3 *Laudum eſt nullum abſente tertio electo, etiamſi conſtet de eius intentione.*
4 *Arbitrum tertium fuiſſe requiſitum ab aliis in laudando ſufficit de iure Canonico.*
5 *Ius ciuile ſeruatur in terris Imperij, & ius Canonicum in terris Eccleſiæ.*
6 *Arbiter electus in caſu diſcordiæ an ſit verè arbiter, vel conſultor.*
7 *Tertius ſi eligatur in caſu diſcordiæ perinde eſt, ac ſi tres ab initio fuiſſent electi.*
8 *Arbitri primi electo tertio poſſunt concordari, & laudare.*
9 *Arbitrorum maior pars quod facit, ratum eſt.*
10 *Statutum debet interpretari, vt minùs corrigat.*
11 *Negatiua probatur ex inſpectione actorum in iudicialibus.*
12 *Fundamento deficiente corruit ſuperædificatum.*
13 *Laudum non liquidum non poteſt exequi.*
14 *Fœminæ quomodo ſuccedant Carpi in dote.*
15 *Statuta ſi plura ſunt de eadem re ita interpretanda, vt vtrumque ſeruetur.*
16 *Statuta ſi ſunt contraria, attenditur ſpecialius.*
17 *Reſeruatio nouum ius non tribuit.*
18 *Quota eſt nomen iuris, & quomodo intelligatur.*
19 *Legitima eſt quota.*
20 *Legitima, & quod ſuccedit loco legitimæ, pro eodem reputantur.*
21 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
22 *Iuris appellatione in teſtamentis per prius intelligitur de iure ſtatutario.*
23 *Teſtatoris diſpoſitio in dubio regulatur ſecundum cauſam inteſtati.*
24 *Fœminæ ſolẽt plus diligere fœminas, quàm filios maſculos.*
25 *Teſtes de auditu non probant.*
26 *Teſtes de auditu non inducunt præſumptionem.*
27 *Acta iudicialia non poſſunt probari per teſtes.*
28 *Collatio habet locum inter ſuccedentes iure diuerſo.*
29 *Collatio an habeat locum, ſi filia, quæ excluditur ab inteſtato, ſuccedat ex teſtamento.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi D.Rodulphi Priorij pupilli cum eius ſororibus prætendentibus duas partes dotis D. Lucretiæ illorum matris, & facto compromiſſo arbitri fuerunt diſcordes, vnde tertius electus vnà cum arbitro dictorum ſororum laudauit contra pupillam arbitro eius non requiſito, & laudi executio fuit à Prætore commiſſa, ſed reuocata cauſa ad tribunal Principis fuit quæſitum de validitate laudi, & de iuribus partium.

Ego autem requiſitus, quid ſentiam, dixi illud laudum
eſſe nullum, & inualidum, & non meruiſſe executionem,
quia latum fuit abſente arbitro ipſius pupilli, & eo non
1 vocato, neque requiſito, qui fortè ſua præſentia potuiſſet
alios trahere in ſuam ſententiam, ad textum expreſſum *in*
*l. ſi in tres*, & *l. ſeq.* ibi: *Nihil valet, ff. de recept. arb. l. duo*
*ex tribus*, & ibi Bart. Alexand. Iaſ. & communiter DD. *ff.*
*de re iud.* Gemin. & DD. *in cap 2. de arb. in 6.* Blanch. *de*
*compromiſ. quæſt. 9. n. 53.* Abb. *conſ. 77. col. 3. lib. 3.* Specul. *tit.*
*de arb. in §. ſequitur, verſ. ſed pone*, Tuſch. *pract. concluſ.*
*littera A, concluſ. 464.* vbi inquit non eſſe ſatis, ſi tertius
fuerit citatus, & non compareat, quia requiritur
2 de iure ciuili eius præſentia; & ideo nullum eſt laudum,
etiamſi poſtea tertius illud ratificaret. Specul. *de*
*arb. §. fin. verſ. ſed pone*, Ioan. And. *in c. ab vno, de re*
*iud. in 6.* & idem eſt, etiamſi conſtaret de intentione ar-
3 bitri abſentis. Bald. *in d. l. ſi in tres, num.* 2 Bart. *in d. l.*
*duo ex tribus*, vbi Iaſ. *de re iud.* Abb. *d. conſ. 77.* Tuſch.
*d. concluſ. 464. num. 13.*

Et licèt de iure Canonico ſufficiat tertium fuiſſe legi-
timè citatum ſemel, vel requiſitum etiam generaliter, *d. c.* 4
*fin.* vbi Io. And. *de arb in 6.* Abb. *d. conſ. 77. col. 3. lib. 2.* Tuſc.
*d. concl. 464. num. 14. 15.* tamen ius ciuile ſeruatur in terris
Imperij, & ius Canonicum in terris Eccleſiæ, gl. *in d. c. fin.* 5
*de arb. in 6.* Iaſ. *in d. l. duo ex tribus.* Abb. *dict. conſ. 77. lib. 2.*
Tuſch. *d. concluſ. 464. num. 16.*

Neque obſtat, quòd tertius electus propter diſcordiam
aliorum non ſit arbiter, ſed conſultor, ſecundùm Specul.
*d. loco*, adeò vt non poſſit dici in tres compromiſſum. Nam
reſpondetur illud procedere, quando tertius eligitur ab 6
ipſis arbitris, vel à Iudice, ſed quando eligitur, vt hic,
à partibus ipſis, tunc tertius verè dicitur arbiter, & no-
uum compromiſſum videtur in eum factum: ita Bart. *in*
*l. ſi dominium, num. 4. verſ. verò*, & ibi Alex. *in addit. ff.*
*de furt.* idem Bart. *in l. item ſi vnus, §. fin. num. 2. in fin.* &
ibi etiam Bald. *in ſecunda lect. num. 7. de recept. arb.* Tuſch. 7
*littera A, concluſ. 462. num. 11.* & ideò perinde eſt, ac ſi
omnes tres ab initio fuiſſent electi, & in eos factum com-
promiſſum. Bald. *in d. l. item ſi vnus, §. principaliter, in*
*fin. de arbitr.* quem ſequitur Socin. *in conſ. 54. num. 2. verſ.* 8
*& ſubdit, vol. 1.* nam duo primi tertio electo non amit-
tunt poteſtatem laudandi, & iudicandi. Soc. *dict. conſ. 54.*
*num. 1. in fin.* ſequitur Borell. *de compromiſſ. §. 5. gloſſ. 1.*
*numero ſeptimo.* Corn. *conſil. 210. num. 3. in fin. vol. 2.*
qui etiam dicunt, quòd illi duo primi poterunt de nouo
concordari, & eorum laudum præualebit laudo ter-
tij, poſt Bald. *conſ. 97. libr. 5.* Tuſch. *dict. concluſ. 462.*
*num. 16.*

Neque refragatur Statutum Carpi de compromiſſis,
dum tertio concedit amplam arbitrandi facultatem, &
vult id ratum eſſe, quod maior pars dixerit, & laudauerit, 9
nam id recipit interpretationem à iure communi, ad cu-
ius terminos debet interpretari, vt minùs corrigat, quàm
fieri poſſit. Soc. *d. conſ. 54. num. 2. verſ. & hoc modo.* Corn. *d.* 10
*conſ. 210. num. 6. 7.* & propterea ita demum ratum erit ma-
ioris partis iudicium, niſi feratur altero abſente, & ir-
requiſito: hic autem probatur arbitrum pupilli fuiſſe
abſentem, & irrequiſitum ex inſpectione actorum, vbi 11
non ſit de eo mentio, ad textum *in l. fin. C. de rebus, cred.*
& Crau. *conſ. 866. num. 3.* Menoch. *conſ. 199. num. 3.*

Si ergo laudum eſt nullum, legitima non poteſt eſſe
eius executio, quia deficiente fundamento corruit ſuper- 12
ædificatum, *c. cùm Paulus, 1. quæſt. 1.* Crau. *conſ. 487. num. 9.*
etenim appellatione laudi intelligitur de valido, non de
nullo. Pariſ. *conſ. 45. num. 30. vol. 1.* & multò minùs fuit le-
gitima executio, quia non fuit facta laudi liquidatio. Ce-
phal. *conſ. 693. num. 34. 35.* ex quibus apparet non eſſe
opus aliqua reſtitutione in integrum, quæ tamen pro- 13
pter læſionem eſſet concedenda. Pariſ. *d. conſ. 45. num. 97.*
*verſ. eo magis, lib. 1.*

Ad merita autem cauſæ ſi placet tranſire, ius pupilli
clarum eſt, ſiquidem pro certo habendum eſt, quòd Car-
pi ſorores non ſuccedunt in dote matris ſtantibus maſ-
culis, niſi in quatuor pro centenario, quando ſunt do- 14
tatæ ſiue à patre, ſiue à matre, Stat. Carp. *lib. 2. rubr.*
*qualiter fil. fœmin. exclud. fin. verſ. volentes*, vnde cùm
habeamus caſum ſtatuti, nihil vlterius eſt quærendum,
*l. ancillæ, C. de furt.* Cephal. *conſ. 138. num. 21.* Rol. *conſ. 72.*
*num. 6. 7. lib. 3.*

Nec obſtat alterum Statutum Carpi *lib. 2. rubr. de dot.*
*lucr.* quod in dote materna videtur æqualiter admittere
fœminas cum maſculis; nam debet intelligi in caſu di-
uerſo, quando ſcilicet fœminæ non ſunt dotatæ, concor-
danda enim ſunt ſtatuta, & facienda interpretatio, vt
vtrumque ſeruetur; latè Borgn. *tract. de tutor. & cur. n. 98.*
*verſ. ad hoc*, & quando ſtatuta videntur contraria, & di- 15
uerſificantia, attendi debet diſpoſitio ſtatuti ſpecialiùs
loquentis, & diſtinguentis. Bartol. *in l. quæſitum, §. ſi quis* 16
*fundum, num. 12. de fund. inſtr.* Dec. *in l. in toto, num. 7.* vbi
Cagn. *num. 8. de reg. iur.* Socin. Iun. *conſ. 29. num. 13. vol. 1.*
Menoch. *conſ. 328. num. 23.*





Similiter non obſtat, quòd D. Lucretia mater dicta-
rum ſororum, dum inſtituit hæredem dictum D. Ro-
dulphum eius filium, reſeruauit etiam dictis fœminis
17 ius conſequendi ſuam quotam in dote, quod fieri potuit:
Ioan. Campeg. *tract. de dote, quæſt. 52. part. 5.* Nam reſ-
pondetur, quòd reſeruatio nouum ius non tribuit, ſed
ius competens conſeruat, ad textum *in l. at ſi quis, §. ple-*
*rique, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Alex. *conſ. 195. num. 9.*
*lib. 6.* Ruin. *conſ. 99. num. 10. lib. 1.* Socin. Iun. *conſil. 65.*
*num. 81. lib. 1.* Crauet. *conſ. 15. num. 2.* Menoch. *conſ. 595.*
*num. 35.* ſed dictæ fœminæ habebant ſolùm quotam in
quatuor pro centenario; ideò plus prætendere non
poſſunt.

Neque dicatur, quod dicta D. Lucretia ſic reſeruando
non potuit intelligere de illo quarto, pro centenario,
quia illa quatuor dicuntur numerus certus, de quo non
18 prædicatur quota, quæ eſt nomen iuris, & incertitudi-
nis, intelligiturque de dimidia, ſeu tertia, vel quarta, aut
alia ſimili parte, ad textum *in l. ſi non totam, ff. ſi quis*
*omiſſ. cauſ. teſtament.* Aret. & Caſtr. *in l. poſſideri, §. ete-*
*nim incertam*, vbi etiam Iaſ. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Nam reſpondetur illa quatuor pro centenario poſſe
dici hoc caſu quotam dotis dictarum mulierum, & ratio
eſt, quia ſtatutũ ſubrogat illa quatuor loco legitimæ, quæ
19 abſque dubio eſt quota, cum ſit tertia pars hæreditatis.
Crauet. *conſ. 572. num. 19.* Cephal. *conſ. 571. num. 38.* &
20 idem iuris eſt de legitima, quod de eo, quod ſuccedit
loco legitimæ. Bald. *conſ. 121. num. 3. vol. 4.* quia ſubro-
21 gatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,
*§. fuerat, Inſtit. de act. l. res in dotem, de iur. dot.* Menoch.
*conſ. 52. num. 162.*

Neque obſtare debet, quod dicta D. Lucretia graua-
uerit dictum pupillum ad dandum dictis ſororibus
22 quidquid de iure petere, & conſequi poſſunt, quia ea-
dem eſt reſponſio, quoniam dum ſe remittit ad ius, debet
priùs intelligi de iure ſtatutario, quàm communi. Bart.
*in l. hæredes mei, §. cùm ita, num. 4.* vbi etiam Caſtr. Alex.
& fusè Rip. *num. 75. & ſeqq. ff. ad S.C. Trebell.* Alex. *conſ. 15.*
23 *num. 5. 7. lib. 4.* Crauet. *conſ. 109. num. 3.* Peregr. *conſil. 44.*
*num 13. vol. 1.* Menoch. *præſ. 94. num. 16. lib. 4.* etenim di-
ſpoſitio teſtatoris in dubio regulatur ſecundùm cauſam
inteſtati. Alex. *d. conſ. 15. num. 5. 7.* Menoch. *conſil. 551.*
*num. 8.* Peregr. *d. conſ. 44. num. 13.* ergo debet intelligi
de illo quatuor pro centenario, & non vltra, quia ſic
diſponitur in ſtatuto.

Nec etiam dicatur matres ſolere magis diligere fœ-
minas, quàm filios maſculos, ideo pro fœminis facien-
dam eſſe interpretationem: nam poſſumus id negare,
24 cum mares ſint cariores matribus, vt per Franch. *de-*
*ciſ. 182. num. 10.* ſed non facit ad rem, quia hic ſtatuta
habemus clara, quæ reſeruant tantum quatuor pro cen-
tenario fœminis dotatis: & verè iſta mater aliud non
voluit prouidere, niſi quod ſine lite pupillus daret ſo-
roribus, quod de iure erat dandum, vt ex verbis teſta-
menti.

Maior etiam erat difficultas, quia dictæ ſorores non ſolùm petebant ratam dotis, ſed etiam prætendebant fundum quendam pupilli, dicentes eſſe dotalem, & fuiſſe adiudicatum dictæ D. Lucretiæ pro eius dote. Sed in hoc ſufficit negare adiudicationem, quoniam verè non adeſt, & non fuit à iudice facta, vt ex reuolutione librorum Cancellariæ conſtabit.

Benè verum eſt, quod adſunt aliqui teſtes, qui depo-
nunt dictam Lucretiam pro ſua dote poſſediſſe dictum
agrum, eo quod ei fuerit iudicialiter aſſignatum. Sed
cùm ſint teſtes de auditu alieno, nihil probant, aiunt
enim id ab aliis intellexiſſe, ideo fidem non faciunt, ad
25 textum *in l. teſtium*, cum ibi notatis, *C. de teſtib. c. tam*
*litteris, extr. eod.* Alex. *conſ. 134. num. 8. lib. 2.* Menoch.
*conſ. 342. num. 26.* adeò, vt neque inducant præſumptio-
nem, vel transferant onus probandi contrarium in ad-
26 uerſarium, vt de magis communi inquit Pacian. *tract.*
*de probat. lib. 1. cap. 9. num. 11. 19.* Farinac. *in prax. quæ-*
*ſtion. 69. num. 35.* & multò minùs probant, quia non no-
minant perſonas, à quibus talia audiuerunt. Menoch.
*conſ. 98. num. 57.* & maximè id procedit in actibus iudi-
cialibus, qui per teſtes probari non poſſunt, niſi probe- 27
tur etiam eorum deperditio, vt per Menoch. *conſil. 207.*
*num. 37.*

Arbitri igitur enormiter læſerunt dictum pupillum
tam in parte dotis, quàm in admittendo dictum fundum
pro dotali, & in omni caſu ſi ſentiebant, quod ſorores
ſuccederent æqualiter in dote cum fratre, vtique debe-
bant declarare, quod tenerentur ſuas dotes conferre, ne
eſſent melioris conditionis, quàm maſculus; nam ho-
die collatio habet locum inter ſuccedentes etiam iure
diuerſo, ad textum *in Auth. ex teſtamento*, vbi Bart. *C.* 28
*de collat.* & *in §. illud, in Auth. de triennal. & ſemiſſ.* &
de communi teſtatur Cagnol. *in l. ſi emancipati, num. 143.*
*& ſeqq. Cod. de collat.* Craſſ. *de ſucceſſ. lib. 2. §. collatio,*
*quæſt. 4. num. 6. 7.*

Neque dicatur, quòd ſtante Statuto, ne filia ſuccedat
ab inteſtato exiſtentibus maſculis, ſi poſtea contingat
eam vocari ex teſtamento, ceſſet collatio, vt voluit
Alex. *in d. l. ſi emancipati, num. 8.* Nam verius eſt adhuc
faciendam eſſe collationem, vt latè per Iaſ. *in d. l. eman-* 29
*cipati, num. 34. verſ. circa verò*, & ſentit Alex. *conſ. 131.*
*lib. 1.* Craſſ. *d. quæſtion. 4. numero 6. 7.* Sed hìc non eſt
caſus noſter, quia mulier dotata ex Statuto non ſucce-
dit in dote, niſi in quatuor pro centenario; & ſic co-
ram Conſilio Iuſtitiæ res pro pupillo cœpit habere me-
liorem formam.

---

## CAPVT XXVIII.

### EPITOME.

Iudex Eccleſiaſticus an ſit iudex competens contra laicos turbantes, vel ſpoliantes Eccleſiaſticos ſua poſſeſſione, & an poſſit exequi legata pia etiam aduerſus laicos, & eorum bona, & contra tertium poſſeſſorem.

### SVMMARIVM.

1 *Pia legata quæ dicantur.*
2 *Legatum factum pauperi amore Dei dicitur pium.*
3 *Legatum pro alimentis eſt pium.*
4 *Pauper dicitur, qui non habet patrimonium pro recipiendis ordinibus.*
5 *Legatarius poteſt apprehendere poſſeſſionem rei legatæ propria auctoritate ob clauſulam:* Omni meliori modo.
6 *Legatarius pro alimentis poteſt capere poſſeſſionem legati ex ſe.*
7 *Legatarius pro cauſa pia capit poſſeſſionem propria auctoritate.*
8 *Legatario non licet capere poſſeſſionem ex ſe propter falcidiam.*
9 *Falcidia ceſſante legatarius poteſt capere poſſeſſionem rei legatæ ex ſe.*
10 *Falcidia non detrahitur de legato ad pias cauſas.*
11 *Legatum factum pauperi cenſetur pro alimentis.*
12 *Clericus trahit ad ſuum forum laicum eum turbantem in ſua poſſeſſione.*
13 *Iudex Eccleſiaſticus iudicat laicum turbantem, vel ſpoliantem clericum.*
14 *Clerici, & Eccleſiæ bona parificantur quoad beneficium fori.*
15 *Bona clerici, ad quorum titulum eſt ordinatus, cenſentur Eccleſiaſtica.*

16 *Alimentorum cauſa eſt mixti fori, ſi pauperi debeantur.*

17 *Alimentorum cauſa eſt pia, & tractatur in foro Eccleſiæ.*

18 *Legatorum piorum executor eſt iudex Eccleſiaſticus contra quoſcumque.*

19 *Epiſcopus etiam contra laicos exequitur legata pia, licèt teſtator id prohibuerit.*

20 *Mixti fori ſunt omnes cauſæ piæ.*

21 *Epiſcopus in concernentibus pietatem exercet iuriſdictionem in laicos.*

22 *Hæres quomodo pœnam incurrat non exequendo legata infra annum.*

23 *Epiſcopus exequitur etiam legata prophana negligente hærede per annum.*

24 *Iudex Eccleſiaſticus quomodo exequatur legata prophana poſt annum.*

25 *Legata pia executioni mandantur per Epiſcopum, etiam contra tertium poſſeſſorem.*

26 *Legati executio tres habet actiones.*

27 *Actio rei vindicationis contra quem detur.*

28 *Saluianum interdictum competit pro executione legati, etiam contra tertium poſſeſſorem.*

29 *Legatario competit etiam Saluianum interdictum contra quoque tertium.*

30 *Epiſcopus poteſt exequi legata pia parte inſtante, & etiam ex officio.*

31 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, vbi eſt dubium, an ſua ſit iuriſdictio, vel iudicis laici.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa R.D.Franciſci de Gotiis, non obſtantibus doctè motiuatis rectè procedi poteſt contra laicos in foro Eccleſiæ, quia tractatur de executione legati pij, ſiquidem terræ, de quibus controuertitur, fuerunt à teſtatore relictæ dicto D.Franciſco valde pauperi amore Dei & vt dictus Franciſcus poſſet promoueri ad ſacros ordines, non enim habebat patrimonium, neque beneficium, ideóque inordinatus manebat, & propterea non ſolùm reſpectu perſonæ, ſed etiam cauſæ dictum legatum erat pium, immo piiſſimum, ſiquidem omnia dicuntur pia,
1 quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, vel ad pauperes ſuſtentandos ſunt diſpoſita, ex Concil. Trid. *ſeſſ.*22. *cap.*8. *verſ. ac omnia, c. tua,* & *c. Ioannes, de teſtam.* latè Moneta *de commutat. vlt. vol. cap.*4. *quæſt.*2. *num.*16.17.18. vbi varia, & plura ponit exempla piarum diſpoſitionum.

Et nemini dubium eſt, quin legatum factum pauperi amore Dei non ſit pium, & habeat priuilegia piæ cauſæ,
2 hoc enim admittunt omnes. Tuſch. *in verb. legatum, concluſ.*106. *num.*25. Menoch. *lib.*4. *præſ.*105. *num.*6. & multò magis ſi fiat pro alimentis, vt hic, vbi res lega-
3 ta aſſignatur pro illo patrimonio, quo ſe Presbyter alere debet, tunc enim certiſſimum eſt, legatum ad pias cauſas eſſe factum. Hyppol. Rim. *Inſtit. de donation. in principio, numero* 563. Tuſch. *verb. legatum, concluſ.*106. *numero* 4. Menoch. *d. præſumpt.*105. *numero* 14.15. *libro quarto*, Barboſ. *de offic. Epiſc. part.*3. *allegat.* 81. *numero* 11. Monet. *de comm. vlt. vol. cap.*4. *quæſt.*2. *numero* 21. 41. & certum eſt, dictum Dominum Franciſcum fuiſſe
4 pauperem, quoniam non habebat tantùm patrimonij, vt ad eius titulum poſſet ordinari. Gratian. *diſc.* 605. *num.* 30. 31.

Ideò cauſa iſta potuit tractari coram iudice Eccleſiaſtico non ſolùm quia agebatur de exequutione legati pij, ſed etiam de moleſtia turbatiua, & ſpoliatiua, qua vtebatur aduerſarius contra dictum Gotium. Vt autem id bene innoteſcat, pro certo habendum eſſe puto, quod dictus Gotius bene fecit accipiendo tenutam rei legatæ propria auctoritate abſque præſtatione hæredis; id enim facere potuit, primò vigore clauſulæ, *Omni meliori modo*; de qua in legato, per quam licet legatario apprehendere poſſeſſionem rei legatæ propria auctoritate. Curt.Iun. *in l. fin. num.*49. *C. de edict. D. Adrian. toll.* Hyppol.Rim. *de* 5
*donat. in princ. num.*576. Bero. *conſ.*16. *num.*33. *lib.*2 ſecundò quia in legato pauperi pro alimentis idem permitti- 6
tur. Rim. *d. loco, num.*561. Menoch. *de adipiſc. poſſeſ. rem.*2. *num.*60. tertiò ceſſat oppoſitio, quia lex vetans legatario apprehendere poſſeſſionem rei legatæ, non habet locum contra legatarium pro cauſa pia. Capr. *conſ.*3. *in fin.* Corn. 7
*conſ.*140. *ad fin. lib.*1. Tiraq. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.* 45. pulchrè Menoch. *de adipiſc. rem.*2. *num.*86. 87. ſed noſtrum legatum factum eſt ob cauſam piam patrimonij ſacerdotalis, & alimentorum Sacerdotis pauperis, propter quod legatum cenſetur eſſe pium, vt vidimus: ergo licuit dicto R.D.Franciſco rei legatæ poſſeſſionem apprehendere ſua auctoritate.

Nec mirum, quia leges, & iura, quæ vetauerunt lega- 8
tario apprehendere poſſeſſionem rei legatæ, id fecerunt ratione Falcidiæ, quam hæres detrahere poteſt; & ideò ſi ceſſat ratio Falcidiæ, ceſſabit etiam prohibitio. Gloſſ. Cyn. Bald. Salyc. & alij *in l.* 1. *C. quorum,* latè Hyppol.
Rim. *Inſtit. de donation. in princ. num.*558. Menoch. *de* 9
*adipiſc. poſſeſſ. rem.*2. *num.*6. 67. *in fin.* & *num.*72. *vſque ad num.*79. & *num.* 87. Gratian. *diſcept.* 771. *numero* 49. Marth. *vot.*10. *num.*11. *in fin.* Sed in legato ad pias cauſas facto, vt hic, ceſſat falcidia, §. *ſi aut hæres, in Auth.* 10
*de Eccleſ. tit. Auth. ſimiliter*, vbi DD. *C. ad l. falcid.* Tiraq. *dict. tract. priuileg.*26. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *falcidia, quæſt.*3. *num.*5. Hyppol. Rim. *d. loco, numero* 558. *in fin.* Tuſch. *verb. legatum, concluſ.* 111. *numero primo*, latè Monet. *de commutat. vlt. vol cap.* 9. *quæſtione tertia, numero* 334. Ergo iura aduerſantia non habent locum in caſu noſtro, vbi legatum eſt pium, & cùm ſit factum
pauperi, cenſetur relictum in cauſam alimentorum, 11
etiamſi non eſſet expreſſum. Gratian. *diſceptat.* 565. *num.*8.

His ſtantibus non eſt mirandum, ſi dicamus hanc cauſam poſſe agitari in foro Eccleſiæ, id enim licitum eſt ex multis, & primò quia cùm dictus R.D. Franciſcus rectè potuerit accipere poſſeſſionem legati, ſi poſtea moleſte-
tur in dicta poſſeſſione, aut turbetur, vel ſpolietur etiam 12
à laico, cum hoc caſu ſit potiùs reus, quàm actor, trahit laicum turbantem, & ſpoliantem ad ſuum Eccleſiaſticum forum, quia iudex Eccleſiaſticus poteſt manutenere, vel
reintegrare clericum in ſua poſſeſſione à laico turba- 13
tum, ſeu violenter ſpoliatum. Abb. *in c. cum ſit generale, numero* 7.10. vbi Felin. *col.*2. *verſ. modò autem.* & Marian. Socin. *num.*18. *verſ. tertiò, de for. competent.* pulchrè, & ad rem Lap. *allegat.*65. *num.* 1.2.3.4. *& per totam*, latè Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *num.*361. *vſque ad num.*373. Caualc. *deciſ.*44. *numero* 107. *part.*1. Carol. de Graſſ. *tract. de effect. cleric. eff.*1. *num.*533. vbi multos allegat.

Et hoc procedit non ſolùm ratione bonorum Eccleſiæ, ſed etiam ipſius clerici, quia patrimonialia eius ſunt exempta à iuriſdictione laicorum, ſicut ipſe clericus, &
reſpectu fori parificantur bona Eccleſiæ, & clerici, ad 14
textum *in c. ſi clericus laicum, de foro compet.* Abb. *in d. c. cùm generale, num.*4. Lap. *d. allegat.*65. *num.*5. latiſſimè Carol. de Graſſ. *d. eff.*1. *num.*10.11.12.13. vbi teſtatur de veriori, & magis communi: vide Bellet. *diſq. cler. part.*1. *tit. de fauor. cleric. real.* §.5. *num.*6. 7. quod certius eſt etiam in bonis, ad quorum titulum quis eſt promotus,
hæc enim habent priuilegia bonorum Eccleſiaſticorum, 15
donec clericus beneficium adipiſcatur. Gratian. *diſcept.* 159. *num.*27. latè Aug. Barboſ. *de off. Epiſc part.*2. *alleg.*19. *num.*91. vbi alios allegat.

Secundò hæc cauſa poteſt agitari in foro Eccleſiæ, quia tractatur de alimentis, vt vidimus, & quotieſcumque alimenta debentur pauperi, ea peti poſſunt non ſolùm apud
Epiſcopum, ſed etiam coram aliis iudicibus Eccleſiaſticis 16
contra laicos, qui hac de cauſa conueniri poterunt in foro Eccleſiæ, ad textum *in c. ſignificantibus, de off. deleg* Bart. *in l. ſolent, num.*13. *de aliment. & cibar. leg.* Imol. *in c. relatum, in primo, colum* 2. *verſ. nota, de teſtam.* Ioan.Lup. *in cap. per veſtras, in* 2. *notab. in princ. num.*19. *de donat. inter vir. & vxor.* Molin. *de primog. Hiſp. lib.*2. *cap.*15. *num.*75. Couar. *de ſponſal. part.*2. *cap.*8. §.6. *num.*6. Lar. *in l. ſi quis à liberis,* §. *idem reſcripſit, numer.*78. *de liber. agnoſc.* pulchrè Surd. *de alim. tit.*8. *priuileg.*9. *n.*2. & *ſeqq.* Guttier. *pract. quæſtionum libr.* 1. *quæſt.*44. Barboſ. *in l.* 1. *part.*4. *num.*82. *ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſc.*60. *numero* 30. & *diſc.*154. *numer.*10. *& ſeqq.* Aug. Barboſ. *de off. Epiſc. part.*3. *allegat.*81. *numer.*9.10.12. qui omnes concludunt cauſam alimentorum eſſe piam, vbi de paupere
17 agitur, & coram iudice Eccleſiaſtico poſſe tractari, quia ſit mixti fori, & ita etiam aliàs ſeruatum fuit in vna Corrigienſi.

Tertiò ſi non admitteretur hic de alimentis tractari, ſaltem negari non poteſt, quin de pia cauſa agatur, cum tractetur de legato facto pauperi amore Dei, & vt poſſit ordinari Sacerdos, vt vidimus. Certum eſt autem, quod in exequendis quibuſcumque piis diſpoſitionibus, tam inter viuos, quàm cauſa mortis, non ſolùm de iure
18 canonico, ſed etiam ciuili Epiſcopus, & iudex Eccleſiaſticus eſt competens etiam contra laicos, & ad ipſum ſpectat prouidere, etiamſi teſtator id prohibuiſſet: textus
19 eſt *cap. rotundus, in* § *ſi quis autem pro redemptione, verſic. in omnibus, in Auth. de Eccleſ. tit. l. nulli, cum Auth. ibi poſita, C. de Epiſc. & cler. l.*1. vbi Bald. *C. de Epiſc. aud. cap. tua nobis.* vbi DD. *de teſtam.* gl. *in cap. relatum, il primo, eod.* Concil. Trident. *ſeſſ.*22. *cap.*8. *de reform.* Bald. *in l. hæreditas,* §. *ſi defuncto, ff. de petit. hær.* Abb.Imol.Barbat. & Couar. *in d. cap. relatum, il primo, de teſtam.* Tiraq. *de priuileg. piæ cauſ. priuileg.*149. pulchrè Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.*9. *num.*2. *verſic. Item relictum,* & *numer.* 3.4.5. Marth. *de iuriſd. part.*2. *cap.*10. *numero ſecundo.* Marcheſan. *de commiſſion. part* 1. *tit. de Signatura gratiæ diuerſ. cap* 2. *num.*353. *fol.*82 *part.*1. clarè Barboſ. *de offic. Epiſc. allegat.*82. *numero* 13. *part.*3. Bellet. *diſq. cler. part.*1. *tit. de fauor. cler. real.* §.5. *numero* 59.65. clarè Monet. *de commut. vlt. volunt. cap.*3. *quæſt.*3. *numer.*63. qui multos allegant, & bene probant diſpoſita ad piam cauſam mitti executioni non ſolùm per laicum, ſed etiam Eccleſiaſticum iudicem, & vterque haberet iuriſdictionem in laicos, quia cauſæ huius generis ſunt
20 mixti fori. Surd. *dict. priuileg.*9. *num. ſecundo, in fin,* & *num.*7. *in fin.* Mart. *dict. cap.* 10. *num.*2. etiam in concernentibus pietatem, & officium charitatis Epiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem in laicos, *cap.*1. & 2. *diſtinct.*
21 87. Abb. *in rep. cap. cùm eſſes, num.*32. *de teſtam.* Hoſt. *in capit.*1. *num.*9. vbi Abb. *num.*5. *de empt. & vend.* Aufrer. *in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laicos, num.*3. Barboſ. *de off. Epiſc. d. allegat.* 81. *num.*1. Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cler. real.* §.5. *n.*58. vbi multos allegat. Gutier. *pract. qq. libr.*4. *quæſt.*29. *num.*8.

Non obſtat motiuum, quòd id procedat, ſi hæres ſit in mora per annum non exequendo legata. Nam reſpondeo id non procedere in legatis piis, quæ poſſunt ſtatim executioni demandari etiam nondum adita hæreditate, ſed procedit vel reſpectu pœnæ incurrendæ, quam hæres non patitur in piis relictis, niſi poſt ſex menſes,
22 vel reſpectu legatorum ad cauſas prophanas, in quibus non incurruntur pœnæ, niſi poſt annum, etenim negligente hærede in adimplenda defuncti voluntate intra annum executio teſtamenti tam ad pias, quàm ad non pias cauſas deuoluitur ad Epiſcopum, & hæres poteſt
23 priuari hæreditate, retenta ſola legitima, ſi eſt filius, §. *ſi quis autem, in Auth. de hæc, & falcid. l. fin.* & *Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. cap. Sylueſter,* 11. *quæſt.* 1. *cap. licet. de vot.* gl. *in cap. ſi hæredes*, vbi Couar. *num.*3. *de teſtam.* pulchrè Imol. *in cap. nos quidem, numero* 10. *eod.* ſic etiam ad rem Gutierrez, *pract. quæſtionum lib.*1. *quæſt.*44. *numero* 4. & *lib.*4. *quæſt* 29. *numero* 14. *poſt med.* Prax. Archiep. *cap.*69. *numero* 25. vide Barboſ. *de off. Epiſc. part.*3. *allegat.*81. *numero* 15. vbi etiam reddit rationes; Marcheſan. *de commiſſion. tit. de Signat. genere diuerſ. cap.*2. *quæſt.*357. *fol.*82. *part.*1. Monet. *de commut. vlt. vol. cap.*3. *quæſt.*3. *numero* 65. qui concludunt, quod etiam in exequenda voluntate defuncti ad cauſas
prophanas poſt annum Epiſcopus eſt competens, quia 24
faciens legatum poſt mortem dicitur perſona miſerabilis, cum deſtituatur omnium auxilio, Iudex autem Eccleſiaſticus poteſt ius reddere in cauſis miſerabilium perſonarum. Cùm igitur in caſu noſtro non ſolum legatum ſit pium, ſed etiam lapſus ſit annus, nemini dubium eſſe poteſt, quin Epiſcopus potuerit eſſe Iudex in hac cauſa.

Non obſtat motiuum, quòd id non procedat contra tertium poſſeſſorem, tum quia negamus hic tractari de tertio poſſeſſore, ſed de bonis, quæ defunctus tempore mortis poſſidebat; tum quia eſto etiam, quod ſe opponat tertius poſſeſſor, non tamen Epiſcopus deſinit eſſe executor piarum diſpoſitionum, & iura, quæ dant iudici Eccleſiaſtico hanc facultatem, non ſe reſtringunt, vt tantùm contra hæredes procedere poſſit, ſed indiſtinctè loquuntur, & propterea indiſtinctè debent
intelligi. Gutier. *pract. qq. lib.*4. *quæſt.*29. *numero* 14. & 25
non ſine ratione, quoniam pro executione legatorum, & ad ea conſequenda tres dantur actiones, ſcilicet perſonalis realis, & hypothecaria, ad textum *in* §. *noſtra
autem*, vbi gloſſ. Aret. & DD. *Inſt. de legat. l.* 1. vbi 26
Bald. Iaſ. & DD. *C. commun. de leg.* Couar. *in cap. Raynutius,* §. 10. *num.*2. *de teſtam.* Natt. *conſil.*235. *num.* 10. Gratian. *diſc. for.*62. *num.*27. & ideò coram Epiſcopo poterunt proponi iſtæ actiones, provt natura negotij patietur, ſi enim datur ius exequendi, debet etiam dari modus, & actio, vnde quando agitur contra tertium poſſeſſorem, tunc verè non erit locus actioni perſonali, quia ipſe non eſt hæres, erit tamen locus rei vendicationi pro legatis rebus conſequendis in tantum, quòd hæc actio poterit intentari etiam hæredita non adita, quia non requiritur ſubiectum actionis perſonalis, ſed dominium ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte rei conuentæ, ad textum *in l. in rem, ff. de rei vindicat.* §. *omnium au-
tem, verſiculo aut cum eo agit*, vbi DD. *Inſt. de action.* Ce- 27
ual. *quæſt.*103. *num.*27. *verſiculo in actione*, Gratian. *dict. diſcep.*62. *n.*35.

Accedat, quod pro conſequendis rebus legatis, & acquirenda earum poſſeſſione datur etiam aliud remedium, ſcilicet Saluianum Interdictum, quod eſt pinguius hy-
pothecâ, & poteſt etiam contra tertium poſſeſſorem 28
intentari. Aret. *in* §. *item Seruiana, num.*6. *Inſt. de action.* Gabr. *conſil.*46. *num.*10.21. *lib.*1. latè Gratian. *d. diſc.*62. *n.*41.42. vbi allegat multas Rotę deciſiones etiam contra tertium poſſeſſorem. Marcheſ. *de Saluian. interdict. p.*1. *cap.*2. Rot *diuerſ. deciſ.*689. *num.*4. *part.*3. Cyriac *contr.*18. *num.*23. *part.*1. vbi in ſpecie loquitur contra ſingularem ſucceſſorem, & contra tertium poſſeſſorem: quod ſi verum eſt in legatis prophanis, multò verius erit in piis,
& ita etiam contra tertium poſſeſſorem Epiſcopus erit 29
legitimus executor piarum diſpoſitionum, alioquin facilè eluderetur eius officium interuertendo poſſeſſionem bonorum legatorum vel teſtatoris in tertiam perſonam.

Poteſt igitur concludi, Epiſcopum eſſe iudicem competentem in cauſa executionis piarum diſpoſitionũ non ſolùm ſi agatur ad inſtantiam partis, ſed etiam ex mero eius officio, & contra non ſolùm perſonaliter obligatos,
ſed etiam contra tertios poſſeſſores, & nulla etiam data 30
negligentia hæredum, vt videtur ſentire Gutierrez. *pract. quæſtionum lib.*4. *quæſt.*29. *numero* 14. & Barboſ. *d. allegat.* 81. *numero* 15. *verſiculo & in huiuſmodi*; vbi inquit, quòd Epiſcopus poteſt conſtituere procuratorum ad agendum coram ſe pro executione legatorum piorum, & ita cenſui, & ſi dubium eſſet, an cauſa ſit ſecularis, vel Ec-

31 cleſiaſtica, tunc Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus ad
hoc cognoſcendum, qui ſummaria cognitione hoc de-
32 clarabit. Felin. *cap. ſi clericus laicum, numero 3. 4. de foro compet.* Dec. *in cap. ad audientiam, numero 3. de appellation.* Fernand. Vaſquez *lib. 3. §. 22. numero 69. limitat. 17. car.* 548. Lancellot. *de attentat. part. 2. capite 20. numero 79. quaſtion 3.* Caualc. *deciſione ſecunda, numero 38. verſic. & ſi eſſet, part. 2.* latè Carol. de Graſſ. *de effect. cler. eff. 1. numero 1262. & numero 1263.* vbi alios allegat.

---

# CAPVT XXIX.

## EPITOME.

Intereſſe lucri ceſſantis an poſſit ab initio taxari, & an liceat cariùs vendere credita pecunia, & alia multa in materia vſurarum tractantur.

## SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt crimen Eccleſiaſticum, de qua ſolus Epiſcopus cognoſcit.*
2 *Vſura quomodo ſit crimen mixti fori.*
3 *Vſura an ſit cauſa merè ciuilis, an etiam criminalis.*
4 *Vſurarius criminaliter punitur.*
5 *Vſura an ex officio puniri poſsit.*
6 *Vſurarij raro puniuntur ex officio.*
7 *Vſuræ magnum malum.*
8 *Vſurarij dicuntur raptores, & ſpoliatores.*
9 *Vſurarius qua pœna plectendus ſit.*
10 *Iudex Eccleſiaſticus ſine dubio procedit contra vſurarios.*
11 *Laicus vſurarius poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico.*
12 *Iudæus vſurarius poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico.*
13 *Iudæus puniri poteſt de vſura, etiam à laico iudice.*
14 *De his, qui foris ſunt, nihil ad nos.*
15 *Iudæi an puniantur à ſolis iudicibus laicis.*
16 *Iudex Eccleſiaſticus quando poſſit punire Iudæos.*
17 *Hebræi quibuſnam pœnis poſſint puniri à iudice Eccleſiaſtico.*
18 *Iudæi quomodo cogantur ad vſuras reſtituendas.*
19 *Vſura quomodo permittatur Hebræis.*
20 *Hebræus indiciatus de vſura poteſt torqueri.*
21 *Vſurarius an poſſit torqueri pro habenda veritate.*
22 *Iudæus facilè præſumitur vſuram facere.*
23 *Vſura eſt vendere cariùs ob dilatam ſolutionem.*
24 *Vſura præſumitur ex pacto inſolito.*
25 *Pecunia non poteſt expendi pro pluri, quàm eius cuneus admittat.*
26 *Pecunia eſt infructuoſa.*
27 *Vſura eſt recipere aliquid vltra ſortem.*
28 *Lucrum ceſſans quando peti poſſit.*
29 *Intereſſe non debetur, vbi non eſt mora.*
30 *Intereſſe lucri ceſſantis non poteſt ab initio taxari.*
31 *Pactum vſurarium eſt, per quod quis redditur certus de lucro.*
32 *Taxatio lucri vniformis arguit vſuram.*
33 *Lucrum Pius V. vetuit taxari ab initio.*
34 *Falſitas cenſetur commiſſa ab eo, de cuius intereſſe agitur.*
35 *Vſura cadit in ſolo mutuo.*
36 *Pretium iuſtum quonam cenſeatur in vendendo ſerico.*
37 *Sericum quomodo iuſtè vendatur.*
38 *Vſura non cenſetur ſi fiat, quod ſolet.*
39 *Vſuraria conſuetudo excuſat ſaltem à pœna temporali.*
40 *Solitus negotiari ratione lucri ceſſantis poteſt pluris vendere.*
41 *Teſtis vnus probat contra fiſcum.*
42 *Teſtes deponentes de varia ſumma, in nihilo probant.*
43 *Teſtis vnicus, vel Iudæus, vel intereſſatus non probat.*
44 *Pretium iuſtum quodnam dicatur, ſi varium ſit.*
45 *Pretium naturale, ſeu vulgare quodnam ſit.*
46 *Pretium præſumitur iuſtum.*
47 *Pretium dicitur iuſtum, quo res communiter vendi poteſt.*
48 *Pretium legale conſiſtit in puncto.*
49 *Pretium iuſtum quomodo probetur teſtibus.*
50 *Teſtes quomodo probent pretium iniuſtum.*
51 *Annus apud mercatores quando incipiat.*
52 *Lucrum ceſſans ceſſante fraude poteſt ab initio taxari.*
53 *Intereſſe quando poſſit à partibus taxari.*
54 *Lucrum ceſſans quomodo probetur.*
55 *Lucrum dum taxatur, deducuntur impenſæ, & periculum.*
56 *Intereſſe taxatio quæ dicatur honeſta.*
57 *Vſurarius non poteſt dici, qui fecit contractum cum conſilio peritorum.*
58 *Falſum non præſumitur commiſſum ſine damno tertij, vel vtili proprio.*
59 *In vno releuari debet, qui in altero grauatur.*
60 *Moneta vnà quando recuſari poſſit.*
61 *Lucrum ex mutuo non percipiens, de vſura non punitur.*
62 *Vſuram non facit pactio, ſed exactio.*
63 *Vſura eſt quoad Deum, etiamſi non exigatur lucrum conuentum.*
64 *Vſurarius punitur leuiùs, ſi non exegit vſuram.*
65 *Numiſmata quomodo æſtimentur.*
66 *Intereſſe lucri ceſſantis an debeatur ſine mora.*
67 *Lucrum in quibus caſibus liceat taxare à principio.*
68 *Dictio, ſuum, quid importet.*
69 *Vſura ne ſit, ſit interpretatio.*
70 *Vſura non eſt recipere à ſponte dante.*
71 *Vſurarij clam fœnus exercent, palam verò, qui bonus eſt.*
72 *Creditor exigens iniuſtè, excuſatur, ſi in libro publico ſcripſit.*
73 *Vſuræ ſuſpicionem quibus coniecturis euitemus.*
74 *Vſurarius facta reſtitutione ante Inquiſitionem an euitet pœnam.*
75 *Vſura an in dubio præſumatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa vſurarum Corrigienſi, de tribus fuerunt denunciati DD. Camillus, & Alexander de Zannotis: Primò quia vendiderunt Leoni Ciuitæ Hebræo magnam quantitatem ſerici in tribus vicibus cariori iuſto pretio ob dilatam ſolutionem in fraudem vſurarum. Secundò quia eidem tempus ſolutionis prorogauerint conuentione facta, vt interim Hebræus ſolueret liuellos annuos in rationem quinque pro ſingulis centenis vſque ad integralem ſatisfactionem, licèt certa pars crediti nondum eſſet maturata. Tertiò quia corruperint vnum ex chirographis, vbi apparebat de venditione partis dicti ſerici. Vnde fiſcus Curiæ Epiſcopalis Regij ſecreto accuſatore exiſtente, & noto inſtigatore cœpit contra eos procedere ex capite fœnoris, & falſitatis. Modò autem fabricato proceſſu etiam defenſiuo quæſitum fuit, quid de iure eſſet cenſendum.

Verùm antequam vlteriùs progrediar, animaduertendum eſſe cenſeo, quòd vſura eſt crimen Eccleſiaſticum
quoad iuris cognitionem, in quo ſolus iudex Eccleſiaſti- 1
cus poteſt procedere. Gloſſ. *in c. cùm ſit generale, de for. compet.* Didac. *var. reſol. lib. 1. cap. 3. in princ.* Clar. *in prax. §. vſura, num. 8.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 3.* verùm





quoad pœnas imponendas, & contractus annullandos
2 vſurarum cauſa eſt mixti fori, & laicus poteſt trahi non
ſolùm ad forum laicorum, ſed etiam Eccleſiæ. Clar. *d. §. vſura, num. 8. verſic. item quoad pœnam, & §. fin. quæſt. 37. num. 2. verſic. tu verò breuiter.* Decian. *d. cap. 26. num. 3.* Fachin. *controuerſ. iur. lib. 9. cap. 30.* Burſat. *conſilio 90. num. 37. lib. 1.* Farinac. *in prax. quæſt. 8. num. 134. verſic. ſecundam, & num. 136. verſiculo prima, & num. 140. verſ. quarta.* Licèt enim quidam putauerint vſuram eſſe cau-
3 ſam merè ciuilem, in qua non poſſit criminaliter quiſquam procedere, Bald. *in l. improbam, C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* Decian. *in l. rogaſti, §. ſi tibi, in fin. ff. ſi cert. pet.* Crauet. *conſilio 6. numero 101. 104.* Lap. *allegat. 20.* tamen contrarium verius eſt, & vbique ſerua-
4 uatur, communiter enim ille qui facit vſuram, criminaliter punitur. Iac. Butr. *in d. l. improbum.* Caccialup. *in repet. l. 1. numero 61. Cod. de ſumm. Trinit.* Corn. *conſilio 19. col. 2. verſ. his tamen, lib. 3.* Decian. *dict. cap. 26. numero 3. verſ. & licet.* Clar. *d. quæſt. 37. numero 2. verſic. tu verò,* Farinac. *d. quæſt. 8. num. 136.* Marth. *de iuriſdiction. part. 2. cap. 7. numero 34.* Borgn. *deciſ. 2. numero 39. parte 2.*

Quæ adeò vera ſunt, vt licet quidam putauerint in hoc iudicio non eſſe procedendum ex officio aut per in-
5 quiſitionem, Guazzin. *in tract. de defenſ. part. 1. cap. 11. num. 12. verſ. immo,* vbi inquit, quod nunquam vidit ſeruari, quod procedatur ex officio; tamen verius eſt, & receptius, & ego ſeruaui, & vidi ſeruari, quod in hoc crimine præcedente diffamatione procedatur per inquiſitionem, & ex officio. Decian. *d. tract. crimin. lib. 4. num. 3. verſic. & poterit.* Peguer. *deciſ. 25. per totam,* Caball. *reſol. crimin. caſ. 188. num. 4.* non enim dubium eſt, quin id
6 fieri poſſit, ſed quia raro ſolent iudices ex mero officio in hoc crimine vſurarum procedere, ſicut in adulterio, eo quod auaritia hominum in tantùm proceſſerit, vt
7 tale delictum, quod grauiſſimum eſt, & reſpublicas perdit, flocci æſtimetur, ideo multi opinati ſunt non licere ex officio procedere, ſed vanitas, quia non ſolùm fieri poteſt, ſed etiam boni practici, & Deum timentes ita ſeruant, & maximè in foro Eccleſiaſtico, vbi canones ſeruantur; forum enim laicale hoc delictum raro
8 punire ſolet, & malè facit, quia vſurarij dicuntur raptores, & ſpoliatores. Decian. *dict. cap. 26. num. 3. verſic. nota quod omnes,* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 398. num. 18.*

Hinc eſt, quòd tam laicus iudex pro executione iuris Canonici, quàm Eccleſiaſticus poteſt procedere contra delinquentes huiuſmodi infames, & quia non eſt à iure ſtatuta certa pœna pecuniaria, vel afflictiua contra vſurarium, ideò ille plectendus erit tam in foro Eccleſiæ,
9 quàm laicorum pœna arbitraria, & ſtellionatus, prout iudici videbitur, attenta perſonarum qualitate. Ioan. Baptiſt. à S. Seuerino *in l. cunctos populos, num. 46. Cod. de ſumm. Trinit.* Lup. *de vſur. in præfat. num. 18.* Corn. *conſil. 158. lib. 3.* Clar. *in prax. §. vſura, numero 10.* Menoch. *d. arbitr. iudic. caſ. 398. numer. 15. 40.* Peguer. *deciſ. 30. ſub num. 18.* Dec. *d. cap. 26. numero 3. verſ. & licet, ad fin.* Guazzin. *tract. de defenſ. part. 1. cap. 11. numero 12. verſic. & vbi:* & in hac materia animaduertendum eſt,
10 quòd ſi aliqua fortè eſt aliquando difficultas, ea non proponitur contra iudicem Eccleſiaſticum, ſed laicum, qui viſus eſt multis non poſſe procedere eo quòd vſuræ ſint iure ciuili permiſſæ adeo, vt neceſſe illi ſit ad ſacros confugere canones. Menoch. *dict. caſ. 398. numero 31.*

Sic igitur in hoc delicto fortis eſt iuriſdictio Eccleſiaſtica, vt non ſolùm Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere
11 contra clericos, ſed etiam contra laicos, & non ſubditos,
12 & etiam contra Iudæos, per textum *in c. poſt miſerabilem, de vſur.* Lap. *allegat. 10 num. 4.* Tuſch. *pract. concl. littera V, concluſ. 336. num. 15.* Ioan. Baptiſta à S. Seuerino *in d. l. cunctos populos, num. 47.* Menoch. *de arbitr. iudic. d. caſ. 398. numero 40. verſ. extenditur primò;* non tamen negatur, quin etiam laicus iudex poſſit punire Iudæos vſuram exercen-
tes, quia cumulatiuè datur in eos iuriſdictio, & nemo de 13
hoc dubitat. Rol. *conſil. 95. numer. 7. lib. 4.* Lup. *de vſur. comm. 4. §. 4. num. 66. verſ. vnde,* ibi: *Licet contra Iudæos.* Farinac. *in prax. d. quæſt. 8. num. 146.* Et licèt dici ſo-
leat, quòd de his, qui foris ſunt, nihil ad nos, ad 14
textum *in cap. multi, 2. quæſt. 1.* & videatur, quod talis executio ſit facienda per iudices laicos contra Iudæos,
non autem per manus iudicum Eccleſiaſticorum, ad tex- 15
tum *in d. cap. poſt miſerabilem, de vſur.* Ioan. de Lign. *inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. conſ. 19.* tamen reſpondetur, quòd in quantum Iudæi ſolum Deum offendunt, & non proximum, vel offendunt in iis, quæ nobis non ſunt communia cum eis in lege veteri, & noua, tuncque ſolum Deum habent vltorem, verùm ſi proximum ſimul
offendant, vel peccent contra Deum in iis, quæ vtraque 16
pagina Teſtamenti prohibentur, tunc vtique per iudicem Eccleſiaſticum poſſunt puniri, quia ratione delicti efficiuntur de foro noſtro. Gloſſ. *in d. capit. poſt miſerabilem,* Tuſch. *littera I, concluſ. 372. num. 4. 13. 14.* Burſat. *conſilio 90. num. 1. lib. 1.* Eymer. *in directi. Inquiſ. part. 2. quæſt. 46. per totam.* Farinac. *de hæreſ. quæſt. 178. num. 149.* Vnde eſt, quòd in omnibus delictis Eccleſiaſticis, vel etiam mixti fori data præuentione poſſunt Iudæi mulctari, & puniri à iudice Eccleſiaſtico, non quidem pœ-
nis ſpiritualibus, quarum incapaces ſunt, ſed pœnis 17
temporalibus, & pecuniariis, ac etiam corporalibus, ad textum *cap. ſæpè, in fin. 28. quæſt. 1. cap. conſtituit, 17. quæſt. 4.* gl. *in d. capit. poſt miſerabilem, in verb. denegari,* Abb. *in capit. quod ſuper, col. 2. de vot.* Tuſch. *d. littera I, concluſ. 372. numer. 4. 13.* pulchrè Decian. *tractat. crimin. lib. 4. cap. 26. numer. 2. verſiculo concludendum ergo.*

Vnde non obſtat, quod habetur *in d. cap. poſt miſerabilem,* vt ſcilicet Hebræi ſint cogendi per Principes ſeculares ad vſuras reſtituendas, quia non ſequitur, quod Eccleſia, per ſe id etiam facere non poſſit, immo multò
magis, quia ſi Eccleſia poteſt præcipere poteſtatibus lai- 18
cis ſic, non erit, qui negare audeat, quin id illa multò magis poſſit, quia actus attribuitur mandanti, non exequenti, & propterea Iudæos iuremeritò poteſt compellere non ſolum per Iudices laicos, ſed etiam punire. Tuſch. *d. littera I, concl. 372. num. 11. & littera V, concluſione 336. numer. 15.* Lap. *d. allegat. 10. num. 4.* Menoch. *d. caſ. 398. numer. 4. verſic. extenditur primò.*

Non obſtat autem, quòd videamus paſſim Iudæos etiam in terris Eccleſiæ habere priuilegia exercendi fœnus, & impunè permittantur. Nam reſpondetur id eis permitti non quidem diſpenſatiuè, vel quia liceat, ſed
ex tolerantia, & condonatione Principum ad maius ma- 19
lum vitandum eodem modo, quo meretrices tolerantur. Lup. *de vſur. comm. 1. §. 4. num. 70. in fin.* Hect. Felic. *de ſociet. cap. 18. num. 37. 44.* & propterea alij Hebræi, qui non habent priuilegia erunt puniendi, & ego habui in facto de quodam Simone Vienna Hebræo, contra
quem formaui proceſſum de vſura, & ſecundùm indicia 20
eum torturæ ſubieci, licèt ſuſtinuerit, & dimiſſus fuerit, quia purgauit indicia.

Certum eſt enim, quòd etiam in crimine vſurarum licitum eſt reum torquere ſecundùm menſuram indi-
ciorum ad eruendam veritatem, vel pro vlteriori ve- 21
ritate, non ſolum ſi fuerit vſurarius manifeſtus, ſed etiam occultus. Soc. *conſ. 19. ſub num. 4. lib. 4.* Natt. *conſ. 369. in fin.* Becc. *conſ. 62. num. 24.* Alciat. *in cap. 1. num. 52. de off. ord.* Boſſ. *in prax. tit. de indic. ad tortur. num. 98.* Baiard. *ad Clar. in §. vſura, num. 14.* Chartar. *in prax. reorum interrog. lib. 4. cap. 1. num. 42.* Farinac. *in prax. quæſt. 42. numer. 36. & ſeq.* Decian. *tractat. crim. lib. 4. cap. 26. numero 3. verſ. & poterit.* Guazzin. *dict. tra-*

ctat.ad defenſ.part.1.cap.11.num.12.verſ.& vbi : & vbi res agitur contra Iudæum, ſemper facilius eſt præſumere vſuram, & eum torquere iunctis coniecturis, quia eſſe
22 Hebræum æquiparatur ei, qui ſolitus eſt fœnerari, eo quod à communiter accidentibus Iudæi ferè omnes ſunt vſurarij, & qui dicit Iudæum facere vſuram, rem veriſimilem proponit. Bald. conſ.3.num.3.lib.3. Tuſch. pract. concluſ. littera I, concluſ.373. num.14.

His viſis dicamus quid euenerit in caſu noſtro, nam ſi de primo quærimus, ſatis fundata videtur fiſci Eccleſiaſtici intentio tam in facto, quàm in iure, quoniam Hebræus teſtificatur ſe in primis contractibus fuiſſe valde damnificatum, cùm minoris vendiderit ſericum prædictum præſenti pecunia, & adſunt teſtes, qui deponunt currentibus annis tempore contractuum ſericum fuiſſe venditum vilioris, quàm emerit dictus Hebræus, ideo non
23 relinquitur dubitandi locus, cùm certum ſit vſuram eſſe vendere carioris credita pecunia ob dilatam ſolutionem, quàm fiat iuſto pretio currenti nummo, ſic probat textus in cap. conſuluit. & cap. ciuitate, de vſur. Innoc. Hoſt. Abb. & alij in cap. vlt. eod. Nauar. in Manual. capit. 17. num.206.

Accedit ad roborandum dubium conuentio ſtipulata inter eoſdem de ſoluendo dicti ſerici pretio in tot cechinis ad rationem librarum XV. pro quolibet, cùm tamen tunc temporis Corrigij expenderentur pro libris XV. cum dimidia, quod auget ſuſpicionem vſuræ non ſo-
24 lùm, quia facit pretium ſerici grandius, ſed etiam quia tanquam pactum inſolitum fœnoris coniecturam inducit. Alex.conſ.54.n.2.lib.6. Roland. conſ.96.num.27. lib.2. Farinac.in prax. quæſt.162.num.164. Ludouic. Gilhau. in arbor.iudic.part.1.cap.6.§.160.num.2.

Vlteriùs non leue videtur fœnoris ſignum, quia Zannotti vnà cum ſerico vendiderunt dicto Hebræo quædam numiſmata aurea pretio ſatis maiori, quàm auri
25 pondus ferre poſſet, & tamen certum eſt pecuniam non poſſe licite expendi pluris, quam cuneus eius permittat, ad textum in l.1.vbi gl. ff.de contrahend. empt. & in l.1.2. & 3. C. de veter. num. poteſt. cap. quantò, de iureiur. ergo id totum fuit illicitum.

Sin de ſecundo agere placet, pariter videri poteſt vſuram ſubeſſe, quoniam certum eſt pecuniam ex ſe infru-
26 ctuoſam eſſe, & ideo aliquid vltra ſortem exigere maximè ob dilatam ſolutionem illicitum eſt lucrum. Ludouiſ. deciſ.80. num 2. Layman. moral. lib.3. de Iuſt. tractat.4.
27 cap.17. §.1. num. 19. verſic. quare. Et licèt peti poſſit intereſſe ratione lucri ceſſantis, tribus concurrentibus, vt ſcilicet creditor ſit ſolitus negotiari, debitor ſit in mo-
28 ra, & lucrum ſit in potentia propinqua, iuxta doctrinam. Caſtr. in l.3.§. final. ff. de eo, quod cert. loco, à Rota canonizatam, teſte Seraphin. deciſ.186. numero 1. & deciſ.1240. numero 1. Rot. diuerſ. deciſione 289. numero 4. & deciſione 774. numero 2. parte 4. tamen vbi mo-
29 ra non cadit, certum eſt, quòd hic intereſſe conſiderari non poteſt. Seraphin. deciſ.1427. num.2. Ludouiſ. deciſ.148. num.2.

Denique etiamſi locus fuiſſet alicui intereſſe lucri ceſſantis, cùm illud tanquam ab euentu dependens val-
30 de ſit incertum, ab initio licitè taxari non potuit abſque labe vſuræ. Bald. in l. rogaſti, §. ſi ibi, ff. ſi cert. pet. Rot. diuerſ. deciſ.315. numer.7. part 2. Marth. de iuriſdiction. part.2. cap.7. num.27 & ſeqq. Gratian. diſcept.911.
31 num.4. lib.5. pactum enim, per quod quis certus redditur de lucro, eſt vſurarium. Foller. in pract. cenſ. in verbo, Inſtrumentum gratiæ, num.9. Boccac. de cenſ. parte 2. num.202. Cenc. de cenſ. part.2. cap.1. quæſt.3. art.7. num.22.

32 Et vſuræ ſuſpicio tantò magis creſcit, quia taxatio eſt vniformis de ſoluenda certa ſumma quotannis. Seraph. deciſ.599 num.1. quod videtur etiam mirificè probari ex conſtitutione S. M. Pij V. incipiente, In cauſa, dum vetat taxati, nem lucri ab initio, quæ videtur tollere omne punctum, & multò fortiùs reſpectu partis crediti non- 33
dum maturi, circa quod pactio de liuellis ſoluendis videtur ſine cauſa, & iniuſta, ac fœneratitia.

Denique tranſeundo ad tertium ex inſpectione chirographi apparere videtur eius corruptio, quoniam cernitur deletio vnius temporis, & ſuppoſitio alterius, & 34
cum de ſolo intereſſe DD. Zannotorum agatur, ab eis cenſendum eſt falſitatem eſſe commiſſam, cùm ab initio apud eos remanſerit. Farinac. de ſimul. & falſ. quæſt.156. num.118.

Verùm his non attentis re maturè diſcuſſa, & viſo proceſſu offenſiuo, & defenſiuo, & viſis allegationibus fiſci, & reorum cenſui DD. Zannotos fore abſoluẽdos, & ideo pro dilucidatione facti ſciendum eſt D. Camillum eſſe genitorem prædicti D. Alfonſi, & hunc habere plurimùm peculij aduentitij, cuius negotiationem relinquebat patri tunc laico, qui impendebat pecunias filij in varijs mercibus, & præcipuè ſericeis, & terminato negotio ſcripturæ de illis vendendis ſtipulabantur à D. Alexandro vti pecuniarium domino ſine etiam patris interuentu, vt factum eſt in tribus chirographis, vbi dictus Hebræus ſe conſtituit debitorem dicti D. Alexandri, & cùm lapſo termino non ſolueret, inſtante eodem D. Alexandro fuit carceratus, cui poſtea tranſigendo D. Alexander prorogauit tempus ad ſoluendum, licet haberet in promptu indiuiduas occaſiones inueſtiendi pecunias in emptionem cenſuum, & prædiorum, propter quod conuenerunt, vt pendente termino Hebræus ſolueret liuellos in rationem quinque pro centenario, vt in proceſſu.

Hinc deueni in eam ſententiam, nullam hic adeſſe vſuram, quia ea non cadit niſi in mutuo vero, vel palliato. 35
Rota diuerſ. deciſ.197. num.3. part.2. Seraph. deciſ.599. n.3. Layman. moral. lib.3. de iuſt. tract.4. cap.16. n.5 verſ. ſecundò. Bonac. de contract. diſp.3 quæſt.3 part.2. n.1. quorum neutrum hic concurrit. Nam eſto etiam, quòd DD. Zannoti cariùs vendidiſſent ſericum prædictum credita pecunia, quàm præſenti feciſſent, tamen cùm D. Camillus fuiſſet ſolitus negotiari, & conſuetum ſit ſericum vendi carius dilata ſolutione, quàm prompta, licitum fuit ceſſante dolo, & fraude, de qua hic nihil apparet, cariori pretio vendere ad certam diem ſoluendo, quàm ſi ſtatim numerata pecunia fuiſſet venditum, quia in his mercibus iuſtum præſumitur pretium, quod pertinet ad pecuniam creditam, cùm faciliùs in tali negotio reperiantur emptores, 36
habita fide de pretio : ſic Couar. var. reſolut. lib.2. cap.3. num.6. in princ. Pinel. in l.2. C. de reſc. vend. part.3. n.34. Lup. in c. nauiganti, de vſur. comm.3.§.5. num.107. Rot. deciſ. crim. 30. num.11. recent. Sot. de iuſt. & iur. lib.8. quæſt.4. art.1. & 2. Molin. de contract. diſp.358. ſub num.3. Leſſius de iuſt. & iur. cap.21. dub.6. num.59. Layman. d. tract.4. cap.17. §.7. num.10. verſ. tertiò, ibi : Simili.

Nec licèt dubitare, quin paſſim ſolitum ſit cariori pretio vendere ſericum credita pecunia, quàm prompta ſolutione, quia non ſolùm multi teſtes hoc deponunt, aſſerentes vltra pretium currens præſenti pecunia ſolere vendi ſericum ſolidis 40. vel 50. pro libra de pluri, dilata ſolutione, & multò pluris etiamſi differatur vltra binas follicellorum ſtationes, vt ex parte hic, ſed etiam hoc 37
idem teſtantur in iure. Boninſegn. tract. de vend. ad tempus, cap.2. num.1. & num.5. Scacc. de commerc. & camb. §.1. quæſt.7 part.1. num.80. fol.227. Bonacin. tract. de contract. diſp.3. quæſt.2. part.4. prop.2. n.17. verſ. hinc ſequitur. Vnde ſtante huiuſmodi ſolito ſaltem in foro externo tol- 38
litur omnis ſiniſtra fœnoris ſuſpicio, & contractus cenſetur licitus, & validus. Iaſ. conſ.153. num.2. verſic. ſeptimò facit, lib.4. vide Decian. conſ.2. num.80. 81. 82. 83. lib.1. Grat. conſ.39. num.4. lib.2. Rol. conſ.96. numero 26. 27. 28. lib.1. latè Menoch. conſ.343. numer.4. & eſto etiam, quòd talis conſuetudo non eſſet iuſta, ſed fœneratitia, adhuc tamen excuſatur contrahentes à pœna tempora- 39
li. Crauet. conſ.145. num.12. Gratian. conſ.49. numer. 13. lib.2.



lib.2. Bero. conſ.207. num.8.34. lib.3. Bertaz. conſ. crim.290. num.7.8. Farin. conſ.54. num.19. & deciſ. crim.10. num.7. & deciſ.30. num.12. Nauar. conſ.4. num.7. in fin. de vſur. tit.1. Homob. de exam. Eccleſ. tit. de contract. cap.16. quæſt.49. in reſol. verſ. vbi tradit, & quæſt.56. in fin. verſ. conſuetudo ; & maximè talis excuſatio procedit in ſolito negotiari, qui cenſetur ratione lucri ceſſantis plus vendidiſſe. Dec. con-
40 ſil.111. num.5. Graff. deciſ. aur. part.1. lib.2. cap.115. num.8. Tuſch. littera V. concluſ.337. num.63.

Verùm ſi in facto quæramus, non conſtat de aliqua pretij iniuſtitia, nam ſi placet loqui de prima venditione facta de anno 1623. quo tempore ſericum fuit venditum libris 28. pro ſingulo aſſe, & licèt aliqui teſtes dicant venditum fuiſſe libris 25.26.27. prompta pecunia, tamen multi alij etiam dicunt venditum fuiſſe libris 28.29. & ſol.5. in contantis, & ſol.12. credita pecunia, & reddunt rationem dicti, & deponunt de proprio auditu, immo Græcus teſtis pro fiſco inductus deponit de pretio libra-
41 rum 28. præſenti pecunia, qui ſolus contra fiſcum probat. Burſat. conſ.316. num.21. Cephal. conſil.82. num.47. Honded. conſil.112. numero 27. lib.1. Farinac. conſil.151. num.8. 9.

Sin de ſecunda venditione loquamur facta anno 1624. quo tempore Zannoti vendiderunt ſericum libris 30. pro ſingulo aſſe credita pecunia, minùs conſtat de iniuſtitia pretij, quoniam licèt adſint teſtes, qui deponant illud venditum libris 26. ſol.15. vel libris 27. ſol.10. aut libris 28. tamen alij dicunt venundatum fuiſſe libris, 29. & ſæpe cum dimidio, vel libris 31. aut libris 32. & currenti pecunia libris 29. ſol.12. adeò, vt pretium librarum 30. videatur fuiſſe intermedium, & magis commune, & in omnem euentum dicti teſtes non nocent reis, quia cùm
42 deponant de vario valore, non probant in aliqua ſumma in pœnam præcipuè infligendam. Vrſill. ad Afflict. deciſ.240. num.11. in fin. Petra de fideicommiſſ. quæſt.12. num.643. & num.798. Farinac. de teſtib. quæſt.64. numero 46. in fin.

Denique ſi de tertia venditione agatur, vt pretium non poteſt iudicari iniuſtum, cum non appareat de certitudine pretij, ſericum enim & quædam numiſmata fuere ad corpus vendita, & licèt emptor dicat ſericum fuiſſe ſeparatim appretiatum libris 33. tamen non probat, quia vnicus eſt. Menoch. de præſumpt. quæſt.89. num.7. lib.1.
43 Farinac. quæſt.36. num.228. 229. quia etiam Iudæus eſt, c. ſi hæreticus, 2. quæſt.7. & l. quoniam, C. de hæret. Marquard. de iudic. part.2. cap.5. num.9. Maſcard. de probat. concl.944. in princ. Farinac. quæſt.56. num. 205. 219. & multò minùs probat, quia intereſſatus fuit in hoc negotio, & commodum ſperare poterat. Bertaz. conſ. criminal. 124. num.3. & conſ.517. num.12. Cæſ. Graſſ. deciſ.72. num.6. Farinac. quæſt.60. num.4. At Angelus de Fano pariter Hebræus, & mediator in dicto contractu nihil deponit de certitudine pretij, adeò vt in propoſito nihil adſit, quod releuet.

Ex quibus non poteſt fieri certum argumentum, quòd pretium huiuſmodi fuerit iniuſtum, ſed potiùs concluditur fuiſſe honeſtum, vti medium inter alia pretia, ſiquidem ſtante varietate media via eſt eligenda, nec infimo, neque ſupremo pretio accedendum eſt : ita Salic. in l. 2.
44 num.29. & ibi Crem. ad fin. & Pinel. part.3. c. vlt. num.10. C. de reſcind. vend. Lup. in d.l.2. num.125. C. de pact. inter empt. & vend. Alex. conſ.64. num.9 lib.2. Maſc. de probat. concl.658. n.14.15.22. Vrſill. ad Afflict. deciſ.240. num.14. quia pretium iuſtum naturale, ſeu vulgare non conſiſtit in puncto, cùm recipiat latitudinem, intra cuius fines
45 nunquam læditur iuſtitia, cùm liceat vendere tam pretio infimo, vel mediocri, quàm ſupremo, quia huius æqualitatem non tollit modica additio, vel diminutio. Ariſt. Ethic. lib.5. cap.6. D. Thom.2. 2. quæſt.77. art.1. ad primum, in fin. Graff. deciſ. aur. lib.2. part.1. deciſ.112. num.1. verſ. præterea. Leon. in Theſ. for. Eccleſ. part. 2. cap.30. num.15. 16. Bonacin. de contract. diſp 3. quæſt.2. part.4. num.1. verſ. pretium. Layman. moral. lib.3. de iuſtit. tract.4. 46
cap.17. §.1. num.4. verſ. diſcrimen. Et niſi probetur pretij iniuſtitia, illud ſemper iuſtum præſumitur. Farinac. q.163. num.12. & maximè vbi pretium non eſt taxatum, quia tunc eius iniuſtitia vix cognoſci poteſt, niſi ſit in magno exceſſu, quoniam pretium rerum mobilium, quando non eſt taxatum à lege, illud eſſe dicitur, quo res com- 47
muniter vendi poteſt. Cæpol. de ſimul. contract. num.71. Scacc. de camb. part.2. ampl.10. num.56. verſ. ſecundus modus ; ſecus eſſet in pretio legitimo, & publica lege taxato, quod conſiſtit in puncto indiuiſibili, & non licèt vllo modo illud excedere. Ariſt.5. Ethic. cap.7. Molin. 48
tom.2. §. obſerua, & tota diſp.264. Layman. d. cap.17. §.1. num.3.4. verſ. diſcrimen.

Sed etiam addi poteſt, quia teſtes fiſci non probant quidquam in hoc propoſito, quoniam non percutiunt tempus contractus, vel circiter, ante, vel poſt, prout neceſſe erat ad fidem faciendam, l. ſi voluntate, in fin. C. de 49
reſcind. vend. gl. in l. pretia rerum, vbi Bart. in §. nonnulla, num.3. ff. ad l. falcid. Cagnol. in d.l.2. num.250. C. de reſcind. vend. Afflict. deciſ.310. num.6. Bertaz. conſ. crimin. 290. num.5. 6. Farinac. quæſt.163. num.12. immò oportebat eos teſtificari ſericum tempore ſolutionis faciendæ non pluris valiturum, alioquin venditor crimine fœnoris puniri non poteſt. Cæpol. conſ. ciuil.10. num.10. verſ. hoc 50
etiam, Bertaz. conſ. 290. num. 6. Dec. conſ. 111. num. 5. verſ. quartò pro iſta, Caiet. ad D. Thom.2. 2. quæſt.78. art.2. ad 7. Conrad. de contract. quæſt.61. Tuſch. littera V, concluſ.337. num.63.

Et in propoſito magis etiam dubia redditur probatio fiſci, quia licet teſtes de eodem anno deponant, non tamen de anno reſpectu negotij ſericei, quia in hac materia annus non regulatur iuxta menſes, ſed ſecundùm ſtationem follicellorum, & recollectuum, ad tradita per 51
DD. in l. fructus, & l. diuortio, ff. ſol. matr. Couar. var. reſol. lib.1. cap.15. num.12.13. Borgn. de vſufruct. num.243. ex quibus apparet ex ſerici venditionibus huiuſmodi fœnoris odorem non potuiſſe ſubodorari.

Quare tranſitum faciamus ad tranſactionem, ſeu prorogationem termini ad ſoluendum, in qua Hebræus conuenit ſoluere Zannotis liuellos in rationem quinque pro centenario, vſque quò ſatisfecerit, quod pactum licitum eſſe tenuit Rot. deciſ. 340. num.3. part.1. Nam certum eſt, quod intereſſe lucri ceſſantis poteſt ab initio promitti, & taxari etiam in mutuo, quando pecunia erat negotiationi deſtinata, & illud eſt veriſimile, & taxatio eſt proportionabilis ad intereſſe, nec adeſt dolus, vel fraus ad palliandas vſuras. Hoſt. in c. ſalubriter, 52
& c. nauiganti, vbi DD. de vſur. Bald. in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, verſ. in contrarium, ff. ſi cert. pet. Couar. reſolut. lib.3. cap.4. num.5. verſ. ſeptimò eadem, Honded. conſ.41. num.40. lib.1. Surd. deciſ.259. num.16. 17. Rot. Gen. deciſ.193. num.10. latiſſimè Grat. diſc.387. num.1.2.3. lib.2. vbi de magis vera, & communi, & reddit rationes, & num.16. perbellè etiam Farinac. deciſ. crim.331. num.3. 15. vbi de magis communi, & congerit omnes, & deciſ.372. num.8. lib.2. Rot. diuerſ. deciſ.340. num.2 part.1. Giouagn. conſ.46. num.1. in fin. lib.1. Nauar. conſ.6. num.1.2. de vſur. Homobon. de exam. Eccleſ. lib.1. tit. de contract. quæſt.45. §. & quidem, verſic. addunt, & in reſol. Bonacin. de contract. diſp.3. quæſt.3. part.4. num.12.13. verſ. tertia, ibi : hæc doctrina. Megal. conſ.45. num.5. vbi de communi. Giurb. in conſuet. Meſſan. part.1. cap.15. gloſſ.15. num.31.32.33. Lud. Cenc. de cenſ. part.2. cap.1 quæſt.3 art.5 num.1.2. Layman. moral. lib.3. de iuſt. tract.4. cap.16. num.8. quod ſanè conforme eſt illi propoſitioni, quod intereſſe poteſt taxari conuentione partium, quotieſcumque in ſubſtantia 53
certum eſt, licèt in quantitate incertum. Surd. de alim. tit.1. quæſt.42. num.26. vbi multos allegat, & quæſt.45. num.76. in fin.

Hinc autem non ſolùm liquet pecuniam creditam fuiſſe negotiationi deſtinatam, ſed etiam implicatam, &

Zannotum fuiſſe ſolitum negotiari, & multùm lucrari non ſolùm in re ſericea, ſed etiam in aliis mercibus, & in actu accordij conſtat promptas, & indiuiduas habuiſſe occaſiones inueſtiendi dictas pecunias non ſolum in emptionem prædiorum à DD. Calcaneis, ſed etiam cenſuum à quodam Luſerto, qui eos rogabat, vt pecunias ſibi vellent dare ad cenſum, propter quod licebat recipere intereſſe non ſolùm in rationem quinque, ſed etiam octo pro centenario, vt moris eſt in cenſibus; adeò vt
54 non erat neceſſe tales cenſus adfuiſſe venales. Giurb. *d. gl. 15. num. 32.* ſed lucrum dicebatur in potentia propinqua. Seraph. *deciſ. 186. num. 4.* nec eſt neceſſe venditores cenſuum nominare, aut partem citare. Seraphin. *deciſ. 721. num. 3.* hic autem teſtes inducebantur tantum ad iuſtificationem proteſtationis. Seraphin. *deciſ. 314. num. 2.* Hæc tamen omnia intelligas, niſi creditor haberet alias pecunias paratas ad idem, & vbi vellet magis exigere creditum, quàm terminum prorogare.

At hîc Zannotus tantùm modeſtum intereſſe ſtipulatus eſt, vt viſus ſit voluiſſe multùm parcere debitori propter pericula, & labores, & expenſas, quæ fiunt in lucris conſtituendis; horum enim ratio habenda eſt, & pro eis de intereſſe eſt aliquid diminuendum. Giouagn. *d. conſ. 46. num. 13.* Seraphin. *deciſ. 770. num. 3.* Bonacin.
55 *q. 55. d. num. 13. verſ. tertia additio,* Homobon. *d. quæſt. 45.*
56 *§. quarta eſt.* Layman. *d. tract. cap. 16. num. 8. verſ. neceſſe eſt.* Et cùm poſtea fuerit probatum lucra ingentia fuiſſe facta in negotio ſericeo, non eſt exceſſiuum intereſſe ad rationem quinque pro centenario, prout taxationem ad ſex pro centeno moderatam putauit Gratian. *d. diſcept. 387. num. 26.* Cùm igitur intereſſe prædictum iuſtificetur non per confeſſionem partis, quæ ſuſpecta haberetur, ſed per alias probationes, taxatio huiuſmodi naufragium facere non poteſt. Surd. *conſ. 327. num. 54. 55.* & *conſ. 585. num. 6.* Gratian. *d. diſcept. 387. num. 12.* Farinac. *d. deciſ. 331. num. 4.*

Accedat, quòd dictus Zannotus fecit huiuſmodi accordij accordium, & prorogationem cum taxatione lucri coram Illuſtriſſimo D. Hieronymo Auguſto nunc digniſſimo Conſiliario Iuſtitiæ Sereniſſimi Ducis Mutinæ Iuriſconſulti nunquam ſatis laudati, qui conſilium ita faciendi dedit, & inſtrumentum dictauit, vt conſtat in actis, ideò etiamſi erraſſet, tamen cùm ſe geſſerit ſub tanti viri conſultatione, non poteſt de vſura puniri, quia perito credendum eſt, & totum feciſſe cum bona fide
57 præſumitur: ſic conſiderat Gratian. *d. diſc. 387. num. 30.* Farinac. *d. deciſ. 331. ante num. 1. verſ. ſecundò,* Cyriac. *controuerſ. 169. num. 29. part. 1.*

Circa tertium de mutatione, & corruptione ſcripti, nihil conſtat iudicio noſtro, quod ſapiat delictum, licet enim cernatur chirographum deletum, & aliud tempus ſuppoſitum, tamen non liquet, à quo iſtud factum fuerit, & cum Hebræus fateatur illud confectum eodem anno, & menſe, & poſtea manſerit penes notarium atteſtantem nunquam poſtea fuiſſe à Zannotis viſum, nec appareat de cauſa mutationis temporis, nec inde reſultet damnum, vel vtile alicui partium, crimen falſi,
58 vel corrupti non intrat. Farinac. *de falſit. quæſt. 153. num. 203. 204.*

Quare non obſtant in contrarium adducta, & primò non licere cariùs vendere dilata ſolutione, quàm præſenti pecunia, quoniam ſatis reſponſum eſt id in facto hic ſatis non verificari, & ſi conſtaret, tamen in propoſito caſu licuiſſe ex ſupradictis rationibus.

Secundò non obſtat pactum de ſoluendo pretio in tot Cechinis in ratione librarum X V. primò quia cùm ille contractus principaliter eſſet vtilis Hebræo propter pretium ſatis tenue, pluris enim Zannotus ſericum vendere potuit, licuit grauare emptorem huiuſmodi onere, vt in
59 vno damnificatus in altero releuaretur. Lup. *in c. nauiganti, com. 3. §. 1. num. 24. verſ. hæc autem, de vſur.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 6. num. 8.* Scacc. *de commerc. §. 3. gloſſ. 2. num. 36.* Molin. *tom. 2. diſp. 417. verſ. vt quod,* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 6. part. 5. num. 2. verſ. hoc tamen.*

Deinde, quia probabile dubium erat, valorem cechini fore diminuendum iuxta curſum vicinarum vrbium, vbi minoris valebat, vt dicunt teſtes in pluribus locis, ideò licitum fuit recuſare cechinum in valore currenti: pulchrè Neuiz. *conſ. 49. num. 15. 16.* Scacc. *de commerc. §. 2.* 60
*gl. 3. num. 117.*

Denique etiamſi hæc pactio non fuiſſet licita, quia tamen poſtea Zannotus non exegit pretium in cechinis, nec in valore prædicto, ſed in moneta currenti, criminaliter nequit puniri, quia vbi ex contractu vſurario non 61
percipitur lucrum conuentum, contrahens non poteſt ex eo puniri. Bero. *conſ. 207. num. 22. 23.* Crauet. *conſ. 289. num. 8.* Socin. Iun. *conſ. 108. num. 5. lib. 3.* Bertaz. *conſ. crimin.* 62
*55. num. 9.* Tuſch. *littera V, concl. 354. num. 9.* quia non pactio, ſed exactio in foro externo facit vſuram. Gratian. *d. diſc. 387. num. 10* Farin. *d. deciſ. 331. num. 16.* & *quæſt. 163. num. 31. 32.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. part. 1. lib. 8. tit. 24. num. 14.*

Hoc tamen intelligas quoad pœnam ordinariam, & in foro fori, quia quoad Deum eſt vſura mentalis, etiamſi non exigatur vſura, & erit peccatum mortale, ſine ta- 63
men onere reſtituendi quidquam, & in foro etiam externo talis vſurarius, licet non exegerit, neque inſtrumento, vel ſcriptura contractus vſurarij fuerit vſus, adhuc puniretur extra ordinem, & pœna arbitraria, quia vſuræ delictum conſumatur ſola ſpe recipiendi vltra ſortem, & quia ſic paciſcens deuenit ad actum proximum maleficij: ſicut enim in furto, & rapina, quibus vſura aſſimilatur, quis punitur, etiamſi ſolùm oſtium fregerit, vel ſcrinium, quia tentauit actum proximum delicto, ſic à ſimili in vſura dicendum eſt: ita pulchrè voluit 64
Scacc. *de commerc. quæſt. 7 part. 2. ampl. 20. numero 30.* & *ampl. 19. num. 64.* quem latè defendit Ioan. Dom. Gait. *tract. de credit. cap. 2. tit. 7. numero 1535. 1547. & ſeqq.* hic autem neque potuit eſſe locus pœnæ extraordinariæ, tum propter bonam fidem contrahentium, de qua ſuprà: tum quia tale pactum non capit vſuram, ſed ſi repugnat legibus, non habet aliam pœnam, quàm nullitatis.

Tertiò non obſtat, quòd numiſmata, vulgò, *Medaglie*, fuerint tradita pro pretio excedente auri pondus, quia id nullibi conſtat niſi ex dicto Hebræi, cui non eſt in cauſa propria credendum ex ſupradictis. Verùm eſto id verum fuiſſe, tamen cùm eſſent eximiæ pulchritudinis, & antiquæ vt teſtatur Angelus de Fano teſtis pro fiſco, eorum valor non fuit commenſurandus iuxta materiam, ſed ad inſtar gemmarum, & rerum pretioſarum, in quibus etiam conſtitui poteſt vſusfructus ad denotandum, quod forma auget valorem: ſic probat textus *in l. numiſmatum,* 65
vbi gl. *ff. de vſufr.* Couar. *de veter. col. numiſm. cap. 7. num. 3. verſ. prima concluſio:* quæ verò in contrarium allegantur, licet poſſint variis modis declarari, tamen non feriunt caſum noſtrum, quia ſolùm procedunt in pecunia vulgari, & communi.

Quartò non obſtat, intereſſe non poſſe peti, niſi verificatis requiſitis. Caſtr. *in dicta l. 3. ſi cert. petit.* quia mirificè omnia ea in caſu noſtro concurrunt, vt vidimus, & meliùs etiam de illis in proceſſu conſtat: & vlteriùs animaduertere oportet, quòd doctrina Caſtrenſis intelligenda eſt cum modificationibus, de quibus Giouagn. *dict. conſil. 46. num. 7.*

Et quod dicitur, moram eſſe neceſſariam, nihil nocet, quia dictus Hebræus erat moroſus, & dilationem petebat, vt in proceſſu, & quia verius eſt etiam ſine mora intereſ- 66
ſe lucri ceſſantis deberi, quando à principio inter partes fuit illud in conuentionem deductum. Beltr. *ad Ludouiſ. d. deciſ. 148. n. 4.* vbi alios allegat. Grat. *d. deciſ. 387. n. 20.* Farinac. *d. deciſ. 331. num. 9.* Bonacin. *d. diſp. 3. quæſt. 3. part. 4. propoſ. 2. num. 12.* Homob. *d. tit. de contract. c. 15. quæſt. 45. in*



*reſol.* quod intellige, quando lucrum eſt in potentia proxima. Megal. *d. conſ. 44. num. 9.* Vnde licet Zannotus Hebræo dilationem conceſſerit, nihil ſibi præiudicauit, quin ſuum intereſſe conſequi valeat. Gratian. *d. diſcept. 387. num. 22. 23.* Farinac. *d. deciſ. 331. num. 10.*

Quintò non obſtat, quòd intereſſe non poſſit ab initio taxari, quia illud procedit, quando non eſt in potentia propinqua, & non eſt veriſimile, & quaſi certum; hic autem non ſolum erat veriſimile propter occaſionem
67 promptam, ſed etiam poſtea iuſtificatum eſt. Nec vniformitas taxationis nocet, quin in tali caſu fieri potuerit, quia ſufficit ab initio adfuiſſe veriſimilitudinem, & proportionem. Gratian. *d. diſc. 387. num. 24.* Farinac. *d. deciſ. 331. num. 11.* Layman. *d. tract. 4. cap. 16. num. 8.*

Sextò non obſtat conſtitutio Pij V. vetans taxationem intereſſe ab initio, quia ſolùm procedit in cambiis, nec extenditur ad alios contractus. Gratian. *d. diſc. 387. num. 18.* Farinac. *d. deciſ. 331. num. 8.* Homobon. *d. cap. 15. verſ. & quidem,* vbi multos allegat.

Septimò non obſtat pars crediti immatura, quaſi videatur eius reſpectu non poſſe euitari vſuræ labes; quoniam reſpondetur in inſtrumento tranſactionis fuiſſe conuentum cum D. Alexandro prædicto, qui ſolus in eo interuenit, non ſpecificè ratione huius partis, ſed generaliter Hebræus promiſit ſoluere ſortem cum ſuis liuellis, vnde hæc promiſſio debet intelligi reſpectu maturati crediti, non autem maturandi, niſi quando
68 erit maturum, quia dictio, *ſuis*, importat, quòd ſint debiti. Rom. *conſ. 195.* & *conſ. 259. num. 2.* Tuſch. *littera M, concluſ. 225. num. 2. 5.*

Quæ interpretatio videtur amplexanda, vt verba
69 contrahentium ſaluentur ab vſura. Bertaz. *conſil. 227. num. 7.* Farinac. *conſ. 54. num. 2. in fin.* & *num. 24.* Rot. *diuerſ. deciſ. 763. num. 15. 16. part. 1.* Farinac. *deciſ. crimin. 137. num. 3.*

Quare cùm poſtea D. Camillus nomine eius filij receperit liuellos, & in calculando quantitatem etiam reſpectu crediti non maturi (quod tamen tempore calculi maturatum erat) computatum ſit, nihil nocet ad vſuram inducendam, quoniam per errorem id videtur fuiſſe factum opinando vniuerſum creditum fuiſſe ab initio maturum, ſicut erat tunc temporis; & ideò cùm D. Camillus receperit pecunias nomine alieno, nec pecunias ſtipulatus ſit ſibi dari, vſurarius dici non poteſt. Aret. *conſ. 158. in 3. dubit.* Bertaz. *conſil. crim. 2. num. 35. & ſequent.*

Deinde cùm Hebræus nullo iure, vel pacto cogeretur ad ſoluendos liuellos reſpectu crediti non maturi, & tamen ſponte ſoluerit, D. Camillus potuit impunè recipere: benè Nat. *conſ. 412. num. 6.* Bertaz. *conſ. crim. 2. num. 12.* & hoc idem confirmat Feder. de Sen. *conſ. 18 num. 4. verſ.*
70 *ſecundò dicendum,* & *num. 5. verſ. & ex hoc.* Alex. *conſ. 91. num. 2.* & *num. 7. verſ. nec obſtat,* & *num. 8. lib. 2.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 347.* Surd. *conſ. 23. num. 4.* Scacc. *conſ. 71. num. 16.*

Præterea cùm D. Camillus receperit dictos liuellos, qui ſunt in parua quantitate, ſcilicet librarum 260. in totum, maximè reſpectu ſummæ principaliter in accordio ſtipulatæ, quæ eſt de libris 18000. cum perſona valde diuite, quam non eſt credendum voluiſſe indebitè, & fœneratitio modo recipere, ſed creditur feciſſe per errorem, cùm factum alienum tractaret, & non ſit peritus in iure, quoniam error potius præſumitur, quàm delictum. Rol. *conſ. 13. num. 75. lib. 1.* Crauet. *conſ. 75. numero 17.* Bertaz. *conſ. crimin. 33. num. 14. 15.* Vnde ipſe Hebræus fatetur id erroneè factum fuiſſe, quòd Zannotus requiſitus ab eo promptè illud correxit, & propterea euidenter videtur conſtare de errore, quem variis coniecturis poſſe probari liquet. Claud. *ad Bertaz. conſ. crimin. 103. littera C, verſ. error.* Farinac. *deciſ. crimin. 233. num. 1. lib. 2.*

Nam in primis conſiderato, quod ſi voluiſſet D. Zannotus vſurariam pecuniam recipere, veriſimiliter curaſſet ſub aliquo velamine hoc celare, hoc enim eſt proprium fœnerantium, non palam, & coram teſtibus id 71
facere: pulchrè Alb. *conſ. 451. num. 15.* Menoch. *conſ. 98. num. 35.* Farinac. *q. 86. num. 63.* Sicut enim qui malè agit, odit lucem, ad textum *in l. 1. §. tria lumina,* & ibi gl. *in verb. apertiones, ff. de ventr. inſpic.* ita qui bene operatur, in aperto agit. Vnde cùm Zannotus palam receperit dictos liuellos coram notario, & teſtibus, ceſſat vſuræ ſuſpicio, & in contrarium vrget magna coniectura. Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num. 15.* Decian. *d. conſ. 2. num. 92. 93. 94. 95. 96. lib. 1.* Menoch. *conſ. 343. num. 10.* Tuſch. *littera S, concluſ. 262. num. 52.* Farinac. *quæſt. 162. num. 206.* & propterea ille, qui indebitè exactum annotauerat in libro publico, excuſat Giouagn. *conſ. 43. n. 74. 75. lib. 1.* & docet præſumi erroneè factum, & ſatis palam dicitur fieri, quod fit coram teſtibus, *l. palam* & ibi gl. *ff. de verb. ſign.* Crau. *conſ. 544. num. 5. in fin.* & multò magis 72
ſi fiat per inſtrumentum, vt hic. Curt. Iun. *conſ. 64. num. 2. 3.* Ruin. *conſ. 14. num. 10. lib. 2.* Decian. *d. conſ. 2. num. 95. 96.* Farinac. *d. quæſt. 162. num. 209.* Surd. *conſ. 577. num. 39.* Peregr. *conſ. 3. num. 137. lib. 1.*

Deinde non ſolùm notabilitas dicti D. Camilli difficilem, & inueriſimilem reddit vſuræ præſumptionem, Becc. *conſ. 52. num. 8.* Gratian. *diſc. 679. num. 27. 28.* Rot. *diuerſ. deciſ. 316. num. 2. part. 4.* ſed etiam bona eius fama, 73
& communis opinio in populo, vt haberetur pro viro bono, & timoratæ conſcientiæ, & ſolitus fuerit gratis mutuò dare, & Theologos conſulere in contractibus arduis, vt in proceſſu, vnde ceſſat omnis ſiniſtra fœnoris ſuſpicio, hæcque coniectura aliis præponderat. Soc. *conſ. 248. num. 1. ad fin. lib. 2.* Decian. *d. conſ. 2. num. 84. 85.* Rol. *conſ. 96. num. 20 lib. 2* Becc. *conſil. 52. num. 8. lib. 1.* Farinac. *d. quæſt. 162. num. 172.* & *quæſt. 163. num. 25.* Crot. *conſ. 186. num. 5.* Ceph. *conſ. 496. num. 49. in fin.* Laderch. *conſ. 129. num. 8.* Bertaz. *conſ. 2. num. 11. 12. lib. 1.* Hect. Felic. *conſ. 14. num. 18. 21. part. 1.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. part. 1. lib. 8. tit. 25. num. 2. 3.* Giouagn. *conſ. 43. num. 70. 71.* vbi enim non probatur, creditorem eſſe ſolitum fœnerari, ſed conſtat virum eſſe probum, aliæ coniecturæ contunduntur: ſic de magis communi Hect. Felic. *dict. conſ. 14. num. 21.*

Præterea vix credi poteſt virum diuitem valde, qui poterat lucrum grandius licitè percipere exigendo octo pro centeno (hoc enim paciſci potuit ex ſupradictis) & & ſi malè agere voluiſſet, poterat facilè vſuram celare minuendo pretium prædij, quod in eodem ſolutionis liuellorum inſtrumento emit, adeo vt ſine tali expreſſione conſequi potuiſſet lucrum, quod intendebat, & ita euitare periculum manifeſtum, cui ſe euidenter exponebat rem ſic patenter faciendo, & pro re tam parua; vbi enim agitur de paruo lucro in re magna, potiùs præſumitur error, quàm vſura, cùm ſit facile errare. Dec. *in c. ſi autem, num. 7. in fin. de reſcript.* Crauet. *conſ. 75. num. 17.* & *conſ. 319. num. 13.* Plot. *de in lit. iur. §. 9. numero 25.* Farinac. *conſ. 125. num. 10. in fin.* & *quæſtion. 89. num. 57.* Menoch. *lib. 5. præſ. 3. num. 20.* Giouagn. *d. conſil. 43. num. 72. verſ. quintò,* vbi ſic excuſat reum propter rei paruitatem, quia tantùm agebatur de ſumma librarum 120. Bononienſium, quæ ferè eadem eſt cum ſumma, de qua nos quærimus: quibus addi poteſt Zannotum exulaſſe alias occaſiones faciendi maiora lucra, & voluiſſe potiùs mutuum gratis dare, vel gratuitas dilationes debitoribus facere, ex quibus non præſumitur animum delinquendi habuiſſe. Rol. *conſ. 11. num. 78. & ſeq. lib. 1.*

Et in omnem euentum dici poteſt, quòd cum ante 74
tranſmiſſam reis inquiſitionem, Hebræus omne ſuum ius remiſerit, & cum eis ſe concordauerit ſuper prætenſis vſuris, non eſt amplius pœnæ criminali locus, quia ſi vſurarius non exegit vſuras, vel eas reſtituat, antequam conueniatur, nulla pœna etiam arbitraria eſt ple-

ctendus, quia ius canonicum ſolùm conſiderat ſalutem animæ, vt tollatur peccatum, quod ceſſat facta reſtitutione, vt poſt Salic. Dec. Grat. Soc. Iun. docent Crauet. *conſ.6. num.*101. Rol. *conſ.*75. *num.*21. 22. 23. 25. *lib.*1. de communi Burſat. *conſ.*321. *num.*25. *lib.*3. Borell. *conſ.*12. *per totum.* Rota Auenion. *deciſ.*48. Domin. Rouit. *in comment. ad regias prag. ad prag.* 1. *de vſurar. numero* 34. 35.

Sed quia iſtud non eſt tantùm in praxi, & maximè vbi ex ſtatutis, vel lege aliqua humana prohibetur vſura, & præcipuè in foro Eccleſiaſtico, vbi non dubitatur vſuram eſſe veritam, & propterea prædicta opinio procedit tantum in foro interiori animæ, vel in ſæculari, quando nulla lege punitur vſurarius, ſecus eſt in foro Eccleſiaſtico, & externo, & etiam in foro laicali, vbi aliqua lege prohibetur vſura, tunc enim etiamſi non exigatur, vel vſurarius non fuerit vſus ſcriptura, vel inſtrumento in iudicio vel extra, cùm vſuræ delictum conſummetur ſola ſpe recipiendi vltra ſortem, adhuc vſurarius poterit puniri aliqua pœna arbitraria, mitiori tamen, & leuiori, ſicut furtum, & rapina, cui aſſimilatur vſura, punitur, etiamſi ſolùm fuerit attentatum: ita Capiblanc. de Baron. *ad prag. prim. num.*262. *cum multis ſeq.* Sccac. *de camb. quæſt.*7. *part.*2. *ampl.*20. *num.*30. & *ampl* 19. *num.*64. latè Ioan. Dom. Gait. *tract. de credito, cap.*2. *tit.*7. *num.*1535. & *num.*1546. 1547. *vſque ad numerum* 1555. quod verius puto ſecundùm prædictam diſtinctionem, quia negari non poteſt, quin iſte deliquerit, & delicta non debent remanere impunita; ideò in hoc non inſiſto, ſed quia potiùs dictus Zannotus credebat eſſe licitum ſic paciſci, & iuſtam habebat credulitatis rationem; ideò puniri non potuit. Rol. *dict. conſ.*74. *num.*43. *lib.*1.

Denique eſto etiam, quòd verſaremur in dubio, an iſte contractus haberet aliquid vſuræ, adhuc tamen in foro contentioſo, vt hic, debet cenſeri licitus, & bo-
75 na fide celebratus. Iaſ. *conſ.*153. *num.*2. *verſ. octauò, & vltimo, lib.*4. Crauet *conſ.*145. *num.*2. Crot. *conſ.*141. *num.*6. Decian. *d. conſ.*2. *num.*64. 65. 66. 161. *in fin.* & *num.*186. *lib.*1. Cephal. *conſ.*496. *num.*46. Menoch. *dict. conſ.*343. *num.*1. Bertaz. *conſ. crimin.* 2. *num.*10. *lib.*1. & *conſ.*318. *num.*2. *lib.*2. Rot. *diuerſ. deciſ.*340. *num.*1. *p.*1. Seraph. *deciſ.*620. *num.*3.

His igitur, & aliis etiam, quæ ſuperflua cenſentur, conſideratis, & ſtudio veritatis indagandæ proceſſu ſæpe reuoluto putaui partes meas eſſe in abſoluendo dictos reos conuentos, in quo benignus lector aduertat, quòd D. Camillus non erat clericus, quando negotiatus eſt, ſed tantum, quando exegit liuellos; hæc autem exarare volui, vt vnuſquiſque ſciat me in hac re, quæ non leuis videbatur, tantùm laboris impendiſſe, quantùm iuſtitia poſtulabat, ita igitur iudicaui, & ſententia mea habuit effectum.

---

# CAPVT XXX.

## EPITOME.

Vicinus fabricans per noui operis nunciationem debet deſiſtere, non obſtante ſatiſdatione de opere demoliendo, & quando vicinus poſſit obturare feneſtras vicinas fabricando in ſuo, vel communi muro.

## SVMMARIVM.

1 *Ædes ſuas tollere vſque ad cælum vnicuique licet.*
2 *Vicini luminibus licet officere fabricando.*
3 *Præſcriptio non currit in ſeruitutibus negatiuis, niſi à die prohibitionis.*
4 *Cautio de opere demoliendo efficit, vt vicinus poſſit proſequi fabricam.*
5 *Nunciatio noui operis, etiam iniuſta, facit deſiſtere à fabrica.*
6 *Opus nouum poſt nunciationem debet demoliri.*
7 *Noui operis nunciatio notoriè iniuſta an poſſit ſperni.*
8 *Nuncians nouum opus debet iurare de calumnia.*
9 *Calumnioſus euidenter non admittitur ad iurandum.*
10 *Opinio communis eſt ſequenda in iudicando.*
11 *Nunciatio illegitima ſperni poteſt.*
12 *Notorium eſſe debet à iudice declarari.*
13 *Nunciationem eſſe notoriè iniuſtam debet à iudice declarari.*
14 *Nunciatio noui operis fit ex tribus cauſis.*
15 *Notoria multa dicuntur, quæ non ſunt.*
16 *Satiſdatio de opere demoliendo non efficit, vt fabrica poſſit proſequi.*
17 *Nuncians debet ius ſuum deducere intra tres menſes, alioquin nunciatus dat fideiuſſionem.*
18 *Paries cuius ſit, indicat feneſtra in eo.*
19 *Vicinus non poteſt in ſuo, vel communi muro facere, quod nocet vicino.*
20 *Feneſtra habet cauſam continuam.*
21 *Seruitus luminis quanto tempore præſcribatur.*
22 *Ædificare in muro communi licet obturando etiam lumina vicini.*
23 *Opinio minus communis quando ſequenda ſit.*
24 *Luminis ſeruitus cenſetur conſtituta à iure, ſi aliunde lumen haberi non poſſit.*
25 *Ædificare licet, niſi ſeruitus ſit conſtituta.*
26 *Feneſtram non licet facere in muro communi.*
27 *Feneſtræ in pariete communi non penetrantes indicant, cuius ſit paries.*
28 *Vicinus non poteſt immittere in parietem vicini.*
29 *Ædificare non licet ad æmulationem vicini.*
30 *Vicinus principaliter ædificare non poteſt, vt noceat vicino.*
31 *Animus nocendi non præſumitur.*
32 *Coniecturæ probant animum nocendi.*
33 *Ædificare non licet tollendo lumen ſcalarum.*
34 *Scalarum luminibus non licet officere.*
35 *Ædificans debet relinquere certum ſpatium.*
36 *Vicinus ædificans à latere an teneatur dimittere ſpatium.*
37 *Ædificans in prædio ruſtico an teneatur relinquere ſpatium.*
38 *Verbum,* iuxta, *quomodo intelligatur.*
39 *Seruitus affirmatiua luminis quomodo præſcribatur.*
40 *Seruitus negatiua luminis quomodo præſcribatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi noui operis, in qua M.D.Ioan.Marcus Grilinzonus contendit eleuare domum ſuam iuxta confines M.R.D.Ioan.Michaelis de prioriis Canonici, & præceptoris mei, & ædificare obturando etiam lumen feneſtræ dicti Priorij in pariete confinante, & communi, cui dictus D. Priorius ſe opponit, & nouum opus nunciat, & dicit fabricam fieri non poſſe, niſi iuſtitia violetur: & hæc fuit prima cauſa, in qua poſt Lauream Doctoratus conſului, & requiſitus dixi.

Prima ſanè facie videri fabricam dicti Grilinzoni non poſſe impediri, & nunciationem vti notoriè iniuſtã ſperni poſſe, ſiquidem certum eſt omnibus licere ædes ſuas
altiùs tollere etiam vſque ad cœlum, ad textum *in l.altius,* 1
*C.de ſeruit.* etiamſi vicinus officiat luminibus vicini, *l.cum eo, ff. de ſeru. vrb. præd.* quod adeò verum eſt, vt etiamſi vicinus habuerit per mille annos domum humilem, & depreſ-



2 ſam, adhuc tamen eam poſſit eleuare, non obſtante vlla præſcriptione, quæ in his ſeruitutibus negatiuis
3 non currit à die prohibitionis. Gloſſa eſt communiter approbata *in l. qui luminibus*, vbi etiam Bart. *ff. de ſeru. vrb. præd.* Cæpol. *eod. tract. cap.*39. Ducñ. *reg.*33. *num.*1. 2. 3. Mart. *in not. cap.*13. Rip. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, numer.*50. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* latè Cyriac. *controuerſ.* 28. *num.*10. *lib.*1.

Deinde pro D. Grilinzono facit decretum DD. Antianorum Carpi, qui ei conceſſerunt fieri eleuationem fabricæ, quod facere poſſunt ſecundum ſtatuta loci, & caſu quo res eſſet dubia, cum præſtiterit fideiuſſionem de
4 opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, videtur non eſſe dubium, quin poſſit fabricam cœptam proſequi, & conſummare, ad textum *in l. non ſolùm, §. ſciendum, ff. de nou. oper. nunciat.*

His tamen non obſtantibus conſului pro meo præceptore, cui plurimum debeo, & in primis dixi non licere fabricam proſequi, ſed omnino eſſe ſuperſedendum, quia
5 nunciatio noui operis id efficit, vt ſuperſederi debeat, ſiue iure, ſiue iniuria ædificans ædificet, ne partes veniant ad arma, ad textum *in l.*1. vbi gl. & DD. *ff. de noui oper. nunciat.* quod adeò verum eſt, vt ædificatum poſt nunciationem debeat in primis demoliri, antequam nuncia-
6 tus audiatur, ſiue iure, ſiue non, factum ſit ædificium, ad textum *in l. Prætor, §. ait Prætor,* vbi gloſſ. & DD. *ff. de nou. oper. nunc. l. de pupillo, §. meminiſſe, eod.* Aret. *conſil.*94. *num.*4. Tuſch. *pract. concluſ. lib.*5. *littera N, concluſ.*124. *num.*2. 3.

Et quamvis dicant DD. id procedere, quando ius ædificantis eſt dubium, & incertum, & ſecus eſſe, quando notoriè conſtat nunciantem nullum ius habere, quia tunc non impeditur fabrica, & ædificatum non debet demoli-
7 ri, & nunciatio poteſt ſperni, alioquin leges eſſent iniquæ, ſi talem euidentem iniuſtitiam admitterent, & eſt communis opinio, quam tenet Bart. *d. l.*1. *in* 5. *oppoſ.* vbi Iaſ. *num.*8. Alciat. *num.*22. Crot. *num.*21. Hotman. *num.* 30. Soc. *num.*3. & alij, *ff. de nou oper. nunc.* gloſſ. *in l. de pupillo, §. impoſititiam, ff. eod.* Gofr. & Azor. *in rubr. eiuſdem tit. num.*5. Spec. *in titul. de nou. oper. nunc. verſ. ſed nunquid* Bart. *conſ.*64. *lib.*1. Abb. *in cap.*1. *num.*10. *eod.* Pract. Papienſ. *in form. libell. ſuper act. nou. oper. in verb. quemadmodum*, Marſil. *in l. in criminalibus, §. præterea, num.*131. *ff. de quæſt.* & *in rubr. numer.*181. *C. de probat.* Bero. *qq. famil. quæſt.*3. Rom. *conſ.*42. Alex. *conſ.*77. *num.*2. & *conſil.*106. *num.*29. *lib.*3. & de communi teſtatur Spanocchius *in tract. de nou. oper. nunc. lib.*7. *quæſt.*1. *num.*1. *verſ. communis.* Et iſtud coadiuuatur, quia nuncians nouum opus debet iurare de calumnia, ſi hoc ab eo exigatur, ad textum *in l. de pupillo, §. qui opus, ff. de nou.*
8 *oper. nunc.* Ant.Hering. *tract. de fideiuſ. cap.*15. *num.*105. ergo ſi calumnia ſit euidens, non admittetur ad iurandum, ne alioquin manifeſtus fiat periurus, vt inquit Soc. & Ioan. Crot. *in d.l.*1. *ff. eod.* teſte Spanoch. *d. tract.*
9 *lib.*7. *quæſt.*1. *num.*57.

Sed poteſt reſponderi in primis hanc opinionem apud omnes non eſſe receptam, & alteram æſtimari probabiliorem, vt inquiunt Iaſ. Ruin. Crot. Soc. & alij *in d.l.*
10 1. *ff. de nou. oper. nunc.* tamen quia in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum à communi opinione, Iaſ. *in d.l.*1. & Spanoch. *d. quæſt.*1. *num.*111. *verſ. ſi verò*; idcircò dico, quod dummodo nunciatio non ſit illegitima, & expreſsè à iure reprobata, vel facta ab eo, qui nunciare non poteſt, vt *in l. qui viam,* & *l. de pupillo, §. ſi plurium, ff.*
11 *eod.* Iaſ. *in d. loco,* Spanoch. *d. quæſt.*1. *n.*52. eo caſu tantùm auctore Prætore ſperni poteſt, in reliquo non poteſt nunciatus ſpernere nunciationem ſub colore, quod notoriè conſtet de non iure nunciantis, niſi priùs Prætor de notorio conſtare declarauerit, quia non licet cuiquam notorium ſua auctoritate ſibi facere; ſed ita demùm ſi fuerit per iudicem declaratum. Aret. *in d. l. exi-*
12 *tus, col.*3. *de acquir. poſſeſſ.* Dec. *conſ.*383. *in fin.* Rol. *conſil.*33. *num.*25. *lib.*2. & *conſ.*99. *num.*16. *lib.*1. vbi de communi teſtatur Spanoch. *d. tract. de nou. oper. nunc. lib.*7. *quæſt.*1. *num.*99. *verſ. neque*, vbi inquit, quòd licet ſit magna vis notorij, non tamen tanta, vt ſua auctoritate quilibet ſibi licere præſumat paruipendere iuris remedia, & ſic Prætorias nunciationes, præſertim cum hic Prætor proteſtetur ante demolitionem ſuperædificati ſe non cogniturum quidquam de cauſa, & propterea hanc declarationem oportet à ſolo iudice fieri, quia ſi liceret parti, ſemper maiorem rixandi cauſam præberet, vt inquit idem Spanoch. *d. lib.*7. *quæſt.*1. *num.*106. *in fin. nu-* 13
*mero* 112. 113. 114. vbi inquit etiam præſumendum eſſe pro nunciante, qui ex ſolo edicto habet fundatam intentionem, & ſatis eſſe, ſi afferat vnam ex tribus cauſis, propter quas fit nunciatio, de quibus *in d. l.*1. *§. nun-* 14
*ciatio, ff. de nou. oper. nunc.* Vnde plurimùm reſtringitur communis opinio, quia multa dicuntur notoria, quæ 15
non ſunt. Abb. *in cap. conſuluit, de appellat.* Rol. *dict. conſ.*99. *num.*15. *lib.*1. & *conſ.*53. *num.*34. *lib.*2. Spanoch. *d. lib.*7. *quæſt.*1. *num.*114. Verùm in facto hæc quæſtio non facit ad rem noſtram, quia non verſamur in caſu, vbi conſtet de non iure agentis, immo ex infra dicendis conſtat de non iure nunciati.

Non obſtat autem fideiuſſio de opere domoliendo in caſu ſuccumbentiæ, quia nuncians non acquieſcit, & dicit ſe eſſe paratum docere incontinenti de iure ſuo, poteſt enim vicinus nuncians dicere, hodie conſtat, hodie agatur, & tunc ſuperſederi debet in fabrica non obſtan- 16
te ſatiſdatione de opere demoliendo, & debet expectari nuncians per tres menſes ad docendum de iure ſuo, intra quod ſpatium præſtolanda erit quæſtionis deciſio, textus eſt ad litteram *in cap. fin. de nou. oper. nunc.* & *in l. vnic.* vbi gloſſ. & communiter DD. *C. eod.* Bart. & DD. *in l. Prætor, §. ſi quis, ff. eod.* Iaſ. *in d. l.*1. *num.*19. *ff. eod.* Salic. *in d. l. vnic. num.*3. *C. eod.* Abb. *in d.c. fin. eod.* Pract. Papienſ. *de form. libell. in nunc. nou. oper. epitom. ante aliquam, num.*3. Ioan. Baptiſt. Plot. *de in lit. iurand.* §.3. *num.*30. Lancellot. *de attent. part.*2. *cap.*20. *limitat.* 2. *num.*12. de communi Lanfranc. Bald. *deciſione* 496. Carroc. *deciſ.*19. *num.*24. pulchrè Ant. Hering. *d. tract. de fideiuſ. cap.* 15. *num.* 102. 103. vbi quod opus iſto caſu differendum eſt vſque ad tres menſes finitos, &
Maur. Aret. *in eod. tract. de fideiuſ. part.* 1. *cap.* 15. aliàs 17
24. *num.*6. 7. *de cautione de opere demoliendo*, vbi practicari hoc modo dicit, ſi verò intra menſes tres ius ſuum nuncians non deducat, tunc vtique data fideiuſſione de opere demoliendo poterit nunciatus opus ſuum perficere, *l. non ſolùm, §. ſciendum, ff. de nou. oper. nunc. l. vnic. Cod. eod. cap. fin. extr. eod.* Carroc. *d. deciſ.*19. *num.*21. And. Gail. *lib.*1. *obſeru.*16. *num.*17. Aret. *dict. cap.*15. *num.*2. 3. Ant. Hering. *d. cap.*15. *num.*95. 96. Tuſch. *d. concl.* 124. *num.*18. & cùm hæc cauſa ventilaretur coram Excellentiſſimo D. Ludouico Puteolio iudice appellationis aduerſus Prætorem, ipſe pronunciauit ſuperſedendum in fabrica, & cùm pars non acquieſceret, & recurſus fuiſſet habitus ad Conſilium Signaturæ, eadem prouiſio confirmata fuit.

Si ergo placet ad merita cauſæ accedere, dixi certum eſſe, quòd paries confinans ſit vel dicti Priorij, vel ſaltem communis, quod dignoſcitur ex feneſtra, quam ille
habet in pariete. Maſc. *de probat. lib.*3. *concluſ.*1149. & 18
propterea non licuit fabricare ſuper eo in præiudicium Priorij, quia nemini in re communi, vel etiam in ſua licet id facere, quod vicino nocere poſſit, vel noceat, ad textum *in l. Trebatius, ff. de damn. infect.* &
*in l. de pupillo, §. meminiſſe*, ibi: *at ſi in ſuo*, vbi gloſſ. 19
*ff. de nou. oper. nunc. l. cuius ædificium,* & *l. quidam liberius, ff. de ſeru. vrb. præd.* Alber. *in l. altiùs, verſ. ſed quid, Cod. de ſeruit.* Rip. *in d. l. de pupillo, § meminiſſe, num.*34. & multùm ad rem Soc. *reg.*101. *fallent.*4. Cyriac. *controuerſ.* 28. *num.*16. 17. *lib.*1. & ſanè in re communi melior eſt conditio prohibentis. Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd.*

*præd.cap.36.quæſt.6.num.*10.Franc.Marcus *deciſ.*460. *numer.2.part.*2. Rim.Sen. *conſ.*70. *num.*10. *vol.*1. Surd.*conſ.* 233.*num.*9.14.Burſat.*conſil.*57. *num.*13. Cyriac. *d.controuerſ.*28.*num.*18.Bero.*conſ.*132.*num.*8.*lib.*3.Burſat.*conſ.*47. *num.*13.Tuſch.*littera B, concluſ.*37. *num.*30.

Et propterea dictus D. Priorius non poteſt damnificari à dicto Grilinzono obturando feneſtram, cum enim per longum tempus habuerit eam in dicto pariete, cen- 20 ſetur acquiſiuiſſe ſeruitutem luminis; ſiquidem feneſtra habet cauſam continuam, cum ſemper ſit in vſu actualiter, & potentialiter, nec ad eius vſum factum hominis requiratur. Cæpol. *de ſeru. vrb. præd. cap.*19. *num.*2. latè Riminald. Iun. *conſ.*421. *num.*43. *vol.*4. qui reſpondet etiam contrariis, ideò dictus Priorius præſcripſit ſerui- 21 tutem luminum ſpatio X. annorum inter præſentes, & XX. inter abſentes. Cæpol, *d.cap.*19.*num.*4.Rimin.Iun. *d.conſ.*421.*num.*53.*vol.*4.

Multi tamen putauerunt, quòd ſocius, qui in muro communi feneſtras conſtruxit, non poſſit prohibere, quin alter ſocius vicinus in eodem muro ædificet, etiam 22 obturando dictas feneſtras, quia non debet prohiberi vti re ſua communi, vt per Barthol. Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd.cap.*62.*de feneſtra,num.*5.& *de pariete,num.*21. Caſtr. *conſ.*49. *cum apoſtil. vol.*3. Dueñ. *reg.*33. *num.*1.2.3. Rip. *in d.c.cùm Eccleſia Sutrina,num.*50.latè videndus Iaſ. *conſil.* 98. *col.* 3. *verſ. quintò, & per totum, vol.*1. vbi hanc partem multis rationibus, & fundamentis defendit.Pariſ. *conſ.*63.*per totum,vol.*1.Bero.*conſ.*134.*num.*15.*& ſeq.lib.*3. Rim Sen.*conſ.*401.*num.*2.7.*vol.*3.& Rimin.Iun. *conſ.*367. *num.*15.16 17. *vol.*4. latè Burſat. *conſ.*111.*num.*1.2. *& per totum,vol.*1. Tuſch. *littera E, concluſ.*37. *num.*17. & hæc ſententia vtique videtur magis communis, à qua eſſet difficile recedere, & contra eam obtinere, licèt altera opinio videatur magis conſona æquitati, iuxta *l. non debet, ff. de reg. iur.* & poſſit amplecti etiam in iudicando 23 tanquam valde rationabilis, & æqua, vt per Abb. Anan. Felin. & DD. *in cap. canonum ſtatuta, de conſtitut.*

Tamen euitatur hæc difficultas in caſu noſtro, quia dictus Priorius aliunde lumen habere non poteſt, & vnicam tantùm habet feneſtram in dicto muro communi, quo caſu præſumitur habuiſſe dictam feneſtram iure ſeruitutis, quia aliunde non poteſt habere lumen: ſic 24 probatur per textum *in l. fin.* §. *fin. C. de ſeruit.* & poſt Bero.*conſ.*132.*num.*7.8.*lib.*3.Tuſch.*pract.concluſ.d. littera E, concluſ.*37.*num.*20.pulchrè Riminald.Iun. *d.conſ.*421. *num.*50.*vol.*4. vbi dicit, quòd idcirco vicinus non poteſt feneſtram prædictã obturare fabricando in pariete communi, quia cenſetur iure ſeruitutis exiſtere, & ideo licèt poſſit vicinus in ſuo, vel communi ad libitum ædificare, 25 tamen id non procedit, ſi pacto, vel præſcriptione ſit inducta contraria ſeruitus, *l. cum eo, l. Imperatores, l. inter ſeruitutes, ff. de ſeruit. vrb. præd.* Bero. *conſ.*132. *num.*12. *lib.*3.Tuſch.*d.concl.*37.*num.*23.Rol.*conſ.*22.*num.*31.*vol.*2. Eugen.*conſ.*32.*num.*43.*vol.*1.Surd.*conſ.*17.*num.*18.Cyriac. *d.controu.*28.*num.*29.

Et ſanè cùm non liceat vicino facere feneſtram in pariete communi pro acquirendo lumine, niſi ſibi fuerit 26 conceſſum, *l. eos, ff. de ſeruit. vrb præd.* Cæpol.*de ſeruit.vrb. præd.cap.*36. *num.*11. & *cap.*40. *num.*13. Bart.Bald.Caſtr. & DD. *in d. l. eos,*Bero. *d. conſ.*133. *vol.*3.Pariſ. *conſ.*63. *in princ. vol.*1. Burſat. *d. conſ.*111. *num.*2. *vol.*1. vtique vel dicendum eſt dicto Priorio fuiſſe conceſſum dictam feneſtram ſic habere, vel parietem eſſe totum proprium dicti Priorij, quia in eo habet feneſtram: nam ſi feneſtellæ paruæ penetrantes vſque ad dimidiam parietis, 27 quas Regienſes vocant feneſtras imperiales, deſignant murum eſſe illius, à cuius ſunt latere, Cæpol. *tract. de ſeruit. vrb. præd. cap.*40. *num.*14. Maſc. *d. concluſ.*1149. *num.*5. Burſat. *d. conſ.*111. *num.*18. multò magis id ſignificabunt, ſi totum murum penetrent, ſicut facit feneſtra ad lumen recipiendum: quod ſi verùm eſt, ſequitur D. Grilinzonum non poſſe ſuper dicto muro vici- 28 ni aliquid immittere, vel proiicere, ad textum *in l. ſicut,* §. *Ariſto, verſic.in ſuo, ff. ſi ſeru.vend. l. quemadmodum,* §. *protectum,* vbi Bart. Bald. & DD. *ff. ad l. Aquil.* Cæpol. *d. tractat. cap.*30. *num.*2. Tuſch. *d. littera E, concluſ.*36. *num.*2.

Deinde ceſſandum eſt à dicta fabrica, quia dictus D. Grilinzonus nullum, vel paruum videtur ſentire ex ea commodum, ideò non poteſt altius tollendo obſcurare lumina vicini, *l.*1. §. *deniq. ff. de aqua plu.arc.* non enim 29 probat lex factum eius, qui non vt ſuum agrum meliorem faciat, ſed animo nocendi vicini ius minuit, *l. in fundo, ff. de rei vindicat. l. Seruius,* § *ſi quis nouum, ff. de riuis.* 30 Vnde opus nouum facere ad alterius inuidiam principaliter, & ad æmulationem etiam in ſuo vetuit *l. opus nouum, ff. de oper. public. l. fluminum,* §. *fin.* vbi gloſſ. *ff. de damn. infect.* DD. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.* & *in d. l. altius, Cod. de ſeruit.* & *in l. quominus, de flumin.* Iaſ. *in d. l. ex hoc iure, num.*8. & *d. conſil.*98. *vol.*1. Dueñ. *dict. reg.*33. Cæpol. *d. cap.*39. *num.* 2. *verſ. quintò fallit.* Socin. Iun. *conſ.*76. *num.*15. *vol.*2. Ioan. Corraſ. *in rubr. num.*44. *verſ. alter caſus, ff. de ſeruit.* Tuſch. *d.concluſ.*36. *num.*2.

Et licèt vicinus non præſumatur habere animum nocendi vicino, Gloſſ.*in d.l.fluminum,*Alex. *conſ.*175.*num.*4. 31 vbi Add.*vol.*2.Cæpol.*d.cap.*39.*num.*3. tamen iſte animus probatur coniecturis, velut ex parua vtilitate, quæ reſultat ex fabrica, vt hic. Cæpol.*d.cap.*39.*num.*3.*verſ.idem fortè,*Ioan.Corraſ.*d.loco,ſub n.*44.Menoch.*lib.*6.*præſumpt.*35. 32 DD.*in d.l.ex hoc iure,de iuſt.& iur.*

Præterea tutus eſſe videtur dictus D. Priorius, & ceſſandum eſſe à fabrica, quia illa officit lumini dictæ feneſtræ, quæ lucem præbet ſcalæ eius domus, non enim licet ædificare officiendo luminibus ſcalarum, etiamſi ſerui- 33 tus non ſit conſtituta. Ita Cæpol.*d.tract.de ſeru.vrb.præd. cap.*39.*num.*4.*verſ.decimò,*Dueñ.*d.reg.*33.*fallent.*8. Rimin. Iun.*d.conſ.*421.*num.*70. *vol.*4. & quamvis Horat. Lucius *tom.*18.*in tract de priuil. ſcol. priuileg.*47. dicat Cæpollæ textum eſſe corruptum, & intelligendum de ſcholis, non 34 de ſcalis, tamen communis eſt ille intellectus de ſcalis, à quo non eſt recedendum.

Vlteriùs circa illam partem fabricæ, quæ incepta eſt vſque à fundamentis ſuper ſolo vicini, omnia iura clamant, quòd ſit demolienda, quia vicinus fabricans iuxta domum vicini, debet intermittere certum ſpatium, tam 35 de iure ſtatutario, vt ex ſtatuto Ferrariæ, *lib.*2. *rubr.*9. quàm de iure communi, ad textum *in l.fin.ff.fin.regund.*& *l. mœnia, C. de ædif. priuat.*

Et licèt hæc iura eſſe intelligenda, quando fabricatur è proſpectu, ſeue ex obiectu vicini ædificij, non autem ſi à latere, vt hic, latè Riminald. Iun. *conſ.*367.*num.*25. 36 26. 27. *vol.*4. tamen verius eſſe, quòd intelligantur indiſtinctè, & non eſſe differentiam, an vicinus ædificet è regione, vel à latere, inquit Cæpol. *d. tract. de mœnianis, cap.*16.*col.*2.pulchrè Surd.*conſ.*74.*num.*15.vbi reſpondet contrariis.

Et ſimiliter non obſtat quod eadem iura debeant intelligi procedere in prædiis ruſticis, non vrbanis. Rimin. Iun. *d.conſil.*367.*num.*22.23.24. *vol.*4 quia verius eſt ea procedere, & locum habere tam in ruſticis, quàm in vrbanis. Cæpol. *dict. tract. cap.*40. *col.*2. Surd. *d. conſ.*74. *num.*15. circa quod notandum eſt ſpatium, quod debet 37 relinqui à fabricante de nouo iuxta domum vicini, debere eſſe quinque pedum, quia ſic intelligit verbum, 38 *iuxta.* Bart. *in l. item apud Labeonem,* §. *communium, numer.* 2. *ff. de iniur.* vel ſaltem duorum pedum. Alexand. *conſil.* 120. *vol.* 2. Surd. *dict. conſil.* 74. *numero* 15. *verſ. vltimò.*

Non obſtat præſcriptionem non currere, niſi à die prohibitionis, quia id procedit in ſeruitute negatiua altiùs non tollendi, & ſic ne luminibus officiatur, nos autem verſamur in ſeruitute affirmatiua luminum, in qua

præ



39 præſcribenda non requiritur vſus prohibitio. Cyn. & DD. *in l.*1. *C. de ſeruit.* Riminald.Iun. *conſ.*421. *num.*65. 40 *vol.*4. immò neque requiritur in negatiua, quando adeſt aliquis color, ſeu titulus præſcribendi. Alba *conſil.* 62. *ſub num.*38. Rol. *conſil.* 5. *ſub num.*62. *vol.*1. Beretti *conſ.*148. *num.*3. 4. Panciroll. *conſ.*23. *ſub num.*9. Burſat. *conſ.*142. *ſub num.*26. Lancellot. Gallia *conſ.*54. *num.*18. Menoch. *conſ.*887. *num.*54. *verſ. cæterùm,* Bald. *de præſcript. in* 2. *part.*5. *part. princ. quæſt.* 7. *num.*4. *verſic. & ideò,* Cyriac. *d. controuerſ.* 28. *num.*22. *lib.*1. res autem fuit accordio ſopita amicabili interuentu perſonarum: ideò tamen, vt ſuprà, cenſeo.

---

# CAPVT XXXI.

## EPITOME.

Eccleſiaſticæ perſonæ an poſſint extrahere fructus bonorum ſuorum, vel Eccleſiæ extra ſtatum Principis ſæcularis non obſtante proclamate de non extrahendis bladis ſub certa pœna.

## SVMMARIVM.

1 *Laici impedientes iudices Eccleſiaſticos ſunt excommunicati.*
2 *Statutum prohibens extractionem bladorum eſt validum.*
3 *Statutum de bladis non extrahendis ligat etiam clericos.*
4 *Annonæ leges ligant etiam Eccleſiaſticos.*
5 *Clerici poſſunt extrahere blada Eccleſiæ extra ſtatum, non obſtante ſtatuto.*
6 *Statuta laicorum non ligant clericos.*
7 *Clericis an liceat extrahere fructus bonorum patrimonialium.*
8 *Patrimonialia clericorum ſunt exempta.*
9 *Clerici tempore penuriæ non poſſunt extrahere.*
10 *Clerici coguntur à ſuo ſuperiore ad obſeruantiam ſtatuti laicorum honeſti.*
11 *Statutum laicorum etiam honeſtum non ligat clericos.*
12 *Pretium rerum reſpectu clericorum ſolus Epiſcopus taxat.*
13 *Epiſcopus tempore penuriæ præcipit clericis, ne extrahant blada.*
14 *Clerici denuntiare debent ſua blada Epiſcopo, non iudici laico.*
15 *Conſuetudo, quòd clerici ligentur ſtatutis de annona, valet.*
16 *Clerici non ligantur conſuetudine laicorum etiam immemorabili.*
17 *Conſuetudo contra libertatem Eccleſiæ ſit irrationabilis.*
18 *Coloni non ſunt immunes, prout eſt Eccleſia.*
19 *Clerici, quando tenentur ad onera laicorum, cogendi ſunt à ſolo Epiſcopo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN quadam cauſa Mantuana Diœceſis Regienſis, in qua tractabatur de ponendo in tuto fruges, ſeu triticum Archipresbyteri Pegognagæ ægrotantis extra Parochiam cum periculo vitæ, cùm ſe oppoſuiſſet Iuſdicens Gonzagæ ſub vano prætextu, quòd blada transportarentur ad alienigenas aduerſus proclamata Ducalia, quod verum non erat, nihilominus neceſſe fuit diſputare, an edicta Principis ſæcularis vetantis extractionem annonæ extra territorium comprehendant Eccleſiaſticos; ideo dixi Iuſdicentem incidiſſe in cenſuram Bullæ Cœnæ 1 Domini latam contra impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur, vel immunitatem Eccleſiarum perturbantes, & edicta prædicta non ligare clericos.

Dicebant tamen Mantuani, valida eſſe ſtatuta, & edicta laicorum, quæ prohibent extractionem frumenti, vini, bladorum, & leguminum, ac ſimilium extra territorium Principis ad hoc, vt conſeruetur abundantia in Ciuitate, & ſic propter bonum publicum. Iul. Clar.*in prax.* 2 *crimin. quæſt.*82.*num.*33. *verſ. ſtatutum ſeptimum.* Tuſch. *littera S, concluſ.*558. *num.*1.& Brun.*conſ.*150. *in ſecundo,* & in ſpecie de ſtatuto vetante extrahi bona, ſeu fructus terræ, aut animalia, vt comprehendat etiam Eccleſiaſticos, quia in his, quæ ſpectant ad annonam, omnes ſubiiciuntur Principi ſæculari, qui de prædictis debet prouidere, tenuerunt Mexia *ſuper pragm. taxæ panis,* *concluſ.*5. Vulpel.*in tract. de libert. Eccleſ. part.*2. *num.*17. 3 *& ſeq.* Menoch. *conſ.*800. *num.*38. *lib.*8. & ita ſeruari in Regno teſtatur Carol. de Graſſ. *de eff.cler. eff.*2.*num.*294. 4 *verſ. & ita.*

Verumtamen dixi verius eſſe, & receptius ſecundùm communes DD. traditiones, quòd ſtatuta, & edicta ſæcularia circa annonam, & prohibentia extractionem bladorum, & frugum extra territorium ſtatuentis, 5 quamvis generalia, & etiam contra exemptos lata non afficiant, aut ligent Eccleſiaſticos, qui fori priuilegio gaudent, ſiue reſpiciant introductionem, ſiue extractionem, & hoc ex defectu poteſtatis, quia laici non poſſunt ſtatuere contra Eccleſiaſticos, qui idcircò liberè potuerunt fructus collectos in bonis Eccleſiarum, vel etiam patrimonialibus extrahere, & ſatis erit, ſi denuntient, vt fraudes euitentur: ſic pulchrè Rip. *de remed. ad conſeruand. vbert. num.*122. Ioan. Platea *in* §. *Item lex Iulia, num.* 108. *Inſtit. de public. iudic.* Ioan. Lup. *in repet. cap. per veſtras,* §. *ſed eſt pulchra, numero* 13. *de donation. inter virum, & vxor.* Ioan. de Amic. *conſ.*18. *num.*17. Couar. *part.* 2. *relect.* §. 4. *num.* 7. *verſ. his etiam,* Grammat. *deciſione* 106. *num.*15. 16. Caccialup. *in repet. l. cunctos populos, num.*186. *C. de ſum. Trin.* Roland. *conſ.*61. *numero* 22. *lib.*4. Burſat. *conſ.*42. *numero* 28. *lib.*1. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. quæſt.*82. *num.*87. de veriori, & magis communi atteſtatur Carol. de Graſſ. *de eff. cler. eff.*2. *numero* 291. Marth. *de iuriſdictione parte* 4. *caſ.*2. *numero* 1. 2. 13. Beller. *diſq. cleric. titulo de exempt. cler. à ſtatut.* §. 3. *numero* 1. 2. 3. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini, parte ſecunda, can.*15. *numero* 45. 46. Maſcard. *de ſtatut. concluſ.* 1. *numero* 11. pulchrè Prax. Archiep. Neap. *cap.*92. *de ſtatut. laicorum, numer.*3. vbi teſtatur de communi; & quod ita vidit iudicari in Regia Camera ſummariè Neapol. & in conſilio Neapolita- 6 no, dicitque quòd talia ſtatuta non obligant nec in foro fori, nec in foro poli, & eſſe contra libertatem Eccleſiæ atteſtatur Marth. *d. caſ.*2. *num.*13. latè hoc firmat Antoninus Diana *mor. reſolut. part.*1. *tract.* 2. *reſol.* 15. & *reſol.*68.

Et quamvis id multi admittant quoad fructus, & bona Eccleſiarum, tamen aliqui contradicunt, quoad fructus, & bona patrimonialia clericorum, & hoc pendet ab illa quæſtione, an iſta ſint exempta à iuriſdictio- 7 ne ſæculari. Verùm, quia magis communis DD. ſententia eſt, vt etiam patrimonialia ſint immunia, & exempta, vt per gloſſ. Abb. Felin. & Dec. & communiter 8 DD. *in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut.* Euerard. *conſil.*42. *num.*5. 6. 20. *& ſequent.* Gallia *conſ.*59. *numer.*14. Honded. *conſ.*3. *num.*12. *vol.*1.& *conſ.*20.*num.*6.11. *vol.*2. Molin. *de iuſt. & iur. tom.*3. *diſp.*670. Gutierrez *pract. qq. lib.*1. *quæſt.*3. *num.* 15. *& ſeq.* Beller. *diſq. cleric. tit. de exemption. cleric. & eorundem bon.* §. 5. *numero* 6. Farinac. *in prax part.*1. *quæſt.*8. *numero* 21. vbi de magis communi: latè Carol. de Graſſ. *d. tract. de eff. cler. eff.*1. *num.*10. 11.12.13. & *eff.*2. *num* 33. 34. & *num.*37. *verſic.*

ego

, *egò verò*, vbi indiſtinctè inquit hanc opinionem eſſe tenendam : & pulchrè etiam Alder. Maſcard. *de ſtatutorum interpret. concluſ. prima, num.* 93. 94. 95. vbi probat, quòd etiam bona patrimonialia clericorum gaudeant priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum, ne ſubiaceant ſtatutis laicorum, & propterea clerici poterunt extrahere etiam fructus bonorum patrimonialium ſine licentia Principis ſecularis. Rip. *d. tract. de conſeru. vbert. num.* 142. 143. Prax. Archiep. Neap. *d. cap.* 92. *num.* 3. *verſ. ſi verò.* Marth. *de iuriſd. part.* 4. *d. caſ.* 2. *num.* 13. Antonin. Dian. *d. reſol.* 68.

Hoc tamen multi limitant, vt non procedat tempore penuriæ, quia tunc pro communi vtilitate, & ad ſubleuandam neceſſitatem populi tenebuntur etiam Eccleſiaſtici ad obſeruanda ſtatuta laicorum circa annonam, & non poterunt blada extrahere, ad textum *in l.* 3. §. *quæſitum, ff. ad l. Rhodiam de iactu*, Bart. *in l.* 1. §. *cura carnis,*
9 *in* 1. *&* 2. *oppoſ. ff. de off. Præf. vrb.* Bald. *in l. ſi pendentes,* §. *ſi quid, num* 2. *ff. de vſufr.* Couar. *d.* §. 4. *num.* 8. *in fin.* Burſat. *conſil.* 138. *n.* 11. *lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 61. *num.* 14. *lib* 1. Natt. *conſ.* 275. *num.* 4. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 51. *num.* 31. *lib.* 3. vbi inquit hoc procedere, quando illa neceſſitas aliter euitari non poteſt, niſi etiam Eccleſiaſtici concurrerent.

Quod quidem verum puto, ſi ſano modo intelligatur, vt ſcilicet Eccleſiaſtici non teneantur vi coactiua edicti, vel ſtatuti laicorum, quia ſemper deficit poteſtas contra clericos, ſed quadam ratione naturali conſtringantur, &
10 propterea imminente tam magna neceſſitate, poterit officium Superioris Eccleſiaſtici implorari ad cogendum clericos in ſubſidium, ad textum *in cap. non mi ius, de immun. Eccleſ.* & *cap* 1. *eod. tit. in ſexto*, Bald. *in l. ad inſtructiones*, vbi Cyn. *C. de ſacroſ. Eccl.* Ioan. de Platea, *in l.* 1. *C. vt nemini liceat ſe ab empt. lib.* 10. Bertach. *de gabell. in* 7. *par. princ. col.* 5. *verſic. ſed limita*, pulchrè, & in terminis ita dixerunt Matt. *de iuriſdictione d. part.* 4. *caſ.* 2. *num.* 4 9. Duard. *in Bullam Cœn. Domini, can.* 15. *quæſt.* 17. *num.* 47. *verſ. Dixi*, & *num.* 48. Tuſch. *littera E, concl.* 573. *num.* 13. latè Antonin. Dian. *mor. reſol. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 8.

Nec mirum, quia ſtatutum laicorum etiam rationabile, & honeſtum non ligat Eccleſiaſticos vi coactiua, ſed tantùm impulſu rationis naturalis, adeo vt laici non poſſint contra clericos procedere, ſi contraueniant, ſed da-
11 tur recurſus ad Epiſcopum, qui eos ad obſeruantiam compellat ſi ita expedit, deficit enim ſemper in laico poteſtas. Marth. *d. caſ.* 2. *num* 3 Graſſ. *d. eff.* 2. *num.* 42. Duard. *d. can.* 17. *num.* 47. *verſiculo dixi*, latè Maſcard. *concluſ.* 1 *num.* 7. 8. pulchrè Bellet. *diſq. cler. d. tit. de fauore clericorum ab exempt. à ſtatutis laicorum*, §. 2. *n* 34. vbi multos allegat. Prax. Archiep. *dicto cap.* 92. *num.* 4. vbi inquit Bartoli ſententiam aliter ſentientis eſſe communiter reprobatam, & quòd Epiſcopi circa bona cleri-
12 corum debent ipſi taxare pretium, vel eorum auctoritate id fieri debet.

Et ſanè in materia annonæ vidi ſeruari, quòd tempore penuriæ Prælatus ad inſtantiam Domini temporalis præcipiat clericis, ne faciant extractiones bladorum ſub certa pœna, & ſi contingat fieri denunciationes bladorum virtute bannimentorum, vt ſciri poſſit, an in co-
13 mitatu adſit annona ſufficiens pro victu, de mandato Epiſcopi obligantur clerici ad denuntiandum penes curiam Epiſcopalem, quæ poſtea dat foro ſeculari denunciationem notam, vt in facti contingentia reſcripſit Epiſcopo Ferrarienſi Sacra Congregatio ſub die 19. Iunij
14 1592. in hæc verba : *Li Eccleſiaſtici non ſono obligati per gli bandi de giudici ſecolari dare l'aſſegna delli loro grani, & blade, deuono ben i Prelati fare loro editti ſopra cio, & ricenere eſſi gli riueli Eccleſiaſtici, e poi darne nota al magiſtrato ſecolare ſenza però, che da eſſi gli Clerici ſiano moleſtati.*

Iterum dicebant Mantuani, quòd practica, & obſeruantia ſtabat pro ipſis, & licèt nihil allegarent, tamen talem obſeruantiam, quòd Eccleſiaſtici ligentur ſtatutis de bladis non extrahendis, & in pertinentibus ad anno- 15
nam, videntur ſentire Nauar. *in Manual. confeſſ. cap.* 17. *num.* 208. *in fin.* Vulpel. *d. tract. part.* 2. *num.* 20. & *num.* 32. Menoch. *d. conſil.* 800. *num.* 39. *& ſequentibus*, & *num.* 50. Graſſ. *d. eff* 2. *num.* 294. *verſic. & ita*, vbi inquit, quòd in Regno non poſſunt extrahi blada, ac cætera comeſtibilia ſine licentia Proregis, & ſolutione Dricti, licèt tales res fuiſſent recollectæ in prædiis Eccleſiaſticis, vel clericorum ; quæ tamen non obſtant.

Nam reſpondetur hic talem non extare obſeruantiam ſaltem præſcriptam, quia ſi quid attentatum eſt, totum factum eſt abſque ſcientia Prælati : ſed eſto, quòd ita quandoque ſeruatum fuerit (quòd ſemper negamus) tamen veriuseſt, & receptius, quòd conſuetudo etiam immemorabilis, quæ præiudicat aliquo modo libertati, vel
immunitati Eccleſiarum, ſeu Eccleſiaſticorum, non valet, 16
non ligat, & non debet admitti, etiamſi ſit conſuetudo mixta laicorum, & clericorum, quia clerici etiam volentes non poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni, & ſtatutis laicorum tacitè, vel expreſsè, & ſic non eſt vis facienda in tali practica, quæ eſt contra libertatem Eccleſiæ : ad textum *in cap. cùm terra, cap. ſacroſancta, cap. Meſſana*, vbi gl. *fin. de elect. cap. cùm inter, cap. cùm venerabilis, de conſuetud. cap. quamquam, de cenſ. in ſexto.* Bart. *in l. de quibus, num.* 5. & *in* 2. *lect. num.* 30. *ff. de legib.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.* 6. *verſic. Ex quo*, vbi Abb. & Imol. *de conſtitut.* Boſſ. *de for. competent. numer.* 130. Euer *conſilio* 30. *numer.* 9. & *conſilio* 42 *numer.* 38. & communiter DD. *in cap. clerici, de iudic.* Alex. *conſ.* 8. *num.* 1. *vol.* 1. Rol. *conſ.* 4. *num.* 12. *vol.* 1. & *conſil.* 23. *num* 9. *vol.* 2. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 2. Couar. *pract. quæſtionum cap.* 31. *numer.* 5. Farinac. *d. quæſt* 8. *num* 3. Scacc. *de iudic. cauſ. ciu. crim. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 42. vbi de communi Decian. *tractat. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap* 9. *numer.* 10. *& ſequentibus*, latè Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cler. perſona*. §. 2. *num.* 1. 3. 4. 5. *& ſequentibus*, & *numer.* 24. 25. pulchrè in terminis videndus Alderan. Maſcard. *d. tract. de ſtat. interpret. concluſ.* 1. *à num.* 127. *vſque ad num.* 135. vbi bene probat, quod non valet talis conſuetudo, & eſt irrationabilis, non ſo-
lùm ſi ſit vniuerſalis, ſed etiam particularis, vel mixta 17
clericorum, & laicorum, & plenè reſpondet ad contraria.

Non obſtat, quòd in Regno ita ſeruetur ; nam id etiam negamus, cùm iam viderimus ex Prax. Archiepiſc. Neapol. *d. cap.* 92. *num.* 3. 4. quòd pro Eccleſia ſæpius fuit iudicatum, vt Eccleſiaſtici non teneantur huiuſmodi laicorum ſtatutis : & quamvis Graſſ. *d. eff.* 2. *num.* 294. videatur aliter ſentire, tamen eo loci loquitur non de bonis Eccleſiarum, & clericorum, ſed de bonis colonorum ipſorum ; inquit enim : *Et quod ipſi coloni Eccleſiæ, & clericorum ſint ſubiecti iuriſdictioni dominorum ſecularium, tenet Feder. de Sen.* Et poſtea ſubiungit : *Et ita ſeruatur in iſto Regno.* Ex quibus verbis comprehenditur, eum loqui de colonis, iſti enim in hoc non gaudent priuilegio Eccleſiæ, quoad fructus ſeparatos à
ſolo reſpectu partis colonicæ, ſi ſint coloni partiarij, vt 18
inquit latè Rip. *d. tractat. de remed. ad conſeru. vbert. num.* 127. Aret. *in l. placet, col.* 3. *C. de ſacroſ. Eccl.* Bart. *in l. lator.* §. *fiſcus, verſ. mercatores, ff. de publican.* Burſat. *conſil.* 42. *numer.* 14. *lib.* 1. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 180. *num.* 8. & *caſ.* 562. *numer.* 35. Surd. *conſ.* 301. *numer.* 85. Carol. de Graſſ. *d. tract. eff.* 1. *numer.* 208. & *eff.* 2. *num.* 294. & latè *eff.* 3. 56. 57. Maſcard. *d. tract. concluſ.* 1. *numer.* 247. *& ſequentibus*, vbi tamen rem benè declarat, quòd etiam coloni eſſent exempti, ſi grauarentur nimis in fraudem clericorum, vel reſpectu bonorum Eccleſiæ, in quo ſæpè errant Laici.





Et ſemper hoc certum eſt, quòd ſi clerici, vel aliquis de eorum mandato contraueniat huiuſmodi ſtatutis, ipſi clerici non poſſunt puniri à Principe ſeculari, neque res, quæ extrahuntur, debent eis auferri, ſed cauſa eſt tractan-
19 da coram iudice Eccleſiaſtico. Menoch. *d. conſ.* 800. *n.* 50. Salic. *in Auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccl.* Abb. *in cap. non minùs, col. fin.* Natt. *conſ.* 311. *num.* 4. Rip. *d. tract. n.* 234. Graſſ. *d. eff.* 2. *num.* 294. *in fin.* pulchrè, & latè Alderan. Maſcard. *d. concluſ.* 1. *num.* 204. 205. vnde malè faciunt iudices temporales, dum vexant famulos, vel colonos, vel alios clericorum miniſtros, aut ſeruientes, qui de clericorum mandato aliquid ipſorum clericorum extrahunt, vel introducunt ; hoc enim indirectè eſt contra libertatem, & immunitatem Eccleſiæ, ſecundùm prædicta.

Concludendum eſt igitur, quòd perſonæ Eccleſiaſticæ non ligantur huiuſmodi ſtatutis, ſed ex quadam ratione naturali, ſi in patria adſit neceſſitas frugum, quas vendere intendunt, cogantur à ſuo Superiore illas vendere in loco pro eo pretio, quo alibi ſincerè, & deductis expenſis vendere poſſunt, alioquin extractio non eſt deneganda, & ita vidi ſeruari, & valde iuſtum eſt.

---

# CAPVT XXXII.

## Epitome.

Statutum vetans poſt certum tempus creditori audientiam præſtari ob negligentiam non petentis, an valeat, & quando currat ſtatutaria præſcriptio.

## SVMMARIVM.

1 *Carpi ſtatutum de creditoribus poſt lapſum certi temporis non audiendis quomodo intelligatur.*
2 *Statuti vbi adeſt diſpoſitio, ceſſat omnis altercatio.*
3 *Iudex fruſtra dubitat, qui videt caſum in ſtatuto expreſſum.*
4 *Statutum poſt certum tempus negans creditori audientiam, non valet.*
5 *Statutum inducit peccatum, ſi negat poſt certum tempus creditori audientiam.*
6 *Statutum inducens præſumptionem ſolutionis an valeat.*
7 *Statutum præſcribens creditum ob præſumptionem ſolutionis eſt nutritiuum peccati.*
8 *Præſcriptio ſtatutaria an valeat.*
9 *Præſcriptio cum mala fide numquam procedit.*
10 *Statutum confirmatum à Pontifice non valet, ſi adſit mala fides.*
11 *Statuta ſemper reſtringuntur ad id, quod rationis eſt.*
12 *Statutum ita debet intelligi, ne à ſapientibus redargui poſſit.*
13 *Præſcriptio ſtatutaria cenſetur ſubrogata loco præſcriptionis iuris communis.*
14 *Præſcriptio iuris communis requirit bonam fidem.*
15 *Bona fides requiritur in præſcriptione ſtatutaria.*
16 *Præſcriptio non currit non volenti agere.*
17 *Præſcriptione non poteſt vti, qui debitum fatetur.*
18 *Statuta non operantur vbi eſt mala fides.*
19 *Solutionem non eſſe factam ſciens non gaudet præſcriptione ſtatuti.*
20 *Præſcriptio de iure ciuili longi temporis currit cum mala fide.*
21 *Præſcribi poſſe cum mala fide, an ſit correctum de iure canonico.*



22 *Ius ciuile admittens præſcriptionem cum mala fide eſt correctum.*
23 *Præſcriptio ſtatutaria nunquam procedit cum mala fide.*
24 *Statutum poteſt abbreuiare tempus ad præſcribendum.*
25 *Præſcriptio fuit inuenta, vt litibus finis imponatur.*
26 *Statuta de creditoribus non audiendis poſt certum tempus exiſtunt in multis locis.*
27 *Bona fides requiritur in debitore præſcribente.*
28 *Interrogatorium, an ſchedula fuerit à debitore ſcripta, quando non admittatur.*
29 *Bona fides præſumitur, etiamſi de titulo non appareat.*
30 *Bona fides in dubio præſumitur.*
31 *Bona fides debet allegari, & quando.*
32 *Præſcribens cenſetur ſoluiſſe.*
33 *Solutio non eſt probanda, vbi præſumitur à ſtatuto.*
34 *Statutum præſumens poſt certum tempus ſolutionem, validum eſt.*
35 *Probationes non admittuntur contra præſumptionem iuris, & de iure.*
36 *Præſumptio iuris, & de iure quæ ſit.*
37 *Statuta Carpi, & Ferrariæ non poſſunt dici nulla.*
38 *Satuta de facto ſeruari ſatis eſt.*
39 *Multa ſunt inualida, quæ talia dici non poſſunt.*
40 *Statutum licet durum, tamen eſt ſeruandum.*
41 *Statuti nullitas debet allegari coram Principe, non alio inferiore.*
42 *Debitor ſciens ſe non ſoluiſſe, non eſt tutus in conſcientia aliquâ præſcriptione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi præſcriptionis ſtatutariæ, in qua conſului, antequam Doctoratus Lauream aſſumerem, pro Domino Baptiſta de Ferrariis contra Ioan. Antonium de Florutiis, qui ſe illius creditorem aſſerebat pro pretio tritici venditi in quantitate non modica, ſed quia tacuit per annos duodecim & vltra, intra quod tempus nunquam petiit creditum ſuum, Dominus Baptiſta dicebat ſe ſoluiſſe, & quamvis non probaret ſolutionem, alle-
gabat tamen Statutum Carpi *lib.* 2. *rubr.* 28. *de creditoribus* 1
*poſt lapſum certi temporis non audiendis*, vbi diſponitur, quòd negligentibus creditoribus per annos duodecim ſua petere credita, amplius non audiantur, ſed fictione ſtatuti præſumatur eis ſolutum ; & propterea dicebam nullum remanere dubitandi locum, quia inanis eſt al-
tercatio, vbi adeſt ſtatuti clara diſpoſitio. Corn. *conſil.* 2
109. *in fin. vol.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 10. *num.* 10. & *conſil.* 12. *num.* 2. *vol.* 1. Rol. *conſ.* 72. *num.* 6. 7. *lib.* 3. Ceph. *conſil.* 138. *num.* 20. *vol.* 1. Chartar. *deciſ.* 13. *num.* 4. &
fruſtra dubitat iudex, qui caſum in ſtatuto expreſſum 3
videt. Corn. *conſ.* 318. *num.* 1. *vol.* 1. Bero. *conſ.* 7. *num.* 1. *vol.* 3.

Verùm allegabatur ex aduerſo, ſtatutum prædictum eſſe nullum, & inualidum eo, quòd ſit nutritiuum peccati, quia admittit præſcriptionem cum mala fide aduerſus ſacros canones, quod fieri non poteſt, quia malæ fi-
dei poſſeſſor nunquam præſcribit, *cap. fin. de præſcript.* 4
*cap. poſſeſſor, de reg. iur. in* 6. & ideò dictum ſtatutum eſt iniquum, & nullum. Bart. *in l. omnes populi, num.* 24. *verſ. ecce alia*, vbi Caccialup. *ff. de iuſt. & iur.* Ioan. And. *in cap.* 2. vbi Anch. & Domin. *de except.* Rom. *in l. ſequitur*, §. *ſi viam, col.* 5. *ff. de vſucap.* Alex. *conſ.* 73. *num.* 3. *vol.* 6. vbi inquit, quòd vſus à mille annis citra
hanc opinionem approbauit, & quòd opinio altera in- 5
ducit peccatum. Pariſ. *conſ.* 87. *num.* 4. *vol.* 1. Abb. *in cap. quoniam, col.* 5. *de præſcript.* Corn. *conſ.* 128. *per totum, lib.* 1. & *in conſ.* 259. *col.* 3. *vol.* 1. vbi teſtatur de communi legiſtarum, & canoniſtarum. Iaſ. *inſt. de action. in princ. num.* 99. *de ſeq.* vbi de magis communi opinione teſtatur. Balb. *tract. de præſcript. in princ. in* 4. *col. in fin.* & *in* 2. *part.* 3. *p. princ. quæſt.* 10. Dueñ. *reg.* 6.

Viu. lib. 1. opin. 271. infinitos congerit Gabriel concluſ. lib.
5. de præſcript. concluſ. 4. num. 1. 2. vbi in fine inquit, hanc
opinionem eſſe magis communem. Boſſius de ſtat. vrb.
præſcipt. gl. 1. num. 6. & num. 21. verſic. adhærendo, vbi at-
teſtatur de magis communi: alteram putat veriorem
Tuſch. pract. concluſ. littera S, concluſ. 633. num. 3. 4. 5. 6.
vbi de communi, & magis communi. Gratian. diſcept.
994. n. 5. 6.

Et quamvis Bart. in d. l. omnes populi, num. 24. dicat
tunc valere huiuſmodi ſtatutum, quando inducit præ-
ſumptionem ſolutionis, vt hic, vel præſumit contractum
6 eſſe ſimulatum, tamen Bald. in l. omnes populi, num. 11.
inquit opinionem Bartoli tanquam truffam ab omnibus
reprobari, quia propter huiuſmodi præſumptionem non
tollitur peccatum, ſi non adſunt vera ſigna ſolutionis, vel
ſimulationis, vnde Baldus putauit vtroque caſu valere
ſtatutum, ſed potiùs inferendum eſt neutro caſu huiuſ-
7 modi ſtatutum valere, quia ob malam fidem ſemper nu-
trit peccatum. Franch. in d. cap. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.
vbi etiam Anch. & Imol. in cap. fin. col. 15. vbi Felin. col.
4. de præſcript. Ioan. And. in d. cap. 2. de except. in nouell.
Anch. conſil. 5. Thom. Ferr. in tract. de caut. cautela 38.
Alciat. in rubr. de præſcript. num. 5. vbi de communi teſta-
tur Imol. in d. l. ſequitur, §. ſi viam. Barb. in rub. de conſt.
col. pen. Corn. conſ. 264. col. 4. vol. 1. Ant. Maſſauir. tract.
de obl. in 5. partic. quæſt. 7. num. 11. Balb. de præſcript. in 2.
part. 3. part. princ. q. 14. col. 3.

Hæc quidem vera eſſe puto, licet multi teneant huiuſ-
modi ſtatuta valere ob bonum publicum ad lites termi-
8 nandas, vt per Bald. in d. l. omnes populi, & Bou. de ſtat.
Vrb. præſcript. gl. 1. num. 12. 18. vbi teſtatur de veriori
ſententia: & Gabriel. de præſcript. lib. 5. concluſ. 4. num. 1.
verſ. contrariam, vbi allegantur plurimi DD. pro vali-
ditate ſtatuti; verùm quia data mala fide debitoris non
9 poteſt vllo modo ſtatutum inducere præſcriptionem,
Alex. conſ. 218. num. 14. verſ. & licet, lib. 6. Caſtr. conſ.
98. num. 3. lib. 2. Balb. de præſcript. in 2. part. 3. part.
princ. num. 5. verſic. tertia, Tuſch. d. littera S, concluſ. 633.
num. 6. verſ. & quod, Surd. deciſ. 158. num. 5. vſque ad
numer. 18. part. 1. Gratian. d. diſc. 994. n. 5. 6. vbi quod
10 talia ſtatuta non valent, etiamſi ſint confirmata à Pon-
tifice, ſtante mala fide, quam Papa nunquam cenſetur
approbare.

Tamen dixi hæc non facere ad propoſitum, quia ſta-
tutum noſtrum, & multa alia ſimilia non inducunt præ-
ſcriptionem cum mala fide, neque vllo loco de mala fide
11 mentionem faciunt, & propterea cùm ſtatuta ſemper
reſtringantur ad id, quod rationis eſt, & recipiant in-
terpretationem per punctum rationis, Bald. in auth. in-
greſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Felin. in cap. ſolitæ, col. 2. de
maior. & obed. Iaſ. in l. non dubium, num. 36. C. de legib.
Alex. conſ. 85. numer. 11. lib. 4. Soc. conſ. 121. nu-
mer. 5. lib. 1. Rip. in ſuo reſp. 5. de iur. gent. & ciu.
numer. 13. Bertaz. conſ. 175. num. 13. vol. 1. Maſc. de
ſtat. interpret. concluſ. 5. numer. 79. ideò debet intel-
ligi, vt præſcriptionem induxerit cum bona fide, ne
12 redargui poſſit à ſapientibus, iuxta l. Saluius Ariſto, ff.
de leg. præſt.

Et ſanè cùm hæc ſtatutaria præſcriptio cenſeatur ſub-
rogata loco præſcriptionis iuris communis 30. vel 40.
13 annorum, vel alterius temporis, Abb. & Felin. in d. cap.
fin. de præſcript. Ang. in l. 2. §. ſi rem, ff. pro empt. Iaſ.
in l. ex hoc edicto, num. 6. ff. de eo, per quem fact. erit,
& in l. nemo poteſt, num. 116. de leg. primò, vbi etiam
Rip. num. 118. Soc. conſ. 40. in fin. vol. 1. Soc. Iun.
conſ. 86. num. 5. vol. 3. Dec. conſ. 556. num. 7. 8. Pariſ.
conſ. 32. num. 6. & conſil. 93. num. 20. vol. 3. Gozad. conſ.
64. num. 13. & conſ. 80. num. 5. Bouius d. tract. de præſcript.
ſtat. gl. 19. num. 80. Tuſch. d. littera S, concluſ. 633.
num. 22. ſequitur, quòd ſicut præſcriptio iuris commu-
nis requirit bonam fidem, ita etiam requirat præſcriptio
14 ſtatutaria: ſic Abb. conſ. 77. col. 4. lib. 2. Iaſ. in d. l. non
dubium, num. 36. C. de leg. Alex. conſil. 99. num. 8. & ſeqq.
lib. 4. Corn. conſ. 277. verſ. his minimè, vol. 4. & Tuſch.
d. concluſ. 633. num. 23. Maſc. concl. 5. num. 80. vbi etiam 15
allegat alia ſimilia ſtatuta, quæ reſtringuntur, & inter-
pretantur ad id, quod rationis eſt; & concordat Gratian.
d. diſcept. 994. n. 4.

Vnde eſt, quòd ſicut non valenti agere non currit
præſcriptio de iure communi, ita non currat iſta præ-
ſcriptio ſtatutaria, quia vbi non eſt negligentia, ibi non 16
debet eſſe pœna. Bald. in auth. niſi annale, in princ. C. de
bon. matern. Fulgoſ. conſ. 121. circa fin. Alex. conſ. 84.
num. 2. lib. 1. & conſ. 38. lib. 2. Dec. conſ. 468. num. 33.
& ſeqq. Tuſch. d. concluſ. 633. num. 21. & Maſcard. d.
tract. de ſtat. interpret. concl. 2. num. 96. Cyriac. contr. 321.
num. 72. p. 2.

Et ſimiliter debitor, quem certum eſt non ſoluiſſe, non
poteſt opponere huius ſtatuti præſcriptionem, immò
etiamſi lapſum ſit tempus, & ipſe fateatur debitum, po-
terit condemnari ad eius ſolutionem, non obſtante præ-
ſcriptione ob malam fidem. Rom. conſ. 102. num. 1. Cu- 17
man. conſ. 77. num. 4. verſ. non obſtat, & num. 5. Rebuff. in
tract. de merc. minut. art. 1. gl. vlt. num. 12. pulchrè Car-
pan. ad ſtat. Med. cap. 112. num. 81. 82. part. 1. iſte enim
habet conſcientiam læſam, ideò non iuuatur hac præſcri-
ptione. Cuman. conſ. 67. num. 7. & conſ. 91. num. 4. &
Tuſch. d. concl. 633. num. 30. hæc enim ſtatuta etiamſi
dirigerent verba ad creditorem, tamen nihil operabun- 18
tur cum mala fide. Abb. conſ. 76. in fin. Alex. conſ. 58.
in fin. lib. 7. Tuſch. d. concl. 633. num. 9. 10. Imol. in d. c. fin.
vti Butr. col. 2. de præſcript. Corn. conſ. 277. col. 2. vol. 4.
Seraph. deciſ. 614. & deciſ. 632. num. 1. Gratian. d. diſc. 994.
num. 6. Cyriac. contr. 307. num. 6. p. 2. vbi dixi etiam in
foro exteriori eum non iuuari hac præſcriptione, qui ſcit 19
ſe non ſoluiſſe.

Et quamvis de iure ciuili currat præſcriptio 30. vel
40. annorum, & vlterioris temporis etiam cum mala fide,
vt finis litium detur, ad textum in l. omnes, & l. cùm notiſſi- 20
mi, C. de præſcript. quas multi etiam putauerunt non eſſe de
iure canonico correctas quoad malam fidem, Bart. in l. 21
ſequitur, §. ſi viam, ff de vſucap. Hoſt. in ſumm. de præſcript.
§. quæres, in princ. Abb. in cap. quòd clericis, col. 8. de for.
comp. de communi teſtatur Soc. conſ. 40. in fin. vol. 1. Corn.
conſ. 274. col. 1. vol. 4. Soc. Iun. conſ. 13. col. 4. vol. 2. tamen
verius eſt, & receptius apud Doctores, omnia iura, quæ
admittunt malam fidem in præſcriptionibus, fuiſſe, &
eſſe de iure canonico correcta, & ius canonicum in hac 22
parte eſſe ſeruandum tam in foro Eccleſiæ, quàm in fo-
ro Cæſaris, & tam in terris Pontificis, quàm Imperij, quia
vbi eſt mala fides, ibi non poteſt currere præſcriptio ob
peccatum, vt tenuerunt magis communiter DD. per gl.
in d. cap. vbi Abb. & DD. de præſcript. Ioan. And. in d. c. 2.
de except. in 6. Ang. in d. l. ſequitur, §. ſi viam, de commu-
ni Flugoſ. in d. l. cùm notiſſimi, §. immò. Bald. conſ. 224. vol. 5.
Alex. conſ. 185. col. pen. vol. 2. de communi Corn. conſ. 259.
col. 3. vol. 1. & de communi etiam teſtatur Ruin. conſ. 170.
col. 8. vol. 1. latiſſimè Gabriel concl. lib. 5. de præſcrit. concl. 3.
num. 1. 2. vbi in fine teſtatur de magis communi, & infini-
tos congerit Grat. conſ. 125. n. 7. vol. 1. Bero. conſ. 61. n. 8. &
conſ. 78. n. 11. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 331. num. 15. Rol. conſ. 6.
n. 42. 43. vol. 3. de communi Burſat. conſ. 330. n. 149. 150.
Peregr. conſ. 101. n. 15. 16. vol. 2. Becc. conſ. 90. num. 21. Surd.
conſ. 49. num. 49. 50. & conſ. 73. n. 11. Decian. conſ. 13. n. 37.
vol. 2. latè Cyriac. contr. 321. num. 49. lib. 2. vbi multos alios
congerit.

Quod cùm verum ſit, ſequitur, vt etiam in præſcriptio-
ne ſtatutaria, quæ ſubrogata eſt in locum præſcriptionis
iuris communis, idem ſeruandum ſit, adeo vt ſine bona
fide non procedat. Pariſ. conſ. 20. n. 28. & conſ. 87. n. 13. 14. 23
vol. 1. Simon de Præt. conſ. 3. num. 31. Nonius conſ. 84. n. 8.
Burſat. conſ. 217. num. 1. vbi de magis communi. Surd. d.
deciſ. 158. vbi quod ita fuit iudicatum in Senatu Man-
tuano. Cyriac. d. contr. 321. num. 10. lib. 2. Tuſch. d. littera S,
concl.



concl. 633. num. 23. Gratian. d. cap 994. num. 4. 6.

Cùm ergo huiuſmodi ſtatutum intelligatur exiſtente
debitore in bona fide, non eſt dubitandum, quin ſit va-
lidum, quia certi ſumus ſtatutum poſſe abbreuiare tem-
pus requiſitum de iure communi ad præſcribendum.
24 Ioan. And. in d. cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. Felin. in
d. c. fin. col. 5. & 7. de præſcript. pulchrè apoſtilla ad Fe-
lin. in c. ſi diligenti, ad med. de præſcr. habet enim iuſtam
25 ſic ſtatuendi cauſam, vt litibus finis imponatur, pro quo
facit l. 1. ff. de vſucap. l. fin. ff. pro ſuo, & §. 1. Inſt. de
vſucap. & omnes DD. in locis præcitatis.

Neque videtur poſſe dubitari de validitate huius ſta-
tuti, cùm videamus in aliis etiam ciuitatibus extare, &
ſeruari ſimilia ſtatuta, provt extat in vrbe Roma tale ſta-
26 tutum, lib. 1. cap. 101. de quo meminit Bou. d. tract. de ſta-
tut. præſcript. in princ. Tuſch. d. concl. 633. & Gratian.
d. c. 994. num. 7. & ſimiliter extat ſimile ſtatutum Me-
diolani, vt per Carpan. ad ſtat. Mediol. d. cap. 112. p. 1.
Tuſch. d. concl. 633. num. 74. & per totam, vbi facit men-
tionem de huiuſmodi ſtatutis, qui ſeruantur in multis
Italiæ ciuitatibus, vbi viget fides Catholica, & maximè
Romæ, in quibus locis non ſeruaretur huiuſmodi ſtatu-
tum ſi repugnaret canonibus ſacris, vel legi diuinæ: ete-
nim cùm ſimpliciter hæc ſtatuta dicant poſt lapſum certi
temporis creditorem non eſſe audiendum, vtique intel-
27 liguntur, ſi debitor eſt in bona fide. Alex. conſ. 185. n. 27.
verſ. nec prædictis, lib. 1. Tuſch. d. concluſ. 633. num. 10.
Cyriac. d. contr. 307. n. 6. part. 2.

Et adeò validum eſt huiuſmodi ſtatutum, vt denegan-
do audientiam creditori poſt annos XII. efficiatur, vt ſi
creditor poſt dictum tempus velit in iudicio interrogare
debitorem, an ſcripſerit, vel ſubſcripſerit ſchedulam,
28 ſeu ſcriptum, in quo de credito eius ſit mentio, non poſ-
ſit id facere, quia ſic faciendo ei non denegaretur audien-
tia: ita notat Alex. in l. qui ſe iuraſſe, §. pater, n. 3. ff. de
iureiur. Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 111. num. 69. p. 1.
& propterea admittetur ſolùm ad probandum malam fi-
dem debitoris, & ſcientiam debiti, quia tali pacto ceſſat
ſtatutum, & ſi de mala fide conſtiterit, vel coniecturari
de ea ſufficienter poſſit, tunc admittetur creditor ad pro-
bandum etiam cætera ſibi incumbentia, quia tunc ceſſat
illa ſtatuti diſpoſitio.

Hic igitur prodeſt ſtatutum noſtrum dicto Baptiſtæ,
quia credit huic credito fuiſſe ſatisfactum, & allegat
eius bonam fidem, quæ præſumitur, etiamſi nullus ti-
29 tulus appareat: latè Tiraq. de præſcript. §. 1. gl. 2. verſic.
bona autem fides, Burſat. conſil. 87. n. 54. Seraph. deciſ. 602.
num. 4. Cyriac. contr. 3. num. 46. lib. 1. qui etiam dicunt in
30 dubio præſumi bonam fidem, vt de communi quoque
teſtatur Tuſch. littera B, concl. 100. num. 21. & quamvis
31 bona fides non præſumatur, niſi allegetur, Alex. conſ. 49.
col. 3. & conſ. 136. col. pen. lib. 2. Tiraq. d. gl. 2. verſ. ſed
quæſtionis, Afflict. deciſ. 178. num. 14. Dec. conſ. 267. n. 5.
Tuſch. d. concl. 100. num. 44. tamen poteſt allegari etiam
poſt concluſum in cauſa. Tiraq. d. gl. 2. verſ. ſed quæſtio-
nis, Afflict. d. deciſ. 178. num. 14. vſq. ad fin. Tuſch. d.
32 concl. 100. n. 44. Et ſanè qui præſcribit, cenſetur ſoluiſſe,
ad textum in l. ſi pupillus, in fin. ff. de adm. tut. Iaſ. in l. ſi
vnus, §. pactus, num. 38. ff. de pact. ideò dicenti eum eſſe
in mala fide, incumbit onus probandi. Felin. in c. ſi dili-
genti, col. 4. de præſcript. Soc. Iun. conſ. 128. col. 19. vol. 2.
Tuſch. d. concl. 100. num. 19. vbi quòd bona fides præſu-
mitur, vbi mala fides non apparet.

Ideò debitor non habet neceſſe probare ſe ſoluiſſe,
quia ſtatutum præſumit ſolutionem, & valet talis diſpo-
33 ſitio. Alex. conſ. 220. n. 6. lib. 6. Tuſch. d. concl. 633. n. 55.
56. etenim licèt hæc præſumptio non tollat malam fi-
dem, quia ſi de ea conſtaret, ſtatutum etiam præſumen-
do ſolutionem non valeret, tamen efficit, vt ſi non appa-
reat de mala fide, debitor non indigeat alia ſolutionis
probatione, & ex tali præſumptione validum reddatur
34 ſtatutum. Felin. in cap. fin. num. 5. vbi DD. de præſcript.



Bart. in d. l. omnes populi, num. 24. vbi etiam Caccialup.
n. 66. 67. ff. de iuſt. & iur. Sayr. ad Marſil. ſing. 23. n. 4.
Cuman. conſ. 67. num. 8. & conſ. 91. n. 5. & conſ. 177. n. 4.
ad fin. Barbat. conſ. 36. num. 42. & conſ. 54. num. 4. Tuſch.
d. concl. 633. n. 15. 55. Carpan. ad ſtatut. Mediol. d. c. 112.
num. 67. ad fin. verſ. tum etiam, & quæ in contrarium
adducuntur, procedunt vbi conſtat de mala fide.

Et ideò poſſet dici, quòd neque etiam creditor poſſit
admitti ad probandum debitorem non ſoluiſſe, quia eſt
præſumptio iuris, & de iure. Soc. Iun. conſ. 69. num. 46.
vol. 1. non enim licet admittere probationes contra ta-
lem præſumptionem, ad textum in l. fin. C. de arb. tut. 35
& cap. 15. de ſponſal. Abb. & Felin. in cap. quantò, de præ-
ſumpt. Abb. in c. 1. de conceſſ. preb. Soc. conſ. 191. col. 2. in
fin. vol. 1. ea autem dicitur præſumptio iuris, & de iure,
vbi lex, vel ſtatutum aliquid præſumit, & ſuper eo diſpo- 36
nit: ita Abb. in d. cap. quantò, col 2. ad med. & Felin.
col. 3. præſumpt. Bald. in rubr. & in l. ſiue poſſidetis, C. de
prob. Alex. in l. à Diuo Pio, n. 2. ff. de re iud. Soc. conſ. 23.
col. 6. vol. 1. In quo tamen licèt difficilis eſſet hæc negatiuè
probatio, & ideo cenſeretur etiam calumnioſa, tamen ſi
in promptu eſſet talis probatio, non crederem eſſe negan-
dam, ſi implicitam haberet malam fidem debitoris, ne in-
cidamus in ea abſurda, vt cogamur poſtea dicere ſtatuta
eſſe nulla, quia nutriunt peccatum ob malam fidem de-
bitoris, qua excluſa omnes admittunt ſtatuta huiuſmo-
di eſſe valida.

Veruntamen quia ſtatutum huiuſmodi de facto ſerua-
tur, & non licet de eius nullitate dicere, vetante hoc alio 37
ſtatuto Ferr. lib. 1. rubr. 2. quod hic etiam ſeruatur, & dictũ
Statutum Carpi mulctat iudicem contrafacientem, ideò
non eſt quærendum de prædictis, quia ſatis eſt ſtatutum 38
ſeruari de facto, vt per Soc. conſil. 145. col. 2. vol. 1. Bero.
conſil. 15. n. 42. vol. 3. Gabriel. d. lib. 5. concl. 4. n. 15. Maſſa
in tract. de oblig. Cam. ad 3. part. q. 3. num. 11. 12. pul-
chrè Carpan. ad ſtatut. Mediol. d. c. 112. num. 68. part. 1.
vbi loquitur in terminis noſtri ſtatuti ſeruandi ob bo-
num publicum propter negligentiam non petentis, cùm
de inualiditate eius opponi non poſſit vigore alterius
ſtatuti.

Nec eſt mirum, quia multa ſunt inualida, quæ tamen
non poſſunt de facto dici, & allegari nulla. Gloſſ. in l. ſi 39
ſi creditoribus, C. de ſeru. Ang. conſil. 137. ad fin. Alex.
conſ. 32. vol. 2. nam ſtatutum licèt durum, tamen eſt ſer-
uandum, ad textum in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, 40
in lib. 2. verſ. dolus, vbi Ang. Caſtr. ff. quod quiſq. iur.
Ioan. Andr. in c. fin. de appell. in 6. Bald. in l. acceptam, in
fin. C. de vſur. Iaſ. in l. filio pater, n. 9. ff. de leg. 1. & ſi quis
vult dicere de nullitate ſtatuti, debet recurrere ad ſupre-
mum Principem, & in ſubſidium ad Eccleſiam. Bald. in 41
l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. Iaſ. in l. nemo
poteſt, n. 63. in 2. lect. ff. de leg. 1.

Bene verum eſt, quòd ſi debitor ſciret ſe non ſoluiſſe,
& non ſatisfeciſſe, in foro conſcientiæ non eſſet tutus
per hoc ſtatutum, & ſi vellet ſuam conſcientiam reddere 42
ſecuram, ſoluere teneretur. Ita Alex. conſ. 99. num. 2. vol. 4.
Rebuff. in tract. de famul. ſalar. gl. 10. num. 10. Sayr. ad
Matheſil. ſing. 23. num. 3. Dueñ. reg. 6. n. 2. Carpan. d. c. 112.
num. 80. p. 1. Gamm. deciſ. 334. n. 5. Cyriac. d. contr. 307.
num. 5. part. 2. ſed quia dictus D. Baptiſta in hoc dicit ſe
habere conſcientiam illæſam, non video, quomodo poſ-
ſit moleſtari. Et ita.

# CAPVT XXXIII.

## EPITOME.

An liceat concubinario aliquid donare concubinæ, vel in teſtamento relinquere, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ ceſſant in claris.*
2 *Legauerit vtcumque quis, ita ius eſto.*
3 *Capax legati quilibet præſumitur.*
4 *Concubinæ poſſunt omnes donare, & relinquere dempto milite, & clerico.*
5 *Concubinatus eſt permiſſus de iure ciuili.*
6 *Meretrix habet actiuam teſtamenti factionem, & paſſiuam.*
7 *Capere poteſt ex teſtamento alterius, quicumque poteſt teſtari.*
8 *Concubinæ poteſt adulter legare aliquid.*
9 *Adulterium non eſt coitus vxorati cum ſoluta.*
10 *Copula vxorati cum ſoluta eſt impunibilis.*
11 *Naturales filij dicuntur nati ex vxorato, & ſoluta.*
12 *Concubina cenſetur ignorare amaſium ſuum habere vxorem.*
13 *Stuprum vilis perſonæ eſt impunibile.*
14 *Stuprum punibile fit conſuetudine impunibile.*
15 *Concubina eſſe non præſumitur.*
16 *Concubina propriè quæ dicatur.*
17 *Concubinæ emendatæ licet donare, & relinquere.*
18 *Concubinæ poteſt donari ob benemerita.*
19 *Concubinæ pauperi licet donare ob alimenta.*
20 *Spurio, & matri eius licet relinquere alimenta.*
21 *Legatum annuum pauperi factum cenſetur ob alimenta.*
22 *Clauſulæ*, omni meliori modo, *virtus.*
23 *Fiſcus ſolus ab indigno aufert.*
24 *Fiſci ius nemo poteſt opponere.*
25 *Legatum pro amore Dei videtur pro anima factum.*
26 *Confeſſio teſtatoris probat contra hæredes.*
27 *Legatum nullum debetur in conſcientia ad mentem teſtatoris.*
28 *Teſtatoris voluntati contraueniens peccat mortaliter.*
29 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
30 *In foro animæ tutior pars ſequenda eſt.*
31 *Bonarum mentium eſt culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.*
32 *Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.*
33 *Concubina non poteſt ignorare matrimonium amaſij eiuſdem loci.*
34 *Mulier eiuſdem Prouinciæ non creditur ignorare qualitatem amaſij.*
35 *Concubinatus probatur ex filiis.*
36 *Vxores duas habere ſimul non licet.*
37 *Concubinatus inter quos poſſit conſiſtere.*
38 *Concubina retinet nomen honeſtæ mulieris.*
39 *Pellex mulier quæ dicatur.*
40 *Concubina non eſt, ſi deficiat vnum requiſitum.*
41 *Concubina illicita quæ dicatur.*
42 *Concubina dicitur, quæ detinetur extra domum, ſecundùm vſum loquendi.*
43 *Vxorati amica poteſt dici concubina.*
44 *Clericus quomodo dicatur concubinarius.*
45 *Concubinæ illicitæ nil penitus dare, vel relinquere licet.*
46 *Ius canonicum ſeruandum etiam in terris Imperij in materia peccati.*
47 *Concubinæ legatum ſolutum an poſſit repeti.*
48 *Spuriis relicta, & præſtita hæres reuocare poteſt.*
49 *Clericus, & miles, & alij concubinæ donare non poſſunt.*
50 *Concubinæ prohibitæ nemo poteſt donare.*
51 *Miles, & paganus non poſſunt donare concubinæ.*
52 *Vxores exaſperantur propter concubinas.*
53 *Vxor dicitur malè tractari à viro tenente concubinam.*
54 *Fœminæ ſpe lucri ſe proſtituunt.*
55 *Legari non poſſe illicitis concubinis probatur iure.*
56 *Argumentum à fortiori ſemper valet.*
57 *Actus eſt potentior in cauſa, quàm in cauſato.*
58 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale.*
59 *Spurius eſt, qui naſcitur ex vxorato, & ſoluta.*
60 *Spurij capiunt ſaltem alimenta, & dotem.*
61 *Alimenta non debentur ſpuriis iure ciuili.*
62 *Alimenta, quæ debentur naturalibus filiis, mater non poteſt prætendere.*
63 *Ius canonicum non extenditur ſtante diuerſitate rationis.*
64 *Spurius non conſequitur alimenta, qui poteſt ex ſuo artificio viuere.*
65 *Legatarius perdit legatum, ſi capit propria manu, & quando.*
66 *Nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento.*
67 *Teſtatoris voluntas nihil valet lege reluctante.*
68 *Poteſtas, & voluntas in omni actu requiruntur.*
69 *Hæres pœnam non incurrit negando legatum incapaci.*
70 *Concubinæ propriè ſumptæ an poſſit donari.*
71 *Concubinatus eſt prohibitus iure ciuili nouiſſimo.*
72 *Concubina hodie dicitur infamis, & turpis perſona.*
73 *Concubinatus prohibetur in ſtatu Sereniſſimi Ducis Mutinæ.*
74 *Adulteræ non licet donare.*
75 *Adulterium eſt coitus vxorati cum ſoluta.*
76 *Coitus vxorati cum ſoluta eſt punibilis.*
77 *Concubinæ retentio eſt cauſa perpetuæ diſcordiæ inter coniuges.*
78 *Concubinam habens punitur, ſi aliam ſuperaddat.*
79 *Stuprum punibile eſt, ſi vxoratus cognoſcat ſolutam.*
80 *Virgo mulier eſſe præſumitur, quia ſic naſcitur.*
81 *Stuprantis virginem pœna.*
82 *Coitus accuſabilis quis dicatur.*
83 *Filius vxorati, & ſolutæ an dicatur ſpurius.*
84 *Virginitas præſumitur.*
85 *Vilis perſona quæ dicatur.*
86 *Vilem fœminam cognoſcens an puniatur.*
87 *Maritus an poſſit puniri habens conſuetudinem cum ancillis.*
88 *Stuprum conſuetudine non purgatur.*
89 *Emendatio concubinæ, vel alterius perſonæ non præſumitur.*
90 *Semel malus ſemper præſumitur malus.*
91 *Operis contradictio reſiſtit præſumptioni.*
92 *Emendatio qualis eſſe debeat, vt concubina poſſit donari.*
93 *Emendatus videtur, qui per triennium ceſſauit à delicto.*
94 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
95 *Legatum ob benemerita quid continere debeat.*
96 *In prohibitis non ſtatur aſſertioni diſponentis.*
97 *Merita debent probari aliter, quàm per aſſertionem teſtatoris.*
98 *Merita debent eſſe æquiualentia legato.*
99 *Merita qualia eſſe debeant, vt donare liceat concubinæ.*
110 *Merita debent eſſe inſignia, ſi recedendum eſt à ſtatuto.*
101 *Concubinas eſſe pauperes expedit.*
102 *Legatum an cenſeatur factum ratione paupertatis.*

103 Legatum



103 *Legatum factum coniunctæ perſonæ, & pauperi, an cenſeatur factum ratione coniunctionis.*
104 *In prohibitis non ſatis eſſe eueniſſe caſum permiſſum, niſi actus ob eam cauſam ſit factus.*
105 *Paupertas eſt probanda per allegantem.*
106 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
107 *Spurio legatum cenſetur ob alimenta.*
108 *Alimentorum legatum quando valeat ſpuriis, vel concubinæ factum.*
109 *Pauper quis dicatur.*
110 *Ruſtici quomodo alendi ſint.*
111 *Clauſula*, omni meliori modo, *quando non proſit.*
112 *Pellex eſt incapax legati ſui Amaſij.*
113 *Verbum*, non poteſt, *tollit omnem obligationem.*
114 *Fiſcus quando auferat ab indigno, & incapaci.*
115 *Concubinæ donatum, vel relictum remanet penes ſubſtitutum, vel hæredes.*
116 *Indignus non poteſt ſe iuuare iuribus fiſci.*
117 *Incapax non habet ius retentionis.*
118 *Fiſcus non aufert ab incapaci.*
119 *Subſtitutus capit legatum incapacis.*
120 *Subſtitutio compendioſa inducitur per verba*, poſt mortem.
121 *Subſtitutio poteſt fieri tam in hæreditatibus quàm legatis.*
122 *Subſtitutus non tenetur expectare mortem incapacis.*
123 *Subſtitutus poſt mortem vxoris capit, etiamſi tranſeat ad ſecunda vota.*
124 *Clauſula*, Amore Dei, *quid operetur.*
125 *Confeſſio inter perſonas ſuſpectas, vel prohibitas non probat.*
126 *Confeſſio pro incapace cenſetur fraudulenta.*
127 *Meretrici debetur merces.*
128 *Concubinæ legatum non debetur in conſcientia.*
129 *Legatum eſt cauſa lucratiua.*
130 *Lex humana etiam Cæſaris obligat ſub mortali.*
131 *Legatum nullum quando debeatur in conſcientia.*
132 *Lex quando dicatur reſiſtere actui.*
133 *Vxori ſi prohibeatur relinquere, legatum nec valet in conſcientia.*
134 *Legatum nullum ratione ſolemnitatis an debeatur in conſcientia.*
135 *Conſcientia non obligat, vbi lex non aſtringit.*
136 *Conſcientia non ligat, vbi natura non obligat.*
137 *Dubium quando aliquid non dicatur.*
138 *Dubium ſcrupuloſum deponendum eſt.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANnis elapſis N. in ſuo teſtamento inter cæteras diſpoſitiones legauit cuidam fœminæ N. vnam petiolam terræ nuncupatam, *il Moraro*, fruendam ab ea, donec vixerit, necnon & duc. 40. vinique menſuras quinque, quorum vtrumque dixit ſe mutuò accepiſſe ab ea, & vlteriùs annuatim vnum pondus cannabis, & 20. duc. ei dandos in caſu indigentiæ, & neceſſitatis, ac præterea vnum ſacculum tritici, vnum dolium vini, vnum currum lignorum, & vnum faſciculorum quotannis, & alia de quibus in eius teſtamento.

Modò dicto teſtatore defuncto, prædicta N. dum petit huiuſmodi legata ex parte hæredum, ei opponitur, quòd illorum fuerit incapax, & penitus indigna, eò quòd turpis fuerit amica teſtantis, in cuius longa conſuetudine duos illi peperit filios, vt ipſa non negat in proceſſu, & vlterius dicitur eam cecidiſſe à commodo legati dictæ terræ, cuius poſſeſſionem manu propria apprehendit. Vnde quæritur quid iuris.

Et ſanè primo ſub aſpectu hæc res penitus decidenda videtur ad fauorem dictæ mulieris propter claram teſtatoris voluntatem, ſiquidem in claris ceſſant omnes con-



iecturæ, *l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg. 3. l.*
*tres partes, ad l. falcid.* etenim certum eſt, cum potuiſſe 1
de rebus ſuis ad libitum diſponere, adeò vt lege quoque
XII. Tab. ſancitum ſit: *Vtcumque quis legauerit, ita ius*
*eſto, l. verbis legis*, vbi Alciat. *de verb. ſign. §. 1. Inſt. ad* 2
*l. falcid. §. diſponat. in Auth. de nupt.* & ſi reſpicimus
ipſam mulierem, ea quoque capere poſſe videtur, cum
quilibet capax præſumatur, & aliud dicenti incumbit
onus probandi. Gloſſ. & Bald. *in l. Lucius Titius, §. in teſtæ-* 3
*mento, num. 3. de leg. primo*, Sim. de Præt. *de interpret.*
*vlt. vol. lib. 3. interpr. 1. dub. 3. ſol. 2. num. 2.* Ceph.
*conſ. 48. num. 2. 3.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 13.*
*num. 58.*

Secundò non videtur dictæ mulieri impedimento eſſe,
quòd fuerit amica, vel concubina teſtantis, quia dem-
pto milite, vel clerico, cæteros certum eſt poſſe ſuis con-
cubinis dare, & donare tam inter viuos, quàm per vlti-
mam voluntatem, per textum & ibi DD. *in l. affectionis,* 4
& *in l. donationes in concubinam*, vbi Bart. *ff. de donat. l.*
*qui concubinam, l. vxorem, §. concubinæ, l. item legato, §.*
*parui, ff. de leg. 3.* gl. Bart. Bald. & Iaſ. *in l. miles ita, §. 1.*
*de teſt. mil.* Capr. *conſ. 129. num. 5.* Rom. *conſ. 478. num. 3.*
Iaſ. *conſ. 37. verſic. ſed iſtis, lib. 3.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 2.*
*tit. 9. num. 1.* Card. Tuſch. *pract. concl. littera C, concl.*
*568. num. 6.* Ceph. *conſ. 523. num. 116. 119.* Bertaz. *conſ.*
*532. num. 8. lib. 2.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib. 21.*
*tit. 3. num. 12. verſic. ſed diuerſa.* Giouagn. *conſ. 47. num. 5.*
*lib. 1.* Ratio eſt, quia concubinatus de iure ciuili eſt
per quandam tolerantiam permiſſus, nullaque pœna pu- 5
nitur, *l. in concubinatu, & tot. tit. ff. de concubin.* Alex.
*in l. ex facto, §. ſi quis, num. 13. ff. ad Trebell.* Clar. *in §.*
*fornicatio, verſ. & in primis quæro*, ibi: *Sed iure ciuili,*
& ibi: *Ego certè.* Peregr. *d. tit. 9. num. 1. verſ. horum*
*eſt.* Crauet. *conſ. 728. num. 4.* Ioan. Bapt. Lup. *tract. de*
*illegit. & natal. reſt. comm. 1. § 1. num. 14. & 15. verſ. con-*
*trarium.*

Vnde ſi meretrix, nedum concubina, etiam de malè
acquiſitis habet teſtamenti factionem actiuam, Cyn. *in* 6
*l. 2.* & ibi DD. *C. de condict. ob turp. cauſ.* Bald. *in l. 1.*
*num 6. C. eod.* Abb. *in cap. plerique, num. 14. de immun.*
*Eccl.* Iaſ. *d. conſ. 37. verſic. confirmantur, lib. 3.* Ceph.
*conſ. 523. num. 124.* Hier. Gabr. *conſ. 17. num. 5. lib. 2.*
Surd. *conſ. 466. num. 2.* ſequitur, vt tantò magis habeat
paſſiuam, & capere poſſit ab omnibus. Ceph. *d. conſ.*
*523. num. 127. 128.* qui enim poteſt teſtamentum facere,
multò magis poteſt ex teſtamento alterius capere, *§. le-* 7
*gari autem*, vbi Aret. Myſing. & Oinot. *Inſt. de legat.*
Iaſ. *d. conſil. 37. verſic. confirmantur*, Ceph. *d. conſil. 523.*
*num 125. 126.*

Tertiò in caſu fortiori etiamſi dicta mulier fuiſſet
concubina adultera dicti teſtatoris, adhuc tamen videtur
dicendum eam potuiſſe ex eius teſtamento capere, quia
ſic in terminis fuit deciſum per Capell. Tholoſ. *deciſ. 141.* 8
incipit: *An adulter*, & ibi Aufrer. ſequitur Tob. Non.
*conſ. 53. num. 8.* Gratian. *diſc. for. lib. 1. cap. 31. num. 10.*
Ioſeph Lud. *concluſ. 25. verſ. ampliatur primò*, quod mul-
tò magis, & veriùs dici poteſt de hac muliere, quæ non
fuit adultera; licèt enim teſtator eſſet vxoratus, tamen
inter eos iure ciuili non cadit adulterium, quod ſolùm
cum nupta committitur, *l. inter liberas, §. lex Iulia, de* 9
*adult. l. inter ſtuprum*, vbi Alciat. *de verb. ſign.* Rol. *conſ.*
*74. num. 12.* Clar. *in §. adulterium, verſ. cæterùm*, Maſcard.
*de probat. verb. adulterium, concl. 58 num. 2.* Franc. Marc.
*deciſ. 514. num. 19. part. 1.* Caccialup. *in rep. l. ſi qua illu-*
*ſtris, num. 19. verſic. ſed immò, C. ad Orſic.* Card. Paleott.
*de noth. & ſpur. cap. 12. num. 10. verſ. contra eam.*

Quartò videtur etiam, quod multò faciliùs dicta mu-
lier poſſit ſibi victoriã polliceri, quia non ſolũ eſt immu-
nis ab adulterio, verùm etiam ab omni pœna, quia coitus
vxorati cum ſoluta iure ciuili eſt impunibilis, vt dixit Sa- 10
lic. *in Auth. ex complexu, n. 2. C. de inceſt. nupt.* Ang. & Sa-
lic. *in l. 1. C. de adult.* idem Salic. *in d. l. ſi qua illuſtris, in 4.*

P 3 opp.

opp.C.ad Orfic. Caſtr. conſ.34. n.4. verſ. ſed hic non dixit, lib.2. Alex. conſ.136.n.2.verſic. plus dicit, lib.1. Soc. conſ. 148.n.3. & n.8. verſ. item ponit, lib.1. Dec. conſ.310.n.1. Boſſ. in prax. tit. de coit. illic. n.23. Aret. in §. nouiſſimè, num.6. in fin. Inſt. ad Orfic. Soc. Iun. conſ.130.n.5. lib.2. Rol. conſ.74. n.1213. lib.1. & conſ.96. num.32. lib.3. Paleott. d. tract. cap.42.num.2.3. Farin. de delict.carn.q.141. num.75. latè Gratian. diſc. for. lib.1. cap.39. num.26. & ideò inde nati dicuntur naturales. Peregr. de fideicomm.
11 art.22.num.88. verſ. Attamen. Et tantò magis hæc vera ſunt, quia præſumitur, quòd illa ignorauerit eum eſſe
12 vxoratum, adeò vt probanda erat eius ſcientia: ſic Caccialup. in l. ſi qua illuſtris, n.28. verſic. non abs re, C. ad Orfic. Boſſ. in prax de coit.damnat.n.30. Gratian. diſc.36. num.40.

Quintò non etiam poteſt dici huiuſmodi coitum ſaltem fuiſſe punibilem, & damnatum, quia ab initio dicta
13 mulier erat virgo; tum quia de virginitate non videtur ſatis conſtare, tum quia vilitas, & abiectio eius perſonæ reddit huiuſmodi ſtuprum, & coitum impunibilem. Rol. conſ.74. num.15.16 lib.1 Paleott. d.cap.42.n.4. Ioſeph Lud. deciſ. Lucen.ſ.60.num.12.verſ.eo addito. Tob. Non. d.conſ. 53. n.36. & addi poteſt, quòd etiamſi ab initio coitus iſte fuiſſet reſpectu ſtupri punibilis, ex longa tamen eorum conſuetudine fuit purgatione impunibilis factus.
14 Gloſſ. in §. cos, in Auth. quibus mod.nat.eff.legit. Maſcard. de probat. concl.341. num.315. Mazzol. conſil.31. num.8. Baiard. ad Clar.§.fornicatio,num.13.Lup.de illegit.comm.1. §.1.n.9. & ideò ſtante coitus impunitate nulla eſt ratio, quare huic mulieri non potuit liberè relinqui.

Sextò res iſta tantò magis perſpicua efficitur ad fauorem mulieris, quia non probatur eam fuiſſe concubi-
15 nam, & cùm id in facto conſiſtat, non præſumitur. Surd. d.conſ.469.n.19.20. non enim ſufficit probare copulam, niſi etiam conſtet eam fuiſſe retentam in ſchemate matrimonij in eadem domo affectione maritali, aliàs non
16 eſſet concubina, vt per Rotam diuerſ.deciſ.254.n.1.part.2. Marcabrun. ab Anguill. conſ.13.num.29. Lup. d.comm.1. §.1. num.22. & multò magis redditur leuior culpa dictæ mulieris, quia non probatur eam ſciuiſſe dictum virum fuiſſe vxoratum tempore coitus, & ſtupri, & conceptionis filiorum, quod tamen erat probandum. Brun. conſ. 175.n.59. verſ. non obſtat Barz. deciſ.91. num.16.

Septimò in rebus etiam deperditis, vbi verum eſſet ex hac occaſione dictam mulierem effectam eſſe incapacem, tamen vt id locum habeat, neceſſe eſt conſuetudinem cum ea habitam per dictum teſtatorem perduraſſe vſque ad tempora morti eius vicina, ſi enim deſierit eſſe concubina, ſaltem per triennium, illa potuit ex teſtamento
17 amaſij capere propter emendationem, quæ præſumitur ex lapſu dicti temporis, & ſolet efficere nouum hominem: ita per gl. in l. miles ita, §. mulier, in verbo, Cauere poteſt, ff. de milit. teſt. Bald. conſ.354.in fin.lib 3. Guglicl. Bened. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n.161.verſ.& eo modo, de teſtam. Port. Imol. conſ.21. num.1. exornans Lancill. Gall. tract. de Statut. in verb. Maritus, q.3. n.39. & ſeqq. & n.47. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.71. num.44. Gratian. diſc. for. lib.1.cap.31. n.29 Ceph. conſ.523. num.229.230. Surd. conſ.469.n.23. 24. Card. Seraph. deciſ.46.n.6. in fin. latè Ioan. Bapt. Lup. tract. de illegitim. comm.2. §.2. num.13. verſ. declaratur. Theſaur. deciſ.111.num.7.

Octauò data etiam dictæ mulieris incapacitate, adhuc quia ſe bene geſſit circa negotia legantis, & eius ſeruitio fuit prompta, propter eius benemerita poteſt ſuſti-
factum ratione paupertatis, ſed potius occaſione turpi-
tudinis, cum non exprimatur id fieri ob paupertatem.
Lancell.de ſtat.verb.ſolidos, q.6.n.91. ſicuti videmus, quod 102
ſi legatum fiat pauperi ſimul, & coniunctæ perſonæ, po-
tiùs conſetur factum ratione coniunctionis, quàm pau-
pertatis, vel pro anima, vt videtur ſentire gl. in l.illud, in 103
verb.alia cauſa, & ibi Bald. n.13 ad fin. & Caſtr. n.5. C.de
ſacroſ. Eccl. Bart. in l.1.n.35.C.eod. Bald. in Auth. ſimiliter,
n.5.6.C.ad.l.facid. vbi Rom.num.3. & de communi Dec.
conſ.120.n.4. Tiraq in d.l.ſi vnquam, verb. donatione largi-
tus, n.73 C.de reuoc.donat. pulchrè Crott.conſ.3.n.22. Ceph.
conſ.54.n.14. & conſ.216.n.17.18. & conſ.303. n.30. Marc.
Mantua apophth.184. in fin. Menoch. lib.4. præſ.115.n.6.
vſque ad n.10. Sanchez de matr.p.1.lib.1.diſp.4.n.9. verſ.&
è contra, & verſ.hinc quando. Surd.conſ.488.n.18.19. & in
tract.de alim.tit.8. priuileg.1. n.17. vbi inquit, quod niſi
exprimatur cauſa pietatis, legatum cenſetur factum ra-
tione conſanguinitatis, ita in propoſito huic fœminæ
legatum non cenſetur factum ratione paupertatis, ſed ex
illa turpi cauſa. Seraph.d.deciſ.54.n.3. in prohibitis enim
non ſufficit eueniſſe caſum permiſſum, niſi actus dicatur 104
ob illam cauſam factus. Petra de fideicomm. q.1. num.87.
vnde hæc mulier debebat probare legatum ſibi ob hoc
fuiſſe factum. Menoch.conſ.75. n.71.lib.1. Ioſeph. Ludou.
concl.14.illat.15.

Vlterius neceſſe erat dictæ mulieri probare ſe eſſe pau-
perem, & non habere vnde ſe alat, quia hoc eſt funda-
mentum ſuæ intentionis. Rol.conſ.92.n.23. lib.2. Lancell.
Gall.de ſtatut. verb.ſolidos, quæſt.6. num.87.88.89. verè 105
enim pauper dici non poteſt, cùm ex ſuo artificio, & ſer-
uitio valeat ſibi quærere victum. Giurb. in conſuet. Meſſ.
part.1.cap.7.gl.13.n.34.verſ.qui enim.

Accedat, quòd cùm teſtator noſter multa fecerit lega-
ta dictæ mulieri, & inter alia eidem reliquerit in caſu in-
digentiæ duc. xx. ſequitur euidenter cætera legata alio
fine & reſpectu fuiſſe facta, quia incluſio vnius eſt
excluſio, alterius, l.cum Prætor, in princ. de iudic. l.ma- 106
ritus, de procur. Rol.conſ.58.num.76.lib.3. Menoch.conſ.
530.num.2. & actus reſtrictus ad vnum tantùm modum,
non valet alio modo. Rota deciſ.diuerſ.366.n.29.p.1.

Nec ſimile eſt, quod dicitur de ſpurio, cui legatũ à pa-
tre factum cenſetur propter alimenta, quia illud procedit,
vt



vt præſumatur reliquiſſe in cauſam neceſſariam, cùm iu-
re naturæ ei teneatur prouidere de alimentis: ita Crauet.
107 d.conſil.229. n.8. Sim. de Præt. d.ſol.2. num.6. quod non
facit ad rhombum, quia hic teſtator, & nemo alius tene-
tur ſuæ concubinæ prouidere de alimentis. Crauet.d.con-
ſil.368.n.11.12.

Sed eſto, quòd teſtator expreſsè dixiſſet ſe huic mu-
lieri relinquere ratione paupertatis ob alimenta, adhuc
titulus videretur mendicatus, & fraudulentus, & niſi pro-
probata magna paupertate, non ſuſtineretur legatum.
108 Lancell.Gall.de ſtat.verb.ſolidos, quæſt.6. num.47. & ſi ſuis
operis valet ſe alere, legatum alimentorum ei non pro-
deſt. Lancell. d. verb. ſolidos, quæſt.6. num.26. verſ. quin
etiam, & num.85.97. vbi latè, vt hic euenit, vbi dicta
mulier eſt talis roboris, & valetudinis, vt citra ſui op-
probrium aliis deſeruire poſſit, quod ſufficit ad exclu-
dendam eam à legato alimentorum. Lancell. d. verb. ſoli-
dos, quæſt.6. num.111. provt idem in filia ſpuria cenſuit
Giurb. in conſuetud. Meſſan.part.1.capit.7.gl.13.num.34.
verſ.vnde alenda: hæc enim attenta ſua ruſticali condi-
109 tione pauper dici non poteſt, quæ ſuis manibus ſibi vi-
ctum quærere poteſt. Carp. ad Stat.Mediol.cap.312.n.6.
part.1. Menoch.conſ.321. num.29. & conſ.505. numer.15.
pulchrè Ceph. conſ.216. num.9.10. Rot.diuerſ.deciſ.202.
num.2.3.part.2. non enim debent ſimiles perſonæ ruſticæ
ali pullis gallinaceis, ſed caſeo, & cæpis, & poteſt illis
110 dici; Ite ad ligonizandum terram. Sic Ceph. d.conſ.216.
num.10.11.12. in terminis Lancell.d.verb. ſolidos, quæſt.6.
n.106. ſi enim hoc dici poteſt filio ſpurio, quantò magis
huic obſcœnæ concubinæ.

Hinc ſuperfluum eſt conſiderare clauſulam, Omni me-
liori modo; hos enim defectus non poteſt ſupplere, nec
111 ſimilis eſt Betonicæ omnibus morbis ſalutari; nam non
eſt apta ſuſtinere voluntatem teſtatoris legibus repu-
gnantem. Surd.deciſ.7. num.27. nec ampliat diſpoſitio-
nem ad caſus non expreſſos. Rim.Iun.conſ.358.num.242.
Rot. diuerſ. deciſ.508. num.10. part.4. & ſolùm apta eſt
ſupplere modum, non autem cauſam, & ſic non poteſt
operari, vt tale legatum cenſeatur factum propter ali-
menta, vel paupertatem: pulchrè Soc. Iun. d. conſ 91.
num.26.lib.3. Menoch. conſ.415.num.27. Surd. d. deciſ.7.
num.27. quæ tamen omnia ſi concederemus, adhuc nihil
nocent noſtro caſui, aut proſunt dictæ mulieri.

Decimò non obſtat hanc mulierem poſſe dici ſolùm
indignam, non autem incapacem, adeo vt ſolus fiſcus
ei valeat contradicere. Nam primò reſpondeo verius eſ-
ſe, & receptius, quòd dicta mulier vt concubina vxo-
rati, vel illicita, ſit non ſolùm indigna, ſed etiam inca-
pax adeo, vt legatum ei factum ſit ipſo iure nullum, &
pro non ſcripto habeatur, debeatque remanere penes
ſubſtitutum, vel grauatum, aut cohæredem, vel apud
112 venientes ab inteſtato: ſic Bald. d. conſ.267. num.2. vbi
tales fœminas dixit plus incapaces eſſe quàm eorum fi-
lios. Iaſ.in d.l.miles, num.18.19. ff.de re iud. vbi inquit,
quod capere non poſſunt: ad rem Crauet. conſ.229.n.6.
verſic. ſecunda ratio, & num.12. verſ.quartò, & conſil.368.
num.8. ad fin. & num.10. verſ.conſequens. Corn.in d.l. hæ-
reditas, col.3. C.de his quibus vt indign. vbi inquit tales
mulieres iudicatum fuiſſe, neque poſſe vti retentione:
vide Marcab. d.conſ.1. num.54.55.56. Caccialup.in d.l.ſi
qua illuſtris, numer.72. in princ. & ad fin.ad Orſic. Ruin.
d.conſ.109.num.30. verſ.nec per fiſcum, & num.33. ad fin.
verſic.eſt etiam, lib.3. Berm.Chou.d.tract.de concub. verb.
contra præd. num.26. Mazzol. conſ.31. num.23. Ceph. d.
conſ.290.num.72.verſ.verumtamen, & num.74. Tuſch. d.
littera C, concl.568.n.20. Vrſill.d.deciſ.102.num.6. Megal.
1.2.lib.2.cap.8.q.5.n.20. & n.22. Lancell. d.verb. maritus,
quæſt.3.num.32. Seraph.d.deciſ.46. n.6. Cyriac. contr.205.
n.26.lib.2.

Et hoc eſt de mente omnium DD. ſuperiùs allegato-
rum, qui dicunt his mulieribus donari, aut relinqui non
poſſe; verbum enim, non poteſt, perſonam inhabilitat,



tollit omnem obligationem ciuilem, & naturalem. Bald.
in l.quod ait, num.1. verſ. ſecus, ff. de diu. Bonacoſ. tr.
æquorum, quæſt.28. Lancell.de ſtat.verb.non poſſit, in princ. 113
num.16 latè Sanchez de matr.part.1.lib.6.diſp.38.num.20.
in tertia ratione, & moral.lib.2.cap.14.num.32. verſ.vbi no-
tanda.

Fiſco igitur locus eſſe non poteſt, niſi quando non ex-
taret ſubſtitutus, vel cohæres dictæ mulieris, vel conſan-
guinei teſtantis, & quando hi per duos menſes eſſent
negligentes in auocando talia relicta ab his fœminis,
tunc enim, ſi re vera eſſet facta traditio, poſt duos men-
ſes fiſco via aperitur, non tamen alio modo: ſic probat
textus in l.1. §.ſed etſi, & §.ſiue itaque, & §. quod ſi exci- 114
tant, verſ.quidquid, vbi Azor n.6. Bald. num.5. in fin. Sa-
lic.n.2.verſ.nota quod, C. de natur.liber.l.matre, §.quidquid,
C.eod.l.ſi quis inceſt.§.ea ſanè, & Auth. inceſt. C.de inceſt.
nupt.l.1.§.omnium, vbi Bald. C.de ſecund.nupt. Ruin.d. con-
ſil.109.num.32. in fin.libr.3. vbi probat hæc iura ad rem
noſtram bene allegari, vltra quod fiſco non ſit locus in
palam relictis, ſed clam relinquendo. Menoch. conſ.511.
num.18.

Si ergo dictæ mulieres fœtentes non ſolùm indignæ
ſunt, ſed etiam incapaces, abſque dubio legatum eis fa-
ctum remanet penes ſubſtitutos, vel grauatos, vel teſta-
toris conſanguineos, l.1. verſ.omnium, iuncta Gloſſa, vbi 115
etiam Decian. n.11 & Io.Garr.n.127. C.de ſecund.nupt.l.ſi
in metallum, ff. de his quæ pro non ſcript. Rip.in l.1. n.155.ff.
de vulg. Corn. conſ.222.n.4.lib.4. Peregr. d.tr.lib.3. tit.1.
n.2. Iaſ. conſ.26.n.4.lib.1. Lancell. d.quæſt.2. num.24. Soc.
Iun. conſ.3.num.12. lib.3. Mazzol. conſ.31. num.25.36.37.
Gabr.conſ.104.n.74.lib.1 Rim.Iun. conſ.239.num.16 Me-
noch.conſ.511.n.18. & conſ.557.n.30. Farin. quæſt.102. nu-
mer.110. & quæſt.150.num.194. & conſ.105. num.92. verſ.
provt, lib.2. Mangill. de imput.quæſt.4.num.34. verſ. ſunt,
latè Sanchez moral. lib.2. cap.14. num.32. verſ. ſed hære-
ditas.

Accedat, quòd etiam verſaremur in legatario tantùm
indigno, tamen ille non poſſet ſe iuuare allegando iura
fiſci, niſi fortè quando eſſet in poſſeſſione rei legatæ, ſe-
cuta illius traditione, tunc enim ſaltem poſt dictos duos
menſes non poſſet ab eo auferri, ad textum in l. Lucius, 116
in fin. in verb.acquiſita, ff.de his, quibus vt indign. Bald. in
l.iuris gentium, in 2.lect.§.ſi ob maleficium, il primo, n.2 in fin.
vbi Ang. in fin.ff.de pact. Ruin.d.conſ.109.n.29.verſ.nec hoc
caſu, & n.30.lib.3. Soc.Iun. d.conſ.3.n.14.15.24.lib.3. Gra-
tian.diſc.219.n.8.lib.2. ita pulchrè diſtinguit Ioan.Lopez
in rep.rubr.de donat.inter vir.& vx.§.39.num.7. & §.41.in
princ. Lancell.d.verb.maritus, quæſt.3.n.32. & verb. non poſ-
ſit, quæſt.2 n.26. Laudenſ.de fiſc.q.107 Farin.conſ.105.n.14.
verſ.ſi igitur, lib.2. Io Bapt.Lop.d.tract.de illeg.comm.2.§.2.
n.14.verſ.nihilominus, vbi inquit, quod etiamſi talis per-
ſona poſſideret vigore conſtituti, hoc non ſufficeret, niſi
actualiter res eſſet in manibus eius, & ita intelligendi
ſunt, qui in contrarium allegantur; ſi enim grauati eſſent
inertes in reuocando, vel ipſe auctor turpitudinis tradi-
diſſet, fortè hæc mulier poſſet retinere, quia in pari cau-
ſa eſt melior conditio poſſidentis, alioquin tenetur ad re-
ſtitutionem, & non poteſt retinere. Ruin.d.conſ.109 n.30. 117
verſ.quin immò. Megall.1.2. lib.2. cap.8. quæſt.5. num.22.
verſ.nec valeret.

Et denique poſſumus reſpondere l. Claudius, & l.mulie-
rem, ff.de his quibus, vt indign. cum ſimilibus, quæ viden-
tur relicta his impudicis fiſco applicare, videri in hac 118
parte fuiſſe correctas, & moderatas, vt priùs vocentur
certæ perſonæ, de quibus in d. l.1. C.de natur.liber. & in
l.qui contra, & l.ſi quis inceſt.C.de inceſt.nupt. & ita eſſe te-
ſtatur Bart.in d.l.Claudius, num.1.verſ.item oppono, ff.de his,
quibus, vt indign. Corn.in dict.l.hæreditas, Cod. eod. Garr.
in d.l.1.numer.33.C.de ſecund.nupt. & videtur ſequi Ruin.
d.conſ.109.num.30.verſ.nec per fiſcum. Crauet. d.conſ.368.
num.5.8.

Vnde non eſt audiendus Surd.d.conſ.469. num.32.verſ.
Q ex

*ex prædictis*, dicens correctionem legum eſſe vitandam, quia hæc potiùs eſt moderatio, vel rationabilis legum concordantia, & plus credendum eſt in hoc Bartolo, quàm Surdo,qui licet dicat Cornei opinionem eſſe ratione deſtitutam, tamen apparet, quod potiùs ſine ratione Surdus damnat Corneum, quia verbis clariſſimis iura Codicis mutauere leges Digeſtorum,teſte Crauet. *d. conſil.*368.*n.*5.6.

Cùm igitur in caſu noſtro dicta mulier habeat ſubſtitutum,ad quem ipſa mortua Morrarus debet peruenire, certum eſt ad ipſum rem legatam deuoluere. non expectata eius morte, quia cùm ſit indigna, & incapax, pro
119 mortua habetur. Molin.*de primog. Hiſp.lib.*1.*cap.*9.*n.*20. & ſtatim ſubſtituto fit locus, eique legatum debet aſſignari, ad textum *in l. vnic.*§. *in primo*, & §. *pro ſecundo, C.de caduc. tol.*gl. *in l.*1.*verb.præſumi, in fin.* vbi Cyn. *n.*6. Bart. *num.*1. *in fin.* Salic. *num.*6. Ioan.Garr.*num.*127.*C.de ſecund.nupt.* Bald. *in l. cancellauerat. num.*2. *ff.de his, quæ in teſtam.delent.* Alex. *conſ.*202.*num.*3. *verſic.talia,num.*5. *ad fin.* & *num.*6. *lib.*6. Iaſ. *conſ.*26. *num.*4. *verſ. cuius tamen, lib.*1. Gozad. *conſ.*21. *numer.*19. pulchrè Soc. Iun. *conſ.*106. *num.*11. *lib.*1. Gall. *de excep. ad ſucceſſ. part.*2. *tit.*4. *except.*22. *num.*123. Surd. *deciſ.*144. *num.*8. & *conſ.*93. *num.*5. Menoch. *conſ.*91. *n.*7. & *conſ.*101. *n.*33. ad rem Marcabrun. *conſ.*109. *num.*12.13.14.15. Hier. Gabr. *conſ.*104. *num.*5. & *conſ.*114. *num.* 3. *libr.* 1. Molin. *d.cap.*9. *num.*29. *in fin.* & *num.*30. Mangil. *de imput. quæſt.*4.*num.*39. Ioan.Bapt.Lup. *d.tract.comm.*2.§.2.*n.*34. quod procedit etiam in eo, qui ſubſtitutus eſt tantum indigno, maximè compendioſè. Bald.*in d.l.cancellauerat, num.*2. Soc.Iun. *d.conſ.*3. *numer.*13.16. *lib.*3. Mazzol.*d. conſ.*31. *num.*25. *in fin.*& *num.*33. *verſ. ſicut dicimus.*Petr. Greg. *part.*3. *ſyntag.iur.lib.*42. *c.*14.*n.*2. ſolius ergo ſubſtituti intereſt repellere dictam mulierem. Peregr. *de iur. fiſc.lib.*3.*titul.*18.*n.*100.

Nec dubium eſt,quin frater defuncti fuerit dictæ mulieri compendioſè ſubſtitutus, ſtante illa diſpoſitione, quod poſt eius mortem ei relinquit Morrarum: verbum enim, *poſt mortem,* inducit compendioſam ſubſtitutio-
120 nem. Ruin.*conſ.*28. *num.*6. *lib.*2. Ceph. *conſ.*401.*n.*20. Menoch. *lib.*4.*præſ.* 51. *num.*9. Intrigl. *de ſubſt. cent.*3. *quæſt.*4. *num.*11. Gratian. *diſc.*299. *num.*1.2. *lib.*2. ſicut enim in hæreditatibus, ita in legatis,& donationibus li-
121 cet facere ſubſtitutiones etiam compendioſas, ad textum *in l.vt hæredi, ff.de leg.*2. *l. ſi legata, C. eod. l. vnic.* §. *ſin autem, C. de caducit. toll.* Bart. *in l. qui Romæ,* §. *Flauius, verſ. vltimus, ff. de verb.oblig.* vide Ruin. *conſ.*28. *num.*6. *lib.*2. Soc.Iun. *d.conſ.*3.*num.*4. *lib.*3. Mantua apoph.173. *in fin.* Peregr. *de fideicomm. art.*1. *num.*16. & *art.*51. *n.*2. Intrigl.*eod.tract.cent.*1.*quæſt.*1.*num.*15. Gratian. *diſc.*369. *n.*31.*lib.*2.

Non obſtat ſubſtitutionem eſſe factam poſt mortem dictæ mulieris,& ideò ea viuente ſubſtitutum nil capere poſſe,*ad l.vxori, la* 2.*ff.de vſufr.l.fideicommiſſa,*§. *ſi cui, de leg.*3.nam reſponſum eſt ſubſtitutũ non teneri expectare mortem incapacis,quia præ cæteris fuit dilectus, & incapacitas eius potiùs accelerat, quam impediat effectum
122 ſubſtitutionis. Socin.Iun. *conſ.*106. *num.*11. *libr.*1. Theſaur. *deciſ.*127. *num.*11. Rot. Bon. apud Barz. *conſ. vnic. num.*149. Marcabr. *conſ.*109. *num.*26.30. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 69. *num.* 5. ſicut etiam quando teſtator relinquit legatum eius vxori fruendum, donec honeſtè vixerit, & poſt eius mortem alterum ſubſtituat, ſi illa in honeſte viuat, vel tranſeat ad ſecunda vota, ſtatim ſubſtitutus admittitur, maximè vbi non extant di-
123 ctiones taxatiuæ,nec hæres poteſt interim retinere. Bart. *in Auth. hoc locum, num.*10. & *ſeq. C. ſi ſecund.nupt.mul.* Iaſ. *in l.Gallus,* §. & *quid ſi tantum, num.*31. *ff.de liber.*& *poſthum.* Alex. *conſ.*100.*num.ſeptimo, lib.*4. Dec.*in l.ſi mater, num.*6. *C.de inſt.*& *ſubſt.* Borgn. *de vſufr. num.*70. Ruin.*conſ.*17.*num.*18.*lib.*2.Craſſ. *de ceſſ.*§. *legatum, q.*57. *num.*7.Soc.Iun.*dict.conſ.*106.*num.*12.Mattheac.*de legat.*& *fideic.cap.*24.*num.*10. & *ſeqq.* Ceph. *conſ.*390. *n.*50.Surd. *conſ.*76.*n.*17.

Vndecimò non obſtat legatum fuiſſe factum amore Dei: nam reſpondeo ſolum legatum duc. 20. fuiſſe factum ſub hac clauſula, quæ ideò ad alia legata non eſt
trahenda. Ad rem Crott. *conſ.*3. *n.*24. quia in aliis non 124
dixit teſtator. Ceph. *conſil.*607. *numer.*4. ſed dato etiam, quod ad omnia poſita eſſet hæc clauſula, nihil refert. quia fraudulenta cenſetur, & magis vrget præſumptio, quod ex illa turpi cauſa reliquerit. Ita Bald. *conſ.*8. *in fin.lib.*5. Anch. *conſ.*25. *num.*4. Alex. *conſ.*57.*num.*7.*lib.*2. Crott.*conſ.*158.*num.*11.Lancell. *d.verb. maritus, quæſt.*3. *n.*56.Ceph.*conſ.*216.*n.*17.19.

Duodecimò non obſtat confeſſio teſtatoris,quod multa à dicta muliere mutuò receperit, quia talis confeſſio vitandæ fraudis gratiâ nihil probat, etiamſi iurata ſit, quia emanata eſt inter perſonas prohibitas, & ſuſpe-
ctas, ad textum *in l. qui teſtamentum, de probat. l. cùm* 125
*quis decedens,* §. *Titia,* vbi Bart. *de leg.*3. *l. ſi fortè, de caſtr. pecul. l. ſi donatione, C. de collat.* Rip. *in d. l. miles, num.*11. vide Dec. *conſ.*132. *num.*2. Crauet. *d. conſ.*368. *num.*17. Peregr. *de iur. fiſc. lib.*2. *tit.*9. *num.*5.6. & *conſ.*6. *numero* 14.15. *libr.*3. Chouer. *d. tract. de concub. verb. qui etiam filios, numero* 31,32. eo enim ipſo, quod confeſſio ſit ad fauorem incapacis, præſumitur in fraudem
legis. Tuſch. *practic. concluſ. littera F, concluſ.*477. *nu-* 126
*mer.*27.

Tertiodecimò non obſtat ſaltem in foro conſcientiæ talia legata deberi huic mulieri, quia id verum non eſt, vnde ſcire oportet, quod nos non loquimur de meretrice publica,cui ceſſante dolo, & fraude iuſta merces debetur vtroque iure, eo quod licet turpiter faciat,non
tamen turpiter accipit, ad textum *in l.*4.§.*ſed & quod* 127
*meretrici,ff.de condict.ob turp.cauſ.* Bart. *in d. l. affectionis, de donat.* Ioan. Lopez. *in rep. rubr. de donat.*§.40. *n.*3.4. 5.6. vbi inquit, quòd meretrix poteſt etiam in iudicio conuenire reum pro ſua mercede. Carroc. *de locat. part.*1. *tit.de merced. rem. quæſt.*10. *num.*94.95. vbi de communi Lancell. *d.quæſt.*3.*num.*7. Surd.*d.conſ.*469.*num.*1. Sanchez *de matr.part.*1.*lib.*4. *diſp.*11.*num.*2. ſed verſantur in terminis concubinæ illicitæ omni iure, quæ cum ſit indigna, & incapax hæres,non tenetur ei præſtare legatum in conſcientia,& tutò poteſt ſibi retinere,immo tradendo pro exequenda teſtatoris voluntate, perperam facit:
ita Bald. *in Auth. ingreſſi,n.*48.49. *C.de ſacroſ.Eccl.* Ruin. 128
*conſ.*49. *numero* 13. *verſ. vnde, lib.*4. Natt. *conſ.*402. *numero* 57. Peregr. *de iur. fiſc. lib.*3. *tit.*19. *num.*113.Couar. *epitom.decret.part.*2. *capit.*8. §.5. *numer.*9. Piach. *epit. delict.lib.*1. *cap.*2. *numer.*25. in terminis Lancell. Gall. *de ſtatut.verb.non poſſit.quæſt.*14.*numer.*4.5.6.22.23.24.Ioan. Lopez. *rep.rubr.de donat.* §.41. *in princ. verſ. ſed aduerte.* Megal. Squillac.1.2.*lib.*2.*cap.*8.*quæſt.*5.*num.*19.20.21.22. Bonac.*de contract.diſp.*3.*quæſt.vlt. part.*3. *num.*6. *verſ. ſed probabilior.* Sanchez *mor.lib.*2.*cap.*14.*num.*32.*in princ.* ibi: *ſicut tenentur.*

Et cùm hæc mulier tractet de lucro captando, legatum enim eſt cauſa lucratiua, §. *ſi res aliena, inſtit. de*
*legat.* eſt adeò incapax, vt retinere non poſſit etiam 129
in foro conſcientiæ, & nulla requiritur condemnatio, vel iudicis declaratio. Megal. 1.2. *lib.*2. *cap.*8. *quæſt.*5. *numero* 20.21. Bonac. *de contract. diſp.*3. *quæſt. vlt. part. vlt. numero* 22. *verſ. addo in hoc caſu.* Sanchez *d. cap.*24. *numero* 32. *in princ.* ea enim ſolùm requiritur, vbi tractatur de damno vitando. Suarez *de legit.lib.*5. *cap.*8. *numer.*3.5.

Nec durus iſte panis videri debet,quia certum eſt legẽ humanam,ſiue Cæſaris,ſiue Pontificis ſuper certo fundata ligare ſubditum vltra pœnam etiam ad culpam mortalem in foro animæ,ſi materia ſit grauis,& ſufficit eam le-
gem eſſe iuſtam, & peccatum non nutrire,ad textum *in* 130
*cap.quo iure,diſt.*8.*cap.qui reſiſtit.*11.*q.*2.*cap.*2.*de maior.* & *obed.cap.*1. vbi Abb. *num.*9. Felin. *num.*44.Dec. *num.*25.
*de*



*de conſtit.* Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, in princ. eod.* & *in l.quidam,* §.*illo, C.de neceſſ. ſeru.hær.inſt.* Alex.*conſ.*209. *n.*8.*lib.*2.Cagn *in l ſi quis maior, num.*163. *C. de tranſact.* Lancell.*d.quæſt.*14.*num.*9.10.Ceph.*conſ.*521 *num.*3. Boccac.*de cenſ.p.*2.*num.*207.D.Thom.1.2.*quæſt.*96.*art.*4. latè Ant.Hering. *de fideiuſ. cap.*7.*n.*529.Suarez *de legib.lib.*3. *cap.*25.*litt.C,*& *cap.*26.*verſ. ego verò*; verè enim non eſt poteſtas, niſi à Deo, & propterea cum ſic ſtatuerint Principes contra has fœminas impudicas, ita ſeruandum,quia qui poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit, & cùm lex humana non nititur falſa præſumptione, ſeruanda eſt in vtroque foro,ſecundùm prædicta.

Neque prædictis obſtat Ang.*in l.quidam,* §. *illo,num.*3. *C.de neceſſ.ſeru.hær.inſt.*quem ſequitur Alciat.*de conſil.*38. *num.*21.& *conſ.*53.*num.*12. volens hæc non operari in foro conſcientiæ, quia contra eum reſiſtit de directo. Bald.*in d.l.quidam,*§.*illo,* vbi plenè Caſtr. & verè alienus eſt à quæſtione noſtra, quia loquitur in caſu, vbi legatum eſt nullum defectu ſolemnitatis, & quando lex non aſſiſtit, nec reſiſtit, & vbi legatarius non eſt ſimul incapax,& indignus, hic autem adeſt defectus poteſtatis, lex reſiſtit, & perſona eſt turpis, ideo conſcientiæ nulla
131 eſt obligatio. Corn. *conſ.*137. *num.*7.8. *libr.*2. Megal. *d. quæſt.*5.*num.*19.20. Lopez *d.*§.41.*in princ.*Bonac.*d.part* 3. *num.*9. Sanchez *d.cap.*14 *num.*32.& alij: lex autem dicitur reſiſtere, quando diſponit, quod aliquid fieri non
132 poſſit, vt hic, vel interdicit actum. Bart. *in l. cùm lex, numer.*3.6. *ff de fideiuſ.* Ruin. *conſ.*41 *num* 27. *lib.*1. Surd. *conſ.*115.*num.*23. & lex reſiſtens impedit ortum naturalis obligationis. Felician à Sol. *de cenſ.lib.*1.*c.*2.*num.*12. *verſ.rurſus.*

Deinde minùs obſtat Bald.*in d.conſ.*204.*verſ. præterea, lib.*1.quia diuerſus eſt caſus,& alia ratio; loquitur enim in legato caſtiſſimæ vxori facto, quod mero iure ſubſiſtere videbatur, ideo voluit in conſcientia præſtandum eſſe,& aliud ſentit, ſi impudicitia conſiderari poſſit, vt apud eundem *d.conſ.*204. *verſ. non obſtat*, ſicut euenit in caſu noſtro. Deinde Baldi aſſertio non eſt tuta, ſiqui-
133 dem vbi ſtatutum, vel conſuetudo prohibet legatum facere, vel donare vxori, hæres neque in conſcientia tenetur legatum præſtare, & ideò de Baldi dicto dubitat Alciatus, & contra eum tenet Menoch.*conſ.*11.*num.*26. *in fin.* & latiùs Lancell. Gall. *d. tract.de Stat. verb. non poſſit, quæſt.*14. *num.*4.5.6. & *num.*27.28. vbi inquit etiam, quod nulla ſana, aut diſcreta conſcientia hoc dictat.

Tertiò non obſtat Menoch. *d. conſ.*167. *num.*21. quia loquitur in legato facto ad piam cauſam, & vbi nullitas prouenit tantùm ratione ſolemnitatis, non poteſtatis; ideò non ferit caſum noſtrum: ſed etiamſi faceret ad propoſitum noſtrum, fortè verius eſt,& receptius,quod etiam legatum inualidum ratione tantum ſolemnitatis non debeatur in foro conſcientiæ, quia actui reſiſtit, &
134 nullam permittit oriri naturalem obligationem. Bald. *in l.cùm quis,num.*4.*vſque ad num.*10.& ibi Raph. Fulgoſ.*C. de iur.*& *fact.ign.* idem Bald. Ant. & Capr. *in cap. nouit,de iudic.*pulchrè Corn. *d.conſ.*137.*num.*4.5.6.7.8.*libr.*2. latè reſoluens Couar. *in cap.cùm eſſes, à num.*6.*ad n.*12. *de teſtam.* de communi contra communem Vaſq. *de ſucceſſ. lib.*1.§.1.*num.*23.latiſſimè vide Sot. *de iuſt.* & *iur.lib.*4. *art.*3.*per totum.*Bonac.*de contract.diſp.*3. *quæſt.vlt part.*5. *num.*3.& meliùs *quæſt.*1.*part.*3.*num.*5. lege enim reſiſten-
135 te,& actum annullante ceſſat omnis naturalis obligatio, & per conſequens non adeſt conſcientiæ vinculum. Grilinz.*conſ.*21.*num.*9. Sanchez *de matr.part.*1. *lib.*1. *diſp.*7. *quæſt.*1.*num.*16. & *lib* 6.*diſp.*38.*quæſt.*2.*num.*20. *verſ. ter-*
136 *tiò quia*: conſcientia enim non ligat, quos natura non obligat. Foller. *in prax can part.*2 *cap.*12.*num.*13.14.Sola *de cenſ.lib.*1.*cap.*1.*num.*13.*verſ. deinde*, ibi: *Nam obligatio: cẽm.*

Hinc patet nil obeſſe, quod teneamur ſub mortali adimplere voluntatem teſtatoris,quia hoc communiter intelligitur de valida, non autem de ea, quæ maximè ex defectu poteſtatis non habet iuris fomentum; tunc enim in vtroque foro ſperni poteſt. Nec in dubio dicendum
eſt nos verſari, quia ex prædictis ſatis certa veritatis 137
notitia habetur,dubium enim non dicitur, quando cum ſufficienti auctoritate, aut ratione altera pars creditur, vel quando ex multis opinionibus vna pro vera eligitur: ſic declarat Nauar. *in manual.cap.*27. *num.*284. latè Sanchez *de matr.part.*1.*lib.*2.*diſp.*41.*quæſt.*1.*num.*9. *verſ.dixi,*
& ſi quis angeretur tali dubio, debet illud deponere,quia 138
eſt dubium ſcrupuloſum.Cagn.*in l.ſemper in dubiis, n.*1. *de reg.iur.*

Hæc igitur abundanter dicta ſunt abradicandi gratiâ omne dubium,& pro ſatisfactione eorum, qui eam deſirant, vt inde cognoſcant reum conuentum iuſtè litigare, & in vtroque foro tutum eſſe, & rei euentus ita probauit, quoniam per binas ſententias conformes fuit declaratum dictam mulierem eſſe incapacem legatorum, & conſequi non poſſe,niſi ea,quæ probauit verè mutuò dediſſe teſtatori, ideò claudamus iam riuos,ſat prata biberunt.

# CAPVT XXXIV.

## EPITOME.

Diffamans aliquem eſſe ſibi debitorem an debeat conueniri in iudicio diffamationis coram ſuo iudice, vel diffamati, & quomodo procedatur in huiuſmodi cauſa diffamationis.

Et ſi clericus, & laicus ſint alicuius debitores, vel ſimul deliquerint, an vterque ſit conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico,vel retinendus ſit clericus, & remittendus laicus ad ſuum iudicem laicum.

## SVMMARIVM.

1 *Creditor vociferans de credito poteſt conueniri, vti diffamans, quod agat, vel quieſcat.*
2 *Diffamatus in iudicio diffamationis eſt actor.*
3 *Diffamatus tenetur conuenire diffamantem coram ſuo iudice.*
4 *Clericus diffamatus poteſt trahere laicum diffamantem ad forum Eccleſiæ.*
5 *Diffamans poteſt conueniri coram iudice diffamati ſecundùm communem.*
6 *Cauſa naturalis vincit accidentalem.*
7 *Diffamatus non dicitur actor, ſed reus.*
8 *Diffamatus habens plures iudices trahit diffamantem coram iudice,quo vult.*
9 *Diffamatus tenetur pro diffamatione.*
10 *Diffamationis probatio quomodo fiat.*
11 *Deponens pecunias debet deponere coram iudice ſuo, non creditoris.*
12 *Iudex cauſæ præparatæ eſt etiam cauſæ præparantis.*
13 *Clericus,& laicus hæredes debitoris poſſunt omnes conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.*
14 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
15 *Laicus poteſt trahi ad forum Eccleſiæ, ſi ſit conſors in debito cum clerico.*
16 *Laicus delinquens cum clerico trahitur ad forum Eccleſiæ.*
17 *Laicus, & clericus violentiam inferentes mulieri ſunt ambo de foro Eccleſiæ.*

18 *Laicus, & clericus debitores poſſunt conueniri in foro Eccleſiæ, etiam in cauſis diuiduis.*
19 *Facti obligatio eſt indiuidua.*
20 *In diuiduum eſt factum, & eius obligatio.*
21 *Indiuidua ſemper remanet obligatio, ſi ab initio fuit talis.*
22 *Hæredes obligati in ſolidum, etiam ipſi in ſolidum tenentur.*
23 *Hypothecaria actio eſt indiuidua.*
24 *Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus, ſi facienda ſit executio in bonis clerico communibus.*
25 *Clericus poteſt compulſari ad diuiſionem à ſolo iudice Eccleſiaſtico.*
26 *Iudex vnicus eſt adeundus in iudicio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum.*
27 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus eſt competens, ſi duo fratres, vel ſocij diſcordent in diuiſione, ſi quis eorum eſt clericus.*
28 *Clericus remittitur, & laicus retinetur in foro laico.*
29 *Laicus an cum clerico poſſit trahi ad forum Eccleſiæ, attenditur, an cauſa ſit indiuidua.*
30 *Iudex Eccleſiaſticus an iudices laicos delinquentes cum clericis, vel correos cum eis punire poſſit.*
31 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
32 *Laicus à laico, & clericus ab Eccleſiaſtico debet iudicari.*
33 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de delicto laici, & clerici ſimul, ſi negotium ſit perplexum.*
34 *Decreta Sacræ Conſultæ non habent vim legis.*
35 *Mandantis, & mandatarij vnicum eſt delictum.*
36 *Præuentio contra mandatarium habet locum etiam contra mandantem.*
37 *Mandantis, & mandatarij cauſa ab vno tantùm iudice tractanda eſt.*
38 *Mandanti prodeſt ſententia lata ad fauorẽ mandatarij.*
39 *Mandans, & mandatarius an poſſit conueniri ſub diuerſis iudicibus.*
40 *Diuiſionis crediti exceptio ſemper opponitur.*
41 *Diuidua res eſt, ſi plures ſint hæredes vnius debitoris.*
42 *Hæres quilibet poteſt ſoluere ratam.*
43 *Indiuiduum non eſt, quod conſiſtit in pondere, numero, vel menſura.*
44 *Rationum tutelæ redditio eſt quid indiuiduum.*
45 *Creditor non poteſt petere partem ſui crediti coram vno, & partem coram altero.*
46 *Executio non fit in bonis clerico communibus ſine indice Eccleſiaſtico.*
47 *Actio communi diuidundo eſt indiuidua.*
48 *Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus, ſi clericus, & laicus diſcordent in diuiſione.*
49 *Continentia cauſæ non datur vbi ſunt diuerſæ perſonæ.*
50 *Sententiæ diuerſæ poſſunt ferri in eodem negotio ob diuerſitatem perſonarum.*
51 *Hæredum perſona non mutat conditionem obligationis.*
52 *Creditor cogitur recipere partem crediti, & quando.*
53 *Diuiduum creditum tenetur recipere per partes creditor ab hæredibus debitoris.*
54 *Legatarius quando poſſit acceptare legatum pro parte.*
55 *Actio hypothecaria quomodo dicatur indiuidua.*
56 *Clericus, & laicus ſi commiſcentur in aliquo negotio, clericus trahit laicum.*
57 *Executores teſtamenti clericus, & laicus conueniendi ſunt coram Eccleſiaſtico iudice.*
58 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere laico, vt ſibi remittat etiam laicos.*
59 *Laicus debet remitti in cauſis indiuiduis cum clerico ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN Cauſa fratrum de Stremitis cum D.Com. Alexandro
Coldomerio petebatur reuocari inhibitio facta per
iudicem Eccleſiaſticum D. Prætori S.Martini, ne proce-
deret in dicta cauſa, quia vnus ex dictis fratribus erat ſa-
cerdos, & alios conſortes litis trahere ſecum volebat ad
forum Eccleſiæ inuito dicto Coldomerio, qui necdum
cœperat iudicium coram aliquo iudice, ſed tantùm vo-
ciferabatur litem eſſe moturum, poſtea dicti fratres de
Stremitis intentauerunt beneficium *l.diffamari, C. de in-* 1
*gen.& manumiſſ.* quæritur quid iuris.

Et ſanè vniuerſa hæc diſputatio ad duo capita videtur
reſtringenda & primum eſt, an in materia *d. l. diffamari,*
ab eo, qui eius beneficio nititur, ſit adeundus Iudex diffa-
mati, vel diffamantis ad finem, vt diffamatus prouocetur
ad agendum, vel ei ſilentium imponatur lapſo termino à
iudice diffamationis præſcribendo.

Secundum, eſt an fratres prædicti de Stremitis quorum
R.D.Gabriel eſt Sacerdos, & alij duo ſunt laici, omnes
coram vno iudice Eccleſiaſtico ſint conueniendi, vel po-
tius laici trahendi ſint ad forum ſeculare, & clericus co-
ram Eccleſiaſtico; & ſic vnuſquiſque coram ſuo iudice
conueniendus ſit.

Et ſanè quoad primum punctum videbatur dicendum,
adeundum eſſe iudicem diffamantis, quia actor ſequitur
forum rei, & diffamatus in iudicio diffamationis videtur 2
eſſe actor, & ideò cùm clericus agat contra diffaman-
tem, vt iudicium incipiat, vel ſilentium recipiat, videtur
quod adire debeat iudicem laicum, ſicut ſi Vicentinus
vult agere condictione huius legis *diffamari*, contra Pa-
duanum, debet hoc petere coram iudice Patauij, quia in
hoc Vicentinus eſt actor, quoniam diffamare eſt aliquem 3
ad iudicium tacitè prouocare, vt ſic videtur probare tex-
tus *in d. l. diffamari,* vbi Bald. *col.2. verſ. deinde,* & *verſ.*
*item in lege noſtra, C.de ingen. & manum.* & *in l.ſi ea, C.*
*qui accuſ. non poſſunt,* vbi Ang. Aret. *col.17. verſ. ratio*
*quia,* pulchrè Paul. *de Caſtr. in l.in criminali, la prima, C.*
*de iuriſd. omn. iud* Card. Pariſ. *in cap. in præſentia, col* 10.
*C.de probat.* Afflict. *deciſ.*268. *per totam,* Dec. *conſ.*487. &
Nicol. Boer. *deciſ.255.n.7.verſ.& iſte eſt caſus.*

Verumtamen verius eſt, & receptius, quod diffama-
tus poteſt conuenire diffamantem coram Iudice proprio
diffamati, adeo vt ſi ſit clericus, ad ſuum Eccleſiæ fo-
rum poterit trahere laicum diffamantem ad finem, vt
agat, vel ei ſilentium imponatur, quia intentans hoc be-
neficium ex reo, non efficitur actor, ſed quibuſcumque
reorum prærogatiuis gaudet: ita in noſtris terminis pul- 4
chrè Alex. *conſ.*103. *vol.*5. Abb. *in cap. ſi quis contra, n.2.*
*de for. compet.* Felin. *in cap. ea quæ in princ. de re iud.* Natt.
*in Clem. ſæpe, col.41. de verb. ſign.* Butr. *in cap. quintauallis,*
*verſ. venio ad quartum, de iureiur.* Bald. *conſ.*173. *lib.*2. Card.
Pariſ. *conſ.*83. *lib.*2 Rom. *conſ.*412. Alex. *conſ.*108. *col. fin.*
*libr.*5 Capyc. *deciſ.*18. latè, & de magis communi Con-
tard. *in d.l. diffamari, circa quæſtiones, num.*3.4.5. *& ſeqq.*
vbi etiam Cagn. *num.*9. *C. de ingen. & manumiſſ.* Couar.
*var. reſol. cap.*18. *num.6. lib.*1. Gabriel *concl. communium*
*libr.2. tit. de action. concl.6. num.* 41. Curt. *deciſ. Gen.* 44. 5
*num.*6. adeò vt hæc ſit vera & magis communis opinio.
Scacc. *de iudiciis, lib.1. cap.* 34. *num.*44. *verſ. & iuxta.*
Cyriac. *controuerſ.*161. *num.*2 3. *libr.*1 Marcheſ. *de commiſſ.*
*iactat. capit.1.§. 1. numero* 40. *p.*3. vbi de magis communi
teſtatur.

Et ſanè rationabilis eſt hæc ſententia, quia attendi de-
bet cauſæ naturalis origo, non quod accidentaliter con-
tingit; quoniam ſecũdùm naturam cauſæ principalis dif-
famatus erat conueniendus coram ſuo iudice, & ideò
idem erit dicendum in iudicio diffamationis, quia cauſa 6
naturalis vincit accidentalem, ad textum *in l.qui habebat,*
*ff. de tutel.* Alex. *dict. conſ.*103. *vol.* 5. Boer. *deciſ.* 114.
*num 6. verſ. quæritur.* Abb. *in c. ſi quis contra, de for. com-*
*pet.* latè Capyc. *dict. deciſ.* 18. *num.*2. & per totam, vbi
pulchrè examinat, & perbellè etiam Scacc. *d. c.*34. *verſ.*
*non obſtat.*

Verè enim intentans beneficium *d.l. diffamari*, non
poteſt dici propriè actor, ſed gaudet prærogatiuis reorum,
&



& in dubio venit abſoluendus, dicitur enim ſe defende-
re, non agere, vnde iudicatur tanquam reus, attenta
7 principali actione. Bald. *in d.l. diffamari, col.*2. Abb. *in d.*
*cap. ſi quis contra, num.*2. Dec. *in l.fauorabiliores, col.*1 *ff.*
*de reg. iuris.* Soc. *conſ.*94. *col.1. vol.*3. Gomeſ. *in §. præiudi-*
*ciales, circa fin. Inſt. de action.* Contard. *in d. l. diffamari,*
*quæſt.1. num.*8. vbi etiam Cagn. *num.*9. Capyc. *d. dec.*18.
*num.*2. Gabriel *d. concluſ.*6. *num.*42. Cyriac. *contr.* 161.
*num.2. lib.*1. Marcheſan. *d. cap.1. §.1. num.40. in fin.* Mar-
cheſ. *in tract. de commiſſion. part.1. comm.6. c.1. ſub. n.*13.15.
latè Scac. *de iud. cauſ. ciu. & crim. libr.1. cap.*34. *numer.*43
*verſ. contrarium,* & *n.*44. *vſque ad fin.* vbi etiam dicit,
quod hæc opinio eſt communis, & quòd locus eſt præ-
uentioni in caſu, quo diffamatus habeat plures iudices,
quia poteſt eligere, & conuenire, coram quo vult, ſed ſi
8 diffamator velit agere, licet cogatur agere coram iudice
diffamati, tamen ſi hic habeat plures iudices, poteſt dif-
famator agere coram quo vult, & ſi diffamatus non pro-
bauerit diffamationes, diffamans in dubio venit abſol-
9 uendus, Marcheſ. *d. cap.1.§.1. num.*44.45. vbi latè tractat
hanc materiam.

Bene verum eſt, quod probatio diffamationis poteſt
fieri coram iudice etiam non in figura iudicij, ſatis eſt
enim ſummariè conſtare iudici de diffamatione, ante-
10 quam aſſignet terminum ad agendum, per textum *in d.*
*l. diffamari, in princ.* vbi etiam Ioan. Fab. *in verſ. caue.*
Hoſt. *in ſumm. titulo de libell. oblat. §. vtrum poſſit.* Angel.
Aret. *in tract. crim. in verb. necnon ad querelam, fol.*9.
*col.4. verſ. quæro an Iudex.* Natt. *in d. Clem. ſæpe, col.*35.
*verſ. dubium,* Boer. *d. deciſ.*255. *num.*7. *verſ. quæ proba-*
*tio.* Contard. *in d. l. diffamari, quæſt.7. num.*47. Marcheſ.
*d. cap.1. §.1. num.*44.45. vbi inquit etiam ſatis eſſe pro-
bare diffamationem iudicialem, vel extraiudicialem,
vel iuſtam cauſam, aut calumniæ ſuſpicionem, & quod
ſuper hoc poſſunt teſtes examinari, etiam lite non conte-
ſtata.

Hæc igitur ſententia eſt æquiſſima, & veriſſima, ſe-
cundum quam iudicauit Signatura Iuſtitiæ in vrbe co-
11 ram Caſtruccio, reiecta Afflicti deciſione, prout latè do-
cet Scacc. *d. tract. de iud. cauſ. ciu. & crim. lib.1. cap.*34.
*n.44. verſ. & iuxta, vſque ad fin.* cui ſimile eſt, quod di-
citur de debitore moroſo, vel vſuras patiente, qui ſi
creditor recuſet accipere pecuniam, debet eam offerre,
& in iudicio deponere, ne vllam moram, vel pœnam
incurrat, ſed quæritur penes quem iudicem debeat fieri
depoſitum, & concludunt DD. faciendum eſſe apud iu-
dicem debitoris, non creditoris, quia debitor iudicem
12 adiit vt reus, non vt agens: ita per textum *in l. in con-*
*tractibus, C. de num. pec. & in cap. dilecti filij, de for. com-*
*pet. cum not. in cap. Romana, §. contrahentes, eod. tit. lib.*6.
Bald. *in l. acceptam, quæſt.12. C. de vſur.* Alexand. *d. con-*
*ſil.*103. Iaſ. *in l.cum hi, §. ſi Prætor, ad fin.* vbi Bart. *ff.*
*de tranſact.* Boer. *d. deciſ.*114. *num.*9. Contard. *in d. l.*
*diffamari, quæſt.1. num.*4. potuit ergo Iudex Eccleſiaſti-
cus inhibere laico, ne procedat in cauſa, quia diffama-
tus non poterat conueniri coram alio iudice eodem mo-
mo, quo dicitur iudicem cauſæ præparatæ eſſe quoque
iudicem cauſæ præparantis, ad textum *in l. Ordinarij, C.*
*de rei vendic.* & ſic in caſu noſtro bene concludit Mar-
cheſ. *d. cap.1.§.1. n.*41.

Tranſeamus igitur ad ſecundum punctum, in quo prin-
cipalis videtur reſidere difficultas, an ſcilicet dictus D.
Com. Coldomerius teneatur reſpectu perſonæ clerici
conuenire etiam alios DD. fratres de Stremitis coram
iudice Eccleſiaſtico, an verò poſſit quemlibet eorum co-
ram ſuo iudice ad eius libitum conuenire.

Et pro parte dictorum fratrum allegabatur omnes fo-
re conueniendos coram iudice Eccleſiaſtico, etiamſi
13 plures ſint laici conueniendi, quàm clerici, quia iuſtum
non videtur, neque conueniens, vt plures hæredes pro
eadem cauſa, & ſuper eadem actione ſeparatim coram
diuerſis iudicibus fatigentur diuerſis expenſis, quas fie-
ri contingit in eadem ſcripturarum productione, actis,
Aduocatis, & Procuratoribus; hæc enim omnia in cre-
ditorum, & hæredum non mediocre damnum redun-
dant, idque rationabile eſt, ne continentia cauſæ diui- 14
datur, & ſuper eadem actione, & in eodem negotio di-
uerſæ oriantur ſententiæ, *argumento l.nulli, C.de iud. cap.*
*fin. extr. eod.* Scacc. *de iud. cauſ. ciu. & crim. lib.1. cap.*11.
*n.*24. Gratian. *diſc. for. cap.*641. *num.*1.2. qui in terminis
loquuntur.

Et in ſpecie quando plures hæredes ſunt conueniendi,
inter quos vnus, vel plures ſunt clerici, vel perſonæ Ec-
cleſiaſticæ, omnes eſſe conueniendos, & trahendos ad
forum Eccleſiæ, quia eius forus eſt dignior, maior, &
magis principalis; vbi enim contingit plures eſſe litis
conſortes, ſeu correi, inter quos vnus clericus, omnes 15
trahi debent coram iudice Eccleſiaſtico, ad textũ *in l.iu-*
*ſtiſſimè, C.de Epiſc. & cler.* gl. *in l.iuſtiſſimè, C.de ædil. edict.*
Aufr. *in tract. de poteſt. iud. Eccleſ. ſuper laicis, & eorum bo-*
*nis, numero* 13. *tom.*13. *tract. diuerſ. cap.*127. & *num.*49.
*car.*129. Iaſ. *in l.ſi emancipati, num.13. C.de collat.* Zuccard.
*in l.fin. numero* 36. *C.de bon. poſſeſ. contr. tab.* Surd. *conſ.*222.
*numero* 1.2. Rim. Iun. *conſil.*251. *numero* 41.44. Menoch.
*de arb. iud. caſ.*371. *num.*12.13. Scapp. *de iur. non ſcript.*
*lib.1. cap.11. numero* 4. Soc. Sen. *conſ.12. numero* 17. *verſ. &*
*eſt adeo, vol.*2. Seraph. *deciſ.*957. *numero* 2.3. Scacc. *de*
*iud. cauſ. ciuil. & crim. lib.1. cap.11. n.*24. Gratian. *diſc.*641.
*num.1.2. part.*4. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, can.*15.
*quæſt.11. num.*47.48. Mar. Antonin. *var. reſol. lib. primo,*
*reſol.42. num.*4. & *reſol.98. num.1. verſ. ſecundò.* Bellet. *diſq.*
*cler. part.1. tit. de fauor. cler. real. §.1. n.2. in fin.*

Et hoc inquiunt procedere etiam in criminalibus cau-
ſis, in quibus ſi plures ſint delinquentes, inter quos ali-
quis ſit clericus, omnes debent remitti ad iudicem Ec-
cleſiaſticum, qui ſimul puniat laicos, & clericos ratione 16
eiuſdem delicti, & hæc opinio fuit originaliter Ant. de
Prato Vet. *in l.1. in fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* Socc.
Sen. *in l.cùm Senatus, in fin. ff. de rebus dub.* Felin. *in cap.*1.
*num.6. verſic. & dixit, de præſcr.* Pariſ. *conſ.*154. *numero* 1.
*lib.*4. Nat. *conſ.*590. *num.*18. Rim. Iun. *conſ.*161. *num.*42.
de communi Boſſ. *de for. competent. num.*10. Oſaſch. *de-*
*ciſ.103. num.*3. Surd. *conſ.*391. *num.*81. & *conſ.*396. *nume-*
*ro* 15.17. Decian. *tract. crim. part.1. lib.4 cap.9. numero* 44.
Duard. *d. quæſt.11. num.*48. Menoch. *d. caſ.*371. *numero* 13.
Bellet. *diſq. cler. part.1. tit. de fauor. cler. perſon. §.16. num* 1.
*verſ. altera.* Scacc. *d. cap.11. num.*14. vbi inquit, quod ita
vidit ſeruari ex decreto Sacræ Conſultæ, quæ de anno
1591. die decima Decembris reſcripſit D. Pompeo de
amatis Commiſſario ciuitatis Tuſculanæ, vt tam cleri-
cum, quàm laicos inquiſitos de violentia illata cuidam 17
mulieri remitteret ad iudicem Eccleſiaſticum; & ita
etiam conteſtatur Farinac. *in prax. quæſt.8. n.151. in fin.*
Marcheſ. *de commiſſ. ſuper vmon. c.2. §. vnic. n.*1.2.3.4. *in vlt.*
*editione, fol.*249.

Et licet quidam diſtinguant de facto diuiduo, & indi-
uiduo, tamen prædicta procedunt indiſtinctè tam in cau-
ſis diuiduis, & ſeparabilibus, quàm in indiuiduis, & con- 18
nexis, vt poſt Menoch. *de arbit. iud. caſ.*371. *n.*14. Farinac.
*d. quæſt* 8. *num.*151. Seraph. *d. deciſ.*957. *per totam*, inquit
Gratian. *d. diſc.*641. *numero* 7.8. *part.*4. quia adhuc durat
eadem ratio, ne diuidatur continentia cauſæ, & feran-
tur diuerſæ ſententiæ ſuper eodem negotio: Boſſ. *in tit.*
*de for. compet. n.*147.

Addebatur pro parte dictorum fratrum de Stremitis,
quòd nos verſamur in indiuiduis, agitur enim de cogen-
do dictum Com. Coldumerium ad agendum, & ſic ad fa-
ctum, à quo oritur obligatio indiuidua, *l. in executione,* &
ibi Bart. *ff. de verb. oblig.* & poſt Iaſ. Rip. & Surd. inquit 19
Gratian. *d. diſc.*641. *n.*23.24. March. *de iuriſdictione part.*4.
*cont.2. caſ.*118. *num.*14.17. vbi pulchrè exponit quomodo
obligatio ad factum ſit indiuidua. Gomez *reſol. lib.2. c.*10. 20
*num.*25.

Accedat, quòd prætenſa obligatio facta per qatrem DD.

fratrum de Stremitis,ex qua D. Coldomerius prætendit
ſibi ius competere, proficiſcitur à defuncto,& ſic ab vno
tantum in eius origine,& principio, vnde cùm inceperit
deberi ab vno , & ſic ab initio nullam receperit diuiſio-
21 nem,obligatio,& actio ſemper indiuidua remanet,etiam-
ſi mortuo promiſſore plures extent hæredes , cum per
mortem promiſſoris non poſſit variari prima obligatio,
& illius qualitas,quæ ſemper durat indiuiſibilis, etiamſi
22 mille eſſent ſucceſſores , quia iam ſolidum eſt in eſſe de-
ductum, ex l.2.§.ex his de verb. oblig.Bart.in l. ſtipulatio-
nes,num.7. ff.eod.tit. & omnes in l.ſi is qui quadraginta, §.
quædam,ad l.falcid.& in l.in executione, vbi Caſtr.in princ.
Ang.Iaſ.& alij,ff verb. obligat. Gomeſ. var. reſolut. tom.2.
cap.10. de indiuiduis, num.24. verſ.ſecundo modo. Surd. de
aliment.tit.9.quæſt.14.num.13. vſque ad num.17. Gratian.
dicta diſc.641. num.20.21.

Deniquedicebatur,quod dictus D. Coldomerius vo-
lebat intentare actioně hypothecariam, quæ de ſui natu-
ra eſt indiuiſibilis,cum reſpiciat omnia bona, & reperia-
23 tur in qualibet gleba,& ideo cùm detur in ſolidum con-
tra bona non diuiſa dictorum fratrum, dicitur indiuidua.
Seraphin. d. deciſ. 957. num.12. & cum non poſſit fieri
24 executio, niſi in bonis communibus inter clericum , &
laicum,vtique adeundus eſt Iudex Eccleſiaſticus,quia ab
eo ſolo clericus poteſt compulſari ad diuiſionem, ex Fe-
lin. in cap.1. col.5. ad fin. verſ.& vltima,num.6 ad med. de
25 præſcript.Thom.Feratt. caut.10.incip.ſi contingat.Seraph.
d.deciſ.957.num.11. Gratian. d.diſc.641. num.5 6. vbi in-
quit,quod in iudiciis duplicibus,velut familiæ erciſcun-
dæ, communi diuidundo, & finium regundorum,ſi vnus
26 ſaltem extet clericus , adeundus eſt Iudex Eccleſiaſticus
tam contra laicos , quàm clericos : idem firmat Carol.
Graſſ. de effect. cler. eff.1. num.520. vbi inquit , quod ſi
ſunt duo inſtituti hæredes,vnus ſcilicet clericus,& alius
27 laicus , & in diuiſione facienda inter ſe diſcrepent , te-
nentur adire iudicem Eccleſiaſticum , qui talem contro-
uerſiam dirimat.

Pro parte autem altera dicebatur , quod immò cauſa
erat introducenda coram iudice laico reſpectu laicorum,
& coram Eccleſiaſtico reſpectu clerici , quia iuriſdictio-
nes ſunt diſtinctæ, & vna non tollit aliam ſiue in cauſis
ciuilibus,ſiue in criminalibus, & propterea dicere ſolent
28 Iudices laici , remittimus clericum , & retinemus cleri-
cum , vt videtur probari per textum in l. ſi quis vxori, in
princip. ff. de furt. Crauet. conſ. 232. lib.2. Couar. pract.
qq. cap.34. Capyc. deciſ.173. Oſaſch. deciſ.103. num.9.
10. Clar. in prax. quæſt.36.num.41. Ant. Gomez epitom.
delict. capit.10. num. 6. in fin. And. Fachin. controuerſ.
iur. lib.9 cap.31. Baiard. ad Clar. dicto loco, Lambert. de
contract. gl. fin. num 245. qui ita ſeruari teſtantur. Pa-
cian. de probat. neg. lib.1. cap.28. num.3.

Verumtamen in hac contrarietate opinionum vera,&
communis , & practicata deciſio , & obſeruata reſolutio
tam in criminalibus,quàm in ciuilibus eſt, quòd in cau-
29 ſis , & negotiis indiuiduis , & connexis , ac inſeparabi-
libus , & quæ habent commixtionem huiuſmodi , vt
negotij vnitate res videatur eadem, procedat prima opi-
nio , vt clericus trahat ſecum laicum litis conſortem,
vel delicti ſocium ad Curiam Eccleſiaſticam , ita vt Iu-
dex poſſit iudicare ſimul laicum , & clericos reos con-
uentos , vel accuſatos , etiamſi plures ſint laici , quàm
clerici ; ſi verò materia ſit diuidua , & ſeparabilis
ex ſui natura , ita vt vterque Iudex poſſit commodè
cauſam cognoſcere abſque eo , quod tangat ſubditum
30 alterius , tunc laicus erit conueniendus , vel accuſan-
dus apud ſuum iudicem laicum, etiamſi ſit conſors in li-
te , vel in delicto cum clerico , & Iudex Eccleſiaſticus
ſolam cognoſcet clerici cauſam. Ita hanc diſtinctionem
probat ex textu in l. ſi communem , ff. quemad.ſeru. amitt.
Bart. in l. præcipimus , §. eodem obſeruando , C. de appella-
tion. & in l. Iuriſperitos , §. fin. de excuſat. tut. Angel. in
d. l. ſi communem, Dec. in l.ſi emancipati , num.5. Cod. de
collat. & in Auth. caſſa,num.9. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Fe-
lin. in cap.1. num 6. verſ.ſunt autem,de præſcript. Mar. So-
cin.in cap.1.num.18.de foro compet. Rom. conſ.195.ad fin.
Iaſ conſ.238.col.vlt.lib.2. pulchrè Couar. pract.qq.cap.34.
num.1.verſ.ſed id, & num.2 Socin.d.conſ.12.num.17.Natt.
d.conſ.280.num.3. Marant.in ſpec. part.4. diſt.11. num.24.
Boſſ.in prax.tit.de for.compet. n.146.147. Mattheſ. ſingul.
143. num 1. & ibi Seraph.in addit. Vrſill. ad Afflict. de-
ciſ.213.num.7.Oſaſch.deciſ.103 num.9.Franch. deciſ.426.
num.4.lib.2. Gomez in epitom. delict.cap.10.num.6.in fin.
Gail. obſeru. 37. num.2. verſ. tertiò , lib.1. Neuiz. in ſylu.
nupt. lib.6. num.38. 43. Mandoſ. de inhibit. quæſt.69. per
totam, Lamberiengh. de contract. mul. §. finis , num.244.
vbi pulchrè Germon. de ſacroſanct. immunit.lib.3.cap.15.
num.85. Lambert. de iurepatron.lib.1. part. prima,quæſt.1.
art 6. num.2. 15. Roch. tract. de Statut. ſect.8. quæſt.11.
num 62. Decian. tract. crimin. lib.2. cap.35. numero 6. &
lib.4. cap.9. num.44. 46. Farinac. in prax. quæſt.8. nume-
ro 151. verſ. nec obſtant , ſentit Fachin. controuerſ. iur.
lib.9. cap.31. verſic. ſed profectò , ibi : Iuris ciuilis. Surd.
conſil.396. num 15. 16. Seraphin. deciſ.957. num.11. 12.
latè Carol. de Graſſ. de effect. cler. d. eff.1. num.137. pul-
chrè Marth. de iuriſdiction. part.4. centur 2 caſ.118. nu-
mer.8.9 & caſ.119.num.5.6 Fulu.Pacian. in tract. cui in-
cumb. onus proband. neg. lib.1. capit 27. in addition. in lit-
tera A, Marcheſ. de commiſſion. auocat. cauſ. part.2. §.3.
num.81. fol.337. vbi pulchrè Carpan. ad Statut. Mediol.
part.1. cap.69. numero 107 108. Mar. Anton. variar. re-
ſol. lib.3. cap.38. num.4. Bellet. diſqu. cleric. part.1. tit. de
fauor. cleric. perſonal. §. 16. numero 25. verſicul. verumta-
men : vbi pulchrè hanc quæſtionem examinat , ex qui-
bus cognoſci poteſt , hanc eſſe magis communem Do-
ctorum ſententiam , & ita in praxi ſemper vidi ſeruari,
& vix aliter obtineri poſſet , maximè in terris Imperij,
vbi cauſæ iuriſdictionales acerrimè diſputantur , niſi ta-
men adeſſet conſuetudo , quod etiam in cauſis ſepara-
tis cognoſceret Iudex , quia tunc ex conſuetudine da-
tur iuriſdictio , & eius caſus acquiritur , & vltimus 31
ſtatus eſt attendendus ad fauorem Eccleſiæ , vt aliàs vi-
dimus.

Non eſt igitur controuerſia , an in cauſis indiuiduis
laicus , & clericus ſimul trahi poſſint ad iudicem Eccle-
ſiaſticum , & vniuerſa diſputatio erat circa cauſas ſepa-
rabiles , in quibus vidimus quid magis communiter ſen-
tiant DD. iuſtum eſt enim vt laicus à laico , & clericus 32
iudicetur ab Officiali Eccleſiaſtico. Fachin. dict. cap.31.
Igneus in l.1. § ſi quis in villa , num.17. ad Syllan. Cuc-
cus in Inſtit. maior. lib.3. tit.9. num.16. Graſſ. d. effect.1.
num.134. 135. 136. ideò non eſt timendum de decreto
Sacræ Conſultæ, de quo meminit Scac. in prax. cauſ. ci-
uil. & crimin. lib.1. cap 11. num.24. & Farinac. d.quæſt.8.
num.151 .in fin.quia eo caſu Sacra Conſulta bene fecit re-
mittendo etiam laicum delinquentem cum clerico ad iu-
dicem Eccleſiaſticum , quia violentia illata illi mulieri
erat delictum, in quo exceptio perplexitatis impedit pro-
ceſſum iudicum, vt notat Bald.in c.1.n.7.in fin.de controu.
feud.apud pares term.DD.in c.per hoc,de hær. in 6. Marth. 33
de iuriſd.p.4.caſ.119.n.5.6.7.vbi quod ad euitandam per-
plexitatem coram iudice vnico expediendum eſt nego-
tium & ſic coram Eccleſiaſtico,ex illa regula,quia magis
dignum trahit ad ſe minùs dignum,& in his terminis de-
bet intelligi illud decretum, alioquin vix in iure ſubſiſte-
ret. Verùm quia illud vim legis non obtinet , non debet 34
trahi ad exemplum,ſicut aliàs diximus de ſentētiis Rotæ,
quæ poſſunt allegari, vt reſponſa prudentum,non autem
vt leges Pontificum , quæ tamen dicta ſint ſaluo iudicio
Sedis Apoſtolicæ,cui me ſemper ſubiicio.

Et ſi quæras exemplum de iſta perplexitate, & indiui-
duitate in negotiis criminalibus, illa poteſt dari in man-
dante,& mandatario delicti, quorũ crimen eſt ita conne- 34
xum,vt vnicum dicatur negotiũ ſpecie,& numero,vt pro-
batur, ex l.athlas,ff de falſ.Cyn.in l.1. C.ſi reus, vel accuſ.
mort.



mort.fuer. Bart. in l hos accuſare, § lege Iulia,ff.de accuſat.
Iac. Butr. in l. hos obſeruare,§.1.de off. proconſ. Natt. conſil.
135. num.1.verſ tertiò dicitur , Marth. de iuriſd. part. 4.
cap.119. num.6. Decian. tract. crim. lib.4. cap.21.num 16.
vbi inquit etiam, quod iudex qui præuenit contra man-
36 datarium, cenſetur præueniſſe etiam contra mandantem,
quia idem delictum videtur,vel ſaltem vnicum negotium.
Ergo ſequitur,quòd ſi plures ſint iudices eorum,debeant
omnes remitti ad vnum , & ſic ad Eccleſiaſticum vti di-
gniorem, ſi vnus ex reis ſit Eccleſiaſticus; ad euitandum
enim contradictionem , & perplexitatem cauſa mandan-
tis, & mandatarij ab vno tantùm iudice terminanda eſt.
37 Natt. d. conſ.135. n.1. verſ. tertiò. Bald. in d.c.1. col. vlt.
verſiculo vltimo, de controu. feud. inter par. term. Capyc.
dec.122. n.8.9. vbi quod ita fuit determinatum in magna
Curia , & cum eo tranſit Drogh. ad Clar. in prax. §. fin.
quæſt.36. ſub n.48. verſ. ſed certè , in fin. pulchrè Marth.
de iuriſd. d. c.119. n.6.7. vbi etiam inquit, quòd ſenten-
38 tia lata ad fauorem mandatarij prodeſt etiam mandanti,
& multos allegat.

Et licèt contra prædicta videatur ſentire Bald. in l.non
ideo minùs, num.32.C. de accuſ. dicens, quòd ſi iſti conue-
39 niantur coram diuerſis iudicibus , velut mandans coram
ſuo originis , & mandatarius coram ſuo , non poterunt
peti ſe remitti ad vnum iudicem , quia obligantur quili-
bet per ſe vti plures rei , & proceſſus vnius non nocet
alteri : & eum ſequitur Decian. d. tract. crim. lib 9. cap.
33. num. 5. tamen aliter fuit iudicatum per magnam Cu-
riam , quæ putauit , vt meliùs ſenſerit Bald. in d. cap. 1.
de contr. feud. inter par. term. vt penes Capyc. d. deciſ.
122. num.9. in fin. Marth. d. cap. 119. num. 7. Gramm.
deciſ.38. n.9.

Applicando igitur ad caſum noſtrum , in quo fratres
de Stremitis diffamantur debitores de certa pecuniarum
quantitate vti hæredes eorum patris , vtique cauſa non
poteſt dici indiuidua , & inſeparabilis , quia etiamſi cle-
ricus , & laicus eſſent obligati in ſolidum , tamen in ſo-
lutione poteſt contingere diuiſio , cuius exceptio poteſt
40 opponi etiam in executione, ad textum in l.1. C. ſi plures
vna ſent. & l. qui ſeparatim , §. quoties , ff. de appellat.
Bart. in l. Paulus , num.2. ff. de rei vend. Vrſill. in add.ad
Afflict. deciſ.215. Boër. deciſ. 69. num. 8. & deciſ. 320.
num.4. Marth. de iuriſd. part.4. d.caſ.118.num 11.12.13.
Ideò negotium non poteſt dici indiuiduum , & multò
minùs , quia dicti fratres de Stremitis non poſſunt dici
41 in ſolidum obligati , ſed tantùm pro portionibus hære-
ditariis , quoniam ipſo iure diuiditur inter eos actio , &
obligatio , adeo vt quilibet hæres poſſit ſoluere ratam
ſuam , etiam inuito creditore : ſic probatur per textum
42 in l.2. & per totum C. de hæred. action. l. ſi vxor,C. de bon.
auct. iud. poſſid. l. licet , C. ad l. falcid. l.1. C. ſi cert. pet.
l. ſi ab eo , C. de neg. geſt. l. cùm à matre , C. de rei vendic.
l. in executione , verſ. prima ſpecies , ff. de verb. oblig.
Ant. Gomez. var. reſolut. lib.2. cap. 10. num. 3. verſ. ſe-
cundo caſu.

Et ſanè vbicumque creditum eſt quantitatiuum , non
verſamur in indiuiduis, quia quando in aliquo contractu
continentur res, quæ in pondere, numero , vel menſura
conſiſtunt , tunc ille dicitur diuiduus omni reſpectu, ad
43 textum in l.2. §. & harum , vbi gl. Bart. Alber. Angel.
Paul. Imol. Aret. Cuman. Alex. Iaſ. Rip. & communiter
DD. ff. de verb. oblig. Gomez. d.c.10.n.3.

Non obſtat autem Gratian. dicta diſcept. 641. num. 7.
vbi vult indiſtinctè verum eſſe , quòd etiam in cauſis
diuiduis, & ſeparabilibus laicus, & clericus poſſint trahi
coram iudice Eccleſiaſtico , quia id obiter dicit , & non
ex profeſſo , quia in ſuo caſu non habebat neceſſe hanc
quæſtionem diſputare , cùm tractaret de facto ſui naturâ
indiuiduo , ſcilicet de redditione rationum tutelæ ; ideò
54 ei parum fidei præſtandum eſt , & tantò magis, quia Do-
ctores , quos ipſe allegat, non dicunt id, quod ipſe ſup-
ponit ; ſiquidem Menoch. de arbit. iud. caſ.371. num.14.
proponit caſum diuerſum , quando ſcilicet creditor vult
petere partem eius crediti coram vno iudice , & aliam
partem coram alio, nam id facere non poteſt , ſed diuer-
ſum eſt, quando petit ſuam ratam à quolibet credito-
re , quia diuerſitas perſonarum non prohibet diuer- 45
ſos adire iudices , vt vidimus , quando cauſæ ſunt ſepa-
rabiles.

Minùs obſtat Seraph. dicta deciſione 957. quia non di-
cit , quod indiſtinctè trahi poſſit laicus cum clerico ad
iudicem Eccleſiaſticum , licet cauſa eſſet indiuidua , im-
mo ſi bene conſiderentur eius verba , ſemper facit ma-
gnam vim in negotio indiuiduo , ſiquidem tractabatur
de ſubhaſtandis bonis communibus inter clericum , &
laicum , & quia clericus dicitur habere partem in quali-
bet gleba, non poteſt fieri talis executio , & diuiſio , &
ſubhaſtatio , niſi auctoritate iudicis Eccleſiaſtici , quia 46
actio communi diuidundo eſt indiuidua , & pro ea vnus
tantùm iudex eſt adeundus , ad textum in l. 1. de quibus
rebus ad eund. iud. eat. Iaſ. in d.l. nulli, num.3.verſ. tertiò, 47
& ibi DD. C. de iudic. Afflict. deciſ.354.num.13.verſiculo
quintò. Menoch. de arb. iud. d.caſ.371. num.11. Gratian.
d. diſc. 641. num.5. Graſſ. d. eff. 1. num.520. Bellet. diſq.
cler. part.1. tit. de fau.cler. §. 16. num.6. & propterea ſi 48
Coldomerius vellet executionem facere in bonis com-
munibus cum clerico , tunc puto verè adeundum iudi-
cem Eccleſiaſticum , vt compulſet eum ad diuiſionem,
ſed hoc non facit , quin cauſa contra laicos non poſſit
cognoſci in foro laicorum.

Denique non obſtat Farinac. d. quæſt.8.num.151. alle-
gatus à Gratiano , quia potiùs fauet nobis , & veram
putat illam diſtinctionem de rebus diuiduis , & indiui-
duis ; & licet addat illud decretum Sacræ Conſultæ , de
eo iam diximus, quid ſit ſentiendum.

Non obſtat argumentum ab abſurdo euitando , ne
continentia cauſæ diuidatur , quia vbi ſunt diuerſæ per-
ſonæ , ibi non datur iſta continentia, ſi negotium ſit per
ſe diuiduum , l. item Mela , §. ſed & plures , l. ita vulne- 49
ratus , in fin ff. ad l. Aquil. Crau. conſ 232. n.6. Fachin.
d. lib.9 c.31. verſ. continentia.

Et ſimiliter nullum eſt abſurdum diuerſas proferri
ſententias , cùm de cauſa agatur diuerſarum perſonarum
in negotio diuiduo , quando ſunt plures ordinarij plu-
rium perſonarum , ex cap. interrogatum, 2. quæſt.5. & l.ſi 50
quis vxori , in princ. ff. de furt. l. Probus , ff. de incend.
ruin. Crau. d. conſ.232. num.5. in fin. Fachin. d. cap.31.
verſ. abſurdum.

Non obſtat , quòd hîc agatur ad factum, quod eſt in-
diuiſibile, ſcilicet vt D.Coldomerius cogatur agere,quia
non agitur ad vnum factum , ſed ad plura facta , vt ſci-
licet agat contra clericos , & laicos ; hoc enim recipit
diuiſionem , quia poteſt ſeparatim agere contra vnum,
& ſeorſum contra alium ; quod patet ad ſenſum , & ma-
nifeſtum eſt.

Non obſtat , quod ab origine creditum iſtud profici-
ſcatur ab vno debitore , quod ſicut tunc erat indiui-
duum , ita nunc eſſe debeat , quia ex perſona hæredum
conditio obligationis non mutatur, vt in l.2. §. ex his, ff. 51
de verb. oblig. & creditor non cogitur recipere particula-
rem ſolutionem , l. tutor , §. Lucius , ff. de vſur. Quia 52
reſpondetur prædicta procedere in actibus , vel contra-
ctibus indiuiduis, ſecus eſt in diuiduis, & ſeparabilibus,
& in terminis iſtam ſolutionem tenent Petr.Cyn.& Bart.
in l.3. C. de negot.geſt. per illum textum, & per l. ſi teſta-
mento, §.1. ff. de fideiuſ. pulchrè Ant. Gomez. reſol.lib.2.
cap.10. num.3.verſ. nec obſtat etiam, vbi etiam dicit,quòd 53
ſi quis tenebatur ad certam pecuniam, & deceſſit relictis
pluribus hæredibus , & vnus ſoluit totum , repetit ab
aliis actione negotiorum geſtorum; ſi verò ſoluiſſet
ex neceſſitate , repetit familiæ erciſcundæ iudicio, & ita
hoc caſu clericus non trahit laicum. Marth. de iuriſd.
d. caſ.118.n.21.

Et huic ſimile eſt, quòd dicitur, legatarium non poſſe

diuidere legatum, & pro parte agnoſcere, & pro parte
54 repudiare, vt *in l. neminem, ff. de legat. 2.* tamen eius hære-
des id facere poterunt, ad textum *in l. legatarius*, & ibi gl.
*ff. de legat.* 1. Ant. Gomez. *d. cap. 10. num. 3. verſ. ſecundò
infertur.*

Non obſtat, quòd actio hypothecaria ſit indiuidua,
quia hoc verum fateor, ſi intentetur contra bona indiui-
ſa, & communia, ſicut erit etiam quælibet actio realis, eo
quòd ſocius habeat partem in qualibet gleba, ſecus eſt,
ſi teneantur bona diuiſa, licèt negotium principale ſit
55 commune, quia tunc etiam actio hypothecaria erat diui-
dua, prout in his terminis intelliguntur Capyc. *deciſ.
173. num. 1. verſ. & inter*, Surd. *conſ. 222. n. 5. ad fin.* Marth.
*de iuriſd. p. 4. d. caſ. 118. num. 12.* Boër. *deciſ. 69. num. 24. &
ſeqq.* qui licèt videantur indiſtinctè tenere actionem hy-
pothecariam eſſe diuiduam, tamen non poteſt eorum di-
ctum eſſe verum, niſi bona obligata ſint diuiſa rationi-
bus antedictis, ex Seraph. *d. deciſ. 957. n. 13.*

Non eſt igitur hæc cauſa indiuidua, & ideo fratres de
Stremitis laici ſunt remittendi ad iudicem laicum, cleri-
cus verò iudicari debet in foro Eccleſiæ, dummodo con-
tra eos intentetur actio tantùm perſonalis; adhuc enim
non conſtat, qua actione vti velit Coldumerius, & non
eſt verum, quod actionem hypothecariam propoſuerit.
Benè verum eſt, quòd ſi contingeret ferri ſententiam
contra laicos, executionis iudicium non poſſet fieri in
bonis communibus cum clerico, niſi coram Eccleſiaſtico
ex cauſis prædictis; tunc enim tangitur ius clerici, &
cauſa fit indiuidua, quando enim clericus, & laicus com-
miſcentur in executione alicuius negotij, clericus tan-
56 quam dignior eſt præponendus, *c. ſtatuimus, de maior.
& obed.* Ioan. And. *in cap. Ioannes*, vbi etiam Anch. *de
teſtam.* Alex de Neuo, *conſ. 74. n. 9.* Bellet. *diſq. cler. tit. de
fauor. cler. perſ* §. 16. *n. 22. ad fin.*

Et hinc videmus, quòd ſi vnus ex teſtamentariis exe-
cutoribus ſit clericus, & alter laicus, hæres volens detra-
here legitimam debet conuenire eos coram iudice Eccle-
ſiaſtico, ſicut quilibet alius, qui velit illos compellere ad
57 aliquid faciendum. Alex. de Næuo *d. conſ. 74. num. 7. 8. 9.*
& probatur *in cap. Ioannes*, vbi Card. Zabarell. *de teſtam.*
Alex. *in d. l. præcipimus, C. de appell.* Barbat. *in rub. de off.
deleg. colum. 2.* Marſ. *in rep. rub. ff. de fideiuſ. num. 152. in fin.*
Marant. *in Specul. d. part. 4. diſt. 11. n. 19.* Mart. Vran.
Vltramont. *conſ. 32. n. 23. 24. lib. 3.* Aufr. *in tractat. de po-
teſt. ind. Eccleſ. ſuper laicis, & eorum bon. num. 13.* Carol.
Graſſ. *de eff. cler. d. eff. 1. num. 493. 494.* Bellet. *diſq. cler.
p. 1. tit. de fauor. cler. perſon.* §. 16. *n. 22.*

Quando autem cauſa eſt indiuidua, vel talis eſſe præ-
tenditur ratione commixtionis perſonæ Eccleſiaſticæ,
tunc poteſt iudex Eccleſiaſticus inhibere iudici laico, ne
58 procedat ſub certa pœna, & ſibi remittat reos conuen-
tos, etiam laicos, donec fuerit cognitum, cuius ſit iuriſ-
dictio. Mandoſ. *in tract. de inhibit. q. 99. in princ.* Carol.
Graſſ. *d. eff. 1. n. 140. verſ. ſubampliatur.* Ita vt quòd etiam-
ſi clericus non petat talem remiſſionem, laici tamen eam
petere poſſint. Zuccard. *in l. poſthumo, num. 36. C. de bo-
59 norum poſſ. contr. tab.* Rim. Iun. *in l. imperium, n. 84. ff. de
iuriſd. om. iud.* & *in conſ. 261. n. 43. lib. 3.* Surd. *conſ. 396.
n. 18. lib. 3.* Carol. Graſſ. *d. eff. 1. n. 138. verſic. ſubampliatur.*
Bellet. *d. §. 16. n. 1. verſ. quod adeò*, & propterea ego inhibui
dicto Prætori S. Martini, ſed quia poſtea cognitum eſt
cauſam eſſe diuiduam, putaui inhibitionem eſſe reuocan-
dam quoad laicos, dummodo iudex ſecularis non faciat
executionem in bonis communibus cum clerico ſine li-
centia Curiæ Eccleſiaſticæ. Et ita.

# CAPVT XXXV.

## EPITOME.

Minor vigintiquinque annis iurans ſe eſſe maiorem, an validè obligetur ſine ſolemnitatibus iuris, vel ſtatutorum.

## SVMMARIVM.

1 *Hebræus nil Hebræo, nil Catilina Cethego.*
2 *Reſeruatio directi dominij in venditione an ſit valida.*
3 *Venditor, qui ſibi reſeruauit directum dominium, præfertur omnibus creditoribus, & poteſt rem auocare.*
4 *Dominij directi reſeruatio efficit, vt modo non impleto dominium retrò transferatur.*
5 *Reſeruatio directi dominij tollit in venditione ſuſpicionem vſuræ.*
6 *Venditio cum reſeruatione directi dominij cenſetur interim locatio.*
7 *Venditor non poteſt dare poſſeſſionem vel dominium emptori, ſi ea non habet.*
8 *Res tranſit cum ſuo onere.*
9 *Succeſſori ſingulari omnia obſtant, quæ ſuo authori obſtarent.*
10 *Singulari ſucceſſori præiudicat inſtrumentum, quod fuit confectum inter emptorem, & venditorem.*
11 *Ablatiua abſoluta conditionem important.*
12 *Conſtitutum, & precarium eſt conditionale, ſi ponat in contractu conditionali.*
13 *Poſſeſſio ab homine mentionata intelligitur de poſſeſſione facti.*
14 *Detentor dicitur poſſidere de facto.*
15 *Poſſeſſio facti non habet iuris effectum.*
16 *Poſſeſſio facti poteſt auocari per immiſſionem.*
17 *Poſſeſſorium, & petitorium poteſt ſimul intentari.*
18 *Clauſulæ*, Super quibus, *quæ ſit virtus.*
19 *Poſſeſſorium quando poſſit cumulari.*
20 *Agere creditori quando licet ante tempus.*
21 *Excuſſio non opponitur domino rei.*
22 *Excuſſio non poteſt opponi in iudicio poſſeſſorio.*
23 *Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*
24 *Minor tenetur ſeruare ſolemnitates loci, vbi contrahit.*
25 *Contractus eſt nullus vbicumque ſi minor non ſeruat ſolemnitates loci contractus.*
26 *Minor poteſt venire contra factum ſuum nullum.*
27 *Minor iurans ſe eſſe maiorem, validè obligatur.*
28 *Iuramentum ſeruandum, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ.*
29 *Minores multos fecit depauperari Authentica*, Sacramenta puberum.
30 *Minor qua facilitate inducitur ad contrahendum, eadem mouetur ad iurandum.*
31 *Præſumptio iuris, vel ſtatuti non requirit aliam probationem.*
32 *Minor iurans prohibente ſtatuto poteſt contrauenire, etiamſi non ſit habilitatus.*
33 *Iuramenti impedimentum tollitur per habilitationem.*
34 *Iuramenti habilitatio ad effectum agendi an poſſit concedi parte non citata.*
35 *Solemnitates loci, vel originis an debeant ſeruari.*
36 *Statutum caſſans iuramentum, valet propter præſumptionem doli.*
37 *Statutum Soleriæ Prætor iurat ſeruare ſine reſeruatione.*
38 *Statuta eſſe valida, vel obſeruari de facto paria ſunt.*
39 *Actus primus non tollitur per ſecundum inualidum.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MIſerandus ſimul & miſerabilis Ioan. Iacobus Caſa-
pius, qui circunductus fallaciis Dauidis Hienæ
Hebræi, & ſolitis Iudæorum fraudibus ſe ipſum ſpoliauit
bonis ad ſui ſuſtētationem neceſſariis pro minimo pretio,
rem ſic intricauit in ſui damnum, vt ſimul re, & pretio
nunc careat, & niſi fortuna potius, quàm prudentia ſic
tuliſſet, ſpe etiam deſtitutus remaneret quidquam con-
ſequendi. Verùm quia plerumque iuſto Dei iudicio do-
loſus in ſuo dolo capitur, & laqueus venatorem com-
prehendit, miſellus iſte vnicum in ſuis malis habet re-
fugium, cùm enim vendiderit prædium iniquis quidem
conditionibus Cæſari Norſio Hebræo, cum reſeruatione
tamen ſemper directi dominij, donec ſibi fuerit plenè
ſatisfactum, poſtea fuit inductus ad renunciandum di-
ctum directum dominium, ſine tamen ſolemnitatibus
neceſſariis in contractibus minorum, qualis eſt ipſe Ca-
ſapius: & quia dictus Cæſar tranſtulit prædictum prædiũ
in dictum Dauidem, pro conſequēdo pretio petit immitti
in poſſeſſionem prædij, cui ſe opponit Dauid, eum ex-
cludere volens vigore renunciationis prædictæ, & ino-
pia Cæſaris non facit locum ſecutum actioni perſonali,
adeo, vt circunuentus appareat Caſapius, & verè dici
1 poſſit, quòd nil Hebræus Hebræo, nil Catilina Cethego,
vt cecinit Iuuenalis, & dicitur *in l. quoniam multi*, vbi gl.
*C. de hær.* gl. *in l. quidam, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. in
arenam, C. de inoff. teſt.* Alciat. *tr. de verb. ſign. lib. 4.* Rip.
*in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 168. ff. de acquir.
poſſ.* ſed rem ita dilucidè ſpero me explicaturum, vt pu-
tem nihil remanſurum, de quo iudex habeat dubitare:
quod vt meliùs adimpleam, malo eſſe prolixus, quàm
nimis breuis, & obſcurus.

In primis igitur pro certo habendum eſt, dictum Ca-
ſapium validè ſibi reſeruaſſe in venditione dicti prædij
directum dominium; nam licèt hæc pactio fortè non va-
leret, ſi in perpetuum fieret, vel ſimul etiam vtile domi-
nium reſeruaretur, valida eſt tamen ſic ad tempus facta,
2 donec venditori pretium ſoluatur: ita Ioan. Andr. *ad
Spec. lib. 4. tit. de empt. & vend. §. 1. ad num. 8. littera K*,
incipit: *Facilè ergo, ad fin.* ibi: *placuit vtrumque.* Bald. *in
rub. n. 23. C. de empt. & vend.* Fabian. *de empt. & vend.
q. 7. n. 15. verſ. quod pactum.* Bertaz. *clauſ. 15. gl. 3. num. 4.
in fin.* & *gl. 4. n. 2.* & *ad fin.* vbi teſtatur de practica de
reſeruando tantùm directum dominium, & talis re-
ſeruationis ponit multos effectus.

Nam in primis venditor vigore dictæ reſeruationis
directi dominij habet ius manus iniectionis in re vendi-
ta, & eam ſic habet affectam, vt eam poſſit auferre à quo-
3 libet poſſeſſore, & ſucceſſore, & contra tertium, & habet
prælationem aduerſus omnes creditores, etiam anterio-
res, nedum contra ſecundum emptorem, qualis eſt dictus
Hiena. Bald. *in l. ſi Titius, in princ. ff. de ſeru. export.* Faber
*in §. venditæ, Inſt. de rer. diuiſ.* Neguſ. *de pignor. p. 5. memb.
2. n. 8.* & poſt Cæpol. Bertaz. *d. gl. 4. num. 3.* & *clauſ. 39.
gl. 5. n. 9.* Stracch. *de decoct. p. vlt. n. 7.* Franch. *deciſ. 506.
num. 3.* Gratian. *diſc. for. lib. 5. cap. 900. n. 15. 16.* & *c. 946.
num. 4.* adeò vt vigore huius pacti ex defectu modi non
4 adimpleti dominium retrotransferatur ad ſua principia
attractiua. Bald. *in l. 3. C. de pact. inter empt. & vend. in l.
ea lege, num. 13. C. de condict. ob cauſ.* Gabr. *conſ. 48. n. 2.
lib. 1.* Matth. *de clauſ. lib. 2. clauſ. 27. num. 3. 4.* & talis re-
ſeruatio tollit ſuſpicionem vſuræ, quando ſoluuntur
5 interuſuria ob fidem habitam de pretio. Bonacin. *de con-
tract. diſp. 3. quæſt. 2. part. 7. § 1. num 6. verſic. tutius*, quia
6 interim cenſetur locatio, & non venditio. Surd. *deciſ. 157.
num. 2. 3.* & *deciſ. 305. num. 39.* Cyriac. *controu. 379. n. 1.
lib. 2.*

Hinc dictus Hiena diffiteri non poteſt ſibi ius poſtea
quæſitum fuiſſe poſt venditionem, & reſeruationem præ-
dictam, vt ex inſtrumento in fine proceſſus producto, in
quo cernitur ipſum comparaſſe poſtea dictum prædium
à dicto Norſia, qui non potuit plus iuris in eum transfer-
re, quàm ipſe haberet, *l. nemo plus, ff. de reg. iur.* & ideò
cùm Norſia non haberet directum dominium, neque
poſſeſſionem iuris, ſed tantùm facti, non potuit ea
transfundere in Hienam ab eo cauſam habentem, *l. ſi* 7
*filius, C. de donat. l. obſeruare, in fin. de off. proconſ.*
immo prædium tranſiuit ad manus Hienæ cum eodem
onere directi dominij, *l. ſi conuenerit, §. ſi fundus,* 8
*de pign. act. l. alienatio, de contrah. empt.* Menoch. *conſ. 2.
num. 31.*

Nec mirum, quia ſingulari ſucceſſori, qualis eſt Hie-
na, omnia obſtant, quæ authori ſuo obſtarent, ne me-
lior ſit conditio ſucceſſoris, quàm authoris. Bart. *in l.
facta, §. ſi hæres, ff. ad Treb.* Crau. *conſ. 585. num. 7.* adeò, 9
vt quidquid poteſt obeſſe authori, idem etiam præiu-
dicet ſingulari ſucceſſori. Caſtr. *conſil. 247. poſt princ.
lib. 1.* Soc. *conſil. 50. col. 2. lib. 4.* pulchrè Crau. *conſ. 434.
num. 9. 10.* Et ideò inſtrumentum dictæ reſeruationis
confectum inter dictum Norſiam, & Caſapium pro-
bat etiam contra dictum Hienam vti ſingularem Nor-
ſiæ ſucceſſorem, etiam quoad verba enunciatiua. Crauet. 10
*conſilio 434. numer. 9. verſ. & in inſtrumentis*, & *nu-
mer. 13.*

Vigore igitur dictæ reſeruationis Caſapius remanſit
directus dominus, immo nec poſſeſſor eſſe deſiit, quia
poſſeſſionem non tranſtulit in Norſiam, ſecuta integra
ſolutione, vt in inſtrumento, ibi: *Et quibus factis, non
aliter, nec alio modo*, &c. ablatiua enim abſoluta condi-
tionem important, *l. facta, §. reſcripto, ff. ad Trebell.* 11
Pacian. *conſ. 52. n. 68.* & ideò cùm Caſapius virtute con-
ſtituti deſcendat ad tranſlationem poſſeſſionis, & id ſe
facere dicat ſecuta integra ſolutione, quæ nondum facta
eſt, adhuc ipſe dicitur poſſidere; quia precarium, ſeu con-
ſtitutum ſequitur naturam principalis actus, & ſi appo-
natur in contractu, ſeu diſpoſitione conditionali, ipſum
quoque conditionale efficitur, & non transfert poſſeſſio- 12
nem, niſi impleta conditione, ex textu *in l. qui abſenti,
§. 1. ff. de acquir. poſſ.* & *l. cedere diem, de verb. ſign.* Oldr.
*conſil. 139. in princ.* pulchrè Dec. *conſ. 247. num. 3. verſ.
quantum verò.* Grat. *conſ. 69. col. 2. lib. 1.* Gozad. *conſ. 28.
col. pen.* Tiraq. *de Conſt. part. 2. ampl. 15. num. 3.* Rim.
Iun. *conſ. 254. num. 57.* Surd. *deciſ. 157. num. 4.* ex qui-
bus apparet, dictum Norſiam habuiſſe ſolùm poſſeſ-
ſionem facti, fuiſſe ſimilem detentori, qui rem poſtea
tradendo dicto Hienæ non potuit interuertere poſſeſ-
ſionem Caſapij Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem. 14. nu-
mer. 25.*

Neque refragatur Caſapium reſpondendo poſitioni-
bus falſum fuiſſe dictum Hienam poſſidere; quia hoc
idem fatemur hic intelligendo de poſſeſſione facti, de
qua intelligendum eſt, vbi ab homine ſit poſſeſſionis
mentio. Ceph. *conſ. 80. num. 20.* cùm enim prædium de- 13
tineatur à dicto Hiena, prohiberi non poteſt, quando
etiam poſſeſſio apud eum eſſe dicatur, quatenus in facto
poſſeſſorio conſiſtit, *l. 1. §. ſi vir*, vbi Bald. *ff. de acquir.* 14
*poſſ.* Ruin. *conſ. 27. num. 9. ante fin. lib. 5.* Crauet. *conſ.
871. num. 18.* Verùm quia talis poſſeſſio iuris effectum 15
non habet, teſte Crau. *d. conſ. 871. num. 7. ad fin.* ideò
potuit Caſapius petere ſe immitti in poſſeſſionem dicti
prædij causâ auocandi eam facti poſſeſſionem. Menoch. 16
*de adipiſc. poſſ rem. 4. n. 338. 339* & debet præferri dicto
Hienæ ſolum detentori. Menoch. *de recuper poſſ. rem. 13.
num. 59.*

Sed dictus Caſapius vt tutior eſſet intentauit etiam pe-
titorium ſimul cum poſſeſſorio, ſicut fieri poteſt, teſte
Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem. 3. quæſt. 28. num. 160. 161.* vir- 17
tute clauſulæ, *Super quibus*, quæ habet vim, ſicut herba
Bethonica, vt ad rem Crau. *conſ. 201. n. 45. verſ. primo ta-* 18
*men*; tamen quia verba ab eo prolata id important, cum
implorauerit omnia beneficia iuris, & ſtatutorum, immo
illud potuit intentare etiam prius quàm lis conteſtare-
tur

tur cum nouo contradictore, maximè in iudicio ſum-
19 mario. Bart. *in l. edita*, vbi Dec. *n.*10.*C. de edend.* Pract.
Papienſis *de form. libell. in act. real. gl. ſaluo iure, col.*2.

Non obſtat nondum veniſſe diem ſolutioni deſtina-
tam, ideò Caſapium malè agere. Nam reſpondetur de
20 præſenti quoad fructus maturatos veniſſe diem, in re-
liquo propoſitam fuiſſe actionem non ad finem exigendi
nunc, ſed vt adueniente die parata ſit executio, ſtante
quòd Norſia eſt decoctus; certum eſt enim, vbi aliquid
de præſenti debetur, poſſe etiam peti creditum futurum,
vel conditionale ex eodem fonte proueniens, ad finem, vt
adueniente tempore fiat ſolutio, *ex l. libertis*, §. 1. *ff. de
alim. & cibar. leg. l.* 1. *C. de fideicom.* Bart. *in l. non quemad-
modum, n.*2. *ff. de iudic.* vbi Bald. *n.*22. & Iaſ. *n.*7. Alex.
*conſil.*95. *n.*1. *in fin. lib.*1. Oſaſch. *deciſ.* 130. *num.* 9.
*& ſeq.* & *n.*15. *verſ. non obſtabunt etiam*, Craſſ. §. *legatum,
q.*44. *in fin.* Surd. *deciſ.*120.*n.*14.15.

Minùs neceſſaria fuit aliqua Norſiæ excuſſio, ea enim
domino rei agenti non poteſt opponi, ſed ſimplici cre-
21 ditori. *Auth. hoc ſi debitor, C. de pign.* & multò minùs
quia principalis debitor eſt notoriè decoctus. Crauet.
22 *conſ.*200.*n.*46 47. Gabriel. *de fideiuſ. concl.*1.*num.*52.53. &
cùm in poſſeſſorio iudicio ceſſet excuſſionis exceptio.
Crau. *conſ.*892. *n.*4. hic non poteſt requiri, vbi tale eſt
iudicium, & tractatur de recuperatione alienatorum à
debitore è manibus tertij acquirentis. Menoch. *de recu-
per. poſſ. rem.*14.*n.*28.29.

His præmiſſis deſcendendum eſt ad punctum, in quo
conſiſtit difficultas, & eſt directi dominij renunciatio,
quam fecit dictus Caſapius: dici enim ſolet, quòd iura
23 ſua renunciantibus non datur amplius regreſſus, *l. quæri-
tur*, §. *mulierem*, *ff. de ædilit. edict.* §. *ſi quis itaq. inſt. de
bon. poſſ.* ſed quia id totum pro nihilo reputo, validum
dico eſſe primum inſtrumentum, neque fuiſſe abroga-
tum per ſecundum, in quo dicta renunciatio continetur,
quia factum fuit à dicto Caſapio minore 25. ſine ſolem-
nitatibus ſtatutorum, vt calculato tempore apertiſſimè
cernitur.

Et quia hoc ſecundum renunciationis inſtrumentum
fuit confectum in terra Carpi, Caſapius non potuit obli-
gari ſine ſolemnitatibus ſtatutorum illius, quia de iure
eſt, vt minor contrahendo ſeruet ſolemnitates ſtatuto-
24 rum loci, in quo contrahit, aliàs nulliter agit, vt *ex l.*2.
*C. quemad. teſt. aper. l.*1. *in fin.* vbi Aret. *n.* 18. *de ventr.
inſpic.* pulchrè Bald. *in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* Alex. *conſ.*
41. *n.*4. *lib.*5. Ant. Gabriel *concl. lib.*6. *de conſuet. concl.*2.
*num.*3.4. Crott. *conſ.*26.*n.*17. Surd. *deciſ.*13.*n.*6. Alderan.
Maſch. *de ſtat. concluſ.*6.*num.*12. qui volunt id procedere
etiam quoad bona alibi exiſtentia, quia forenſis tene-
tur ſeruare ſolemnitates loci, vbi contrahit, quod non
habet difficultatem in noſtro Caſapio, qui Carpi domi-
cilium habebat. Alex. *d. conſ.*41. *n.*4. *verſ. nam præfatus*,
& propterea contractus eſt nullus, non ſolum in loco,
vbi celebratus eſt, ſed etiam vbicumque, ſi de eo alibi
25 dubitari contingat. Caccialup. *in l. cunctos pop. colum.*46.
*de ſumm. Trin.* Ant. Gabriel. *d. concl.* 2. *num.* 8. Alder.
Maſch. *d. concluſ.*6. *n.*24.25.

Cùm igitur dicta renunciatio fuerit facta à dicto mi-
nore non ſeruata diſpoſitione Statuti Carp. *lib.*2.*rubr.*42.
& ſtatuti Ferr. *lib.*2. *rubr.*91. (ſtatuta enim Ferrariæ ſer-
uantur Carpi, vbi propria deficiunt) ſequitur eam eſſe
nullam, provt in dictis ſtatutis ſtatuitur, vnde eam po-
26 teſt impugnare, quia minor poteſt venire contra factum
ſuum nullum. Alex. *conſ.*103. *num.*14. *lib.*2. Tuſch. *lit-
tera A, concl.*143.*n.*10.

Sed replicatur ex aduerſo, ſi Caſapius erat minor, iu-
rauit tamen ſe eſſe maiorem, vt in inſtrumento legitur,
cuius iuramenti vigore cenſetur tanquam maior, & con-
27 tractus redditur validus, & obſeruabilis, ad textum *in
Auth. ſacramenta puberum*, vbi DD. *C. ſi aduerſ. vend.*
quoniam certum eſt iuramentum ſemper eſſe ſeruandum,
28 quoties non vergit in detrimentum ſalutis æternæ, *c. cùm
contingat*, & ibi Can. *de iureiur.*

Hæc tamen difficultas facillimè tollitur, & ideo cùm
de hoc caſu, quando ſcilicet minor iurauit ſe eſſe maiorẽ,
non loquatur ſtatutum Carpi, recurrendum ad ſtatutum,
Ferrariæ, vbi requiruntur eædem ſolemnitates, etiamſi
iurauerit ſe eſſe maiorem, cuius verba adeo ſunt clara, vt
tergiuerſari non poſſint, voluit enim tollere cautelam
orientem *ex dicta Auth. ſacramenta puberum*, quæ, teſte 29
illic Fulgoſ. & Iaſ. ac aliis, fecit depauperari multos
minores diuites: & hoc non fuit ſine ratione, quia qua
facilitate minor inducitur ad contrahendum in ſui dam-
num, eadem mouetur ad iurandum. Gramm. *deciſ.* 36.
*num.*17. 18. Ceph. *conſ.*142. *num.*57. ſtatutum enim ſer- 30
uandum eſt, *l. omnes populi*, *ff. de iuſt. & iur.* & hoc fa-
ctum eſt ob multas fraudes, quæ fiebant in extor-
quendo à minoribus talia iuramenta; in eo enim ſtatuto
diſponitur, vt iuramentum præſumatur dolo, vi, &
metu extortum, quæ præſumptio cum ſit iuris, non re- 31
quirit aliam probationem. Bald. *in l. nec patronis*, *nu-
mer.*5. *verſ. in his etiam, C. de oper. libert.* Crau. *conſ.*569.
*num.*24.46.

Et hoc adeò verum eſt, vt etiamſi dictus Caſapius iu-
rauerit ſe maiorem, tamen poteſt venire contra tale fa-
ctum, nec neceſſe habet petere aliquam habilitationem,
vel abſolutionem à dicto iuramento, vt in terminis dixit 32
Bald. *in d. l. nec patronis*, *num.*5. *ad fin.* Anch. *in cap. ca-
nonum ſtatuta, col.*17. *in fin. de conſt.* & *conſ.* 330. *col.* 5.
Corn. *conſ.*135. *num.*4. *lib.*1. Soc. Iun. *conſ.*3.*n.*45. *in fin.
lib.*2. Gram. *deciſ.*76.*n.*21. Sanchez. *moral. lib.*3.*c.*22.*n.*14.
15.16. ſed cùm iſte Caſapius fuerit ab Epiſcopo Mutinen-
ſi, in cuius diœceſi ſit iudicium, ad effectum agendi ha-
bilitatus, tollitur omne impedimentum à iuramento pro- 33
ueniens, vt poſt Imol. *in l. nemo, ff. de leg.*1. latè Laderch.
*conſ.*139. *num.*7.

Neque dicatur hanc habilitationem fuiſſe obtentam
parte non citata, & ideò eſſe inualidam; quia reſpondetur
neque de iure, neque de ſtylo neceſſariam eſſe partis ad-
uerſæ citationem. Abb. *conſ.*12.*num.*5.*lib.*2. Felin. *in c.*1. 34
*n.*24. *de iureiur.* Ruin. *conſ.*170. *n.*30. *lib.*1. Natt. *conſ.*
167.*num.*6. Crau. *conſ.*7.*n.*7.*verſ. vbi quod talis*, Soc. Iun.
*conſ.*47.*n.*28.*lib.*3. Rol. *conſ.*13.*n.*38. & *conſ.*34 *n.*1. *lib.*1.
Becc. *conſ.*63. *circa fin.* Laderch. *d. conſ.*139. *n.*8. Aluar.
Valaſch. *conſil* 130. *n.*14. *lib.*2. vbi de magis communi.
Peregr. *conſ.*77.*n.*16.36.*lib.*1. Çarp. *ad ſtat. Med. cap.*455.
*num.*159.160.*p.*1.

At ſi magis arrideret ſententia eorum, qui voluerunt
attendendas eſſe ſolemnitates loci, vbi res ſita eſt, vel
originis ipſius minoris, non contractus, vt voluerunt
Ruin. *conſ.*160. *num.*1. 2. *lib.*4. Alb. *conſ.* 70. *num.* 1. 2. 35
Hier. Gabr. *conſ.*1. *num.*7. *lib.*1. quod non puto verum,
tamen ſi recurramus ad ſtatutum Soleriæ, quod ſecun-
dùm prædicta eſſet attendendum, clarius hoc idem
diſponit, vt in eo videre eſt, & in omnibus concordat
cum ſupradictis.

Et prædicta ſtatuta ſine dubio ſunt valida, & præciſè
ſeruanda, cùm vigore præſumptionis fraudis, & doli tol-
lant omnes vires iuramenti, vt ad rem Barr. *in l. omnes* 36
*populi*, *num.*25. vbi inquit vidiſſe ita iudicari, *ff. de iuſt.
& iur.* Fulgoſ. Bald. & Salic. *in d. Auth. ſacramenta pu-
berum*, Butr. Card. & Imol. *in d. cap. cùm contingat.* Caſtr.
*in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* de communi Alex. *conſ.* 151.
*num.*10. *lib.*7. & *conſ.*196. *num.*5. *lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 99.
*num.*28. *lib.*1. Ruin. *conſ.*135. *num.* 14. *lib.* 1. Soc. Iun.
*conſ.*3.*n.*35.*lib.*2. Curt. Iun. *conſ.*118. *n.*6. Couar. *in cap.
quamvis, de pact. in* 6.*p.*1.§.3.*n.*8.*verſ. prædicta*, Hier. Gabr.
*conſ.*13. *n.*2.3.5. *lib.*1. Ceph. *conſ.*207. *n.* 69. & *conſ.*466.
*n.*48. de communi Farinac. *in prax. q.*15.*n.*19.20. Sanchez
*mor. lib.*3 *c.*22.*n.*10.11.

Et iudex non poteſt negare obſeruantiam dictorum
ſtatutorum, alioquin grauibus ſubiiceretur pœnis, ſiue
loquamur de ſtatutis Ferrariæ, & Carpi, ſiue Soleriæ, vt
habetur in Statuto Ferr. *lib.*1.*rubr.*2. & in Statuto Soleriæ
*lib.*1.



*lib.*1. *rubr.*19. vbi iurat Prætor ea ſeruare nihil ſibi reſer-
uando in iuramento, adeo vt non liceat de hoc dubitare,
37 & maximè quia ſufficit ea eſſe de facto obſeruanda, & in
facto obſeruari, cùm paria ſint ſtatutum de iure valere,
38 vel de facto ſeruari. Caſtr. *conſ.*134. *num.* 3. *lib.* 1. Alex.
*conſ.*107.*col.*5. *in fin. lib.*2. Dec. *conſ.*557. *num.*13. Ceph.
*conſ.*466.*num.*72. & *conſ.*526. *n.*58. Peregr. *conſ.*77.*n.*15.
*lib.* 1. niſi tamen religioni eſſent contraria. Menoch.
*conſ.*196.*n.*34.35.

Dicat igitur Hiena: *Mihi vndique anguſtiæ, in medio
poſitus quò me vertam, neſcio.* Nam cùm ſecundum inſtru-
mentum, in quo facta eſt dicta renunciatio, ſit nullum,
39 ſecundùm prædicta, non potuit tollere primum, quia
certum eſt in iure in contractibus inter viuos primum
actum validum non tolli per ſecundum inualidum, vt ha-
betur *in l. ſi id quod, ff. de reſc. vend.* Bart. *in l. & ſi transfe-
ram, num.*2. *ff. de adim. leg.* Campeg. *tract. de dot. part.*3.
*quæſt.*125. *num.*2. quoniam non præſtat impedimentum,
quod de iure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat,
de reg. iur. in* 6. Crau. *conſ.* 947. *num.* 80. *verſ. nullum.*
Et ita.

---

# CAPVT XXXVI.

## Epitome.

Penſionario non ſoluente quando ſit locus re-
greſſui ad beneficium reſignatum, & an pen-
ſio perdatur ob tranſitum ad militiam ſecula-
rem, vel ob contractum matrimonij.

## SVMMARIVM.

1 *Regreſſus ad beneficia ſolet reſeruari ea reſignanti in caſu non ſolutæ penſionis.*
2 *Penſione non ſoluta, vel eius nullitate allegata datur regreſſus penſionario ad beneficium.*
3 *Reſignans beneficium cum penſione, ſi non ſoluatur penſio, poteſt agere ad beneficium remediis poſſeſſoriis.*
4 *Regreſſus dicitur tituli continuatio, & habet cauſam de præterito.*
5 *Regreſſum intentare dicitur res rigoroſa.*
6 *Regreſſus non canonizatur, niſi adſit magna proteruia in non ſoluentem penſionem.*
7 *Penſionem non ſoluens poteſt purgare moram etiam poſt tres conformes ad euitandum pœnas.*
8 *Penſione non ſoluta titularis non incurrit pœnas Bullis ſibi non intimatis.*
9 *Penſionis Bullæ debent intimari titulari, non eius procuratori.*
10 *Regreſſus non poteſt intentari à procuratore ſine ſpeciali mandato.*
11 *Penſionarius debet declarare titularem excommunicatum non ſoluentem penſionem intra* 30. *dies.*
12 *Penſionarius licet propria auctoritate poſſit redire ad beneficium, tamen requiritur iudicis declaratoria.*
13 *Gratianus damnatur.*
14 *Qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens.*
15 *Caducitatis declaratio poteſt fieri etiam tacitè.*
16 *Penſione non ſoluta excommunicatio debet intimari titulari.*
17 *Regreſſui non eſt locus, niſi titularis perſiſtat in cenſuris per ſex menſes.*
18 *Mandatum ad aliquid extenditur ad ea, quæ actum debent præcedere.*
19 *Compenſatio habetur pro ſolutione.*
20 *Compenſatio fit ipſo iure.*
21 *Compenſatio non admittitur, vbi requiritur realis ſolutio.*
22 *Penſio non admittit compenſationem ad retardandam ſolutionem.*
23 *Penſio quando dicatur ſuccedere loco alimentorum.*
24 *Clauſula,* Vt meliùs ſuſtentari valeas, *quid importet.*
25 *Clauſula,* Ne ex reſignatione nimium diſpendium patiaris, *quid importet.*
26 *Compenſatio admittitur in ſolutione penſionis.*
27 *Compenſatio liquida dicitur vera ſolutio.*
28 *Soluere cum effectu quid ſit.*
29 *Plus debito petit, qui illud petit, cui obſtat compenſatio.*
30 *Compenſatio crediti non liquidi non poteſt opponi.*
31 *Inſtrumentum eſt probatio probata faciens rem liquidam.*
32 *Liquidum eſſe creditum ſtatur arbitrio iudicis.*
33 *Penſionem non ſoluens excuſatur à pœnis propter compenſationem.*
34 *Penſionem nullam dicere, vel reduci velle prohibetur de facto, non de iure.*
35 *Exceptione reiecta intelligitur de inualida.*
36 *Penſionarius non tenetur ad habitum clericalem, niſi penſio excedat* 60. *ducat.*
37 *Penſionem an perdat clericus effectus miles.*
38 *Clericus effectus miles in effectu ceſſat eſſe clericus.*
39 *Clericus miles non gaudet priuilegio fori.*
40 *Exceptio oriens ex ventre Breuis ſemper admittitur.*
41 *Penſiones pro ſeruitio temporali non ſunt in vſu.*
42 *Penſio data loco beneficij eſt annexa rei ſpirituali.*
43 *Penſio extinguitur propter militiam.*
44 *Beneficium vacat ipſo iure clerico effecto milite.*
45 *Penſio quando cenſeatur ſeruata loco beneficij.*
46 *Militiæ dans operam excluditur à clericatu.*
46 *Clericus reaſſumens habitum, quod dimiſerat, recuperat priuilegia clericalia.*
48 *Clericus dimiſſo habitu non perdit priuilegium fori ſine monitione.*
49 *Habitum clericalem non deferens perdit beneficium fori ſine alia monitione.*
50 *Synodus Regij vetat clericis reaſſumere habitum ſine licentia Epiſcopi.*
51 *Monitio non requiritur, ſi in ſynodo clerici monentur ad habitum geſtandum.*
52 *Penſio extincta an reuiuiſcat per reaſſumptionem habitus.*
53 *Semel extinctum non reuiuiſcit.*
54 *Penſionem perdit miles, vel habitum non gerens ipſo iure ſine decreto iudicis.*
55 *Penſionem perdit, qui contrahit matrimonium, etiamſi ſponſa ingrediatur religionem.*
56 *Beneficium, & penſio perditur per militiam, ſicut per matrimonium.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANnis elapſis R. D. Sebaſtianus Parminus clericus Regienſis ad fauorem R. D. Cæſaris eius fratris germani renunciauit in manibus Pontificis beneficium ſimplex S. Mariæ erectum in Eccleſia monialium conuertitarum, reſeruata ſibi annua penſione 40. ducatorum de Camera ſoluendorum, vt in eius litteris apoſtolicis, pœna appoſita, quòd ſi dictus D. Cæſar, vel eius ſucceſſores in terminis aſſignatis, vel ſaltem intra 30. dies immediatè ſequentes penſionem prædictam non perſoluerit cum effectu, ipſe excommunicationem incurrat, & ſi per ſex menſes dictos 30. dies immediatè ſequentes excommunicationis ſententiam ſuſtinuerit, dicto beneficio priuatus exiſtat, & ſi ipſe, vel eius ſucceſſores in ſolutione dictæ penſionis in toto, vel in parte defecerint, ſeu ceſſauerint, vel ad minorem ſummam reduci, aut annullari, vel inualidari petierint, vel procurauerint, tunc dictus D. Sebaſtianus ad dictum beneficium liberum habeat regreſſum, illiuſque

liuſque corporalem, & realem poſſeſſionem propria au-
ctoritate liberè apprehendere poſſit abſque alia proui-
1 ſione: prout ſolet fieri in ſimilibus expeditionibus cauſa
reſignationis factis. Gigas de penſ. q.78. n.1.2. Pariſ. de
reſign. benef. lib.6. q.3. n.4.

Cum verò pluries dicatur dictus D. Cæſar penſionem
ſoluiſſe, nunc dictus D. Sebaſtianus allegat eum ceſſaſſe
per ſeptem menſes, & vltra à die vltimi termini, & ideo
petit regreſſum ad dictum beneficium. At D.Cæſar duo-
bus modis contra eum excipit, primò enim opponit com-
penſationẽ, eo quòd dicatur eſſe illius creditor de maiori
ſumma, deinde allegat eumdem effectum eſſe dictæ pen-
ſionis incapacem, quia dimiſſo habitu clericali militauit
in caſtris Regis Catholici. Denique inquit etiam non eſſe
ſeruata, quæ debent ſeruari, antequam ſit locus regreſſui.
Quæritur, quid iuris.

Et ſanè videmur eſſe in claris, quia ſtatim ac penſio-
narius ceſſat certo tempore à ſolutione penſionis, vel pe-
tit eam reduci, aut annullari, illico intrat regreſſus, &
2 ius beneficij conſolidatur in reſignante. Caſſad. deciſ. 2.
num.3. de locat. & conduct. Pariſ. de reſignat. benef. lib.6.
quæſt.3. n.7. Gratian. diſc. for.4. c.617. n.35. & c.921. n.1.
Marth. clauſ.203. in princ. & n.8. p.1. Marcheſ. de com-
miſſ. part.1. fol.596. num.127. adeò, vt reſignans poſſit
3 etiam intentare remedia poſſeſſoria adueniente caſu re-
greſſus. Rebuff. de pacif. poſſ. num.143. & num.290. Gonz.
ad reg. Cancell. reg.8. gl.56. num.146. Gratian. d. cap.921.
4 num.10. quia regreſſus dicitur antiqui tituli continua-
tio, & habet cauſam de præterito. Mandoſ. ad reg. Can-
cel. reg.27. quæſt.27. num.2. Mareſc. var. reſol. lib.2. c.71.
num.3.4.

Tamen in contrarium multa faciunt in hoc caſu, in
quo non videtur poſſe locus eſſe regreſſui, nec verifica-
ta videntur, quæ ſunt neceſſaria ad illum canonizandum,
& cùm in Curia, & vbique rigoroſum æſtimetur recur-
5 rere ad regreſſum, non eſt facilè eius canonizationem
obtinere; etenim ſi defectum ſolutionis inſpiciamus, in
aperto eſt, quod regreſſus non canonizatur, niſi adſit
magna proteruia, & contumacia in non ſoluente, vt
6 ſeruat Rota omnium magiſtra, teſte Sarn. ſuper reg. de
ſubrog. collitig. quæſt.7. ſub num.9. in fin. Ant. Aug. in epi-
tom. in tit. de priuat. ob non ſolut. num.5. Gigas de penſ.
quæſt.99. num.19. Rota in vna Cæſarauguſtana penſio-
nis, 13. Nouemb. 1591. coram Pamphilio, apud Marcheſ.
de commiſſ. part.1. §.1. fol.568. num.4. Rot. diuerſ. deciſ.
7 804. num.1. part.4. adeò vt liceat purgare moram ſol-
uendo penſionem etiam poſt tres conformes. Rot. diuerſ.
d. deciſ. 804. num.1.2. p.4. vbi allegat multas Rotæ de-
ciſiones, & repetitur apud Farin. deciſ.804. num.2. cent.9.
hic autem non datur hæc proteruia, vbi opponitur com-
penſatio crediti, de quo apparet ex publico documento,
vt in actis, quod ſemper præſtat iuſtam excipiendi cau-
ſam.

Verùm quia numquam apparet in caſu noſtro Bullas
dictæ penſionis fuiſſe intimatas dicto R.D. Cæſari, non
poteſt eſſe locus regreſſui, quia ipſe non conſenſit per ſe
dictæ penſioni, ſed per procuratorem, quod efficit, vt
neceſſarium eſſet eas, vel ipſarum ſumptum authenticum
8 intimare titulari ad hoc, vt poſſit incidere in pœnas, de
quibus in eis. Caſſad. d. deciſ.2. num.3. Gigas, de penſ.
quæſt.77. num.10. in fin.20.22. Saluſt. Tiber. lib.3. cap.2.
num.3.4.15. Pariſ. de reſig. benef. lib.6. quæſt.2. n.141. &
quæſt.3. n.37. Garz. de benef. p.1. c.5. num.576. adeò vt re-
9 quiratur intimatio facta principali, non procuratori.
Pariſ. d. lib.6. q.2. num.141. & quæſt. 3. num. 36. Lud.
Gomez Epiſcopus Sarn. deciſ.15. per totam, quòd hic
non eſt factum, niſi poſt intentatum regreſſum: ergo
ei locus eſſe non poteſt.

Immò in caſu noſtro tantò minùs attendi debet iſte
regreſſus, quia non fuit intentatus ab ipſomet D. Seba-
ſtiano, ſed ab eius procuratore, nam ad hoc requiritur
10 ſpeciale mandatum, ſine quo nihil agitur. Verall. deciſ.8.
num.3. de regreſſu, part.3. Gonz. d. reg.8. gl.56. num.54.
verſ. adeò vt: hic autem licèt procurator habeat manda-
tum ad petendum regreſſum, non habet tamen ad fa-
ciendam declarationem, quòd D.Cæſar poſt 30. dies in-
ciderit in excommunicationem, quod pariter requirit
mandatum ſpeciale, vt ſupra; & nihilominus talis de-
claratio præcedere debet, oportet enim quòd penſiona-
rius lapſis 30. diebus ſe declaret velle, vt titularis inci-
dat in excommunicationem ob non ſolutionem penſio-
nis. Pariſ. d. lib.6. q.3. n.25. Gonz. d. gl.56. n.54. Garz. 11
d. tract. p.1. c.5. n.581.582. Rota apud Marcheſ. d. p.1.
fol.568. n.3.

Et licèt penſionarius poſſit redire ad beneficium reſi-
gnatum propria auctoritate, penſione non ſoluta, tamen
debet præcedere declaratoria iudicis, tempus eſſe lapſum,
& locum fuiſſe regreſſui, quia ſolus curſus temporis
non ſufficit. Caſſad. d. deciſ.2. num.3. Gig. de penſ. quæſt.78. 12
num.4. Gambar. de off. Leg. de latere, lib.6. tit. de penſ.
n.472. Pariſ. de reſign. benef. lib.3. quæſt.3. num.7. & lib.6.
quæſt.3. num.12. Mantic. deciſ.194. num.11. Rota apud
Marcheſ. de commiſſ. p.1. fol.568. n.3. vbi pulchrè Rota
diuerſ. deciſ.804. n.1. p.4. & Farin. d. loco, quidquid non
benè dicat in hoc Gratian. diſc. for. c.521. n.10. & ſeqq. 13
qui conatur oſtendere non eſſe neceſſariam huiuſmodi
declarationem, quando Pontifex in Bullis concedit facul-
tatem apprehendendi poſſeſſionem propria auctoritate,
vt hîc, quia malè loquitur, & tenet contra communem
aliorum ſententiam, & praxim, & contra verba expreſſa
Rotæ in multis deciſionibus, vt apud Marcheſ. d. loco,
dum inquit: [Etiamſi adſit facultas capiendi poſſeſſionem
propria auctoritate,] quo nihil clarius, & ideò contra
Gratianum fuit iudicatum, vt ipſe teſtatur d. caſ. 521.
num.24. in fin.

Neque dicatur, quòd procurator R. D. Sebaſtiani
petendo regreſſum ſatis videatur declaraſſe velle vti ca-
ducitate beneficij, & reuerti ad illud tacito modo, & in
neceſſariam conſequentiam declaraſſe quoque velle ha-
bere D.Cæſarem pro excommunicato ad effectum regreſ-
ſus, quia qui vult conſequens, cenſetur etiam velle
ſuum neceſſarium antecedens, ad textum in l. ad rem mo- 14
bilem, & in l. legatum, ff. de procur. Arch. conſ. 261. in
princ. Signor. conſ.189. num.3. quod procedit etiam in
materia declarationis, vt per Surd. deciſ.70. num.5. Nam
caducitatis declaratio in hac materia, vel ſimili, velut
in libello, poteſt fieri non ſolùm expreſsè, ſed etiam ta-
citè, & facto aliquo. Abb. conſ.67. col.2. verſ. nec obſtat, 15
part. 2. Caſtr. conſ.2. num. 5. lib. 1. Tuſch. pract. concl.
littera D, concluſione 99. numer. 3. 4. Cornaz. deciſ. 1.
num.56.

Nam reſpondetur id fortè procedere, vbi ſola requiri-
tur mentis declaratio, nec aliud factum poſitiuum, &
vbi facta declaratione aliud non eſt expectandum, cùm
ſtatim poſſit caducitas intentari, ſecus eſt, vbi vlteriùs
requiritur etiam aliquid facti poſitiui, vt hic, teſte Pariſ.
de reſign. benef. lib.3. quæſt. 2. num. 139. Garz. de benef.
part.1. cap.5. num.581. etenim non ſatis eſt penſionarium
declarare mentem ſuam, quod ob lapſum 30. dierum ti- 16
tularis non ſoluens penſionem ſit excommunicatus, ſed
etiam oportet, quod ei intimet hanc excommunicatio-
nem cum declaratione iudicis, affigendo etiam cedulo-
nes, & expectando poſtea per ſex menſes, antequam
petat regreſſum, vt poſt Henriquez. in ſumm. lib. 13.
cap.19. §.2. Suarez de cenſur. diſp. 20. ſect.2. n.10. Garz.
d. tractat. p.1. cap.5. num. 582. vbi teſtatur de ſtylo, &
praxi, & quòd ex benigna interpretatione introductum
eſt, ne talis excommunicatio incurratur, niſi facta noti-
ficatione titulari, & prædictis adimpletis.

Cùm igitur dictus D.Sebaſtianus, vel eius procurator
nunquam intimauerit dicto D. Cæſari hanc excommu-
nicationem, vel declarationem, quòd intendit eum ha-
beri pro excommunicato, nondum potuit deueniri ad
regreſſum, cum hæc præcedere debeant, & poſtea neceſſe
ſit,



ſit, vt titularis pertinaciter perſiſtat in cenſuris per ſex
17 menſes. Gigas de penſ. quæſt.99. num.4. verſ. nonò. Redoan.
de ſimon. part.2. cap.19. num.2. Pariſ. de reſign. benef. lib.6.
cap.3. num.15. his ergo non ſeruatis regreſſui locus eſſe
non poteſt.

Et dato etiam, quod dictus procurator poſſet dici ha-
buiſſe mandatum ſpeciale, & ſufficiens, eo quod cum
poſſit petere regreſſum, videtur etiam potuiſſe facere ea,
quæ regreſſum debent præcedere, ad textum in d. l. ad rem
18 mobilem, ff. de procur. Bart. in l. qui proprio, §. item quæritur,
ff. eod. Iaſ. in l. inuitus, in 4. limit. C. eod. Carroc. in d. c. cum
quid, part.1. lim.4. num.4.5. fol.45. quia non ſufficit habere
poteſtatem aliquid faciendi, niſi habens ea vtatur, debe-
bat enim D. Sebaſtiani procurator declarare priùs ex-
communicatum dictum D. Cæſarem cum debita intima-
tione, & poſtea expectare per ſex menſes, antequam re-
greſſum peteret.

Accedat, non eſſe clarum, quòd dictus R.D. Cæſar no-
luerit ſoluere penſionem, quia cùm oppoſuerit compen-
ſationem vigore crediti eius naſcentis ex inſtrumento
tranſactionis, de quo in actis, ſatisfeciſſe videtur, quo-
niam pluries obtulit ſummam ſibi debitam pro ſatisfa-
ctione penſionis, & ideò non poteſt dici, quòd ceſſauerit
à ſolutione, quia qui compenſat, ſoluere videtur, l. ſi debi-
19 tor, circa fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi peculium, §. quod
ſi hæredi, ff. de ſtatut. lib. l.2. & 3. ff. de compenſat. Bart.
in l. diuortio, §. ob donationes, num.2. ff. de ſolution. Bald.
in l. tam mandatori, verſ. ſed dubitabitur, C. de non numer.
pec. Alex. conſ.12. verſic. non obſtat, lib.2. ad rem Gigas
de penſion. quæſt.100. num.6. Graſſ. de except. except.16.
20 num.9. 10. & cùm ipſo iure fiat compenſatio, l. ſi ambo,
§. cùm autem, ff. de compenſ. Surd. deciſ.117. numero 5.
Graſſ. d. except.16. num.15. ab initio D. Cæſar ſoluiſſe
cenſendus eſt.

Non obſtat reſponſio, quòd cum requiratur penſionis
ſolutio cum effectu, vt in Bullis, non ſufficiat compenſa-
tio, ſed neceſſaria ſit vera, & realis ſolutio, ad tradita per
21 Natt. conſ.60. num.3. lib.1. Maſc. deciſ.148. num.4. & ſeq.
part.2. Crott conſ.139. num.7. lib.1. Milanenſ. deciſ.14. n.14.
lib.2. Graſſ. d. tract. except.16. num.77. & maximè cùm talis
penſio videatur aſſignata loco alimentorum, quo caſu in
22 eius ſolutione reiicitur compenſationis exceptio. Gigas
de penſ. quæſt.92. num.4.5. Surd. de alim. tit.8. quæſt.53. n.5.
Graſſ. d. except.16. num.64.

Nam replicatur, quòd hæc penſio non fuit reſeruata
pro alimentis, ſed ne R.D. Sebaſtianus ex renunciatione
beneficij nimium diſpendium pateretur, quando enim
23 penſio aſſignatur pro alimentis, ſolet in litteris Apo-
ſtolicis apponi clauſula, Vt de aliquo ſubſidio tibi proui-
deatur, vel, Vt meliùs ſuſtentari valeas: ſic teſtatur Man-
doſ. ad reg. Canc. reg.19. de infirm. & Add. ad Rom. conſ.
24 388. in verb. manifeſtant, Gigas d. tract. quæſt.51. numer.20.
Tuſch. littera P, concluſ.264. num.7. Garz. de benef. part.1.
cap.5. num.22. hic autem non habetur hæc diſpoſitio, ſed
tantùm dicitur, Ne ex reſignatione huiuſmodi nimium diſ-
25 pendium patiaris, de alicuius ſubuentionis auxilio proui-
dere volentes. Quæ verba non ſolent importare ius ali-
mentorum. Garz. de benef. part.1. cap.5. num.9. & pro-
pterea licitè in ſolutione dictæ penſionis poteſt opponi
compenſatio. Medices tract. de compenſat part.1. quæſt.14.
26 num.5. Gigas d. tract. quæſt.92. num.5. verſ. aut penſio, &
quæſt.100. num.6. Surd. de alim. tit.8. priuileg.53. num.7.
Graſſ. d. except.16. num.64. verſ. ſecus ſi penſio.

Nec obſtat requiri ſolutionem cum effectu, quia com-
penſatio liquida poteſt dici vera ſolutio, & cum effectu,
27 ſecundùm Turret. conſ.49. num.37. lib.2. Graſſ. dict. except.
16. num.13. & ideò huic caſui non quidquam nocet.
Natt. d. conſ.60. quia ipſe requirebat veram ſolutionem,
& realem exburſationem per verba ſic geminata, quæ
non videbantur poſſe conuenire compenſationi, quod
hîc dicere non licet, quia cum effectu ſoluere non eſt
28 aliud, niſi ita ſoluere, quod extinguatur obligatio ſol-
uendi, quam extinguit, qui compenſat, quia plus debito
petit, qui agit ex credito, cui opponitur compenſatio. 29
Ruin. conſ.160. num.16. lib.2. Aſin. in tractat. de execut.
§.4. capit. 12. numero 1. & cap. 14. numero 1. Graſſ. dict.
except. 16. numero 1. & dato etiam, quod titulari eſſet
prohibitum compenſare, poteſt tamen retinere, quan-
tum ſibi debetur, & iure retentionis vti, per l. ſi ne-
ceſſarias, §. ſi pignori, ff. de pig. act. Caſtr. conſ.93. num.5.
lib.2. Crauet. conſ.149. num.2. Ioan. Petr. Molignat. tractat.
de retent. part.1. num.90.

Non obſtat ſecunda reſponſio, quòd opponatur de
exceptione crediti litigioſi, & non liquidi, ac requirentis
altiorem indaginem, quo caſu in ſolutione penſionis
non admittitur compenſatio. Gigas dict. tract. quæſt.92. 30
num.5. Graſſ. d. except.16. num.52.56. vbi multos allegat,
quia cùm ex inſtrumento tranſactionis factæ ſub die 16.
Februarij 1625. in actis producto omnibus calculatis
appareat de credito D. Cæſaris ſufficientis pro ſolutio-
ne penſionis maturatæ, quando regreſſus fuit petitus,
non poteſt dici liquidam non eſſe compenſationem, quo-
niam inſtrumentum eſt probatio probata faciens rem
liquidam, & certam: latè Tiraquel. de retract. lignag. 31
§.2. gl.1. num.20. Surd. deciſ.177. num.4. Seraphin. de-
ciſ.1134. num.2. in quo ſtandum eſt arbitrio iudicis, ad
quem ſpectat ex iuſto ſuo arbitrio iudicare, an creditum,
cuius compenſatio opponitur, ſit liquidum. Gigas dict. 32
tract. quæſt.100. num.26. Graſſ. d. except.16. num.57. verſ.
ſed magis communis.

Sed eſto etiam, quòd in penſionis ſolutione non ad-
mittatur compenſatio, vel quod creditum non ſit mani-
feſtè liquidum, tamen id proderit dicto D. Sebaſtiano ad
finem, ne poſſit retardari executio ſolutionis, non autem
ad conſequendum regreſſum, vel ad declarandam ex-
communicationem; nam hæc compenſatio ſaltem hanc
habebit vim, vt D.Cæſar poſſit propter eam euitare cen-
ſuras, & priuationem beneficij, quia in pœnis quælibet 33
cauſa excuſat. Gigas d. tract. quæſt.92. num.7.8. Graſſ. dict.
except.16. num.34.

Non obſtat alterum motiuum, quod prohibitum ſit
titulari dicere de nullitate dictæ penſionis, vel eius re-
ductionem petere ſub pœna regreſſus. Nam reſponde-
tur id procedere, quando opponitur exceptio nulla, 34
& inualida, & potiùs de facto, quàm de iure dicitur de
nullitate; ſecus eſt quando proceditur de iure, & op-
ponitur exceptio à iure proueniens: ita ex gloſſ. in cap.
pro illorum, in verb. contradictores, de præbend. Iaſ. in l. 35
vbi pactum, numero 31. Cod. de tranſaction. Pariſ. de re-
ſignat. benef. lib.6. quæſtion.3. numero 9. 10. Marth. clauſ.
203. numero 1. part. 1. qui teſtantur ita Rotam reſol-
uiſſe.

Benè verum eſt, quod fortè poſſet replicari R. D. Cæ-
ſarem non oppoſuiſſe, niſi exceptiones friuolas, quia ſi
loquimur de habitu clericali, certum eſt penſionarium
non teneri ad illud deferendum, niſi penſio excedat an- 36
nuam ſummam ducatorum 60. auri de Camera; tunc
enim tenetur penſionarius ad habitum, & tonſuram de-
ferendam, alioquin penſio ipſo iure extincta remanet,
ſed hoc non habet locum, ſi penſio non excedat ducat.
60. vt dixi vigore conſtitutionis Sixti V. Gonzal. reg.
15. in princ. num.56. Garz. de benef. part.1. cap.5. num.11.
12. Barboſ. de offic. Epiſcop. part.3. alleg.57. num.217. ſin
de militia placet verba facere, DD. ſentire videntur,
quod penſionarius non perdat penſionem, licèt efficia-
tur miles armatæ militiæ, vt inquit Laur. Card. & Imol. 37
in Clement.1. §. eadem, de ſuppl. negl. prælat. Caccialup. de
penſ. quæſt.15. Gigas d. quæſt 55. num.2. in fin. & num.4. &
ideò cùm talis exceptio ſit inanis, videtur factum eſſe lo-
cum regreſſui.

Nam primò poſſet reſponderi, quòd D.Cæſar non pe-
tiit penſionem reduci, neque dixit de eius nullitate, quia
ab initio validè impoſita fuit huic beneficio, ſed dixit di-
ctum D.Sebaſtianum effectum fuiſſe dictæ pẽſionis inca-
pacem,

pacem,& eam fuiſſe extinctam,quod diuerſum eſt à pri-
mo capite,& non eſt incompatibile cum litteris Apoſto-
licis penſionem reſeruantibus dicto D. Sebaſtiano vti
clerico, non vti militi, & propterea in eis videtur ineſſe
conditio,ſi clericus remaneat. Vnde cùm cœperit milita-
re in caſtris Regis Catholici, & per aliquod tempus ar-
tem militarem exercuerit,ceſſauit eſſe clericus, quia cle-
ricus factus miles ſæculi deſinit eſſe miles Dei,& è con-
38 tra. Ita Ioan. And. *in c.fin.num.2.de cleric. coniug.* Gigas
*de penſ. quæſt.55.num.1.* Clar.*in prax.§.fin.quæſt.73.num.6.*
Farinac.*fragm.part.1.verb. clericus, num.184.* & Graſſ.*de
eff.cleric.eff.1.num.865.verſ.aliquid verò,*& *num.866.* 867.
vbi etiam inquit, clericum militiam ſectantem perdere
39 priuilegium fori,quia militia eſt actus contrarius clerica-
tui;& ideò hæc exceptio cùm naſcatur ex ventre littera-
40 rum Apoſtolicarum, omnino admittenda videtur. Sera-
phin. *deciſ.664.num.4.*& *deciſ.980. num.13.* Farinac. *de-
ciſ.728. num.2.*

Nec obſtant adducta in contrarium, quia procedunt
in caſu,quando penſio eſt aſſignata laico, vel clerico pro
ſeruitio temporali, ſeu officio impenſo,vel impendendo,
tunc enim ea non amittitur per tranſitum ad militiam, &
in his terminis loquũtur DD.in contrarium adducti;hoc
41 autem genus penſionum non eſt in vſu. Garz. *de benef.
part.1.cap.5.num.9.* Verùm ſi loquimur de penſione,quæ
datur in titulum beneficij,vel loco beneficij,vt hic, cùm
ſit ad inſtar beneficij, & ſit quid ſpirituali annexum,ſor-
42 titur in pluribus naturam beneficij. Garz. *dict. capit.* 5.
*num.*10.19. & ideò perditur à penſionario effecto mili-
43 te, vt ſentiunt Laur. Card. & Imol. *in d. Clem.* 1. §. *ea-
dem*, pulchrè Gigas *de penſ. d. quæſt.55. num.4.* 5. ſicut
beneficium ipſo iure vacat per militiam ſæcularem.
Gloſſ. *in c.fin. in verb. redierint, de cleric. non reſid.* Gigas
*d. quæſt.55. num.2.* Clar. *dict. quæſt.73. num.6.* Gonzal.
*ad reg.8. gl.15. in princ. num.54.* Pariſ. *de reſignat. benef.
44 lib.1. quæſtion.1. num.22.* Farinac. *fragm. d. verb. clericus,
num.183.* Aug. Barboſ. *de offic. Epiſcop. part.3. alleg.57.
num.216.*

Nemini autem dubium eſſe poteſt,quin nos verſemur
in eo caſu,vbi penſio datur loco beneficij,& ad inſtar il-
lius habetur,quia quotieſcumque reſeruatur illi, qui be-
neficium dimiſit,vel reſignauit,vt hic,aut iura ſua ceſſit,
45 vel vt quis commodiùs ſuſtentari valeat, ſemper penſio
dicitur loco beneficij aſſignata: ſic Gigas *de penſ.quæſt.3.
num.3.*& *quæſt.55.num.5.* Garz.*de benef.par.1.cap.5.num.9.*
46 & *n.*81.& ideò ſi dans operam militiæ excluditur à cleri-
catu,*c.ſi quis poſt remiſſionem, diſt.50. c.deſignata, diſt.51.*
Bellet.*diſq.cler part.1.tit.de diſcipl.cler.§.11. num.7.* Graſſ.
*d.eff.1.num.867.* erit etiam excluſus à penſione.

Neque dicatur dictum D. Sebaſtianum tempore litis
motæ reaſſumpſiſſe habitum clericalem, & ideo recupe-
raſſe omnia priuilegia clericalia, teſte Ioan. And. *in cap.
47 Ioannes,quæſt.4.de cler.coniug.* Alex. *conſ.149.col.2.verſ. &
ne fortaſſe,lib.6.* Decian.*tractat.crimin. part.1. lib.4. cap.9.
num.100. verſ. & dicendum*, Graſſ. *dict. eff.1. num.912.*
Bellet. *diſq. cleric. part.1. titul. de fauor. cleric. perſonal.
§.8. numero* 12. & maximè quia clericus dimiſſo habitu
48 clericali non perdit priuilegium fori, niſi poſt trinam
monitionem,*c. fin.de vit. & honeſt. cleric.* Clar. *in prax. §.
fin. quæſt.36. num.16.* Decian. *tract. crimin. dict. cap.9.
num.88.89.* Farinac. *in prax.quæſt.8.num.60.* Bellet. *dict.
tract. §.8. num.13.*

Nam reſpondetur poſt Concil. Trident. *ſeſſ.23. cap.6.
de reform.* ampliùs non requiri monitionem aliquam, ſed
eo ipſo,quòd clericus dimiſit habitum clericalem,priua-
49 tur fori priuilegio, provt declarauit S. C. Cardinalium
Concilij Tridentini interpretum,teſte Bellet.*d.§.8.num.6.
verſ.propterea.* Ricc.*in prax.reſol.530.num.4.* Aug.Barboſ.
*de off.Epiſc.part.2.alleg.12.n.19.verſ.ſed ſi,* & dato etiam,
quod eſſet neceſſaria trina monitio, eius tamen vim ha-
50 bet diſpoſitio conſtitutionis Synodalis Regij, *titulo 33.
num.8.* vbi ſtatuitur, quòd non incedentes in habitu, &
tonſura fori,priuilegio non gaudeant,& habitum reaſſu-
mere non valeant, qui ſemel illum dimiſerint, non ob-
tenta licentia Epiſcopi,cuius diſpoſitio iuri ſatis confor-
mis valida eſt,& tollit neceſſitatem trinæ monitionis:ita 51
Ioan.And.Anch.Card.& Butr. *in cap.2. ne cleric. vel mo-
nach.* Clar.*§.fin.quæſt.56.verſ.ſed quid ſi facta,* de commu-
ni Farinac. *in prax.quæſt.8.num.62.* Bellet.*diſq.cler.part.1.
d.§.8.num.4.* Graſſ.*d.eff.1. num.901.*

Et reaſſumptio habitus clericalis facta etiam cum li-
centia Epiſcopi reſtituit quidem priuilegia clericalia ex
nunc, ſed non provt ex tunc, quia medio tempore facta
non ſunt conſideranda ad finem,vt potiantur clericorum
priuilegiis, & ideò cùm penſio fuerit extincta ob tran-
ſitum ad militiam ipſo iure, reaſſumpto habitu non ſo-
lidatur, quia ſemel extinctum non reuiuiſcit, *l. penult.
§. teſtamento, ff. de bonorum poſſ. ſecundùm tab. l. qui res,* 52
*§. aream, de ſolut. c. quæris, de conſecr. diſt.4.* Riminald. Iun.
*conſ.358. num.144.* Gigas *conſ.23. num.7.* 8. maximè in 53
præiudicium tertij, cui ius erat quæſitum ex huiuſmo-
di extinctione, quæ non requirit aliquod iudicis de-
cretum, aut factum, quia ſtatim penſione remanet pri-
uatus, qui incumbit militiæ non approbatæ, vel ha- 54
bitum non gerit. Azor. *inſt. moral. part.2. lib.7. cap.17.
verſ. decimumſeptimum*, Garz. *de benef. part.11. cap.10.
num.23.*

Huic ſimile eſt,quod dicunt DD. de clerico matrimo-
nium contrahente,qui perdit beneficium, & penſionem,
etiamſi ſponſa, antequam ab eo carnaliter cognoſcatur,
religionem ingrediatur, quo caſu reſoluitur matrimo-
nium, & tamen ipſe non recuperat penſionem eadem
ratione, quia ſemel extinctum non reuiuiſcit, vt per 55
Abb. *in cap.1.* vbi DD. *de cler. coniug.*& *in cap.1. eod.tit.
in ſexto,* Gigas *de penſ. quæſt.54. num.8.*& *conſ.23.num.7.*
8.9. vbi tollit contraria: ſic dicamus de milite, quod
licèt derelinquat militiam, tamen non recuperat penſio-
nem, quia propter militiam ita perditur beneficium, &
penſio, ſicut per matrimonium, eo quòd coniugium,
& militia æquiparentur: gloſſ. *in cap. qualiter, de cleric.* 56
*non reſid.* Compoſt. *in cap.1. col. 3. verſic. ſed de milite,
de reg. iur.* Barbat. *conſil. 11. col. fin. verſic. prætereà fa-
cit, lib.1.* Gigas *de penſ. quæſt.55. numero 2.* & *conſil.23.
numero 7. 8.* Ideò concludamus dictum D. Sebaſtianum
non recuperaſſe penſionem, licet habitum clericalem
reaſſumpſerit, quia iam extincta fuerat, & beneficium
Reuerendi D. Cæſaris erat conſtitutum in ſtatu li-
bertatis, cui præiudicare non eſt in poteſtate dicti D.Se-
baſtiani,etiamſi eſſet cauſa extinctionis. Gigas *d. conſ.23.
num.8.9.*

Non eſt ergo locus regreſſui, & non poteſt dictus R.
D.Sebaſtianus redire ad beneficium reſignatum,quia ex-
ceptio à D. Cæſare oppoſita non eſt de facto, aut inuali-
da,ſed à iure habet fomentum, & tantò magis excuſan-
dus eſt dictus D. Cæſar, quia ſic oppoſuit cum proteſta-
tione,quatenus eſſet de iure. Et ita cenſui.

---

## CAPVT XXXVII.

### EPITOME.

An, & quando forenſes nati etiam ex ciuibus originariis poſſint ſuccedere in bonis ſtabilibus ſtante ſtatuto, quod earum alienatio non fiat in non ſubditos.

### SVMMARIVM.

1 *Auocatio cauſæ ad Curiam Principis intelligitur in iiſdem terminis, quibus priùs erat.*





2 *Carpi ſtatutis deficientibus recurritur ad ſtatuta Ferrariæ.*
3 *Statuta Ferrariæ ſeruantur Carpi propriis deficientibus.*
4 *Statutis ciuitatibus dominantis gubernatur ciuitas inferior, vbi propria deficiunt.*
5 *Statuta loci ſuperioris attenduntur, vbi deficiunt ſtatuta loci inferioris.*
6 *Statuta ciuitatis dominantis dicuntur ius commune quoad ciuitatem inferiorem.*
7 *Specialis,& ſingularis expreſſio quomodo differant.*
8 *Indiuiduum,& ſingulare idem ſunt.*
9 *Statuti loci inferioris rubrica declaratur à ſtatuto loci ſuperioris.*
10 *Statuta Carpi prius recipiunt interpretationem à ſtatutis Ferrariæ,quàm à iure communi.*
11 *Statuta loci inferioris debent ſe conformare cum ſtatutis loci ſuperioris.*
12 *Ferro viam aperit,qui per contraria tranſit.*
13 *Hæreditas continet vniuerſa.*
14 *Capax ſucceſſionis quilibet præſumitur.*
15 *Ciuis quis eſſe præſumitur,non forenſis.*
16 *Ciuilitas patris tranſit ad filios.*
17 *Capella alicuius familiæ in Eccleſia eſt ſignum illius ciuilitatis.*
18 *Incapax efficitur capax ratione ſocij,vel cohæredis.*
19 *Forenſis poteſt conueniri in loco ratione bonorum.*
20 *Onera poſſunt ſuſtineri per agnatos,& affines.*
21 *Oneribus in ſuſtinendis ſufficit habitus,non actus.*
22 *Ciuilitatem accipiendi promptitudo ſufficit,vt quis poſſit acquirere ſtabilia.*
23 *Forenſi ſolus fiſcus poteſt opponere incapacitatem.*
24 *Fiſci iura non poteſt tertius opponere,niſi fiſco volente.*
25 *Forenſi debetur æſtimatio,quando non poteſt habere ſtabilia ſibi relicta.*
26 *Ius idem reddendum Ferrarienſibus, quod redditur in terris eorum Carpenſibus.*
27 *Voluntas teſtatoris etiam nulla debet adimpleri in foro conſcientiæ.*
28 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
29 *Forus conſcientiæ eſt forus boni,& æqui.*
30 *Alienatio facta in forenſem eſt nulla ſtante ſtatuto.*
31 *Forenſes ſunt incapaces ſtabilium.*
32 *Statuta, ne fiat alienatio in forenſes,ſunt valida, & latè interpretanda.*
33 *Subditi, qui non ſunt, nec poſſeſſionis ſtabilium capaces exiſtunt.*
34 *Poſſeſſio licèt continuet in hæredem, non tamen continuat in hæredem forenſem.*
35 *Forenſis ſuccedere volens, debet probare habere qualitates ſtatuti.*
36 *Reus,etiamſi nihil probauerit,abſoluendus eſt.*
37 *Re coniuncti quando ſuccedant.*
38 *Reo ſatis eſt offuſcare ius actoris.*
39 *Ius accreſcendi accreſcit etiam inuitis.*
40 *Incapacis portionem capit cohæres.*
41 *Hæres habet titulum in vniuerſa hæreditate.*
42 *Mandatum probat contra producentem.*
43 *Subditus propriè dicitur ratione habitationis.*
44 *Subditum quomodo intelligant ſtatuta prohibentia alienationem in non ſubditum.*
45 *Domicilij appellatio intelligitur de habitatione.*
46 *Habitare qui dicantur.*
47 *Onerum appellatione an intelligatur de perſonalibus, vel realibus.*
48 *Statutum vnum declaratur per aliud.*
49 *Habitans alibi non poteſt ſuſtinere onera perſonalia.*
50 *Onera perſonalia non imponuntur non habitantibus.*
51 *Subditi non ſunt, qui non poſſunt cogi ad munera.*
52 *Immobilium bonorum ſucceſſor debet habere multas qualitates.*
53 *In claris non eſt locus coniecturis.*
54 *Capaces tum cenſentur vocati à teſtatore.*
55 *Habitans præſumitur ciuis loci,vbi habitat.*
56 *Occiſus Florentiæ cenſetur Florentinus, niſi aliter probetur.*
57 *Hæredes non tenentur dare incapaci.*
58 *Originarius ciuis an poſſit perdere ciuilitatem.*
59 *Ciuis originarius poteſt effici forenſis.*
60 *Origo quomodo ſit immutabilis.*
61 *Ciuilitas poteſt perdi quoad effectum.*
62 *Originarius non habitans non dicitur ſubditus.*
63 *Ciuis quando præſumatur deſeruiſſe patriam.*
64 *Nemo dat,quod non habet.*
65 *Originem habitam à patre filius perdere poteſt.*
66 *Natus ex ciue originario quomodo ſit capax ſtabilium.*
67 *Capella Eccleſiæ quomodo probet ciuilitatem familiæ.*
68 *Incapacis portio accreſcit hæredi capaci.*
69 *Forenſes quandoque poſſident ſtabilia, & tamen forenſes ſunt.*
70 *Subditus an dicatur, qui habet bona in loco.*
71 *Subditus eſt propriè,qui indiſtinctè poteſt conueniri.*
72 *Statutorum verba propriè, & per prius intelligenda ſunt.*
73 *Onera quando ſuſtineantur per conſanguineos.*
74 *Abſens à patria quomodo fruatur beneficio ciuium.*
75 *Socius, & conſors præſumitur ſubire onera etiam pro ſocio.*
76 *Ciuis abſens an ſit requirendus ad onera ſubeunda.*
77 *Onera perſonalia non habitantibus non imponuntur.*
78 *Statutum confiſcans bona forenſi relicta quomodo intelligatur.*
79 *Statuto diſtinguenti ſtandum eſt.*
80 *Statuta,ne fiat alienatio in forenſes, fiunt, vt diuitiæ remaneant penes ſubditos.*
81 *Ius tertij,vel fiſci quando quis valeat allegare.*
82 *Indigno fiſcus aufert,ſed legatum mero iure ſubſiſtit.*
83 *Incapaci quilibet poteſt opponere incapacitatem.*
84 *Tertius poteſt allegare nullitatem actus cum alio facti.*
85 *Confiſcatio bonorum forenſi relictorum non habet locum, niſi ſecuta traditione.*
86 *Pœna ipſo iure impoſita requirit factum conſummatum.*
87 *Æſtimatio rei an debeatur illi,cui relicta eſt,ſi illius non eſt capax.*
88 *Pecuniæ legatum an debeatur forenſi, ſi in hæreditate ſola ſtabilia exiſtant.*
89 *Æſtimatio non debetur, vbi legatum eſt nullum.*
90 *Habilitatio an ſufficiat, ſi ſuperueniat actui, cui requirebatur.*
91 *Diſpenſari an poſſit forenſis ad ſtabilia poſt ius alteri quæſitum.*
92 *Statutum extraneum producere debet, qui ſe fundat in illo.*
93 *Conſuetudo probari debet ab illo, qui ei nititur.*
94 *Statuto ſe fundans debet probare omnes eius qualitates.*
95 *Vbi non eſt controuerſia, ibi non eſt iudicium.*
96 *Ius reddere quid ſit.*
97 *Ius reddi tunc dicitur,quando de ſolito probatur.*
98 *Statuti verba pro vno actu non diſponunt.*
99 *Solitum non inducitur ex vnico actu.*
100 *Bononiæ prohibetur alienatio in forenſes, & quomodo.*
101 *Mutinenſis non poteſt acquirere ſtabilia Bononiæ.*
102 *Veriſimile quod non eſt, habet ſpeciem falſi.*
103 *Forus Dei,& forus Cæſaris an ſint idem, & quomodo.*
104 *Hæres non tenetur dare legatum incapaci etiam in foro conſcientiæ.*
105 *Canones iuri ciuili ſe ſubiiciant in prophanis.*
106 *Conſcientia non obligat,quos natura non ligat.*
107 *Verbum,* Non poſſit, *tollit omnem obligationem.*
108 *Lex humana poteſt impedire obligationem naturalem.*
109 *Statuta debent ſeruari tanquam ius commune.*
110 *Lex humana obligat in conſcientia.*
111 *Lex quando liget in foro Dei.*
112 *Conſcientia non ligat ad dandum incapaci.*

113 *Dubium in foro conſcientiæ quando eſſe dicatur.*
114 *Retentio datur illi, cui non daretur actio.*
115 *Fideicommiſſum abſolutum reſultat ex prohibitione de non alienando.*
116 *Forenſes non continentur in diſpoſitione vocante agnatos.*
117 *Fideicommiſſarius poteſt auocare bona à quocumque.*
118 *Fideicommiſſarius ſuccedit fideicommittenti, non grauato.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PVto ſatis certum eſſe,& clarum,DD.Ioan. & Ambro-
ſium fratres de Ciarliniis à Bononia ſuccedere non
poſſe in bonis ſtabilibus D. Marci Ciarlinij eorum pa-
trui, tanquam forenſes, & bonorum immobilium inca-
paces; ideò prædicta bona ſpectaſſe ad alios cohæredes
Carpi habitatores eiuſdem Marci fratres. Verùm quia
horum temporum calamitas ſic patitur, vt litigioſis fa-
cilè ſit ſerenitati nubem obducere, & ſole meridiem il-
minante obſcuram noctem repræſentare, propterea cen-
ſui nonnulla eſſe accuratè firmanda ad dilucidè oſten-
dendam dictorum fratrum incapacitatem, vt ipſi, ſi ve-
lint, quaſi in ſpeculo eam facilè valeant ſuis oculis con-
tueri.

Verùm quia hæc cauſa fuit commiſſa Illuſtriſs.Conſil.
Iuſtitiæ Mutinæ, nemo putet meliorem fuiſſe factam di-
ctorum fratrum conditionem,quoniam certum eſt cauſæ
euocationem ad Curiam Principis in prima inſtantia in-
telligi factam in eodem ſtatu, in quo erat apud minorem
iudicem,& manentibus iiſdem cauſæ actis anterioribus:
1 ſic ait in verbis Renat. Choppin.*de moribus Pariſ. lib.2.*
*tit.6.num.4.verſ. idem iuris*, & videtur ſentire Lud. Gil-
haus *in arbitr. iudic. part.1. cap.1. de iuriſdictione, §.7.*
*num.91.verſ.hanc*, vbi allegat *l.iudicium ſoluitur, de iudic.*
*c.vt noſtrum, de appell.*

Vt igitur ordine certo procedamus, cùm materia tra-
ctanda recipiat eſſe ſuum à pluribus ſtatutis tum Carpi,
tum Ferrariæ, quæ dum prohibent forenſium ſtabilium
acquiſitionem,habent ſe tanquam exceſſa,& excedentia,
dum vnum ſupplet,quod ab altero omiſſum eſt, non erit
abſurdum permonere in ciuitate Carpi deficientibus pa-
triæ ſtatutis vſu receptum eſſe, vt recurratur ad ſtatuta
Ferrariæ ciuitatis tunc prædominantis, quando id intro-
ductum fuit,& permanſit vſus, licèt Sereniſſimi Eſtenſes
pacificè reliquerint illam ciuitatem Pontifici; id autem
ab initio mandauit Hercules II. Dux Ferr.x. Kalen.Ianu.
2 1535.& poſtea Alphonſus II. ſub die 12. Aug.1566. &
3 de huiuſmodi obſeruantia fidem facit Cephal. *conſ.238.*
*num.6.12.13.14.*& vtique ſatis conuenit, ciuitatem infe-
riorem ſtatutis dominantis gubernari, vbi propria defi-
ciunt.Caſtr.*in l.omnes populi, num.7. de iuſt. & iur.* Corn.
4 *conſ.151.num.6.lib.3.*Soc.*conſ.81.num.7.lib.4.* Socin. Iun.
*conſ.11.num.5.lib.1.*Borgn.*deciſ.35.num.28.part.1.*Decian.
*conſ.32.num.28.part.2.*Maſc.*de ſtat.interpret. concl.12. nu-*
5 *mer.10.*Ceph.*conſ.169. num.7.*Grat.*conſ.11.num.12. lib.2.*
& ideò ſtatuta loci ſuperioris ſpectantur in his, in qui-
bus deſunt ſtatuta loci inferioris.Ceph *conſ.343.num.26.*
Borgn.*deciſ.42.num.47.*

Hinc eſt, quod licèt aliquando ſtatuta Carpi iubeant
haberi recurſum ad ius commune,adhuc tamen priùs re-
currendum eſt ad ſtatuta Ferrariæ,quia ſic expreſsè man-
dauere dicti Principes, quòd etiam iuſtum, & honeſtum
6 fuit,teſte Socin. *d.conſ.81.num.3 lib.3.*quia ſtatuta ciuita-
tis dominantis dicuntur ius commune quoad ciuitatem
ſubditam. Peregr. *conſ.63. num.11. lib.1.* adeo vt niſi ex-
preſſa, & ſingularis mentio fiat in ſtatuto Carpi de caſu
diſputato, recurſus habendus ſit ad ſtatuta Ferrariæ,
quod plus eſt, quàm ſi requireretur ſpecialis, quæ ſatis
differt à ſingulari. Ruin. *conſil.165. num.8. lib.2.* Alex.
7 *conſ.155. num.8.9. lib.6.* Gratian. *diſc.for.lib.4. cap 706.*
8 *num.9.* ideoque neceſſaria eſt indiuidualis mentio. Rip.
*in l.1. num.75.ff. de vulg.* quia indiuiduum, & ſingulare
ſunt idem.Bart.*in l.fin. in fin.C.ſi contr.ius, vel vtil.public.*
Gratian.*d.cap.766.num.9.*

Ex quibus reſultat, quòd licet ſtatutum loci inferioris
ponat rubricam de aliqua materia, tamen in illa met
ſuppletur, & declaratur à ſtatuto loci ſuperioris, ante-
quam recurratur ad ius commune Romanorum, vt dixit 9
Socin. *conſ.81.num.9.verſ.nos autem,lib.4.* quem ſequitur
Socin.Iun. *conſ.2. num.30. & ſeq.* Corn. *conſ.151. num.5.*
*lib.3.*clarè Borgn.*deciſ.35.n.30.verſ.hinc eſt,part.1.*& ideò
ſtatuta Carpi de eadem materia loquentia priùs reci-
piunt interpretationem à ſtatutis Ferrariæ, quàm à iure
communi,vt poſt Decian.*conſ.32.num.29.30.lib.2.*inquit 10
Alder.Maſc. *de ſtat. interpret. concluſ.2.num.87.* quia ſta-
tuta loci inferioris debent ſe conformare cum ſtatutis
ciuitatis ſuperioris, & eis minùs derogare, quàm fieri 11
poſſit.Borgn.*d.deciſ.35.num.29.* Maſc.*d.tract. concluſ.12.*
*num.8. 9. 11.* vbi inquit ampliùs ita ſtatutum à ſtatuto
interpretari, ſicut ius commune à iure communi, & ita
hodie etiam ſeruatur, & ſeruatum eſt, vnde nihil eſt
mutandum, *l. minimè, ff. de legib.* Socin. *dict. conſ.71.*
*num.8. in fin. lib.4.* Rol. *conſ.8. num.50. lib.3.* hæc cla-
ra ſunt, ſed latè exaraui ad euitandam vociferationem
ſatis eſſe cernere in ſtatuto Carpi Rubricam de aliquo
diſponentem,vt ceſſet diſpoſitio ſtatuti Ferrariæ.

His ſic ſtantibus propius accedendo de iure dictorum
Ioan. & Ambroſij diſceptandum eſt,& videndum,an ad
ſtabilia petita valeant aſpirare: & cùm ferro viam ape-
rire dicatur, qui per contraria tranſit, teſte Bald. *in l.* 12
*precib. C.de impub.* ne videar fundamenta partis aduerſæ
vel penitus ignoraſſe, aut ſtudio omiſiſſe, quod illi in
medium afferunt, ſaltem rudi modo proponam. Primò
enim animaduertendum eſſe inquiunt, ſatis fundatam
videri eorum intentionem ex teſtamento dicti D. Mar-
ci, in quo ipſi vnà cum reis conuentis hæredes ſunt in-
ſtituti, in cuius hæreditate extantibus bonis ſtabilibus,
videtur, quòd in illis quoque ius habeant, quia hære- 13
ditas continet vniuerſa, *l.hæreditas,ff.de verb.ſign.*& qui-
libet tam actiuè, quàm paſſiuè præſumitur ſucceſſionis
capax adeo, vt aliter dicenti incumbat onus probandi: 14
gl.& Bald.*in l.Lucius Titius,§.in teſtamento,num.3.ff.de le-*
*gat. primò.*Sim.de Pret.*de interpret.vlt.vol.lib.3. interpr.1.*
*dub.3. col.2. num.2.*

Secundò magis ad rem certum eſſe videtur, quòd
etiam in dubio quis præſumitur eſſe ciuis, & non fo- 15
renſis. Bart. *in l.1. num.21. ff. ad municip.* Ang. *in l. ſi*
*cum exceptione,§.in hac,num.3.in fin.ff.quod met.cauſ.*Ang.
*de malef.in verb. Angelus de Bon.quæſt.2. verſ.quod autem.*
Maſc.*de probat.concluſ.807. in princ. in verb.forenſis.* Ber-
taz. *d.clauſ.3.gl.1. num.11.*ideò tales præſumuntur etiam
dicti fratres.

Tertiò augetur ratio dictorum fratrum,nam cùm illo-
rum genitor eſſet, quando viuebat, ciuis originarius
Carpenſis,eius ciuilitas tranſiuit ad filios alibi quoque
natos, adeò vt ipſi etiam valeant frui commodis ciuium,
*l.aſſumptio,§.filius*,vbi Bart. & DD. *ff.ad municip.* gloſſ. *in* 16
*cap.1. in verb. alienigenas, de vſur. in 6.* Boer. *deciſ.13.*
*num 5. verſ. & pariter.* Socin. Iun. *conſ.37. num.2. lib.2.*
Tiraq *de primog.quæſt.59. num.3.* Boſſ. *in prax. tit.de for.*
*compet.num.28.*Cephal.*conſ.246.num.1.* latè Maſc *de pro-*
*bat. concluſ.1146. num.8.* Cott. *conſ.90. num.5.* Menoch.
*conſ.80.num.9.10.*

Quartò hoc magis confirmari videtur ex ſepulchro,&
Capella exiſtente in Eccleſia Maiori Carpi, fundata à M.
R. D. Franciſco Ciarlinio ſecundo Archidiacono dictæ 17
Eccleſiæ ſub titulo S.Hieronymi, cum litteris parieti ad-
fixis fabricata, cuius vtriuſque partis prædeceſſores fue-
runt hæredes,hoc enim non eſt leue, aut tenue originis,
& ciuilitatis argumentum,teſte Maſcard. *d.concluſ.1146.*
*num.16.*Ceph.*d.conſ.246.num.2.*

Quintò iidem fratres videntur eſſe in toto, quoniam
etiamſi eſſent incapaces, tamen cùm eorum cohæredes
ſint



ſint habiles, ratione ſocietatis, & communionis poſſunt
18 admitti,& efficiuntur capaces: ita Iaſ. *in conſ.112.num.4.*
*verſ. Item illud, lib.4.*

Sextò actores omne punctum tuliſſe videntur ex eo,
quòd certa bona practica in territorio Carpenſi poſſi-
deant,& fruantur, quorum occaſione videntur poſſe vo-
cari non ſolùm ciues, ſed etiam ſubditi, cùm illorum re-
ſpectu poſſint grauari, & conueniri in ciuitate Carpi,ad
19 notata per Dec.*in c. quæ in Eccleſiarum, colum.9.verſic. ſed*
*quantum,de conſtit.* Gemin.*conſ.8.col.1.*Crauet. *conſil.201.*
*num.15.*

Septimò cùm iſti fratres habeant in hac patria multos
affines, & conſanguineos, quorum vnuſquiſque ſuſtinet
onera realia, & perſonalia, id illis quoque prodeſſe vide-
tur, cum ſatis ſit ea ſubire per alium, & maximè per fi-
lios, fratres, & propinquos,vt apertè cauetur in Statuto
20 Carp. *lib.4. rubr. 61. verſ. intelligimus*, quod etiam vti
iuſtum, iure communi diſpoſitum eſt, per textum *in l.*
*cùm ſcimus*, & ibi Bart. *num.3. C. de agric. & cenſ. lib.10.*
Rom. *in l.1. §. domini, ff. ad S. C. Syllan.* Iaſ. *in l. ſcien-*
*dum, num.28. in fin. & num. 29. ff. qui ſatiſd. cog.* Socin.
*conſil.292.num.4.lib.2.*Ruin.*conſ.200.num.6.lib.2.* Socin.
Iun.*conſ.7.num.12.verſ.ſecundò,lib.2.*

Octauò dato etiam, quod iſti actores onera non ſuſti-
nuiſſent,tamen videtur nullum eis potuiſſe inde generari
præiudicium,quia non fuerunt requiſiti adeo, vt per eos
non ſtetiſſe videatur,ſufficit enim paratos fuiſſe,quia cir-
ca hos habitus, non actus reputatur neceſſarius, ſecun-
21 dùm Fulgoſ.*conſ.211.* incip. *Præſuppoſito Statuto Veron.*
*col.fin.*Dec.*conſ.283.col.pen.verſic. nec obſtat.* Nam in pro-
poſito acquirendi ſtabilia etiamſi quis non ſit ciuis, ta-
men ſatis eſt paratum eſſe accipere ciuilitatem, ante-
quam res tradatur. Bart. *in l. ventre, num.11. verſ.facit*
22 *quia*, vbi etiam Alciat. *num.22.ff. de acquirend. hæredit.*
Ruin. *conſ.71. num.4. verſicul. provt deciditur, lib.1.* &
*conſ.139. num 22. verſ. non omitto, lib.5.* Socin.Iun. *con-*
*ſil.18. num 19. lib.3.* Brun. *de ſtat. art.7. quæſt.5.num 29.*
Menoch.*conſ.473.num.16.*

Nam eſto etiam, quod verè, & propriè iſti actores
poſſent dici forenſes, adhuc pro eis canenda videtur vi-
ctoria, quia ſolus fiſcus videtur eos poſſe excludere, &
quoad reos conuentos dicere poſſunt ſe liberas habere
23 ſedes eo, quia ſtatutum Carpi *lib.4 rubr.61.* bona fo-
renſi relicta ipſo facto applicat Communi Carpi, &
quilibet poteſt denunciare. Cuius vigore videtur dicen-
dum ſolum fiſcum, & non alium poſſe talem caducita-
tem opponere, ad tradita per Bart. *in tractat. de repræſal.*
24 *quæſt.5.princ.ad ſecundum,num.4.*pulchrè Socin.Iun. *conſ.*
*18.num.18.lib 3.*Menoch.*conſ.165.num.12.verſ.ſextò dato.*
Nam tertius non valet iura fiſci deducere, vel eius ex-
ceptiones obijcere, niſi fiſco annuente,textus eſt *in l.his*
*conſequenter,§.1.ff.fam.erciſc.l.hæredibus,C.de his,quibus vt*
*indign.* Non. *conſ.53. num.39. verſ. ſed quoties*, Crauet.
*conſ.774. num. 7.* & *conſ.941. num. 22.* Surd. *conſil.469.*
*num.30.32.* vnde fiſco tacente actorum libera eſt actio,&
reus non debet audiri.Socin. Iun.*d. conſ.18. num.18.* Pe-
regr.*conſ.9.num.24.lib.3.*

Decimò in omnem ſiniſtrum euentum,quatenus dicti
actores ad ſtabilia non poſſent aſpirare, adhuc videtur,
quòd eis ſaltem debeatur eorum æſtimatio, adeo vt huic
rei ſtatutum non ſit impedimento: ita per textum *in l.*
25 *filiusfamilias miles, §. ſi quid alicui*, vbi Bart. *num 1.* &
Bald.*verſ.vel pone exemplum*,Caſtr.*verſ.& pone*,& cum eis
Ang.& Imol. *ff.de legat.primò.* Alex. *in l. apud Iulianum,*
aliàs *Aphricanus*,vel *idem Iulianus,§.conſtat,num.13. verſ.*
*ſed dic,quod veritas*,vbi etiam Iaſ de communi *num.34 ff.*
*eod.*Ruin.*conſ.130.num.10.verſ.vbi vult,lib.1.*de communi
Clar.*in prax.§.fin.quæſt.82.ſtatut.5.verſ.ſed pone.* Alber. *de*
*ſtat.lib.2.quæſt.2. num.5.* Brun *eod. tract. art 9. quæſt.11.*
*num 89.90.91.* Pet.Caball. *conſ.16. num.29. & ſeq.lib.2.*
vbi vult hoc procedere,ſiue ſtatutum loquatur in perſo-
nam, ſiue in rem.



Vndecimò aliunde etiam iſti actores de victoria vi-
dentur ſecuri,quia,vt aiunt,in ciuitate Bononiæ,vbi ipſi
degunt,omnes forenſes,& maximè oriundi à Carpo ad-
mittuntur ad ſucceſſiones ſtabilium, eoque in Comitatu
tolerantur,vt immobilia poſſideant:ſic Cyriac.*contr.291.*
*num 8. lib.2.* quo ſtante nos habemus ſtatutum Carpi 26
*lib.2. rubr.23.* mandans, quòd forenſibus litigantibus in
terra Carpi idem ius reddatur, quod in terris ſuis reddi-
tur Carpenſibus, & ſimiliter ſtatutum Ferrariæ, *lib. 1.*
*rubr.6.* forenſibus concedit eatenus frui noſtris ſtatutis,
quatenus ciues noſtri eorum ſtatutis vti permittuntur,
propter quod iſti fratres ita videntur admittendi, ſicut
nos admitteremur in ciuitate Bononiæ.

Duodecimò,& vltimò ſaltem in foro conſcientiæ po-
teſt videri,quòd iſti rei conuenti malè agant non admit-
tendo iſtos fratres ad portionem ſibi relictam, ex quo
æquitas naturalis multùm ſuadet, vt voluntatem teſtato-
ris etiam nullam adimpleamus, iuxta *l. quidam, §. illo,*
vbi ſic Ang.*num.3.C.de ſeru.neceſſ. hær.inſt.* idem Ang. *in* 27
*§. ſi verò expreſſim,in Auth. de hæred. & Falc.* Alciat. *con-*
*ſil.53. num.12. lib.9. tom.3.* anima enim cunctis rebus
præferenda eſt. Curt. Iun. *conſ.277. num.17.* Nam in fo- 28
ro conſcientiæ iuris apices non excuſant, quia eſt fo- 29
rus boni, & æqui, ideoque à iuſto, & æquo regulatur.
Caualc. *tract.de brach.reg.part.1. num.23.*

Hæc ſunt, quæ meo ſanè iudicio pro parte dictorum
fratrum Bononienſium aduerſus Carpenſes videntur ſe-
riò poſſe deduci, quæ licèt primo ſub aſpectu talia ſint,
vt cortici verborum inhærenti, & iuris ſecreta non pe-
netranti facilè poſſint videri irrefragabilia, tamen Deo
dante ſpero me facillimè oſtenſurum nihil penitus di-
ctum actoribus prodeſſe, & huiuſmodi eſſe vigoris, vt
contra eos non ſit laborioſum ea retorquere, provt
benignam aurem accommodanti leui labore oſten-
dam.

Vt igitur certi reddamur dictos actores inani fatiga-
ri labore, & omnino eſſe incapaces bonorum immobi-
lium, quæ petunt, in primis pro vero ſupponendum
eſt, quod non ſubiecti iuriſdictioni Communis Carpi,
& non ſubeuntes onera, & grauamina realia, & per-
ſonalia cum eodem Communi, & hominibus de Carpo,
ſunt incapaces quorumcumque immobilium ſibi reli-
ctorum, vel donatorum, vel alio modo acquiſitorum,
& legatum, inſtitutio, & quælibet alienatio eſt ipſo
iure nulla, vt grandibus litteris deciſum habemus in
dicto Statuto Carpi *lib 4. rubr. 61. in principio*, & *in* 30
*verſ. Item quod nulla, & rubr.76. per totam*, vbi clariùs
idem replicatur, & expreſsè requiritur ſuſtentatio one-
rum realium, & perſonalium, & hoc longè meliùs, &
clariùs diſponitur in ſtatuto Ferrariæ *libro ſecundo, rubr.*
*98.* ad quod recurrendum erit pro deciſione, & inter-
pretatione eorum, quæ in prædicto ſtatuto Carpi vel
omiſſa ſunt, vel ſubobſcurè dicta, antequam recurra-
tur ad ius commune, iuxta illa, quæ dedita opera ad
hunc finem in principio exarauimus, ex quibus licet
concludere non ſubditos fuiſſe effectos ſtabilium inca-
paces, ſecundùm ea, quæ tradit Peregr. *de iur. fiſc. li-* 31
*bro tertio, titulo primo, numero ſeptimo*, & meliùs *in con-*
*ſil.91. numero ſexto, lib.1.* vt proinde ad eorum portio-
nem admittantur ſequentes in gradu, ac ſi dicti fratres
in medio non extarent,vt poſt multos Peregr. *d. conſ.91.*
*num.5.*

Neque licet dubitare,an hæc ſtatuta valeant,quia ſine
dubio valida ſunt, & ferè in omnibus Italiæ ciuitatibus
ſeruantur in tantùm, quòd vti lata ad publicam vtilita-
tem ad hoc,vt diuitiæ remaneant penes ſubditos,& ij fa-
ciliùs onera ſubeant, fauorabilia iudicantur, & in fauo-
rem ſubditorum latè interpretantur, vt probant Decian.
*conſ.661. num 1.* pulchrè Dec. *conſ.33. num.1.2.lib.1.* & 32
*conſ.2.num.94.lib.2.*Bertaz.*clauſ.18.gloſſ.2.num.4.* perbel-
lè Ceph.*conſil.53.num.7.8 9* vbi de communi, & *num.76.*
*77.*& *conſ.246.num.38.*Riminald. Iun. *conſil.354.numero*
R 3 16.17.

16.27.18.& ſeqq.& conſ.363.num.263. Gratian. diſc. for. lib.4.cap.735.num.13.& ideò nullus remanet locus diſputationi,an talia ſtatuta viribus ſubſiſtant.Caſtr.conſ.194. num.3.lib.1.Rimin.Iun.d.conſ.363.num.92. Gratian. dict. cap.735.num.14. neque eorum inobſeruantia poteſt allegari ex ſtatuto Ferrarienſi lib.1.rubr.2. & maximè quoad vltimas voluntates, & contractus lucratiuos, in quibus ab vſu non poteſt dici aliquid fuiſſe immutatum.Peregr. conſ.20.num.4.lib.3.& non eſt multùm temporis, quòd in hac ciuitate D. Propertius Pontius tanquam non ſubditus fuit per binas ſententias conformes excluſus à legato cuiuſdam domunculæ ſibi facto.

Neque ſolùm certum eſt vigore dictorum ſtatutorum non ſubditos eſſe incapaces proprietatis,ſed etiam poſſeſſionis ſtabilium: tum quia ſic declarat dictum ſtatutum
33 Ferrariæ d. rubr.98.verſ.nec poſſint: tum quia ſic ſcripſerunt Laderch. d.conſ.74. num.1.& num.3. Riminald.Iun. conſ.352.num.28.29 30.Cyriac.controu.205.num.21.lib.2. vnde eſt, quod licèt poſſeſſio defuncti continuet in hæ-
34 redem ſtatuto Carpi lib.2.rubr.36. non tamen continuat in hæredem non ſubditum, qui non poteſt vti his ſtatutis Carpenſibus,etiam quoad bona hîc exiſtentia: ſic in terminis Rot. diuerſ. deciſ.161. num.15.part.4.Riminald. Iun. d.conſ.352.num.28.30.31.34 35. qui ergo vult ſuc-
35 cedere in ſtabilibus, neceſſe eſt, vt probet ſe eſſe ſubditum, niſi id ſit notorium, & habere alias qualitates à ſtatutis requiſitas: ſic Laderch. d. conſ. 74. num.1. 2. Decian. dict. conſ.33.num.27.lib.1. Riminald. Iun. dict. conſ.352. num.26.27.

His ſtantibus cùm actores non doceant de ſubiectione, licet ſufficiat reis conuentis non conſtare de iure agentium, quia reus, etiamſi nihil præſtiterit, abſoluen-
36 dus eſt, l.qui accuſare,vbi DD.C.de edend.§.non ſolùm,Inſt. de leg.2.l.2. C.de probat. & in his terminis Corn. conſ.87. num.11.lib.3. Riminald.Iun. conſ.363. num.343. Rot. diuerſ. deciſ.294.num.3. lib.3. part.3. tamen iſti Carpenſes, rei conuenti facilè poſſunt oſtendere omnia prædicta
37 ſtabilia ad ipſos ſpectare, tum ex regula, de qua Peregr. d.conſ.91. num.5. tum per ius non decreſcendi, etenim cùm omnes ſint in ipſa inſtitutione re coniuncti tanquam hæredes vniuerſales,partes non poſſunt fieri, niſi per concurſum,ad tradita per DD. in l.re coniuncti, ff. de
38 leg.3.vt verè ſatis eſſet reis offuſcare ius actorum, vt eos excluderent. Gratian.diſc.for.lib.4.cap.736.num.64.nihilominus, cum dicti fratres Bononienſes ad dicta ſtabilia aſpirare nequeant tanquam non ſubditi,reſiſtentibus eis ſtatutis Carpi,& Ferrariæ,ſequitur, quòd illud totum ad eos ex inſtitutione peruenturum ex iure non deſcreſcendi ſpectet ad cohæredes, & illis etiam inuitis accreſcat, ſecundùm l.vnic.§.in primo,& §.his itaque definitis,verſ. in
39 his itaque,vbi Bald.Salyc. & DD.C. de caduc. toll. l. liber homo,§.cùm quis ex inſtitutis, ff. de hæred. inſt. gl. in l. huiuſmodi, §. ſi Titio, & Mæuio, in verb.pars,verſ. item legatur mihi, & non capaci, de legat. primò: verè enim ſi non
40 extet ſubſtitutus, cohæres capit partem cohæredis incapacis.Socin.Iun.conſ.3.num.12.verſ.& quod,lib.3. Peregr. de iur.fiſc.lib.tertio, tit.1.num.2.nam hæres etiam in quota certa inſtitutus habet titulum in vniuerſa hæreditate, niſi fiant partes per concurſum: textus eſt in l.ſi quis ita ſcripſit,& in l.ſi quis ita hæres,vbi Bald.Ang.& Imol.ff. de hæred inſt. Alex. conſ.202.num.8.lib.6. valdè ergo intereſt
41 Carpenſibus excludere Bononienſes,quia horum portio illis accreſcit.

Vnum ſupereſt, vt oſtendam dictos actores non eſſe ſubiectos iuriſdictioni communis Carpi, & non ſubire onera realia, & perſonalia, in quo multùm non elaborabo; nam certum eſt eos Bononiæ habitare,& ibi domicilium iam diu conſtituiſſe, vt ſatis apparet ex mandato ab eis facto, quod plenè probat contra eos producentes,
42 vulg. l. cùm precum,C. de liber. cauſ. Rim. Iun. conſ.363. num.101. quòd ſufficit ad oſtendendum eos non eſſe hic ſubiectos, quoniam verè, & propriè ſubditus dicitur ratione habitationis,& domicilij,adeo vt vbi quis non ha-
bet domicilium, ibi ſubiectus vocari non poſſit: ſic per 43
gl. in Clem.1. in verb. ſubditos, in fin. de for. compet. Caſtr. conſ.89. num.2.3. lib.2. Alciat. conſ.81. num.2.3. pulchrè Dec. d. conſ.661.num.5.6.Ruin.conſ.120.num.9. lib.4. Tiraq. de retract.lign.§.9.gl.2.num.22.omninò vide Cephal. conſ.53.num.35.36.& conſ.246.num.13.14.perbellè Anch. Iun.quæſt.9.num.16.part.1. Rimin. Iun. conſ.353.num.58. 64.& conſ.457.num.66. Rol. de lucr.dot.quæſt.22.num.21. Mazzol.conſ.69.num.12.Carpan.ad Stat. Mediol. cap.44. num.4. part.1.ad rem Laderch. conſ.52.num.3.4.5. & conſ. 74. num.6.

Et ſanè hæc ſtatuta de ſubdito loquentia potiùs intel-
ligunt de ſubdito ratione domicilij, quàm originis. Me- 44
noch.conſ.603.num.16.immo non intendunt quemquam
dici ſubditum,niſi per domicilium,& habitationem. La- 45
derch.d.conſ.74.num.23. Riminald.Iun. d. conſ.353. n.57. 58.122. & conſ.354. num.42. 43. quoniam in verbis ſtatutorum domicilij appellatio in dubio refertur ad domicilium habitationis, non originis, vt poſt Dec. ac alios dixit Rol. de lucr.dot.quæſt.22.num.19. Hæc autem agnoſcuntur in dictis fratribus, qui propriè dicuntur habitare Bononiæ,quia illic degunt cum ſua familia, & faciunt eo loci forum,ac alia, quæ ſolent facere habitatores: ita
poſt Bald. conſ.198. num.3. verſ. item eſt ſciendum, lib.2. 46
Tuſch. pract. concluſ. littera H, concluſ.7. num.4. Vrſill. ad Afflict. deciſ.384.num.5.6.

Accedat, quod ad euitandam talem incapacitatem oportet, vt quis non ſolùm ſit ſubditus, ſed etiam ſuſtineat onera, & grauamina cum communi, & hominibus de Carpo,vt in dicto ſtatuto Carpi lib.4. rubr.61. in quo licèt non exprimatur, an de perſonalibus loquatur, tamen dicendo, Cum communi, & hominibus, ſatis innuit
de perſonalibus etiam intelligere, ſecundùm l.1. in princ. 47
ibi: vt munera nobiſcum,ff.ad municip. & ſatis eſt, ſi dicat ſtatutum,onera,& grauamina,quia ſub his verbis præcipuè veniunt perſonalia. Rol.conſ.79.num.62.lib.3. immò ſic indefinitè loquendo voluit ſtatutum comprehendere tam realia, quàm perſonalia, & mixta, vt ad rem dixit Caſtr.d.conſ.89 num.2.verſ.ſed iſta,lib.2.Ruin.d.conſ.120. num.6. in fin. lib.4.

Vt autem tollatur omnis ſcrupulus, an hoc Statutum intelligatur etiam de perſonalibus, recurrendum eſt ad aliud ſtatutum Carpi lib.4. rubr.76. vbi in eadem materia expreſsè vetatur alienatio ſtabilium in eo, qui non ſit ſubiectus iuriſdictioni Carpi, & non ſubeat onera realia, & perſonalia cum communi,etenim vnum ſtatutum
declaratur per aliud,teſte Alder.Maſcard. de ſtat.concl.12. 48
num.11.Hect.Felic. alleg.10. num.17. part.3. quod etiam clariùs deciditur in ſtatuto Ferrariæ lib.1. rubr. 6. vbi is pro forenſe habetur, qui non habitat, & non ſuſtinet onera realia, & perſonalia, & lib.2. rubr.98. vbi dilucidè idem deciditur.

Cùm igitur iſti actores Bononiæ degant, impoſſibile efficitur,quod ſaltem onera perſonalia,& mixta ſubeant,
quia in eorum ſuſtentatione factum verſatur, ad quod 49
alibi habitans non admittitur: ſic Laderch.conſ.52.num.6. & conſ.74.num.18. Cephal. d.conſ.246. num.15. Menoch. dict.conſ.603.num.16.verſ.& in ſpecie,Riminald.Iun.dict.
conſ.353. num.172. immò talia onera non habitantibus 50
etiam pro rebus ibi poſſeſſis imponi nequeunt. Alex. conſ.111. num.9. lib.7. Socin.Iun. conſ.49. num.28. lib.1. Rol.conſ.1.num.12.lib.2.ad rem Surd. conſ.48. num.15. in fin. vide Peregr. d.conſ.90. num.25.lib.1. vnde cùm dicti fratres non teneantur, nec poſſint cogi ad munera, verè ſubditi dici non poſſunt. Bald. conſ.445. num.6. lib.4.
nam ſi vna deficiat ſola ex qualitatibus à ſtatuto re- 51
quiſitis, penitus excluſi remanent. Dec. dict. conſ.661. Cephal. d. conſ.246.num.15.Riminald.Iun. dict.conſ.353. numero 193. & conſil.363. num.194. Laderch. d. conſ.74. num.20.

In ſumma iſtis fratribus Bononienſibus ad euitãda hæc ſtatuta



ſtatuta neceſſe erat monſtrare, quod in terra Carpi ſimul habitauerint, ac onera realia, perſonalia, & mixta ſuſtinuerint, adeò vt alterum ſine altero non ſufficiat, ad rem Caſtr.d.conſ.89.num.2.verſ.ſed iſta,lib.2.Ruin.d.conſ.200.
52 num.11.verſ.non eſt ergo,lib.2.Anch.Iun.d.quæſt.9.num.18. verſ.vlteriùs.Decian.d.conſ.33.num.27.Laderch.d.conſ.74. num.8.verſ.ſecundò non obſtat,ibi: Præterea. Ceph. d.conſ. 246.num.15.& num.31.verſ.ad tertium, vide Burſat. conſ. 8.num.30.& conſ.36.num.15.lib.1.Rim.Iun.d.conſ.353. n. 193.Surd.d.conſ.48.num.15.vnde cùm impoſſibile ſit hæc omnia ſimul concurrere in perſona iſtorum fratrum Carpi non habitantium,firma efficitur concluſio, quod à ſtabilium ſucceſſione penitus excluſi remanere debeant, poſtquam defectus vnius tantùm qualitatis eos excludit. Rimin.Iun.d.conſ.363.num.94 95.

His ſic ſtantibus, quæ ad victoriam ſufficere poſſunt, conueniens eſt, vt contraria euertantur, omniſque ſcrupulus enodetur. Et ideò primo loco non obſtat quemlibet præſumi capacem,quia ceſſat hæc præſumptio ſtante clara dictorum ſtatutorum diſpoſitione,quæ ſolùm abundè fundat reorum intentionem, & facit, quòd in claris
53 non ſit locus coniecturis,vulg.l.ille,aut ill §.cum in verbis, de leg.3.l.continuus,§.cum ita,de verb. oblig. immò teſtator non aliter præſumitur dictos fratres vocaſſe ad ſuam hæreditatem, niſi capaces eſſent, & ſe habiles ad ſucceden-
54 dum oſtenderent: latè Rim.Iun.d.conſ.363.num.345.346. & ſeqq. & conſ.457. num.78.

Secundò non obſtat,quod ciues eſſe præſumantur,nam hoc verum eſſe non admittit Cephal. d. conſ.53. num.34.
55 Verùm hæc præſumptio,ſi vera eſt, procedit in habitante,qui præſumitur ciuis loci,in quo habitat,& in his terminis allegata in contrarium procedunt, & de habitante intelliguntur.Bart.in l.is poteſt,co .6.ff. de acquir. hæred. & in l.1.num.21.in fin.ad municip. meliùs Ang. in d.l. ſi cum exceptione,§.in hac, num.3. in fin.quod met cauſ. vbi quod
56 occiſus Florentiæ creditur Florentinus,niſi alia oſtendatur origo.Alciat.reg.2.præſ 15.num.1. Bertaz.clauſ.3 gl.1. num.10.in fin.Laud.Gilhaus in arbit iud.part.7.c.6.§.133. num 1.Amat.deciſ.Ferr.151. num.29. & ſic omnes alij loquuntur, adeò vt iſtis fratribus non habitantibus, nulla proſit ciuilitatis præſumptio, & ſi extaret, inutilis eſſet, quia non quærimus,an ſint ciues,ſed an ſint ſubditi.Ce-
57 phal.d.conſ.33.35.36.Laderch.d.conſ.74 num.9.verſ.3. non obſtat. Cùm igitur dicti fratres ſint incapaces, hæredes conuenti non tenentur obedire teſtatori, ſi aliquid eis dari iuſſerit. Crau. conſ.766. num.3.

Tertiò non obſtat, quod iſti fratres patrem habuerint Carpi originarium. Nam primò reſpondetur illum ab annis xxx. & vltra deriliquiſſe patriam aliò domicilium transferendo, & omnia eius bona libera alienando, pro-
58 pter quod & ipſe perdidit ciuilitatem, & ad inſtar forenſis Carpi ampliùs conueniri non poterat, niſi ibi reperiretur.Rip. reſp.111. num.1. Ruin. d.conſ.200. num.13.14. lib.2.latè Cephal.conſ.246.num.19.vbi de communi: fusè Rol. conſ.79.num.29.30 31. 32. lib.3.Laderch.d. conſ.74. num.5.Maſc.de probat.concluſ.1146.num.22.23.Riminald. Iun.conſ.363.num.114. 115.116. & conſ.353. num.65. Peregr. conſ.90. num.27. in fin. lib.1. Rot. diuerſ. deciſ.327. num.1.2.3.part.1. in tantùm,quod iſte originarius prædi-
59 ctus poſſit dici forenſis. Burſat. d.conſ.36. num.10.lib.1. à fortiori non ſubditus.Menoch.d.conſ.603.num.17. verſ. his intelligimus.

Neque nocet, quod origo ſit immutabilis, & perdi non poſſit, l.aſſumptio, ad municip. quia verius eſt originem perdi poſſe quoad effectum,vbi quis deſeruit domi-
60 cilium. Vrſill.ad Afflict.deciſ.384.num.4.& fortè contraria procedunt, quando Imperatores erant totius Orbis dominatores, vel quando non fit tranſitus ad dominium diuerſi Principis,alioquin ille ſic recedens videtur ſuam
61 originem deſeruiſſe: ſic latè declarat poſt Rip.d.conſ.111. num.2 Rim.Iun.d.conſ.363.num.240.vide Laderch.d.conſ. 74.num.5.verſ.neque obſtat.

Deinde contraria procedunt quoad ciuilitatem ipſam, non autem quoad commodum, & effectum illius, quia hæc bene perdi omnino poſſunt, vt bene ſentit Rip. d. conſ.111.num.7.verſ.ſed quantum.Rot. diuerſ.d. deciſ.327.
num.5. part.1. vnde ſi originarius non deſinit eſſe ciuis, 62
ſaltem ceſſat eſſe ſubditus. Caſtr. d.conſ.89. num.3. lib.2. Rim.Iun. d.conſ.353.num.59.60.61.62.63. & d. conſ.363. num.117.& num.281.Laderch.d.conſ.74.num.9. Menoch.
d.conſ.603.num.17.Nam ex lapſu decennij præſumitur de- 63
poſuiſſe animum repatriandi, maximè cum non declarauerit ſe adhuc animum retinere.Pariſ.conſ.12. num.23. lib.3.Ceph.d.conſ.246.num.21.25.26. & conſ.451. n.171. Rot.d.conſ.79.num.51.lib.3.Maſc. d. concl.1146. num.23. Rim.Iun.d.conſ.363.num.238.239.

Hinc eſt,quòd ipſe non potuit in eius filios tranſmittere hanc ciuilitatem,quia eam non habebat,ſaltem quoad effectum,& quia hæc tranſlatio non fit, niſi ab habitante,quoniam nemo dat, quod non habet: ſic Ceph. d.
conſ.246.num.23.& conſ.450. num.160. Riminald. Iun. d. 64
conſ.363.num.251.Maſc.d.concl.1146.num.10.Rot.d.deciſ. 327.num.2.3.part.1. & tantò magis non habitantibus filiis in loco paternæ originis,nam licèt origo propria perdi non poſſit,tamen ſecus eſt in ea,quam filius prætendit
ex perſona patris.Rimin.Iun.d.conſ.363.num.245 adeò vt 65
ſi filius non habeat domicilium in loco originis paternæ, non attenditur ciuilitas patris,ſed filij.Dec. conſ.352.n.3. 4.Cephal d.conſ.246 num.20.21.37.Maſc.d.concluſ.1146. num.11.Riminald.Iun.d.conſ.363. num.253. ſed inanis eſt hæc quæſtio,quia eſto etiam,quod à patre in filium tranſierit ciuilitas, non tamen tranſit ſubiectio, & domicilium, quæ in caſu noſtro neceſſaria ſunt. Cephal. dict. conſ.53.num.34.35.& d.conſ.246.num.17.Riminald.Iun.d. conſ.363. num.117.

Verùm ad tollendum vniuerſum ſcrupulum, hæc dubitatio apertè reſoluitur in ſtatuto Ferrariæ, d. rubr.98.
verſ.declarantes: vbi ad remouendas omnes ambiguitates 66
deciſum eſt, quod nati extra ciuitatem, & diſtrictum, etiam ex ciuibus originariis,non ſint capaces, niſi fecerint ſe allibrari in æſtimo Communis,& in ipſa Ciuitate, vel diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, & poſtea ſaltem per quinquẽnium perſeuerauerint habitando, & ſuſtinendo onera realia, & perſonalia. Si autem defectus vnius harum qualitatum poteſt eos excludere,Dec. d.conſ.661.num.4.Cephal.d.conſ.246.num.15. quid faciet omnium deficientia? & ſuper hæc verba huius ſtatuti vide Laderch. d. conſ.74. num.28. qui auget etiam difficultatem contra hos originarij ciuis filios, ex quibus conſtat eis patris originem non prodeſſe. Riminald. Iun. d.conſ.363.num.236.

Et ſanè ſi ipſe etiam originarius non eſt capax, niſi etiam ſubditus ſit, & ſuſtineat onera realia,& perſonalia, vt habetur in dicto ſtatuto Carpi lib.4. rubr 76. vbi dicitur, quod nemo poteſt alienare, vel obligare rem immobilem alicui perſonæ terrigenæ, vel forenſi non ſubiectæ iuriſdictioni communis,& non ſubeunti onera realia,& perſonalia cum communi. Quibus verbis comprehenditur etiam originarius alibi habitans. Riminald. Iun. d.conſ.363.num.83. 127. quantò minùs filius originarij capax cenſendus erit, niſi habeat eaſdem qualitates? patet ergo originem paternam, vel propriam non eſſe in conſideratione, vbi is alibi domicilium habet: ſic Cephal. dict. conſ.246. num 17. verſ. ſecundò, & numero 18. Riminald. Iun. dict. conſil. 363. numero 275. 280. 281.

Quartò non obſtat Capella,& ſepulchtum ab antiquis, & prædeceſſoribus noſtris fabricata in prædicta Eccleſia, quia fortè inde probari poteſt maiores noſtros fuiſſe
ciues,& originarios Carpi, ſed hoc infertur quoad iſtos 67
actores, qui vnà cum patre ceciderunt à commodo ciuilitatis,vt ſatis vidimus; & multò minùs inde probari poteſt,quod iſti ſubditi ſint: ſic Ceph. d.conſ.246.num.28. 29.30.Rim.Iun.d conſ.363.num.266.

Quintò non obſtat cohæredes eſſe ſubditos,quia hoc
facit,vt ipſi actores ab eis excludantur; ſiquidem portio
68 incapacis accreſcit hæredi habili: gl. in l. huiuſmodi,§. ſi
Titio,& Mæuio, ff. de leg.primo, pulchrè Ruin. conſ.139.
num.10. lib.5. qui tollit omnia contraria.
Sextò igitur non obſtat, quòd iſti Actores in hac pa-
tria poſſideant quædam ſtabilia, quæ non potuerunt alie-
nare vti ſubiecta ſtrictiſſimo fideicommiſſo, non enim
exinde probant ciuilitatem,aut ſubiectionem Nam ſicut
certum eſt,quòd aliquando etiam forenſes poſſident ſta-
bilia in loco,vbi non degunt,& adhuc ſunt forenſes, vt
69 dixit Cephal.d.conſ.246. num.31. verſ.ad tertium, ibi: &
nihil mouet,Rimin.Iun.d.conſ.363.num.326.Surd.conſ.48.
num.15. Peregr.d. conſ.90. num.24.lib.1. ita certiſſimum
eſt,quod poſſidens ſtabilia,& quæcumque bona in loco,
non per hoc tamen verè,& ſimpliciter ratione talis poſ-
ſeſſionis ſubditus dici poteſt,non enim valet ibi cõueni-
ri,ſi ibi non reperiatur niſi ratione rei ibi poſſeſſæ,quod
eum non facit ſubditum,& talem qui ſtatutis poſſit vti:
70 ita probatur ex l.libertas,§.ſola,ff.ad municip.Abb.in cap.1.
numero 7.de for.compet. pulchrè Caſtr. d.conſ.89. num.2.
verſ.ſunt tamen,lib.2. Crott.in l.filiusfamil.§.diui, col.22.
de leg.primo,ad rem Crauet. conſ.492.num.11.& conſ.912.
numero 15.Dec. conſil.550.num.8. Roch.de Curt. tract.de
ſtat.ſect.9.quæſt.12.num.13.Alder.Maſc.eod.tract.concluſ.6.
num.44.45.46.Riminald.Iun.d.conſ.353.num.173.Bertaz.
conſ.443.num.6.lib.2.Carp.ad ſtat.Mediol. cap.44.num.4.
in ſin.part.1.Surd.conſ.48.num.15. propter quod iſti acto-
71 res ratione rei nequeunt propriè,& ſimpliciter dici ſub-
diti. Bald. d. conſilio 445. num. 4. lib. 4. & maximè
in hac materia, vbi ſtatuta intelligunt de ſubdito,
qui poſſit indiſtinctè,& abſolutè conueniri. Cephal.dict.
conſ.246. num.28. verſ.& expeditis. Laderch.d. conſil.74.
num.8. non enim hæc ſtatuta aliquem ſubditum intelli-
gunt,niſi habitet.Laderch. d. conſ.74. num.21. 23. Vnde
qui tantùm largo modo, & impropriè ſubditus eſt, his
ſtatutis non comprehenditur, ſed alienigna reputabi-
tur, quia verba ſtatutorum propriè, & per priùs intelli-
72 genda ſunt: Crau.conſ.672.num.3.Surd.conſ.89. num.38.
& quæ in contrarium allegantur, ſimpliciter non proce-
dunt, ſed tantùm in concernentibus rem ipſam. Bertaz.
d. conſ.443. num.6.7. Ex quibus concludendum eſt, non
ſufficere habere bona ſine domicilio,vt inquit Rim.Iun.
d. conſ.353. num.131.
Septimò non obſtat, quòd per conſanguineos onera
poſſint ſuſtineri, nam id verùm eſt, cum aliquo tamen
temperamento, nam dicti actores debent probare ali-
73 quos pro eis onera ſuſtinuiſſe, quia conſanguinei pro
ſe ipſis tantùm ſuſtinuiſſe videntur,niſi viuerent in com-
munione,ad rem Boer. deciſ.272.num.2.meliùs Laderch.
dict. conſil.74. num.26. in fin. Verè enim vt abſens frua-
tur beneficio ciuium, oportet vt eius conſanguinei fe-
rant onera, quæ illi incumbebant, non tantùm ea, quæ
ſibi ipſis, & propterea motiuum procedit, & ſolùm ha-
74 bet locum in illis abſentibus, qui ſunt de familia patris-
familias, vel commune habent, & indiuiſum patrimo-
nium cum ſubeuntibus onera. Bald.conſ.234.lib.1. Boer.
dict. deciſ. 272. num. 2. Tuſch. pract. concluſ. littera H,
concluſ.7. num.5. 8. Hi enim cùm ante decennium non
præſumantur alibi conſtituiſſe domicilium, & patriam
deſeruiſſe, non eſt mirum, ſi per conſanguineos eorum
75 conſortes onera ſuſtinuiſſe dicantur, ratione enim con-
ſortij id præſumitur: ſic probat textus in d.l.cùm ſcimus,
§. illud quoque, iunct. gl. in verb. remaneat, & ibi Bart.
num.3. in fin. & Ioan. de Plat. C. de agr. & cenſ. lib.11.
clarè Riminald. in l.1. §. domini, ad Syllanian. Socin. dict.
conſil.292. numero quarto, lib.2. Cephal. dict.conſil. 246.
numero 31. Laderch. dict. conſil.74. numero 26. verſ. non
obſtat, qui omnes loquuntur de conſortibus: latè Rimi-
nald. conſil.353. num.198.199.200.& conſ.363. num.267.
268. 269. qui reſoluit omnes difficultates, & ita docet
intelligendum eſſe huiuſmodi ſtatutum, & ideò cùm di-
cti fratres viuant in communione cum aliquo eorum at-
tinente, non poſſunt dicere, quòd ſuſtineant onera per
conſanguineos.
Octauò non obſtat, quòd non fuerint requiſiti, &
quod ſufficiat potentia in oneribus ſuſtinendis. Nam
cùm dicti fratres iam diu domicilium Bononiæ habeant,
non ſunt requirendi, vt poſt alios dixit Cephal. d. con- 76
ſil.246. num.33. verſ.quibus etiam, & num.34.35. Rimi-
nald.Iun. d. conſ.363. num.45. & circa potentiam, quam-
vis non appareat aliqua eorum promptitudo, tamen ve-
rius eſt non ſufficere eos paratos eſſe. Cephal. dict. con-
ſil.246. num.32. 33. Etenim licèt reſpectu onerum rea-
lium ſecundum aliquos ſufficiat habitus in ſuſtinendo,
tamen reſpectu perſonalium requiritur actus, cum per- 77
ſonalia, & mixta etiam poſſidentibus non indicantur
niſi habitent. Caſtr. d. conſ.89. num.2. verſ.ſed ad hoc,
lib.2. Anch.Iun. d. quæſt.9. num.21. Cephal.d. conſ.246.
num.31. verſ. nec quicquam. Riminald. Iun. d. conſil.363.
num. 275. & conſ. 374. num. 7. Honded. conſ.5. num.30.
vſque ad num.40. lib.1. Laderch. d. conſ.74. num.24. ver-
ſic. cæterùm. Surd. d. conſ.48. num.17. vbi ait, quod in
ſuſtinendis perſonalibus requiritur actus. Verùm in caſu
noſtro cùm dicti fratres originarij ciuis filij, tempore
acquiſitionis, & poſtea per quiennium debeant habita-
re, ſi volunt ſuccedere, vt in dicto ſtatuto Ferrariæ,
lib.1. rubr. 98. Laderch. dict. conſil.74. num.23. vanum
eſt inquirere, an ſufficiat habitus, cùm vltra onerum
ſuſtentationem requiratur etiam habitatio. Burſat. dict.
conſ.36. num.15. lib.1.
Nonò non obſtat,quod publicatio bonorum non ſub-
dito relictorum ipſo iure fiat,& ſolius fiſci interſit dictos
fratres excludere, cuius iura tertius nequit deducere.
Nam primò reſpondetur id procedere, quando nullus 78
adeſt ciuis ſuccedere debens. Riminald.Iun. d. conſ.363.
num.338.quia talia ſtatuta creduntur reſeruare bona ca-
pacibus ſuccedere debentibus. Cyriac. controuerſ. 204.
num.5.lib.2. Et ſanè cùm non ſubditus ab huiuſmodi ſta-
tutis efficiatur incapax ſtabilium, cohæredes non iura
fiſci, ſed propria opponunt,quia ad eos per ius non de-
creſcendi vniuerſa ſpectat hæreditas, & confiſcatio non
habet locum, extantibus agnatis proximioribus, quibus
iura ſua ſeruantur illæſa, in dicto Statuto Ferrariæ lib.2.
rubr.98. ad quod recurrendum eſt, & diſtinguenti ſtan- 79
dum, vt facilius concordetur cum ſtatuto Carpi. Rimi-
nald. Iun. d. conſ.363. num.333. nec ſine ratione, quia
hæc ſtatuta emanata ſunt fauore ſubditorum. Cephal. d.
conſ.13. num.9. & conſ.246. num.39. vt diuitiæ, & bona 80
remaneant penes ſubditos.Cephal.d.conſ.53. num.76.77.
Dec. d.conſ.33. num.2. lib.1. Laderch. d.conſ.74. num.28.
verſ. tertiò quia. Et propterea cenſendum eſt, quod priùs
vocati ſint agnati,& his deficientibus fiſco locus apertus
ſit, cum ſoleat vltimo loco ſuccedere, aliàs mens ſtatuti
violaretur, & ratio illius ſuum non ſortiretur effectum:
ad rem Riminald.Iun. d.conſ.363.num.333.334. cum ſeqq.
Secundò reſpondeo, quod etiam rei conuenti poſſunt
de iure fiſci opponere; nam quando actus eſt ipſo iure
nullus, vel ius fiſci, vel cuiuſcumque tertij eſt ipſo iure
excluſiuum iuris agentis, & ius illius in totum perimit,
vt hic, tunc licet reo ius illud allegare, vt in terminis 81
dixit Surd.conſ.48.num.18. Burſat. conſ.37. num.17. verſ.
cùm itaque, lib.1. Laderch. d.conſ.9. num.12.verſ. ſecundò
reſpondeo,Gratian.diſc.for.lib.4.cap.715.num.25.& contra-
ria procedunt in eo,qui ſolùm indignus eſt, à quo ſolus- 82
fiſcus auocat,quia legatum mero iure ſubſiſtit,ad tradita
per Bart.in l.1. num.26. & ibi Rip.num.155.& DD.com-
muniter,ff.de vulg.Menoch.conſ.511.num.19.20.At in eo,
qui incapax eſt, ſecus ſeruatur, quia de eius incapacitate 83
cæteri vocati à lege, vel ab homine dicere poſſunt, &
ipſi ſuccedunt, excluſo non ſolùm incapaci, ſed etiam
fiſco: Rim.Iun.conſ.239.num.16.Farin.conſ.105. num.92.
verſ.prout etiam.lib.2. & tract. de falſ.& ſimul. quæſt.150.
num.194. Sanchez. moral. lib.2. cap.14. num.32. verſ. ſed
hæredi



hæreditas.Burſat.d.conſ.37.num.17.lib.1.pulchrè Menoch.
d.conſ.511.num.18.verſ.ſecundò.
Denique reſpondeo hæc ſtatuta duo determinaſſe
vnum,quod legatum, & inſtitutio ſint ipſo iure nulla, al-
terum, quod ipſo facto bona ſint publicata. Vnde licèt
84 tertius de ſecundo non poſſit opponere,tamen primum
nullitatis, & incapacitatis quilibet poterit allegare abſ-
que alia declaratione: ita pulchrè Burſat. d. conſil.37.
num.16.verſ.non obſtat,& num.17.Laderch.d.conſ.9. n.12.
verſ.tertiò reſpondeo.Rimin.Iun. d.conſ.363.num.342. Sed
in rei veritate hoc non eſt opponere de iure fiſci,vel ter-
tij, ſed negare intentionem partis aduerſæ: pulchrè Rim.
Iun.conſ.363.num.343.
Benè verum eſt, quòd non poteſt dici fiſcum aliquod
ius habere, etiamſi confiſcatio ipſo iure fiat, nec poteſt
ad incorporationem deueniri, donec talia bona à ſubdi-
tis detinentur,quia ſtatutum non habet locum,niſi ſecu-
85 ta traditione, vel poſſeſſionis apprehenſione per non
ſubditum, quoniam huiuſmodi confiſcatio tantùm cen-
ſetur facta, quando illa bona verè, & realiter peruene-
runt ad manus forenſium, priùs autem nihil eſt,quod fiſ-
cus offerat: ita in terminis Bald.conſ.314.n.2. in fin.lib.3.
Socin.Iun.conſ.3.num.19.20.21.22.31.verſ ſecundò, lib.3.
Lancell.Gail.de ſtatut.verb.non poſſit,quæſt.2.num.26. verſ.
nec non.Lup.tract.de illegit. comm.2.§.2.num.14. verſ.nihi-
lominus,Riminald.Iun.d.conſ.363.num.341.Farinac.d.con-
ſil.105. num.14. verſ.ſi igitur, vide Gratian. diſc.for. lib.2.
cap.219.num.8.9.etenim pœna à lege ipſo facto impoſi-
ta requirit factum conſummatum, adeò vt conatus non
ſufficiat, propter quod alienatio ante traditionem non
86 eſt perfecta. Dec. in l.1.§.hæc autem verba,num.10.ff.quod
quiſque iur. vnde eſt, quòd rei conuenti vti poſſeſſores
manutenendi ſunt,& eorum priùs intereſt,quàm fiſci ex-
cludere actores: ſic Marcabrun. d. conſ.109. num.9. 10.
11.Cyriac.d. controuerſ.230.num.17.
Decimò non obſtat, quòd ſaltem debeatur æſtimatio.
Nam reſpondetur, cùm talis alienatio prohibeatur non
in odium alicuius perſonæ, nec quia res non ſit in com-
mercio hominum ſaltem particulari, licèt non in genera-
li, ſed principaliter ob publicam vtilitatem, ne diuitiæ
87 tranſeant ad alienos, & huiuſmodi ſtatuta reſiſtunt per-
ſonæ forenſi, ne acquirat, & in rem ſcripta ſunt, ſequi-
tur, quod neque debeatur æſtimatio, per textum in l.1.
§.donationes,C.de controuerſ.iudic.Bart.in l.multùm intereſt,
ante num.1.verſ.qualiter,de verb.oblig.& in l.idem Iulianus,
aliàs,apud Iulianum,§.conſtat, num.3. verſ. ponitur, & ibi
Raph.Cum ff.de leg.1.vide Rom. conſ.508. aliàs eſt 509.
num.13.verſ.his tamen,& n.15.verſ.ſecus. Alciat. conſ.479.
num.41.Pariſ.conſ.7.num.15.lib.1.Menoch.de recup.poſſeſſ.
remed.9.num.293.Decian.d.conſ.33.num.21. lib.1. Rimin.
Iun.conſ.354. num.25.Bertaz. clauſ.18.gl.2.num.3.verſ. &
de hoc ſtatuto Surd. deciſ.30. num.35. verſic. poſtremò, ibi;
& quæ dicuntur. Cyriac. controuerſ.204.num.24.102.lib.2.
88 immò in fortiori, vbi in hæreditate non ſunt pecuniæ,
legatum pecuniarium non ſubdito factum inutile eſſe,ne
fraus fiat ſtatuto, bene monſtrauit Decian. d. conſil.33.
num.14.15.16.lib.1.Verùm in caſu noſtro ceſſat hæc diſ-
89 putatio,quia dictum ſtatutum Ferrariæ lib.2.rubr.98.verſ.
talis autem, voluit tales alienationes in forenſes factas
etiam per viam legati eſſe nullas,vt neque etiam pro æſti-
matione poſſit ius reddi, quod tollit omnem contro-
uerſiam, teſte Petro Caball.conſ.16.num.35.lib.2. Surd. d.
deciſ.30. num.5.
Stante ergo, quod hæc ſtatuta ipſo iure bona publi-
cant,vel ius ſuum proximioribus reſeruant,dicti actores
Bononienſes effecti ſunt incapaces adeò, vt etiamſi ci-
90 ues efficerentur, vel alio modo habilitarentur, aut diſ-
penſarentur, eis nihil prodeſſet, quia quando ſtatutum
bona ipſo facto publicat,ſubſequens habilitatio non iu-
uat, etiamſi millies habilitatus ſe offerret onera ſubire,
teſte Aret. in l. ſi ita quis, §. ea lege,col. pen. verſ.tertiò, de
verb.oblig.Ruin.conſ.139.num.23.verſ.ſecus,lib.6.Anchar.
Iun.d.quæſt.9.num.25.part.1.Dec.conſ.661.num.14.15.La-
derch. d. conſ.74. num.26. verſ. aut verò. Honded. conſ.5.
num.22.23.lib.1. Lud. deciſ.279. num.20.21. & maximè
quia iam cohæredibus eſt ius quæſitum, cum eis tota 91
accreuerit hæreditas, vnde poſtea nullius momenti eſt
diſpenſatio,vt poſt Barb. Plot. Alciat. inquit Carpan. ad
ſtat.Med.cap.310.num.21.part.1.Surd.conſ.487. num.28.
Ludouiſ.d.deciſ.279.num.21. in fin.
Vndecimò non obſtat,quòd vigore ſtatuti Carpi idem
ius reddendum ſit forenſibus, quod redditur noſtris in
terris eorum. Nam reſpondetur primò, quod ſi dicti fra-
tres vim faciebant in aliquo ſtatuto Bononiæ, illud de-
bebant producere, vt poſt Aſin.inquit Carpan.ad ſtatut.
Mediol.cap.22.num.131.part.1.Crauet.conſ.880. num.13. 92
Rip.in l.4.§. hoc iudicium, de damn. infect. Amat. deciſ.2.
num.32. ſicut ſi nitebantur aliqua conſuetudine Bono-
nienſi, illam debebant probare.Gratian. diſcept. for.lib.4. 93
cap.740. num.22. quod non fecerunt; verè enim ſi dicti
fratres ex hoc capite putant ſe poſſe obtinere,oportebat
probare Bononiæ tale ius reddi Carpenſibus vt valeant
eò loci ſtabilia acquirere, & in eis ſuccedere, & debeant
verificare omnes qualitates ſtatuti Carpi lib.2.rubr.23. 94
hanc rationis redditionem admittentis. Socin. conſ.274.
num.10. 11. lib.2. Dec. conſ.261. num.2. Crau. conſ.848.
num.4.Petr.Caball conſ.112.num.13.lib.2.Carpan.ad ſtat.
Med.in prælud.num.494.Riminald.Iun. conſ.452.num.17.
Gratian.diſc.for.lib.4.cap.769. num.61.
Et hoc adeò verum eſt, vt non ſufficeret dictis fratri-
bus oſtendere,quod Bononiæ Carpenſes aliquando paci-
ficè, & ſine ſtrepitu iudicij admiſſi fuerint ad poſſeſſio-
nem, vel ſucceſſionem ſtabilium, quia hoc eſt de facto
procedere, non ius reddere, & vbi non eſt controuerſia,
ibi non eſt iudicium.Crauet.conſ.819.num.17.etenim ius 95
reddere eſt, ſi Prætor aliquid ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum
decernat,ad textum l.penult.§.Prætor quoque,ff. de iuſt. & 96
iur.c.forus,§.iudex,de verb.ſign. Cagn. in rubr.ff.ſi quis ius
dicent.non obtemp. num.11. verſ. ex quo. Nam ea, quæ in
ciuitatibus grandi populo plenis ſæpe occultè fiunt ſine
ſcientia magiſtratuum, non debent trahi in exemplum,
nec pro redditione iuris deſeruire poſſunt, nec inde vllus
naſcitur legitimus vſus, & etiamſi id conſtare poſſet,
quod tamen non eſt probatum, non concludit quoad
redditionem rationis probandam,quia poteſt eſſe,vt qui
in territorio Bononienſi ſtabilia acquiſierunt, tunc ſub-
diti eſſent,vel licentiam ſuperiorum haberent. Rim.Iun.
d.conſ.363. num.326.
Accedat, quod ſi iſti fratres oſtenderent ſemel etiam
ſic Bononiæ iudicatum, non ſatis fundarent ſuam inten-
tionem, quia dum ſtatutum Carpi mandat forenſibus
idem ius reddi, quod noſtris in terris eorum redditur,
non intelligitur de iure, quod fortè pro vna vice reddi-
tum fuiſſet, ſed de eo, quod ſolitum eſt reddi,ſecundùm
gl.in d.l.penult.§.alia,in verbo,vbi ſit.ff. de iuſt.& iur. tum 97
quia verba ſtatuti pro vno actu non diſponunt,tum quia
materia eſt iterabilis. Tiraquell. in l. Boues, §. hoc ſermo- 98
ne, limit.9. num.1. 2. 3. & limit.10. num.1. 2. ff. de verb.
ſignific.& certum eſt,quod ſolitum non inducitur ex vni-
co actu, ſed tantùm ex bino, vel terno, ad textum in
l.3. & ibi gloſſ. in verb. conſuetudini, vbi Bald. numero
quinto,& Salyc.num.3.C. de Epiſc. audient. Dec. in Auth.
qui rem,num.20. C.de ſacroſanct. Eccleſ. Crauet. conſ.767.
num.6. Crott. conſil.411. numero 25. Ruin. conſil.154. nu-
mero 9. lib. tertio, Menoch. conſil.501. num.38. qui dicit
ſaltem duas requiri ſententias in contradictorio iudicio 99
obtentas, adeo vt vlteriùs neceſſe ſit oſtendere, quod
illæ ſententiæ effectum plenum eſſent ſortitæ,ad textum
in l.1. §. hac verba, & ibi DD. omnes, ff. quod quiſque
iur.quæ hic non verificantur,& in omnem euentum hæc
tolerantia ſi adeſſet, operaretur quoad ius retentionis,
non autem de nouo acquirendi. Rimin. Iun.d. conſ.363.
num.319. 320.
Sed verè hoc fundamentum veritati non innititur, ſi-
quidem

quidem Bononiæ pariter prohibetur alienatio ſtabilium
100 in non ſubditos,vt videre eſt in Statuto Bon.*lib.4.rubr.de probibit.alien.rei immob.*& *lib.7.rubr.prouiſio ſuper probibit. vend.*immò expreſsè vetatur in ſtatuto Bon. *d. lib.2. rubr. quomodo,& qualiter for.ius redd.*ne vllus Mutinenſis poſſit acquirere ſtabilia in Comitatu Bononiæ , ex quibus
101 non licet arguere,quod aliter nobis ius reddant, nec dicti fratres poſſunt euitare ſtatuti Carpi diſpoſitionem, vt ad rem dixit Bart.*in conſ.*149.incip.*Quidam de Harnia,ad fin.verſ.ſi verò in dicta terra.* Alex. *conſ.*111. *num.*16.*in fin. lib.*7. & apud nos in ſimili caſu fuit deciſum in ſtatuto Carpi *lib.3.rubr.*21.*verſic.quod vxore.*Nam ſi Mutinenſes in ſpecie,& alij generaliter ſic vetantur Bononiæ ſtabilia acquirere, non eſt veriſimile, quòd Carpenſes longè in-
102 feriores diuerſimodè tractentur,& ideò id videtur imaginem falſi habere, *l. ſi iſta quis,in fin.* ibi : *quod vtique , ff. de euict.* Alex. *conſ.*27. *in fin. lib.*2. Crauet. *conſil.* 550. *num.*11.

Duodecimò non obſtat,quod ſaltem in foro conſcientiæ rei conuenti teneantur actoribus ſuam relaxare portionem. Nam reſpondetur id à vero nimis alienum eſſe, quia forus Dei eſt idem cum foro Cæſaris,niſi expreſsè in foro Dei contrarium ſtatuatur , vel Cæſar falſa præſum-
103 ptione nitatur.Couar.*in c.cùm eſſes,num.7.de teſtam.* vide Sot.*de iuſt.& iur.lib.4. art.3.rat.4.* Sanchez *de matrimon. part.2.diſp.5.num.20.verſ.tandem :* vnde ſi dicti conuenti in foro Cæſaris iuſtam habent retentionis cauſam,idem iudicandum eſt in foro Dei , vbi non reperitur adeſſe diuerſa, vel contraria deciſio.

Verùm in terminis,quando legatarius,vel hæres eſt incapax, grauatum, vel cohæredem , vel alium legitimum ſucceſſorem non teneri ad quidquam etiam in foro con-
104 ſcientiæ tradiderunt ex mente D. Thomæ doctiſſimus Bald.*in Auth.ingreſſi,num.*48.49.*C.de ſacroſ.Eccleſ.* Ruin. *conſ.49.num.*13.*verſ.vnde,lib.*4.Natt.*conſ.*402.*num.*57.Couar.*epitom.decr.part.2.cap.*8.§.5.*num.*9.Peregr. *de iur. fiſc. lib.3. tit.19. num.*113. ad rem Lancell.Gall.*de ſtatut. verb. non poſſit,quæſt.*14.*num.*4.5.6.22.23.Ioan.Lopez. *in repet. rubr.de donat.inter vir,& vx.*§.41.*in princ.verſ.ſed aduerte:* quoties enim de rebus ſæcularibus agitur , canones ipſi
105 ſe iuri ciuili ſubiiciunt. Textus eſt *in c.cùm ad verum,diſtinct.*96.Ant.Hering.*tract.de fideiuſ.cap.7.num.*533.

Et ſanè cùm nulla obligatione naturali,vel ciuili dicti rei teneantur , non poteſt dici in conſcientia obligatos
106 eſſe,quia quos natura non obligat, neque conſcientia ligat.Bald.*in l.2.num.3.in fin.C.de vectigal. & commiſſ.* Felician.à Sol.*tract.de cenſib.lib.1.c.1.num.*13.*verſ. deinde,*ibi : *Non obligationem.* Hic enim cùm ſtatuta negent potentiam acquirendi , & reſiſtant acquiſitioni per verbum,
107 *Non poſſit,*tollunt omnem obligationem ciuilem , & naturalem : pulchrè Lancell. Gall. *d.tract. de ſtat. verb. non poſſit,in princ.num.*19.Carp.*ad ſtat.Med.cap.*305.*num.*4.5.
108 *part.*1.poteſt enim lex humana actui reſiſtere,& obligationis etiam naturalis ortum impedire : Felician. *d.tract. lib.1.cap.2.num.*52. *verſ.rurſus,in fin.* pulchrè Sanchez *de matr.part.1.lib.1.cap.7.num.*16.

Nam certum eſt,ſtante prohibitione huiuſmodi ſtatutorum, quæ diſtrictè inhibent tales alienationes , & pro lege ſeruanda ſunt tanquam ius commune in hac patria,
109 *l.omnes populi,*vbi Bart.& DD. *ff.de iuſt.& iur.* §. *ius autem,*& §.*ſed ius, Inſt.de iur. nat.* ſequitur, quod etiam in foro conſcientiæ ligent, quoniam lex humana à ſuperio-
110 re emanata, & ſuper certo fundata ,niſi diuinis ſit contraria mandatis , etiam in foro conſcientiæ obligat ad mortale : textus eſt *in c.quo iure,diſt.*8. *cap.qui reſiſtit,*11. *quæſt.*3.Abb.*in cap.1.num.*9.& ibi Felin. *num.*44. & Dec. *num.*25.*de conſtit.*Bald.*in l.quidam,§.illo,C.de neceſſ.hæred. inſt.*Alex.*conſ.*209.*num.*8.*lib.*2.Corn.*conſ.*137.*num.*4.*lib.*2. Ruin.*conſ.4.num.*11. *lib.*5. Cæpol. *de ſimulat. contr.caſ.*4. *princ.ſub num.*90.*verſic.& etiam multò,* vide Lancellot. *d. quæſt.*14. *num.*9.10.Boccac.*de cenſ.part* 2 *num.*207. Gratian.*diſcep.for.lib.4.cap.*735.*num.*6.D.Thom.1.2.*quæſt.*96. *art.*4.vbi Caiet.Sot. *de iuſt.& iur.lib.1. quæſt.6.art.4. concluſ.*1.& *lib.4.art.3 ratione prima,verſ.nos autem.* Couar.*in c.peccatum,part.2.§.8.num.6.in fin.de reg.iur. num.*6. Suarez *de legib.lib.3.cap.25.litt.C.*& *litt.D.*& *lib.3.c.26.verſic. quo verò* , latè Ant. Hering. *tract. de fideiuſ. capite* 7. *num.*529.

Nec obſtat Ang. *in l. quidam , §. illo, C. de ſeru. neceſſ. hær. inſt.* cum cæteris adductis,quia loquitur in caſu, vbi licèt lex non aſſiſtat , tamen neque reſiſtit, adeo vt non 111
impediatur ortus naturalis obligationis , & loquitur in legato facto pauperi non habenti vnde viuat , quæ ſunt aliena à caſu noſtro,vbi lex reſiſtit actui, quod efficit, vt nulla adſit conſcientiæ obligatio. Corn. *conſ.*137.*num.*7. 8.*lib.*2. nulla enim ſana,au diſcreta conſcientia dictat, vt 112
incapaci præſtetur legatum. Lancell. *d.quæſt.*14.*num.*27. *in fin.*& *num.*28. & ſi lex illi reſiſtit,hæres negando legati præſtationem excuſatur à peccato.Felician.à Sol. *tractat.de cenſ.lib.1.cap.2.num.*12. *verſ.rurſus,* adeò vt hæres ſic recuſando non poſſit dici eſſe in dubio per ea , quæ 113
tradit Nauar. *in Manual. cap.*27. *num.*284. Sanchez *de matr. part.1. lib.2. diſp.41.quæſt.1.num.9. verſ.dixi.* Iuſtæ enim legi obtemperat , quæ facta eſt ob bonum publicum,vt diuitiæ remaneant penes ſubditos,& hæc hactenus quoad conuentionem attinet.

Sin placet de reconuentione verba facere, non eſt diuerſa ratio excludendi dictos fratres Bononienſes ; nam contra eos vrgent omnia , quæ in conuentione deduximus,agitur enim de ſtabilibus ab eis detentis.Hoc ſolùm videtur ab eis nouiter poſſe allegari , eos ſcilicet nunc poſſidere,propter quod licet eis non daretur actio,tamen videtur concedenda retentio , ex textu *in l. patre furioſo,* 114
*ff.de his , qui ſunt ſui , vel alien. iur.* Peregr. *conſil.* 2. *numero* 62. *lib.*1. Secundò addere poſſunt , quod hæc bona ſtabilia habuerunt immediatè à patre , vnde verſamur in illa exceptione , quod diſpoſita contra non ſubditos non procedunt in ſucceſſionibus aſcendentium,& deſcendentium,ex ſtatuto Ferrariæ *lib.2.rubr.*98. *verſ.Exceptis.*

Pro iſtorum ſolutione pro vero ſupponendum eſt, quod hæc bona ſtabilia manarunt ab hæreditate perilluſtris D.Ioan.Ludouici Bruſati,qui in ſuo vltimo elogio hæredem vniuerſalem nominauit perilluſtrem D.Iſabellam Ciarliniam eius ſororem conſanguineam , & in eius defectum vocauit illius filios maſculos , illos grauans poſt 30. annos à die finiti vſusfructus eius vxori ad reſtituendam hæreditatem quibuſdam de Bruſatis, interim vetans quoquomodo,& via eius bona alienari, quia voluit,& mandauit dicta bona intra ſpatium dictorum 30. annorum permanere , & conſeruari inter illos de Ciarliniis,& eorum deſcendentes,& poſtea reſtitui dictis Bruſatis. Ex quibus fatendum eſt ex huiuſmodi verbis inter Ciarlinios durante termino 30.annorum reſultare verum fideicommiſſum,ſiue illud ſit cõditionale,& in caſu contrauentionis, ſiue ſimplex, & abſolutum, quod fortè verius eſt,ex traditis per DD.*in l.filiusfamil.§. Diui,ff.de le-* 115
*gat.*2. Alciat. *conſ.*102. *num.*4. *lib.*9. Curt. Iun. *conſ.*145. *num.*10.Rol *conſ.*23.*num.*22.*lib.*4.Craſſ.*de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum,quæſt.5.num.*8.Peregr.*de fideicom.art.*14.*num.*13. Intrigl.*de ſubſtit. centur.3.quæſt.*72. *num.*65. Gratian.*diſc. for.lib.4.cap.*776.*num.*14.

Stante ergo natura fideicommiſſi, quamvis iſti Bononienſes tanquam deſcendentes ab eadem D.Iſabella,ſicut & ipſi rei conuenientes , poſſint videri eſſe vocati vnà cum aliis ad tale fideicommiſſum , ex vi verborum dicti teſtamenti , tamen penitus excluſi ſunt vigore eiuſdem 116
ſtatuti Ferr.*lib.2.rubr.98.in fin.verſ.declarantes etiam :* vbi deciditur,vt in quacumque diſpoſitione vocante,ſeu admittente deſcendentes,agnatos,vel alios,per quodvis generale,ſeu collectiuum nomen,forenſes comprehenſi non intelligantur , perinde ac ſi in rerum natura non eſſent ; quo nihil clarius,vt per Rim.Iun.*d.conſ.*457.*n.*67.83.vbi autem verba ſtatuti ſunt aperta,nihil vlterius eſt quærendum,



*l.ancillæ,C.de furt* Rol.*conſ.*72.*num.*6.7.*lib.*3.Cephal. *conſil.*138.*num.*20.Chartar.*deciſ.*13.*num.*4.

Si igitur dicti fratres non ſunt comprehenſi in dicto fideicommiſſo , ſequitur , quod dicta bona ſpectent ad Reconuenientes vti vocatos , ſiue per ius accreſcendi, ſiue non deſcreſcendi, *d. l. vnic.* §. *in primo,* & §. *his itaque, verſ. in his ,* vbi DD. *de caduc. toll.* DD. *in l. re coniuncti , de leg.*3. quo ſtante dicti fratres non habent ius retinendi,quia fideicommiſſarius vocatus poteſt ſine vllo obſtaculo auocare bona fideicommiſſo ſubiecta à quocumque detentore , quia habet rei vindicationem : ſic
117 textus *in l. fin. in fin.* vbi Bart. Iaſ. & DD. *C. communia de legat.* Crauet. *conſ.*19. *num.* 12. de communi Socin. Iun. *conſ.*129.*num.*16.*lib.*1.Cephal.*conſ.*624.*num.*11. Laderch. *conſ.*138. *num.*3.

Secundò reſpondetur non obſtare , quod dicta bona immediatè habuerint à patre vigore dicti ſtatuti *in verſ. Exceptis* ; quia illa ſtatuti particula eis fortè prodeſſet , ſi orti fuiſſent ex patre ciue , & habitante , ac onera ſuſtinente , alioquin non iuuat patrem habuiſſe originarium : ſic Laderch. *d. conſ.*74. *num.*28. *verſ.ſecundò animaduertendum.*

Tertiò reſpondetur verum non eſſe , quod habuerint dicta bona à patre , vel ei ſucceſſerint quòad illa ſtante prædicto fideicommiſſo, quia in fideicommiſſis non ſucceditur grauato, & vltimo morienti, ſed primo fideicom-
118 mittenti,adeo vt ſuccedentes ab eo capere dicantur, non à grauato : ita per textum *in l.vnum ex familia,§.ſi de falcidia,*& §.*ſed ſi duos,* vbi gl. *in verb. hæreditario, de leg.*2. *l. ſi hæres,de act.empt.*pulchrè Caſtr.*conſ.*341.*num.2.verſic. item probatur , lib.*1. Socin. *conſ.*114. *num.*3. *lib.*3. Crauet. *conſ.* 144. *num.*1. 2. & *conſ.* 537. *num.* 14. Cephal. *conſil.*245. *num.*53.54. 55. Menoch. *conſ.*124. *num.*22. & *conſ.*357. *num.*5. & *conſ.*358. *num.*25. 31. 32. 33. vbi reſoluit omnia. Gratian.*diſcept.for.lib.4.cap.*661.*num.*2.17. Si ergo in his bonis ſucceditur dicto Bruſato tranſverſali , non facit ad rombum illud ſtatutum de aſcendentium , vel deſcendentium ſucceſſione. Ex quibus mihi videtur poſſe concludi, dictos fratres eſſe penitus incapaces bonorum vtriuſque generis , adeo vt neque agendi in conuentione, neque retinendi in reconuentione ius habeant. Verùm interuentu communium amicorum res fuit ſopita accordio , & actores ad hoc reducti fuere potiùs gratiâ conſeruandi amicitiam , & parentelam , quàm timore aliquo iurium , ſiquidem pro eis ſtabant infra ſcripti DD.omnia ſupradicta comprobantes. Et ita.

Ioan. Baptista Ciarlinivs, *I.C.*

Quod ſupra concluſum per ill. & adm. R. Doctorem Ciarlinium eſt, iuris eſſe arbitror.

Bartholomævs Grilinzonvs *I.V.D. Carpenſis.*

Vidi doctiſſimas allegationes iuris perilluſtris & M. R. D. Ioan. Baptiſtæ Ciarlinij , & quia iudicio meo ſunt conſonæ iuſtitiæ, & legibus, requiſitus ſubſcribere ſubſcribo.

Antonivs Ferrarivs *I.V.D. Carpenſis.*

Sæpe ſæpius exquiſitè examinatis iuribus , auctoritatibus , & rationibus in antè acta allegatione per admodum Illuſtr.& Excellent. Ciarlinium adductis,omnes,& ſingulas eius concluſiones adeo reperi iuri conformes, & optimè roboratas, & prudenti calamo exaratas, vt requiſitus de ſola ſubſcriptione libentiſſimè eidem Excellentiſſ. Conſultori ſatisfaciendo me ſubſcripſi, & omnia in eadem allegatione comprehenſa,quia ſunt vera, & irrefragabilia,approbo,& confirmo. In quorum fidem,&c.

Antonivs Rebechvs *I. C. Carpenſis.*

Perilluſtris,& clariſſimus D. Conſulens ita diligenter, & eruditè, iuridicéque conſuluit, vt ego nihil adiiciendum putauerim,cùm plenitudo adiectionem non recipiat, pleniſſimeque ab eodem allegatum fuerit,ita vt iuxta illius vota iudicari debere cenſeam.Quare,&c.

Lvdovicvs Zvccolvs *V.I.D.Carpenſis.*

Legi , ac perlegi optimum reſponſum admodum Reuerendi & Excellentiſſimi Domini mei , quod in omni parte adeo fulcitum rationibus , auctoritatibus , ac legibus inueni , vt eius concluſiones vti amicas iuri diuino , ac humano vnà cum cæteris DD. meis libenti animo amplexus fuerim.In quorum fidem,&c.

Marcvs Lisinardivs *I.V.D.*

Doctiſſimè ſcripta à Perill. atque Excellentiſſimo Domino meo legi,atque diligenter perlegi, eaque tantis exornata legum floribus , tantorumque Patrum firmata auctoritatibus inueni , vt de ſubſcriptione requiſitus libentiſſimè ſubſcripſerim.

Franciscvs Coradvs *I.V.D.*

Viſis,ſtudioſeque conſideratis doctiſſimis iuris allegationibus Perilluſtris,& maximè Reuerendi D.Conſultoris Ciarlinij requiſitus de ſola ſubſcriptione non potui, quin ei æquo,gratoque animo morem geram,me eis ſubſcribendo. Et ita, &c.

Stephanvs Pvzzvolivs *V.I.D. Carpenſis.*

## CAPVT XXXVIII.

### Epitome.

Arctatus quando aliquis poſſit dici ad aliquem Ordinem ſuſcipiendum,& an obligatus ad celebrandum per ſe,vel per alium,dicatur habere beneficium ſacerdotale.

### Svmmarivm.

1 *Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non habent ordinem ſacrum annexum vigore Concilij Tridentini.*
2 *In alternatiuis electio eſt debitoris.*
3 *Gratia ſubreptitia nihil valet.*
4 *Narratiua facit Pontificem procliuiorem ad faciendam gratiam.*
5 *Subreptitia gratia non habetur in conſideratione.*
6 *Gratia iuſtificata debet executioni demandari.*
7 *Beneficium poteſt fieri ſacerdotale fundatione,ſtatuto,conſuetudine.*
8 *Canonicatus omnes eſſe ſacerdotales laudabile eſt.*
9 *Canonicatus eſt ſacerdotalis , ſi habet onus celebrandi.*
10 *Canonici Cathedralium debent habere aliquem ordinem ſacrum annexum.*
11 *Beneficium actu ſacerdotale eſt,quando tempore præſentationis requiritur qualitas ſacerdotij.*
12 *Beneficium habitu ſacerdotale ſolùm requirit aptitudinem ad ſacerdotium.*
13 *Canonici tenentur ad reſidentiam.*
14 *Canonicos oportere habere aliquem ſacrum ordinem annexum non eſt verum in collegiatis.*
15 *Capellania non eſt ſacerdotalis , licet habeat annexum onus Miſſarum.*
16 *Miſſarum oneri rectè per alium ſatisfieri poteſt.*
17 *Canonicus non poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*
18 *Beneficiatus cum reſidentia tenetur ad ſeruitium perſonale.*
19 *Collegiatæ Canonici tenentur ad reſidentiam.*
20 *Canonici ſub mortali tenentur canere.*
21 *Canonicatus Collegiatæ Carpi ſunt ſacerdotales.*
22 *Debitum eſt,ad quod quis poteſt cogi.*
23 *Spontaneum non eſt,ad quod quis poteſt cogi.*
24 *Verbum,*Ex debito,*neceſſitatem importat.*
25 *Verbum,* teneatur,*præceptum importat.*
26 *Suum dicitur,quod proprium eſt.*
27 *Canonici an poſſint cantare ſuas Miſſas per alium.*

28 Cano

28 *Canonicus obligatus celebrare per ſe,vel per alium,intelligitur per alium poſſe,iuſto ſtante impedimento.*

29 *Canonici tenentur perſonaliter obire ſua munia.*

30 *Conſuetudo non valet,vt Canonici ſeruiant per alium.*

31 *Curatum beneficium eſt ſacerdotale.*

32 *Curatus poteſt celebrare per alium.*

33 *Actus tribuitur mandanti,non exequenti.*

34 *Miſſam obligatus dicere per ſe,vel per alium fortiùs obligatur,quàm qui per ſe tenetur celebrare.*

35 *Obligatus per ſe celebrare, ſi impediatur, non tenetur per alium ſupplere.*

36 *Canonicus poteſt abeſſe ſtudiorum causâ.*

37 *Statutum vnum ab altero interpretatur.*

38 *Facultatiuus actus non inducit obligationem.*

39 *Sacerdotales dignitates conferuntur tantùm habilibus ad ſacerdotium.*

40 *Romæ, quod factum ſit, non debet inſpici, ſed quid fieri debuit.*

41 *Concilium non receptum non obligat.*

42 *Epiſcopus poteſt diſpenſare contra eius ſtatutum.*

43 *Ordinarius poteſt derogare eius ſtatuto etiam iurato.*

44 *Epiſcopus non ligatur ſuo ſtatuto.*

45 *Epiſcopus ludens cum ſubdito videtur eum diſpenſare à pœna ludi.*

46 *Epiſcopus admittens præſentationem videtur diſpenſare cum præſentato.*

47 *Capitulum poteſt diſpenſare,& tollere ſtatutum eius.*

48 *Capituli factum valet contra ſtatutum iuramenti.*

49 *Capitulum non poteſt ſtatuere in præiudicium patroni.*

50 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare pro vna vice ad fauorem non habentis qualitates in fundatione requiſitas.*

51 *Beneficiali in materia attenditur quaſi poſſeſſio.*

52 *Arctati non dicuntur,qui non habent legitimam ætatem.*

53 *Arctatus quis dicatur.*

54 *Arctati non recipiendo ordines,nullas pœnas incurrunt niſi moniti.*

55 *Arctatio quando incipiat ligare.*

56 *Arctatus dicitur, qui non habet ordines ſuo beneficio annexos.*

57 *Gratiæ nemini præiudiciales latè interpretantur.*

58 *Gratia non vitiatur, ſi impetrans dignitatem dicat eſſe officium.*

59 *Interpretatio,qua ſuſtinetur actus, præualet.*

60 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ordinato extra tempora.*

Ne ſcribam vanum,duc pia Virgo manum.

NOuellus quidam Canonicus Eccleſiæ inſignis Collegiatæ Carpi, nullius Diœceſis, prima tantùm inſignitus tonſura poſt adeptam pacificè ſui Canonicatus poſſeſſionem obtinuit à Sanctiſſimo Papa Gregorio X V. gratioſam diſpenſationem, vt extra tempora poſſet ad minores ordines, & ſubinde tribus feſtis diebus ſequentibus vſque ad Sacerdotium promoueri, narrando Pontifici eius præbendam, & Canonicatum eſſe ſacerdotales, & ipſum eſſe arctatum, vt præſcripta à Concilio Tridentino tempora minimè expectare poſſit.

Vt autem plenam haberet huiuſmodi gratiæ executionem, ab Ordinario Carpi obtinuit litteras commendatitias, & ab Epiſcopo Mutinæ dimiſſorias, & cæteris legitimè ſeruatis ſe contulit Bononiam, vbi à Suffraganeo fuit promotus ad omnes, etiam Presbyteratus Ordines.

Sed antequam dictus Canonicus domum reuerſus Miſſam celebrauerit, & ad exercitium Ordinum deuenerit fuit propoſitum dubium, an ritè fuerit ordinatus, eo quòd narrauerit Pontifici, ſe eſſe arctatum, & eius Canonicatum eſſe ſacerdotalem. Et ſanè primo aſpectu videbatur falſam eſſe dictam narratiuam, quia non apparet in fundatione Collegiatæ, onus ſacerdotij fuiſſe annexum iſtis Canonicatibus.

Neque dicto Canonico videbatur opitulari Conci-
lium Tridentinum *ſeſſ.24. cap.12. de reform.* vbi diſponi-
tur,vt Canonicatibus certus ordo ſacer annectatur,quia 1
illud decretum loquitur, & procedit in Eccleſiis Cathe-
dralibus,ideò non habet locum in Collegiatis, vt inquit
latè Nicol. Garz. *tract.de benef.part.7.cap.4.num.*36.37.
38 39. Zerol. *in prax. Epiſc. part.1. verſ. beneficia*, §. 5.
*pag.*46. Ioan. Sotteal. *ad dictum Conc. d. cap.*13.*in verbo,*
*Neminem etiam.*

Minùs videbatur dicto Canonico ſuffragari ſtatutum
dictæ Eccleſiæ, quia non obligat præciſè ad celebran-
dum, ſed alternatiuè ad dicendum Miſſam, vel dicere fa-
ciendum,& propterea eius eſt electio,*c.in alternatiuis, de* 2
*reg.iur. in* 6. Cui conformis eſt vſus,quoniam videmus,
quod ſæpè adoleſcentes quatuordecim annorum ad hu-
iuſmodi Canonicatus præſentantur, & inſtituuntur, per
quod declaratur non eſſe ſacerdotales, quia ſi tales
eſſent, oporteret illos eſſe in ætate ad Sacerdotium ha-
bili.

Vnde concluſio videbatur eſſe patens,vt ſcilicet huiuſ-
modi diſpenſatio eſſet ſubreptitia, & tanquam fundata
ſuper falſa cauſa nihil valeret,vt per Felin.*in cap.ad aures* 3
*num.9.de reſcript.*Oldr.*conſ.*162.Seraph.*deciſ.*1310.*num.*1.
ex hac enim narratiua Pontifex videtur inductus,& pro-
cliuior factus ad gratiam concedendam. Seraphin. *deciſ.* 4
870.*num.*1.4 & ſic illa gratiam tanquam ſubreptitia 5
non eſt habenda in conſideratione,vt per Farin.*deciſ.*545.
*num.4. in nouiſſimis.*

Nihilominus cùm ipſe eſſem tunc temporis illius Ca-
nonici amicus, & concanonicus,de mea ſententia requi- 6
ſitus verius eſſe putaui nihil falſi fuiſſe ab eo narratum
Pontifici,& gratiam vti iuſtificatam eſſe executioni man-
dandam,vt inquit Farinac. *deciſ.617.in princ.cent.*5.Coc-
cin. *deciſ.*373. *num.*2. Vt autem id faciliùs demonſtrem,
inde exordium faciam, quia certum eſt Canonicatus, &
alia beneficia poſſe fieri ſacerdotalia non ſolùm à primæ-
ua eorum inſtitutione, vel priuilegio, ſed etiam poſtea
ex aliquo ſtatuto vel conſuetudine, vt omnes pro indu- 7
bitato ſupponunt,vt per gl. *in cap. ſi eo tempore, in verbo,*
*ætatem,ad fin.de reſcript.in* 6.gl.*in Clement.vt hi,verbo, an-*
*nexi, de ætat. & qualit.* Abb. *in c.cum in cunctis*,§. *inferio-*
*ra,num.*10. *verſ. exemplum,*& *num.*11. *verſ. facit illud, de*
*elect,*pulchrè Roch.de Curt. *tract.de iurepatr.verb. Hono-*
*rificum,num.*21.*verſ.poſtea.* Cæſ.Lambert. *eod. tract.lib.*2.
*part.1.quæſt.7.princ. art.*27. *num.*7. & 8. & *art.*29.*num.*3.
Rol.*conſ.47.num.59.lib.*1.Leſſius *de iuſt & iur.lib.2. c.*34.
*dubit.19.num.106.verſ.his adde,*Garz.*de benef part.7. c.*1.
*num.40.verſ.& alia,* & *num.*44.58. adeò vt laudabilis di-
catur illa conſuetudo, vt omnes Canonicatus ſint ſacer- 8
dotales,& ſeruanda eſt,ex Concilio Tridentino *ſeſſ.24.d.*
*cap.12.verſic.vbi verò conſuetudo,de reform.*

Vnde animaduertendum eſt, quòd Canonicatus dici-
tur ſacerdotalis, etiamſi expreſsè non dicatur oportere
eſſe,vel fieri Sacerdotem, dummodo habeat onus Miſſa-
rum ſeu celebrandi certis diebus, vt per textum bene in- 9
tellectum, & ponderatum *in c. ſignificatum, de præbend.*
tradiderunt Dominicus *in dict. cap.ſi eo tempore,in fin. co-*
*lum.3. de reſcript. in* 6. & *in Clem.fin.* vbi Card. *quæſt.*3.
*col. quarta, de ætat. & qual.* pulchrè Lambert.*de iurepatr.*
*lib.2 part.1.quæſt.7.princ.art.27.num.9.verſ.hoc ſic,*& *verſ.*
*cùm ergo ille,*& *art.28.num.3.verſ.tu ad iſta.* Ioan. Gattic.
*conſil.1.num.*11.& *conſil.2.num.*15.Garz.*dict. tract.part.*7.
*cap.1.num.*79. 80. vbi inquit tale beneficium eſſe ha-
bitum ſacerdotale, & ſic tenuiſſe Rotam *in vna Ro-*
*man. Capellan.* 19. *Mart.* & 14. *Nouembr.* 1586. *coram*
*Pamphilio.* Et in hoc in materia Canonicatus optimè
probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.22.cap.*4.ibi videli-
cet,vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant; 10
nam ex tali onere vult Concilium illos Canonicatus eſſe
vel Sacerdotales,aut Diaconales, vel Subdiaconales: er-
go ab onere impoſito dignoſcitur, an Canonicatus ſit
ſacerdotalis.





Et quamvis nonnulli etiam requirant ad beneficium
ſacerdotale, vt beneficiatus ſit ſacerdos actu, tamen id
non paſſim procedit, niſi quando tempore electionis,ſeu
11 præſentationis requiritur talis qualitas, vt penes Prax.
Archiep. Neap. *cap.*24. *num.*10. Seraph. *deciſ.*871.*n.*1.7.
eo quod verba fundationis requirentis Sacerdotium
reſpiciebant tempus præſentationis, non proſecutionis.
Gratian. *diſc. for. cap.*133. *num.6.lib.*1. quod alienum eſt
12 à caſu noſtro,vt infra patebit, vnde ſufficit ſola aptitudo
ad ſacerdotium. Ioan. Gattic. *d. loco*, Zerol. *in prax. ſu-*
*per verb. iuſpatronatus*, §. 8. *dub.*15. Pariſ. *de reſig. benef.*
*lib.*4. *q.*9. *n.*34. Garz. *d. tract. part.7. c.1.n.*41.78.79.80.
Gratian. *d. c.*133.*n.*7.

Et hoc maximè procedit in Canonicis, vt ex onere
Miſſarum cenſeatur Canonicatus ſacerdotalis, quia ipſi
13 tenentur ad reſidentiam, & ab eis perſonale ſeruitium
requiritur. Ita Leſſius *tract. de iuſt. & iur.lib.2.dubit.*19.
*num.*105. *verſ. tertiò,* latè Garz. *d. tract. p.3.c.2. n.* 494.
*cum multis ſeqq.* & *part.7. c.1.n.*89. *in fin.*

Et id ſanè videtur carere difficultate in caſu noſtro,
quoniam licèt diſpoſitio Concilij Trid. *d.ſeſſ.* 24.*cap.*12.
vt Canonicatus alij ſint ſacerdotales, alij Diaconales,alij
Subdiaconales, procedat in Cathedralibus tantùm, ta-
14 men procedit etiam in hac Collegiata, quia illud decre-
tum Concilij fuit expreſsè acceptatum à Capitulo, &
Clero Carpenſi in Synodo habita ab Ordinario Carpi de
anno 1571. vt in dicta ſynodo, *tit. de Dignitatibus, &*
*Canonicis*, vbi iubetur, quod tale decretum executioni
mandetur, quòd poſtea factum videtur, dum in ſtatuto
ſanxerunt Miſſas per Canonicos eſſe celebrandas, &
cùm tale onus iniunxerit omnibus dignitatibus, & Ca-
nonicatibus,præſumendum eſt voluiſſe omnes eſſe ſacer-
dotales,iuxta laudabilem conſuetudinem.

Hinc alienum à caſu noſtro eſſe apparet, quod ſcri-
ptum eſt de ſimplici Capellania, vt non dicatur ſacerdo-
talis, etiamſi ei ſit annexum onus celebrandi Miſſas,
quia hoc verum eſt; ſed ratio eſt, quia ſic beneficiatus
15 non tenetur reſidere, vt habetur apud dictum Garz. *de*
*benef. part* 7. *cap.1. num.*85.86.87.88. Gratian. *d. c.*133.
*num.*10. & pulchrè Paul. Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 2.
*cap.3.num.32. verſ. alterius tamen,* & *num.*33. Ioan. Sot-
teal. *ad Conc. Trid. d. cap.* 12. qui omnes tam Rotæ,
quàm S. C. deciſiones referunt, quibus oſtenditur pro-
pter huiuſmodi onus beneficium non dici ſacerdotale,
quod verum eſt; nec mirum, quia Capellania eſt bene-
ficium ſimplex,non requirens reſidentiam, propter quod
16 beneficiatus non poteſt cogi ad celebrandum per ſe,quia
oneri Miſſarum in huiuſmodi beneficiis licet per alium
ſatisfacere. Garz. *d. tract. in d. cap.1. num.*86.87. Gonz.
*ad reg. Canc. reg.* 8. *gl.* 5. *num.* 84. Ioan. Sotteal. *ad d.*
*cap.* 12. *ad fin.* Piaſec. *d. cap.3. num.* 32. 33. Gratian. *d.*
*cap.*133. *num.*12. & *cap.* 800. *num.* 4. pulchrè Barboſ.
*de off. Epiſc. part.2. alleg.* 24. *num.43. verſ. ſed verior*, &
*num.*44.

Nos enim non verſamur in ſimplici Capellania, ſed
in canonicatu, qui licet poſſit dici beneficium ſimplex,
habet tamen onus reſidentiæ, & cùm eius redditus con-
ſiſtant in diſtributionibus quotidianis,non licet deſerui-
17 re per ſubſtitutum. Gratian. *d. cap.*133. *num.*13. Barboſ.
*d. alleg.24.num.44.verſic. limitat etiam.* Et quamvis ante
Concilium Trid. ſolerent Canonici deſeruire per ſubſti-
tutum, ſeu Vicarium, tamen huiuſmodi conſuetudines à
Concilio ſunt reuocatæ: ſic Azor. *inſt. mor. part.2.lib.*3.
*c.6.q.4.* & *lib.7.c.4.q.*4.

Vbi igitur verſamur in beneficio ex inſtitutione, vel
ſtatuto,aut alia ratione reſidentiam requirente,aut Cho-
ri aſſiſtentiam, tunc cenſetur iniunctum ſeruitium per-
ſonale non ſolùm chori, ſed etiam Miſſarum, adeò vt
18 beneficium poſſit dici ſacerdotale, vt poſt Perez de Lara
*lib.2. cap.7. num.*6. inquit Garz. *d. tract. part.* 7. *cap.* 1.
*num.*86. *verſ. hoc tamen*, & *num.*70. *verſ. placet*, & *n.*98.
*verſic. aut quod reſideat,* & *verſic. tunc procederet.* Gratian.

*d. cap.*133. *num.*13.14. Barboſ. *d. alleg.*24. *num.* 44. *verſ.*
*limitat etiam.* Et ideò debent conſiderari rationes, & de-
ciſiones in contrarium adductæ ad probandum ex onere
Miſſarum non dici beneficium ſacerdotale, quia proce-
dunt in illis beneficiis, in quibus reſidentia non eſt ne-
ceſſaria, & aliud innuunt quando beneficiatus habet reſi-
dendi præceptum.

Et propterea nos verſamur extra huiuſmodi dubitatio-
nem, quia Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ ſaltem cau-
ſatiuè requirunt perſonalem reſidentiam, ex Concilio
Trid. *ſeſſ.24. cap.12. verſ. præterea, de reform.* Alfonſ. 19
Hoied. *de incompatib. benef. part.1. cap.17. n.*3. Gratian.
*d. cap.*133. *num.*28. Azor. *inſt. mor. part.2. lib.3. cap.* 11.
*quæſt.*22. & *lib.7.c.4.quæſt.1. ad fin.* Rot. *diuerſ. dec.*659.
*num.1. in fin. p.*4. Seraph. *deciſ.1256.n.*2. Ex quibus ma-
nifeſtè conſtat ea, quæ traduntur in hoc propoſito de
beneficio ſimplici reſidentiam non requirente, non pro-
cedere in Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ, cuius
Canonici non ſolùm intereſſe, ſed etiam in choro canere
ſub mortali tenentur, ſi diſtributiones velint lucrari, vt
bene probat Nicol. Garz. *de benef.p.3.c.2.n.*513. vbi mul- 20
tos allegat, & propterea Cappellania, & Canonicatus
non dicuntur beneficia incompatibilia. Farin. *deciſ.* 119.
*num.8.cent.*1.

His ſic firmatis licèt inferre Canonicatus Eccleſiarum
Carpi eſſe ſacerdotales, licèt enim id non colligatur à
primæua eorum inſtitutione, tamen vigore ſtatuti, quod 21
cenſetur Apoſtolica auctoritate firmatum, vt ex Bullis
Iul. I I. & Leon. X. Pontificum deprehenditur, omnes
Canonici, & Dignitates videntur habere annexum onus
ſacerdotij. Nam in dicto ſtatuto *cap.* 5. habentur hæc
verba: *Ordiniamo, & ſtatuiamo, ch'ogni Dignità, Cano-*
*nico, è Manſionario ſia tenuto dire, ò far dire le ſue Meſſe*
*i giorni feſtiui, & coſi ogni Capellano con dotto dal Reue-*
*rendo Capitolo, & gli altri giorni ſi dicano hebdomada-*
*riamente, & il Sacriſtano ne tenghi buona cura, facendo ce-*
*lebrare tutte quelle Meſſe, che non foſſero celebrate dalli*
*obligati à ſpeſe loro, di che ſia tenuto rendere conto ogni*
*Meſe à Monſignor noſtro, acciò veda, ſe la Chieſa è ſtata*
*ſeruita debitamente di Meſſe.* Ex quibus, & aliis, quæ
ſequuntur, apertè probatur Canonicum teneri celebrare
ſuis debitis horis, & temporibus iuxta præſcriptum
ordinem à Sachriſta: & cùm in ſynodo fuerit accepta-
ta diſpoſitio dicti Concilij Trid. vt viſum eſt, tale onus
videtur appoſitum ad faciendum Canonicatus ſacerdo-
tales.

Vt autem id euidentiùs pateat, attendantur in primis
verba rubricæ dicti ſtatuti, quæ inſcribitur: *De Miſſis*
*dicendis ex debito Eccleſiæ*; ſuper quibus conſidero, ſi 22
debitum eſt, ſequi, vt Canonicus etiam inuitus poſſit
ad huiuſmodi onus cogi, *l.debitor intelligitur,* vbi Alciat.
*de verb. ſign.* Lud. Sacc. *conſ.* 234. *num.* 34. *lib.* 2. quia
ſpontaneum non eſt, ad quod quis cogi poteſt. Pariſ.
*conſ.6. num.5. lib.4.* Bertaz *in rep. l. ſi quis maior. n.*305. 23
*C. de tranſact.* Gratian. *diſc. for. cap.*544. *num.*14. *lib.*3.&
ſanè verbum, *ex debito,* præceptum, & neceſſitatem im- 24
portat, *cap. oblatæ*, §. *licèt igitur*, *in fin.* & §. *ſuperior,*
*de appellat. cap. vt famæ*, §. *reſpondemus*, *de ſent. excom-*
*municat. Clem.2.* §. *hoc igitur, in fin.* vbi gl. *in verbo, De-*
*beant, de ſtat. monach.* Ruin. *conſ.110. n.18. lib.2.* Ceph.
*conſ.509.n.*14.

Accedat quòd in dicto dicitur, *ſia tenuto*; quod ver-
bum arctat, & præcipit. Clem. *exiuit de paradiſo, verſ.*
*item ordo, de verb. ſign.* Pariſ. *conſ.* 19. *numer.* 132. 25
*lib.* 2. & id confirmatur ex alio dicti ſtatuti verbo,
*le ſue Meſſe*, ex quo comprehendimus hoc munus
ſpectare ad Canonicum ratione Dignitatis, quia ſuum 26
dicitur, quòd proprium eſt, *Clem.* 1. *de for. compet.*
*cap. auctoritate*, vbi gl. *de priuileg. in* 6. §. *cum in ſuo,*
*Inſt. de rerum diuiſ.* ſuum enim dicitur, quod ad ipſum
pertinet, *l. is qui, ff. de manumiſſ.* & hoc etiam magis de-
clarat illud verbum, *dalli obligati*, quia ſi canonicus eſt

obligatus : ergo non poteſt ſe exceptione defendere , *l.*
*vel obligatus*, §. *obligatum* , *ff. de liber. cauſ.*

Addi poteſt alia diſpoſitio Statuti dictæ Eccleſiæ, *c.*4.
vbi cauetur , vt feſtis diebus ſolemnibus Miſſæ maiores
cantentur à ſolis Dignitatibus , non ſolemnibus verò à
ſolis Canonicis. In quo munere poſſet dici eos debere
perſonaliter deſeruire , ſi velint diſtributiones lucrari,
non attento quocumque vſu contrario, vt fuit deciſum
27 à S.C.pluries,teſte Garz. *d.tract.de benef.part.*3.*c.*2.*n.*495.
496.*& ſeqq.* Verumtamen in hoc ſtante vſu immemora-
bili , vt quis deſeruiat in Miſſis cantandis per alium ſui
ſimilem , puto probabile eſſe , vt Canonicus per ſe non
teneatur celebrare, ſed poſſit per ſubſtitutum ſatisfacere,
per ea , quæ latè tradit Gratian. *diſc. for. c.*800. *n.*1.2.3.
4.5.6.7.12.13.*lib.*4.iuncta aliqua iuſta cauſa impedimenti
vel abſentiæ, per ea, quæ inferiùs dicam.

Vna reſtat difficultas,quia videtur ex dicto Statuto,*c.*5.
Canonicum non arctari abſolutè ad celebrandum , ſed
electiuè , quia dicit, *ſia tenuto dire , ò far dire* ; qui ſermo
dicitur alternatiuus , & præſtat debitori electionem, *cap.*
*in alternatiuis* , vbi gl. & Dyn. *de reg. iur. in* 6. & ideò
ſi poteſt Canonicus per alium huic oneri ſatisfacere, vi-
detur quòd dici non poſſit Canonicatum eſſe ſacerdota-
lem, ex traditis per Garz. *de benef.part.*7.*c.*1.*n.*76.87.88.
& *n.*94.95.96.*& ſeqq.* Piaſec. *d.c.*3.*n.*32.33.

Verùm iſte ſcrupulus, qui multos augit , iam ſublatus
eſt ſtante onere reſidentiæ, & ſolùm poteſt admitti ad fi-
nem, ne Canonicatus iudicetur ſacerdotalis actu,ſed tan-
tum habitu, per ea , quæ dixit Gratian. *d.cap.*800.*n.*11.
*verſ. quæ ſunt* , *lib.*4. & radices huius difficultatis facilè
tolluntur ſi conſideremus attentiùs verba dicti ſtatuti al-
ternatiuè loquentis, non enim præſtat liberam Canonico
electionem , vt fieri ſolet , ſed debet intelligi analogicè,
vt ita demùm Canonicus poſſit per alium ſatisfacere
oneri Miſſarum, ſiue ſolemnium, ſiue non ſolemnium, ſi
iuſto aliquo impedimento fuerit detentus, velut infirmi-
28 tatis , vel abſentiæ, nec ipſe valeat phyſicè per ſe adim-
plere ; ſic enim iuſtum eſt, vt per ſubſtitutum ſeruiat, &
ſic verba ſtatuti debent intelligi , vt per ſe celebret , ſi
poteſt , ſin impeditus ſit , per alium ſatisfaciat : ſic in
terminis declarat Barbat. *conſ.*33. *num.*8. *verſ. quia ad hoc*
*reſpondeo, lib.*2. Cæſ. Lambert. *de iurepatr. lib.*2.*p.*1.*q.*7.
*princ. art.*28. *n.*2.3.4. & *art.*30. *num.*25. §. *ſi igitur con-*
*cluſio* , *verſ. amplia ſecundò in tantum.* Ioan. Gattic.*conſ.*1.
*num.*11.*verſ. & prædicta.* Garz. *d.tract. part.*3.*c.*2.*n.*496.
498.504. Azor.*inſt.mor.part.*1.*c.*10.*n.*24.*q.*7.*verſic.quando*
*verò talis.*

Alioquin ſi hoc ſtatutum ſimpliciter velimus intelli-
gere , vt pro ſuo arbitrio Canonicus etiam præſens poſſit
Miſſas per alium dicere, præcipuè Maiores, ſeu Canoni-
cales , incideremus in abſurdum , quia dictum ſtatutum
29 videretur inualidum,eo quòd Canonici,etiam Collegiatæ
Eccleſiæ teneantur per ſe , non per ſubſtitutum diuina
obire munia , vt poſt Concilium Trid. *d. ſeſſ.*24. *cap.*12.
*verſ.omnes verò*, inquit Farin.*deciſ.*659.*n.*3.*cent.*5.Seraph.
*deciſ.*1256. *n.*4. vide Garz. *d. tract.p.*3.*c.*2.*num.*495.496.
Zerol. *in prax. p.*1. *verb. Canonicus* , §. 5. Ioan. Sotteal.
*ad Conc. Trid.d.cap* 12.*in fin.in verbo, Omnes verò diuina*,
qui volunt non poſſe canonicum Miſſam maiorem per
alium Canonicum dicere , niſi fuerit legitimè impeditus,
vel abſens.

Et ſi aliter permitteret conſuetudo etiam immemora-
bilis , non eſſet habenda eius ratio , quia abuſus po-
tiùs dicendus eſt , vt ſæpe reſpondit S.C. Cardina-
30 lium Concilij Trid. Interpretum , teſte Zerol. *d. verb.*
*Canonicus* , § 5. Garz. *d. tract. part.*3.*cap.* 2. *num.* 498.
& *num.*503. Ioan. Sotteal. *d. loco* , Seraph. *deciſ.* 1256.
*num.* 4. Rot. *diuerſ. deciſ.* 659. *num.*3. *part.* 3. Farin. *d.*
*deciſ.* 659. *num.* 3. *cent.* 5. qui tollunt omnem maculam,
& conuincunt in iiſdem terminis intelligendum eſſe
Gratian. *d. cap.*800. *numer.*2.3. *& ſeqq. lib.*4. vt eius ra-
tiones procedant dato impedimento , alioquin & ſtatu-
tum , & conſuetudo eſſent inualida ſecundùm prædicta,
& hæc interpretatio magis ſequenda eſt , cùm tendat ad
augumentum cultus diuini , pro quo magis expedit
vnumquemque deſeruire per ſe ipſum , non per alium.
Seraph. *deciſ* 1385.*n.*5. & maximè poſt Concilium Trid.
per ea, quæ diximus.

Deinde pro vero intellectu dicti ſtatuti , dato etiam,
quòd liceret Canonico per alium celebrare vigore dicti
ſtatuti, tamen hoc non facit ceſſare , quin Canonicatus
ſit ſacerdotalis , quod exinde conuincitur , quia etiam
Curatus , quem annexum habere ſacerdotij ordinem ne-
mo ambigit , Abb. *in cap. cum in cunctis* , §. *inferiora* , 31
*num.* 10. *verſ. nam iſtis* , *de elect.* Leſſius *de iuſt. &*
*iur.lib.*2.*cap.*34. *dub.* 19. *n.*206. *verſic. his adde*, ibi *: pri-*
*mò quia* ; tamen per ſe, & per alterum munus celebrandi 32
adimplere poteſt , vt inquit Azor. *inſt. mor. part.*1.*lib.*10.
*cap.* 24. *quæſt.* 2. *in princ.* ibi: *per ſe , vel per alterum*,
dummodo id paſſim non faciat , & ad longum tempus.
Poſſeuin. *de off. curat. cap.* 2. *num.* 5. & tamen exinde
non poteſt dici beneficium curatum non eſſe ſacerdota-
le , quia id patens eſt , ſed non debemus mirari , vt
etiam prouiſus de beneficio ſacerdotali poſſit per
alium celebrare , quia dum per alium facit , per ſe
ipſum facere videtur ; actus enim non exequenti , ſed
mandanti attribuendus eſt , *l. item eorum* , §. *ſi de-* 33
*curiones* , *ff. quod cuiuſque vniuerſ. cap. cum aliqui-*
*bus, de reſcript.in* 6. Crauet. *conſ.*222.*num.*3. & *conſ.*961.
*num.*4.

Et hoc confirmari poteſt , quia obligatio celebrandi
per ſe, vel per alium magis ſtringit, & fortior eſt, quàm
ſimplex , & abſolutum onus per ſe tantùm celebrandi. 34
Nam qui tenetur per ſe celebrare , iuſtam habet excuſa-
tionem , ſi legitimè impediatur , adeo vt tunc neque
aſtringi valeat ad celebrandum per alterum : qui verò
per ſe , vel per alium obligatus eſt celebrare , etiamſi
iuſto detineatur impedimento, tamen adhuc tenetur per
alium adimplere , ita pulchrè Azor. *inſt. mor. part.*1. *lib.* 35
10. *cap.* 24. *quæſt.* 7. *verſ. Reſpondeo* : Nauar. *in manual.*
*cap.*25. *num.*154. Aug. Barboſ. *de off. Epiſc. p.*2. *alleg.*24.
*num.*28.

Et hoc ſenſiſſe videntur dicti ſtatuentes, dum ſub *rub.*
*de infirmis* , *cap.*24. ſanxerunt , vt infirmus , vel ſenex
ſit exemptus à ſeruitio , dummodo faciat celebrare Miſ-
ſas , quod etiam de abſente cauſa ſtudiorum dixerunt in
eodem Statuto , *cap.*26. & tamen cauſâ ſtudij Canonico 36
per ſeptennium abeſſe licet , & abſentiæ iuſta eſt cauſa,
ſecundùm Leſſium *de iuſt. iur. lib.*2.*cap.*34.*dub.*19.*n.*163.
Garz. *d. tractat. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 54. Si prædicti igi-
tur iuſtum habentes impedimentum , non excuſan-
tur à celebrando per alium , concludendum eſt for-
tiorem eſſe hanc celebrandi per ſe, vel per alium obliga-
tionem.

Vlteriùs tale ſtatutum alternatiuè loquens præcipuè
debet intelligi de Canonicis nondum ad ſacerdotium
promotis defectu ætatis, vel alia ratione,non enim aliter
videntur ſe poſſe excuſare, ſi credimus Azor. *inſt. mor.*
*part.* 2. *lib.*6. *cap.* 8. *quæſt.* 16. quod etiam videtur eſſe
de mente alterius ſtatuti *cap.*11. dicentis, *Che quelle*
*Dignita, Canonici, e Manſionarij, che non ſaranno ordinati*
*al ſacerdotio , ſiano tenuti à fare celebrare le Meſſe loro*
*ad altri Preti.* Si enim illud indiſtinctè intelligere-
tur , etiam nullo extante impedimento , hoc videretur
ſuperfluum , quod non eſt dicendum. Crauet. *con-*
*ſilio* 263. *numer.* 18. Dicamus igitur potiùs vnum ſta- 37
tutum interpretari ab altero. Crauet. *conſilio* 606. *nu-*
*mer.* 8. Alder. Maſcard. *de interpret. ſtatut. concluſ.* 2.
*num.*112.

Sed fortè dices,hæc non ſunt in vſu in hac Eccleſia,vbi
paſſim vnus deſeruit pro alio : nam poſſum reſpondere
omnes videre factum, ſed non rationem, ideo quando id
factum eſt,credere licet ob iuſtum impedimentum factum
fuiſſe : verùm quia id non indagatur ſubtiliter , multi





putant ſine diſcrimine fieri ; at ſi fiat, abuſus eſt, & non
debet ſeruari, vt decreuit S.C. teſte Garz.*d.p.*3.*c.*2.*n.*496.
*& ſeqq.* niſi iuſto extante impedimento, vt vidimus,pro-
pter quod non tollitur Canonici obligatio , etiamſi alius
pro eo deſeruiat ; cùm enim ſit materia facultatiua, licet
quis millies pro me deſeruiiſſet, non ideo dicitur obliga-
38 tus. Seraph. *deciſ.*716.*n.*10.11. & *deciſ.*813.*num.*5. vnde
Garz. *d.c.*2.*n.*500.exclamat contra Canonicos, & Digni-
tates , qui videntur erubeſcere , ſi obeant munia ſibi in-
cumbentia.

Pariter nota eſt illa communis oppoſitio , ſcilicet ſæ-
piſſimè ad huiuſmodi Canonicatus præſentatos,& inſti-
tutos fuiſſe Canonicos adoleſcentes annorum 14. quod
videtur eſſe ſignum non eſſe ſacerdotales , quia ſic ado-
39 leſcentulis non poſſent conferri,ex Concilio Trid. *ſeſſ.*
22. *cap.*4. *de reform.* requireretur enim ſaltem ætas, per
quam infra annum poſſet fieri ſacerdos, cum de iure ſuf-
ficiat habilitas. Gratian. *d. c.*800. *n.*11.*verſ. nam contra-*
*rium* , *lib.*4.

Nam primò poſſem reſpondere à factis non eſſe ar-
guendum,quia non quid Romæ factum ſit,ſed quid fieri
40 debuit , ſpectandum eſt , vt inquit textus *in l. ſed licet*,
*ff. de off. Præſ.* Menoch. *conſ.*510.*n.*7. ſatis enim nobis eſt
oſtendere Canonicatum eſſe ſacerdotalem ex ſtatuto, de
cæteris rationem quærere non eſt noſtrum.

Secundò alij reſpondent in hac parte dictum Conci-
lium Trid. *ſeſſ.* 22. *c.*4. non fuiſſe ab initio receptum, nec
vſu comprobatum , & nihil eſſe imputandum patrono,
qui eſt in bona fide præſentandi adoleſcentes, nec præ-
ſentato , ſtante poſſeſſione triennali , vt inquit Leſſius
*de iuſt. & iur. lib.*2.*cap.*34.*dub.*20.*n.*110 *verſ. in his tamen*;
41 nam vbi Concilium non eſt receptum , in ea parte non
obligat. Garz. *d. tract. p.*7.*c.*1.*n.*136. & *n.*137. vbi quod
valet vſus ſaltem decennalis contra legem Canonicam
ab initio non receptam. Verùm hoc non videtur poſſe
dici in his locis, vbi Concilium Trid. fuit paſſim,& ſine
diſcrimine, & indiſtinctè receptum , & ex dicta ſynodo
Carpenſi comprehenditur ſtatuentes voluiſſe ſe dicto
Concilio conformare.

Quare reſpondeo rememorando , quòd ſicut Epiſco-
pus,& quilibet Ordinarius poteſt facere ſtatutum,& Sy-
nodum , ſic etiam poteſt in eis diſpenſare , etiam ſine
cauſa,quia ab eius voluntate pendet illas vim habere, &
poteſt illas omnino caſſare auctoritate ordinaria , nec
42 ideò in aliquo offendit ius commune , quia eius eſt tol-
lere , cuius eſt dare : ita DD. *in cap. at ſi clerici* , §. *de*
*adulterijs* , vbi Butr. *num.*27. Abb. *num.*10.Felin.*num.*6.
Aret. *num.*24. Alex. de Næu. *num.*6.*de iud.c.* Bott. *de ſy-*
*nod. part.*2. *art.*4. *num.*8. Anch. *in d. cap. vt animarum*,
*num.*11. *in fin. de conſt.in ſexto*, Nauar. *in manual.cap.*25.
*n.*74. Sayr. *de cenſ. lib.*6. *c.*11. *num.*11. latè Sanchez *de*
*matr. lib.*8.*diſp.*17.*num.*27.33. Barboſ.*de off.Epiſc.part.*2.
*alleg.*24. *num.*2.3. Bonac. *de legib.diſp.*1.*q.*2. *punct.*3. *n.*2.
43 quod procedit , etiamſi illa ſtatuta ſint iurata. Sanchez
*d. diſp.*17. *num.* 31. *verſ. verùm dicendum eſt.* Bonac.
*d. quæſt.*2.*punct.*3 *num.*2. *verſ. & hoc verum* : ipſe enim
44 non ligatur ſuis conſtitutionibus niſi in quantum ve-
lit. Bald. *in Auth. quibuſcumque* , *num.*5. *de ſacroſ. Eccl.*
Vgolin. *de off. Epiſc. cap.*47. §.1. *num.*3 Bonac. *d.diſp.*1.
*quæſt.*1. *p.*6. *num.*16. Homobon. *de exam. Eccl. part.* 3.
*tract.*15. *cap.*9. *q.*6. *in princ.* quæ adeò vera ſunt, vt non
ſolum valeat expreſsè diſpenſare,ſed etiam tacitè,& ideo
ſi eius edicto vetetur alearum vſus , & ipſe cum ſubdito
ludat , videtur ſecum diſpenſaſſe, vt poſt Azor. & Salas,
45 & Sayr. inquit Bonacin. *d. q.*1. *punct.*6. *num.*17. Barboſ.
*de off. Epiſc.p.*3.*alleg.*93.*num.*27.28. Homobon. *de exam.*
*Eccleſiaſtico d. cap.* 9. *q.*6. *verſ. ſed quod*, ibi : *quamquam.*
Cùm enim poſſit Ordinarius tollere impedimentum non
eſt credendum voluiſſe illaqueare ſubditum , vt dicit
Homobon. *d.loco*, quia non eſt neceſſaria actualis diſpen-
ſatio, ideo cùm præſentatur ille, qui non eſt in ætate ha-
bili ad ſacerdotium , & ipſe Ordinarius illum admittit,
cenſetur cum eo diſpenſare, quando poteſt. Lambert. *de* 46
*iurepatr. d.lib.*2.*p.*1.*q.*7. *princ. art.*30. *n.*20.21. & ſentire
videtur Menoch. *lib.*2. *præſ.*20. *num.*7. & ſanè facilis eſt
diſpenſatio , quando non imponitur onus in fundatione,
ſed vel ſtatuto aut conſuetudine, vt hic. Abb. *in c. cùm*
*in cunctis* , §. *inferiora*, *n.*11. *de elect.* Lambert. *d.art.* 30.
*n.*25. §. *ſit igitur concluſio*, *verſ. limita modò.*

Sin de ipſo Capitulo placet verba facere,non aliter di-
cendum eſt, poſſunt enim Canonici diſpenſare,& tollere
ſtatutum, quod fecerunt, etiamſi fuiſſet à Sede Apoſtoli- 47
ca confirmatum , vt inquit Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent*,
*num.*2. & ibi Felin. *num.*3.Dec. *n.*4. & communiter DD.
*de conſtit.* immò ſi Canonici aliquem eligant , & faciant
de Capitulo contra diſpoſitionem ſtatutorum , videntur
cum eo diſpenſare , & in hoc ſtatuto derogare, vt bene
probat textus *in d. cap. cum acceſſiſſent* , *in fin.* vbi Abb.
*n.*3. Felin.*n.*10. Dec. *n.*10. *de conſtit.* & licèt ſtatutum ſit
iuratum, tamen cùm electio fiat præſente, & ſciente Or- 48
dinario, videtur eos à iuramento abſoluere, vel eius vim
ſuſpendere,ad tradita per Bonac. *de legib.diſp.*1.*q.*1.*punct.*
6. *n.*17. vel dicas, quòd licèt incurratur periurium , ta-
men valet actus , & tenet electio. Abb.*in d. cap. cum ac-*
*ceſſiſſent* , *n.*4. *verſ. aut iurauerunt*, vbi Dec. *num.* 14. *eod.*
& maximè, quia cum neque fundatione, neque mandato
Apoſtolico hæc lex, & hoc onus fuerit impoſitum, non
potuerunt Canonici reſtringere libertatem patroni,quam
habebat in præſentando etiam adoleſcentes. Farin. *deciſ.* 49
502.*n.*25. *cent.*5. niſi patronus ſuum præſtitiſſet conſen-
ſum , quod feciſſe credo.

Et quamvis poſt Concilium Trid. verior ſit ſententia,
non poſſe Ordinarium diſpenſare etiam pro vna vice, vt
præſentatus inſtituatur , ſi non habet qualitates in fun-
datione appoſitas , ſicut latè probat Garz. *de benef. p.*7. 50
*c.*1.*num.*107.112. *& ſeqq.* tamen quia in caſu noſtro non
quæritur de qualitate in fundatione poſita , ſed à ſtatuto
adiecta, ceſſat difficultas; & ſufficit Ordinarium, & Ca-
pitulum eſſe in hac quaſi poſſeſſione diſpenſandi cum
patroni conſenſu , quia in hac materia attenditur ſola 51
quaſi poſſeſſio.Farin. *deciſ.*646.*n.*1.*cent.*5.

Vnde hi, qui non ſunt in ætate legitima,ad ſacros or-
dines arctati dici non poterunt; non quidem ratione be-
neficij, ſed ob defectum temporis, qui enim obtinent be-
neficia ſacerdotalia in ætate ad ſacerdotium inhabili, vſ- 52
que dum peruenerint ad præſcriptum tempus, non poſ-
ſunt dici arctati, nec valent cogi ad ſuſcipiendos ordines
ſacros. Ita reſpondit S.C. teſte Nicol. Garz. *d. tract. de*
*benef. p.*3.*c.*4.*n.*17.Ioan. Sotteal.*ad Conc. Trid. ſeſſ.*22 *c.*4.
*de reform. in verbo , infra annum* , & ita ſeruat Pontifex
ſecundum ſtylum datariæ, quando enim diſpenſat in be-
neficio ſacerdotali cum ætatem non habente,ſolet appo-
nere clauſulam , vt quam primùm ille prouiſus peruene-
rit ad legitimam ætatem , faciat ſe promoueri , pro vt
ego vidi ſimiles prouiſiones.

Illi verò, qui legitimæ ſunt ætatis,ſi habeant talia be-
neficia ſacerdotalia,arctati dicuntur,cùm arctatus dicatur
ratione beneficij ſuſcepti,vel ſuſcipiendi.Concilium Trid. 53
*ſeſſ.*7.*c.*10.*de reform.*& tenentur ſe promoueri facere ad ſa-
cerdotium,non tamen incurrunt pœnas à Concilio infli-
ctas differendo vltra annum,niſi ad id faciendum fuerint
à ſuperiore moniti,& adimplere recuſauerint. Dec. *in c.*
*cùm in cunctis*,§.*inferiora*,*n.*4.*de elect.*Garz.*d.p.*3.*c.*4 *n.*10. 54
& 12.Diaz.*in pract.crim.can.c.*53.*n.*5.Leſſius *de iuſt.& iur.*
*d.dub.*19. *n* 105. *verſ. vbi notandum.* Quod multò magis
procederet in partibus vbi Concilium Trid. non eſt vſu
receptum. Leſſius *d.dub.*19. *n.*105. *verſ. tertiò peccant*, &
*dub.*20.*n.*110.*in fin.*quod in his locis,vbi degunt veri filij
obedientiæ S.M.E. dici non poteſt. Vnde colliges, quòd
noſtri Canonicatus poſſunt dici ſacerdotales,etiamſi ali-
quando conferantur adoleſcentulis,quia arctatio tunc in-
cipit,vbi peruentum eſt ad legitimam ætatem,& ſi quan- 55
do extiterunt Canonici , qui numquam ordinem Sacer-
dotij ſuſceperunt, nihil refert, quia non fuerunt moniti,

prout requirebatur ad hoc, vt incurrerent pœnas ſtatuti
Sacri Concilij Tridentini, & ſi aliqui fuerunt abſentes
ad longum tempus, vel id fuit cum licentia, vel monitio
non præceſſit ad reſidendum, & in omnem euentum di-
ſtributionibus priuati fuerunt, egoque recordor D.Cano-
nicum Blaſium Conterinum Romæ degentem monitum
fuiſſe, vt veniret ad reſidendum, & ad id compulſum
fuiſſe ab Ordinario, & in vrbe contra eum fuiſſe relaxa-
tum arreſtum ad hunc effectum, inſtante Ordinario, &
Capitulo.

His ſic ſtantibus remanent inconcuſſa illa omnia, quæ
56 diximus circa dictum ſtatutum *c.5.* cuius vigore oſten-
ſum eſt propter onus Miſſarum Canonicatus Eccleſiæ
Collegiatæ Carpi eſſe ſacerdotales propter concurſum
obligationis ad reſidendum. Et propterea non eſt mirum,
ſi Canonicus in legitima ætate conſtitutus poteſt dicere
ſe arctatum, quia occaſione beneficij recepti ille dicitur
arctatus, qui non habet ordinem illi beneficio annexum.
Nicol.Garz. *de benef. p.5.c.7.n.98.*

Bene igitur dictus Canonicus expreſſit, & narrauit
Pontifici eius Canonicatum eſſe ſacerdotale, & ipſum
ſtante legitima ætate eſſe arctatum, quia ex prædictis
conſtat veridicè fuiſſe locutum, etiam attento rigore, ete-
nim ſi epicheiam reſpiciamus, potuiſſet etiam contendi
Breuis executio, quia huiuſmodi verba poſſent etiam
rectè intelligi cum aliqua mitigatione, non præcisè, ſed
cauſatiuè, quia licet Gratiæ ſoleant ſtrictè interpretari,
quia conuellunt ordinem præſcriptum, tamen quando
nemini detrimentum afferunt, vt hic, debent ampliari,
57 & ad æquas cauſas produci, & ratione etiam analogica
extendi, vt inquit perbellè Ruffin. *tract. de benef. cap.13.*
*num.64.*

Hinc eſt, quòd impetrans dignitatem, quæ re vera
58 erat officium, talis expreſſio non vitiat gratiam, vt poſt
Gemin. *conſ.*111.incipit, *Dominus noſter,* inquit Rota *de-*
*ciſ.4.n.5.6.de reſcriptis in antiquis*, aliàs eſt 502. pulchrè
Ioan. Staphil. *tract. de grat. expect. tit. de modo, & form.*
*impetr. n.*19 20. Ita dicamus, quòd etiamſi iſte Canoni-
cus non eſſet arctatus præcisè, quia tamen cauſatiuè ſal-
tem aſtringitur ad celebrandum, quatenus ipſe velit per
ſe obire munera ſuæ dignitati incumbentia ad mentem
Concilij Trid. gratia Pontificis debet ſuſtineri, maximè
cum præualeat interpretatio, vt actus ſuſtineatur, non
autem pereat. Seraph. *deciſ.*627. *n.*10. Nihil tamen in-
digemus hac pia interpretatione, quia ſatis vidimus veri-
dicè fuiſſe narratum dictum Canonicatum fuiſſe, & eſſe
ſacerdotalem.

His rationibus compellor dicere dictum Canonicum
nihil mendacij in precibus Sanctiſſimo porrectis narraſ-
ſe, & ideò ei concedendum eſſe Breuis executionem, or-
dinumque ſuſceptorum executionem. Vtique rigoroſè
res examinanda eſſet, ſi ille obtinuiſſet diſpenſationem,
ne ordines ſuo beneficio annexos debito tempore ſuſci-
pere teneretur, verùm in ea gratia, quæ illi conceditur,
vt poſſit propria munia ad mentem Concilij obire, non
debet, neque æquum videtur tam ſtricto iure procedere,
ſed cum eo benignè agendum eſt, & maximè, quia etiamſi
in aliquo fuiſſet offenſum, poteſt Ordinarius ratificando
ordines ſuſceptos vitium abolere, poteſt enim Epiſco-
pus, ſeu Ordinarius diſpenſare cum ordinato extra tem-
59 pora, *cap. conſultationi*, vbi gl. & DD. *de tempor. ordin.*
Ioan. Azor. *inſt. mor. p.2. lib.3. c.50. q.10. verſ. cum eo iti-*
*dem, qui recepit.*

Verùm cùm de eadem re requiſiti fuiſſent ad ferendum
ſuam ſententiam adm. RR. DD. Dionæus Corrigius Vi-
carius Mutinæ, & Conſtantius Scola eius ſucceſſor, Bar-
tholomeus Grilinz. Vicarius Carpi, qui omnes erant I.C.
noti nominis, & pariter adm. RR. DD. Ioan. Baptiſta de
Hortis Canonicus S. Petronij Bononiæ, & Sacræ Theo-
logiæ vnus ex primariis Lectoribus, Rodulphus Pius FF.
S. Franciſci de Obſeruantia Theologus, & Ioan. Ferretus
Regienſ. FF. S. Franciſci Conuentualium Theologus Car-
dinalis Eſtenſis hanc eandem ſententiam amplexi ſunt, &
ego vidi eorum vota, & à pleriſque ab ore eorum audiui,
& omnes iudicauerunt dictum Canonicum fuiſſe ritè, &
rectè ordinatum, ex quibus præualuit noſtra ſententia
apud Ordinarium Carpi, qui dictum Canonicum po-
ſtea libenter recepit, & admiſit ad Miſſam celebrandam,
quem ego totis viribus tutatus ſum, & libentiſſimè ami-
citiæ ergò, licet poſtea ipſe immemor huius beneficij ali-
quantulum in me recalcitrauerit, ſpemque meam fefel-
lerit, quem tamen non ceſſabo amare, & iuxta opportuni-
tatem ei ſeruitium præſtare. Et ita, &c. ſaluo, &c.

IOAN. BAPTISTA CIARLINIVS.

---

# CAPVT XXXIX.

## EPITOME.

Alienatio bonorum Eccleſiæ reſeruato benepla-
cito Apoſtolico an præſumatur ſolemnis ex
curſu 30. annorum cum obſeruantia contra-
ctus, & quando, & an liceat pœnitere ante
obtentum beneplacitum.

## SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Eccleſiæ copulatiuè requirit cauſam,*
*& ſolemnitatem.*
2 *Alienatio bonorum Eccleſiæ requirit aſſenſum Apoſtoli-*
*cum.*
3 *Facta non præſumuntur.*
4 *Beneplacitum apoſtolicum præſumitur ex curſu 30. an-*
*norum cum obſeruantia contractu.*
5 *Alienatio rerum Eccleſiæ ex curſu 30. annorum præſumi-*
*tur ſolemnis & vtilis.*
6 *Aſſenſus Apoſtolicus an præſumatur ex curſu 30. an-*
*norum.*
7 *Solemnitas extrinſeca an præſumatur ex curſu decem, vel*
*30. annorum.*
8 *Alienatio non præſumitur ſolemnis ex curſu temporis, niſi*
*obſeruantia ſit certa, & clara.*
9 *Alienatio non cenſetur ſolemnis ex ſolo curſu temporis ſi-*
*ne alia coniectura.*
10 *Obſeruantia contractus facit eum præſumere ſolem-*
*nem.*
11 *Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum, vel enunciatum*
*ex curſu temporis an præſumatur.*
12 *Dictio*, Præſertim, *quid ſignificet.*
13 *Beneplacitum an præſumatur exiſtente contradictore.*
14 *Iudicium redditur in inuitum.*
15 *Beneplacitum Pontificis an præſumatur non probata eius*
*ſcientia.*
16 *Scientia Pontificis an requiratur in præſumendo eius aſ-*
*ſenſu ex curſu temporis.*
17 *Dictio*, Maximè, *quid importet.*
18 *Beneplacitum an præſumatur, quando poſitum eſt in*
*conditione.*
19 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
20 *Beneplacitum reſeruatum an requiratur, vbi aliàs eo non*
*fuiſſet opus.*
21 *Clauſula*, quatenus opus ſit, *quid operetur.*
22 *Subſtitutus ſub conditione, an poſſit probare conditionem*
*per præſumptiones.*
23 *Beneplacitum an præſumatur, quando ex facie inſtru-*
*menti de illo non apparet.*
24 *Solemnitas non præſumitur, vbi ex inſtrumento apparet*
*non adfuiſſe.*
25 *Aſſenſus Apoſtolicus an debeat præcedere, vel ſequi*
*alienationem bonorum Eccleſiæ.*
26 *Licentia, & conſenſus quomodo differant.*
27 *Beneplacitum non poteſt apparere ex inſtrumento, in quo*
*reſeruatur.*
28 *Titulum meliorem quando quis habere præſumatur.*
29 *Tempus vitæ Prælati alienantis an deducatur ex tempore*
*30. annorum ad præſumendum beneplacitum.*
30 *Beneplacitum præſumitur ex curſu 30. annorum, non de-*
*ducto etiam tempore vitæ alienantis.*
31 *Beneplacitum an præſumatur in iis, quibus ius commune*
*reſiſtit ex curſu 30. annorum.*
32 *Præiudicium magnum an impediat præſumptionem bene-*
*placiti.*
33 *Lis capta an impediat præſumptionem beneplaciti.*
34 *Reſtitutio in integrum an impediat præſumptionem be-*
*neplaciti Apoſtolici.*
35 *Reſtitutio in integrum ſupponit validitatem actus.*
36 *Alienationes inualidas reuocauit Paulus IV.*
37 *Pauli IV. conſtitutio de bonis Eccleſiæ non alienandis re-*
*uocata.*
38 *Clauſula*, reſeruato beneplacito Apoſtolico, *facit*
*conditionem.*
39 *Beneplacitum reſeruatum debet expediri, etiamſi alioquin*
*non ſit neceſſarium.*
40 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
41 *Beneplacito Apoſtolico nondum expedito non eſt quæſitum*
*ius ad rem.*
42 *Pœnitentiæ locus eſt in alienatione bonorum Eccleſiæ ante*
*expeditum beneplacitum.*
43 *Alienatis bonis Eccleſiæ an liceat reſilire à contractu.*
44 *Feudum ſi alienetur ſaluo aſſenſu Domini, an liceat pœni-*
*tere.*
45 *Vendens ſub conditione an interim poſſit pœnitere.*
46 *Contractus poteſt claudicare fauore Eccleſiæ.*
47 *Eccleſiæ bona alienans quando poſſit recedere à con-*
*tractu.*
48 *Commiſſarij Apoſtolici licèt non pronunciauerint, tamen*
*licet alienantibus pœnitere.*
49 *Tranſactio in beneficialibus non valet ſine aſſenſu Apoſto-*
*lico.*
50 *Iudex Eccleſiaſticus an ſit competens contra laicum in*
*contractu emphyteuſis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VSque de anno 1596. ſub die 6. Iulij. M.R. Canonici,
& Capitulum S. Proſperi Ciuitatis Regij conceſſe-
runt in emphyteuſim D. Cæſari de Vettiis vnam eorum
domum ſitam in dicta Ciuitate pro annuo canone duca-
torum octo cum declaratione, quòd prædicta facere in-
tendunt, accedente conſenſu, non ſolùm Epiſcopi Re-
gij, ſed etiam Sedis Apoſtolicæ, & non alias, aliter, nec
alio modo, quatenus opus ſit. Mortuo dicto D. Cæſare
in eius locum ſucceſſerunt R.D. Octauius, & D. Proſper
de Vettiis eius filij, quoniam emphyteuſis fuit ſtipulata
etiam pro deſcendentibus, tam maſculis, quàm fœmi-
nis. Verùm die vltimo Auguſti 1626. iidem Canonici
mouerunt litem contra dictos DD. Octauium, & Pro-
ſperum, aſſerentes nullam, & inualidam fuiſſe dictam
conceſſionem, quia nunquam fuit obtentum benepla-
citum Sanctiſſimi, vt fuit conuentum. Reſponſum fuit
à Vettiis omnia fuiſſe ſolemniter acta, & fuiſſe etiam
impetratum dictum beneplacitum, non teneri tamen
ad eius probationem, ſtante lapſu 30. annorum, iun-
cta obſeruantia contractus, cum traditione poſſeſſio-
nis dictæ domus, & ſolutione canonis. Quæritur quid
iuris.

Et ſanè pro parte dicti Capituli videbatur iuſtè allegari
nullitatem dicti contractus, quia certum eſt in aliena-
1 tione bonorum Eccleſiæ duo copulatiuè requiri, cauſam
ſcilicet, & ſolemnitatem, adeò vt alterum ſine altero
non ſufficiat, *cap. 1. de rebus Eccl. non alien. in 6. Clem. 1.*
*eod.* Tuſch. *littera A, concl.*271. *num.* 1. Quarant. *in*
*ſumm. Bull. verb. alienatio, ante num.* 15. Rota *diuerſ.*
*deciſ.*300. *n.*1. *p.*4. Farinac. *deciſ.* 300. *n.*1. *cent.*3. Anch.
Iun. *qq. fam. lib.2 quæſt.52. num.3.* Ricc. *in prax. reſol.*12.
*num.* 1. præcipua autem ſolemnitas eſt conſenſus Apo-
ſtolicus, vt *in extrau. Ambitioſæ, de rebus Eccl. non alien.*
quem hîc interueniſſe non apparet, & niſi probetur, non 2
præſumitur, quia eſt quid facti, *l. in bello, §. facta, ff. de*
*captiu. & poſtlim. reuerſ. l. veriùs, de probat.* propter quod
concludendum videtur dictam conceſſionem fuiſſe inua- 3
lidam.

Verumtamen aliud mihi viſum fuit, & contrarium
putaui verius, & receptius, ſiquidem iam tranſacti ſunt
30. anni & vltra à die huiuſmodi liuellationis vſque ad
diem motæ litis; & cùm tradita fuerit dictæ domus poſ-
ſeſſio dicto D. Cæſari, & adhuc eius filij in ea perſeuera-
rint, & ſemper ſoluerint canonem annuum, omnia præ-
ſumuntur ſolemniter acta, quia ex huiuſmodi obſeruan-
tia contractus iuncto curſu 30. annorum, non ſolùm
præſumitur interueniſſe beneplacitum apoſtolicum, ſed 4
etiam alienatio cenſetur Eccleſiæ vtilis, ex gl. *in cap. per-*
*uenit*, vbi Ioan. de Imol. *n.*11.12. *de empt. & vend.* Anch.
*conſ.*136. *n.*2. Alex. *conſ.*50. *n.*7. *lib.*5. Gozad. *conſ.*73. *n.*21.
vbi de communi. Curt. Iun. *conſ.*313. *n.*79. *lib.*3. Soc. Iun.
*conſ.*22. *num.*16. *lib.*1. Gabr. *conſ.*82. *n.*31. *lib.*2. Quarant.
*in ſumm. Bull. verb. alienatio, ſub num.*46. *verſ. vt huius*
*articuli*, Tuſch. *littera S, concl.* 326. *num.* 11. 39. Puteus
*deciſ.*365. *n.*4. *lib.*2. Seraph. *deciſ.*792. *n.*1. vbi de com-
muni, & *deciſ.*1080. *n.*7. & *deciſ.*1128. *n.*1. & *deciſ.*1319.
*num.*3. Rot. *diuerſ. deciſ.*179. *num.*1. *p.*2. Farin. *deciſ.*694.
*num.*5. *p.*1. & *deciſ.*506. *num.*1.2. *p.*2. Ludouiſ. *deciſ.*343.
*num.*1.4.5. & Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*354. *num.*18.
Coccin. *deciſ.*32. *num* 16. & *deciſ.*301. *num.*2.3. Gratian
*deciſ.*150. *n.*4. Rot. *in vna Mediolan. reſciſſionis permuta-*
*tionis*, 10. *Ianu* 1597. *coram Pamphilio*, vt apud Marcheſ.
*de commiſſ. p.*1. *fol.*113. *num.*3. & *fol.* 120. *n.*2. Gonz. *ad*
*reg.*8. *gl.* 12. *n.*76. Garz. *de benef. p.*12. *c.*2. *n.* 179. *verſ.*
*in qua*, & *n.*180. Marcheſ. *de commiſſ. p.*1. *c.*2. *num.*106.
Gratian. *diſc. for. lib.*5. *cap.* 867. *num.* 50. & *cap.* 893.
*num.*17. Prax. Archiep. *c.*106. *num.* 1. *verſ. contraria, in*
*magnis*, Mareſc. *var. reſol. lib.*1. *c.*13. *num.*9. Barboſ. *de*
*off. Epiſc. part.*3. *alleg.*95. *n.*72 73. Homobon. *de exam.*
*Eccl. p.*2. *tract.*9. *c.*22. *q.*66. *ſupp.*2. *verſ. excipitur*, ibi: *eſt*
*etiam communis*, ex quibus cognoſcitur de hac re non
eſſe dubitandum, & verum eſſe, quòd talis alienatio
non ſolùm præſumitur ſolemnis, ſed etiam vtilis ex curſu 5
tanti temporis. Marcheſ. *de commiſſ. p.*1. *d. fol.* 113. *n.*3.
& Ludouiſ. *deciſ.*343 *num.*1. latè Franc. Viuius *deciſ.*533.
*num.*34.35.

Benè verum eſt, quòd multi aliter putauerunt, ſen-
tientes ex curſu temporis non præſumi aſſenſum apo-
ſtolicum, ſed illud probandum eſſe, etiamſi interueniat 6
contractus obſeruantia, quia requirit ſcripturam, quæ
niſi oſtendatur, non præſumitur, & quia reſpicit ſolem-
nitatem extrinſecam, quæ pariter non præſumitur, niſi
probetur, ex Bald. *in l.*2. *C. de leg. hær.* Felin. *in c. Albe-*
*ricus, in fin. de teſtib.* & *in cap. ſicut, num.* 33. *verſ. benè*
*fateor, de ſent. & re iud.* Alex. *conſ.* 9. *num.* 7. *lib.* 3. &
*conſ.*17. *num.*8. *lib.*4. Afflict. *deciſ.*107. *in fin.* Crott. *in*
*l. ſciendum, num.*25. *de verb. oblig.* Bero. *in cap. nulli,*
*num.*62. *de conſtit.* Crauet. *de antiq. temp. part.* 3. *princ.*
*in princ. num.*18. Ruin. *conſ.* 23. *num.* 19. *lib.* 5. Capyc.
*deciſ.*4. *num.*29.30. pulchrè vide Menoch. *de præſ. lib.*3.
*præſ.*132. *num.*70. 71. latè Grilinz. *conſ.*158. *num.* 13. *&*
*ſequentibus.*

Sed verior eſt, & magis recepta prior ſententia, & hæc
vltima ſolùm procedit, & poteſt habere locum, quando
tantùm adeſt curſus 10. annorum ad præſumendam ſolem- 7
nitatem, vbi enim tractatur de graui præiudicio, vt in
alienatione bonorum Eccleſiæ, non ſufficit lapſus decem
annorum, ſed requiritur ſpatium 30. ſaltem annorum cum
obſeruantia contractus. Felin. *in c. illud, n.6. in fin. de præſ.*

Dec. *conſ.442.n.33.* Tuſch. *littera S, concl.326. n.2.* Gabriel. *conſ.82.n.31.lib.2.* Seraph. *deciſ.792.num.1. in princ.* pulchrè Mareſc. *var. reſolut. lib.1.cap.13. n.12.* Viuius *d. deciſ.534.n.35.36.37.*

Aduerte tamen, quia ſtante curſu 30. annorum non ſufficit ad præſumendam ſolemnitatem obſeruantia præ-
8 ſumpta, quia debent eſſe clara, & certa, ne concurrant duæ præſumptiones. Mareſc. *d.c.13.num.13.14.* Coccin.
9 *deciſ.301. n.4.* & ſemper memoriæ ſerues, quòd ſolus curſus 30. annorum non ſufficit, alia non extante coniectura. Quarant. *in d. verb. Alienatio, ſub n.46.verſ.verùm*
10 *quia*: ſed bene pro coniectura ſufficit obſeruantia contractus, & ſolutio canonis: Rot.*diuerſ.deciſ.179.n.1.p.2.* cum aliis ſuprà adductis.

Non obſtat autem firmatæ regulæ illa limitatio, quam nonnulli adducunt, vt prædicta procedant, quando beneplacitum Apoſtolicum non eſt reſeruatum, vel enunciatum. Nam verius, eſt, & receptius; quòd ſiue enuncietur, vel reſeruetur, ſiue non, ſemper ex curſu 30.
11 annorum cum obſeruantia contractus præſumitur Apoſtolicus, & in his terminis loquuntur Prax. Archiep. *d.c.106.n.1. verſic. vbi dicit.* Seraph. *deciſ.792. num.4.* & *deciſ.1319. num.2.3.* Farin. *deciſ. 506. num. 3. part. 2.* Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.343. num.5.* & *deciſ.354.n.18.* Gratian. *deciſ.150. n.4.* & ibi Add. *num. 3. 4.* Gonz. *ad dicta reg.8. gl. 22. num.77.* Garz. *de benef.p.12.c.2.n.185.* Mareſc. *d.c.13.num.11.* Rota penes Marcheſ. *de commiſſ. p.1. fol.113.num.3.* & *fol.120. num 2.* Gratian. *diſc. for. lib.5. c.867. num 51.* Homobon. *de exam. Eccl.p.2.d.q.66. ſupp.2. verſic. excipitur,* pulchrè Giouagn. *conſ.27. n.42. lib.2.* vbi alias allegat, & probat, quòd ſiue ſolemnitas ſit enunciata, vel reſeruata in inſtrumento, ſiue non, ſemper ex curſu 30. & 40. annorum præſumitur interueniſſe confirmatio Sedis Apoſtolicæ, ex quibus colligitur non eſſe faciendam huiuſmodi diſtinctionem, nec curandum de argumento deſumpto à duabus præſumptionibus, quia ſi res bene perpendatur, non concurrunt, & reſpondet Seraph. *d. deciſ.1042.num.4.* & Rota penes Marcheſ. *de commiſſ. d.p.1.fol.120.n.2.*

Quinimmò vbi beneplacitum Apoſtolicum eſt reſeruatum, videtur adeſſe minùs difficultatis, quia iam voluntas videtur ſatis probata, & non indiget præſumptione, & hoc ſatis probat Farin. *d. deciſ.694.num.5. part.1.* vbi inquit præſumi beneplacitum Apoſtolicum ex ſpatio 30. annorum, præſertim quando eſt reſeruatum in inſtrumento, illa enim dicto *Præſertim*, denotat caſum ex-
12 preſſum eſſe minùs dubitabilem, *ex l.1. §. pater, ff. de collat.* Tuſch. *littera D, concl. 309. num.9. 10.* Menoch. *conſ.69.num.26.* neque refert in caſu Farinacij fuiſſe poſtea aliter iudicatum, quia illud euenit eo quòd deficiebat obſeruantia contractus, non quia hæc regula patiatur aliquam difficultatem.

Non obſtat ſecunda limitatio, quòd beneplacitum non præſumatur ex curſu 30. annorum quando adeſt,
13 qui ſe opponat, ex Grilinz. *conſ. 158. num.6.* Nam hoc nullo modo verum dici poteſt, cùm omnes prædicti DD. & Rotæ deciſiones, quibus probatur ex curſu temporis præſumi beneplacitum, loquantur in terminis, vbi extant oppoſitores; & certè, niſi adeſſet, qui ſe opponeret, in Rota, vel in iudicio de hoc non quæreretur, quia iudex non impartitur officium niſi imploranti, & ſi iudicium adeſt, conuincitur adeſſe quoque contradictorem,
14 quia iudicium redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem, §.1. ff. de verb. oblig.* Peregr. *de iudic. lib.2. ad rub. iudic. n.45.* & quia in iudicio interueniunt iudex actor, & reus. Peregr. *d. loco, n.38.*

Non obſtat tertia limitatio, vt tunc ex curſu temporis præſumatur beneplacitum, quando Pontifex habuit ſcientiam alienationis verè, vel præſumptiuè, velut ſi in
15 loco vicino celebrata eſſet, vnde notitia ad Principem veriſimiliter peruenire poteſt, ſecus eſſe dicunt, vbi non probatur Pontificem habuiſſe alienationis cognitionem Ita pulchrè Felin. *in cap. ſicut, n. 33. verſic. bene fateor, de ſent. & re iud.* Afflict. *d. deciſ.107. n.7. verſ. & cùm non ſit probatum,* Ceph. *conſ 628.num.8.* Redoan. *de rebus Eccl. non alien. in præfatione, q.48. n.16.* Maſcard. *de probat. concl.416. num.2.* Menoch. *d.lib.3.præſ.132.num.71.* Quarant. *d.verb.alienatio, ſub n.46. verſic. limitatur primò,* Dec. *conſ.409.num.2.6.13.* Tuſch. *d. littera S, concl. 326. num.14.*

Nam hæc limitatio non eſt vera abſolutè, niſi quando tractatur de ipſiuſmet Pontificis præiudicio, vel non adeſt curſus 30. annorum, ſed tantùm decem vel viginti; tunc enim aſſenſus Apoſtolicus non præſumitur: verùm quando non tractatur præcipuè de Pontificis damno, & lapſum eſt tempus 30. annorum, vt hic, tunc omnia præſumuntur ſolemniter acta, etiamſi non probetur ſcientia Pontificis, quia huiuſmodi probatio non eſt neceſſaria, quia ſi præſumitur aſſenſus Pontificis, ſequitur neceſſariò etiam illius ſcientiæ præſumptio, nec dicuntur duæ præſumptiones, ſed vna tantùm, quia vna ve- 16
nit in conſequentiam alterius: ſic pulchrè Gabriel *conſ. 82.n.31.33.lib.2.* perbellè etiam Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. reſol.32. la 2.num.1.* vbi allegat multas Rotæ deciſiones: latè etiam Mareſc. *d. c.13.n.10.* vbi de communi teſtatur apertè Gratian. *deciſ.150. n.4.* Farin. *deciſ. 506. num.4.p.2.* vbi ad contraria reſpondet, & dicit præſumi ex curſu 30. annorum beneplacitum tale, quale ſufficit ad validitatem actus, alioquin deſtrueretur regula, & de magis communi teſtatur Quarant. *d. verb. alienatio, ſub n.26. verſ. ſecundò limitatur,* & colligitur etiam ex Rota penes Marcheſ. *de commiſſ p.1.fol.120.num.1.* ibi: *maximè procedit ſtante ſcientia Papæ*, illa enim dictio, *Maximè*, licèt includat caſum magis dubitabilem, illum tamen in- 17
cludit, & æqualiter determinat: Dec. *in l. qui ſe patris, num.20. C. vnde liberi,* Menoch. *conſ.69. num.26.* adeò, vt æquè præſumatur beneplacitum, ſi Papa ſciuiſſe non probetur, ac ſi habuiſſe ſcientiam, & paſſum fuiſſe oſtenderetur.

Non obſtat quarta limitatio, vt ex curſu temporis qualiſcumque non præſumatur aſſenſus Apoſtolicus, quando ex partium conuentionue ille requiritur in ipſa alienatione ob clauſulam [Accedente conſenſu Sedis Apoſtolicæ, vel quatenus interueniat beneplacitum Apoſto- 18
licum, & non aliàs, aliterve, aut alio modo:] tunc enim quia conditionaliter & præcisè requiritur dictus aſſenſus, omnino adeſſe debet, etiamſi aliàs non eſſet neceſſarius, & verè, non præſumptiuè debet probari, vt ex multis videtur concludere Quarant. *d. verb. alienatio, ſub num. 26. verſ. declara vt hæc,* Ruin. *conſ.68.num.18.lib.1.* Bero *conſ.19. num.14. lib.3.* Caual. *deciſ. 8. ſub num.23.* Ludouiſ. *deciſ. 192. num. 1. 3.* Ricc. *in prax. reſol. 35. n.1.2.3.* etenim conditio huiuſmodi non videtur impleri, niſi quando beneplacitum obtinetur. Veral. *deciſ. 205. num.3.part.1.*

Nam hæc limitatio ſicut non eſt vera, ita eſt eadem cum prima vbi alienatio fuerat facta, reſeruato beneplacito Apoſtolico; certum eſt enim ablatiuos abſolutos importare conditionem, *l. facta, §. reſcripto, ff. de verb.* 19
*oblig. §. ab hoſtib. Inſt. de Attil.tut.* Bald. *in l.1. ff. de leg.2.* Pacian. *conſ.52.n.68.* propter quod idem eſt alienare rem Eccleſiæ reſeruato beneplacito, vel accedente conſenſu Sedis Apoſtolicæ, & tamen vidimus ex multis auctoritatibus, & Rotæ deciſionibus præſumi beneplacitum etiam vt ſupra reſeruatum, & multùm ad rem id ipſum probat Rota *in dicta Mediolanenſi coram Pamphilio in vna Caſalis,* apud Marcheſ. *de commiſſ.p.1.fol.113.n.3.* vbi clarè fuerat reſeruatum Beneplacitum, & aderat pactum de eo obtinendo, & ad talem effectum erant conſtituti procuratores adeò, vt conſtaret de enixa voluntate contrahentium, & licèt non oſtenderetur, tamen Rota cenſuit illud præſumi ex dicto curſu temporis cum obſeruantia contractus: idem allegat Farin. *d.deciſ.506.n.3.p.2.* vnde etiamſi beneplacitum ſit in vim conditionis reſeruatum, adhuc præſumi



præſumi ſpatio 30. annorum bene dixit Homobon. *d.tractat. de exam. Eccl. p.2. tract.9. cap.12. q.66. ſup.2. verſ. excipitur,* ibi: *eſt etiam.*

Neque nocent Riccius, & Ludouiſius in locis allegatis, quia non faciunt ad rem, non enim quærunt, an ex curſu temporis præſumatur beneplacitum, ſed an requiratur in contractu, vbi aliàs non fuiſſet neceſſarium,
20 eo quòd fuerit deductum in pactum, ſine tamen clauſula, *quatenus opus ſit*, & concludunt vtrique requiri, quia talis videtur fuiſſe mens contrahentium, & ita hanc rem intelligit Gratian. *diſcept. for. lib.1. c.168. num. 13.* & non procedunt vlterius quærendo, an in tali caſu ex curſu temporis præſumeretur beneplacitum. Benè verum eſt, quòd etiamſi hic eſſet caſus noſter, nihil tamen obeſſet, quia habemus clauſulam, *quatenus opus ſit*, quæ
21 tollit huiuſmodi difficultatem, vt per Gratian. *diſc. for. lib.5. cap.926. n.4.*

Sin loquimur de Quaranta, & aliis ſuperius adductis, facilè tolluntur, ſiquidem nihil allegant in terminis de beneplacito Apoſtolico, ſed fundant ſe in illo axiomate, quòd probatio poſita in conditione debeat fieri verè, & non præſumptiue. Ideò reſpondendum eſt, quòd hic probatio beneplaciti non eſt poſita in conditione, ſed tantum beneplacitum ipſum, & propterea cùm actus, ſuper quo fundatur præſumptio, ſcilicet alienatio, plenè ex inſtrumento à Canonicis producto fuerit probatus, non eſt mirum, ſi poſtea admittitur præſumptio ipſius beneplaciti, vt inquit Rota *in dicta Caſalis*, penes Marcheſ. *de commiſſ. p.1. fol.120 num.2. verſ. nec obſtat.* Vnde ad propoſitum videmus, quòd licet aliquis fuerit ſubſtitutus ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis, ta-
22 men ſubſtituto agenti ſufficit probare præſumptiuè eueniſſe caſum, Bart. *in l. ex facto, §. ſi quis autem,* vbi Ang. Caſtr. & Rip. *ff. ad Trebell.* Decian. *conſ.50.num.20.lib.1.* Gabriel. *conſ.107. num.3. lib.1.* Surd. *conſ. 92. num. 19.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.436. num. 3.* & ideò allegata in contrarium nihil nocent, quia hic non fuit dictum, ſi probetur beneplacitum, ſed ſi accedat, quod efficit, vt ipſum ſit in conditione, non autem eius probatio.

Non obſtat quinta limitatio, vt ex curſu temporis non præſumatur beneplacitum, quando ex facie inſtrumenti
23 de illo non appareret, ex Redoan. *tract. de rebus Eccl. non alien. quæſt. 39. num. 25.* eo quòd ſolemnitas talis non cenſetur interueniſſe, vbi ex ipſo inſtrumento appareret de contrario, nempe conſenſum, vel ſolemnita-
24 tem in actu requiſitam non adfuiſſe: ita latè Garz. *de benef. part.12. cap. 2. num.188.* Marcheſ. *de commiſſ. p.1. cap.2. fol.60. num.107.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. allegat. 73. verſ. niſi*: eò, quia non præſumitur actum, quod non fuit ſcriptum, *l. fin. C. de iur. & fact. ignor. cum vulg.*

Nam reſpondetur prædicta nihil nocere caſui noſtro, ſi iuxta ſuos terminos intelligantur, poſſunt enim procedere, vel quando ex inſtrumento ipſo negatiua concludenter probaretur, velut ſi diceretur in eo, quod beneplacitum non eſt neceſſarium, vel quod non potuit haberi, vel quando fiunt diligentiæ pro inueniendo illo in actis Notarij illius officij, in quo aſſerebatur in inſtrumento illud eſſe, ſi enim non reperitur, negatiua ſatis videtur probata, ita enim loquitur Marcheſ. *d. fol. 60. num. 107.* & alij quoque, ita vt prædicta procedant in negatiua facti, quæ diceretur contineri in ipſo inſtrumento, non etiamſi extra inſtrumentum poterat fieri,
25 vt hic, vbi aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in actu alienationis, dummodo non tradatur poſſeſſio, ſed ſatis eſt, quod ſubſequatur, hæc enim eſt differentia inter
26 aſſenſum, & licentiam, vt hæc præcedere debeat, ille ſubſequi poſſit. Ricc. *in prax. reſol.24. num.1. in magnis,* Cald. *de iur. emph. lib.4. cap.11. num. 7. verſ. in quo, & ſeqq* vbi cæteros allegant; vnde eſt, quod vbi aſſenſus Apoſtolicus valet adhiberi ante, vel poſt actum, ſola inſpectio actorum non probat illum non fuiſſe adhibitum, vt inquit Gratian. *diſc. for. lib.1. cap.867. num.53.* Et propterea bene in caſu noſtro ſatis probatur in inſtrumento non interueniſſe beneplacitum, quia dicitur, 27
*Accedente conſenſu*; immò de eo conſtare non poteſt niſi ſeparatim. Gratian. *deciſ.150. num. 4.* ſed quod poſtea etiam altera die Pontifex non conſenſerit, nequaquam probatur ex illo inſtrumento.

Accedat, quia pro parte DD. Canonicorum ex dicto inſtrumento non ſatis probatum eſt dictos de Vettiis liuellarios habere titulum infectum ſine ſolemnitatibus, quoniam poteſt eſſe, quòd illi habeant alium titulum meliorem, & aliud extet inſtrumentum, vigore cuius non ſit neceſſaria allegata probatio. Nam ſi Vettij produxiſſent dictum inſtrumentum, vtique excluſiſſent præſumptionem alterius tituli, ſed quia fuit 28
productum à Canonicis, non tollitur poſſibilitas tituli melioris. Rot. *diuerſ. deciſ. 731. num. 20. part. 1.* Farin. *deciſione 489. numer.4. part. 2.* Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ. 353. num. 19.* vbi allegat alias Rotæ deciſiones.

Non obſtat ſexta limitatio, quòd tempus 30. annorum quod conſideratur, & requiritur in præſumendo huiuſmodi beneplacito, non incipiat currere viuente Rectore, ſeu Prælato, qui fecit alienationem, immò 29
nec poſt illius mortem, niſi data ſcientia, & patientia ſucceſſoris, ex Borgn. Caualc. *deciſione 46. numer.29. part.1.* Quarant. *d. verb. alienatio, ſub num. 46. verſ. hinc non.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. allegat.95. num.72. verſic. dicit.*

Nam primò poteſt reſponderi hîc tempus non poſſe computari à die inſtrumenti in actis producti à DD. Canonicis, quia liuellarius poteſt habere titulum meliorem, & anteriorem. Beltram. *ad dictum Ludouiſ. d. deciſione 353. num. 19.* Deinde ſalua pace dicti Quarant. non eſt vera huiuſmodi limitatio, nec bene fundata, quia vtique poteſt procedere in præſcriptione, in 30
qua quidem deducitur tempus vitæ Prælati alienantis, ſed non ſic eſt in beneplacito præſumendo ex curſu 30. annorum & obſeruantia ſubſecuta: ita Seraph. *deciſ.1027. num.13.* Mareſc. *d. cap.13.num.17.* Marcheſ. *de commiſſ. part. 2. fol.578. num.3.* Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ. 354. num.19.* ſic enim ſæpe Rota iudicauit, & cenſuit.

Non obſtat ſeptima limitatio, vt beneplacitum ex curſu temporis non præſumatur in iis, quibus ius com- 31
mune reſiſtit, ex Bero. *conſ. 114. num. 20. lib. 1.* Nam reſpondetur id vtique procedere in illis rebus, quarum laici ſunt incapaces adeo, vt non ſolùm ius reſiſtat, ſed etiam prohibita ſit præſcriptio, vt in decimis, & ſimilibus, quæ non poſſunt ſtare apud laicos, neque quoad titulum, neque quoad poſſeſſionem; ſecus eſt, vbi non vetatur præſcriptio, vt in rebus prophanis Eccleſiæ, ita diſtinguit, & declarat Mareſc. *var.reſ. lib.1.c.13. n.1.2.5.6.*

Non obſtat octaua limitatio, vt tunc præſumatur huiuſmodi ſolemnitas in his, in quibus tractatur de modico præiudicio, ſecus vbi poteſt eſſe magnum damnum: ita poſt Alex. & Soc. inquit Anch. Iun. *qq. fam. lib. 2. quæſt. 52. num. 11.* Nam primò reſpondetur in facto hic non conſtare de aliquo præiudicio, nec quod 32
alienatio prædicta fuerit damnoſa. Deinde reſpondetur, quòd ſi ageretur de modico præiudicio, ſufficeret curſus decem annorum; ſed quia poteſt tractari de magno præiudicio, requiritur tempus 30. annorum cum obſeruantia ad præſumendum beneplacitum: ita Mareſc. *d.cap.13.n.12.*

Non obſtat nona limitatio, vt concluſio procedat, ſi nondum ſuper hoc fuerit mota lis ante curſum 30. annorum, ex Rota *diuerſ. deciſ. 60. num. 6. part. 2.* Nam reſpondetur id verum eſſe, quia beneplacitum 33
non præſumitur, ſi lis incipiat ante tempus 30. annorum, ſed non facit ad caſum noſtrum, quia iam lapſi ſunt 30. anni ante motum iudicium, vt ex actis

videre eſt, vnde nihil eſt, de quo dubitemus : ita Seraph. *deciſ.*1027. *num.*14.

Non obſtat limitatio decima, qua dicitur ex tali curſu præſumi beneplacitum, ſi non fuerit petita reſtitutio in
34 integrum, ex Sarmient. *de redd. Eccl. part.*2.*cap.*2.*n.*6.7. Homobon. *de exam. Eccl. d. verſ. excipitur*, ibi : *ſed quidquid.* Nam reſpondetur ad hoc propoſitum non loqui Sarmient. & in præſcriptione tantùm loqui Homobon. non in iſta præſumptione ; & propterea nihil ad rem, quia materia reſtitutionis non poteſt accõmodari noſtro caſui, vbi agitur de nullitate contractus, quam exclu-
35 dit reſtitutio, cùm ſupponat validitatem actus. Lap. *allegat.* 98. *num.*4. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 43. *numer.*25. Vnde cùm in hoc iudicio non fuerit intentatum remedium reſtitutionis, nihil eſt, vt de ea verba faciamus.

Non obſtat vndecima limitatio, quòd prædicta procedant ante tempus *Extrauag. Ambitioſæ*, quæ eſt Pauli II. & ante conſtitutionem Pauli IV. non poſt, eo quod dictus Paulus IV. ſua conſtitutione, quæ incipit : *Iniunctum*, omnes alienationes non ſolemniter, & cum damno Eccleſiæ factas reuocauit, nullaque temporis præſcriptione confirmati decreuit, quod multò magis dicendum eſt, poſtquam Prælati iurant non alienare inconſulto Pontifice, propter quod nec in caſibus à iure permiſſis id facere poſſunt.

Nam reſpondetur, quòd auctoritates, & Rotæ deciſiones à nobis allegatæ loquuntur poſt tempus dictarum conſtitutionum, vt videre eſt apud Farinac. *deciſ.* 664.
36 *part.* 1. & *deciſ.*506. & 537. *part.*2. Ludouiſ. *deciſ.* 52. *Mareſc. d. cap.*13. & alios, qui poſt prædicta ſcripſerunt, & notas habuerunt dictas conſtitutiones, & vſum iurandi, quem habent prælati, & tamen ita cenſuerunt, quoniam beneplacitum, quod Præſumi voluerunt, tollit omnem maculam, non enim dicimus prælatos poſſe alienare, ſed alienaſſe cum beneplacito apoſtolico ex iuris præſumptione, quæ pro veritate habetur.

Nec curandum eſt de conſtitutione Pauli IV. quia fuit reducta ad terminos iuris à Pio IV. in ſua Bulla incipiente, *Prouida* ; eo quòd ſatis abundè per anteriores
37 canones fuerat prouiſum : ſic teſtatur Proſper Aug. *in add. ad Quarant. tit. de rebus Eccl. non alien. fol.* 507. & Franc. Zipec. *de iur. Pont. lib.*3.*tit. de rebus Eccl. non alien. num.*3. Homobon. *de exam. Eccl. p.*2. *tract.*9.*cap.*22.*q.*66. *ſupp.*2. *verſ. excipitur.* ibi : *Sed Pius.* Ex quibus deueni in ſententiam dictos fratres de Vetiis fore abſoluendos à petitis per DD. Canonicos, provt abſolui, ita credens iuri eſſe conſonum.

Hic autem placet annectere alium caſum alienationis, ſeu liuellationis bonorum Eccleſiæ, de quo fuit controuerſia poſt vltimam contagioſam peſtem, quoniam D. Octauius de Gazzolis Canonicus S. Proſperi ante contagionem conceſſerat in emphyteuſim quædam bona certi ſui beneficij D. Iulio de Scandiano ſub certo canone, reſeruato tamen beneplacito Pontificis expediendo per dictum D. Iulium ſuis expenſis, quod tamen non procurauit, quia ſuperueniente peſte reditus bonorum fuerunt imminuti, & propterea dicebat dictus D. Iulius, quòd amplius nolebat perſeuerare in huiuſmodi contractu, quia ex bonis prædictis vix percipiebat medietatem canonis, & allegabat ante expeditum beneplacitum ſibi licuiſſe pœnitere, & à contractu recedere, quoniam clauſula de reſeruato aſſenſu apoſtolico conditionem in-
38 ducit, & actum ſuſpendit. Gloſſ. *in l. item Labeo*, §.1.*verſ. purè*, *ff. fam. erciſc.* Curt. Iun. *conſ.* 77. *num.* 3. Pariſ. *conſ.*11. *num.*13. *lib.*4. Menoch. *conſ.*170. *lib.* 2. Caſſad. *deciſ.*2. *num.*7. *de ſimonia*, Boër. *deciſ.*243.*n.*11. Caputaq. *deciſ.*82. *num.* 3. *part.* 3. Marth. *deciſ.*195. *num.* 3. Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. alienat. rer. Eccl. reſolut.* 33. *num.*1. 2.3.4. vbi probat quòd neceſſarius eſt dictus aſſenſus
39 ſtante dicta clauſula reſeruatiua, etiamſi alias non requireretur.

Et propterea cum nondum ſit perfectus contractus,
quia conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſubſtitutio, ff. de ac-* 40
*quirendo rer. dom. cap.*1. *de ſponſal. in* 6. *l. ſi quis ſub conditione*, *ff. ſi quis omiſſ. cauſ.* teſte. Soc. Iun. *conſ.*141.*n.*3. *vol.* 2. ſequitur, quòd ſit locus pœnitentiæ, quia non entis nullæ ſunt qualitates. Crau. *conſ.*747. *num.*22. & quia ante præſtitum aſſenſum nullum ius quæritur
parti etiam ad rem, argumento textus *in l. ſi quis ſub* 41
*conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ.* teſte Aret. *conſ.*11. *col.*1. Caſſad. *deciſ.*24. *ſuper reg. Cancell.* Ricc. *in prax. d. tract. reſol.*70.*num.* 3. vbi etiam inquit, quòd ita tenuit Rota *in vna Romana domus*, 9. *Decembris.* 1588. *coram Seraphino.*

Et magis in terminis, quòd ſit locus pœnitentiæ ante obtentum beneplacitum apoſtolicum, quando in aliqua diſpoſitione, vel bonorum Eccleſiæ alienatione illud fuit reſeruatum, cenſuerunt Puteus *deciſ.*353. *num.*1.2.*lib.*1.
Achil. *deciſ.*59. *aliàs* 2. *de pact.* Caputaq. *deciſ.* 184. *in* 42
*manuſcript.* aliàs *deciſ.*12. *part.*2. Rota *diuerſ. deciſ.* 573. *n.*2.*p.*1. Mareſcot. *var. reſol. lib.*1. *c.*14. *num.*1. *verſ. nam quamvis.* Farin. *deciſ.*255. *tomo* 2. *part.* 2. qui loquitur in terminis noſtris.

Nihilominus dixi non licere dicto Domino Iulio pœnitere, ſed cogendum eſſe ad obſeruantiam contractus, & ad procurandum beneplacitum apoſtolicum iuxta conuenta, ſi placet Eccleſiæ ſtare contractui, eſt enim in eius poteſtate, an velit illi ſtare, & altera pars non poteſt con-
tractus nullitatem allegare, quia ſolemnitas aſſenſus 43
apoſtolici eſt inducta in fauorem Eccleſiæ ; vnde ſi contractus ſit illi vtilis, non poteſt emptor ab eo recedere, ne quod fauore Eccleſiæ inductum eſt, retorqueatur in odium, vnde etiam ante obtentum beneplacitum non licet liuellario, ſeu emptori à contractu reſilire inuita Eccleſia, provt pulchrè in terminis cenſuit Rota *in vna Romana domus, Veneris* 4. *Decembris* 1592. *coram Mantica*, vbi ita reſoluit, & reſpondet contrariis, vt videre eſt apud Cardin. Mantic. *deciſ.*201. *per totam*, & idem Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 53. *verſiculo ex hoc autem*, pulchrè Gratian. *diſc. for. lib.* 2. *cap.* 202. *num.*23.24. & perbellè etiam Prax. Archiepiſc. Neapolit. *cap.* 106. *num.* 4. *in magnis*, vbi ita concludit non eſſe locum pœnitentiæ, & reſoluit contraria.

Nam ita etiam ſeruari videmus in feudis, vt ſi alienetur ſaluo aſſenſu Domini, non habeat locum pœnitentia,
antequam Dominus diſſentiat, argumento textus *in l.* 44
*fin.* §. *ſin autem*, & §. *ſeq.* & *Auth. res quæ*, *C. communia de legat.* Luc. de Peña *in l. nulli, C. de fund. patrim. lib.*11. Afflict. *in cap. Imperialem*, *in princ. verſiculo* 11. *quæro, num.*6. Marin. Freccia *in conſtit. diuæ memoriæ*, *limit.* 4. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.*4. *cap.*3. *num.*48. Ceph. *conſilio* 91. *lib.*1. Prax. Neapolit. *d. c.*106. *n.*4. *verſic. & ita in feudo.*

Non obſtat, quòd alienatio prædicta ſit conditionalis, quia non ſequitur locum eſſe pœnitentiæ, quoniam venditio etiam conditionalis intelligitur perfecta ad effectum, vt altero inuito, & contradicente non poſſit
diſſolui, *l. neceſſariò*, §. *item ſi res*, cum gloſſa, & *l. ſi quis* 45
*vina*, *ff. de peric. & com. rei vend. l. quod ſæpe*, §. *in his*, *de empt. & vend. l. vlt.* & gl. *in l.*1. *C. eod.* Caſtr. *in l.* 2. *ad fin, C. quando lic. ab empt. diſc.* Dec. *conſ.*179. *num.* 3. Afflict. *deciſ.* 280. *num.*3. Pariſ. *conſ.* 89. *num.* 9. *lib.* 1. Mantic. *d. deciſ.*201. *num.*8. Hier. Gabr. *conſ.*16. *num.*27. *lib.*2.

Verùm quia contractus poteſt claudicare fauore Eccleſiæ, quæ poteſt ſtare contractui etiam inualido ob defectum ſolemnitatis, ſi ita ei expediat, licèt adhuc pœna contra eos, qui alienarunt, locum habere poſſit, Mantic. *d. deciſ.*201. *num.*4.6. & latè *de tac. & amb. conuent. lib.*3. *tit.*16. *num.*12. Gratian. *d. diſc.*202. *n.*23. Prax. Archiep. Neapol. *d. cap.*106. *n.*2. vbi inquit ita Rotam ſæpiùs iudicaſſe, ideo facta alienatione ſub tali conditione reſer-



47 uante beneplacitum apoſtolicum, poterit Eccleſia pœnitere, & Prælatus poterit à contractu reſilire antequam impetretur aſſenſus apoſtolicus : ita cenſuit Rota *in vna Comenſi locationis, Lunæ* 20. *Martij* 1600. *coram Pamphilio*, vt apud Marcheſan. *de commiſſion. part.*1. *de ſignat. gratiæ diuerſ. part.*1. *cap.*2. *num.*4. *fol.*107. poſt tamen obtentum beneplacitum neque Eccleſiæ licebit à contractu reſilire, etiamſi nondum interpoſitum fuerit decretum alienationem cedere in euidentem Eccleſiæ vtilita-
48 tem. Prax. Arch. Neap. *d. cap.*16. *num.*3. Mareſcot. *variar. reſol. lib.*1. *cap.*14. *num.*1. *verſ. tamen poteſt, & ſeqq.* niſi tamen Prælatus conſenſum reuocaſſet ante obtentum beneplacitum. Rota apud Marcheſan. *d. cap.*2. *num.*4. *in fin. fol.*107.

Non obſtant deciſiones in contrarium allegatæ, quia loquuntur in beneficialibus, vbi prohibetur tranſactio ſine aſſenſu Apoſtolico, qui antequam obtineatur, licet
49 penitere : ita Mantic. *d. deciſ.*201. *num.*2. vbi reſpondet allegatis deciſionibus.

Fuit autem in primis diſputatum, an in cognoſcendo hoc puncto Iudex Eccleſiaſticus eſſet competens contra laicum conuentum ad obſeruantiam contractus : verùm quia tractatur de re Eccleſiæ, & id laicus non negat, ideo cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum, *cap. ſi clericus*
50 *laicum, de for. compet.* & maximè ratione connexitatis, *cap. quanto, de iudic.* & vbi controuerſia eſt non ſuper canone, ſed ſuper negotio principali emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſemper cognitio ſpectat ſaltem cumulatiuè ad iudicem Eccleſiaſticum : ita latè Farinac. *deciſ. crim* 305. *num.*2.3.4.13.

---

## CAPVT XL.

### EPITOME.

Pactum retrouendendi iunctum cum aliis præſumptionibus, inducit coniecturam pignoris, & vſuræ, & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Ex facto ius oritur.*
2 *Venditio eſt perfecta non obſtante pacto retrouendendi.*
3 *Pacto retrouendendi lapſo non eſt locus amplius retrouenditioni.*
4 *Venditor cenſetur venditionem ratificare, lapſo ad redimendum termino.*
5 *Venditio tribuit ius irreuocabile.*
6 *Venditio reſcinditur læſione, vel ſimulatione pignoris.*
7 *Venditor rem ſemper recuperat, etiam lapſo termino ad redimendum ſtante læſione, vel vſura.*
8 *Contrahentibus licet ſe inuicem decipere.*
9 *Læſio enormis non inducit contractum vſurarium, ſed illicitum.*
10 *Emptor ſtante læſione poteſt iuſtum pretium ſupplere, vel recedere à contractu.*
11 *Vſurario in contractu res venit reſtituenda vnà cum fructibus.*
12 *Læſio quando reſcindat contractum.*
13. *Clauſulæ*, Renuntiantes, *effectus.*
14 *Simulationis ſpecies debet probari.*
15 *Vſurarium eſſe contractum an cognoſcat ſæcularis Iudex, vel Eccleſiaſticus.*
16 *Vſura eſt mixti fori.*
17 *Vſura probatur coniecturis.*
18 *Vſurarius contractus quot coniecturis probetur.*
19 *Pactum de retrouendendo, & modicitas pretij facit præſumere vſuram cum alia coniectura.*
20 *Statutum Ferrariæ de venditione cum pacto retrouendendi quomodo intelligatur.*
21 *Qualitas Statuti probanda eſt.*
22 *Mutuum præcedens venditionem quando faciat præſumere vſuram.*
23 *Doctorum diſtinguentium ſententia ſequenda eſt.*
24 *Pretij modicitas notabilis cum pacto retrouendendi facit præſumere vſuram.*
25 *Pactum retrouendendi poſt certum tempus arguit vſuram.*
26 *Pactum redimendi in viro bono non arguit vſuram etiam cum modicitate pretij.*
27 *Bona fama quomodo præualeat malæ famæ.*
28 *Venditio eſt contractus licitiſſimus.*
29 *Pactum retrouendendi eſt omni iure licitum.*
30 *Præſumptio mali non oritur ex re bona.*
31 *Pretij modicitas ſola non facit contractum vſurarium.*
32 *Pactum retrouendendi facit rem minoris valere, etiam termino elapſo.*
33 *Retrouendendi obligatio eſt pecuniâ æſtimabilis.*
34 *Pacto retrouendendi lapſo emptor non tenetur iuſtum pretium ſupplere.*
35 *Pactum retrouendendi quanti faciat rem minoris valere.*
36 *Retrouendendi pactum rem facit minoris valere arbitrio iudicis.*
37 *Pretium non probant teſtes, qui non æſtimant pactum retrouendendi.*
38 *Teſtis de affectione particulari non probat.*
39 *Teſtes non probant, quorum dicti appoſitum probatur.*
40 *Pretium rei ſtabilis probatur per venditiones rerum vicinarum.*
41 *Valor rerum probatur ex rebus vicini.*
42 *Pretium ſecundùm communem æſtimationem quomodo probetur.*
43 *Puri, & purificati idem eſt iudicium.*
44 *Valor rerum probatur, ſi ex multis pretiis medium ſumatur.*
45 *Læſio probatur ex minimo exceſſu vltra dimidiam.*
46 *Pretium iuſtum rerum non eſt præciſe determinatum.*
47 *Pretium iuſtum non conſiſtit in puncto.*
48 *Pretium vile poteſt eſſe iuſtum.*
49 *Pretium rerum triplex eſt.*
50 *Pretium præſumitur iuſtum, de quo partes conuenerunt.*
51 *Gabellæ ſoluendæ onus in venditione an arguat vſuram cum pacto retrouendendi.*
52 *Pactum de ſoluenda gabella per venditorem eſt licitum.*
53 *Gabellæ onus non auget rei pretium.*
54 *Pactum inſolitum in venditione cum pacto retrouendendi arguit vſuram.*
55 *Vſuræ ſigna ſunt pacta inſolita.*
56 *Solita ſi fiant, ceſſat fraudis, & vſuræ ſuſpicio.*
57 *Notorium eſſe aliquid poteſt ſe Iudex in cubiculo informare.*
58 *Pretij modicitas quid efficiat.*
59 *Solitum non inducitur ex vnico actu.*
60 *Vſurarius an dicatur, qui vſuras non exegit.*
61 *Vſuræ ſuſpicio quomodo deducatur ex aliis contractibus.*
62 *Pactum, vt ſolus venditor redimere poſſit, valet.*
63 *Retrouendendi pactum an poſſit excludere aliquam perſonam.*
64 *Venditorem licet obligare ad retroemendum.*
65 *Vſuræ ſuſpicio tollitur, ſi vera fiat retrouenditio.*
66 *Venditori licet paciſci de retroemendo.*
67 *Pactum retrouendendi ad tempus eſt magis licitum.*
68 *Qui malè agit, odit lucem.*
69 *Palam contrahens non dicitur de vſura ſuſpectus.*
70 *Palam fieri, vel publicè quid dicatur.*

71 *Inſtrumentum*

71 *Inſtrumentum factum dicitur publicum.*
72 *Conſuetudo tollit ſuſpicionem vſuræ.*
73 *Vſuræ ſuſpicio an tollatur per iuramentum.*
74 *Clauſula*, Pro iurato, *quid operetur.*
75 *Vſuræ ſuſpicio non cadit in viro bonæ famæ.*
76 *Vſurarius an cenſeatur contractus in dubio.*
77 *Simulatum an præſumi poſſit inſtrumentum.*
78 *Vſurarius contractus eſt ipſo iure nullus.*
79 *Libellus indicat, quale ſit iudicium.*
80 *Viam, quam elegiſti, hæc tibi pateat.*
81 *Pactum de ſupplendo, vel augendo pretium in caſu non retrouenditionis arguit vſuram.*
82 *Pretij augmentum in caſu non retrouenditionis eſt iuſtum.*
83 *Conſilij Iuſtitiæ Mutinæ ſententia.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CVm ſatis, ſuperque notum ſit, & vulgare ius ex
facto oriri, per *l. ſi ex plagiis*, §. *in Diuo, ff. ad l.*
*Aquil.* Menoch. *conſil.*366. *num.*42. longè à re eſſe non
puto in hoc negotio de eo aliquid in primis præfari.
1 Certum eſt igitur de anno 1612. ſub die 26. Iunij, Do-
minum N. reum conuentum pretio comparaſſe ab Illuſtr.
Domino N. actore in hac cauſa quædam prata Sita in
villa Foſſuli agri Carpenſis, quantitatis bubulcarum de-
cem in rationem librarum centum pro quilibet iugero
cum pacto retrouendendi intra ſex annos incipien-
dos in feſto S. Michaëlis anni 1611. & caſu, quo di-
ctus actor intra dictum tempus non reemeret dicta pra-
ta, tunc emptor teneretur ſupplere pretium, & au-
gere vſque ad duc. 24. pro ſingulis bubulcis, & de his
conſtat ex inſtrumento in proceſſu regiſtrato, *fo-
lio* 37. 38.

Poſt quæ dictus venditor paſſus eſt labi tempus ſex
annorum ſub ſilentio, quibus reſolutis ſub die 8. Apri-
lis 1619. quaſi ſuſcitatus à ſommo facta pretij oblatio-
ne petiit ſibi fieri inſtrumentum venditionis retro, & ſi-
bi reſtitui prata vnà cum fructibus perceptis à die mo-
ræ, vt in proceſſu, *fol.*7. narrans pro cauſa in libello
dicta prata tempore venditionis ſecundum communem
æſtimationem valuiſſe pluris quarta parte totius pretij,
reus verò totum negat, & actorem iure, & tempo-
re excluſum eſſe penitus clamat, ideo quæritur quid
iuris.

Et ſanè cùm in prima inſtantia reus negligenter egiſ-
ſet, quaſi in re clariſſima ſibi videretur impoſſibile iu-
dicem poſſe iudicare locum eſſe retrouendendi, tamen
aliter euenit, propter quod negotium aliquid exiſtima-
tionis recepiſſe videtur: introducta igitur appellatione
res cœpit ardentiùs tractari, & verè ego ſentio actorem
actione carere, & inani fatigari labore, quia emptori
ius irreuocabile eſt acquiſitum, venditio enim perfecta
2 eſt, etiamſi adſit reuendendi pactum. Giurb. *in conſuet.
Meſſan. part.*1. *cap.*10. *gl.*10. *n.*15. *verſiculo quia reuenden-
di*, & effluxo ad reemendum termino venditor non eſt
ampliùs audiendus, cum ceciderit à redimendi faculta-
te, cum tale tempus cenſeatur appoſitum cauſa finien-
dæ obligationis, permiſſum enim ad tempus, prohibi-
tum cenſetur poſt illud tempus, ideò venditor non po-
3 teſt ampliùs retrouenditionem petere. Aug. *conſ.*99. inci-
pit: *Titius*, quem ſequitur Gramm. *conſil.*19. *numer.*7.
Iaſ. *in l. eum qui ita*, §. *qui ita, num.*7. *verſ. facit, ff. de
verb. oblig.* Dec. *in l. petens, num.*7. *verſ. ſimiliter, C. de pact.*
Cagn. *in l.*2. *num.*63. & ibi latè Ioan. Bapt. Lup. *n.*92.
*C. de pact. inter. empt. & vend.* pulchrè Soc *conſil.*241. *n.*14.
*lib.*2. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gl.*2. *num.*43. 44. 45.
46. 47. Ruin. *conſ.*82. *num.*3. *lib.*1. Pariſ. *conſ.*81. *n.*31.
*lib.*2. Rol. *conſ.*10. *num.*12. *lib.*2. Crau. *conſ.*685. *num.*4.
Ceph. *conſil.*496. *num.*23. 36. 37. Honded. *conſ.*33. *nu-
mero* 89. *lib.*2. Surd. *conſil.*52. *n.*27. Rot. *diuerſ. deciſ.*272.
*num.*1. *part.*1.

Vnde talis venditor lapſo ad redimendum termino
cenſetur venditionem tacitè confirmaſſe, & approbaſ-
ſe. Cagn. *in d. l.*2. *num.*64. *verſ. item patiens.* Ceph. *con-* 4
*ſil.*262. *num.*12. & *conſ.*496. *num.*22. ideò non eſt mi-
rum, ſi venditione iam omni ex parte perfecta venditor
amplius non admittitur ad recuperandum, quia vendi-
tio tribuit ius irreuocabile. Ceph. *conſil.*406. *nume-* 5
*ro* 14. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.*240. *numero* 56. *part.*2. quod
ſolum ſatis eſſet reo conuento pro reportanda victo-
ria.

Stante igitur lapſu termini videtur, quòd venditor
non poſſit hunc contractum infringere, niſi alterutro
ex remediis, vel quia fuerit enormiter læſus, *l.*2. vbi
DD. *C. de reſcind. vend.* vel quòd probet venditionem
fuiſſe pignoratitiam, ſimulatam, & vſurariam, ad ter-
minos *cap. ad noſtram*, vbi DD. *de empt. & vend.* ſi enim 6
alterutrum verificaretur, lapſus temporis nihil noceret
venditori, quin rem venditam poſſet recuperare, etiam
poſt 30. annos, vnà cum fructibus vſque ab initio perce-
ptis. Dec. *in l. petens, num.*7. *verſ. ſi tamen, C. de pact.* Soc. 7
Iun. *conſ.*104. *num.*2. 3. 14. *lib.*3. Borgn. *deciſ.*2. *num.*42.
*part.*2. Decian. *conſ.*84. *num.*10. 11. 12. *lib.*2. Lup. *in d.
l.*2. *num.*96. *C. de pact. inter empt. & vend.* Ioſeph Lud.
*concluſ.*51. *verſ. & quando*, Surd. *deciſ.*34. *num.*4. 5. Al-
uar. Valaſc. *conſ.*70. *num.*16. *part.*1.

Sed in vtroque puncto clauſum eſt oſtium venditori,
nam ſi de primo loquimur, certum eſt in iure contra-
ctum non dici illicitum propter ſolam modicitatem pre-
tij, niſi interueniat læſio vltra dimidiam iuſti valoris,
quia tam iure ciuili, quàm Canonico licitum eſt contra-
hentibus vſque ad dimidiam veri pretij partem ſe inui-
cem decipere, in foro tamen contentioſo, dummodo
abſit dolus, & fraus ex propoſito: ita probat textus *in* 8
*c. cùm dilecti*, vbi Abb. 1. *num.*2. *not.* & *in cap. cum cauſa*,
vbi etiam Abb. & Butr. ac Ant. de Burg. *num* 21. 22. *de
empt. & vend.* & eſt textus *in l.*2. vbi DD omnes, *C. de
reſcind. vend. l. item ſi pretio*, §. *vlt. ff. locat. l. in cauſæ*, §.
*idem Pomponius, ff. de minor.* gl. *in cap. ſi cupis, verſ. non
multùm* 16. *quæſt.*1. Aret. *in cap. cùm cauſa, num.*12. *de te-
ſtib.* Cagn. *in d. l.*2. *num.*57. *ad fin.* & *num.*65. *verſic. quæ
ſententia, C. de pact. inter empt. & vend.* Iaſ. *conſ.*153. *num.*2.
*verſ.*4. *lib.*4. Ruin. *conſ.*66. *ſub num* 9. *lib.*4. Soc. *conſ.*48.
*n.*2. 3. 4. 5. *lib.*4. Crauet. *conſ.*366. *n.*14. Rol. *conſ.*96. *n.*36.
*lib.*2. & *conſ.*58. *n.*17. *lib.*4. Ceph *conſ.*149. *n.*23. Boer. *de-
ciſ* 102. *num.*2. *in fin.* Oſaſch. *deciſ.*43. *n.*8. Cyriac. *contro-
uerſ.*169. *n.*13. 14. *p.*1.

Neque ex ſola læſione etiam enormi inducitur con-
tractus ſimulatus, & vſurarius, aut pignoratitius, ſed
tantùm illicitus, & reſcindendus: ita Corn. *conſ.*266. *nu-* 9
*mer.*1. *verſ. nec obſtat, lib.*1. Cyriac. *d. contr.*169. *n.*15. Bona-
cin. *de contract. diſp.*3. *quæſt.*2. *punct.*3. *num* 11. *verſ. hinc
ſequitur*; & ideò ſtante tam enormi læſione tunc eſt in
poteſtate emptoris vel iuſtum ſupplere pretium, vel iam
dato retro accepto recedere à contractu, *d. cap. cùm dile-* 10
*cti*, & *cap. cùm cauſa*, vbi DD. *de empt. & vend.* Cæpol. *de
ſimul. contract. caſu* 1. *num.*9. Cagn. *in d. l.*2. *num.*65. *ad fin.
C. de pact.* Menoch. *lib.*3. *præſ.*122. *num.*15. Maſcard. *de
probat. concl.*443. *num.*9. quod non procederet in con-
tractu vſurario, & pignoratitio, vbi res venit reſtituen-
da præcisè vnà cum fructibus in ſorte, ſeu pretio com-
penſandis. Cagn. *in d. l.*2. *num.*65. *in fin.* Menoch. *d. præſ.* 11
122. *num.*15. Maſch. *d. tract. concl.*438. *num.*13. à quibus
colligere licet etiam alias differentias contractus illiciti,
& vſurarij.

Hic autem nullo modo dici poteſt talem adfuiſſe læ-
ſionem, ſiquidem ſi inſpicere velimus actoris petitionem,
ea ſolùm allegatur aſcendere ad quartam partem: ſin
eiuſdem probationes conſideremus, idem reſultat effe-
ctus, cùm probauerit ſolùm de valore ducatonorum 35.
& libris quinque pro ſingulis iugeris, adeo vt conceden-
do aduerſariis quidquid velint, læſio nunquam perue-
nit, minuſque tranſcendit dimidium iuſti pretij, propter
quod



quod locus eſſe non poteſt reſciſſioni contractus, tan-
12 quam illiciti, vigore *d. l.*2. *C. de reſcind. vend.* vt inquit
Soc. Iun. *conſ.*50. *num.*4. *lib.*1. immò ſtante clauſula, *Re-
nunciantes*, & clauſula, *Pro iurato*, de quibus in inſtru-
13 mento, eiuſdem legis ceſſat remedium. Ruin. *conſil.*16.
*n.*3. *lib.*4.

Præcluſa igitur hac via neceſſe eſt partem aduerſam
confugere ad contractum vſurarium, & ſimulatum, eo
quòd ſub nomine venditionis pignus potiùs conſtitue-
rint. Verumtamen inſpecto tam iure communi, quàm
municipali, vana eſt ſpes, inaniſque labor actoris, qui ſi
14 hoc intendit, debet ſpeciem ſimulationis probare. Lud.
Gilhaus *arbor. iudic. part.*1. *cap.*6. §. 165. *num.*1. Sed ante-
quàm de hoc diſceptemus, obiter præmonendi ſumus,
quòd Iudex ſecularis cognoſcere non poteſt, an contra-
ctus ſit vſurarius, & pignoratitius, etiamſi quæſtio ſi mix-
ta iuris, & facti, quia cauſa eſt ſpiritualis; ſolum enim
cognitio ad eum ſpectare poteſt, ſi de facto tantum ſit
controuerſia, hic autem omnis diſputatio in iure ver-
ſatur, ideo partes remittendæ ſunt ad iudicem Eccleſia-
ſticum, ne cenſuræ incurrantur, & ſeruatum fuiſſe ap-
15 paret ex his, quæ in facti narratione ſcribit Butr. *con-
ſil.*37. vide Bald. *conſil.*311. *num.*16. *lib.*5. Iaſ *in l. quoties,
num.*7. *C. de iudic.* & *in conſ.*153. *n.*3. *lib.*4. Dec. *conſ.*170.
*n.*3. latiſſimè Borgnin. *deciſ.*2. *num.*38. *p.*2. Rol. *conſ.*75.
*num.*33. *lib.*1. Menoch. *conſ.*862. Verùm ſi magis placeat
altera opinio, quòd etiam Iudex ſecularis poſſit eſſe Iu-
dex, maximè ſtantibus ſtatutis punientibus vſuram, eiuſ-
que cognitionem eſſe mixti fori tam in ciuilibus, quàm
16 in criminalibus, Rim. Iun. *conſ.*399. *num.*19. 20. pulchrè
Andr. Fachin. *contr. iur. lib.*9. *cap.*30. Farin. *in prax. q.*8.
*num.*140. *verſ. quarta*, Cacher. *deciſ. Ped.*137. *num.*6. De-
cian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *c.*26. *n.*3. *verſ. vſurarum.* Caball.
*reſol. crim. p.*1. *caſ.*188. *n.*1. quod verius mihi videtur, & in
praxi receptius, ad punctum accedamus, & apparebit ina-
nem eſſe aduerſarij pugnam.

Et licèt fateri cogar contractum pignoratitium, & la-
be vſurarum infectum vti difficilis probationis poſſe
7 coniecturis, & præſumptionibus non quidem leuibus
probari, vt *in cap. cum in diœceſi, verſ. tamen*, vbi DD. *de
vſur.* Bald. *conſ.*319. *in fin. lib.*5. vbi inquit, quòd illæ de-
beant eſſe probabiles, & violentæ. Caſtr. *conſ.*74. *n.*3. *lib.*2.
Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *Prætor ait, num.*27. *ff. de
edend.* Crauet. *conſ.*145. *n.*2. Ceph. *conſ.*325. *num.*21. Rol.
*conſ.*47. *num.*39. *in fin. lib.*4. Borgnin. *deciſ.*1. *num.*7. *p.*2.
Maſcard. *de probat. concl.*438. *num.*7. Menoch. *conſ.*343.
*num.*19. & *conſ.*358. *num.*3. *in fin* Tuſch. *verb. ſimulatio,
concluſ.*259. *num.*15. & *concl.*263. *n.*32. Bertaz. *inter conſil.*
Farin. *conſ.*40. *num.*74. Honded. *conſ.*33. *num.*51. *lib.*2. Fa-
rin. *in prax. quæſt.*89. *num.*27. tamen omnes illæ præſum-
ptiones, & coniecturæ debent eſſe iuris, non hominis,
liquidæ, & claræ in ſuo genere, ſaltem per duos teſtes
probatæ. Burſat. *conſ.*117. *num.*21. *lib.*2. Ioſeph Lud. *con-
cluſ.*51. *circa princ. verſ. & dictæ.* Farin. *tract. de falſit. &
ſimul. quæſt.*192. *num.*130. Hect. Felic. *conſil.*14. *num.*12.
*part.*1. nec vna ſufficit coniectura, quia plures requirun-
tur, *cap. illo vos*, vbi DD. *de pign. d. cap. ad noſtram*,
vbi Abb. & Burg. *de empt. & vend.* latè Soc. *d. conſ.*248.
*n.*1. *lib.*2. Crauet. *conſ.*145. *n.*10.

Verùm quales, & quot requirantur præſumptiones
noſtri non bene conueniunt; alij enim putauerunt binas
ſufficere, alij tres requiri, alij verò hoc iudicis arbitrio
18 remiſerunt. Sed præualuiſſe mihi videtur illa ſententia,
vt ad præſumendum ſimulationem, ſeu pignus in ſimili-
bus contractibus tres ſaltem requirantur vrgentes con-
iecturæ, & has præcipuas eſſe dixerunt, ſcilicet pactum
de retrouendendo modicitas pretij, & quòd emptor ſit
ſolitus fœnerari. Ita Iac. de Aren. quem ſequitur Cyn.
*in l. emptione, quæſt.*4. & ibi Alber. Bald. Salic. Fulgoſ.
& alij, *C. plus valer. quod ag.* Ioan. And. & Zabarell. *in
d. cap. illo vos, de pignor* Anch. *in d. cap. ad noſtram*, & ibi
Bened. Henric. Boic. Ambr. de Vign. & Ant. de Burg.
*num.*24. *de empt. & vend.* Archid. *in cap. quia plerique*
14. *quæſt.*2. Laurent. de Rodulph. *in rep. cap. conſuluit,
part.*2. *quæſt.*60. *de vſur.* Marian. Soc. *in cap.*1. *num.*86.
*verſ. ſed de iuris, de vſur.* Cæpol. *de ſimul. contract. caſ.*6.
*num.*101. Fab. *de empt. & vend.*7. *quæſt. princ. col.*3. Cac-
cialup. *in l. admonendi, col.*79. *de iureiur.* Hoſt. *in ſumm.
eod. tit.* §. *qualiter, verſ. vlt.* Modern. Pariſ. *de vſur. q.*56.
*num.*392. Tiraq. *de retract. conu. in præfat. num.*5. latè
Cagnol. *in rep. l.*2. *num.*50. 51. 52. 65. vbi etiam Gozad.
*num.*30. *verſ. tertiò quæro*, & Franc. Zanett. *num.* 56. 57.
*C. de pact. inter. empt. & vend.* Bald. *conſ.*133. *num.*2. *in
fin. lib.*1. & *conſ.*359. *ad fin. lib.*5. Calcan. *conſ.*83. *num.*3.
Dec. *conſ.*308. *num.*3. Bero. *conſ.*212. *num.*4. *lib.*4. latè
Soc. *conſ.*248. *num.*1. *lib.*2. Corraſ. *lib.*3. *miſcell. cap.*9.
Couar. *var. reſol. lib.*3. *cap.*8. *num.*4. Menoch. *de arb. iud.
caſ.*217. *num.*3. Alex. *conſ.*109. *num.*17. *lib.*4. Ruin. *con-
ſil.*66. *num.*9. *lib.*4. Grat. *conſ.*39. *num.*1. *lib.*2. Iaſ. *con-
ſil.*153. *num.*2. *ad fin. verſ. non obſtat, lib.*4. Soc. Iun. *con-
ſil.*50. *num.*2. *lib.*1. Burſat. *conſ.*117. *num.*13. *lib.*1. Becc. *con-
ſil.*52. *num.*7. Curt. Iun. *conſ.*279. *num.*44. 45. Rol. *conſ.*58.
*num.*10. *lib.*4. Panciroll. *conſ.*20. *num.*19. vide Decian.
*conſ.*2. *n.*176. 177. *lib.*1. Oſaſch. *deciſ.*42. *num.*8. 9. Boer. *de-
ciſ.*102. *num.*3. Borgnin. *deciſ.*1. *n.*7. 8. 17. Ceph. *conſ.*289.
*num.*36. 37. & *conſ.*496. *numer.*48. D. Antonin. *in ſumm.
part.*2. *tit. de vend. ad term. num.*88. Angel. *verb. vſura*, 1.
*num.*67. Tabien. *eod. verbo* 16. *n.*2. *in fin.* Conrad. *de con-
tract. quæſt.*84. *col.*3. Graff. *deciſ. aur. part.*1. *lib.*2. *de-
ciſ.*117. *num.*3. *in fin.* Menoch. *conſ.*358. *num.*1. Honded.
*conſ.*31. *num.*68. & *conſ.*33. *numer.*66. Gratian. *diſc. for.
cap.*258. *num.*3. *lib.*2. Sacca *conſ.*82. *num.*13. Hect. Felic.
*d. conſ.*14. *num.*3. 4. 21. *part.*1. Lud. Gilhaus *arbor. iud.
part.*1. *cap.*6. §. 163. *num.*1. Scapp. *de iur. non ſcript. lib.*4.
*cap.*39. *num.*3. *ad* 7. ex quibus apparet hanc eſſe verio-
rem, & magis communem DD. ſententiam, quam præ- 19
dicti intelligunt procedere, vt quidem tres requirantur
coniecturæ, non tamen neceſſe eſſe, vt illæmet interue-
niant, quas diximus, ſed ſatis eſſe vel illas, vel tres alias
ad idem inferentes, non tamen leues, ſed probabiles, &
propterea etiamſi quis non ſit ſolitus fœnerari, tamen
ſi cum modicitate pretij, & pacto de retrouendendo
concurrat alia coniectura non leuis, contractus præſu-
metur pignoratitius, & ſimulatus. Soc. *conſ.*155. *num.*12.
*lib.*2. Menoch. *conſ.*343. *num.*20. 21. Honded. *conſ.*33.
*num.*66. *lib.*2. Valaſc. *conſult.*70. *n.*3. 9. Cyriac. *contr.*255.
*num.*1. 2. *part.*2.

Sin aliquis perſiſtat in ea ſententia, quòd ſufficiat
modicitas pretij cum pacto de retrouendendo ad de-
tegendam pignoris ſimulationem, ei pro nunc com-
placeamus, nam illa ſecundum ſuos fautores tot patitur
limitationes, vt facile ſit eam euitare in caſu noſtro.
Nam in primis ſtatutum Ferrariæ, quod Carpi ſerua- 20
tur, teſte Ceph. *conſil.* 238. *numero* 6. 12. 13. 14. volens
dirimere hanc ancipitem quæſtionem tria copulatiuè
requiſiuit, ſcilicet modicitatem pretij in quarta par-
te veri valoris, pactum de retrouendendo, & quòd em-
ptor ſit ſolitus fœnerari, vel ſuſpectus de contracti-
bus illicitis; quibus concurrentibus ſtatuit contractum
præſumi in fraudem vſurarum factum: ſic dictum
Statutum Ferr. *lib.*2. *rubr.* 97. *verſ. ſuſpectum*: & il-
lud ita declarat videndus Laderch. *conſil.* 129. *num.*8.
*verſ. & ſtatutum*, melius Bertaz. *conſil. crim.*2. *nume-
ro* 28. *verſ. & ex his*, & *numero* 29. 30. *lib.*1. vbi loqui-
tur in cauſa Carpenſi cuiuſdam D. Ioſeph Aldrouandij:
idem Bertaz. *conſil.*318. *numero* 3. 4. *lib.*2. & ideò ſi Actor
vult obtinere, debet hanc qualitatem probare, quòd 21
emptor ſit ſuſpectus de vſura. Bertaz. *d. conſ.*2. *num.*29.
& *d. conſ.*318. *num.*3 bene verum eſt, quod ſi loco huius
coniecturæ aliam probaret non leuem, idem eſſet, quia
in hoc Statutum non cenſetur voluiſſe ius commune
corrigere.

Secundò illa ſententia de duobus tantum coniecturis
limitatur, & declaratur, vt procedat, quando venditio-
nem

nem cum pacto reluendi præceſſit contractus mutui ve-
ri, vel virtualis, cuius vigore, ſtante modicitate pretij
cum tali pacto vſura præſumitur, & pignus, ſecus eſt,
quando nullum etiam virtuale mutuum interfuit, quia
22 tunc tres requiruntur coniecturæ, vt ſupra. Hæc fuit di-
ſtinctio Rayn. teſte Archid. in d. cap. plerique 14. quæſt. 2.
Iac. de S. Georg. in l. interpoſitas, num. 3. C. de tranſact. Bald.
conſ. 133. num. 2. verſ. item in contractu, lib. 1. Iaſ. d. conſ. 153.
n. 2. verſ. ſecundò, lib. 4. Corn. conſ. 266. col. 1. lib. 1. Ceph.
conſ. 198. num. 18. Decian. d. conſ. 2. num. 177. verſ. & vl-
tra per eum. Menoch. conſ. 109. num. 19. quorum ſenten-
tia, vti diſtinguentium, tenenda eſt tanquam veritati ma-
gis propinqua, gl. & Salic. in l. apud antiquos, C. de furt.
23 Borgn. de vſufr. num. 2. Bertaz. in rep. l. ſi quis maior, n. 54.
C. de tranſact. Laderch. conſ. 100. num. 1. verſ. quintò, Ber-
taz. conſ. ciuil. 43. num. 13. & in terminis noſtris Rot. Lu-
cenſ. diuerſ. deciſ. 60. verſ. vnde: hîc autem nullum præ-
ceſſit mutuum, ergo viget opinio, quòd tria requiran-
tur; nam illud mutuum præcedens deſeruit pro tertia
coniectura.

Tertiò eadem ſententia, quòd duæ coniecturæ ex pa-
cto reluendi, & modicitate pretij reſultantes ſufficiant,
declaratur, vt procedat, & vera ſit, quando illa modici-
24 tas eſſet valde notabilis vltra, vel citra dimidiam iuſti
valoris, tunc enim facilè præſumeretur fraus, ſimulatio,
& pignus, & dant exemplum, ſi res valens 1000. cum
tali pacto vendatur 200. vtique tunc id ſatis eſſet ad
præſumendum contractum pignoratitium: ſic Marian.
Soc. in cap. 1. num. 85. in fin. de vſur. Roman. conſil. 304.
num. 1. vbi inquit oportere modicitatem eſſe in gradu
ſuperlatiuo. Barb. in d. cap. ad noſtram, col. pen. & ibi Be-
ro. num. 26. de empt. & vendit. Corn. conſ. 346. in fin. lib. 1.
Iaſ. d. conſ. 153. num. 2. verſ. quartò, lib. 4. Cagn. in d. l. 2.
num. 59. verſ. quartò limita, & num. 65. verſ. ex ſolo, & ibi
Franc. Zoannet. num. 55. C. de pact. Crott. conſ. 306. n. 5.
lib. 2. Boer. conſ. 12. num. 8. Calcan. conſ. 22. col. 3. Caſtr.
conſ. 306. num. 5. lib. 2. Crau. conſ. 156. num. 8. 16. in fin. &
conſ. 476. num. 15. & conſ. 491. num. 10. Burſat. conſ. 117.
num. 13. Rol. conſ. 96. num. 34. lib. 2. Gabriel. conſ. 74. ſub
num. 20. Gramm. deciſ. 76. num. 15. Oſaſch. deciſ. 42. n. 9.
verſ. primam tamen, Afflict. deciſ. 65. num. 2. vbi Vrſill.
num. 1. verſ. ego, cum Maſcard. de prob. concl. 447. n. 7. 8. 9.
Menoch. conſ. 358. num. 1. ad fin. Decian. d. conſ. 2. n. 173.
Sacca conſ. 82. num. 23. Tuſch. littera S, concl. 262. n. 45.
Farin. poſt conſ. crimin. deciſ. 57. n. 9. & in prax. quæſt. 163.
num. 41. Graff. deciſ. aur. part. 1. lib. 2. cap. 117. num. 7. pul-
chrè ſic diſtinguit Mantic. de tac. & amb. conuent. part. 1.
lib. 8. tit. 20. num. 49. verſ. quamobrem, & num. 51. per-
bellè Ludou. Gilhaus in arbor. iudic. part. 1. cap. 6. §. 163.
num. 1. verſ. limitatur. Felician. à Sol. tract. de cenſ. lib. 1.
cap. 4. num. 2. verſ. limita tamen, Barz. deciſ. 123. n. 4. Rot.
Lucenſ. d. deciſ. 60. verſ. præterea, & verſ. attamen: vbi ſic
conciliantur opiniones: hîc autem modicitas pretij nun-
quam attingit dimidiam iuſti valoris: ergo alia conie-
ctura eſſet neceſſaria; ſi enim tanta læſio eſſet, iam certi
de fraude videremur.

Quartò illa eadem opinio, quòd ſufficiant dictæ duæ
coniecturæ procedit tantum in pacto negatiuo de retro-
uendendo ſolum poſt certos annos, velut poſt ſepten-
nium, cum enim tunc emptor videatur velle eſſe de lucro
25 certus, cadit opinio pignoris, & præſumitur ſimulatio, &
vſura, dummodo illud tempus ſit notabile, alioquin per
menſes vetare redemptionem, non eſſet ſufficiens con-
iectura; quòd ſi per annos prohibeatur ius redimendi,
intrat fœnoris præſumptio: ſic benè intellectus probat
textus in d. cap. ad noſtram, vbi Abb. num. 9. 10. & Ant.
de Burg. col. 13. necnon Hoſt. & Ioan. And. de empt. &
vend. Laurent. in d. cap. conſuluit, part. 2. quæſt. 61. Cæpol.
d. tract. præſ. 10. num. 50. ad fin. Cagn. in d. l. 2. numer. 60.
verſ. eſt enim, & ibi Zoannet. num. 57. & Lup. num. 40. ver-
ſic. intelligas, C. de pact. Tiraq. verſ. non obſtat, lib. 4. Soc.
d. conſ. 248. num. 1. verſ. quartò, lib. 2. Borgn. d. deciſ. 1. n. 7.
verſ. tamen iſta, part. 2. perbellè Crau. conſ. 156. num. 5. &
conſ. 491. num. 13. Rol. d. conſ. 58. num. 10. verſ. ſimiliter,
lib. 4. Maſcard. d. tract. concluſ. 441. num. 2. Decian. d. con-
ſil. 2. num. 131. 132. 177. verſ. item tertiò, Angel. verb. vſu-
ra 1. num. 67. Corrad. d. tract. quæſt. 83. concl. 8. Vrſill. d. de-
ciſ. 65. n. 4. ad fin. Menoch. d. conſ. 343. n. 33. Mantic. de tac.
& amb. conuent. part. 1. lib. 8. tit. 20. n. 8. Cyriac. contr. 241.
num. 66. part. 1. Gratian. diſc. for. cap. 258. num. 4. 5. 6. lib. 2.
hoc enim pactum æquiparatur illi coniecturæ, vbi em-
ptor eſt ſolitus fœnerari, & ideò non eſt mirum, ſi ſuffi-
ciat ad fœnus præſumendum, iuncta pretij modicitate,
& pacto reſolutiuo.

Quintò limita eandem concluſionem, & declara non
procedere in viro, & emptore probo, & bonæ famæ, &
conditionis, qualis eſſe dicitur hic reus conuentus, hæc
enim præſumptio eſt excluſiua ſimulationis, à qua aliæ
coniecturæ conquaſſantur, adeo vt tunc ad fœnus præſu-
mendum non ſufficiat modicitas pretij cum pacto reſo-
lutiuo. Soc. d. conſil. 248. num. 1. ad fin. verſ. non omitto, 26
lib. 2. Iaſ. d. conſil. 153. numero 2. verſ. item omnes, lib. 4.
Dec. conſil. 309. numero 7. Neuiz. conſil. 87. numero 25. in
fin. Crott. conſil. 186. numero 5. Crau. conſil. 48. num. 9.
& conſil. 145. numero 14. vbi dicit, quòd exinde pur-
gantur omnes ſuſpiciones. Ceph. conſil. 496. numero 48.
in fin. Rol. d. conſil. 96. numero 20. 21. lib. 2. Maſcard. d.
concluſ. 447. numero 19. Menoch. d. præſ. 122. numer. 109.
Decian. d. conſil. 2. numero 84. 85. 86. lib. 1. Ioſeph. Lu-
dou. d. concluſ. 51. coniect. 1. verſic. quando tamen. Burſat.
conſil. 135. numero 30. lib. 2 Menoch. d. conſil. 343. nume-
ro 17. verſ. vndecimò, & num. 18. Laderch. d. conſil. 129.
numero 8. verſic. quartò. Honded. d. conſil. 131. numero 70.
Bertaz. d. conſil. 318. numero 9. lib. 2. Farinac. d. quæſt. 163.
numero 25. Hect. Felic. d. conſil. 14. numero 18. 20. part. 1.
vbi quòd exinde tolluntur omnes aliæ coniecturæ, niſi
tamen adeo eſſent euidentes, vt euitari non poſſent, &
ideò etiamſi improbata fuiſſet bona fama emptori,
adhuc fauore rei adhærendum eſſet bonæ famæ. Iaſ.
conſ. 78. num. 4. ad fin. lib. 3. ideo in caſu noſtro cum ſit 27
probata bonitas emptoris, debilitantur aliæ coniecturæ,
& licitus cenſetur contractus ab eo factus. Decian. conſ. 2.
n. 188. in fin.

His ſic firmatis ſupereſt videre, an hîc concurrant ali-
quæ coniecturæ, ex quibus coniicere poſſimus hunc
contractum eſſe ſimulatum, & fœneratitium. Vt autem
diligenter omnia percurramus, notum eſt lyppis, & ton-
ſoribus contractum venditionis vbique eſſe ſummoperè
licitum, l. 1. & tot. tit. ff. de contrah. empt. Cagn. in d. l. 2.
n. 52. Borgn. d. deciſ. 1. n. 90. p. 1. Decian. d. conſ. 2. num. 64. 28
Bonacin. de contract. diſp. 3. quæſt. 2. part. 3. n. 6. immò ven-
ditio eſt reipublicæ neceſſaria. Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 2.
concl. 3.

Similiter pactum de retrouendendo, ſiue ad certum
tempus, ſiue in perpetuum, licitum eſt, & ſeruandum om-
ni iure etiam diuino, tam in foro contentioſo, quàm con-
ſcientiæ, vnde legitur in Leuitico, c. 25. Cuncta regio poſ-
ſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur.
Ideo tale pactum valde licitum eſt: ita probat textus in
d. l. 2. vbi Ang. Caſtr. Alex. Salic. & Cagn. num. 52. 53. & ibi
Lup. num. 12. 25. C. de pact. inter empt. d. cap. ad noſtram, vbi
Abb. num. 8. Imol. num. 2. de emption. Tiraq. d. tract. in præ-
fat. num. 3. Dec. conſ. 648. num. 3. Cæpol. d. tract. præſ. 12.
numer. 53. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 9. in princip. Menoch.
d. præſ. 122. numer. 13. Decian. d. conſil. 2. num. 130. perbellè
Curt. Iun. d. conſ. 279. num. 41. p. 3. Maſcard. d. concluſ. 441.
n. 3. Ceph. d. conſ. 666. num. 7. Farinac. d. deciſ. 57. num. 2. &
tract. de falſ. quæſt. 163. numer. 20. 21. Hect. Felic. d. conſ. 14.
num. 2. Cyriac. d. contr. 255. numer. 28. part. 2. Nauar. in
manual. c. 17. num. 247. Corrad. quæſt. 85. per totam. Caiet.
ad D. Th. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. ad fin. verſ. in eodem articulo.
Bonacin. dict. punct. 3. numero 6. & hoc ſentiunt omnes
Theologi in 4. ſent. diſt. 15. vnde cùm hæc licita ſint, ex
illis nulla mali præſumptio poteſt oriri, vt ex mente
Philoſophi



30 Philoſophi, inquit Cyn. in d. l. 2. num. 52. Oſach. d. de-
ciſ. 42. num. 8. in fin. Decian. d. conſ. 2. num. 218. Farinac. d.
quæſt. 163. num. 20.

Sin tranſitum faciamus ad pretij modicitatem, ea ſo-
la non facit contractum pignoratitium, vel ſimulatum.
31 Corn. d. conſ. 266. num. 1. verſ. nec obſtat, lib. 1. Cyriac. contr.
259. num. 8. part. 2. ſed ne verſemur in incerto, videndum
eſt, an hîc adſit iſta modicitas, pro cuius rei dilucidatio-
ne animaduertendum eſt, quòd ea, quæ venduntur cum
pacto retrouendendi, longè minoris valent, quàm ſi li-
berè traderentur, hoc enim pactum eſt pecuniâ æſtima-
32 bile, & in hoc conueniunt omnes. Abb. in d. c. ad noſtram,
num. 9. in fin & ibi DD. de empt. & in c. in aliquibus, num. 2.
de decim. Socin. conſ. 15. num. 56. lib. 1. & d. conſ. 248. num. 2.
lib. 2. Ruin. d. conſ. 16. num. 5. verſ. & ceſſantibus, lib. 4. pul-
chrè Cagn. in d. l. 2. num. 58. & ibi Lup. num. 129. C. de
pact. Tiraq. in d. tract. in præfat. num. 20. vbi oſtendit hoc
etiam ſentire omnes Theologos. Iaſ. d. conſ. 153. num. 2.
verſ. quartò, ibi: item eſt bene, lib. 4. Crau. d. conſ. 145. num. 9.
Gramm. deciſ. 138. num. 2. Socin. Iun. conſ. 94. num. 25. lib. 3.
latè Decian. d conſ. 2. num. 169. vbi hoc etiam firmat te-
ſtimonio Sacræ Scripturæ, & Theologorum: Maſcard.
d. concluſ. 44. num. 10. & num. 14. in fin. Ioſeph Ludou. d.
concluſ. 51. coniect. 1. verſ. ſed dubium facit. Rol. d. conſ. 96.
num. 38. lib. 2. Surd. conſ. 217. num. 8. Bertaz conſ. 2. num. 33.
lib. 1. Nauar. d. cap. 17. num. 247. Corrad. d. quæſt. 85. verſ. ſe-
cundò. Maior in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 43. col. 3. Rota
diuerſ. deciſ. 746. num. 5. part. 4. & apud Cyriac. poſt contro-
uerſ. 271. num. 1. 12. part. 2. Farinac. dict. quæſt. 163. num. 15.
Graff. d. cap. 117. num. 2. Giurb. in conſuet. Meſſan. part. 1.
cap. 6. gloſſ. 12. num. 19. illa enim obligatio ad retrouen-
33 dendum eſt pecuniâ æſtimabilis, & recompenſanda, vt di-
cit Caiet. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. ad fin. verſ. in
eodem. Cagn. in d. l. 3. num. 58. in fin. Barz. deciſ. 123. num. 7.
Bonacin. d. loco num. 2. & hoc procedit etiam poſtquam
lapſum eſt tempus ad retrouendendum, ſi enim tunc
contingat dubitare, an adſit læſio in pretio, hoc pactum
debet æſtimari & in primis deduci, quia attenditur tem-
pus venditionis. Tiraquell. in tract. prædicto, in præfat.
num. 24. Menoch. d. conſ. 358. num. 13. Barz. dict. deciſ. 123.
num. 10. 22. Cyriac. controuerſ. 255. num. 43. part. 2. adeò vt
effluxo termino emptor non teneatur, niſi ex ſua libe-
ralitate iuſtum, & integrum pretium ſupplere, quia res
tunc tanti valebat cum tali onere pacti, & non pluris:
34 ita de communi Bonacin. d. tract. de contract. diſput. 3.
quæſt. 2. part. 3. num. 4. verſ. ſed oppoſitum, & ſi vult ſup-
plere, emptori gratificari videtur, teſte Gabr. dict.
conſ. 74. num. 19. 24. lib. 1.

Non tamen omnes conueniunt, quanti minoris res ſic
vendita valere debeat, varij enim varia dixere, & ſatis
ſuſtentabilis videtur illa ſententia, & vſu recepta, vt ta-
35 le pactum minuat rei valorem in rationem 25. vel 30.
pro centum, adeò vt res centum valens cum tali pacto
poſſit emi 70. vel 75. ita pulchrè Soc. d. conſ. 15. num. 56.
lib. 1. Iaſ. d. conſ. 153. num. 2. verſ. item eſt bene, lib. 4. Tiraq. in
d. tract. de retract. conuent. in præfat. numer. 20. verſ. vbi
dicit. Cephal. conſ. 261. num. 9. Maſcard. d. concluſ. 447.
num. 11 pulchrè Decian. d. conſ. 2. num. 170. lib. 1. Rol.
dict. conſ. 96. num. 39. lib. 2. & conſ. 58. numer. 16. lib. 4.
Laderch. dict. conſ. 129. num. 4. Menoch. dict. conſ. 343.
num. 26. Cyriac. dict. controuerſ. 261. num. 47. part. 2. Ve-
rùm quia certa regula præſcribi non poteſt, quoniam
pactum redimendi infra decem annos pluris valebit,
quàm ſi tantùm det facultatem id faciendi intra tres an-
nos, & ſimiliter pactum non redimendi, niſi poſt trien-
nium, minoris valet, quàm liberum, ideò melius eſt
dicere hoc totum iudicio, & arbitrio prudentis iudicis
eſſe relinquendum; ita tamen quod circa tertiam, vel
quartam partem verſetur, & minoris etiam æſtimet,
ſi ex aliis circumſtantiis id ſibi iuſtum videatur, quia
magis communis eſt ſententia, vt id iudici ſit arbitra-
rium. Cagn. in d. l. 2. num. 58. in fin. C. de pact. Couar.



var. reſolut. lib. 3. cap. 10. num. 1. Riminald. Iun. conſ. 218. 36
num. 158. Barz. deciſ. 123. num. 6. 8. Maſcard. d. concluſ. 447.
num. 10. 11. 12. Honded. conſ. 33. num. 29. part. 2. Cyriac. d.
controuerſ. 261. num. 48. 72. & ibi Rot. num. 2. in deci-
ſione eò loci impreſſa, quod ferè reincidit in ſuperio-
rem ſententiam, quia diminutio ad rationem 25. vel
30. pro centenario, bene verſatur circa tertiam, vel quar-
tam partem iuſti valoris, & regulariter ſolet ſeruari, vt
quarta pars pretij relaxetur emptori propter pactum re-
trouendendi ad tres, quinque vel ſeptem annos.

In caſu igitur noſtro venditoris teſtes, dum ſimplici-
ter dicunt hæc prata valuiſſe ducat. 35. pro ſingulis
bubulcis, nihil probant ad effectum, de quo quærimus,
quia ad hoc, vt fidem facerent, dicere deberent, quod ea
tanti valuiſſent etiam cum dicto pacto retrouendendi,
aliter non probant, neque iuſtum pretium, neque læſio-
nem, ſi non extat alia pignoris coniectura, vt hic, ideò
cùm de tali pacto mentionem non faciant, non probant: 37
ita Abb. in c. in aliquibus, num. 2. de decim. vbi inquit in
hoc multos errare; eum ſequuntur Crauet. conſil. 145.
num. 9. pulchrè Socin. d. conſ. 248. num. 1. in fin. lib. 2. Iaſ.
d. conſ. 153. num. 2. verſ. item eſt, lib. 4. Cagn. in d. l. 2. num. 58.
Tiraq. in dict. tract. in præfat. num. 25. in fin. vbi inquit hoc
eſſe multùm notandum. Maſcard. d. concluſ. 447. num. 14.
verſ. & præterea, & num. 15. Ruin. dict. conſ. 16. num. 5.
ad fin. lib. 4. Rol. dict. conſ. 96. numero 38. lib. 2. Cephal.
dict. conſ. 496. num. 43. verſ. idcircò. Benè verum eſt, quòd
ſi teſtes de certo pretio deponant, & certa res ſit, li-
berum poſtea iudici remanet deducere ab illo pretio,
quod ſibi deducendum videtur ratione dicti pacti, &
æſtimare, an adſit læſio, & pretij modicitas per ſu-
pradicta.

Secundò teſtes partis aduerſæ nihil probant, quia ple-
rique eorum deponunt de affectione particulari dicen-
tes, quanto à me gli hauerei dato, io tanto gli darei: vnde
fidem non faciunt, quia non ſecundùm communem
æſtimationem, ſed ſecundum ſuam affectionem teſtifi-
cantur, & ideò non probant iuſtum valorem, vt poſt
gloſſam inquit Bart. in l. 2. num. 17. & ibi Cagn. numero
240. C. de reſcind. vendit. Imol. in c. cum cauſa, num. 27.
de empt. Alex. in l. pretia rerum, num. 11. ad l. Falcid.
Abb. & Felin. in c. cùm cauſam, de teſtib. Pinell. in d. l. 2.
part. 3. c. vlt. num. 12. Maſcard. de probat. concluſ. 657.
num. 37. Giurb. in conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 6. gloſſ. 12.
num. 10. in fin.

Accedat, quòd prædicti teſtes deuiant à pretio com-
muni, quod circumferebatur in venditione pratorum
circumuicinorum, quorum alia vendita ſunt pro ſingu-
lis iugeris ducat. 24. alia 25. alia 26. 27. vt de his appa-
rent plures fides inſtrumentorum, & dicunt teſtes, quòd
nulla prata vendita ſunt, niſi vno ex dictis pretiis, ideò
teſtes venditoris non probant, quia oppoſitum reve-
ra oſtenditur, & ſimiles teſtes damnat Cephal. dict. con- 38
ſil. 261. numero 18. Menoch. dict. conſil. 358 numero 30.
verſ. Reſpondetur tertiò. Præualet enim ille modus pro-
bandi rei valorem per plura inſtrumenta venditionum
rerum vicinarum rei venditæ, & ex pluribus venditio-
nibus circumuicinis docetur, quanti res valeat: ita gl. 39
in l. 2. in verb. iudicis, verſ. dic ergo inſpici, & ibi Bart.
numero 19. Cagn. numero 233. verſ. vbi limitat, & ver-
ſicul. qua ratione, Cod. de reſcind. vendit. Lup. in d. l. 2.
numero 118. C. de pact. inter empt. pulchrè Cephal. dict.
conſil. 261. numero 16. 17. vbi inquit hunc eſſe verum
modum probandi rei immobilis valorem: idem Cephal. 40
dict. conſil. 496. numero 45. Menoch. conſil. 358. numero
15. Maſcard. de probation. concluſ. 658. numero 9. Giurb.
in conſuetud. Meſſan. part. 1. cap. 6. gloſſ. 12. numero 8.
Ludouiſ. Gilhaus in arbor. iudic. part. 1. cap. 6. de probat.
§. 241. in fin.

Hinc eſt, quod teſtes emptoris deponentes ſecundum
communẽ curſum meliùs probant pretium dictorum pra-
torum, & licèt pauciores ſint, vincũt tamen teſtes vendi-
T toris,

toris, quia iuuantur pluribus inſtrumentis venditionum,
vt vidimus, & magis conformes ſunt petitioni vendito-
ris, qui narrat ſe læſum vſque ad quartam partem: & de-
nique teſtes eiuſdem venditoris non dicunt dicta prata
tanti voluiſſe ante contractum, & poſt per multos annos,
provt dicere debebant ad probandam communem æſti-
41 mationem ſecundùm Alex. *in d. l. pretia rerum, ſub num.* 10.
*ff. ad l. Falcid.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 657. *num.* 64. 65.
pulchrè Ludou. Gilhaus *in arbor. indic. part.* 1. *cap.* 6. *de*
*probat.* §. 240. *num.* 2. ex quibus reſultat certa concluſio,
quòd maior fides ſit danda teſtibus emptoris, & ſanè mi-
rabile videtur, quod venditor velit ſua prata valuiſſe duc.
35. & tamen nullam ſimilem venditionem pratorum vi-
cinorum monſtrauit, licèt multæ exhibitæ ſint, & quæ
maius pretium continet, non tranſcendit duc. 29. iudicet
igitur prudens Iudex, quod iuſtum ſibi videtur.

Si ergo emptor de pretio conuenit in ducat. 20. cum
augmento vſque ad duc. 24. in caſu non redemptionis,
ea non ſecuta, vt euenit, perinde eſt, ac ſi ab initio conue-
niſſet in duc. 24. tum quia puri, & purificati idem eſt iu-
dicium: ad rem Rota *diuerſ. deciſ.* 476. *num.* 10. *part.* 2.
Surd. *deciſ.* 113. *num.* 6. tum quia eſt vnus, & idem con-
42 tractus, vt pulchrè Crott. *conſ.* 384. *num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. Surd.
*conſ.* 217. *num.* 9. Sacc. *conſ.* 171. *num.* 18. 19. *lib.* 2. & quia
pretium, quo dicta prata vendita ſunt, non eſt vniforme,
cùm alia fuerint empta duc. 18. alia 24. alia 26. alia 29.
ſi iudex iuſtum valorem in hac varietate vult cognoſce-
re, mediam viam eligere debet, adeò vt neque infimo
43 pretio, neque maximo accedat: ita Salic. *in d. l.* 2. *nu-*
*mero* 29. & ibi Cremenſ. *ad fin.* & Pinel. *part.* 3. *c. vlt.*
*num.* 10. *C. de reſcind. vend.* Lup. *in d. l.* 2. *num.* 125. *C. de*
*pact. inter empt.* Alex. *conſ.* 64. *num.* 9. *lib.* 2. Maſcard. *de pro-*
*bat. concluſ.* 658. *num.* 14. 15. 22. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 240.
*num.* 14. quibus attentis, & calculatis apparebit iuſtum
dictorum pratorum valorem eſſe de duc. 24. provt empta
fuerunt.

Et tantò libentiùs debet Iudex inclinare ad fauorem
emptoris, quia licèt in cognoſcendo, an in venditione ad-
ſit læſio vltra dimidiam, ſufficiat minimus exceſſus, &
pretium iuſtum tunc conſiſtat in puncto indiuiſibili,
44 Bald. *in l.* 2. *quæſt.* 11. & ibi Caſtr. *in princ.* & *in* 6. *con-*
*cluſ.* Cagn. *num.* 26. *in fin.* & *num.* 138. 139. *C. de reſcind.*
*vend.* Felin. *in c. cùm cauſa*, vbi etiam Barboſ. *de teſt.* ta-
men extra huiuſmodi terminos, quando certa lege, vel
45 conſuetudine pretium non eſt determinatum, illud non
conſiſtit in puncto; maximè circa res ſoli, quæ nunquam
ſolent habere pretium præciſum, ſed ex variis cauſis in-
trinſecis, vel extrinſecis, vario modo æſtimantur. Socin.
*in cap.* 1. *num.* 32. *de vſur.* regulariter enim iuſtum rerum
pretium, & naturale non conſiſtit in puncto indiuiſibili,
& modica additio, vel diminutio non tollit æqualitatem
46 iuſtitiæ, recipit enim latitudinem, intra cuius fines nun-
quam violatur iuſtitia. Ariſt. *lib.* 2. *Ethic. cap.* 6. D. Thom.
2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *ad primum*, *in fin.* Aret. *in d. c. cum*
*cauſa.* Cagn. *in d. l.* 2. *num.* 26. Graff. *aur. deciſ.* 112. *n.* 1.
*verſ. præterea, part.* 1. *lib.* 2. Leon. *in theſ. for. Eccleſ. part.* 2.
*cap.* 30. *num.* 15. 16. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 2.
*part.* 4. *num.* 1. *verſ. pretium vulgare*: & ideò poſſet ſtare,
quòd quidem dictus emptor vili quidem emiſſet pretio,
ſed tamen iuſto. Decian. *d. conſ.* 2. *num.* 17. triplex enim
47 pretium omnes DD. admittunt, infimum, medium, &
rigoroſum, & quodlibet eorum iuſtum reputatur, adeò
vt res valens decem poſſet iuſtè emi nouem, vel vnde-
cim, & quæ valet centum, licitè venditur centum &
quinque, vel nonaginta quinque, ſiue præſenti pecu-
48 nia, ſiue dila ſolutione. Lup. *in c. nauiganti, comment.* 3.
§. 5. *numero* 116. *de vſur.* Vgolin. *de vſur. cap.* 39. *ſect.* 1.
*numero* 4. 6. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 8. *col.* 1.
Felician. *tract. de cenſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *part.* 1. Cyriac.
*controuerſ.* 169. *num.* 16. 17. *part.* 1. propterea leuis modi-
citas pretij non poteſt cauſare iniuſtitiam, ceſſante do-
lo, vel fraude, quod in caſu noſtro tollit omnem macu-
lam, & verè venditio præſumitur facta iuſto pretio, &
iuſtum cenſetur pretium, de quo partes conuenerunt.
Farinac. *de ſimulat. quæſt.* 163. *num.* 12. Cyriac. *controuerſ.* 49
123. *num.* 4. *part.* 1.

Hoc igitur omiſſo videamus an in caſu noſtro aliæ ad-
ſint pignoris coniecturæ, quibus niti valeat venditor: &
ſanè ſentio eum pro fœnoris ſigno adducere illud pa-
ctum in venditionis inſtrumento appoſitum, vt onus ga-
bellæ pro contractu ſoluendæ ſpectet ad eum, libero ma-
nente emptore, quod multi pro ſimulationis, & fœnoris
ſigno notant, vt Abb. *conſ.* 76. *num.* 2. *verſic. quarta con-* 50
*iectura, lib.* 1. Bald. *conſ.* 311. *num.* 10. *lib.* 5. Cæpol. *de ſimul.*
*contract. præſ.* 6. *num.* 42. Alex. *conſil.* 54. *num.* 1. *lib.* 6. Rol.
*conſ.* 40. *num.* 35. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 55. *num.* 56. *lib.* 1. Hypp.
Riminald. *conſ.* 725. *num.* 28. *lib.* 6. Menoch. *de præſ. lib.* 3.
*præſ.* 122. *num.* 59. Lup. *in d. l.* 2. *num.* 45. *C. de pact. inter*
*empt.* Farinac. *d. quæſt.* 163. *num.* 105. Decian. *dict. conſ.* 2.
*num.* 38. *lib.* 1. ex quibus ſanè fatendum eſt hanc eſſe com-
munem DD. ſententiam, quam admittendam puto, ſi
vt inferiùs dicam, intelligatur bene, quomodo debeat
procedere.

Nam reſpondetur quòd pactum, vt venditor ſoluat
totam gabellam, quæ ſpectabat æqualiter ad vtrumque,
vt hic, eſſe valde licitum, & regulariter nulla mali præ-
ſumptio ab eo oritur, & per ſe non ſufficit ad conſtituen-
dam fœnoris certam probationem. Bertrand. *conſil.* 186.
*num.* 4. *lib.* 2. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 6. *gloſſ.* 2. 51
*num.* 25. *verſ. atque verrendum.* Lup. *in d. l.* 2. *num.* 25. &
maximè quia onus ſoluendi gabellam non habetur lo-
co pretij, nec facit exceſſum in eo. Lud. Mex. *in prag.* 52
*de tax. pan. concluſ.* 3. *num.* 10. Felician. *d. tract. de cenſ.*
*lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. *verſic. quam Didaci, ad fin.* Gratian.
*diſc. for. cap.* 258. *num.* 42. *lib.* 2. & ſine alio fundamen-
to durum eſſet in viro probo ex hoc arguere pignoris
præſumptionem, & vſuram. Decian. *dict. conſilio* 2.
*numero* 83. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 8. *tit.* 25.
*num.* 2. 3.

Benè verum eſt, quod in viro de vſura ſuſpecto hæc eſ-
ſet non contemnenda coniectura, & in eo, qui ſolitus eſt
fœnerari, vel illicitos facere contractus, provt ſic loqui
videntur Bald. *d. conſ.* 311. *num.* 10. *lib.* 5. Decian. *d. conſ.* 2.
*num.* 38. in aliis autem niſi adſit magna pretij læſio, hæc
præſumptio leuis reputabitur, quia pro ſuo arbitrio con-
trahentes hoc apponunt pactum.

Deinde dicas illam opinionem procedere, quando ta-
le pactum eſt inſolitum, eo quod vtplurimùm gabella,
ſoleat ſolui ab emptore, vel ab vtroque pro dimidia,
tunc enim ſi hoc onus refundatur in venditorem, ſtan- 53
te pacto reluendi, & modicitate pretij, dabit fœnoris
ſignum, quia emptor videtur velle eſſe ſecurus de lucro,
& inſolita generant ſuſpicionem, & DD. allegati videtur
ſe fundare in eo, quòd tale pactum ſit inſolitum. Alex.
*conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 6. Rol. *d. conſil.* 40. *num.* 33. 34. 35. *lib.* 2. 54
pacta enim inſolita ſunt ſimulationis, & fœnoris ſigna.
Tiraquel. *de retract. conuent. in præfat. numero* 32. Rol.
*dict. conſil.* 96. *numero* 27. *lib.* 2. Decian. *d. conſ.* 2. *nume-*
*ro* 37. & *num.* 214. Farinac. *dict. tract. quæſt.* 162. *nume-*
*ro* 164. Ludouiſ. Gilhaus *in arbitr. iudic. part.* 1. *cap.* 6.
§. 160. *numero ſecundo*, & propterea ſi id ſolitum ſit pa-
ciſci, vt venditor ſoluat gabellam, ceſſabit hæc mala
præſumptio, quia vbi ſolita fiunt, nulla fraus præſu-
mitur. Decian. *d. conſ.* 2. *num.* 80. Crauet. *d. conſ.* 145. *num.* 14.
Rol. *d. conſ.* 96. *num.* 27. *lib.* 2. & licèt ſpectet ad vendito- 55
rem probare hoc pactum eſſe inſolitum, Farinac. *d. quæſt.*
162. *num.* 160. tamen emptor hic probauit valde ſolitum
eſſe, immò pro notorio proponit, de quo etiam in cubi-
culo Iudex ſe informare poteſt. Riminald. Iun. *conſ.* 6.
*num.* 33. Rol. *conſ.* 44. *num.* 36. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 230. 56
*num.* 41.

Denique poteſt dici, quòd illa ſententia procedat,
quando ſimul concurrit ingens pretij modicitas, ea enim
tantam inducit fœnoris veriſimilitudinem, vt accedente





alia etiam non grandi coniectura, intret pignoratitij
contractus præſumptio, vnde ceſſante pretij modicitate
57 tollitur ſiniſtra hæc coniectura. Lup. *in d. l.* 2. *numer.* 49.
*verſ. retinendo, C. de pact. inter empt.* Barz. *d. deciſ.* 123. *num.*
22. *verſ. cùm igitur*, Farinac. *d. quæſt.* 162. *num.* 164. hîc au-
tem oſtenſum eſt non adeſſe in pretio magnam læſio-
nem, ergo non eſt timendum de hac coniectura, quam
aliqui etiam velle videntur, vt ſolùm procedat, quando
pactum retrouendendi eſt appoſitum in gratiam empto-
ris, ſecus ſi tantùm pro venditore, cui liberum ſit reeme-
re, vel non; ſic diſtinguendo ſentire videtur Ruin. *conſ.*
66. *num.* 9. *verſ. quia igitur, lib.* 4. in quo tamen non reſi-
deo, quia vtroque caſu, ſi adeſſet magna pretij modici-
citas, non paruipenderem hanc coniecturam, niſi ab aliis
eneruaretur.

His igitur omiſſis videamus, an aliæ adſint fœnoris
coniecturæ, & præcipuè illa, an emptor ſit ſolitus fœne-
rari, vel ſuſpectus de illicitis contractibus. In quo ani-
maduerte eum non dici ſolitum, vel ſuſpectum, qui ſemel
etiam fœneratitium contractum fecit, ſed neceſſe eſt, vt
bis vel ter ſimili negotio ſe inuoluerit, quia ex vnico actu
58 ſolitum non inducitur. Ita ex gl. *in* §. *quia verò*, *in verb.*
*ſæpe, in Auth. de teſt.* clarè Iaſ. *d. conſ.* 153. *num.* 2. *ad fin. verſ.*
*reſpondetur, lib.* 4. Gratian. *conſ.* 39. *num.* 4. *verſ. præterea,*
*lib.* 2. Ioſeph Ludouiſ. *d. concluſ.* 51. *coniect.* 1. *verſ nec quis,*
Maſcard. *d. concluſ.* 445. *num.* 13. *verſ. verùm enim* Bertaz.
*clauſ.* 21. *gloſſ.* 12. *num.* 2. *verſ. ſic etiam.* Claud. ad Bertaz.
*conſ.* 213. *littera D, verſ. quidquid,* Rol. *conſ.* 96. *num.* 43.
*verſ. item & quia, lib.* 2. Menoch. *d. conſ.* 358. *num.* 4. Farinac.
*d. quæſt.* 162. *num.* 171. & *quæſt.* 163. *num.* 29. Mantic. *de tac.*
*& amb. conuent. part.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. *num.* 13. *verſic. ſed*
*notandum.* Vincent. Carroc. *de locat. part.* 3. *tit. de pro-*
*greſſ. ac grad.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 31. & *part.* 5. *tit. de vſur.*
*quæſt.* 3. *num.* 15.

Deinde ad prædictum effectum de inducenda vſura-
rum ſuſpicione non ſufficit plura rei conuenti producere
inſtrumenta cum pacto retrouendendi, & modicitate
pretij, vt per Bertaz. *d. conſ* 2. *num.* 30. *verſ. vnde cùm non*
59 *ſit.* Honded. *conſ.* 31. *num.* 68. *lib.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 163.
*num.* 31. 32. vbi quoque voluit non ſatis eſſe oſtendere,
quod emptor fecerit contractus vſurarios, niſi etiam
conſtet eum vſuras exegiſſe, idque firmat etiam Man-
tic. *de tac. & amb. conuent. part.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. *num.* 14.
immò non punitur quiſquam de vſura, ſi contractus non
fuit executioni demandatus, quia fortè non exegit vſu-
ras. Borgn. *deciſ.* 13. *num.* 78. *part.* 2. Vgol. *de vſur. cap.* 26.
§. 1. *verſ. tertiò excipitur*, pulchrè Cyriac. *d. controu.* 169.
*num.* 26. *part.* 1. & ideò, vt talis vſurarum ſuſpicio oria-
tur, oportet illos contractus, quos emptor dicitur feciſſe,
clarè, & dilucidè eſſe illicitos, alioquin ex actu dubio non
60 naſcetur fœnoris præſumptio: ſic Iaſ. *d. conſ.* 153. *num.* 2.
*verſ. non obſtat aliud,* ibi; *qui verè*, *lib.* 4. Rol. *d. conſ.* 96.
*num.* 43. ibi: *verè continerent, lib.* 2. ex quibus impoſſibile
redditur actori probare, quod reus fuerit de vſura ſuſpe-
ctus, vel ſolitus fœnerari, quia nihil horum oſtenſum
eſt in caſu noſtro concurrere.

Et ſi placet in medium producere emptionem factam
ab iſto reo conuento de domo D. Matthæi Piuæ cum
pacto retrouendendi, in ea non apparet aliqua mali
ſuſpicio, ſiquidem iuſtiſſimo pretio vendita eſt, vt pro-
batur teſtibus fide dignis, qui cùm ſint plures, & peri-
tiores, vincunt duos venditoris teſtes, qui etiam plu-
ries fuerunt examinati, & facta diminutione propter pa-
ctum retrouenditionis, de qua Barz. *dict. deciſione* 123.
*numero ſexto*, apparet dictam domum fuiſſe venditam
iuſto pretio.

Videamus igitur, an dictus emptor fecerit alios con-
tractus illicitos, & ſanè ſi loquimur de illo, de quo in pro-
ceſſu, *fol.* 141. nullam in eo cognoſco maculam, nam pa-
ctum de reſtituendo pretium in tot zechinis in caſu retro-
uenditionis iuſtum eſt, cum in eodem genere monetæ
fuerit exburſatum, ſicut non eſt iniquum aliud pactum de
reſtituendo terram venditam in ſtipula ſicca; & vacua,
quia ſic vendita eſt, & ſi venditor non poteſt redimere
ad finem vendendi alteri, hoc iuſtitiæ plenum eſt; valet
enim pactum, vt ipſe ſolus venditor poſſit redimere, &
non alius, quo caſu neque cedi poteſt ius redimendi. Rol. 61
*conſ.* 28. *num.* 30. *verſ. vltimò, lib.* 2. Tiraquell. *de retract. lign.*
§. 26. *gloſſ.* 3. Gratian. *diſc. for. cap.* 258. *num.* 27. *lib.* 2. im-
mò non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè poteſt exclu-
di aliqua perſona à iure redimendi. Tiraquell. *de retract.* 62
*conuent.* §. 1. *gloſſ.* 6. *num.* 10. *in fin.* & cùm non appareat
liquidè hunc contractum fuiſſe vſurarium, ab eo nihil
inferri poteſt.

Sed quid dicam de altero contractu, de quo in pro-
ceſſu, *fol.* 147. in quo eſt pactum, vt emptor cum pacto re-
trouendendi poſſit cogere venditorem ad redemptionem
intra certum tempus, quod an liceat paciſci, videndum
eſt. Verùm nullum eſt dubium, quin tale pactum validum
ſit, & careat ſuſpicione vſuræ, niſi interueniat magna pre-
tij modicitas, vel alia grauis coniectura fœnoris, de qui-
bus in hoc contractu non apparet: certum eſt enim pa-
ctum retrouenditionis non minùs poſſe apponi ad fauo-
rem, & in gratiam emptoris, quàm venditoris, & emens
vtroque caſu facit fructus ſuos, in eiuſque poteſtatem po-
teſt remitti hæc redimendi facultas, vt ſicut ipſe poteſt
cogi ad retrouendendum, ita venditor ad retroemendum,
hoc enim modo contractus ad quandam æqualitatem
perducitur: ſic gl. & Card. *in c. illo vos*, vbi Imol. *num.* 14. 63
*de pignor.* pulchrè Bero. *in d. c. ad noſtram, num.* 25. *verſic.*
*ſecundò conſidera, de empt. & vendit.* omninò videndus
Cagn. *in d. l.* 2. *num.* 277. & ibi latè Lup. *num.* 26. *verſ. ſed*
*aduertendum*, vbi reſoluit omnia, *C. de pact. inter empt.*
Couar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 3. Menoch. *dict.*
*præſ.* 122. *num.* 17. *verſ. diſſentiunt.* Farinac. *in tractat. de*
*ſimulat. quæſt.* 163. *num.* 61. 62. Azor. *mor. inſt. part.* 3. *lib.* 8.
*cap.* 12. *quæſit.* 1. latè Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 2.
*punct.* 3. *num.* 6. vbi reddit rationes.

Et ſi fortè aliqua ſuſpicio eſſet, illa tollitur per ve-
ros retrouenditionis ſubſecutæ contractus, & ceſſat om-
nis ſimulationis, & pignoris præſumptio. Ruin. *conſ.* 16.
*num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *d. præſ.* 122. *num.* 116. *in fin.* Tuſch. 64
*littera S, concluſ.* 268. *num.* 2. quem ſequitur Farinac. *dict.*
*tract. quæſt.* 162. *num.* 54. *verſ. vbi quod ſimulatio.* Cùm
igitur non appareat emptorem iſtum feciſſe aliquos
contractus illicitos, & vſurarios, non eſt dicendum eum
fuiſſe de vſura ſuſpectum.

His ſtantibus licèt poſſem à Roſtris diſcedere tanquam
de victoria ſecurus, tantùm quia ex abundantia cordis
os loquitur, placet etiam redundantiam iurium dicti em-
ptoris oſtendere: iam enim vidimus nullas contra eum
extare fœnoris cõiecturas, ſed eſto, quòd aliquæ adeſſent,
adhuc tamen illæ conquaſſantur, & confractæ retundun-
tur ab aliis potentioribus, & pluribus ad eius fauorẽ con-
ſiderandis, & vt à leuioribus incipiam, quamvis licitum
ſit in venditionibus pactum retrouendendi apponere, *d.* 65
*l.* 2. vbi Cagn. & Lup. *C. de pact. inter empt.* & ex eo oria-
tur ſuſpicio fœnoris iunctis aliis coniecturis, vt vidimus,
tamen quando certo tempore, velut ſeptennio finitur ta-
le pactum, minor reſultat vſuræ ſuſpicio, & veriſimilius
redditur, quòd partes voluerint emere, & vendere, & ideò
D. Bernard. ſuper hoc conſultus dixit melius eſſe abſtine-
re à tali pacto, niſi fiat velut vſque ad ſeptem annos: quaſi
tunc magis appareat verus vendendi, & emendi animus:
ita Cæpol. *d. tract. de ſimul. contract. præſ.* 12. *num.* 54. *verſ.* 66
*circa quod;* & *num.* 56. pulchrè Curt. Iun. *conſ.* 279. *num.* 46.
*lib.* 3. Carroc. *de locat. & conduct. part.* 5. *tit. de vſur. quæſt.* 3.
*num.* 10. *verſ. primus articulus.*

Secunda veritatis, & veræ conditionis coniectura eſt,
quòd huiuſmodi contractus non fuerit clam, aut occul-
tè celebratus, ſed palam, ac publicè ſine vllo mediatore
ſuſpecto, coram teſtibus, & notario, vt hic factum eſt; 67
ſicut enim qui malè agit, odit lucem, *l.* 1. §. *tria lumina,*
& ibi gl. *in verb. aptiores, ff. de ventr. inſpic.* ita qui bene

operatur, in aperto agit, & ideò in propoſito ex contra-
ctu palam facto oritur bona coniectura contra fœnoris
68 præſumptionem, vt per Tiraq. *de retract. conuent. in præ-
fat. num.*15. pulchrè Decian. *d.conſ.*2. *n.*92.93.94.95.96.
*lib.*1. Menoch. *d. præſ.*122. *num.*94. *in fin.* Tuſch. *d. littera S,
concluſ.*261. *num.*52. Farin. *d. quæſt.*162. *num.*206. Menoch.
*d. conſ.*343. *num.*10. & ſatis palam illud dicitur fieri, quod
69 fit coram teſtibus, ad textum *in l. palam*, & ibi gl. *ff. de
verb. ſign.* Crauet. *conſ.*544. *num.*5. *in fin.* ſicut etiam publi-
70 cè illud factum dicitur, quod per inſtrumentum factum
eſt. Ruin. *conſ.*14. *num.*10. *lib.*2. Curt. Iun. *conſ.*64. *num.*2.3.
Decian. *d. conſ.*2. *num.*95.96. Farinac. *d. quæſt.*162. *num.*209.
Surd. *conſ.*577. *num.*39. Peregr. *conſ.*3. *num.*137. *lib.*1.

Tertia coniectura eſt, quòd iſti contractus in hac pa-
tria multùm frequentantur, propter quod ceſſat omnis
ſiniſtra ſuſpicio, & liciti cenſendi ſunt etiam quoad eo-
71 rum validitatem, vt per Iaſ. *d. conſ.*153. *num.*2. *verſ. ſepti-
mò facit, lib.*4. vide Decian. *d. conſ.*2. *num.*80. 81. 82.83.
*lib.*1. Grat. *d. conſ.*39. *num.*4. *lib.*2. Rol. *d. conſ.*96. *num.*26.
27.28. *lib.*2. latè Menoch. *d. conſ.*343. *num.*4.

Quarta coniectura eſt quæ deſumitur ex iuramento
aſſertorio, quòd omnia in inſtrumento contenta ſint ve-
ra, cum promiſſione ea attendendi, ſi enim aliunde non
detegatur ſimulatio, nec aliunde appareat de modicitate
pretij, hoc iuramentum multùm operatur ad tollendam
72 fœnoris præſumptionem. Ioan. de Imol. *in d. c. ad noſtram,
ad fin. de empt. & vend.* Cæpol. *d. tract. præſ.*7. *num.*46. Ruin.
*conſ.*189. *num.*22. *lib.*1. Pariſ. *conſ.*111. *num.*13. *lib.*4. Socin.
Iun. *dict. conſ.*50. *num.*2. *lib.*1. de communi Curt. Iun. *conſ.*
108. *num.*13. vide Cephal. *d. conſ.*496. *num.*50. Rol. *d. conſ.*
47. *num.*31. *lib.*5. latè Farinac. *d. quæſt.*162. *num.*83. pulchrè
Menoch. *dict. conſ.*343. *num.*46. & *conſ.*358. *num.*34. &
quamvis hic iuramentum non fuerit formiter præſti-
73 tum, tamen clauſula, *Pro iurato*, habet omnes iuramenti
vires, dempto periurio, & foro. Natt. *conſ.*479 *num.*12.
& *conſ.*480. *num.*12. 14. Seraphin. *de priuileg. iurament.
priuileg.*22. *num.*120. Surd. *deciſ.*154. *num.*2. & poſt multos
Bertaz. *conſil. criminal.*480. *littera A*, *verſ. Addo etiam.*

Quinta, & vltima hìc coniectura, quæ tollit omnem
maculam, eſt illa, quæ reſultat ex bona fama emptoris,
eo, quòd ſemper fuerit reputatus pro viro bono, & ti-
morato, ſicut enim in ſolito fœnerari facilè cadit pig-
74 noris præſumptio, ita in viro bono vix poteſt cadere ta-
lis ſuſpicio, & hæc præponderat omnibus coniecturis, &
quæ ſunt in contrarium, conquaſſantur. Socin. *d. conſ.*
248. *num.*1. *ad fin. lib.*2. Decian. *d. conſ.*2. *num.*84.85. Rol.
*conſ.*96. *num.*20. *lib.*2. Menoch. *d. præſ.*122. *num.*98. Becc.
*conſ.*52. *num.*8. *lib.*1. Crott. *conſ.*186. *num.*5. Cephal. *dict.
conſ.*496. *num.*49. *in fin.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. part.*
1. *lib.*8. *tit.*25. *num.*2.3. Farinac. *dict. quæſt.*162. *num.*172. &
*quæſtion.*163. *num.*25. Laderch. *conſ.*129. *num.*8. Bertaz.
*d. conſ.*2. *num.*11. 12. *lib.*1. & *conſ.*318. *num.*9. *verſ. quin-
tò*, *lib.*2. pulchrè Hect. Felic. *dict. conſ.*14. *num.*18. 21.
*part.*1. vbi de magis communi teſtatur, & inquit, quod
ſi emptor non eſt ſolitus fœnerari, ſed conſtat eſſe
virum probum, omnes aliæ coniecturæ conquaſſan-
tur.

Quatenus autem verſaremur in dubio, an iſte contra-
ctus haberet aliquid pignoris, & vſuræ, licet in foro con-
ſcientiæ pro vſurario habendus eſſet, vt tutior pars eli-
gatur, tamen in foro contentioſo, vt hic, debet cenſeri
licitus, & bona fide ac ſine labe vſurarum celebratus.
75 Iaſ. *dict. conſ.*153. *num.*2. *verſ. octauò*, *lib.*4. Crauet. *dict.
conſ.*145. *numero ſecundo.* Crott. *dict. conſil.*141. *numer.*6.
latè Decian. *dict. conſil.* 2. *numero* 64. 65. 66. vbi mul-
tos allegans inquit hanc eſſe nobilem præſumptionem,
& *num.*161. *in fin.* & *num.*186. *lib.*1. Cephal. *d. conſ.*496.
*num.*46. Menoch. *dict. conſ.*343. *num.*1. Bertaz. *d. conſ.*2.
*num.*10. *lib.*1. & *conſ.*318. *num.*2. *lib.*2 Mantic. *d. tract.
lib.*8. *tit.*25. *num.*24.

Et hoc maximè ſtante inſtrumento publico, cuius ver-
ba præſumuntur viridicè prolata, & contra quod difficilè
præſumitur ſimulatio, adeò vt ei innitens fundatam ha-
beat intentionem. Cephal. *dict. conſ.*261. *num.*5. 6. Me- 76
noch. *d. conſ.*343. *num.*2. Rot. *diuerſ. deciſ.*792. *num.*1.
*verſ. maximè, part.*4. vide Hect. Felic. *d. alleg.*14. *num.*9.
10. *part.*1. vbi etiam inquit durum eſſe, & arduum vel-
le contra publicum inſtrumentum docere de ſimulatio-
ne, & hoc longè verius reputatur in præſenti vſurarum
materia. Honded. *d. conſ.*33. *num.*12. *lib.*2. Tuſch. *dict.
littera S, concluſ.*260. *num.*44. Mantic. *de tac. & amb. con-
uent. lib.*8. *tit.*17. Menoch. *d. conſ.* 343. *num.*23. genera-
liter enim talis præſumitur contractus, qualem denomi-
narunt partes, & qualis apparet in prima ſui figura.
Cephal. *dict. conſ.*496. *numer.*46. Decian. *dict. conſil.*2.
*num.*61.

Sed ad quid tot, ac tanti labores, & ſudores? gratis
fatigati ſumus: non enim nobis erat neceſſe de hac pig-
noris materia tractare, quia actor in præſenti iudicio
non intentauit remedium, quod agenti competere po-
teſt pro reſciſſione ſimulati, & pignoratitij contractus, 77
qui ipſo iure nullus eſt, & inualidus. Farinac. *dict. quæ-
ſtion.*163. *num.*1. & ideò in contractu vſurario non agi-
tur ad reſciſſionem, quia nullus eſt ipſo iure. Valaſc. *con-
ſil.*70. *num.*8. *verſ. ſed hæc*, *part.*1. & propterea non eſt
poſtulandum in libello, quòd fiat retrouenditio, ſed
quòd res vendita reſtituatur venditori vnà cum fructi-
bus, vt concludunt omnes *in d. c. ad noſtram*, *de empt.
& vendit.* hic autem venditor quaſi diſſimulans termi-
num redimendi eſſe lapſum, petiit ſibi fieri inſtrumen-
tum venditionis, & retroceſſionis, nec aſpirauit ad fru-
ctus perceptos, ſed tantùm ad exiſtentes in terra ven-
dita, ac alios a die moræ percipiendos; ſi ergo à libello, 78
& petitione cognoſcitur, quale ſit iudicium, Peregr.
*conſ.*82. *num.*11. *lib.*1. concludendum eſt, non obſtante
clauſula, *Super quibus*, quæ non operatur, niſi ſuper
narratis: late Riminald. Iun. *conſ.*409. *num.*74. & niſi,
quando concluſio libelli eſt dubia, & obſcura, non po-
teſt dici intentatum fuiſſe hoc remedium, vt pulchrè
dixit Laderch. *dicto conſ.*129. *numero ſexto*, *verſ. nunc ali-
qua.* Menoch. *dicto conſ.*358. *num.*37. ideóque venditori 79
dici poteſt: Viam, quam elegiſti, hæc tibi pateat, *l. ſi
mulier*, *§. fin. ff. de eo, quod met. cauſ. §. quæ de fullone,
verſ. ſed noſtra, Inſt. de oblig. ex delict.* Bald. *in d. l.* 1. *nu-
mero* 1. *C. de execut. rei iudic.* Socin. Iun. *conſ.*46. *num.*7.
*lib.*2. ſed cùm effluxum ſit tempus ad redimendum, ina-
nis redditur actio.

Poſt hæc autem ſcripta non eſſe ineptum puto re-
ſpondere motiuo, quod in hac cauſa fiebat, quia cùm
emptor promiſerit ſupplere, & augere pretium vſque
ad ducat. 24. pro ſingulis iugeris in caſu non redemp- 80
tionis, allegabatur idcirco videri partes ab initio non
habuiſſe propoſitum emendi, & vendendi, ſed pigno-
ris contrahendi, & talem venditionem vti conditiona-
lem non potuiſſe ſubſiſtere: ita Bald. *conſ.* 322. *nume-
ro tertio*, *lib.*3. Abb. *conſil.* 76. *numero ſecundo*, *verſicul.
item & tertio*, *lib.*1. Gabriel. *conſil.*74. *numero vndecimo*,
*lib.*1. Menoch. *d. præſ.*122. *numero* 54. *verſ. hoc etenim*,
*lib.*3. Gratian. *diſcept. for. lib.*2. *cap.*258. *numero* 30. vbi
quod ex hoc etiam probatur ab initio pretium non fuiſ-
ſe iuſtum.

Sed reſponſum eſt hanc coniecturam fœnoris eſſe ve-
ram quando augmentum eſt tale, vt ſignificet ab initio
maximam adfuiſſe in pretio læſionem in tertia, vel maio-
ri parte, vel quando iunctum eſt cum alio pacto negatiuo,
vt non liceat venditori retroemere, niſi poſt certum tem-
pus, velut ſeptem annos. Verùm ſi hoc augmentum non
tranſcendat quartam partem totius pretij, vt hic, non
eſt ſignum fœnoris, immo exinde deprehenditur empto-
rem non eſſe lucri cupidum, ſed voluiſſe fundum ſibi irre-
uocabiliter acquirere ſine damno venditoris, cui voluit
refundere illud, quod ſibi retinere licebat ob pactum re-
trouendendi, quod facit rem venditam tanti minoris va- 81
lere: ſic pulchrè & latè reſpondet Hier. Gabr. *d. conſ.*74.
*num.*18. *num.*19.21. *lib.*1. quem ſequitur Menoch. *d. præſ.*122.
*num.*54. *in fin.* Gratian. *d. diſc.*258. *num.*35. latè Mantic. *de
tac. & amb. conuent. lib.*8. *tit.* 20. *num.*36.37.38. vbi tollit
contraria, & ſatisfacit omnibus, quos ſequitur Farinac.
*de tract. de ſimulat. quæſt.*163. *num.*56.



His ſtantibus cùm cauſa fuiſſet commiſſa ab Illuſtriſ-
ſimo Conſilio Signaturæ Sereniſſimi Ducis Mutinæ D.
Gubernatori Carpi cum conſilio Conſultoris eligendi in
ciuitate Mutinenſi, res cœpit ardentiùs agitari, & re ma-
turè conſiderata per D. Conſultorem fuit reuocata pri-
ma ſententia D. Prætoris, & dictus emptor abſolutus à
petitis. Verùm quia venditor voluit appellare ab hac
ſententia, cauſa fuit commiſſa Illuſtriſſimo Conſilio Iu-
ſtitiæ, in quo cum procedatur ex æquo, & bono, quia
eſt Tribunal Principis, licet pignoris, & vſuræ præ-
ſumptiones non fuerint attentæ, & Conſilium non deue-
nerit in ſententiam quòd iſte contractus eſſet vſura-
rius, tamen mandauit fieri retrouenditionem pratorum,
quaſi nondum eſſet lapſum tempus ad redimendum, &
exiſtimauit iuſtam adfuiſſe cauſam, ne curſus termini
laberetur, & quatenus lapſus eſſet, ex iuſta cauſa fuiſ-
ſe reſtituendum ad rem tantùm recuperandam, ſine ta-
men fructibus perceptis, quòd non feciſſet Conſilium,
ſi putaſſet contractum fuiſſe vſurarium, quia tunc res
venit reſtituenda vnà cum fructibus, vt vidimus.

---

## CAPVT XLI.

### EPITOME.

Executor Apoſtolicus an poſſit extraiudicialiter
procedere, & an in beneficialibus detur
titulorum multiplicatio.

### SVMMARIVM.

1 *Executor Apoſtolicus procedens non ſeruata forma Bre-
uis, nulliter facit.*
2 *Commiſſarius Apoſtolicus quomodo procedat ſtante clau-
ſula,* citatis citandis, *vel*, conſtito.
3 *Clauſula,* Vocatis vocandis, *facit executorem mixtum, &
quid faciendum ſit.*
4 *Clauſula,* Conſtito, *requirit cognitionem, & partis cita-
tionem.*
5 *Clauſula*, Super quo conſcientiam tuam oneramus,
*quid importet.*
6 *Citari debent ſolùm, quorum intereſt, ſtante clauſula,* Cita-
tis citandis.
7 *Titulorum multiplicatio permittitur in beneficialibus.*
8 *Collatores poſſunt multiplicare titulos beneficiorum.*
9 *Inſtitutus continuat poſſeſſionem, licèt petat nouam pro-
uiſionem.*
10 *Beneficium obtinens poteſt petere, vt iterum inſtitua-
tur.*
11 *Multiplicatio titulorum ſanat defectus, & iuuat ad
multa.*
12 *Titulorum pluralitas non nocet vero collatori.*
13 *Tituli productio non excludit præſumptionem alterius ti-
tuli.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE duobus hic breuiter tractabo, quæ mihi occurre-
runt, dum eſſem Vicarius Epiſcopalis in Regia qui-
dem, & iucundiſſima Ciuitatæ Regij Lombardiæ, alte-
rum eſt, quia Communitas, & Homines Saxoli in ſpi-
ritualibus ſubditi Epiſcopo dictæ Ciuitatis erexerunt, &
fundarunt nobile Monaſterium Monialium S. Claræ, pe-
tieruntque à Summo Pontifice id fieri Apoſtolica au-



ctoritate, & ei vniri quædam beneficia ſimplicia; &
certa bona piorum locorum applicari. Vnde Pontifex
certam de prædictis notitiam non habens commiſit mi-
hi, vt citatis citandis, & conſtito mihi legitimè de ve-
ritate narratorum, deuenirem ad executionem Breuis,
& ad erectionem dicti Monaſterij, & vnionem prædi-
ctam, & dum me accingebam ad prædicta, ipſa Com-
munitas inſtabat, vt procederetur extraiudicialiter, &
ſummario modo, ſine figura alicuius iudicij, & propte-
rea Sereniſſ. Dux Alphonſus Eſtenſis, nunc Fr. Ioan.
Baptiſta Capuccinus, & exemplum inter Chriſtianos
memorãdum omnibus ſæculis ob vitæ tam religioſæ ſuſ-
ceptionem, mihi per ſuas humaniſſimas litteras ſcripſit,
vt in prædictis complacerem dictæ Communitati, ſi fie-
ri poſſet, vnde quærebatur quid iuris.

Alterum eſt, quia cùm quidam Presbyter fuiſſet pro-
uiſus de quodam beneficio, & dubitaretur de validita-
te prouiſionis, ego coram D. Epiſcopo dixi, remedium
tutum eſſe, vt noua prouiſio peteretur à ſummo Ponti-
fice: ſubſcripſit vnus ex primariis Senatoribus Cleri, vn-
de ſponſione facta ipſe conuenit aliter ſuſtinere, ego au-
tem dixi aſſumptum meum veriſſimum eſſe: quærebatur
quid iuris.

Ad primum reſpondi non licere extraiudicialiter pro-
cedere, & ſine citatione ſaltem generali contra quoſ-
cumque Chriſti fideles ſua intereſſe putantes, quoniam
Commiſſarius Apoſtolicus procedens non ſeruata for-
ma Breuis, nulliter, & perperam facit, *c. cum dilecta, de* 1
*reſcript. c. Piſanis*, *de reſtitution. ſpoliator.* Seraphin. *de-
ciſion.*1071. *numero tertio*, & *deciſion.* 1100. *numero ter-
tio.* Ludouiſ. *deciſione prima*, *numero primo*, & maximè
quando in Breui adſunt clauſulæ, *citatis citandis*, vel,
*conſtito*; vtraque enim earum facit reſcriptum conditio-
nale, & iudex debet verificare narrata non per ſum-
marias informationes, ſed per legitimas probationes,
alioquin nulliter agit. Marth. *de clauſ. part.*1. *clauſ.*19. 2
*num.*5. & *clauſ.*169. *numero ſexto*, Seraphin. *deciſion.*601.
*num.*3. Coccin. *deciſ.*225. *num.*2.3.4. Cyriac. *controuer.* 287.
*num.*1. *lib.*2.

Certiſſimum eſt enim quòd clauſula, *Vocatis vocan-
dis*, efficit, vt non liceat extraiudicialiter procedere, ſed
ſolùm iudicialiter, quia facit executorem mixtum, qui
tenetur aſſumere partes iudicis, & ſeruare formam iu-
ris: ita *ex c. exhibita*, vbi Abb. *in vlt. not. de iudicat.* 3
Card. *conſ.*63. *in princ.* Dec. *conſ.*173. *num.*2. pulchrè
Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*69. *num.*9. Marth. *d. clauſ.*169.
*num.*3. Coccin. *deciſ.*251. *num.*1. & *deciſ.*366. *numer.* 2.
Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.*23. *num* 64. *verſ.
facit.* Hoc idem efficit clauſula, *Conſtito*, quæ requirit 4
partis citationem, & cauſæ cognitionem. Seraphin. *de-
ciſ.*601. *num.*3. Marth. *d. clauſ.*19. *num.*1.3 Ricc. *in prax. de
rebus Eccleſ. non alien. reſolut.*93. *num.*64. *verſ. facit*, & re-
quirit plenam, & concludentem probationem: gloſſ. *in
Clem. vnic.* & ibi Card. Zabarell. *de off. deleg.* Abb. *in c. con-
querente, ſub num.*9. *de reſtit. ſpol.* Creſcent. *deciſ.*6. *num.*2.
*de reſcript.* Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*53. *num.*3. Mart. *d.
clauſ.*19. *num.*6. Cyriac. *d. controuerſ.*287. *num.*1. Vnde ſi
Papa voluiſſet ſufficere extraiudicialem informationem,
vtique illud dixiſſet, vt ſæpe facit, quando dicit, *Su-* 5
*per quo conſcientiam tuam oneramus*; hæc enim clauſula
efficit, vt non requiratur partis citatio, & ſufficiat
quæuis informatio. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand.
quæſt.*23. *ſub num.*64. Seraphin. *deciſ.*448. *num.*1. pulchrè
Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 35. *num.*15. *verſ. at eam
non requiri*; niſi tamen adeſſent aliæ clauſulæ, quæ impor-
tarent partis citationem, vel tractaretur de præiudicio
tertij.

Et in caſu noſtro multò magis requirebatur ordo iu-
diciarius, & citatio, quia tractatur de intereſſe multorum
propter vnionem beneficiorum faciendam, & quia aderat
legitimus contradictor, quoniam quædam Confraterni-
tas dicti loci ſe opponebat, ne certa bona applicarentur

dicto Monaſterio ad eam deuoluta,eo quod in certo ter-
6 mino clauſura non erat facta , & ideò nominatim erant
citandi omnes,quorum intereat.Seraph.deciſ.338.num.3.
Cùm igitur de prædictis & ſcripto , & voce egiſſem
cum dicto Sereniſſimo, acquieuit , & ſic citatis citandis
erexit dictum Monaſterium cum priuilegiis Apoſtolicis
ad gloriam Dei,& vtilitatem populi Saxolenſis.
Quoad alterum verò punctum facilis eſt ſolutio, quo-
niam certiſſimum eſt in beneficialibus dari multiplica-
tionem titulorum , adeò vt prouiſus non ſolùm poſſit
plures titulos ab Ordinario obtinere, ſed etiam vnum ab
Ordinario, & alterum à Nuncio, vel Legato, aut à Sum-
7 mo Pontifice : ſic notant omnes in c. poſt electionem, vbi
pulchrè Abb.num.4.de conceſſ.præbend.Lap.alleg.132.n.2.
Caſſador.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.deciſ.3.num.8.& de con-
ceſſ.præbend.deciſ.9. num.2. vbi etiam ait collatores poſſe
8 titulos multiplicare , & ab eis multiplicari. Card. Creſc.
deciſ.7.in princ.de iurepatr.Veral.deciſ.339.num.4.part.1.
Farinac deciſ.117.num.2.part.1.Coccin. deciſ.47.num.20.
& deciſ.317.num.4.Caualer.deciſ.159.num.6.7.
Et prædicta adeò vera ſunt , vt etiam ille, qui vigore
ſuæ prouiſionis ab Ordinario obtentæ ingreſſus eſt poſ-
ſeſſionem beneficij, ſi poſtea nouam prouiſionem à Sum-
mo Pontifice impetrauit,litteris etiam non expeditis po-
9 teſt continuare poſſeſſionem , & eſt tutus in conſcientia:
Nicol.Garz. de beneſ.part.4.cap.2. num.52.53. licèt enim
inſtitutus ſit in poſſeſſione , tamen poteſt petere , quòd
10 item inſtituatur,& ex vtraque inſtitutione ſe tueri,vt in-
quit Decian. conſ.49.num.40.lib.2. vnde prouiſus poteſt
vti vtraque collatione , & hoc dicitur conſilium tutum,
quia non inducit aliquam inconuenientiam,vel iuris im-
poſſibilitatem. Lap. d. alleg.132. num.3. vbi Mandoſ. in
11 verb. titulorum : immò talis multiplicatio ſanat defectus,
& iuuat ad conſeruandum ius quæſitum. Mantic. deci-
ſion.359. num.8.
Et hæc in tantum procedunt, vt hæc titulorum multi-
plicatio nunquam præiudicet vero collatori , & ei ad
12 quem verè ſpectat conferre,vt cenſuit Rota penes Farin.
deciſ.333.num.6.part.1.Caualer. d.deciſ.159.num.7. & ſic
hæc adeò ſunt poſſibilia, vt ſi quis dicat alium eſſe malè
inſtitutum , & ad hoc producat vnum inſtituti titulum,
adhuc non ſatis probat ſuam intentionem , quia poteſt
13 eſſe , quòd habeat alium titulum meliorem. Farinac. de-
ciſ.742. num.3.part.2.
Et id paſſim ſeruatur Romæ in Curia,& Dataria Pon-
tificis, vbi ſæpiſſimè ad ſanandas collationes Ordinario-
rum nouæ prouiſiones impetrantur , & id mihi de facto
ſucceſſit. Bene verum eſt,quòd ſi fiat id poſt captam poſ-
ſeſſionem, & verè ſit nulla prima prouiſio, circa fructus
perceptos,oportet ſe componere cum Camera Apoſtoli-
ca,ſed hoc non impedit continuationem poſſeſſionis, &
quin non liceat ſecundam impetrare prouiſionem , &
conſentire etiam nouæ penſioni ad fauorem alicuius , ſi
beneficium ſit capax , & nulla ſit fraus , & ſimonia ; &
practici Curiæ Romanæ in hoc difficultatem non conſti-
tuunt,vt ſæpius ipſe certioratus ſum.

## CAPVT XLII.

### EPITOME.

An,& quando filij Iudæorum venientes ad fidem poſſint baptizari inuitis eorum parentibus, & an poſſint habere legitimam viuente patre.

### SVMMARIVM.

1 *Iudæi habent filios in poteſtate.*
2 *Iudæi vtuntur iure communi Romanorum.*
3 *Iudæorum filij non poſſunt inuitis parentibus baptizari.*
4 *Iudæis competit edictum de liberis exhibendis.*
5 *Iudæorum filij cuius ætatis eſſe debeant , vt poſſint baptizari inuitis parentibus.*
6 *Hebræorum filij non poſſunt baptizari , niſi habeant duodecim annos.*
7 *Puer debet eſſe doli capax , vt poſſit baptizari inuito patre.*
8 *Doli capax dicitur, qui eſt proximus pubertati.*
9 *Puer non habens vſum rationis eſt ſub poteſtate patris infidelis.*
10 *Iudæorum filij habentes vſum rationis non ſunt ſub poteſtate patris in pertinentibus ad ſalutem.*
11 *Iudæorum filij poſſunt baptizari inuitis parentibus , ſi habeant vſum rationis,& id petant.*
12 *Pueri poſt ſeptennium poſſunt peccare,& in inferno damnari.*
13 *Puer poſt vſum rationis tenetur ſe conuertere ad Deum.*
14 *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum.*
15 *Rationis vſum habentes obligant præcepta fidei.*
16 *Patria poteſtas non attenditur in ſpiritualibus.*
17 *Rationis vſus adueniſſe præſumitur poſt ſeptennium.*
18 *Pueri poſſunt habere vſum rationis etiam ante ſeptennium.*
19 *Iudicis arbitrio remittitur , an puer habeat vſum rationis.*
20 *Sponſalia contracta ante ſeptennium ab habentibus vſum rationis ſunt valida.*
21 *Iudæorum filij ad fidem conuerſi quomodo remaneant in poteſtate patris.*
22 *Rationis vſus in aliis citiùs,in aliis tardiùs aduenit.*
23 *Puer quinque annorum ob blaſphemias fuit raptus à Dæmone.*
24 *Septennio completo an præſumatur vſus rationis.*
25 *Baptiſmi ſuſcipiendi ætas non poteſt determinari.*
26 *Priuilegium debet produci per eum,qui vult eo vti.*
27 *Negatiua probatur per inſpectionem ſcripturarum.*
28 *Diſcretionis capax dicitur,qui habet vſum rationis.*
29 *Diſcretionis annos , & vſum rationis habere paria ſunt.*
30 *Alternatiua alteram partem adimpleri ſufficit.*
31 *Puer ſeptem annorum quoad Deum poteſt dici doli capax.*
32 *Doli capax præſumitur puer poſt ſeptennium.*
33 *Doli capacem eſſe , & habere vſum rationis paria ſunt.*
34 *Doli capax dicitur arbitrio iudicis.*
35 *Exemplis non eſt iudicandum,ſed legibus.*
36 *Filij Hebræorum ſi baptizentur etiam ante vſum rationis, non ſunt reſtituendi parentibus.*
37 *Iudæorum infans illis inuitis baptizatus debet educari inter fideles.*
38 *Puer Hebræorum,ſi petat baptizari,antequam certum ſit habere vſum rationis,debet cuſtodiri vſque ad legitimam ætatem.*
39 *Ex diuerſis non fit illatio.*
40 *Iudæorum filij conuerſi ad fidem an debeant examinari præſentibus parentibus.*
41 *Citari non debet ille,quo inuito actus poteſt expediri.*
42 *Hebræi non ſunt permittendi, vt videant eorum filios ad fidem conuerſos.*
43 *Iudæi conantes viſitare catechumenos puniuntur vt ſacrilegi.*
44 *Iudæorum filij poſſunt conſequi legitimam etiam viuente patre.*
45 *Catechumeni poſtea baptizati retinent ius ſuccedendi.*
46 *Iudæi tenentur alere & dotare filios ad fidem conuerſos.*
47 *Theologis magis credendum eſt, quàm Iuriſtis in concernentibus fidem.*

48 Pauli



48 *Pauli Coccapanij Epiſcopi Regij laudes.*
49 *Regij Ciuitatis,& eius Antianorum laudes.*
50 *Iudæus cognoſcens Chriſtianam à quo Iudice debeat puniri.*
51 *De his,qui foris ſunt,nihil ad nos.*
52 *Iudæorum copula cum fideli iure canonico eſt punibilis.*
53 *Iudæo non licet in eadem menſa comedere , vel in eodem balneo ſe lauare cum Chriſtianis.*
54 *Hebræus cognoſcens Chriſtianam,vel è contra,graui pœna punitur.*
55 *Hebræus rem habens cum fideli punitur ſicut etiam fidelis.*
56 *Iudex Eccleſiaſticus in quibus caſibus poſſit procedere contra Iudæos.*
57 *Epiſcopus multat Hebræos Chriſtianam cognoſcentes.*
58 *Iudæus efficitur de foro Eccleſiæ ratione delicti.*
59 *Iudæus ſollicitans Chriſtianum ad deficiendum à fide poteſt puniri ab Epiſcopo,& Inquiſitore.*
60 *Iudæi ſubſunt foro Eccleſiaſtico in delictis Eccleſiaſticis, & mixti fori.*
61 *Mixti fori delicta quæ dicantur.*
62 *Legem qui poteſt facere, poteſt etiam exequi.*
63 *Iudæi nequeunt habere familiaritatem cum Chriſtianis.*
64 *Venereus actus intimi amoris ſymbolum refert.*
65 *Iudæi poſſunt puniri ab Eccleſiaſtico pœnis pecuniariis,& corporalibus.*
66 *Clarus damnatur in materia Iudæorum.*
67 *Matrimonium cum Iudæis eſt prohibitum Chriſtianis.*
68 *Papa poteſt punire Hebræos.*
69 *Hebræi efficiuntur de foro Epiſcopi ratione delicti.*
70 *Phynees occidit Iudæum cum Madianitide coeuntem.*
71 *Iudæus peccans contra legem veteris Teſtamenti poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico.*
72 *Iudæis an ſit permiſſum repudium.*
73 *Repudium hodie prohibitum eſt omnibus.*
74 *Infideles non coguntur ad obſeruantiam legis Euangelicæ.*
75 *Matrimonium eſt indiſſolubile iure naturæ.*
76 *Iudæi tolerantur in obſeruandis eorum ritibus , licèt peccent.*
77 *Conſentiens peccato alterius mortaliter peccat.*
78 *Iudæorum carnibus , occiſis eorum more , non licet Chriſtianis veſci.*
79 *Iudæus conuerſus ad fidem an poſſit tranſire ad ſecunda vota viuente prima vxore.*
80 *Neophytus peccaret dando libellum repudij more Hebræorum eius vxori Hebrææ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1629. quidam puer Hebræus nomine Leo
annorum octo circiter confugit ad ſutorem quen-
dam Chriſtianum petens baptizari , à quo benignè ſuſ-
ceptus , re ad ſuperiorem delata , fuit à piis viris viſita-
tus , & poſtea etiam iure examinatus , qui cum perſiſte-
ret in propoſito accipiendi fidem Catholicam , de man-
dato Vicarij fuit in depoſitum conſignatus Illuſtr. DD.
Annibali , & Camillo de Squadronis , & in domo eo-
rum pluries examinatus ab eodem Vicario , & viſitatus
de eiuſdem mandato à Phyſicis , & Theologis , qui pu-
tauerunt eum habere vſum rationis , & capacem baptiſ-
mi , & ſemper perſeuerauit in eodem propoſito ; & duo
teſtes fide digni eiuſdem vicini depoſuerunt illum eſſe
natum de anno 1621. At dum inſtruebatur in fide pa-
rentes eius ſtrepitantes exclamabant puerum eſſe rap-
tum , & non eſſe ætatis ſufficientis ad baptiſmum , &
volebant intereſſe examini ; vel ſaltem eum videre , &
audire,prætendebantque eis inuitis non poſſe baptizari,
recurſumque habuerunt ad Sereniſſimum qui eos pro
ſua pietate remiſit ad Epiſcopum. Vnde requirebatur
quid iuris.
Et quia ſæpe caſus ſolet euenire in praxi , putaui bo-
num eſſe rem plenè examinare,& diſcutere,quoniam pri-
mo ſub aſpectu iuſta videbatur parentum prætentio, ſi-
quidem iure certum eſt Hebræos habere eorum filios in
poteſtate : gloſſ. in c. Iudæorum 28. quæſt.1. Alex. conſ.13. 1
num.11.lib.7.vbi de magis communi.Afflict.deciſ.151.n.4.
de communi Bouius,de ſtat.vrb.præſcript.gloſſ.19.num.56.
Surd.conſ.441.num.12.Gratian. diſc.for.cap.658.num.30.
& cap.977.num.7.quoniam viuunt, & vtuntur iure com-
muni Romanorum actiuè, & paſſiuè : latè Cyriac contr. 2
241. num.17. lib.2. Cùm igitur liberi ſint aliquid patris,
ſicut ei bos auferri non poteſt, ita filij non poſſunt inui-
tis parentibus baptizari , alioquin illis iniuria irrogare- 3
tur, & iuſtitia violaretur : ita D. Thom. in ſumm. part.3.
quæſt.68.art.10.Natt.conſ.434.num.10.& ſeqq.Burſat.con-
ſil.231.num.3.4.& ſeqq.Gratian.d.cap.658.num.31.Bonac.
de Sacram.diſp.2.quæſt.2.part.6. num.11. verſ.reſpondeo ſe-
cundò,Leon.in theſ.for. Eccleſ.part.4.cap.4. de Iudæis, n.7.
& alij communiter , quod adeò verum iudicatur , vt ſi
aliter fieret , daretur Hebræis edictum de liberis exhi- 4
bendis, iuxta l.1. ff. de liber. exhib. gloſſ. in cap. ſicut, vbi
Anan.num.6.de Iudæis,Graff.deciſ.aur.part.2.lib.2.cap.22.
num.23.
Hæc autem videntur omni carere ambiguitate quoad
paruulos Hebræorum , qui non habent legitimam æta-
tem,cum ad hoc,vt puer Hebræus volens poſſit baptiza-
ri inuitis parentibus , debeat eſſe annorum decem cum
dimidio ſi maſculus eſt,vel nouem cum dimidio,ſi fœmi- 5
na,immò maioris ætatis vſque ad annum 12. adeò vt iu-
dicatum fuerit puerum octo annorum vel nouem non
eſſe baptizandum parentibus diſſentientibus , & de fa-
cto baptizandum illis eſſe reſtituendum : latè Natt. dict.
conſ.434.num.14. vide Burſat.d.conſ.231.num.6. Gratian.
d.cap.658.num.33.
Et omnem maculam tollere videtur conſtitutio Marti-
ni V.emanata de anno 1429.& ab Eugenio IV.confirma-
ta, per quam Hebræis priuilegium eſt conceſſum,vt eo-
rum filij ipſis nolentibus nequeant baptizari , niſi exce-
dant annum 12. vel aliter ſint doli mali, vel diſcretionis
capaces,vt per Natt.d conſ.434.num.14.Burſat.d.conſ.321. 6
num.6. Gratian. diſc. for. cap.977. num.14. quibus etiam
conformis videtur conſtitutio Pauli III. de qua Burſat.
d. conſ.231. num.8.
Et ſanè vt videtur iuri conſonum, cùm oporteat pue-
rum eſſe doli capacem,& pubertati proximum ad hoc,vt
volens baptizari valeat reluctante ſaltem altero parente, 7
gl.in c.ſpiritus,§.ecce,in verb.puerorum 1.quæſt.1. Natt. d.
conſ.434.num.15.Burſat.d.conſ.231.num.4. qui etiam pro-
bant eum dici doli capacem,qui eſt proximus pubertati,
Farinac.in prax.quæſt.92. num.61. 67. licèt enim antea in 8
vniuerſali puer cognoſcat, an aliquid ſit bonum,vel ma-
lum , tamen illa cognitio non ſufficit, vnde ei multa ve-
tantur , quæ puberibus permittuntur, & ideò DD. con-
cludunt , eam ſolùm ætatem dici poſſe doli capacem,
quæ proxima ſit pubertati: gloſſ. in l. impuberem , ff. de
furt.Socin. in c.ad audientiam, num.13. de homicid. Caſtr.
in Auth. ſacramenta , numero 20. C. ſi aduerſ. vend. Natt.
dict.conſ.434.num.14.Bruſat.dict.conſil.231.numer.9.Clar.
in prax. §. vlt. queſtion. 60. in principio : cùm autem iſte
puer Leo nuncupatus non ſit huiuſmodi ætatis , vide-
tur parentibus reſtituendus , nec eis inuitis baptizan-
dus.
His tamen minimè obſtantibus cenſui dictum puerum
maiorem ſeptennio,qui ampliùs Leo non vult vocari,ſed
Bonifacius,eſſe baptizandum inuitis etiam,& reluctanti-
bus eius parentibus , & vniuerſitate Iudæorum,ſatiſque
eſſe quòd ipſe conſentiat. Nam vtique priuſquam puer
habeat rationis vſum , dicitur eſſe aliquid patris & ſub 9
eius cura manere debet, adeo vt eſſet contra iuſtitiam, ſi
inuitis parentibus de eo aliquid ordinetur,& baptizetur,

poſtquam verò incipit habere vſum rationis,& liberi ar-
bitrij,incipit eſſe ſuus,& quantum ad ea, quæ ſunt iuris
10 diuini, vel naturalis , non ſubiicitur patri , poteſtque ſi-
bi prouidere , & petere , quod ſibi neceſſarium eſt ad
ſalutem , valetque induci ad fidem non coactione , ſed
perſuaſione, & ideò ſi velit conſentire fidei, poteſt inui-
tis parentibus baptizari,& illis ſubtrahi debet,vt ſubver-
11 ſionis periculum euitetur: hæc pulchrè tradunt D. Th.
2.2.quæſt.2.art.12.in reſponſione,& part.3.quæſt.68.art.10.
in reſponſ. Tabien. in verb. Baptiſmus, 2. num.11. Armil.
verb. Baptiſmus, num.58. Emanuel Sà verb. baptiſmus,
num.11. Vaſquez. in 3.part. D.Thom. tom.2. diſp.155. P.
Ægid.de Coninch.de ſacram.tom.1.diſp.68.art.10. Henri-
quez lib.2.cap.25.num.3. Chamerot. de baptiſm.c.5.dub.3.
Tolet.in ſumm.lib.2.cap.21.num.2.Bonacin. de Sacrament.
diſp.2.quæſt.2.part.6.num.11.verſ. reſpondeo primò. Suarez
tom.3.in 3.part.diſp.25.ſect.3. Corrad. de caſ. conſ. part.2.
quæſt.65.littera B.Reginald.in prax.for.pœnit.lib.27.n.68.
Læl.Zecch.in ſumm. part.1.tit. de infedelitate in communi,
cap.10.num.13. Graff.deciſ.aurearum part.2.lib.2. cap.23.
num.22.de Iudæis : qui omnes rem hanc apertè docent,&
magis communem faciunt opinionem.

Quod ſanè veriſſimum eſſe negari non poteſt , quia ſi
pueri poſt vſum rationis , quod eis in ſeptennio ſolet
contingere,poſſunt peccare,& propter peccatum gehen-
næ condemnari, vt de puero quinque annorum refert S.
12 Greg.lib.4. Dialog.c.10.& omnes admittunt.Sanch.moral.
lib.6.cap.16.num.6.in fin.& de matr.lib.1.diſp.16.num.15.
16. quomodo dicere poſſumus pro eis non extare reme-
dium ſalutis, niſi volentibus,parentibus, quos nunquam
volituros credendum eſt propter eorum peruerſitatem,
& obſtinationem ? certè rationi non congruit, & natura
abhorret , vt à pueri voluntate pendeat eius damnatio,
ſalus autem eius poſita ſit in manibus patris infidelis ;
hoc etiam repugnat principiis Theologiæ , quæ ha-
bet puerum vſum rationis habere incipientem teneri
primum deliberare de ſe ipſo, & ſe conuertere ad Deum,
& in eum elicere actum amoris , alioquin lethaliter pec-
13 cat : ita D.Thom.part.2.quæſt.89. art.6. vbi etiam Caiet.
& Medin. & de Verit.quæſt.28.art.3.ad 4.Sylueſtr.in ſum-
ma,verb. Oratio, num.8. verſ.indeterminata, Tabien. verb.
Baptiſmus 7.ſub num.11.Nauar.de Orat.cap.2.num.15. &
in ſumm.cap.11.num.8. verſ.niſi primò, & num.22. Lopez.
part.1.cap.40.Manuel 1.tom.ſumm.in 2.edit.cap.11.num.3.
Bañes 2.2.quæſt.44.art.1.dub.1.ad 3.Victoria relectione ad
quid teneatur homo veniens ad vſum rationis, part.2.nu-
mer.11.Azor. moral.tom.1. lib.8. cap.7. verſ.ſecundò quæri-
tur,& lib.9.cap.4. littera D, verſ. profectò. Tolet. in ſumm.
lib.4. cap.9. num.9. verſ. primum eſt , & licèt aliqui ali-
ter ſentiant , & doceant , hæc tamen ſententia multis,
& pleriſque eſt recepta , vt viſum eſt , & valde pro-
babilis.

Et verè ſcriptum fuit,quòd niſi quis renatus fuerit ex
14 aqua , & ſpiritu , non intrabit in regnum cœlorum. S.
Ioan. cap.3. Si ergo iſte puer vult ſaluus fieri,id pendere
debebit à voluntate patris? Nemo ſanæ mentis id iuſtum
15 eſſe affirmabit : & ſi præcepta fidei obligant eum qui ad
vſum rationis peruenerit, Azor. moral.tom.1.lib.8.cap.7.
verſ. ſecundò , & eodem tempore puer incipit teneri ad
obſeruantiam non ſolùm iuris naturalis , & diuini , ſed
etiam Eccleſiaſtici,Bonacin. de legib.diſp.1.quæſt.1.part.6.
num.8. & de Sacrament.diſp.5.quæſt.5.ſect.2.part.4.num.2.
ideò non eſt poſſibile , vt quis habens vſum rationis
valeat prohiberi à patre, ne legem baptiſmi impleat,quia
16 in ſpiritualibus non attenditur patria poteſtas. Gratian.
diſc.for. cap 977. num.10.

Satis ergo eſt puerum habere rationis vſum, vt valeat
baptizari inuitis parentibus,ſi ipſe velit. Verùm ſi dubi-
tetur, an habeat vſum rationis,conſiderandum eſt,ſi iam
compleuit primum ſeptennium , quia poſt huiuſmodi
17 ætatem rationis vſus adueniſſe præſumitur , cùm com-
pleto ſeptennio communiter accidat.D.Thom.in 4. ſent.
cap.27. quæſt.2. art.2. Ioan.And. in c. iuuenis, num.9. vbi
Anch.num.4.Alex.de Næu.num.19.de ſponſal.Henric.in c.
acceſſit,num.2.de deſponſal.impub. Emanuel Sà verb.baptiſ-
mus,num.11. Tabien. verb.baptiſmus 7.ſub num.11. Regi-
nald.in prax. for.pœn. lib.27. cap. vlt. ſect.11 in fin. Suarez
tom.2.de relig.lib.4. cap.6.num.6.7. Sanchez.de matrimon.
lib.1.diſp.16. diffic.2.num.10.& num.14.verſic.probabilius,
& moral.lib.6.cap.16. num.7. Bonacin. de legib. diſput.1.
quæſt.1. punct.6. num.8. & de Sacrament. diſp.2. quæſt. 2.
part.6. num.11. verſ. ego verò puto , & de matr. quæſt. 1.
part.4. num.1. & de cenſur. diſp.7. quæſt.4.part.7. num.5.
in fin.

Immò cùm vſus rationis poſſit etiam præuenire æta-
tem ſeptennij ex gratia diuina , vel naturali complexio-
ne,in aliquibus enim acceleratur,in aliis tardiùs aduenit, 18
vt inquiunt Sanchez de matr. d.lib.1.diſp.16. num.14. &
moral.lib.6.cap.16.num.6.Bonacin.eod.tract.quæſt.1.part.4.
num.1.2.Homobon.de examin. Eccleſ.part.2.tract.11.c.10.
reſol.4. verſ.quod procedere, ſi fortè appareat ante ſepten-
nium puerum habere rationis vſum , poterit inuitis pa-
rentibus baptizari , ſi ipſe velit , rationibus antè dictis ;
hoc enim totum iudicis arbitrio remiſſum eſt : Corrad. 19
de caſ.conſc.part.2.cap.65.littera C,Sanchez de matr. dict.
diſp.16. num.14. Sicut ætas quidem ſeptennij requiritur
ad ſponſalia, verùm ſi ante illud adueniat rationis vſus,
valida erunt ante illam ætatem contracta. Sanchez dict. 20
diſput.16. numero 9. attendi ergo debet rationis vſus,
qui ſi extet , nunquam dubium eſt , quin puer poſſit ba-
ptizari inuitis parentibus , ſi ipſe velit , & ſeptennium
conſideratur ſolùm , quia tunc rationis vſus aduenſ-
ſe præſumitur. Verùm ſi clarè appareret neque tunc ex-
tare , puer non eſſet baptizandus , etiam completo ſe-
ptennio.

Modò non obſtant in contrarium adducta , etenim
non negamus Hebræos habere filios in poteſtate, licèt
multi hoc non admittant , tamen nihil facit ad propoſi-
tum, quia in ſpiritualibus,& iis,quæ ſpectãt ad ſalutem,
non attenditur patria poteſtas in eo , qui habet rationis 21
vſum,vt dixit D.Thom.in ſumm.part.3.quæſt.68.art.10.&
alij ſuprà citati , niſi fortè id fauorabilius eſſet conuerſo
ad fidem,& ei,qui vult religione vti.Gratian. d.cap.977.
num.10. quoniam in damnoſis quidem conuerſus ad fi-
dem videtur exiiſſe patriam poteſtatem,non in lucratiuis.
Decian.conſ.97 num.7.lib.2.

Secundò non obſtat , quòd requiratur ætas annorum
decem cum dimidio in maſculo , & nouem cum dimidio
in fœmina,quia hoc non eſt verum,quin ſolummodo re-
quiritur vſus rationis, qui poteſt contingere etiam ante
ſeptennium,vt videmus, & propterea remittitur iudicio
prudentum, an is, vel ille habeat vſum rationis , cùm in
quibuſdam citiùs , in aliis tardiùs contingat,ſiue ex gra-
tia ſpeciali , ſiue ex complexione naturali , vt inquit di-
ctus P. Ægid. de Coninch. tract.de Sacrament. & cenſur.
tom.1. quæſt.68. art.10. num.59. quod exemplo infantis 22
conuincitur , qui propter blaſphemias atroces fuit à
Dæmone raptus è manibus patris, & ad ima inferni tra- 23
ctus , licèt tantùm eſſet annorum quinque , quod non
permiſiſſet Deus , ſi ille puer vſum rationis non habuiſ-
ſet:hoc refert S.Gregorius lib.4.dialog.cap.10. D.Thom.
in 4.ſentent. d.27.quæſt.2.art.2. Cagnol. in l.pupillum qui,
num.3.ff.de reg.iur.Marſil.in l.infans,num.2. in fin.ff. de ſi-
car.Bonif.de Vitalin.in Clem.1.num.18.de homicid.Zodoc.
in pract.crim.cap.84.num.4.Decian.tract.crim. lib.6.cap.3.
num.19. ex quibus comprehenditur ſeptennium non ſta-
re determinatiuè ad vſum rationis , ſed quod tunc bene
præſumitur ſine alia probatione , licèt etiam in ea ætate
poſſit contrarium probari , & ideò hoc totum debet re-
mitti arbitrio iudicis , & prudentum, qui inſpecto puero 24
iudicent,an habeat vſum rationis, vt inquit P.Ægid.art.
10.n.59.Abb.in cap.1.n.4. & ibi Ioan. And. n.4.de delict.
puer.benè Corrad.de caſ.conſc.part.2.c.95.littera C,Suarez
tom.3.in 3.part. diſp.25.ſect.3. verſ.ſecundum dubium , vbi
inquit etiam nullum extare tempus diffinitum in pueris
ad ſuſcipiendum baptiſmum,immo non videri hanc ma-
teriam capacem huius determinationis , quia agitur de
25 remedio ad ſalutem neceſſario , cuius acquirendæ per
proprium conſenſum homo eſt capax ſtatim , ac ſua li-
bertate arbitrij poteſt vti,& vſum habet rationis.

Tertiò non obſtat priuilegium Martini V. & Eugen.
IV.de quo Burſat.& Gratian. in dictis locis,ex multis,&
primò quia priuilegium debet produci , & exhiberi per
eum qui vult eo vti , quando illud non eſt clauſum in
26 corpore iuris : textus eſt in l.ſi quis ex aliena, ff. de indic.
c. cùm perſonæ, de priuileg. in 6. Card. Zabarel. conſ.65. in
fin. Maſch. de probat. concluſ.1201. num.36. Burſat. conſ.
335. num.9. lib.3. Hîc autem nullum priuilegium fuit
productum, vel exhibitum, non ergo eis prodeſt,etiamſi
extaret,immò non producendo illud videntur Hebræi ei
renunciaſſe.

Deinde reſpondeo huiuſmodi priuilegium non extare
ſaltem authenticum,& in forma probanti, quoniam non
reperitur regiſtratum neque in corpore iuris , neque in-
ter extrauagantes , neque in Bullario magno, vbi Laert.
Cherubinus recollegit omnes Pontificum cõſtitutiones:
ideò credendum eſt non adeſſe, ita enim negatiua proba-
27 tur.Franc.Curt.Papienſ.tract.de teſtibus,concl.24.num.53.
& hoc bene firmat Suarez d.tom.3.in 3.par.diſp.25.ſect.3.
vbi inquit nullum oſtendi poſſe,aut extare ius , quo tem-
pus ſuſcipiendi baptiſmi in huiuſmodi pueris definiatur,
immo definiri non poſſe , & cùm ipſe fuerit diligentiſſi-
mus ſcriptor,ſi talis conſtitutio adfuiſſet , non eſt veriſi-
mile, quòd eum latuiſſet , ſicut & tot alios ſupradictos
Theologos,qui de hac materia luculenter ſcripſerunt, &
tamen de huiuſmodi conſtitutione mentionem non fece-
runt, adeò vt concludendum ſit non extare.

Prætereà reſpondeo huiuſmodi priuilegium , ſi extat,
nihil obeſſe caſui noſtro,nam ſecundum Burſat. & Natt.
diſpoſuit neminem ex Iudæis,vel eorum filiis,qui duode-
cimum annum ſuæ ætatis nondum peregerint, aut aliter
doli mali,vel diſcretionis capaces nõ fuerint,ſine expreſſo
parentum, vel alterius eorum conſenſu baptizari. Nam
conſidero , quòd Pontifex non præſcribit abſolutè æta-
tem puero baptizando, ſed alternatiuè , treſque facit al-
ternatiuæ partes.Prima eſt,quòd pueri prædicti habeant
duodecim annos , quaſi tunc controuerti non poſſit,
an habeant vſum rationis : id non facit ad noſtrum pro-
poſitum,quia puer iſte non eſt tantæ ætatis.Secunda eſt,
vt tales pueri ſint capaces doli mali : in hoc , licet infe-
riùs oſtenſurus ſim puerum ſeptem annorum poſſe dici
doli capacem, tamen quia ad euitandam huius conſtitu-
tionis diſpoſitionem ſufficiens eſt vltima pars alternati-
uæ, ideò in hoc non inſiſtam. Tertia igitur,& nouiſſima
pars eſt,ſi dicti pueri ſint diſcretionis capaces,quod ſatis
conuenit huic puero , quoniam ille dicitur diſcretionis
capax , qui habet vſum rationis , provt in terminis ex-
plicat,& intelligit Vgolin. de off. Epiſcop. part.1. cap.23.
num.3. ibi : vel antequam , & in hoc propoſito habere
28 vſum rationis , & habere annos diſcretionis, pro eodem
ponunt Graſſ.deciſ.aur.part.2.lib.2.cap.23.num.22.Bonac.
de Sacram. diſp.5.quæſt.5. ſect.2.part.4. num.2. hæc etiam
29 tanquam ſynonyma apud Theologos,& ſummiſtas vſur-
pantur;vnde cùm in alternatiuis ſufficiat alteram partem
30 eſſe veram,vel adimpleri,l.ſi hæredi , de condit. inſt. l.nemo
aliena, §. vbi verba , de reg. iur. ſatis erit,quòd in noſtro
puero verificetur eſſe diſcretionis capacem , provt eſſe
retulerunt viri periti,& prudentes.

Quartò itaque non obſtat oportere puerum eſſe doli
capacem ad hoc , vt poſſit baptizari inuitis parentibus
infidelibus: quia reſpondetur in hac materia , ſcilicet
quoad Deum,& ſpiritualiter illum dici doli capacem,qui
poteſt peccare,& in lege Dei offendere, quod omnes ad-
mittunt euenire in puero ſeptem annorum, teſte D.Aug.
in epiſtolas ad Renatum Epiſcopum, vbi inquit : Septennis
ætatis pueri,& mentiri,& verum dicere, confiteri, & negare
iam poſſunt : refert gl. in c. paruuli, de conſecrat. diſtinct.4.
idem firmat Bonacin.de Sacram.diſp.5.quæſt.5.ſect. 2. par-
te 4. num.2. ideò tales pueri ſeptennes , immò minoris
etiam ætatis , dummodo habeant vſum rationis, dicun- 31
tur doli mali capaces , & quoad Deum , & legem eius
puer ſeptem annorum iudicatur doli capax , ſecundùm
gl. in cap.1.in verb.grandiuſculis,& ibi Ioan. de Anan. &
Hoſt.num.1.3.4.Abb.num.4.Butr.num.1. ad fin. & num.6.
pulchrè Henric.Boic.num.1.in fin.Soc.num.1.21.de delict.
puer.Bonif.de Vitalin.in Clem.1. num.16.18. & ibi Zaba-
rel.num.9.de homicid.Marſil.in l. infans, num.3.4.5.ff.ad l.
Cornel.de ſicar. & in l.ſi quis te,num.3.4.C.eod.Ang.de ma-
lef.verb.ſcienter,num.6.Dec.in l.pupillum qui,num.2. & ibi
Cagn.num.3.de reg.iur.Dueñ. reg.259. in 3. limit. verſ. &
quod,Zodoc.in prax.crimin.cap.84.num.5.Carrer.in pract.
in 2.tract.de homicid.§. circa quartum, num.3. ad fin. And.
Gail.lib.2. obſeru.110. num.31. Farinac. in prax.quæſt.92.
num.191.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.57.num.16.41. Hen-
ric.Boic.in c. acceſſit,num.1.verſ.& hoc videtur, de deſponſ.
impub. Sanchez de matr. part.1.lib.1. diſp.16. num.11.16.
Bonacin. de Sacrament.diſp.5.quæſt.6.ſect.2.part.4.num.2.
& de cenſur.d.7.quæſt.4.part.7.num.5. Homobon.de exam.
Eccleſ.part.2.tract.11.cap.10.reſol.4.verſ. dixi, Belloch.de
caſ.reſer.part.2.quæſt.1.num.253.& quæſt.2.num.15. & hæc
eſt differentia inter maiorem ſeptennio,& minorem,quia
ante ſeptennium quis poteſt dici doli capax accidentali-
ter, ſed dicenti talem eſſe incumbit onus probandi ; vbi
verò ſeptennium eſt completum, puer præſumitur ſtatim
doli capax,niſi aliter eſſe probetur. Ita poſt Hugon. q.2. 32
in ſumm. Henric.Boic. in d.cap.acceſſit, de deſponſ. impub.
Abb.in d.cap.1.num.4.de delict.puer. Marſil. in d.l. infans,
num.3.4.5.Zodoc.d.cap.84. num.3.4. Sanchez d. diſp.16.
num.11.Bonac.d.part.7.num.5.cui conforme eſt,quod di-
xit idem Bonac.de matr.quæſt.1.part.4.num.2.dicens,quòd
ſi ante ſeptennium adſit ſufficiens vſus rationis, malitia
dicitur ſupplere ætatem.

Non obſtant adducta in contrarium ab iis,qui volunt
ſolùm illum dici doli capacem , qui proximus eſt puber-
tati. Nam id verùm eſſe poteſt ad excuſandum puerum
à pœna ordinaria , verùm procedere non poteſt quoad
pœnam extraordinariam leuem , velut vt poſſit ferulà
cædi, vel flagello , provt viſum eſt ex allegatis DD. qui
certè faciunt magis communem ſententiam. Et dato
etiam quòd huiuſmodi puer excuſaretur à pœnis legum
ciuilium , & canonicarum, dicendum eſſet , quando tra-
ctatur de pœnis corporalibus infligendis , & ſimilibus,
tunc illum dici doli capacem , qui proximus eſt puber-
tati , provt in his terminis loquuntur omnes in contra-
rium adducti ; ſed ſpiritualiter , & quoad Deum ſecus
eſt , quia ſeptennis puer dicitur doli capax , quia poteſt
peccare , & à Deo puniri , vt pulchrè diſtinguit poſt
Hoſt. & Archidiac. Henric. Boic. in dict. cap. 1. nu-
mero primo , in fin. de delict. puer. Bonacin. dict. parte 7.
numero 5. ſatis enim eſt adeſſe vſum rationis , quia doli
eſſe capacem , & habere vſum rationis pro pari ponunt
Bonacin. de cenſur. d. parte 7. numero quinto, Homobon. 33
de exam. Eccleſ. part.2. tract.11. cap.10. reſolut.4. verſic.
dixi.

Et propterea ſicut remittitur arbitrio iudicis, & pru-
dentum ad videndum, quiſnam dicatur habere vſum ra-
tionis , ita non eſt determinatum , quis dicatur doli ca-
pax,& iudicis arbitrio ſtandum eſt. Abb. in c. contineba- 34
tur, in fin. de ſponſ.impub.Butr.in c. atteſtationes,eod. Dec.
in d. l. pupillum qui,num.1.2.& ibi Cagn. num.5.ff.de reg.
iur. ideoque non eſt quærendum , an iſte puer ſit proxi-
mus pubertati , quia ad effectum, de quo quærimus , &
quoad præſentem materiam non æquiparantur doli ca-
pax , & proximus pubertati. Hinc iuſtum eſſe cognoſci-
mus, quòd puer ſeptennis poſſit baptizari inuitis paren-
tibus , ſi ipſe velit;quia ſi poteſt lethaliter peccare , fuit
æquum,vt etiam medicinam,ſiue præſeruatiuam,ſiue cu-
ratiuam valeret adhibere.

Quintò

Quintò non obſtat ſententiam fuiſſe latam, ob quam
puer Hebræus annorum ſeptem baptizatus inuitis pa-
rentibus fuit illis reſtitutus in contradictorio iudicio,do-
nec ætatem duodecim annorum compleret,præſtita fide-
iuſſione per eos de illo tunc Epiſcopo præſentando,& de
35 non retrahendo à Chriſtana religione, vt per Burſat. d.
conſ.231. num. 6. verſ. ſecundò. Nam primò reſpondetur
exemplis non eſſe iudicandum, ſed legibus, l. nemo, C. de
ſent. & interloc. omn. iudic. l. ſed licèt, de off. præſ. Menoch.
conſ.326.num.16.Pacian.conſ.164. num.139.

Deinde reſpondetur quòd illa ſententia, ſi tamen ex-
tat,fuit iniuſtiſſima,quoniam non eſt verum,vt huiuſmo-
di paruuli baptizati inuitis parentibus ante vſum ratio-
nis ſint illi reſtituendi, vbi enim puer baptizandus non
eſt,ſi tamen de facto baptizetur,non tamen debet paren-
36 tibus reſtitui, ſed inter fideles educandus eſt. Vgolin. de
off. Epiſc.part.1.c.23.in princ.n.4. verſ.mihi tamen,pulchrè
Leon. in theſ.for.Eccl.part.4.cap.4. de Iudæis,n.8. vbi in-
quit Sacram Congregationem Tridentinj Conſilij reſcri-
pſiſſe Epiſcopo Foſſanen. vt cùm quædam nutrix Chri-
ſtiana cum infante Hebræo, quem lactabat, in ædes cu-
iuſdam ſe contuliſſet, & infans à nobilibus adoleſcenti-
bus fuiſſet baptizatus,bene cuſtodiretur,& ſegregaretur,
vbi in fide Chriſtiana poſſet adoleſcere, ne vllo modo
parentibus, qui puerum enixè exquirebant, ad illum pa-
37 teret aditus. Si ergo ex voto Sacræ Congregationis in-
fans baptizatus inuitis parentibus,non fuit illis redden-
dus,quantò minùs debebat reſtitui ille puer,de quo me-
minit Burſatus, qui erat ſeptem annorum: iniqua igitur
fuit illa ſententia, non erat enim reddendus, ne in con-
temptum ſuſcepti ſacramenti,& ad Chriſtianæ religionis
ignominiam denuo à ſuis iudaïzare cogeretur: immò ſi
puer infantulus peteret baptiſmum, & propter hoc con-
fugeret ad Chriſtianos, ſi dubitaretur, an haberet vſum
rationis,non tamen eſſet reſtituendus Hebræis, ſed deti-
nendus, donec ad legitimam ætatem perueniret: ita P.
38 Ægid. de Coninch. tract. de Sacram. de cenſ. tom.1.quæſt.
68. art.10. num.61.

Sextò non obſtat conſtitutio Pauli III.de qua Natt.d.
conſ.434.num.14. in fin. idem ſtatuens, quòd huiuſmodi
pueri debeant eſſe annorum duodecim.Nam reſpondetur
non extare talem conſtitutionem, & non reperiri neque
in corpore iuris,neque extra: immò confirmatur illa ve-
ritas, quod neque extet altera Martini V. exinde enim
apparet quod iſti DD.non viderunt huiuſmodi conſtitu-
tiones,quia Natt. d. loco dixit eſſe Pauli III. Burſat. verò
Martini V. vnde non eſt conſtans huiuſmodi teſtimo-
nium; ſed eſto,quòd reperiretur, eædem ſupra citatæ ra-
tiones,& reſponſiones accommodantur.

Septimò non obſtat altera Pauli III. conſtitutio edita
de anno 1542. incipit: Cupientes,in §.curent,vbi diſponi-
tur hos baptizandos debere priùs inſtrui in articulis fi-
dei, quod in minoribus ſeptem annorum verificari non
poteſt,vt inquit Burſat. d.conſ.231. num.8. Nam reſpon-
detur nos non loqui de minore ſeptem annorum, ſed de
maiore, & habente vſum rationis,& propterea ex diuer-
ſis non fit illatio, l. Papinianus, §. exuli, de minor. l. fin. de
39 rit. nupt. ſed eſto, quod etiam verſaremur in puero ſep-
tennium non habente, nihil referret, quia dummodo
vſum rationis haberet,quod euenire poſſe iam oſtenſum
eſt, poſſet etiam in fidei articulis, & præceptis nouæ
legis inſtrui, quia hoc naſcitur ex rationis vſu, ideò
poſſet etiam baptizari rationibus iam ſatis firmatis.

Octauò non obſtat parentum huius pueri prætenſio,
vt eſſent citandi pro ſuo iure,& intereſſe,iuxta l. de vno-
quoque, ff. de re iudic. ad finem,vt intereſſent examini, &
audirent puerum dicentem ſe velle Chriſtianum fieri,vt
certi eſſe poſſent de eius voluntate. Nam reſpondetur
ſatis eſſe, quod pueri patefacta ſit voluntas,nec requiri-
tur, quòd id fiat coram parentibus, vt habetur in c. ſi-
cut de Iudæis; nec id pertinet ad ipſos, cùm puer in his,
40 quæ ſpectant ad ſalutem, ſit ſui iuris, & non ſubiectus
patriæ poteſtati. D. Th. in ſumm.part.3. quæſt.68.art.10.
& alij, de quibus ſupra, & ſi poteſt baptizari inuitis pa-
rentibus, poteſt etiam eis non citatis, quia nunquam de-
bet citari ille, quo inuito actus poteſt expediri, l. qui po-
teſt, vbi Dec. num.2.de reg. iur. Alex. conſ.6.num.21.lib.3. 41
Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. citat. num.20. ideò
nec paſſus ſum, nec patiar vnquam in ſimilibus, vt ta-
les pueri Hebræos alloquantur, quia res nimis periculo-
ſa eſt, & mihi relatus fuit caſus in hac materia notan-
dus. In quadam ciuitate Prælatus importunitatibus He-
bræorum deuictus,permiſit, vt puellam ad fidem conuer-
ſam viderent, & alloquerentur parentes eius adſtanti-
bus matronis, & ipſo Prælato: quæ fuit adeo commo-
ta eorum querulis vocibus, vt vix permanſerit in pro- 42
poſito, & contra Prælatum exclamauit, Heu in quan-
to periculo poſuiſti animam meam. Ideo penitus ca-
uendum eſt, ne Hebræi, & alij infideles viſitent cate-
chumenos, ne animos eorum à Chriſtiana Religione
auocent, & ſi fortè Iudæi conentur facere, poſſunt ab
Epiſcopo puniri vt ſacrilegi, vt poſt Bald. & Tuſch.
dixit Vgolin. de offic. Epiſcop. parte prima, capit. 23.
numero ſecundo, verſic. interim. Non eſt ergo dubium,
quin hæc fieri debeant non vocatis Hebræis, & cùm
puer iſte ſeptennis confugerit ad Chriſtianos, educan-
dus eſt apud eos. Tuſch. practic. concluſion. littera I, con- 43
cluſ.375. numero 3. ex quibus ſublatæ remanent omnes
difficultates, & ſi quid ſupereſt, leuiſſimum, & non con-
ſiderabile eſt.

Non omittam verò dicere, quod iſte puer poteſt con-
ſequi à patre alimenta,ſeu legitimam etiam in vita, quia
certum eſt conuerſos ad fidem, & baptizatos non per-
dere agnationem, ſed ſuccedere, ſicut priùs, c. Iudæi, 44
vbi Abb. num.2. de Iudæis, Leon. in theſ. for. Eccleſ. tit.
de Iudæis, cap.4. num. 1. Vgolin. d. cap. 23. §.7. num. 1.
Graff. deciſ.aur. part.2.lib.2. cap...num.24. immò poſſunt
petere, & conſequi legitimam in bonis parentum, etiam
in vita eorum,vt clarè diſponit Paulus III. in dicta Bul- 45
la, quæ incipit: Cupientes, in princip. verſ. ita vt, &
poſt Felin.Ferret.& Vrſill. inquit Leon. d. cap.4. num.2.
Vgolin. d. cap.23 §.7.num 2 Graff.d.cap.23.num.25. ſicut
etiam verum eſt patrem Hebræum teneri alere filium
conuerſum,& ſi fœmina eſt,illi dare dotem, vt poſt Bald. 46
& Felin. inquit Grilinz. conſ.140. num.27. & Graff. dict.
cap.23. num 25.

Hunc autem caſum ad abundantem cautelam feci
proponere in congregatione S. Officij Ciuitatis Regij,
vbi interuenerunt multi Theologi, Canoniſtæ, & Iuri-
ſtæ, & omnes concorditer cenſuerunt puerum eſſe
baptizandum inuitis parentibus: & quia in hac mate-
ria aliquantulum videntur diſcordare Theologi, & Iu-
riſtæ, animaduertendum eſt in his, quæ ſpectant ad
conſcientiam, vel ad fidem, magis credendum eſſe
Theologis, quàm Legiſtis, vel Canonicis: latè Azor. 47
moral. part.3. lib.1. capite quinto, ad quintum, verſ. in
hac re.

Et ita fuit executum,nam die 23.Septembris 1629. di-
ctus puer publicè fuit baptizatus in Eccleſia Cathedrali
ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Marchione Paulo
Coccapano Epiſcopo Regij,& Principe,& Ciuitas eum 48
ſuſcepit de ſacro fonte, & ei donauit aureos quinqua-
ginta,& veſtes neophytis fieri ſolitas,enituitque Paſtoris
Charitas,& Ciuitatis liberalitas,quoniam verè fatendum
eſt Antianos, & Senatores dictæ Ciuitatis multùm eſſe
procliues ad opera Pietatis, profundereque pecunias ad
beneficium pauperum, & miſerabilium,non poſſumque
non laudare tam Illuſtriſſimæ Communitatis Conſilia- 49
rios,& miniſtros,qui non ſolùm rerum publicarum opti-
mam curam gerunt, verùm etiam priuatis neceſſitatibus
ſubuenire non prætermittunt, eodem enim tempore fuit
baptizata puella Hebræa annorum 20. nomine Sara, cui
fecerunt vt puero, & eandem libertatem exercuerunt. O
felix Regij Ciuitas, quæ Virginem Dei genitricem im-
maculatam



maculatam patronam, & protectricem tuam veneraris,
cuius miraculis,& prodigiis nomen tuum vſque ad extre-
mum terræ delatum eſt: tu Principes habes pietate,pru-
dentia,& integritate conſpicuos. Paſtorem verò vigilan-
tiſſimum, tuæque ſalutis cupidiſſimum ſplendore virtu-
tis, & nobilitatis inſignem colis; & denique Senatores
tanta prudentia, & manſuetudine præditos ad regimen
tuum collocatos conſpicis, vt vicinarum vrbium nihil
deſideres,ſed potiùs ob cœlum tam propitium aliqualem
præbeas æmulationis occaſionem.

Sed poſtquam de Hebræis verba facere contingit,hic
addere placet caſum in praxi occurſum, nam Hebræus
50 pluries rem habuit cum muliere Chriſtiana,& proceſſa-
tus in curia Epiſcopali, vnde contigit dubitare, an eius
punitio ſpectaret ad iudicem Eccleſiaſticum, videbatur
enim quod non, quia de his, qui foris ſunt,nihil ad nos,
c. gaudemus,& ibi DD. de diuort. & iudex Hebræorum de-
51 linquentium eſt iudex laicus,non Eccleſiaſticus: Clar. in
prax.§.fin.quæſt.35.num.25.verſ.modò quæro.

Contrarium tamen verius eſt,& in praxi ſeruatur,nam
commixtio carnalis cum Hebræis, vel Iudæorum cum
Chriſtianis, etiamſi fœmina ſit inhonneſtæ conditionis
iure canonico eſt punibilis, c. in nonnullis, de Iudæis, c. in
52 Archiepiſcopatu, de raptor. Alex. conſ.13. num.15. lib.7.
immò non licet Iudæo cum Chriſtianis, & è contra in
eodem balneo ſe lauere,vel in eadem menſa comedere, c.
53 nullus, 28.quæſt.1.Syluestr. verb.Iudæus,num.2. Graff.deciſ.
aur. part.2. lib.2. cap.23.num.9. 11. ideóque graui pœna
54 plectendi ſunt Hebræi,ſi auſi fuerint commiſceri fœminis
Chriſtianis etiam inhoneſtis,arbitrioque iudicis puniun-
tur.Dec.in cap.1.num.23. & ibi Bero. num.184.de conſtit.
Alex.conſ.13.num.15.lib.7.Rol.conſ.35.num.22.lib.2. De-
cian.tract.crimin.lib.5,cap.12. num.20. Menoch.de arbitr.
iudic.caſ.290.num.15.Farinac.in prax.quæſt.139.num.2. &
fragm.part.2.verb. Iudæi, num.665. Caball. reſol.4. num 7.
part.1. Anch. Iun. quæſt.27. num.7.lib.2. Graff. deciſ.aur.
part.2. lib.2. cap.23. num.36. quod procedit,ſiue Iudæus
cognoſcat Chriſtianam, ſiue Chriſtianus Iudæam, d.c. in
nonnullis,Farinac.d.quæſt.139.num.28.Graff.d.cap 23.n.37.
bene verum eſt, quod grauiori pœna debet plecti He-
bræus cognoſcens Chriſtianam, quàm Chriſtianus rem
55 habens cum Iudæa.Couar.de ſponſal. part.2. c.6.§ 11.n.3.
nec fœmina debet impunè habere, quoniam ambo ſunt
puniendi, tam Hebræus, quàm mulier ab eo cognita.
Bero.deciſ.306.num.5.

Nec dubitandum eſt, quin Iudex Eccleſiaſticus poſſit
procedere contra prædictos,& eos punire pœnis etiam
pecuniariis,& corporis afflictiuis,citra tamen effuſionem
56 ſanguinis,nam ſubſunt Iudæi foro Eccleſiaſtico,quando
aliquid faciunt contra ſacros canones, vel leges Ponti-
ficias,aut ius diuinum,vel naturale,& ad Epiſcopum ſpe-
ctat eos punire,cum ſit canonum cuſtos,& executor: ita
Bald.in conſ.316.in fin. lib.1. Henric. Boic. in c.gaudemus,
num.1. verſ. aut de lege canonica, de diuort. Tuſch. pract.
concluſ. littera I,concluſ.372.num.13.Repertor.Inquiſitor.
in verb.Iudæus,verſ.vnde coercitio.Bellet.diſq.cler.part.1.tit.
de fauor.cler.real.§.5.n.81.verſ.nam Epiſcopus, vide Leon.
in theſ.for.Eccleſ.part.4.cap.4.num.11. vnde Pariſiis Epiſ-
57 copus puniuit acriter Chriſtianum, qui ex Iudæa ſuſce-
perat filios, teſte Boër. d. deciſ.316. num.5. verſ. & ita:
58 & hoc voluit clariùs Graff. deciſ.aur.part.2.lib.2. cap.23.
num.38. dicens, quòd Eccleſia licitè poteſt procedere
contra Iudæum delinquentem, cùm ratione delicti effi-
ciatur de foro Eccleſiæ, & eò loci loquitur in noſtro
propoſito de hac commixtione Hebræorum cum fideli-
bus; multò autem fortiùs id procederet, ſi Iudæus ſolli-
59 citaret Chriſtianum ad deficiendum à fide; poſſet enim
puniri ab Epiſcopo, & ab Inquiſitore. Surd. conſ.498.
num.9.10.& ſeqq.& num.23.

Et ſanè de hoc non eſt mirandum, quoniam verè Iu-
dæi in delictis merè ſæcularibus ſubſunt tantùm foro lai-
cali,in criminibus verò Eccleſiaſticis ſubiiciuntur ſolùm
foro Eccleſiæ,& denique in iis,quæ ſunt mixti fori etiam
inter perſonas ſæculares, contra Hebræos quoque locus
eſt præuentioni: pulchrè Felin. in c. poſtulaſti,num.5.6. de 60
Iudæis, Vgolin. de offic. Epiſcop. part.1. cap.22.§.3. num.5.
Leon. in theſ. for. Eccleſ. part.4. cap.4. num.12. Farinac.
fragm. part.2. verb. Iudæi, num.660. 663. 664. hic autem
cum huiuſmodi commixtio fidelium, & infidelium à ſa-
cris canonibus puniatur multis in locis, poſſet dici hoc
eſſe crimen Eccleſiaſticum,ſed eſto etiam quod aliqua le-
ge imperiali puniri poſſit, ſaltem erit mixti fori, nam ea
dicuntur mixti fori delicta, quæ lege canonica, & impe- 61
riali ſunt prohibita: Abb. in c. cum ſit, in fin. & ibi Aret.
num.4.Socin. num.26. & alij, de for.compet. Decian. tract.
crimin.lib.4.cap.26.num.63. Bellet.diſq. cler. part.1. tit. de
fauor. cleric. real. §. 4. num.8. & ideò etiam Eccleſiaſti-
cus poterit procedere, quia ſi poteſt legem condere, po- 62
teſt etiam exequi, & pœnam eius infligere, vt inquit
Bellet. d. loco.

Verùm ſi ſancitum fuit, ne Iudæi cum Chriſtianis lu-
dere, aut comedere, vel familiaritatem, ſeu conuerſatio-
nem habere vllatenus præſumant, alioquin etiam ab Or-
dinario Eccleſiaſtico arbitrio ſuo puniri poſſint, vt ſta-
tuit Paul.IV. de anno 1555.die 12.Iulij,cuius Bulla inci- 63
pit: Cùm nimis: quam conſtitutionem,licet loquatur ſo-
lùm de Hebræis degentibus in ſtatu Eccleſiaſtico,tamen
Pius V. de anno 1566. die 19. Aprilis extendit ad or-
bem terrarum,& vbique ſeruari mandauit, & Epiſcopis,
ac Ordinariis locorum præcepit, vt in ſuis diœceſibus
obſeruari faciant,& rogauit Dominos temporales,vt eis
aſſiſtant,& auxilium præſtent,vt in eius Bulla, quæ inci-
pit: Romanus Pontifex; quantò magis poterit Eccleſia-
ſticus procedere contra Hebræos rem cum Chriſtiana
habentes? vtique cenſendum eſt hunc caſum non exten-
ſiuè, ſed comprehenſiuè contineri in dicta Bulla, quæ
enim maior familiaritas, & conuerſatio, quàm actus ve-
nereus? hic enim refert intimi amoris ſymbolum, vt in-
quit Zodoc. in prax. crimin. cap.96. num.29. vbi etiam 64
oſtendit, quòd licèt talis copula non ſit propriè ſodo-
mitica, ei tamen affinis eſt, & pro ſodomitica damna-
tur, & quod interdicto commercio multò magis inter-
dictum cenſetur exercere actum venereum; res igitur
clara eſt.

Nec obſtat nihil ad nos pertinere de his,qui foris ſunt,
quia id procedit quoad cenſuras, & pœnas ſpirituales,
ſecus eſt in pœnis corporalibus,& pecuniariis, quas Ec-
cleſiaſticus poteſt infidelibus infligere: ita Syluest. verb.
Iudæus,num.10.Henric.Boic.in d.c.gaudemus,num.1.de di- 65
uort.Dec.in cap.1.num.22 de conſtit.Alex.conſ.99.num.11.
lib.6.& d.conſ.13.num.21.lib.7.Rol.conſ.35. num.51. lib.2.
quod ſufficit nobis.

Deinde non obſtat ſolum laicum eſſe iudicem compe-
tentem Iudæorum,ex Clar.dict.quæſt.35.verſ. modò quæro,
Nam hoc non eſt verum, niſi in delictis merè ſæculari- 66
bus, vt ex ſupradictis bene conſtat, & ideo iure merito
Clarum damnat Vgolin. de off.Epiſc.d.cap.22.§ 3. num.5.
verſ. Hinc etiam.

Non obſtat hoc eſſe delictum laicale, quia punitur in
l. ne qui Chriſtianam, C. de Iudæis. Nam in dicta lege ſolùm
punitur copula matrimonialis,vt clarè legitur in ea, quæ
grauius eſt delictum, & magis punibile, quàm ſimplex
copula Iudæi cum Chriſtiana,vel è contra,vt inquit Co-
uar.de ſponſal.part.2.cap.6 §.11.num.3.Farin.d. quæſt.139.
num.36.& ſeqq.Graff deciſ.aur.part.2.lib.2. c.23. num.36.

Non obſtat conſideratio textus in d. c. in nonnullis, 67
de Iudæis, vbi Pontifex præcipit Principibus ſæculari-
bus, vt animaduerſione digna procedant contra præ-
ſumptores illius canonis. Nam reſpondetur, Papam
non excludere ſe ipſum, quin poſſit iudicare, & puni-
re Iudæos effectos de foro Eccleſiæ ratione delicti, vt
pulchrè declarat Eymeric. in Director. Inquiſitor. parte
ſecunda, quæſtion. 46. num.10. verſ. ſecundò reſpondetur,
vt in ſimili etiam dixit Abb. in capit. poſtulaſti, numero 5
verſ.

*verſ. vnde intelligo,de Iudæis :* hoc enim non tollit iuriſdi-
ctionem Epiſcopis,ſed dat etiam laicis, quod efficit deli-
ctum eſſe mixti fori,vnde allegata lex *ne qui, C.de Iudæis,*
efficit vt delictum illud, quando Iudæus audet ſe matri-
monialiter copulare cum Chriſtiana,ſit mixti fori, quia
etiam punitur lege Imperiali, non autem tollit iuriſdi-
ctionem Eccleſiaſticis, quoniam, vt vidimus, crimina
mixti fori dicuntur,quæ lege Canonica,& Imperiali pu-
niuntur.

Denique non obſtat altera conſideratio *ad c. in Ar-
chiepiſcopatu, de raptor.* vt eò loci Eccleſia procedat con-
tra infideles mulieribus,& pueris Chriſtianis abutentes,
tanquam delegatus Regius. Nam reſpondetur, Pontifi-
cem narrare quidem commiſſionem Epiſcopis factam per
68 Regem ſuper Sarracenos, non tamen approbare eos ex
tali commiſſione procedere, ideoque non vt delegati,ſed
vt Ordinarij propria vſi ſunt poteſtate : ſic pulchrè reſ-
pondet Eymeric. *in Director. Inquiſitor. part.2. quæſt.46.
num.12.* & tenet Abb. *in dict. c. in Archiepiſcopatu, nu-
mero ſeptimo,* ibi : *poterat tamen in iure proprio.* Nam cer-
69 tum eſt Iudæos ratione delicti eſſe, & effici ſubiectos
foro Eccleſiæ, teſte Franc. Peña *in d. Director. Inquiſit.
part.2. in quæſt.44. comment.69. in verb. Tertium eſt,* vbi
multos allegat.

Vnde concludendum eſt, Hebræum poſſe puniri à iu-
dice Eccleſiaſtico ſi rem habeat cum Chriſtiana etiam
meretrice,quod ex prædictis ſatis clarum eſſe apparet;&
iuſtum eſt, nam Hebræus ſic agendo contrauenit pro-
priæ illius legi, per quam vetatur illi coïtus cum perſo-
na diuerſæ ſectæ; legimus enim quòd Phinees Eleazaris
70 ſacerdotis filius Iudæum cum Madianitida coeuntem
gladio tranfixit,vt habetur *Numer. cap.25.& in c.reos, §.
qui coierit,verſ.Phinees,23.quæſt.5.c.nos,§.his ita 2.quæſt.7.*
Menoch.*de arbitr.iudic.d.caſ.290.num.8.* ſed Iudæus de-
71 linquens contra legem veteris teſtamenti poteſt puniri à
Iudice Eccleſiaſtico. Felin. *in cap.1. num.38. de conſtitut.*
Surd. *deciſ.133. num.22.* Leon. *in theſ. for. Eccleſ.part.4.
cap.4. num.27.* Ergo nullus remanet ambigendi locus,
quin Iudex Eccleſiaſticus poſſit huiuſmodi cauſas cog-
noſcere, & decidere, Hebræoſque punire : ceſſat autem
omnis difficultas eo, quòd res deciſa fuerit à S.Congre-
gatione S. Officij in Romana Curia, ſiquidem cùm In-
quiſitor Regij prætenderet poſſe cognoſcere cauſas Iu-
dæorum meretrices Chriſtianas adeuntium,Sacram Con-
ſecrationem conſuluit, cui Illuſtriſſimus Cardinalis Mel-
linus ſub die 11. Iunij 1621. de mandato Congregatio-
nis ei reſcripſit,ne ſe ingereret in ſimilibus cauſis,ſed de
illis curam relinqueret Curiæ Epiſcopali. Litterarum
originale ego vidi.

Sed poſtquam de Hebræis incepimus verba facere,
omittere non placet caſum in praxi mihi euentum,
etenim cùm Iudæus quidam conuerſus ad fidem,& bap-
tizatus eſſet, haberetque vxorem, quæ examinata, &
monita cum termino ſibi præfixo ad deliberandum,ſem-
per perſeuerauit in propoſito iudiaïzandi, & poſtea re-
quirebat dictum eius virum ad eam repudiandam, qui
annuebat, cùm Iudæis permiſſum ſit repudium, vt
72 *in Deut. cap.24.* & *Malach. cap.2.* & propterea poſtu-
lauerunt à me licentiam dandi libellum repudij ſecun-
dum ſolemnitatem Hebræorum, quam penitus nega-
ui, & conſulti plurimi Theologi reſponderunt hoc
non eſſe tolerandum; & idem ſenſit M. R. P. Inqui-
ſitor.

Huius autem rei,& negationis ratio fuit, quia poſt le-
gem Euangelicam non ſolùm fidelibus,ſed etiam Iudæis,
& Gentilibus prohibitum fuit repudium, vt apud D.
73 Matth. *cap.19.* illis verbis : *Quoniam Moyſes ad duritiem
cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras,ab ini-
tio autem non fuit ſic. Dico autem vobis quia quicumque di-
miſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxe-
74 rit, mœchatur,* & licet infideles non cogantur ab obſer-
uantiam legis Euangelicæ, tamen quando concordat
cum lege naturæ, vt hic, ſecus eſt, & ideò peccant mor-
taliter, ſi repudium faciunt, teſte Barboſ. *ff. ſolut. matr.
rubr.2.part.num.10.* Abulenſ.*in Matth. d.cap.19.quæſt.63.*
Sanchez *de matr.lib.10.diſp.1.num.9.* matrimonium enim
indiſſolubile eſt iure naturæ, & diuino. Bonac. *de matr.* 75
*quæſt.2. punct.11. num.2.*

Et licèt Iudæi tolerentur in obſeruando ſuos ritus, &
cæremonias,*c.conſuluit,* vbi Abb.& DD.*de Iudæis,*Leon. 76
*in theſ.for.Eccleſ.part.4.c.4.num.51.* tamen in ſuis vſibus,
& ritibus ſeruandis peccant; dicit enim D. Hieronymus,
*Legalia mortifera ſunt obſeruantibus,* & hoc firmat Me-
gal. Squillacenſ. *conſ.67. num.5.* ideò noſter neophytus
non poteſt conſentire huic rei, & dare libellum repudij
more Hebræorum, quia qui conſentit peccato alterius, 77
mortaliter peccat. D.Paul. *ad Rom. cap.1.* ibi : *Non ſolùm
qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt,* vbi gloſſ.necnon D.
Thom.2.2.*quæſt.10. num.11.*Megal.*d. conſ.67.numer.5. &* 78
*ſeqq.* vbi latè etiam oſtendit non licere macellariis per-
mittere Iudæis, ſi ſecundum eorum ritum occidant
animalia in macellis Chriſtianorum pro victu eorum,
minuſque licere Chriſtianis emere, & veſci carnibus
derelictis à dictis Hebræis, cum ſibi tantùm reſeruent
partes anteriores animalis,quia hoc eſt conſentire eorum
erroribus.

Et maximè quia licèt conuerſo ad fidem poſt monitio-
nem factam infideli liceat tranſire ad ſecunda vota, vel
ad religionem, non expectato,quod infidelis nubat,San-
chez *de matrim. lib.7. diſp.74. num.11. & ſeqq.* Bonac.
*eod.tract.quæſt.3.part.7.num.8.* tamen infidelis non poteſt
alias celebrare nuptias, antequam conuerſus mutauerit
ſtatum, quia prius non diſſoluitur matrimonium, adeò
vt ſi infidelis conuerteretur, antequam iam conuerſus
iniiſſet matrimonium, vel religionem ingreſſus eſſet, te-
neretur fidelis illum tanquam verum coniugem admit-
tere, *c.gaudemus,ad fin.de diuort.* Sanchez *d. tract. lib.7.* 79
*diſp.75.num.4.*Bonacin.*d.punct.7.num.7.*Ergo non ſolùm
noſter neophytus peccaret conſentiendo, ſed agendo,
quia daret libellum repudij, quod nec ſibi, nec Hebræis
licet; & propterea nihil actum fuit, & licet Iudæi alle- 80
garent id aliàs fuiſſe factum, non tamen potui videre
exempla, & ſi vidiſſem,adhuc negauiſſem,quia exemplis
non eſt iudicandum, & cùm viros doctiſſimos conſu-
luiſſem,eos eiuſdem ſententiæ inueni,propter quod rebus
infectis dimiſſi ſunt Hebræi. Et ita.

---

# CAPVT XLIII.

## EPITOME.

Hæres alienando partem rei alienari prohibitæ an cadat à tota hæreditate, vel à parte tantùm alienata.

## SVMMARIVM.

1 *Permutatio eſt alienatio.*
2 *Permutatio non eſt, vbi ſpecies præponderatur à pretio.*
3 *Æſtimatio facit venditionem.*
4 *Venditio eſt ſemper, vbi de pretio fit mentio.*
5 *Effectus potius, quàm verba attenduntur in cognoſcendis contractibus.*
6 *Alienatione facta rei prohibitæ alienari, ſtatim admittitur ſubſtitutus.*
7 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.*
8 *Alienationi prohibitæ conſentiens cadit à iure ſuo.*
9 *Alienatio inualida poteſt retractari.*
10 *Recuperatio rei alienatæ non excludit ſubſtitutum in caſu alienationis.*
11 *Alienans partẽ rei alienari prohibitæ cadit ſolùm à parte.*





12 *Caducitas incurritur in totum, ſi alienetur pars rei vetitæ alienari.*
13 *Hoſpitalia alienantia contra mentem defuncti priuantur hæreditate.*
14 *Filius alienans rem prohibitam alienari, priuatur etiam legitima.*
15 *Prohibitus alienare non poteſt partem alienare.*
16 *Prohibitioni de non alienando pro parte ſatisfieri non poteſt.*
17 *Conditio in totum debet impleri.*
18 *Delinquens in vno factus eſt omnium reus.*
19 *Delinquere videtur, qui non ſeruat præceptum teſtatoris.*
20 *Dictio,* caſu quo, *importat conditionem.*
21 *Conditionale totum redditur, ſi datum purè, ſub conditione adimatur.*
22 *Contrauentio parui momenti poteſt priuare magna hæreditate.*
23 *Voluntati teſtatoris non poteſt reſiſti.*
24 *Partis alienatio quando faciat hæredem cadere à toto.*
25 *Partis appellatione quando de dimidia intelligatur.*
26 *Minimum quando conſideretur.*
27 *Minima res quæ dicatur.*
28 *Peccata rerum euentis non metiuntur.*
29 *Dictio,* in parte, *vel* in aliqua parte, *intelligitur etiam de minima.*
30 *Verba,* in totum, vel in partem, *quid ſignificent.*
31 *Venditione facta in conſpectu rei cenſetur tradita poſſeſſio.*
32 *Patientia habetur pro traditione.*
33 *Mandatum non præſumitur ex ſcientia.*
34 *Perſeuerantia inducit declarationem animi.*
35 *Pœna non incurritur ex contractu nullo.*
36 *Alienatione inualida adhuc incurritur pœna à teſtatore impoſita.*
37 *Actus nullus executioni demandatus facit incurrere pœnam.*
38 *Nullitas actus an excuſet à pœna.*
39 *Poſſeſſionis ſola tranſlatio dicitur alienatio.*
40 *Alienantes contra voluntatem teſtatoris dicuntur delinquere.*
41 *Mulier incurrit pœnam, licet nulliter alienet.*
42 *Minor incurrit pœnam alienando etiam inualidè.*
43 *Reſtitutio in integrum non datur in quaſi delictis.*
44 *Recuperatio non excuſat à pœna, re non integra.*
45 *Alienare licet ob debita teſtatoris ſoluenda, & quando.*
46 *Cauſa expreſſa eſt illa, quæ cenſetur mouere.*
47 *Hæres poteſt alienare bona fideicommiſſi ob æs alienum teſtatoris.*
48 *Bona libera debent prius alienari.*
49 *Debita teſtatoris quando ſint cauſa alienandi bona fideicommiſſi.*
50 *Mobilia ſunt prius alienanda, quàm ſtabilia.*
51 *Alienationem fieri ob cauſam permiſſam eſt exprimendum.*
52 *Alienatio ſolùm doloſa priuat hæredem bonis teſtatoris.*
53 *Dolus quomodo arguatur in alienante.*
54 *Alienationem non reuocans non dicitur eſſe ſine dolo.*
55 *Alienatio cenſetur prohibita etiam in caſu permiſſo, concurrente prohibitione legis, & teſtatoris.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

HÆredes D.Franciſci à Iudice, tam inſtituti, quàm
ſubſtituti ſine aliqua difficultate ceciderunt à com-
modo eius hæreditatis propter permutationem tabula-
rum tredecim,& vncias decem de bonis dictæ hæredita-
tis contra præceptum teſtatoris, qui omnem ſuorum bo-
norum alienationem interdixit his verbis : *A quali pro-
1 hibiſce, & eſpreſſamente vieta ogni ſorte di alienatione de i
ſopradetti ſuoi beni, ò parte di quelli,* & quæ ſequuntur in
eius teſtamento Certum eſt enim quod alienationis pro-
hibitione cenſetur etiam prohibita permutatio, quia ve-
rè, & propriè eſt alienatio. Alex. *conſ.63. num.2. vol.7.*
Tiraq. *de retract.lign.§.1. gl.14. num.34.* Carpan. *ad ſtat.
Mediol.cap.417. num.113. part.1.* Lambertengh. *de con-
tract.mulier.gl.1.verb.in alienationibus, num.42.43.44.45.*
Cald.*ſyntagm.iur.emph.lib.4.cap.8.num.40.* Tuſch. *litt. A,
concl.261.num.28.*

Et licèt verè ſufficiat permutatio ad incurrendum
pœnam, tamen ſi rem diligentiùs intueamur facilè com-
periemus non fuiſſe permutationem, ſed veram, &
propriam venditionem, quia pro vna petiola tabulæ
vnius dicti hæredes dederunt tabulas tredecim, & pro
additione ipſi receperunt libras 66. & ſic conſtat, quòd
pretium præponderat ſpeciei, & propterea cenſenda
eſt venditio, non permutatio : in terminis Alex. *d. con-* 2
*ſil.63. num.3.4. libr.7.* fuſè Tiraq. *d. tract. §. 30. gl.1.
numer.9.* Mautic. *de tac. & ambig. conuent. lib.35. tit.2.
num.4.*

Accedat, quòd harum rerum ſic fictè permutatarum
facta fuit æſtimatio,& ſic æſtimatæ traditæ ſunt,vnde ſe-
quitur,quod non ſit aliud, quàm venditio,influente hoc
ipſa æſtimatione,ad textum *in l.quoties,C.de iur.dot.l.3.lo-* 3
*cat.* Dec.*conſ.159.num.2.* Tiraq. *d. tr. §.1.gl.14. num.20.*
Menoch. *lib.3.præſ.74.num.1.*Farin.*deciſ.crim.135.num.2.*
vbi enim fit mentio de pretio, intelligitur hìc eſſe ven-
ditio.Iacob.Nouell.*de iur.proth.§.2. num.153.154.* & §.4. 4
*num.32.*Alex.*d. conſ.63. num.1. verſ. tamen quando, lib.7.*
Menoch.*d.præſ.74.num.2.*& *præſ.129. n.31.* ac *præſ.104.
num.33.*non enim refert, quod partes in inſtrumento di-
xerint ſe permutare, quia in cognoſcendis contractibus
effectus magis,quàm verba ſpectari debent, teſte Tiraq. 5
*d.§.30. gl.1.num.11.12.* Neuiz.*conſ.92.num.12.*Bellon.*con-
ſil.21.num.7.* Afflict. *deciſ.72. in fin.* Menoch. *conſ.444.
num.8.9.10.*hoc autem magis præiudiciale eſt hæredita-
ti,quia ſi eſſet vera venditio,tantumdem recepiſſet,quod
hic euenire non potuit.

Vnde cùm teſtator in caſu contrauentionis vocauerit
ad hæreditatem Hoſpitalia S. Mariæ, & S.Rochi verbis
expreſſis dicens; *E caſo, che alguno preſumeſſe alienare ò
in tutto, ò in parte gli beni di eſſo Signore teſtatore, ſub.to
lo priua, & vuole, che ſiano applicati la metà all'Oſpitale
de Baſtardini, & l'altra meta all'Oſpitale di San Rocho.*
Ideò ſequuta dicta alienatione factus eſt locus dictis 6
Hoſpitalibus,& hæredes ſtatim cadunt à commodo hæ-
reditatis. Pariſ. *conſ.109.num.33.lib.3.* poſt multos Petr.
*de fideicomm.quæſt.3. num.6.* latiùs Cald. *de iur.emphyt.
lib.1.quæſt.56.num.40.verſ. cuius contrarium.* Farinac. *de-
ciſ.593.part.2.*Vincent.Fuſar. *tract.de ſubſt.quæſt.718. n.1.
& ſeqq.* voluntas enim teſtatoris ad vnguem eſt ſeruan-
da, *§.diſponat, in Auth. de nupt.* Ceph. *conſ.318.num.16.* 7
Fuſar. *d.quæſt.718. num.10.* & alienare contra mentem
teſtatoris eſt delinquere.Farin.*conſ.123. num.21. lib.2.* &
conſentiens tali alienationi cadit à iure ſuo. Seraph. *de-* 8
*ciſ.321.num.15.*

Et licèt dicti hæredes dicant eſſe paratos ad reuocan-
dam dictam alienationem, quod ſibi licere aſſerunt, eo
quod prohibitus alienare, cum nulliter geſſerit, poteſt
retractare contractum,Fuſar.*d.tract.quæſt.617.n.2.* tamen 9
verius eſt eos non poſſe talem reuocationem facere ad
præiudicium hoſpitalium vocatorum, quibus ius quæſi-
tum eſt,& ab eis auferri non poteſt, & maximè, cùm res
non ſit amplius integra ob traditionem rei alienatæ, &
litem iam motam; & ideò omnino factus eſt locus di-
ctis Hoſpitalibus vocatis in caſu alienationis, ad textum 10
*in l.cùm pater, §.libertis, ff. de leg.2* Iaſ. *in rep. l.filiusfam.
§.Diui,il ſecundo,num.100.in ſecunda lect.ff. de leg.1.* Petr.
*dict. tract. quæſt.8.num.16.& ſeqq* & *quæſt.10.num.79.80.*
Crott.*conſ.44.num.17.*Molin.*de primog.Hiſp. lib.4. cap.1.
num.20.& ſeqq.*Cald. *d.tract.lib.1. quæſt.16. num.41. verſ.
ſecundùm,*Fuſar *d.quæſt.78.num.13.15.* qui idem ſentiunt,
etiamſi nulla ſit alienatio.

Benè tamen verum eſt,quod multi ſentiunt,quod etiã
ſi facta eſſet alienatio contra mentem teſtatoris dolosè,

& in magna quantitate adhuc hæredem alienantem non eſſe priuandum, niſi parte alienata, non autem cadere à commodo totius hæreditatis, & hanc dicunt eſſe magis
11 communem, & æquiorem DD. ſententiam Iaſ. *in l. ait Prætor, la ſecunda, num. 5. 6. de iureiur.* Loarez *in d. l. filiuſfam. §. Diui, num. 191.* & *num. 515.* vbi etiam Soc. Iun. *num. 220. 221. de leg. 1.* Ruin. *in l. 4. §. Cato, de verb. oblig.* & *conſil. 119. num. 12. lib. 2.* Menoch. *conſ. 164. num. 22.* Burſat. *conſil. 13. num. 38. lib. 1.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. princ. num. 153.* Peregr. *de fideicom. art. 14. num. 3.* & *conſil. 40. num. 4. lib. 4.* Paleot. *de noth. & ſpur. cap. 43. n. 5.* Cald. *de iur. emph. lib. 4. cap. 9. verſ. verumtamen*, pulchrè Honded. *conſ. 68. num. 81. 84.* & *conſil. 72. num. 13. lib. 1.* Sim. de Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 283. num. 7. in fin.* Caualc. *deciſ. 6. num. 46. part. 3.* Farin. *deciſ. 593. part. 2.* videndus Ludouiſius *deciſ. 216. n. 1. verſ. contrarium, & per totam.*

Nihilominus alteram ſequor opinionem, quod alienans cadat à toto, non autem à ſola parte alienata, quia indiuidua eſt teſtatoris voluntas, & hæres alienando con-
12 trauenit præcepto teſtatoris, ideoque in vniuerſum ſe reddit indignum eius bonis, offenſio enim reſpiciens perſonam in ſolidum nocet, & propter hoc dicta hoſpitalia ad totum vocantur, & dicti hæredes priuati remanent vniuerſa hæreditate, etiamſi in minimo contrauenerint: ſic probat textus *in l. 2. §. idem erit, ff. de his quibus vt indign. l. etiam ſi partis*, vbi Bald. *num. 5. de leg. 1. l. cùm pater, §. libertis*, vbi Bart. *de leg. 2. l. quidam in iure, §. donationem*, vbi Cuman. *num. 2. de donat. l. ſtipulationem, §. fin.* vbi Bart. *de verb. obligat.* & ita conſuluit ante-
13 ſignanus noſter Angel. *conſil. 168. num. 3. verſ. venio ad ſecundum*, qui loquitur in fortioribus terminis, quia conſulebat contra Hoſpitalia, quæ alienauerant, vnde quantò magis pro Hoſpitalibus vocatis in caſu alienationis conſuluiſſet, & ideò Angelum plerique ſequuntur, prout facit Alex. *conſil. 57. num. 1. verſ. & ita etiam, lib. 2.* & Iaſon ex aduerſo allegatus ſe retractauit *in l. ſi quis ita, §. ea lege, num. 48. de verb. oblig.* vnde Add. ad Alex. *conſil. 155. lib. 2.* dicunt, quod Iaſon malam conſultationem factam palam reuocauit in lecturis, & hanc ſententiam ſequuntur Alciat. *in d. l. 4. §. Cato, num. 112. de verb. oblig.* & *conſ. 304. per totum*, pulchrè Crott. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, il ſecundo, num. 154.* & ibi Barth. Romule *n. 205. verſic. mihi magis*, & Ioan. Bologn. *ff. de leg. 1.* Fab. *in §. ſi verò, Inſt. de legat.* Galliau. *in l. 2. num. 4. de verb. oblig.* Dec. *in cap. maioribus, num. 5. de præbend.* & *in cap. de appellationibus, n. 3. verſ. & hoc idem, de appellat.* Ioan. Cald. *tract. de Eccleſ. interd. car. 169.* Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exig. fer. lim. 54.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. num. 113. verſ. ſecunda fuit.* Maſcard. *de probat. concl. 1157. num. 98.* Cagn. *in l. ſi quis maior, num. 196. C. de tranſact.* Anch. Iun. *lib. 1. quæſt. 72. in fin.* Curt. Sen. *conſ. 63. in fin.* Anguiſ. *conſ. 63. lib. 6.* Alb. *conſil. 7. num. 11.* & *conſ. 484. n. 67.* Raud. *deciſ. Piſan. 26. n. 70.* Grat. *conſ. 93. n. 22. lib. 1.* & *conſil. 44. n. 14.* & *conſ. 73. n. 12. lib. 2.* Petr. *de fideicomm. q. 10. à n. 56. vſque ad n. 86.* & *quæſt. 14. n. 4. 5. 6. 7. 8.* Tuſch. *pract. concl. littera A, concl. 261. n. 4.* & *littera C, concl. 595. n. 5.* Ceph. *conſ. 282. num. 27.* Menoch. *conſil. 325. num. 7.* Crauet. *conſ. 949. num. 23. verſ. & obſeruandum*, Hier. Gabr. *conſil. 118. num. 6. lib. 1.* & *conſ. 73. num. 12. lib. 2.* Craſſ. *de ſucceſſ. lib. 2. art. Officium iudicis, quæſt. 21. num. 12.* Gall. *de except. ſucceſ. tit. 2. except. 4. num. 30.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 718. num. 2.* Sfort. Odd. *conſ. 65. num. 70. verſ. & ideò*, & *num. 81.* Ioan. Caſtil. *tract. de vſufr. cap. 24. n. 21. 22. part. 1.* vbi multa ad hanc rem concludit, & hanc partem ſequitur, quam ex prædictis magis communem eſſe ſatis apparet.

Et ſanè ſi filius prohibitus alienare ex diſpoſitione patris aliqua bona, tamen alienet vſque ad legitimam volens alienata ſibi in legitimam imputari, adhuc inci-
14 dit in pœnam reſidui totius hæreditatis, in quo nihil peccauit, etiamſi legitima debeatur ſine onere; & nihilominus, quia vrget præceptum teſtatoris, filius priuatur cæteris bonis, de quibus teſtator liberè poterat diſponere, vt inquiunt Cum. *in d. §. Diui*, vbi etiam Opizon. *num. 41. in princ.* & *in verſ. ſed nunc.* Caſtr. *conſ. 77. num. 2. verſ. concludendo*, & *num. 4. verſ. ſuper ſecundo, lib. 1.* Alb. *d. conſ. 7. num. 27.* Ruin. *conſ. 136. num. 13. verſ. tamen non tollitur, lib. 2.* Ceph. *conſ. 153. num. 91. verſ. & propterea*, Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib. 4. interpr. 3. dub. 4. num. 27.* latè Surd. *conſ. 215. num. 16.* quantò magis, ſi hoc verum eſt, idem dicendum erit in caſu noſtro, vbi hæres non eſt filius, nec detractiones poteſt deducere.

Nam verè prohibitus alienare non poteſt etiam par-
15 tem rei diſtrahere, licet minimam, vt dicunt omnes *in d. §. Diui*, teſte Menoch. *d. conſ. 116. n. 17.* Fuſar. *d. q. 718. num. 2.* etenim diſpoſitioni negatiuæ de non alienando
16 non poteſt pro parte ſatisfieri. Petr. *de fideicomm. quæſt. 10. num. 84.* dici enim poteſt hoc caſu hæredem eſſe inſtitutum ſub tacita conditione, ſi non alienauerit, in conditionibus autem implendis totum debet impleri, & ſi
17 deficiat minimum, actus non valet, etiam pro parte impleta. Bald. *in l. 1. in fin. C. ſi aduerſ. vend.* Ang. *in l. ſi ſeruus, §. ſi plurium, num. 2. ff. ſi quis caut.* Iaſ. *in Auth. qui rem, num. 16. C. de ſacroſ. Eccl.* Tuſch. *littera C, concl. 595.*
18 *num. 19.* adeò vt dici poſſit, *Delinquens in vno factus eſt omnium reus: cap. defleat, de reg. iur.* Specul. *de teſtib. §. 1. verſ. item quod*, Port. *Inſt. de Attil. tut. §. 1. num. 4. conſ. 139.*
19 *num. 31.* vt enim dixi, non ſeruans præceptum teſtatoris, in eius voluntatem videtur delinquere. Caſtr. *conſ. 259. num. 8. lib. 1.* Menoch. *conſ. 476. num. 18.* Farin. *conſ. 124. n. 21. lib. 2.*

Neque dici poteſt hìc inſtitutionem hæredis non fuiſſe conditionalem, quia contrarium verius eſt; ſiquidem adimitur ei hæreditas in caſu alienationis per dictionem,
20 *caſu quo*, quæ importat conditionem. Bald. *conſ. 241. lib. 1.* & *conſ. 150. lib. 5.* Tuſch *littera C, concl. 583. n. 10. 15.* in vltimis autem voluntatibus ſi quid purè relictum ſit, & poſtea ſub conditione adimatur, tota diſpoſitio reddi-
21 tur condicionalis, quaſi illud ſub contraria conditione datum videatur, *l. ſi legatum purè, l. legata inutiliter, ff. de alim. leg. l. aliquando, de cond. & demonſtr.* Alex. *in l. 1. n. 9. verſ. item habet*, vbi Iaſ. *n. 54.* Dec. *n. 47.* Cagn. de communi *n. 120. 121. ff. de off. eius.* Ceph. *conſ. 52. n. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 11. n. 88.*

Et hoc ſanè mirum videri non debet, quia ob inobſeruantiam præcepti teſtatoris etiam modici momenti
22 poteſt amitti magna hæreditas, teſte Caſtrenſ. *conſ. 292. n. 6. lib. 2.* vbi inquit non parentem mandato teſtatoris propter modicum defectum poſſe perdere magnam hæ-
23 reditatem, quia pœna in hoc non debet commenſurari culpæ, ſed voluntati teſtatoris, cui reſiſtere hæres non poteſt. Sim. de Præt. *de interpr. vltim. volunt. lib. 4. interpr. 2. dub. 4. num. 27.*

Verumtamen eſto verius eſſet, & æquius, vt alienans non cadat, niſi à parte alienata, tamen nos verſamur extra omnem dubitationem, quia teſtator clarè locutus eſt, vt incurratur caducitas alienando ſiue in totum, ſiue in partem, & propterea cùm hæc ſit quæſtio voluntatis defuncti, ceſſat omnis controuerſia, quia pœna impoſita alienanti æqualiter reſpicit vtrumque caſum partis, & totius, & ideo etiam æqualiter debet determinare, *l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & quia in hoc propoſito ſunt diuerſæ
24 ſententiæ, circumſcribunt hunc caſum, vbi conſtaret teſtatorem voluiſſe priuare hæredem tota hæreditate ob contrauentionem in parte, vt videre eſt apud Ioan. Vinc. Honded. *conſ. 58. n. 91. in fin. part. 1.* vbi refert verba Rotæ ita dicentis.

Nec mihi dicatur, quod partis appellatione, de dimidia intelligatur, ad textum *in l. nomen, §. portionis, ff. de verb.*
25 *ſign.* Nam reſpondeo illud procedere, vbi poteſt conſiderari ratio æqualitatis, quod hic non facit ad propoſitum, & propterea in huiuſmodi caſu partis appellatione in-



26 telligitur etiam de minima, *cap. auaritia*, vbi gloſ. *in verbo, pro parte, de elect. in 6. cap. 1. §. deinde, de cenſ. lib. 6.* Oſaſch. *deciſ. 139. num. 3.* quem ſequitur Carpan. *ad Stat. Med. cap. 434. num. 19. part. 1.* quod maximè procedit in hac materia, vbi de ſui natura vetita alienatione etiam
27 in minima parte illa cenſetur prohibita. Menoch. *conſ. 116. num. 17.* & licèt dici poſſit hic non tractari de re minima, quia minima res dicitur ceſpes terræ, teſte Opizon. *in d. §. diui, n. 59. ad fin.* tamen etiamſi talis eſſet, adhuc eadem
28 reſolutio valeret, quia licèt parua res ſit, magna tamen eſt offenſa, eo quòd peccata non rerum euentis, ſed vitiis hominum metienda ſunt. Cald. *de iur. emph. lib. 4. cap. 9. num. 7. verſ. & facit.*

Sed vt fortiùs rem perſtringamus, dicendum eſt partis appellatione de dimidia intelligi, quando ſimpliciter, & de per ſe profertur; verùm quando adiungitur, *in toto*, dicendo; *In totum, vel in partem*, vt hic, tunc certum eſt ſub nomine partis intelligi etiam de minima, & idem eſt, ſi diceretur in aliqua parte: ſic probatur per
29 textum *in l. fin. §. cùm igitur, C. de iur. deliber.* & *l. fin. in princ. C. de edict. D. Adr. toll.* vbi Zuccard. *num. 46.* in terminis ſic declarat, & inquit eſſe notabilem dicti *§. portionis*, limitationem: idem repetit Zuccard. *in l. 1. n. 44. C. de pact.* Petr. Caball. *conſ. 16. num. 18. 19. lib. 2.* Surd. *conſ. 507. num. 3.* & *conſil. 508. num. 6.* qui videatur, ſicut etiam Sfort. Odd. *conſ. 65. numer. 81.* vbi in terminis ſimilis prohibitionis inquit verba, *in totum, vel*
30 *partem*, fuiſſe à teſtatore poſita ad tollendam omnem ambiguitatem, an per alienationem partis quis cadat à toto.

Nec dubitandum eſt de alienatione à dictis hæredibus facta, nam quoad hæredem ſubſtitutum res clara eſt ex inſtrumento in actis producto, & quoad hæredem inſtitutum ex teſtibus examinatis, & ambo fuerunt præſentes traditioni rei, appoſitioni terminorum, & menſurationi terræ alienatæ, omniaque fiebant de eorum mandato. Vnde cùm dicti hæredes celebrauerint huiuſmodi contractum in conſpectu rei, per hoc cenſentur rem tradidiſſe, & eius poſſeſſionem in acquirentem tranſtuliſſe, ad
31 textum *in l. 1. § ſi iuſſerim*, vbi gl. *ff. de acquir. poſſeſſ. l. quod meo, § ſi venditorem*, vbi Bart. *ff. eod. cap. 2.* vbi Abb. *de conſuetud.* Bart. *in l. 2. num. 4. verſ. ſi inſtrumentum*, vbi Bald. *num. 8 verſ. dicunt*, & Salic. *num. 4. verſ. vlteriùs, C. de acq. poſſeſſ.* & DD. *in l. 3. ff. eod.* & vlteriùs ſcientia dictorum hæredum, & continua patientia, quod emptor dicta re
32 alienata fruatur, habetur pro traditione, *l. 2.* vbi Bart. & DD. *C. de acquir. poſſeſſ.*

Accedat, quod hæres ſubſtitutus fecit inſtrumentum venditionis etiam nomine procuratorio D Antoniæ hæredis inſtitutæ, in quo licet mandatum non præſuma-
33 tur etiam ex ſcientia, Menoch. *conſ. 246. num. 53.* Cranet. *conſil. 924. num. 11.* tamen cùm ipſa poſtea fecerit generale mandatum in perſonam ſubſtituti, videtur approbaſſe geſta per eum, cùm veriſimiliter deuenerint ad eius notitiam. Honded. *conſ. 80. num. 51. 52. lib. 2.* ſed cùm hodie quoque ipſa patiatur lite durante acquirentem potiri dicta re alienata, dicitur nouam incurrere contrauentionem, & perſeuerantia inducit declarationem
34 conſenſus animi præcedentis. Farin. *deciſ. 345. num. 6. part. 1.*

Neque mihi dicatur nullum fuiſſe dictum contractum reſpectu D Antoniæ, quæ ſine ſolemnitatibus ſtatutorum non potuit alienare, & ſcimus omnes ex contractu
35 nullo pœnam non incurrere quemquam, & licere retractare contractum ad euitandam caducitatem. Iaſ. *in l. fin. de iur. emph.* Bald. *in l. 2. num. 3. C. de Epiſc. aud.* Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 3. num. 79.* Tuſch. *litt. A, concl. 267. num. 4.*

Nam reſpondetur illud non procedere in hac materia vltimarum voluntatum, vbi teſtatores conſiderant potiùs factum, quàm ius, & ſatis eſt, quod bona eorum tranſeant ad alienos, licet inualidè, non enim requiritur iuris effectus, quia ſolum factum videntur voluiſſe punire; & ideò
36 incurritur pœna, etiamſi contractus ſit nullus. Bald. *conſil. 349. in fin. lib. ſecundo*, Corn. *conſil. 243. num. tertio, lib. 3.* Bermon. Chouer. *de publicat. concub. verb. ſupereſt, num. 47.* Franc. Cald. *de iur. emphyt. lib. 1. quæſt. 16. num. 41.* pulchrè Farinac. *deciſ. 30. num. quinto, part. 1.* Mantic. *de ta-*
37 *cit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 37. num. 21.* ſufficit enim quod ille actus nullus fuerit executioni demandatus.
38 Marcabrun. *conſ. 93. num. 151. 196.* quia vbi factum ſolum conſideratur, incurritur pœna etiamſi actus ſit nul-
39 lus. Surd. *deciſ. 102. num. 23.* cùm ſatis ſit in propoſito corporalem poſſeſſionem eſſe penes tertium, cuius tranſlatio dicitur alienatio. Abb. *in cap. Epiſcopi, num. 2. de rebus Eccl. non alien.*

Addi poteſt hæredem ſic alienantem delinquere con-
40 tra teſtatorem, & propterea cùm in delictis, & quaſi maleficiis ad obligandam mulierem, vel minorem non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, maximè quando deuentum eſt ad rei traditionem, vt hìc, ideò mulier ſtatim incurrit pœnam, quia delictum conſiſtit in committen-
41 do, ad textum *in l. auxilium, ff. de minor.* Alb. *conſ. 57. n. 11.* Peregr. *de fideicomm. art. 11. num. 132* latè, & pulchrè Lambertengh. *de contract. mul. §. fin. num. 158. 159.* Laderch. *conſ. 57. num. 6. 7.*

Et ſic quando minor alienauit rem fideicommiſſo ſubiectam contra præceptum teſtatoris, locus fit ſubſtituto, & vocato, etiamſi alienatio ſit nulla ob omiſſas ſolem-
42 nitates. Aret. *conſ. 18.* Crauet. *conſil. 193. col. 1.* Peregr. *d. art. 11. num. 132.* pulchrè Surd. *conſ. 284. num. 22. 24.*
43 qui negant tali caſu dandam eſſe minori reſtitutionem in integrum.

Quod autem dicitur de recuperatione rei ad euitandam pœnam, iam ſublatum eſt, & ſolùm procedit, ſi res alienata recuperetur antequam is, cuius intereſt, animi
44 ſui votum declaret, eo quòd intendat fideicommiſſum ad ſe fuiſſe deuolutum. Soc. Iun. *conſ. 20. num. 41. lib. 1.* Petr. *de fideicomm. quæſt. 8. num 249. verſ. & hæc.* Peregr. *conſ. 15. num. 30. lib. 1.* Caball. *conſ. 147. num 49. lib. 2.* & ideò lite iam conteſtata nihil proderit recuperatio. Decian. *conſ. 4. num. 31. lib. 1.*

Verùm quia dicti hæredes allegant pecuniam ex dicta veditione retractam fuiſſe conuerſam in extinctionem æris alieni dicti teſtatoris, videndum eſt, an id eos excuſet, quia certum eſt prohibita alienatione adhuc licere diſtrahere bona pro ſolutione æris alieni, quod teſtator
45 contraxerat. Bart. *in l. peto, § prædium, de leg. 2.* Curt. Sen. *conſ. 27. num. 17.* Dec. *conſ. 100. num. 6.* Peregr. *de fideicom. art. 35. num. 8.* Sed ex multis id nihil prodeſt dictis hæredibus: hæc enim non fuit cauſa venditionis, cùm aliunde mori ſint, quoniam teſtes vtriuſque partis concludunt factam fuiſſe alienationem, vt venditores rem gratam facerent venditori, qui ad hoc eos ſollicitabat, vnde
46 ex illa cauſa eos alienaſſe cenſendum eſt. Crauet. *conſil. 379. num. 9* & *conſ. 425. num. 49.*

Deinde ad hoc, vt pro ære alieno teſtatoris valeant alienari ea, quorum alienationem vetauit, oportet non extare alia bona, vnde ſolui poſſit, & id probandum eſt
47 per alienantem. Hoc deducitur *ex l. pater filium, in princ. verſ. idem quæſiit, ff. de leg. 3.* Iaſ *in d. §. Diui, num. 25.* & ibi Loarez *num. 71.* & *num. 83.* Soc. Iun. *num. 32.* Romul. *numer. 139.* Ferret. *num. 88.* Ceph. *conſ. 320. num. 27.* Burſat. *conſ. 5 num. 30. lib. 1.* Hier. Gabr. *conſ. 118. numer. 6. verſ. tertiò, lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 40. num. 28.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 541. num. 19.* hìc autem aderant multa mobilia magni valoris adeo, vt dici non poſſet hæredes indiguiſſe libris 66. pro ſoluendis de-
48 bitis: non enim prohibuit teſtator alienare omnia bona ſua, & propterea vbi ſuperſunt libera, non debent alienari prohibita. Molin. *de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 10. num 4.*

Præter hæc dicas non eſſe deueniendum ad alienationem bonorũ ſtante huiuſmodi prohibitione, niſi credito-

res vrgeant, & inſtant pro ſatisfactione ſui crediti, ad
textum *in l. magis puto*, §. *non poſſunt*, *ff. de rebus eorum*,
Hier.Gabr. *dict. conſil.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. Oct.Simoncell.
49 *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 35. Peregr. *de fideicomm.art.* 40.
*num.* 25. Viu. *deciſ.Neap.* 185. *num.* 11. *lib.* 1. Gall. *de ex-
cept. ſucceſ. tit.* 21. *except.* 4. *num.* 113. *part.* 3. Odd. *de
reſtit.in integr.quæſt.* 33. *num.* 15.16. Benè verum eſt, quod
hoc non placet Fuſar. *de ſubſt.quæſt.* 541. *num.* 11. qui do-
cet ſuſtineri alienationem bona fide factam, etiamſi cre-
ditores non vrgeant, cùm prudentis ſit venditoris non
expectare ſubhaſtationem, & expenſas litis, ſed inhæ-
rendum eſt alteri ſententiæ communi, quoniam ipſe ſo-
lus eſt in ſua opinione, & dum dicimus oportere, quòd
creditores vrgeant, hoc non intelligunt DD. vt grauatus
teneatur expectare finem litis, ſi liquidum ſit creditum,
ſed tantùm iudicialem interpellationem, & crediti liqui-
dationem.

Non etiam dicatur, quod bona mobilia non poterant
alienari, quia teſtator ea reliquit ad vſus pios. Nam po-
teſt reſponderi, quod pariter ſtabilia erant prohibita
alienari, & ideo concurrente æquali prohibitione, vt res
reddatur conformis, mobilia priùs erant alienanda, ad
textum *in l. à Diuo Pio*, *de re iud.* Verùm meliùs dicas,
quod teſtator prohibuit ſolum alienari mobilia, & ſup-
50 pellectilem domus, vnde ruſticalia inſtrumenta, & bru-
ta, & alia ruri exiſtentia libera remanſerunt, & ideo ea
priùs alienanda erant, quàm ſtabilia diſtraherentur, ad
textum *in l. peto*, §. *prædium*, vbi DD. *de leg.* 2. Gabr.
*d. conſil.* 118. *num.* 3. Concludendum eſt igitur, dictam
alienationem fuiſſe factam cauſa æris alieni, quoniam
neque hæredes id dixerunt, & tamen ſuppoſito etiam
debito certum eſt in regulariter prohibitis non ſatis eſſe
51 caſum extare permiſſum, vt actus valeat, niſi etiam ex-
primatur, quod fit ob eam cauſam. Petr. *de fideicomm.
quæſt.* 1. *num.* 87.

Non obſtat, quod hæc alienatio non fuerit facta dolo-
sè, & malo animo ad interuertendum fideicommiſſum,
quod tamen requiritur ad incurrendam caducitatem. Al-
52 ban. *conſ.* 97. *num.* 55. Port. *conſil.* 38. *num.* 36. Soc. Iun.
*conſil.* 28. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 375. *num.* 38. Honded. *con-
ſil.* 58. *num.* 35. *lib.* 1. & *conſ.* 42. *num.* 41. *lib.* 2. Petr. *de fi-
deicomm. quæſt.* 8. *num.* 48. Farin. *deciſ.* 429. *num.* 3. *part.* 4.
Nam ex ſcientia ſola, quod res ſit fideicommiſſo ſubie-
53 cta, & alienari prohibita dolus arguitur, & contraria
procedunt in eo, qui ignorat vel teſtamentum, vel rem
eſſe obnoxiam, ideò locus eſt ſubſtitutioni. Caſtr. *con-
ſil.* 247. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 284. *num.* 23. *lib.* 2. Fuſar. *d.
quæſt.* 517. *num.* 55. Verumtamen hoc motiuum penitus
euacuatur ex eo, quod dicti hæredes non curarunt rem
alienatam recuperare, ſed adhuc patiuntur emptorem ea
potiri, quoniam ſuperueniente ſcientia tenetur alienans
rem recuperare, alioquin incidit in pœnam. Hier. Gabr.
54 *conſ.* 119. *in fin.lib.* 1. Farin. *deciſ.* 281. *n.* 3. *part.* 2. Fuſar. *d.
quæſt.* 718. *n.* 57.

Non obſtat alienationem fuiſſe factam pro maiori vti-
litate, & commodo hæreditatis, quo caſu licita videtur
alienatio. Fuſar. *quæſt.* 544. *num.* 1. Nam reſpondetur hic
non conſtare de hac vtilitate, quam nec apparere poſſe
cenſeo, cùm pretium non fuerit inueſtitum in aliis bo-
nis, ſed damnificata potius dicenda eſt hæreditas ob ta-
lem diminutionem, & addi poteſt, quòd concurrente ho-
minis, & legis prohibitione, vt hic, alienatio cenſetur
prohibita etiam in caſu aliàs permiſſo. Peregr. *conſ.* 49.
55 *n.* 9. *lib.* 3. Ex quibus pro Hoſpitalibus iudicandum cen-
ſeo, nam licet in dubio contra caducitatem iudicandum
ſit; hìc tamen præualet fauor piæ cauſæ, pro qua in du-
bio iudicare oportet.

Hæc cauſa non fuit debito fine terminata, quia com-
munia ſolent negligi, vnde dormit, & adhuc indeciſa
manet, & cùm fuerit commiſſa à Principe Illuſtriſſimo
Conſilio Iuſtitiæ Mutinæ, adhuc coram eo pendet, &
attento legum rigore cenſeo meliorem eſſe Hoſpitalium
prætentionem. Verùm quia mitior pars videtur eſſe,
quod caducitas non incurratur, & poteſt eſſe, quod
meliores rationes, & cauſæ adducantur à parte aduer-
ſa, non licet nobis quidquam de victoria promit-
tere.

---

# CAPVT XLIV.

## Epitome.

An liceat iudici Eccleſiaſtico præcipere laico, vt retineat in ſequeſtrum pecunias Sacerdoti debitas, & quando ex contumacia prorogetur iuriſdictio.

## SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Laici iudices, & recurrentes ad eos pro impedienda executione iudicis Eccleſiaſtici, ſunt excommunicati.*
3 *Laicus poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico ſi adeſt conſuetudo.*
4 *Solitum, & conſuetudo tribuunt iuriſdictionem.*
5 *Stylus probatur ex inſpectionone proceſſuum.*
6 *Solitum inducitur ex bino actu.*
7 *Stylus iudiciorum debet attendi.*
8 *Obſeruantia tollit ambiguitates.*
9 *Sequeſtrum poteſt fieri, ſi conſtat de credito per Inſtrumentum.*
10 *Sequeſtrum non poteſt fieri à iudice laico de pecuniis clerici.*
11 *Sequeſtrum non poteſt fieri ab eo, qui non poteſt citare eum, cuius ſunt pecuniæ.*
12 *Iudex laicus poteſt ſequeſtrare res clerici, ſi periculum eſt in mora, & quomodo.*
13 *Sequeſtrum eſt præparatorium actionis.*
14 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
15 *Sequeſtri officium eſt voluntarium.*
16 *Sequeſtrum habet vim inhibitionis de non ſoluendo.*
17 *Sequeſtro contradicens videtur illud acceptare.*
18 *Sequeſtrum acceptans non poteſt amplius illud recuſare.*
19 *Epiſtolam recipiens, qua ſcribitur debitor, videtur fateri, ſi non proteſtetur.*
20 *Tacens conſentire videtur, quando poterat impedire.*
21 *Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici.*
22 *Prorogare non poſſunt clerici iuriſdictionem laici.*
23 *Prorogari iuriſdictionem alterius ſtatutum vetans quomodo intelligatur.*
24 *Statutum prohibens quemquam trahi ad alienum forum, non comprehendit forum Eccleſiæ.*
25 *Epiſcopus poteſt cogere ſtatuentes ad declarandum ſtatutum.*
26 *Eccleſia non continetur in generali ſermone.*
27 *Prorogatus Iudex terminat cauſam.*
28 *Prorogatio iuriſdictionis non inducitur ex contumacia.*
29 *Doctoris vnius opinio, ſi non habet contradictorem, habetur pro caſu legis.*
30 *Qualitas petitionis attenditur ad cognoſcendam iuriſdictionem.*
31 *Laicus poteſt trahi ad forum Eccleſiæ pro re clerici, vel Eccleſiæ.*
32 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, an emptio ſit facta de pecuniis Eccleſiæ.*
33 *Iudex Eccleſiaſticus non eſt incapax iuriſdictionis temporalis.*
34 *Exceptio fori debet allegari.*
35 *Citatio non arctatoria exprimens caſum arctatorium obligat ad comparendum.*



36 *Laicus citatus coram Eccleſiaſtico quando teneatur comparere.*
37 *Contumacia quando proroget iuriſdictionem.*
38 *Contumax comparens poſt litem conteſtatam tenetur proſequi cauſam in ſtatu, in quo reperitur.*
39 *Iudex incompetens ratione inſidentiæ.*
40 *Sequeſter eſt tanquam depoſitarius.*
41 *Sequeſtri in cauſa proceditur executiuè.*
42 *Sequeſter tenetur reſtituere ad ſolum verbum iudicis.*
43 *Sequeſtrum ad quem fiat.*
44 *Sententiæ, quæ fecit iudicatum, non poteſt iniquitas allegari.*
45 *Iudex cauſæ præparantis eſt etiam præparatæ.*
46 *Laici quando poſſunt conueniri coram Epiſcopo, poſſunt etiam ab eo pignorari, & carcerari.*
47 *Laicus Iudex an poſſit præcipere clerico, vt retineat in ſequeſtrum rem laici.*
48 *Conceſſo vno conceduntur omnia ad illud neceſſaria.*
49 *Sequeſtrum quomodo poſſit fieri à iudice laico penes clericum.*
50 *Epiſcopus poteſt ſuo marte exequi ſuas ſententias contra laicos.*
51 *Sequeſtri in cauſa an procedatur in forma iudicij.*
52 *Excommunicatio contra recurrentes ad laicos in cauſis fori Eccleſiaſtici.*
53 *Eccleſiæ libertatem, vel immunitatem violans non poteſt abſolui, niſi à Papa, etiam in caſu dubio.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Creditor erat Alfonſus Rubeus cuiuſdam Sacerdo-
tis de ducatonis 108. occaſione mercimonij ſui illi
venditi, propter quod, intellecto quod fratres de Re-
probis eſſent debitores dicti Sacerdotis magnæ pecunia-
rum quantitatis, procurauit à iudice Eccleſiaſtico fieri
præceptum dictis fratribus ne ſoluerent quidquam ſa-
cerdoti, ſed apud ſe in ſequeſtrum retinerent pecuniam
illi debitam vſque ad ſummam prædictam; vnde prædi-
cti fratres tacentes nihil ſequeſtro oppoſuerunt: cùm
Rubeus liquidaret creditum ſuum, dicti fratres ſemper
fuerunt in contumacia, & paſſi ſunt poſitiones haberi
pro confeſſis: extabat autem inſtrumentum crediti præ-
dicti Rubei, & cum eſſet concluſum in cauſa, dictus Sa-
cerdos de Nigris fuit condemnatus, & ſequeſtrum de-
claratum liquidum, ac dictis fratribus intimata ſunt om-
nia, & cùm decretum feciſſet iudicatum contra vtroſ-
que, commiſſa fuit executio à iudice Eccleſiaſtico; quo
facto dicti fratres laici oppoſuerunt iudicis incompe-
tentiam forum declinantes, & recurſum habentes ad
Officialem ſecularem, qui tentauit modis omnibus im-
pedire executionem detinendo etiam perſonaliter dictum
Rubeum, vt ab eo extorqueret conſenſum de relaxan-
dis liberè pignoribus dictis fratribus ablatis. Quæritur,
an tam dicti fratres, quàm dictus Officialis perperam
egerint, & an inciderint in excommunicationem reſer-
uatam Pontifici Maximo in Bulla publicari ſolita in
Cœna Domini, *can.* 16. contra recurrentes ad iudices lai-
cos in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, vel
impedientes iudices Eccleſiaſticos ne ſua iuriſdictione
vtantur.

In quo licèt prima facie poſſet videri Eccleſiaſticum
fuiſſe iudicem incompetentem reſpectu dictorum fra-
trum, cùm ſatis iuri conueniat, vt actor ſequatur forum
1 rei, *c. ſi clericus*, & ibi Abb. Felin. & communiter DD. *de
for.compet.* & ideò ſicut ille ſacerdos deberet conuenire
dictos fratres laicos coram ſuo iudice, quia ſunt laici,
ita, & multò magis id facere debebat dictus Rubeus lai-
cus ab eo cauſam habens, *Auth. multò magis*, & ibi DD.
*C. de ſacroſ. Eccl.*

Nihilominus in aperto eſſe cenſui non ſolùm dictum
Officialem incidiſſe in dictam excommunicationem, ſed
etiam dictos fratres, certum eſt enim quod illa incurri-
tur propter recurſum ad iudices laicos pro impedienda
executione iudicis Eccleſiaſtici, vt ſæpe iudicauit Rota,
vt habemus latè *in vna Oſcenſi Canonicatus*, *primo No-* 2
*uembris* 1591. *coram Peña*, & *in Valentina penſionis*, 31.
*Ianuarij* 1600. *coram Manzanedo*, vt apud Marcheſ. *de
commiſſ.part.* 3. §. 2. *fol.* 353.

Nec dubitandum eſt de iuriſdictione iudicis Eccle-
ſiaſtici in hoc caſu contra laicos, quoniam certum eſt
tam de conſuetudine, quàm de iure validum eſſe ſeque-
ſtrum ab eo factum penes laicos de pecuniis Sacerdo-
tis, attenditur enim principalis reus, qui eſt de foro
Eccleſiæ, & à quo debet regulari iudicium, etenim ſi
vſum reſpicimus, fuit oſtenſum extare ſtylum immemo-
rabilem faciendi ſimilia ſequeſtra in foro Eccleſiaſtico,
& poſtea exequi contra laicos ſequeſtrum habentes,
quod ſatis eſſet, etiamſi ius non haberem, quia valet
vſus, vt laicus conueniatur in foro Eccleſiaſtico pro ne-
gotio, etiam non ſubiecto illi; textus eſt *in d. cap. ſi cle-* 3
*ricus*, vbi Abb. *num.* 5.7. Barb. *num.* 12. Soc. *num.* 4. An-
char. *numero* 3. *de for. comp.* Henric.Boyhic. *in cap.tranſ-
miſſa*, *num.* 1. *eod.* Bellet. *diſq. cleric. part.* 1. *tit. de fauor.
cler.real.* §. 5. *num.* 4. ſolitum enim & conſuetudo tri-
buunt iuriſdictionem, *cap. cùm contingat*, *in fine*, *de for.* 4
*compet. l. viros*, vbi Bart. *C. de diuerſ. off. lib.* 11. Salic. &
DD. *in l.* 1. *C. de emancip. liber.* Ioan. And. *in d. cap. ſi cle-
ricus*, *num.* 4. Bald. *conſil.* 338. *num.* 5. *lib.* 1. Iaſ. *in l. fin.
numero* 18. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Alex. *conſil.* 240. *nu-
mero* 1. *lib.* 6. Rim. Iun. *conſil.* 726. *num.* 8. Borgn. *dec.* 5.
*numer.* 23. *part.* 1. And. Gail. *pract. obſeru. lib.* 1. *obſ.* 57.
*num.* 14. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 27. *num* 1.2. *& ſeqq.
part.* 1. Peregr. *in prax. ciuil. lib.* 1. Rub. *de iudic. num.* 58.
Marth. *de iuriſd. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 64. *num.* 10. huiuſmodi
autem ſtylus, & vſus multis modis probatur, ſed præci- 5
puè ex inſpectione plurium proceſſuum. Farinac. *deciſ.
crim.* 355. *n.* 1.

Nec difficile eſt vſum probare, quia in huiuſmodi, &
aliis ſimilibus ſolitum inducitur ex bino actu. Iaſ. *con-
ſil.* 153. *num.* 2. *ad fin. lib.* 4. Crau. *conſ.* 707. *num.* 6. Farin. 6
*in prax. quæſt.* 162. *num.* 17. Mantic. *de tac. & ambig. con-
uent. part.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. *num.* 13. *verſ. ſed notandum*: hìc
autem habemus ſtylum, & vſum inueteratum, propte-
rea non ſunt mutanda, quæ ſemper certam habuerunt
interpretationem, *l. minimè*, *ff. de leg.* & ſtylus iudicio-
rum, & tribunalium debet attendi, *cap. ex litteris*, *de* 7
*conſtit.* Alex. *conſil.* 240. *num.* 2. *lib.* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 126.
*num.* 2. Gratian. *diſcept. for. libr.* 4. *cap.* 745. *num.* 22.23.24.
Gabriel. *conſ.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. & ſi verſaremur in dubio, 8
obſeruantia tolleret omnem ambiguitatem. Seraph. *de-
ciſ.* 1410. *n.* 2.16.22.

Verùm id quoque iuri ſatis conforme eſt, nam ſi ſacer-
dotem inſpicimus, iuſtum fuit ſequeſtrum, cùm adeſſet ti-
mor dilapidationis, & creditum Rubei ſatis eſſet liquida-
tum, cum enim ſufficiat fides vnius teſtis iuncto iuramē-
to creditoris, hic nihil erat dubitandum, vbi aderat publi-
cum inſtrumentum, ſecundùm Alex. *conſ.* 163. *num.* 2. *lib.* 6. 9
ſin reſpiciamus dictos fratres laicos, idem reſpondendum
eſt, quia in hac materia ſequeſtrationis non conſideratur
perſona laici ſequeſtrarij, ſed clerici debitoris, cuius ſunt
pecuniæ ſequeſtratæ, quia ſequeſtrum ipſius intuitu fieri
dicitur, & propterea ſi tale ſequeſtrum fieret à iudice
laico, vtique inualidum eſſet, licet ſequeſter eſſet laicus, 10
vt inquit Borgn. *deciſ.* 3. *n.* 27. *in fin. p.* 1. Marth. *de iuriſd.
part.* 4. *centur.* 2. *caſ.* 101. *num.* 5.6. ſiquidem ſequeſtrum
non poteſt fieri ab eo, qui non poteſt citare eum, cuius 11
ſunt pecuniæ ſequeſtrandæ. Marth. *d. tract. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.*
165. *n.* 6. Bene verum eſt, quòd ſi non poſſet haberi co-
pia iudicis Eccleſiaſtici, & periculum eſſet in mora, tunc 12
vtique laicus iudex poſſet ſequeſtrum facere. Borgn. *in
repert. deciſ. verb. Iudex ſæcularis*, *verſ. quæ ſunt intelligen-
da*, *p.* 1. ſed nihilominus etiam in hoc caſu poſtea nego-
tium eſſet remittendum ad forum Eccleſiæ. Borgn. *d. de-
ciſ.* 3. *num.* 24. *verſ. & ſi non agit*, & *n.* 26.27. *p.* 1. ſequitur

Borell. in ſumm. deciſ. tit. 37. num. 23. part. 2. nec mirum,
quia ſequeſtrum non eſt petitio, ſed præparatorium
13 quoddam, & acceſſorium actionis, & petitionis prin-
cipalis. Cyriac. controu. iur. lib. 2. controu. 327. num. 51.
& ideò debet fieri ab eo iudice, coram quo pluralis
actio eſt intentanda, qui eſt Eccleſiaſticus: & ſanè ſi non
poteſt iudex laicus tale ſequeſtrum facere, vt vidimus,
neceſſariò ſequitur faciendum eſſe ab Eccleſiaſtico, quia
excluſio vnius eſt incluſio alterius, & contrà, l. cùm
14 Prætor, in princ. ff. de iudic. l. maritus, de procur. Rol. con-
ſil. 58. n. 76. lib. 3. Menoch. conſ. 530. n. 2.

Neque id mirabile debet videri, quoniam dicti fra-
tres laici non poterant cogi ad recipiendum tale ſeque-
ſtrum, niſi ex iuſta aliqua cauſa, & deponendo pecu-
niam, illud potuiſſent euitare, eo quòd ſequeſtri offi-
15 cium ſit voluntarium, non neceſſarium, vt ex l. fin. C. de
bon. auth. iud. poſſ. inquit Bart. in l. litibus, num. 8. C. de agric.
& cenſ. lib. 11. Alex. in l. ſi fideiuſſor, la ſeconda, §. ſi ſatiſ-
datum, num. 10. ff. qui ſatiſd. cog. Curt. in l. vnic. num. 25.
C. de prohib. pec. ſequeſtr. quod tamen intelligo de eo ſe-
queſtro, quod fit penes aliquem, qui non habebat rem,
velut quando res aufertur de manibus debitoris, ne eam
dilapidet, & deponitur penes tertium, is enim volun-
tariè recipit, nec cogi poteſt, verùm quando penes ali-
quem eſt res debitoris, is vtique non poteſt contradice-
re ſequeſtro, & ſoluere, aut reſtituere rem debitori, quia
ſequeſtrum habet vim inhibitionis, ne ſoluat, quod ſi
nolit rem retinere, aut acceptare ſequeſtrum, non cogi-
16 tur. Bart. in d. l. litibus, Curt. in d. l. vnic. n. 25. perbellè Be-
ro. in c. quoniam contra, n. 160. de probat. Carroc. de ſequeſtr.
p. 1. q. 4. n. 2. ſed tenebitur rem penes officium, aut alium
de conſenſu iudicis deponere, quia non poteſt ſoluere
debitori, niſi videatur etiam iudici ex iuſta aliqua cauſa,
vt ipſe rem retineat, quod vtique Iudex poterit præci-
pere iuſta exiſtente cauſa.

Verùm ſi ſequeſter nihil contradicat ſequeſtro, cenſe-
tur illud acceptare, & ſi per multos dies taceat, nec re-
uocationem ſequeſtri procuret, ſibi præiudicat, quia
17 videtur fateri penes ipſum extare res ſequeſtratas, &
conſentire videtur, ſic pulchrè inquit Carroc. de ſequeſtro
part. 3. quæſt. 13. Card. Tuſch. pract. concluſ. littera S,
18 concluſ. 204. num. 26. adeò vt ampliùs ſine licentia iudi-
cis recuſare non valeat. Carroc. d. tract. part. 1. quæſt. 5.
Gratian. diſcept. for. lib. 1. cap. 167. numero 28. 29. inſtar
19 illius, qui recepta epiſtola, in qua debitor enunciatur,
ſi nihil proteſtetur, in ea contentum approbare vide-
tur, vt inquit Bartol. in l. ſi filiusfam. la ſecunda, ff. ad
Maced. & in l. cùm tabernam, §. idem quæſiuit, de pignor.
Matheſ. ſing. 22. numero ſecundo. Carroc. d. loco. Paſſer.
Gen. tr. de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de litteris cambij, in princ.
num. 81.

Quæ omnia apprimè accommodantur contra dictos
fratres laicos, qui tacendo viſi ſunt fateri ſe eſſe debi-
tores dicti Sacerdotis, & vera eſſe contenta in ſeque-
ſtro, & multò magis, quia reclamando potuiſſent negare
debitum, & impedire actum ne contra eos procederetur
20 vti debitores, ideò tacendo videntur conſenſiſſe, cap.
qui tacet, de reg. iur. in 6. l. fideiuſſor, la ſecunda, § pater,
de pignor. l. 1. §. magiſtrum, ff. de exercit. act. gl. in c. 15.
qui tacet, vbi Dyn. numero 5. de reg. iur. in 6. gl. in l.
Caius Seius, in verb. non obeſſe, verſic. tu autem dicas, de
pign. act. Henric. Boyhic. in cap. nonne bene, num. 1. verſ.
in ſecundo, de præſumpt. Card. Creſc. deciſ. 2. aliàs 17. n. 2.
vt lit. pend.

Addi poteſt hanc dictorum fratrum taciturnitatem
operatam fuiſſe tacitum eorum conſenſum in iudicem,
adeo, vt Eccleſiaſtici iuriſdictionem videantur proro-
21 gaſſe, cùm certum ſit laicos poſſe prorogare iuriſdictio-
nem iudicis Eccleſiaſtici, etiam ſine ſui ſuperioris li-
centia, in tantum, quòd neque Iudex ſecularis id pro-
hibere poſſit. Alex. in l. 1. §. & poſt operis, num. 15. ff. de
nou. oper. nunt. Franc. Marc. deciſ. 544. num. 1. part. 2. Prax.
Archiep. Neap. cap. 13. num. 2. Gratian. deciſ. 111. n. 15.
pulchrè Bellet. diſq. cler. part. 1. tit. de fauor. cler. perſ. §. 2.
n. 23. & tit. de fauor. cler. real. §. 5. n. 52. verſ. nam laici. Card.
Tuſch. littera P, concl. 927. n. 13. 16. Marth. de iuriſd. p. 4.
caſ. 175. n. 3. Giurb. conſ. 59. n. 91. verſ. fieri, quod tamen de 22
clericis non poſſet dici, qui nunquam poſſunt laici
iudicis in iuriſdictionem conſentire, vel prorogare, cap.
ſignificaſti, de for. comp. Bald. in l. 1. n. 5. ff. de iudic. Rol. con-
ſil. 4. n. 9. lib. 1. Surd. conſ. 396. n. 14. latè Bellet. d. §. 2. n. 21. ſi
igitur dicti fratres laici volebant ſequeſtrum euitare, de-
bebant ante litem conteſtatam, vel debitum negare, vel
pecuniam deponere.

Neque obſtat decretum, ne quis trahatur ad alienum
forum, quo videtur laicis prohibitum alterius iudicis
prorogare iuriſdictionem, provt ſimilia decreta extant
multis in locis, & habetur in Statuto Regij, libr. 3. cap. 23
170. nam huiuſmodi Statutum, ſeu decretum non po-
teſt, nec debet intelligi de foro Eccleſiaſtico, vt liceat
illud prorogare, vt ad rem dixerunt Bald. in l. 1. §. huius
ſtudij, ff. de iuſt. & iur. Prax. Archiep. Neap. cap. 48. n. 10.
in magnis. Hort. Caualc. tr. de brach. reg. part. 4. num. 258.
in fin. defectu enim poteſtatis non poteſt comprehendere
Curiam Epiſcopi, & illi ſe ſubiicientes, ſiue directè, ſiue
indirectè, etiamſi eius diſpoſitio dirigeretur ad perſonas
laicas. Abb. conſ. 83. num. 2. part. 1. Lancell. Gall. conſ. 68. 24
n. 84. Surd. conſ. 301. n. 75. 76. 77. & ſi ambiguum eſſet,
Epiſcopus poteſt cogere legiſlatorem ad declarandum ſe
noluiſſe verba facere de rebus ad Eccleſiam ſpectanti-
bus. Maſcard. de ſtat. interpr. concl. 1. n. 79. Verùm ſanctiſ- 25
ſimè dictum Statutum Regij expreſsè à ſua diſpoſitione
excepit caſum, vbi laicus traheretur ad forum Epiſco-
palem, & dato etiam, quod generaliter fuiſſet locutum,
non comprehenderet hunc caſum, quia in generali ſer-
mone non includitur Eccleſia, & ſi quid pertinet ad
eam, Lancell. d. conſ. 68. n. 80. 88. Mart. de iuriſd. p. 4. caſ. 4. 26
n. 14. Ioan. Bapt. Trott. conſ. vnic. verſ. 2. quia, apud Gattic.
de imm. Eccl. fol. 143. & Buccafer. apud eundem, fol. 463. ex
quibus concluditur, quod etiamſi dictus Eccleſiaſticus
non fuiſſet competens, quia tamen eius iuriſdictio fuit 27
prorogata, ipſe cauſam debet terminare. Bald. in l. quæſtio-
nes, n. 1. in fin. C. vbi de crim. ag. oport.

Deinde non obſtat certum eſſe, quod contumacia rei
non reſpondentis non poteſt prorogare iuriſdictionem 28
iudicis non ſui. Innoc. in cap. innotuit, num. 3. de cler. qui
furt. ord. recept. Bart. in l. non videtur, de iudic. Bald. in l.
geſta, n. 16. C. de re iud. & in l. quæſtiones, n. 4. in fin. C. vbi de
crim. ag. oport. Rom. conſ. 48. num. 1. verſ. aut non comparuit.
Tuſch. litt. P, concl. 926. n. 2. Dec. in cap. ſi duobus, n. 11. &
ibi Bero. n. 36. de appellat.

Nam primò poteſt vnico verbo reſponderi, hìc non
eſſe agendum de foro prorogato, ſed competenti, cùm ſa-
tis viderimus Eccleſiaſticum poſſe ſequeſtra facere de re-
bus clerici exiſtentibus penes laicum, nec vidi quem-
quam diſſentientem, vnde non remanet dubitandi locus,
quia opinio vnius Doctoris etiam ſine lege loquentis
multùm valet, & ſi non habet contradicentem, dicitur 29
caſus legis, vt poſt Bart. & Iaſ. inquit Becc. conſ. 68. nu-
mer. 9.

Accedat, quia ad oſtendendam Eccleſiaſtici fori com-
petentiam ſola attenditur qualitas petitionis, & narrati-
ua actoris, non qualitas defenſionis, & propterea ſatis eſt
in libello allegare qualitatem, quæ tribuat iuriſdictionem;
nam ſi illa negetur, debet ſaltem ſummariè probari, ſi ve-
rò non negetur, vera præſumitur, & proceditur ad vlte-
riora in cauſa ſine alia probatione qualitatis: ſic Ant. de
Butr. in c. ſi clericus laicum, n. 3. vbi Abb. n. 12. verſic. redeo, 30
& Felin. n. 3. verſ. quamobr. de for. compet. Tuſch. littera Q,
concl. 18. n. 10. Vant. de nullit. titulo de nullit. ex defect. iuriſd.
n. 53. pulchrè Myſing. obſeru. 99. n. 6. cent. 1. Farin. in prax.
quæſt. 8. n. 86.

Hic autẽ contra dictos laicos exprimitur in ſequeſtro
qualitas tribuens iudici Eccleſiaſtico iuriſdictionem, ſci-
licet



licet extare penes eos pecunias debitas dicto Sacerdoti,
quas Rubeus prædictus ſequeſtrare intendit, quod fieri
poſſe apud acta iudicis Eccleſiaſtici iam ſatis vidimus;
rectè enim pro re clerici trahitur laicus ad forum Eccle-
31 ſiæ: textus eſt in d. c. ſi clericus laicum, de for. compet.
Vnde videmus, quòd ſi emptio facta à laico dicatur eſſe
facta de pecuniis Eccleſiæ, cognitio, an pecunia ſit Ec-
32 cleſiæ, ſpectat ad Eccleſiaſticum, vt poſt Lap. alleg. 59.
num. 10. Tuſch. littera I, concl. 447. num. 27. quoniam
Eccleſiaſticus non eſt ita incapax iuriſdictionis tempora-
33 lis, ſicut laicus eſt ſpiritualis. Vant. d. tit. de null. ex de-
fect. iuriſd. num. 58. Giurb. conſ. 80. num. 35. verſ. Eccle-
ſiaſticus verò, Sigiſm. Scacc. in prax. ciuil. & crim. p. 1.
cap. 12. n. 13.

Et propterea dicti fratres laici prætendentes ſe non
teneri ad pecunias ſequeſtratas, quaſi non eſſent debito-
res dicti Sacerdotis, tenebantur id allegare ad elidendam
34 Eccleſiaſtici iuriſdictionem: textus eſt in d. c. ſi clericus,
ibi: Et laicus res ipſas, non Eccleſiæ, aut clerici, ſed ſuas
proprias aſſeuerat, de for. compet. citatus enim tenetur ſuum
priuilegium allegare, cap. veniens, de accuſ. l. ſi quis in
aliena, de iudic. & quotieſcumque citatio non arctato-
ria exprimit vnum caſum, cuius vigore citatus teneretur
comparere, ſi putet non adeſſe caſum, debet comparen-
35 do id allegare. Felin. in cap. ſi duobus, n. 6. verſ. ſecundò
conſidera, de appellat. immò dato etiam dubium eſſe, cu-
36 ius ſit iuriſdictio, adhuc citatus tenetur comparere: idem
Felin. in d. cap. ſi duobus, num. 7. in fin. vbi Dec. num. 7.
Bero. num. 20. verſic. ſed quando, & num. 21. 23. verſ.
non obſtant, eod. ſed hìc non aderat, qui negaret pecu-
nias prædictas fuiſſe dicti Sacerdotis: ergo tales eſſe
præſumuntur, quales in ſequeſtro enuntiantur.

Secundò reſpondetur tunc ex contumacia non intel-
ligi prorogatam iuriſdictionem, quando iudex proroga-
tus eſt prorſus incompetens, velut laicus reſpectu cleri-
corum, quod de Eccleſiaſtico reſpectu laicorum dici
37 non poteſt. Giurb. d. conſ. 80. num. 35. ſecus eſt, quando
eius iuriſdictio poteſt per exceptionem elidi, vt hic, ne-
gando pecuniam eſſe clerici, tunc enim contumacia pro-
rogat iuriſdictionem, etiamſi iudex ſe competentem non
pronunciet, vt poſt Imol. in l. ſi qui ex conſenſu, num. 7.
verſ. ſecus autem, C. de Epiſc. aud. Apoſtill. ad Bart.
in d. l. non videtur, littera E, ff. de iudic. Dec. in d. cap.
ſi duobus, num. 3. & num. 8. in fin. vbi Bero. num. 23.
verſ. nec mihi, de appellat. Giurb. d. conſ. 95. num. 9.
benè Franc. March. deciſ. Delph. 120. num. 6. verſic. vel
poſſet, part. 2. & ideò talis contumax comparens poſt
litem conteſtatam non poteſt amplius incompetentiam
proponere, ſed tenetur cauſam proſequi in ſtatu, in
38 quo reperitur. Bero. in d. cap. ſi duobus, num. 39. de ap-
pellat.

Tertiò reſpondetur non eſſe in hoc caſu ambigendum
de iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici; cùm enim caſus
principaliter dirigatur aduerſus dictum Sacerdotem vt
debitorem, Eccleſiaſticus poteſt dici competens etiam
contra dictos laicos ratione inſidentiæ; licet enim
fortè non poſſet de hoc principaliter cognoſcere, ta-
39 men vti de incidenti poterit ferre iudicium, ex l. nulli,
& l. quoties, C. de indic. Vant. d. titulo ex defect. iuriſd.
num. 58. Surd. conſ. 280. num. 12. pulchrè Giurb. d. conſ.
80. num. 28. 35. quæ omnia faciunt caſum noſtrum de
indubitabili.

Rectè igitur contra dictos fratres laicos proceſſum
eſt, & executum, quia cùm ſequeſter ſit tanquam depo-
40 ſitarius, l. ſi oleum, ff. de dol. Corn. conſ. 108. num. 4. lib. 4.
contra eum proceditur executione interloquendo tan-
41 tùm. Bald. in l. fin. num. 5. verſ. item nota hìc, C. de bon. auth.
ind. poſſ. & ibidem Salic. num. 9. verſ. nota textum; vnde
eſt, quòd non oportet, vt ſequeſter cauſa cognita reddat
ſequeſtrum; quia ad ſolum verbum iudicis id facere de-
42 bet. Bald. in l. fin. num. 5. verſ. item nota; quod ſufficit, &
ideo finita lite ei, qui vincit, rem ſequeſtratam debet
reſtituere. Bart. in d. l. ſi oleum, n. 4. & ibi Bald. num. 1. eo 43
quòd non fiat ſequeſtrum ad alium finem, niſi vt credi-
tor liquidato ſequeſtro poſſit ſuum conſequi creditum.
Corn. d. conſ. 108. n. 4. lib. 4.

Et cùm dicti fratres laici non appellauerint à ſententia
Eccleſiaſtici, illa fecit iudicatum, nec ampliùs licet di-
cere de eius iniuſtitia, vel iniquitate. Surd. conſ. 288. n. 17. 44
verſ. quintò, & legitima fuit executio contra dictos fra-
tres commiſſa, quia ſi Eccleſia potuit facere ſequeſtrum,
potuit etiam eis præcipere, vt rem ſequeſtratam reſti- 45
tuant, quia iudex cauſæ præparantis eſt etiam iudex
cauſæ præparatæ. Mart. de iuriſd. part. 2. cap. 8. num. 14.
Decian. tractat. crim. part. 1. lib. 4. cap. 30. num. 6. & quo-
tieſcumque laici poſſunt conueniri coram iudice Eccle-
ſiaſtico, poſſunt quoque ſine requiſitione iudicis laici in
bonis, & perſona grauari, carcerari, pignorari, tor-
queri, mulctari, & contra eos ſententias poteſt ſuo marte 46
Eccleſiaſticus exequi. Prax. Arch. Neap. d. cap. 13. n. 3.
in magnis, Bellet. diſq. cleric. part. 1. tit. de fauor. cler.
real. §. 5. num. 103. latè Marth. de iuriſd. part. 1. cap. 150.
num. 5. 8. 9. 27. Hort. Caualc. de brach. reg. p. 4. num. 258.
& ita fuit reſolutum à Sacra Congregatione Cardina-
lium coram Sanctiſſimo, vt plenè habetur penes Gattic.
de immun. Eccl. fol. 243. 267. vbi latè id examinatur, &
adducuntur plenè rationes, & auctoritates id ipſum ada-
muſſim probantes.

Et ſanè ſi verum eſt licere iudici laico deponere, vel
in ſequeſtrum dare clerico etiam regulari rem laici, &
terminata cauſa eidem præcipere, vt rem reſtituat victo-
ri, ad cuius fauorem factum eſt ſequeſtrum, eo quòd
iudex tunc executiuè procedat, & non per modum iu- 47
dicij, adeò vt non ſit mirum, ſi ita laicus iudex poſſit
cogere clericum, vt voluit Bald. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſa-
tis datum, num. 4. & ibi Iaſ. num. 6. ff. qui ſatiſ. cog. Mant.
in ſpecul. part. 4. diſt. 11. num. 37. Curt. Iun. in l. 1. num. 24.
ff. de iudic. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 111. n. 32. part. 1.
Carroc. de ſequeſtr. part. 1. quæſt. 5. princ. tit. de perſon. q. 1.
num. 1. Surd. conſ. 280. num. 10. 11. Scacc. in prax. cap. 11.
num. 96. part. 1. Farin. q. 8. num. 123. verſic. limita. Marth.
de iuriſd. part. 4. caſ. 104. n. 8. & caſ. 124. num. 1. multò
magis licebit Eccleſiaſtico cogere laicum ad reſtituendum
ſequeſtrum, quoniam vno conceſſo omnia cenſentur per-
miſſa, quæ ad illud exequendum ſunt neceſſaria, l. 2. 48
vbi DD. ff. de iuriſd. omn. iud. cap. præterea, de off. deleg.
Seraph. deciſ. 645. n. 3.

Benè verum eſt, quòd in hoc non eſt concors DD.
ſententia, alij enim putauerunt eſſe impoſſibile, quòd
iudex laicus poſſit actiuè clericos conſtringere ad ali-
quid faciendum, quia non habet poteſtatem in eos di-
rectè, vel indirectè, nec ipſi vllo modo valent eius iu-
riſdictionem prorogare; ideò melius eſt diſtinguere ſe-
cundùm communes DD. traditiones, vtique ſpectare
ad iudicem laicum pronunciare liquidum eſſe ſeque-
ſtrum, & rem ſequeſtratam apud clericum eſſe reſtituen-
dam: verùm ſi coactiuè procedendum ſit, oportet recur-
rere ad Eccleſiaſticum, qui cogat clericum ad relaxa- 49
tionem ſequeſtri: ita videntur ſentire Cagn. in l. 1. n. 21.
ff. de iudic. Tiraq. de retract. conuent. part. 4. gl. 7. n. 10.
benè Tuſch. pract. concl. littera I, concluſ. 451. num. 28.
Craſſ. de effectib. cleric. eff. 1. num. 855. in fin. vbi ait con-
trariam opinionem eſſe ciuiliſtarum, & non veram: ita
ſentit etiam Anton. Dian. moral. reſol. part. 1. tract. 2.
reſol. 21. quem poſt hæc ſcripta vidi; & vide Marth. de
iuriſdict. part. 4. caſ. 104. num. 9. & caſ. 124. num. 4. in
quibus locis hanc rem ſic in terminis benè declarat, &
non ſine ratione, quia quotieſcumque clericus condem-
natur à laico, velut in cauſa reconuentionis, ſemper
executio ſententiæ debet fieri ab Eccleſiaſtico iudice ad 50
inſtantiam ſæcularis. Butr. & Soc. in cap. 1. de mutuis pe-
tion. Lap. alleg. 119. num. 4. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 173.
num. 2. Tuſch. d. littera I, concl. 451. num. 50. Marth. d.
caſ. 124. num. 5.

Vnde licèt hæc vltima opinio nobis magis placeat, & videatur in praxi recepta, quia ſemper vidi iudices laicos recurrere ad forum Eccleſiaſticum, vbi vis coactiua adhibenda eſt contra clericos, tamen non cadit firmatum à nobis argumentum, quia id procedit eo, quòd laicus non poteſt vnquam exercere iuriſdictionem in clericos in cohibendo, vel cogendo eos, id autem nullo modo poteſt dici de iudice Eccleſiaſtico, qui poteſt ſuo marte ſuas ſententias exequi contra laicos, vt vidimus, vnde ſatis eſt oſtendere, quòd ſpectet ad iudicem, qui mandauit ſequeſtrum, præcipere etiam illius relaxationem, quia poſtea non poteſt replicari Eccleſiaſtico, quod replicatur laico, ideoque firmandum eſt punctum rectè fuiſſe executum contra dictos laicos.

Non igitur obſtat, quòd ſi dicti fratres laici eſſent conueniendi, vtique oporteret eos trahere ad ſæcularem iudicem, quod ipſi pro Achille reputant. Nam reſpondetur, hic non eſſe inſpiciendam laicorum perſonam, quia contra eos non proceditur per modum iudicij, ſed executiuè, incidenter, & per quandam conſequentiam,
51 quod fieri poteſt, etiamſi non ſint de foro iudicis ſequeſtrantis, quando non eſt penitus incapax iuriſdictionis, vt in clericos. Surd. *d.conſ.*280.*n.*11. Carroc. *d.q.5.princ.* Farin. *d. q.*8. *n.*123. & iam ſatis vidimus.

Hinc clarè cognoſcitur iuridicè fuiſſe proceſſum, & in nullo offenſam fuiſſe iuriſdictionem ſæcularem, & conſequenter dictos fratres laicos, & Officialem ſæcularem incidiſſe in excommunicationem Papalem latæ
52 ſententiæ, de qua in Bulla Cœnæ Domini, *canone* 16. vbi perbellè Duard. explicat, & Sayr. *de cenſur. cap.*20. *n.*1.*lib.*1. Tolet. *de inſtr. ſacerd. lib.*1. *cap.*29. Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cler. perſon.*§.2. *num.*28. quam incurrunt recurrentes ad forum laicum, & iudices ipſi, qui directè, vel indirectè impediunt Eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur. Cauſa fuit commiſſa ab Illuſtriſſimo Legato Bononiæ, ſed poſtea accordio ſopita, eo quòd inuenerint modum ſatisfaciendi ei, qui ſequeſtrum fecit fieri, ſed an poſtea prouiderint ſuis conſcientiis, ipſi videant; nam hodie etiamſi verſemur in dubio, an quis violauerit libertatem, vel immunitatem Eccleſiæ, non poteſt abſolui, niſi à S. Pontifice, vt conſtat ex litteris Illuſtriſſi-
53 mi Cardinalis Bandini, ſub die 15. Martij 1629. de mandato Sanctiſſimi Vrbani Papæ VIII. datis, quæ regiſtratæ cernuntur in archiuio Curiæ Epiſcopalis Regij, & omnibus Catholicis Epiſcopis ſcriptæ ſunt: vnde multò minùs id licebit, ſi clarè conſtet in aliquo fuiſſe offenſam iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

---

# CAPVT XLV.

## EPITOME.

Stante ſtatuto fœminarum excluſiuo propter maſculos, an clericus excludat ſororem à ſucceſſione; an dos ſit conſignanda ſorori ante matrimonium, & vbi alimenta præſtari debeant.

## SVMMARIVM.

1 *Clericus non excludit fœminas ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
2 *Laici non poſſunt ligare clericos defectu poteſtatis.*
3 *Statutum laicorum licet iuſtum, & rationabile, non ligat clericos.*
4 *Clerici ſunt exempti à laicis, etiam quoad bona patrimonialia.*
5 *Clerici poſſunt vti ſtatuto laicorum fauorabili, non vt ſtatuto, ſed tanquam priuilegio.*
6 *Statutum fœminarum excluſiuum propter maſculos prodeſt clericis.*
7 *Priuilegium laicis conceſſum prodeſt etiam clericis.*
8 *Laicorum ſtatutum fœminarum excluſiuum an proſit clericis.*
9 *Laici non poſſunt priuare clericos beneficio ſuorum ſtatutorum.*
10 *Statutum laicorum, ne ſtatuta proſint clericis, an valeat.*
11 *Clerici poſſunt priuari beneficio ſtatutorum, ſi ea in omnibus non acceptent.*
12 *Laici ex interuallo non poſſunt tollere clericis beneficium ſtatutorum.*
13 *Fœminæ in ſuccedendo non excluduntur à clericis, ſi eis ſtatuta non proſunt.*
14 *Clerici ſi pro ſe allegant ſtatuta, contra ſe etiam debent admittere.*
15 *Æqualitas ſeruanda eſt in ſucceſſionibus.*
16 *Statuta debent acceptari à clericis cum ſuis conditionibus.*
17 *Statuta laicorum non ſeruantur in foro Eccleſiæ.*
18 *Beneficio alterius conſequor, quod ipſe conſequi non poſſem.*
19 *Clerici excludunt ſorores, ſi extant alij fratres laici.*
20 *Incluſus trahit ad ſe excluſum in ſucceſſionibus.*
21 *Depoſitum, & conſignatio non cadunt in ſtabilibus.*
22 Aſſignare, *verbum quid importet.*
23 Conſignare, *ſeu*, aſſignare, *verbum quid importet.*
24 *Conſignando transfertur dominium.*
25 *Aſſignare, & conſignare idem ſunt.*
26 *Dotis titulo transfertur dominium.*
27 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
28 *Dos ſuccedens loco legitimæ debetur ſine conditione, & tempore.*
29 *Statutum Regij de dotibus.*
30 *Dos non dicitur ante matrimonium.*
31 *Dos aſſignata dicitur dos etiam ante nuptias.*
32 *Dos an ſuccedat loco legitimæ, ſecundum ius commune.*
33 *Dos quando ſuccedat loco legitimæ ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
34 *Statutum Regij non excludit ſimpliciter fœminas, ſed dotatas.*
35 *Dos à ſtatuto fœminis reſeruata purè debetur, & tranſit ad hæredes.*
36 *Sermo vniuerſalis omnia comprehendit.*
37 *Fœminæ alimentari debent, antequam maritentur.*
38 *Fœmina non debet ſimul frui alimentis, & fructibus dotis.*
39 *Alimenta debentur ſorori à fratre, donec nubat.*
40 *Frater alit ſororem, donec maritetur.*
41 *Alimenta quando ſuccedant loco legitimæ.*
42 *Fœmina excluſa à ſtatuto habet alimenta tanquam fructus legitimæ.*
43 *Dotis fructus ſpectant ad eos, qui dotem præſtare debent, & interim alunt.*
44 *Alimenta debentur fœminæ à ſtatuto excluſæ, etiam aliàs diuiti.*
45 *Alimenta ſunt præſtanda in domo alere debentis.*
46 *Alimenta poſſunt peti extra domum, ſi obligati ſunt inter ſe diuiſi.*
47 *Alimenta præſtantur alternis vicibus in domo cuiuſque obligati.*
48 *Alimenta petuntur extra domum, ſtante lite.*
49 *Lis quando præſtet cauſam petendi alimenta extra domum.*
50 *Cauſa iuſta non recipiendi alimenta in domo obligati probanda eſt.*
51 *Alimenta petuntur extra domum ex iuſta cauſa arbitrio Iudicis.*
52 *Alimenta conſequitur ab omnibus, qui moratur cum vno ex obligatis.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa ſororum de Roteliis contra illarum fratres ſicut multæ ſunt petitiones, ita non vna eſt dubitatio, & in ſingulis non eſt inutile inſiſtere, vt rei veritas dilucidetur. Nam in primis dictæ ſorores prætendunt æqualiter ſuccedere cum dictis earum fratribus clericis, non obſtante Statuto Regij fœminarum excluſiuo, quia clerici non poſſunt frui beneficio ſtatuti, cui non ſubiiciuntur, cum leges etiam fauorabiles non arctent clericos, & ſanè pro eis plurimi Doctores cenſuere volentes, quòd hoc caſu fœmina, & maſculus clericus æqualiter ſuccedant, adeo vt fœminæ non noceat ſtatutum, tum ratione prædicta, tum quia in clericis ceſſat ratio conſer-
1 uandæ agnationis, quam præ oculis habuit ſtatutum: ita per textum *in cap. Eccleſia S. Mariæ,* vbi Imol. *de conſt.* hoc verius eſſe dicit Imol. *in cap. dilecti, de for. compet.* Bald. *in cap. cùm veniſſent, ſub num.*6. *de eo, qui mitt. in poſſ.* Andr. Sicul. *in cap. quod clericis, de for. compet.* Anch. *in cap. canonum ſtatuta, verſic. hic etiam, de conſt.* Matheſil. *ſing.* 110. Ang. *conſ.*272. *in fin.* Menoch. *conſ.* 940.*n.*22.23.*lib.*9. Alex. Raudenſ. *deciſ.*41.*n.*43. vbi alios allegat.

Idque multis rationibus poteſt comprobari, quia ex defectu poteſtatis laici non poſſunt ligare clericos, cùm
2 ſint ab eorum iuriſdictione exempti, *d. c. Eccleſia S. Mariæ,* & *cap. clericis, de for. compet.* Honded. *conſ.*3.*n.*11.12. *lib.*1. Decian. *conſ.*71. *n.*13.*lib.*5. Rim. Iun. *conſ.*15.*n.*85. Laderch. *conſ.*103. *n.*1. Sacc. *conſ.*20. *num.*3. Maſc. *de interpr. ſtat. concl.*1.*n.*83.

Neque obſtat, ſi ſtatutum laicorum ſit fauorabile clericis, vel ſit honeſtum, rationabile, & fundatum in ratione naturali, quia hoc non ſufficit ad ligandum clericos, cum non ſufficiat honeſtas conſtitutionis, vbi deficit po-
3 teſtas legiſlatoris, quam laici non habent in clericos, ad textum *in cap. cùm ab homine,* & *cap. nouit, de iudic.* ita latè Prax. Archiep. Neap. *cap.*92. *num.* 1. *verſic. his, & aliis,* & *per totum.* Maſc. *de interpret. ſtat. concluſ.*1.*n.*7.8. Marth. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.*5.*num.*26. Bellet. *diſq. cleric. tit. de exempt. cler. à ſtat. ſæcul.* §. 2. *num.* 3. 4. 5. 34. exempti enim ſunt clerici à poteſtate laicorum non ſo-
4 lùm quoad perſonas, ſed etiam quoad bona etiam patrimonialia. Imol. *in cap. conſtitutus, num.*6. *de reſt. in integr.* Burſat. *conſ.*42. *num.*3. Honded. *conſ.* 3. *num.* 12. Surd. *deciſ.*20. *num.*10. Prax. Archiep. *d.c.*92.*n.*3. Bellet. *d. loco,* §.4. *num.*3.

Hæc licèt vera ſint, quia verè ſtatutum laicale licet fauorabile clericis eos non ligat, tanquam lex, nec ipſi coguntur eo vti, ſi nolunt, quia tamen poterunt eo vti ad ſui fauorem, non tanquam lege, ſed vti priuilegio, ad
5 textum *in cap. ſi in adiutorium, diſt.*10. Bald. *in cap. cum veniſſent, num.*6. *de eo, qui mitt. in poſſeſſ.* Alex. *conſ.*210. *n.*11. *lib.*2. Abb. *in cap. fin. num.*2. *de vit. & honeſt. cleric.* Soc. Sen. *conſ.*128. *num.* 6. *lib.*4. Surd. *conſ.*301. *num.*14. Bellet. *d.* §. 2. *num.* 35. quoad propoſitam quæſtionem
6 verius eſſe videtur, & receptius clericum excludere à ſucceſſione ſororem, & alias fœminas, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo ob maſculorum exiſtentiam; cùm enim tale ſtatutum reſpiciat merum fauorem, cenſuerunt magis communiter DD. prodeſſe etiam clericis, & pro eis ſeruandum eſſe tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, quia priuilegium in genere laicis conceſſum pro-
7 deſt etiam clericis, qui ideò ſe dicto ſtatuto iuuare poterunt, ſi voluerint: ita per textum *in cap. dilecti, cum ibi notatis, de for. comp.* Abb. *in cap. quod clericis, num.* 42. vbi Butr. *eod.* Card. Florentin. *in rep. cap. perpendimus, verſ. octauò quæro, de ſent. excomm.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.*87. vbi Dec. *n.*217. *de conſtit.* de communi Soc. *conſ.*241. *num.*2. *verſic. dicta, lib.*2. & hanc communem; & ab ea non eſſe recedendum teſtatur Albert. Brun. *de ſtat. art.*12. *num.*165.172.173. Georg. Nat. *de ſtat. fœm. exclud. quæſt.*3. *num.*82.83.84.85. Dec. *conſ.*280.*n.*9. pulchrè Lap. *alleg.*100. *num.*5.6. & *alleg.*101. *num.*6.7. Natt. *conſ.*44. *n.*5. *lib.*1. Soc. Iun. *conſ.* 80. *num.* 3. 15. *lib.* 4. latiſſimè Burſat. *conſ.*93. *num.*27. *lib.*1. Caualc. *deciſ.* 9. *num.*82. *lib.*2. Rim. Iun. *conſ.*293. *num.*13. Put. *deciſ.*99. *num.*3. *lib.*3. latè Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.*278. *n.*67. 68.69. *lib.*1. de communi Marth. *de iuriſd. part.*4. *caſ.* 29. *num.*6.7. valde fusè de communi teſtans Graſſ. *de eff. cler. eff.* 2. *num.*277.278. Gall. *de except. ad ſucceſſ. part.*1. *tit.*1. *except.*1. *num.*62.63.64.65. plenè Beller. *diſq. cler. tit. de exempt. cler. à ſtat. ſæcul.* §.4. *num.* 20. 21. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, can.*15. *quæſt.* 17. *num.* 27. qui multos alios allegant, adeò vt hæc ſit communiſſima DD. ſententia, & in practica obſeruanda, ſi nil alıud obſiſtat rationibus, quas prædicti DD. lepidè, & prolixè adducunt.

Verùm contra fratres valdè obſiſtebat, ne hac opinione ſe poſſent iuuare, aliud ſtatutum Regij, quo diſponitur, ne ſtatuta proſint clericis, niſi fuerint penitus ab eis acceptata per ſynodalem conſtitutionem. In quo tamen poterat replicari, quòd non obſtante ſimili ſtatuto adhuc clericus excludat fœminam, vt cenſuit Lap. *d. al-* 8
*leg.*100. *in fin.* & *alleg.*101. *n.*24. *verſic. circa ſecundum,* & ideò non poſſe laicos repellere à beneficio ſuorum ſtatutorum Eccleſiaſticos etiam per viam ſtatuti multi ſunt opinati, quia hoc eſſet ſtatuere contra libertatem Eccleſiæ, qua clericis permiſſum eſt frui ſtatutorum laicalium
fauoribus, ita per textum *in cap. conſtitutus, in* 5. *not. de* 9
*reſtit. in integr. cap. dilecti, de for. compet.* Dec. *conſ.*114. *num.*1. *verſ. ſed tamen,* Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.*42. *de conſt.* Alb. *conſ.*8. *num.*3. Natt. *conſ.*431. *n.*18. Surd. *conſ.*262. *n.*60. videndus Vinc. Grillinz. conciuis meus *conſ.*76. *à num.*11. *vſque ad n.*20. Graſſ. *de eff. cler. eff.*2.*n.*14.17.

Sed verior eſt, & magis communis altera ſententia, vt ſtatuentes laici poſſint excludere clericos à beneficio ſtatutorum, ſtatuendo etiam expreſsè, ne eis vti valeant,
niſi penitus ea acceptent, licet enim ſtatutum laicorum 10
non poſſit clericis auferre ius commune, & priuilegia legum, & canonum, poteſt tamen eos priuare ſua protectione, & beneficio, nec erit contra libertatem Eccleſiæ,
quia ſtatuentes dicere poſſunt, Amice non facio tibi iniu- 11
riam, tolle quod tuum eſt, & vade; qui enim impedit beneficium, non facit iniuriam, ad textum *in l. iniuriarum,* §. *ſi quis honoribus, ff. de iniur.* probat Bald. *in l. ſi quis Curialis, in pen. not. C. de Epiſc. & cler.* & *in l. de quibus, col.*8. *verſ. ſextò quæritur,* vbi Iaſ. *col.*2. *verſ. ſed pulchrum, ff. de legib.* & *conſ.*261. *lib.*3. Abb. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col.*13. *verſ. quintò quæritur,* vbi Felin. *n.*27. & Dec. *num.*226.227. *de conſt.* latiſſimè Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *gl.*8. *n.*42.43. Crauet. *conſ.*726. *n.*6. Rim. Iun. *conſ.*449. *num.*33. Surd. *conſil.*396. *num.*22. Burſat. *d. conſ.*93. *n.*32. *lib.*1. Decian. *tract. crim. p.*1. *lib.*2. *c.*35. *n.*7. Alder. Maſc. *de ſtat. interpret. concl.*1. *n.*250. Carpan. *ad ſtat. Mediol. in prælud. num.*615. & *cap.*280. *num.*10. *verſ. contrariam, part.*2. Craſſ. *d. eff.* 2. *num.*17. *verſ. licèt contra,* & *n.* 18.
25. & *num.*400. ea verò, quæ in contrarium adducun- 12
tur, procedunt, ſi fortè ex interuallo ſtatuentes vellent priuare clericos beneficiis ſtatutorum, non enim poſſunt, quia iam clericis ius quæſitum eſt, vel ſi in pœnam eos reiicerent, quia clerici ſunt, hæc enim dicerentur contra libertatem Eccleſiæ, & ita intelliguntur Tiraq. *d. gl.* 8. *num.*43. Surd. *d. conſ.*262. *n.*60. Graſſ. *d. effect.*2.*n.*14.28. Bellet. *d. tit.* §.1. *n.*9.

Vnde eſt, quod licèt communiter DD. concludant clericos excludere fœminas à ſucceſſione ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedāt, tamen id communiter etiam limitatur, & declaratur, vt non procedat, ſi extet ſtatutum, ne clerici fruantur beneficiis
ſtatutorum, tunc enim ius commune ſeruandum eſt, quo 13
fœminæ æqualiter ſuccedunt cum maſculis, quia clericis poteſt tunc ſtatutorum beneficium denegari, & ideò fœ-

minam

minam excludere non poterunt. Corn. *conſ.* 61. *num.* 4. *lib.* 4. Albert. Brun. *d. tract. de ſtat. art.* 12. *num.* 175. Alex. *conſil.* 41. *num.* 6. *lib.* 7. Rip. *conſ.* 83. *num.* 3. 4. 5. Carpan. *ad ſtat. Mediol. in prælud. num.* 616. Ceph. *conſ.* 95. *n.* 27. Rim. Sen. *conſ.* 268. *num.* 38. *verſ. vlterius*, Rim. Iun. *conſ.* 449. *num.* 32. Gall. *ad conſuet. Alex. in verb. maritus, q.* 4. *num.* 15. Maſchard. *de ſtat. interpret. concl.* 1. *num.* 43. vbi inquit ita bis fuiſſe iudicatum, adeo vt ab hac ſententia non ſit recedendum, ſi enim clerici nolunt recipere ſtatuta contra ſe, non debent dolere, ſi prohibeantur allegare pro ſe, hæc res enim habet correſpectiuitatem, &
14 rationem æqualitatis. Honded. *conſ.* 78. *num.* 111. 112. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 59. *num.* 30. *verſ. in quo, lib.* 1. Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.* 180. *num.* 13. *p.* 2. Bellet. *diſq. cler. tit. de exempt. cler. à ſtat. ſacul.* §. 2. *num.* 39. benè Pacian. *conſ.* 118. *num.* 2. vbi inquit, quòd ſtatutum prædictum excluſiuum fœminarum non habet locum neque in paſſiua, neque in actiua ſucceſſione clericorum; etenim in
15 ſucceſſionibus maximè debet ſeruari æqualitas, *l. vnic.* §. 2. *C. de caduc. toll.* Caualcan. *conſil.* 3. *num.* 11. Feſtas *de collect. part.* 4. *num.* 46. Honded. *conſil.* 20. *n.* 19. *lib.* 2. Burſat. *d. conſ.* 93. *n.* 32. qui volunt etiam, quòd ſi clerici vellent vti ſtatutis, & ea acceptare, tenentur eis aſſentire cum
16 omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus, quia ab initio ſic laici potuere ſtatuere.

His ſtantibus dubia reddebatur hæc quæſtio contra dictos fratres de Roteliis clericos, & maximè quia tra-
17 ctatur in foro Eccleſiaſtico, vbi non ſeruantur ſtatuta laicalia, ſed redditur ius ſecundùm ius commune, non enim eſſet tanta difficultas, ſi lis agitaretur in foro ſæculari, vbi ſtatuta debent ſeruari. Theſaur. *qq. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 8. Nihilominus cenſui dictos fratres clericos excludere dictas ſorores ſuas non quidem ratione ſui, ſed propter exiſtentiam aliorum fratrum laicorum,
18 ſæpe enim beneficio alterius perſonæ conſequor id quod iure proprio conſequi non poſſum, quia illa perſona dum ſuccedit, excludit illum, quem ego non excluderem, vel qui me excluderet, quo excluſo illa ſecum me trahit ad ſucceſſionem, vel iure ſocietatis, vel coniun-
19 ctionis, aut iure accreſcendi, & ſic cùm laici excludant dictas ſorores vigore ſtatuti, & poſteà cum eis ſuccedant æqualiter clerici, ſequitur, quod ſorores prædictæ nullum ius habeant in hæreditate: ſic pulchrè in terminis Georg. Natan. *de ſtat. fœm. exclud. quæſt.* 3. *num.* 89. & benè probant Bald. *in l. in quibus, C. de ſecundis nupt.* & *in l. quicumque, C. de ſeru. fug.* latè Natan. *d. quæſt.* 3. *num.* 70. 71. *& ſeqq.* videndus Corn. *conſ.* 61. *num.* 4. 5. *lib.* 4. Bero. *conſ.* 150. *num.* 8. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 416. *n.* 19. Honded. *conſ.* 2. *num.* 44. *lib.* 2. latè Giouagn. *conſ.* 1. *n.* 35. 36. 37. *lib.* 1. & *conſ.* 14. *num.* 25. *lib.* 2. Mareſc. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 5. 6. qui omnes volunt incluſum trahere ad ſe excluſum, & vnum frui beneficio alterius, propter
20 quod iudicaui dictas ſorores eſſe excluſas ab hæreditate paterna, & ſuccedere non poſſe æqualiter cum clericis, tanquam excluſas à laicis.

Vnde ſuccedit altera controuerſia inter dictos fratres, & ſorores, quia ſi fratres volunt vti dicto ſtatuto fœminarum excluſiuo, debent id facere cum omnibus eius qualitatibus, vt vidimus; & propterea cùm ſtatutum regij, *lib.* 2. *rubr.* 84. diſponat, fratres cogi poſſe ad dotem ſororibus conſignandam etiam ante matrimonium, ipſæ inſtabant fieri dictam aſſignationem, ſed replicabant fratres illud ſtatutum non poſſe intelligi, niſi de mundo muliebri, & arrendamentis, quia in ſtabilibus non cadit
21 conſignatio, vel depoſitum. Bart. *in l. ſi mora, in fin.* & ibi pulchrè Caſtr. *num.* 10. *ff. ſol. matrim.* vbi etiam Alex. *num.* 7. & Iaſ. *num.* 13. Salyc. *in l. accepta, num.* 3. *C. de vſur.* Abb. *conſ.* 74. *num.* 1. *verſ. nam hoc, lib.* 2. propriè enim ſtabilia offeruntur & traduntur, mobilia conſignantur, & in dubio verbum, *Aſſignare*, non ſignificat do-
22 minij tranſlationem. Alciat. *in l. aſſignare, ff. de verb. ſign.*

Benè verum eſt, quòd etiam verbum, *Conſignare*, ſeu aſſignare poteſt accommodari ſtabilium traditioni, & importare dominij tranſlationem ſecundum ſubiectam 23
materiam. Iaſ. *in d. l. ſi mora, num.* 12. Ruin. *conſ.* 80. *n.* 6. 7. 9. *lib.* 2. & *conſ.* 81. *num.* 7. *lib.* 2. & *conſ.* 80. *num.* 81. *lib.* 1. Soc. *conſ.* 93. *num.* 5. *lib.* 1. & maximè quando præcedit cauſa habilis ad tranſlationem dominij, tunc enim illud importare poteſt. Bart. *in l. ſi conſtante, num.* 93. *verſ.* 24
*immò dico, ff. ſol. matr.* Iaſ. *in l. ſi fundum, num.* 1. *de leg. primo.* Alex. *conſ.* 40. *num.* 7. *lib* 4. Ruin. *conſ.* 102. *num.* 19. *lib.* 5. Natt. *conſil.* 496. *num.* 4. 5. Pariſ. *conſ.* 33. *num.* 24. 25. 26. 27. *lib.* 2. Tuſch. *littera C, concluſ.* 761. *num.* 1. Carp. *ad Stat. Med. cap.* 307. *num.* 6. *part.* 1. & in hoc non videtur adeſſe differentia inter verbum, *aſſignare*, & *conſignare*, quia pro eodem vſurpantur, vt per Pariſ. 25
*conſ.* 33. *num.* 26. *in fin. lib.* 3. Ruin. *d. conſil.* 162. *numer.* 18. 19.

Et dubium non videbatur quin hic tractaretur de titulo habili ad tranſlationem dominij, quia ſiue dicamus eſſe dotem, vtique cauſa dotis habet hanc aptitudinem. 26
Bart. *in d. l. ſi conſtante*, Guid. Pap. *q.* 524. Ruin. *d. conſ.* 162. *num.* 19. ſiue dicamus eſſe legitimam, quia huiuſmodi portio fœminis deſtinata ſuccedat loco legitimæ, vt per Bald. *conſ.* 121. *num.* 3. *lib.* 4. Seraph. *deciſ.* 959. *n.* 5. 27
ea ſine vlla conditione debetur etiam in proprietate. Rol. 28
*conſil.* 22. *n.* 25. *lib.* 1. Anch. Iun. *q.* 20. *n.* 13. *lib.* 2.

Verumtamen dictum Statutum Regij, *lib.* 2. *rubr.* 84. *verſ. volentes*, non dicit expreſsè, quòd dos debeat deponi, & conſignari ante matrimonium, ſed quòd omni caſu poſſint mulieres, & quilibet earum agnatus inſtare per D. Prætorem conſtitui dotes, & quantitatem declarari, & ad ipſam conſignandam, ac deponendam cogi fratres, vt mulieres ipſæ maritum faciliùs habeant; quod 29
ſanè intelligi non poteſt de effectuali traditione, ſed tantum de quodam verbali aſſignamento, vt poſſit cognoſci, qualis, & quanta ſit dos, & ſecurus poſſit eſſe maritus futurus, quod ſecutis nuptiis dotem ſine controuerſia habebit, non tamen voluit ſtatutum priuare dictos fratres poſſeſſione, & fruitione rerum ſic aſſignatarum, maximè quoad ſtabilia, in quibus non cadit depoſitum; non enim præcedit cauſa habilis ad tranſlationem dominij, ſiquidem verè dos non eſt, & dos dici non poteſt ante matrimonium, quia marito datur, & non vxori, 30
ad textum *in l.* 1. *ff. de iur. dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Ludouiſ. *deciſ.* 346. *num.* 5. Ant. Merend. *contr. iur. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 4. Peregr. *conſ* 86. *n.* 11. *ad fin. lib.* 1. Cyriac. *contr.* 32. *n.* 5. *lib.* 1.

Sed hoc non tollit penitus motiuum: tum quia dos poteſt conſiſtere etiam ſine matrimonio, ſecundùm communem vſum loquendi. Ceph. *conſ.* 56. *num.* 22. Laderch. 31
*conſ.* 25. *num.* 4. Mangil. *de imput. q.* 57. *n.* 39. *verſ. nec curo*, Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 47. tum quia dos hoc loco videtur ſuccedere loco legitimæ, nam licet iure communi ſentiant DD. dotem fœminis reſeruatam non intrare in locum legitimæ, ſed portionis, quam ab inteſtato erant habituræ, Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, de condit. & dem.* Peregr. *de fideicom. art.* 38. *n.* 21. 32
& *conſ.* 86. *num.* 11. 12. 13. 14. *lib.* 1. tamen quidquid ſit in hoc certè ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo non videtur diſcedendum à magiſtrali, & communiter recepta diſtinctione Caſtrenſis, qui dixit, quòd aut ſtatutum fœminas excludit ſimpliciter, & poſteà dotari mandat, & tunc dos non ſuccedit loco legitimæ, aut eas non excludit ſimpliciter, ſed dotatas, & cum qualitate dotationis, nempe ſi dotatæ fuerint, & tunc dos verè ſuccedit loco legitimæ: ita Caſtr. *in d. l. Titio centum, §. Titio* 33
*genero, num.* 8. *verſ. ego pluries*, & ante eum Cuman. *num.* 6. *verſ. videtur, de condit. & demonſtr.* & *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt.* & *conſ.* 323. *in fin. lib.* 1. Alex. *conſ.* 13. *num.* 12. *in fin. lib.* 3. Corn. *conſ.* 40. *numer.* 13. 14. *lib.* 5. Soc. *conſ.* 228. *num.* 27. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 106. *num.* 3. *verſ. ſecundò.* Ruin. *conſ.* 27. *num.* 20. 21. *lib.* 5.
Brun.



Brun. *de Stat. art.* 11. *quæſt.* 2. *num.* 18. Ceph. *conſ.* 56. *n.* 30. Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 59. 60. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 899. *num.* 8. Laderch. *conſ.* 60. *num.* 1. Gabriel. *conſ.* 11. *num.* 4. 5. *lib.* 1. Moror. *conſ.* 23. *ſub num.* 2. *verſ. ſed licet*, Pereg. *de fideicom. d. art.* 38. *num.* 23. & *deciſ.* 3. *num.* 4. Craſſ. *de ſucceſſ. § legatum, quæſt.* 28. *num.* 9. Seraph. *deciſ.* 959. *num.* 5. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 565. *n.* 11. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 22. *ſub num.* 47. Surd. *de alim. tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 41. *verſ. ſecundus caſus*, Cyriac. *contr. iur.* 71. *num.* 13. *lib.* 1. Mangil. *de imput. q.* 57. *num.* 25. 39. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 9. qui etiam multos alios adducunt, adeò vt dubitari non liceat, quin hæc ſit magis communis DD. ſententia.

Nos autem abſque dubio verſamur in ſecundo diſtinctionis membro, quia ſtatutum Regij non excludit ſimpliciter fœminas, ſed dotatas, & cum qualitate dotationis, & propterea dos ſuccedit loco legitimæ, vt in ſimili
34 ſtatuto oſtendit Merlin. *d. quæſt.* 8. *num.* 37. Anch. Iun. *quæſt.* 20. *num.* 13. *lib.* 2. & ideò ſi loco legitimæ datur, concludere oportet deberi abſque conditione, & grauamine, temporiſque adiectione, & ad hæredes tranſmiſſibilem eſſe, etiamſi in aliis non gauderet omnibus legiti-
35 mæ priuilegiis. Peregr. *de fideicom. d. art.* 38. *n.* 23. *verſ. quæ tamen*, Mangil. *d. q.* 57. *n.* 39. Merlin. *d. quæſt.* 8. *n.* 33. 36. Laderch. *d. conſil.* 25. *num.* 16. & eſt de mente omnium ſuperiùs allegatorum, & ideò cùm ſtatutum dicat omni caſu fratres cogi poſſe ad dotem deponendam, non videtur id poſſe euitari in noſtro caſu, quia ille ſermo vniuerſalis omnia comprehendit, ad textum *in l. Iulianus,*
36 & *l. librorum, §. tamen, ff. de leg.* 3. *l. omnia, ſi cert. pet.* Ceph. *conſ.* 150. *n.* 8. Peregr. *conſ.* 41. *num.* 1. *ad fin. lib.* 1. cùm præcedat cauſa habilis dotis, & legitimæ ad tranſlationem dominij, de quibus vidimus.

Non tamen recedo à propoſito, adhuc enim cenſeo ſolùm dictos fratres ante nuptias teneri ſolùm deſignare dotem adeo, vt cognoſcatur, qualis, & quanta ſit, & ita ſorori verbaliter conſignare, vt ſecutis nuptiis non indigeat miniſterio iudicis ad capiendam poſſeſſionem, non tamen cenſeo eas dote frui poſſe ante matrimonium: & ratio eſt, quia dictum Statutum Regij *lib.* 2. *rubr.* 84.
37 diſponit, quòd fœminæ excluſæ, antequam maritentur, alimentari debeant ſecundum qualitatem perſonalem, & patrimonij, non enim eſt veriſimile ſtatutum voluiſ-
38 ſe, quòd iſtæ fœminæ fruantur fructibus dotis, & ſimul conſequantur alimenta, ſed ſtatutum de alendis mulie-
39 ribus à ſucceſſione excluſis eſſe iuri communi conforme. Alex. *conſ.* 48. *num.* 1. *lib.* 3. Capr. *conſ.* 72. *num.* 9. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 26. *num.* 2. *verſ. ergo.* Vnde debet intelligi etiam ſecundum ius commune, quo diſponitur, vt filius hæres patris teneatur alere ſororem, cui dos reli-
40 cta eſt, donec maritetur: textus eſt *in l. qui filium, ff. vbi pup. educ. deb.* Cyn. *in l. alimenta, col. fin. verſ. ſecundò quæritur*, vbi Bald. *num.* 3. Caſtr. *in fin.* Alex. *num.* 11. *C. de neg. geſt.* Caſtr. *conſ.* 16. *num.* 2. *in fin. vol.* 2. Soc. *conſ.* 57. *num.* 36. *lib.* 4. Corn. *conſ.* 85. *col. fin. in fin. lib.* 3. Bald. Nouel. *de dot. p.* 6. *ſpecial.* 16. *col.* 3. Surd. *d. q.* 26. *n.* 1. 2.
41 Merlin. *d. quæſt.* 8. *num.* 14. vnde hæc alimenta ſuccedunt loco legitimæ, & in eius compenſationem reſpectu fructuum, adeo vt iſtæ fœminæ dicantur habere alimenta
42 tanquam fructus legitimæ, vt ait in terminis Curt. Sen. *conſ.* 27. *in vlt. dub.* quem ſequitur Surd. *d. q.* 26. *num.* 2. *verſic. & prædictam*, Mangil. *d. q.* 57. *num.* 19. *verſ. qui verò*, Merlin. *d. quæſt.* 8. *num.* 15. & ſic interim fructus dotis, ſeu legitimæ non ſpectant ad fœminas excluſas, ſed ad hæredes maſculos, qui alimenta præſtant. Cordub.
43 *in l. ſi quis à liberis, §. item reſcripſit, num.* 5. *ff. de liber. agnoſc.* qui alios citat. Surd. *d. quæſt.* 26. *num.* 3. quod iuſtum eſt, & honeſtum, quia in vno grauatus, in alio debet releuari, abſurdum enim eſſet, vt ſtatutum maſculis tam fauorabile eos grauaret ſimul, & eodem tempore duplici onere dotis, & alimentorum.

Dicamus igitur eas fœminas ante nuptias conſequi poſſe alimenta decentia ſtatui ſuo vigore dicti ſtatuti, etiamſi diuites ſint, & habeant aliunde de ſuo, vnde viuere poſſint, vt Cyn. & Salic. *in l. ſancimus, in fin. C. de* 44
*nupt.* Bald. *in l. neque mater, num.* 3. *C. de iur. dot.* Molin. *de primog. Hiſp. cap.* 15. *num.* 6. 7. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 38. *num.* 23. *in fin.* Surd. *de alim. tit.* 6. *quæſt.* 7. *num.* 15. Merlin. *de legitim. d. quæſt.* 8. *num.* 15. non tamen ſimul frui poſſe fructibus dotis, & legitimæ, & conſignationem à ſtatuto permiſſam non eſſe intelligendam de fructibus, & reali traditione, ſed de aſſignamento certo, & ſecuro tradendo in euentum nuptiarum.

Succedit altera quæſtio, ſi alimenta debent præſtari dictis ſororibus, vbi ſint præſtanda; nam ipſæ recuſant morari cum fratribus, & alimenta petunt extra domum illorum, ipſi verò negant ad id teneri, quid dicendum? vtique certum eſſe videtur alimenta non eſſe præſtanda, niſi in domo alere debentis, & ita intelligendum eſſe ſtatutum, quod mandat alimentari fœminas à ſtatuto excluſas ob maſculos, donec maritentur. Bald. *conſ.* 484. 45
*lib.* 4. Alex. *conſ.* 132. *num* 2. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 45. *numer.* 5. 6. & *conſ.* 80. *num.* 3. *lib.* 2. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 170. *num.* 11. Bald. Nouell. *de dot. part.* 7. *priuileg.* 34. *num.* 5. *verſ. ſalua.* Collot. *de aliment. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. Surd. *eod. tractat. tit.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 3. Decian. *conſ.* 49. *num.* 19. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 16. Cyriac. *contr. iur.* 33. *num.* 11. *lib.* 1. Gratian. *diſc.* 552. *num.* 42.

Sed huic argumento ſorores reſpondebant non teneri recipere alimenta in domo fratrum, quia ipſi erant inter ſe diuiſi, & ſeparati, & ſtante diuiſione non tenetur alimentarius recipere alimenta in domo obligatorum, quia per diuiſionem hoc factum eſt impoſſibile, & habitando cum vno poſſunt conſequi alimenta ab omnibus. Cuman. *conſ.* 38. *num.* 3. Ruin. *conſilio* 81. 46
*col.* 3. *lib.* 2. Rol. *conſilio* 22. *numer.* 15. *lib.* 1. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 170. *num.* 16. Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. Peruſ.* 92. *num.* 19. Surd. *de alim. titul.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 18.

Sed replicabant fratres hoc caſu alimenta eſſe præſtanda ſaltem alternis vicibus per tempora in domo cuiuſlibet obligati, & ſic non diuiduntur alimenta, ſed alimentorum præſtatio. Bart. *in l. ſolent, n.* 12. *ff. de alim. & ci-* 47
*bar. legat.* Ang. *in l.* 2. §. *ex his, de verb. oblig.* Ruin. *conſ.* 81. *n.* 4. *lib.* 2. Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis, § ſi quis, n.* 206. *ff. de liber. agnoſc.* Surd. *de alim. d. q.* 15. *n.* 19. 20.

Contra hæc dicebant ſorores, quòd ſtante lite cum dictis fratribus, & clericis mota ſuper bonis, & hæreditate paterna non tenebantur recipere alimenta in domo eorum, quia hæc eſt etiam iuſta cauſa recedendi ab eis, ad textum *in l. athletas, §. amplius*, & *in l. ſi pupillum, & l.* 48
*propter litem, ff. de excuſ. tut. § item propter, Inſt. eod. l. ſi vt allegas, C. eod. auth. minoris, C. qui dar. tut. poſſ.* Bald. *in l. omnes, col. vlt. C. ad Tertyl.* Iaſ. *conſ.* 44. *num.* 3. *lib.* 2. Rol. *d. conſ.* 22. *num.* 12. *lib.* 1. Menoch. *d. caſ.* 170. *num.* 16. Ioſeph Ludou. *deciſ. Peruſ.* 46. *num.* 10. Molin. *de primog. Hiſp. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 74. Surd. *d. quæſt.* 15. *num.* 28. Decian. *conſ.* 49. *num.* 40. *verſ. non obſtat, lib.* 1. tamen hoc intelligit de liti- 49
bus præſentibus, & non futuris, & verum credo dicere, niſi lis eſſet in ianuis, & de proximo mouenda, vel niſi adeſſet iuſta cauſa litigandi, quia hæc apud me paria iudicantur.

Non tamen quieſcebant fratres dicentes litem eſſe iniuſtam, affectatam, & procuratam ad hunc finem; & ideò non præſtare iuſtam cauſam recedendi à domo fratrum, & extra eam petendi alimenta, & eas teneri ad probandum iuſtam extitiſſe cauſam. Anch. *conſil.* 254. 50
*col.* 2. Iaſ. *in l. diuortio, numer.* 23. *ff. ſol. matr.* Alex. *conſil.* 100. *numer.* 3. *lib.* 1. Rol. *d. conſil.* 22. *n.* 18. Menoch. *d. conſ.* 170. *num.* 13. 16. Surd. *d. quæſt.* 15. *n.* 45. Grat. *diſc.* 552. *num.* 47.

Quid dicendum? Putaui clericos his non poſſe iuuari,
&

& dictas ſorores habere iuſtam cauſam non habitandi
cum eis, tum ex lite prædicta, tum ex aliis cauſis ex pro-
ceſſu reſultantibus, & aliis etiam mihi notis, certum eſt
enim ex iuſta cauſa poſſe peti alimenta extra domum il-
lius, qui alere tenetur, & committitur iudicis arbitrio,
vt ſecundum ſuam diſcretionem iudicet, an legitima ſit
51 cauſa: ita Bart. *in l. Caio, §. Imperator, ff. de alim. & ci-*
*bar. leg.* Iaſ. *in l. diuortio, colum. 3. ff. ſol. matr.* Pic. *in l.*
*Titia, §. Titia, quæſt. 63. de leg. 2.* Alex. *conſ. 178. col. 2.*
*lib. 6.* Boër. *deciſ. 195. num. 5.* Rol. *d. conſ. 22. num. 11. lib. 1.*
Menoch. *d. caſ. 170. num. 12.* Surd. *de alim. d. quæſt. 15.*
*num. 44.* Magon. *deciſ. 123. in fin.* Ludouiſ. *deciſ. Peruſ. 46.*
*num. 10.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 16. num. 74.*
Gratian. *diſc. 552. num. 46.* & ad hoc magis libenter in-
clinaui, quia ſorores prædictæ non negabant morari
penitus extra domum omnium fratrum, ſed tantùm cle-
ricorum, qui alias mulieres non habebant, & vix ipſi
vnquam domi morabantur, & propterea ſatis eſt, ſi
cum vno habitent ex obligatis, prout iudex decernet,
52 argumento textus *in d. l. ſolet, in princ.* Ruin. *conſ. 81.*
*num. 4. lib. 2.* Cordub. *in d. l. ſi à liberis, §. ſi quis, n. 156.*
Surd. *de alim. tit. 4. quæſt. 15. n. 21.* Rol. *d. conſ. 22. n. 16.*
*verſ. vel cum vno, lib. 1.* vnde ſic iudicaui, adeo vt à ſen-
tentia nulla partium appellarit, quod rarò ſolet euenire,
& verè hanc eſſe meram veritatem puto, ſaluo tamen ſa-
niori iudicio.

---

# CAPVT XLVI.

## EPITOME.

An, & quando clericus ordinatus ſine dimiſſoriis ſui Ordinarij ſit ſuſpenſus, & maximè quando habet indultum ad quemcumque Antiſtitem.

## SVMMARIVM.

1 *Ordinatus Sede vacante Epiſcopali infra annum eſt ſuſpenſus.*
2 *Vicariis Capitularibus non diriguntur commiſſiones Apoſtolicæ.*
3 *Ordinationes non mandantur inferioribus Epiſcopo.*
4 *Vicinior Ordinarius quis dicatur.*
5 *Prædicatum oportet ſemper conuenire ſubiecto.*
6 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
7 *Qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*
8 *Delegati habilitas conſideratur de tempore datæ.*
9 *Habilitas delegati debet adeſſe tempore commiſſionis.*
10 *Capitulum Sede vacante ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopali.*
11 *Capitulum Sede vacante non poteſt infra annum dare dimiſſorias, niſi arctatis.*
12 *Capitulum mortuo Epiſcopo poteſt facere teſtimoniales habentibus Breue Apoſtolicum.*
13 *Epiſcopus Mutinæ, vel Regij an ſit vicinior Carpo.*
14 *Clerici Carpenſes debent ordinari ab Epiſcopo Mutinæ ex decreto S.C.*
15 *Capitulum mortuo Epiſcopo non ſuccedit in iuriſdictione ei delegata.*
16 *Capitulum mortuo Epiſcopo non ſuccedit in his, quæ ei competunt iure ſpeciali.*
17 *Epiſcopus Mutinæ non eſt Ordinarius Carpi.*
18 *Archipresbyter Carpi eſt Ordinarius.*
19 *Prælatus Epiſcopo inferior poteſt eſſe Ordinarius.*
20 *Commendatitiæ litteræ quid efficiant, & à quibus efficiantur.*
21 *Prælati inferiores poſſunt commendare ſuos ſubditos de vita, & moribus.*
22 *Archipresbyter Carpi an poſſit facere dimiſſorias.*
23 *Ordinandus ex indulto Apoſtolico non indiget dimiſſoriis.*
24 *Probationes legitimæ quæ.*
25 *Ordinatus ſine dimiſſoriis propter bonam fidem non eſt ſuſpenſus.*
26 *Suſpenſus propter ordines non ſuſceptos cum dimiſſoriis poteſt habilitari ab Epiſcopo.*
27 *Suſpenſio ordinati Sede vacante eſt temporalis, donec ſucceſſori placuerit.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DVm vacabat Mutinæ Sedes Epiſcopalis, quidam
clericus Carpenſis nullius Diœceſis obtinuit à San-
ctiſſimo Papa Vrbano, vt poſſet ordinari ab Epiſcopo
viciniori his verbis: *Tibi, vt ab Ordinario viciniore, &*
*conſtito illi priùs per legitimas probationes de vita, & mori-*
*bus, ac legitimis natalibus, & aliis requiſitis qualitatibus,*
*vel eius licentia, cuius etiam teſtimonio vita, & mores tui*
*commendentur, à quocumque alio, quem malueris, Anti-*
*ſtite, &c.* Modò hic ſe præſentauit Epiſcopo Regij pro
executione dicti Breuis cum litteris commendatitiis Ar-
chibresbyteri Carpi proprij eius Ordinarij, & legitimè
docuit de requiſitis ad ordinationes, propter quod debi-
to tempore à dicto Epiſcopo Regienſi fuit promotus ad
4. minores Ordines, & Subdiaconatum ad formam Bre-
uis. Pòſt prædictus Modernus Mutinæ Epiſcopus adepta
ſuæ Eccleſiæ poſſeſſione dum haberet ordinationes, ſe
Carpi viciniorem dicens, aiunt, vertiſſe in dubium,
an dictus clericus fuerit bene ordinatus, cùm non ha-
buerit litteras teſtimoniales Vicarij Capitularis Mutinæ,
& pro ſuſpenſo habendum eſſe putat, ad formam Con- 1
cilij Trident. *ſeſſ. 7. cap. 10.* & *ſeſſ 14. cap. 2.* Quæritur
quid iuris.

De hoc autem dicto clerico dolenti ego reſpondi ni-
hil eſſe timendum, quia ritè, & rectè fuit ordinatus,
nec incidit in aliquam ſuſpenſionem, ideóque li-
berè eſt admittendus ad recipiendos vlteriores ordi-
nes.

Vt autem id euidentiùs pateat, pro vero habendum
eſt tempore datæ dicti Breuis dictam Mutinæ Sedem
fuiſſe vacantem, & hoc non ignoraſſe Pontificem, quia
tunc ſucceſſorem nominauerat: quo ſtante commiſſio
Papæ in dicto Breui facta Ordinario viciniori pro ordi-
nando dicto clerico non potuit verificari, aut intelligi
de Ordinario Mutinæ, qui non extabat; nam Sede Epiſ-
copali vacante non Vicariis Capitularibus, ſed aliis vi-
cinioribus Ordinariis diriguntur commiſſiones Apoſto-
licæ, & ſimiles gratiarum executiones: ſic Leon *in theſ.* 2
*for. Eccl. part. 1. cap. 10. num. 8. verſ. quia fallit.* Ric.
*in prax. tit. ſede vac. reſol. 496. num. 45.* & maximè in 3
ordinationibus, quæ inferioribus Epiſcopo non man-
dantur, vt ait conciuis meus Vinc. Grilinz. *conſ. 142.*
*num. 46.*

Neque dicatur Epiſcopum Mutinæ Carpo eſſe vici-
niorem, eo quod ille ſoleat dici vicinior, cuius Cathe-
dralis Eccleſia proximior eſt. Concilium Trident. *ſeſſ. 24.* 4
*cap. 9. de reform.* & S.C. id ſæpe declarauit; nam id licet
verum ſit, non tamen facit ad rem, quia Mutinæ vaca-
bat Sedes, & verba Breuis debent intelligi de Epiſcopo
viciniore extante, non futuro, quia prædicatum opor-
tet ſemper conuenire ſubiecto. Iaſ. *in l. ſtipulatio, §. hi* 5
*qui, in princ. de verb. oblig.* & non entis nullæ ſunt qua-
litates, *l. eius qui, in princ. ſi cert. pet.* Ludou. *deciſ. 439.* 6
*num. 5.* non enim qualitas vicinitatis poteſt ſtare ſine exi-
ſtentia ſubiecti, *l. nec vllam, §. ſi abſentes,* & ibi DD. *de* 7
*petit. hær.* Bald. *in l. omnium, n. 1. C. de teſtam.* Ludouiſ.
*deciſ. 387. n. 1.*

Propreteà ſublato de medio Mutinæ Epiſcopo, ſine du-
bio recurrendum fuit ad Antiſtitem Regienſem qui no-
toriè



toriè Carpo vicinorem eſſe conſtat quocumque alio
Ordinario, & tempore datæ Breuis nullus alius poterat
ſe vicinorem appellare, ideò ſolus Regienſis fuit legiti-
mus dicti Breuis executor, quia habilitas delegati conſi-
8 deratur de tempore datæ. Felin. *in c. eam te, num. 18. de re-*
*ſcript.* & adeſſe debet tempore commiſſionis. Abb. *in c. ex*
9 *litteris, n. 3. verſ. item nota, de tranſact.* Feder. Sen. *conſ. 290.*
*num. 8.* Gig. *de penſ. quæſt. 22. num. 16. 17.*

Neque nocet motiuum, quòd Capitulum Sede vacan-
te ſuccedat in iuriſdictione Epiſcopali: latè Garz. *tract.*
10 *de benef. part. 5. c. 7. n. 30.* & quod licèt non poſſit intra an-
num concedere dimiſſorias, niſi arctatis, Concil. Triden-
11 tin. *d. c. 10.* tamen poſſit approbare de vita, & moribus ha-
bentes priuilegium à Pontifice recipiendi ordinationes
à quocumque Antiſtite, cum approbatione Ordinarij,
quia Capitulum dicitur Ordinarius, & talis approbatio
non appellatur litteræ dimiſſoriæ, ſed teſtimoniales: ſic
12 pulchrè Prax. Archiep. Neap. *in magnis, cap. 87. num. 15.*
*verſ. Capitulum.* Quarant. *verb. Capitulum, quæſt. 10. verſ. ter-*
*tiò limita.* Bonac. *de ſacram. tit. de Ordinatione, diſp. 8. quæſt.*
*vnic. punct. 4. num. 24.* P. Tiber. *de inſtruct. ad ord. cap. 7,*
*quæſt. 51. verſ. his autem,* Barboſ. *de offic. Epiſcop. part. 2.*
*alleg. 7. num. 16.*

Quia hæc quidem vera ſunt, non tamen ad rem perti-
nent, non enim ſatis expeditum eſt, & deciſum, Mutinæ
Epiſcopum eſſe viciniorem Carpo, cùm alij aſſerant di-
ctum Regienſem eſſe talem, & ideò Epiſcopus Mutinæ
13 non ordinat Carpenſes clericos vti Ordinarius, ſed tan-
quam delegatus à Sacra Congregatione Cardinalium ne-
gotiis Epiſcoporum præpoſitorum, vt apparet ex litteris
eiuſdem S. C. datis de anno 1613. ſub die 15. Ianuarij, &
14 in Cancellaria Epiſcopali Mutinæ regiſtratis, vbi datur
in mandatis Epiſcopo dictæ Ciuitatis, vt clericos Car-
penſes ordinet, ne careant ordinatore, donec controuerſia
dirimatur, & ad quem pro ordinibus recurrendum ſit,
decidatur, vt ex lectura dictarum litterarum videri po-
teſt. Vnde Epiſcopus Mutinæ hîc non conſideratur tan-
quam Ordinarius, vel vicinior, ſed tanquam delegatus, &
propterea ſequitur dictum Capitulum Mutinæ ſede va-
cante, quoad clericos Carpenſes nullum in prædictis ius
habere, quia mortuo Epiſcopo non ſuccedit in iuriſdi-
15 ctione ei delegata. Piaſec. *in prax. Epiſc. tit. de elect. num 6.*
Grilinz. *conſ. 119. num. 6.* Leon. *in theſ. for. Eccleſ. tit. de Vi-*
*cario, part. 1. tit. 10. num. 8. verſ. quartò fallit.* Prax. Archiep.
16 Neap. *cap. 87. num. 30.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 7. num. 42.*
Ricc. *in prax. d. reſol. 496. num. 6.* ſicut neque ſuccedit
Epiſcopo in his, quæ illi competunt iure ſpeciali, vt hic
Leon. *d. cap. 10. num. 8. verſ. Capitulum.* Prax. Archiep. *dict.*
*cap. 87. num. 29.* Garz. *d. part. 5. cap. 7. num. 39.*

Et ſanè reſpectu Clericorum Carpenſium Epiſcopus
Mutinæ non eſt habendus pro Ordinario, cùm Archi-
presbyter loci illius habeat Territorium diſtrictum, &
exerceat iuriſdictionem Epiſcopalem cum vſu Pontifica-
lium & alia habeat priuilegia ab vſu, & à Põtifice con-
ceſſa, quæ excludunt Epiſcopum Mutinæ ab Ordinaria
iuriſdictione, per ea, quæ tradunt conciuis meus Vinc.
17 Grilinz. *conſ. 142. num. 42. 43.* & Gratian. *diciſ. for. cap. 212.*
*num. 36.* verè enim Archipresbyter ille Ordinarius eſt, &
liberè iuriſdictionem exercet, viſitat, punit, ſolemniter
populo benedicit, habet vſum Mitræ, & baculi, Synodum
conuocat, ex quibus dignoſcitur habere iuriſdictionem
18 quaſi Epiſcopalem. Grilinz. *d. conſ. 142. num. 28. 30.* Gra-
tian. *d. cap. 212. num. 7. 8. & ſeqq.* de quo non eſt mirandum
quoniam etiam inferior Epiſcopo Ordinarius dici poteſt,
19 vbi materia eſt adaptabilis. Gem. *in cap. Ordinarij, il pri-*
*mo, num. 5. de off. ord. in 6.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 15.*
*num. 13.* Gratian. *d. cap. 212. num. 38.* Sanchez *de matrimon.*
*lib. 8. diſp. 2. num. 12. verſ. ſecundo quia,* adeò vt diſpoſitio
Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 10.* non habeat locum
aduerſus dictum Archipresbyterum. Grilinz. *d. loco,* latè
Barboſ. *de off. Epiſcop part. 2. alleg. 7. num. 8.*

Hinc eſt, quod prædicto clerico ſufficiebant litteræ
commendatitiæ dicti Archipresbyteri eius Ordinarij, &
aliis ſtantibus potuiſſet à quocumque Catholico Anti-
ſtite promoueri. Piaſec. *in prax. d. cap. 1. num 11. verſ. diffe-* 20
*runt,* quoniam ſatis eſt, quod commendent mores profi-
ciſcentium. Gratian. *diſc. for. 430. num. 2.*

Neque obſtat diſpoſitio Concilij Trid. *ſeſſ. 23. c. 8.* qua-
tenus dicit, quòd nullus etiam cuiuſvis priuilegij prætex-
tu ordinetur, niſi eius probitas, ac mores ordinarij ſui te-
ſtimonio commendentur, quia hoc intelligendum eſt
etiam de Prælatis inferioribus, quos negari non poteſt,
quin veniant Ordinariorum appellatione, & cum ſuo-
rum ſubditorum vitam, & mores cognoſcere ſatis cre- 21
dendum ſit, de illis etiam poterunt atteſtari, iuxta mentem
Concilij: ſic Barboſ. *de off. Epiſc. d. alleg. 7. num. 8. 31.*

Et quamvis ſuſtineri poſſet dictum Archypresbyte-
rum poſſe dimiſſorias facere per ea, quæ tradunt Gri-
linz. *d conſ. 142.* & Gratian. *d. cap. 212.* cum etiam regula- 22
res Prælati eas concedant. Piaſec. *d. cap. 1. num. 13. verſ.*
*dimiſſorias,* Barboſ. *d alleg. 7. num. 18.* tamen hic ſufficiunt
commendatitiæ, eo quod habens priuilegium à ſede
Apoſtolica ad recipiendos ordines non indiget dimiſſo-
riis, ſed bene teſtimonialibus Ordinarij de vita, & mori-
bus. Barboſ. *d. alleg. 7. num. 15.* Bonacin. *de ord. diſp. 8. quæſt.* 23
*vnic. punct. 4. num. 27.*

Neque nocet, quod Capitulum ſede vacante poſſit te-
ſtimoniales facere, quia id intelligitur reſpectu ſuorum
ſubditorum, dum enim DD. id ſcribunt, ſemper loquun-
tur, quoad ſubditos Diœceſis, ſeu Capituli, vt videre eſt
apud P. Tiber. *de inſtruct. ſacerd. cap. 7. quæſt. 51. verſ. immò.*
Barboſ. *alleg. 7. n. 15. 31.* clerici autem Carpenſes non ſunt
ſubditi dicti Capituli Mutinæ, neque ratione poteſtatis or-
dinariæ, quam non habet in eos tanquam nullius, nec ra-
tione iuriſdictionis delegatæ, quæ non tranſit in Capitu-
lum, ideo non à Capitulo, ſeu à Vicario capitulari, ſed à
dicto Archipresbytero tanquam Ordinario petendæ
erant dictæ teſtimoniales.

Verùm ſi perſiſtamus in tenore Mandati Apoſtolici,
dici poteſt neque dictas teſtimoniales fuiſſe neceſſarias,
quia Breue inquit: *Conſtito tibi per legitimas probationes*
*de vita, & moribus.* Nam cùm legitimæ probationes di-
cantur non ſolùm, quæ fiunt ſcripturis, & inſtrumentis;
ſed etiam quæ teſtibus, vtique licuiſſet Epiſcopo Regij
admittere dictum clericum ad probationes faciendas ex 24
atteſtatione virorum fide dignorum, & ſi ordinandus eſ-
ſet bene notus dicto Epiſcopo, potuiſſet etiam ſine illis
eum ordinare. Gratian. *d. cap. 430. num. 12.*

Ex quibus ſatis conſtat præfatum clericum fuiſſe ritè,
& rectè ordinatum, & dato etiam, quod res eſſet dubia,
adhuc venit excuſandus propter eius bonam fidem. Na- 25
uar. *conſ. 19. num. 3. verſ. quintò. de tempor. ord. in antiquis.*

Et eſto etiam, quod dictus clericus propter hoc eſſet
ſuſpẽſus ad terminos dicti Concilij Trid. *ſeſſ. 7. c. 10.* (quod
nunquam verum erit) tamen adhuc non eſt opus diſ-
penſatione Apoſtolica, quia hoc non eſt impedimen- 26
tum perpetuum, ſed temporale, quod poteſt tollere pro-
prius Ordinarius, ad quẽ ſpectaſſet ordinare, & ſufficit, ſi
ratam habeat ordinationem abſque eius litteris dimiſſo-
riis factam. Nauar. *d. conſ. 19. n. 5.* Fr. Emnan. *in ſum. par. 2. c.*
*14. n. 13.* Bonacin. *d. diſp. 8. q. vn. p. 4. n. 43. verſ. ad hoc.* Bar-
boſ. *de off. Epiſc. p. 2. alleg. 8. n. 10. in fin.* & talis ſuſpenſio
durat ſolùm tamdiu, quãdiu ſuo placuerit Ordinario, vel
futuro ſucceſſori. Concil. Trid. *d. ſeſſ. 7. c. 10.* Salzed. *ad Ber-* 27
*nard. in pract. cap. 26. verb. ſine licentia, verſ. has autem.* Sua-
rez *de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 20.* Petr. de Ledeſm. *tract.*
*de ſacr. ord. c. 8. concl. 3.* P. Tiber. *de inſtr. ad ord. c. 7. quæſt. 5.*
*verſ. tertiò.* Barboſ. *d. alleg. 8. num. 10 verſ. & quia.*

His igitur viſis, & conſideratis pro parte Curiæ Epi-
ſcopalis Mutinæ dictus clericus fuit poſtea libenter, & ſi-
ne difficultate promotus ad vlteriores Ordines, nec am-
pliùs pro ſuſpenſo habitus fuit, & iuremeritò, quia nulla
aderat verè ſuſpenſio. Et ita, &c.

IOAN. BAPTIST. CIARLINIVS.

# CAPVT XLVII.

## Epitome.

Diminutis redditibus hæreditariis an minuantur annua legata, & quando poſſit dici prouentum eſſe diminutum.

## SVMMARIVM.

1 *Veritas hodie Iuriſconſultorum reſponſis obumbratur.*
2 *Ex facto oritur ius.*
3 *Redditus, & prouentus idem ſunt.*
4 *Introitus, & prouentus nomen generale.*
5 *Introitus dicitur impenſa pro ingreſſu militiæ.*
6 *Intrata quæ dicatur.*
7 *Fructus, & redditus idem ſunt.*
8 *Fructus omnis conſiſtit in redditu.*
9 *Partus ancillæ eſt in redditu, non in fructu.*
10 *Fructus dicuntur ſtrictè, qui ſunt naturales.*
11 *Fructuum nomine continentur omnia emolumenta.*
12 *Fructus dicuntur etiam rerum mobilium.*
13 *Ancillarum partus non ſunt in fructu, neque in redditu.*
14 *Redditus, & fructus parificantur.*
15 *Diminutio quid ſit.*
16 *Interitus rei qui dicatur.*
17 *Verba vniuerſalia intelliguntur vniuerſaliter.*
18 *Legatum purum fit conditionale, ſi adimatur ſub conditione.*
19 *Legatum annuum dicitur, quod ſingulis annis ſoluendum eſt.*
20 *Legata annua ſoluuntur ex fructibus.*
21 *Hæres cum beneficio inuentarij ſoluit legata annua ex fructibus.*
22 *Legata ſoluuntur de fructibus, vbi proprietas non poteſt alienari.*
23 *Vſufructuarius vniuerſalis debet ſoluere legata annua.*
24 *Dos ſicut æs alienum deducitur.*
25 *Diminutio redditus, & fundi quomodo conſideretur.*
26 *Redditus dicitur diminutus ex modicitate fructuum vnius anni.*
27 *Caſma, & terræmotus ſunt caſus fortuiti.*
28 *Legata an minuantur minuta hæreditate.*
29 *Teſtamenti pars vna declarat aliam.*
30 *Exceptio debet eſſe de genere regulæ.*
31 *Limitatio debet eſſe apta ad regulam.*
32 *Re perempta ceſſat onus annexum.*
33 *Sterilitas minuit redditum.*
34 *Grandinis caſus frequens.*
35 *Frequentiùs, quæ accidunt, diſpoſita cenſentur.*
36 *Teſtator cenſetur diſponere de caſibus ſolitis.*
37 *Veriſimilitudo attenditur in interpretanda teſtatoris voluntate.*
38 *Teſtatoris declaratio non debet ſeruire de vento.*
39 *Legata minuuntur, ſi in ſubſtantia minuatur hæreditas.*
40 *Dictio,* Aliquis, *eſt vniuerſalis.*
41 *Sermo vniuerſalis omnia comprehendit.*
42 *Vniuerſalis oratio trahitur etiam ad impropria, & ad maiora expreſſis.*
43 *Oratio vniuerſalis continet caſum, etiam aliàs illegitimum.*
44 *Legatum generale non continet vſualia.*
45 *Statutum puniens homicidium qualitercumque commiſſum, intelligitur, etiamſi abſit dolus.*
46 *Verba reſtringuntur ad habilitatem.*
47 *Sermo vniuerſalis an reſtringatur ad terminos habiles.*
48 *Verba ab adiuncto declarantur.*
49 *Diminutio prædij, quæ dicatur.*
50 *Conductori quando fiat remiſſio mercedis.*
51 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates in vltimis voluntatibus.*
52 *Numerus pluralis ſæpe verificatur in vno.*
53 *Verba vbi conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio.*
54 *Legati diminutio quæ ſit.*
55 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia ea æqualiter determinat.*
56 *Extinctum ampliùs non reuiuiſcit.*
57 *Locator non remittit penſionem, ſi ſterilitas vnius anni poteſt compenſari cum vbertate alterius.*
58 *Sterilitas non compenſatur cum vbertate, vbi adeſt pactum reſtauri.*
59 *Locationes ſi tot ſunt, quot anni, non compenſatur ſterilitas vnius anni cum vbertate alterius.*
60 *In locatione ad longum tempus an remittatur penſio ob ſterilitatem.*
61 *Teſtator, quod non dixit, noluiſſe præſumitur.*
62 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur ſtrictè ad limites verborum.*
63 *Legatum taxatum ad certam quantitatem non recipit augmentum.*
64 *Legatum cenſetur, quod minimum eſt.*
65 *Teſtator cenſetur grauare hæredem minùs, quam fieri poſſit.*
66 *Legata facta coniunctis latè interpretantur, & quando.*
67 *Priuilegiatus non gaudet priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
68 *Legata coniunctis facta non debent inutilia reddi.*
69 *Legatum rei alienæ factum coniunctis quando valeat.*
70 *Hæredes habitantes, vbi habitat teſtator, cenſentur magis dilecti.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EO perducta eſt calamitas noſtrorum temporum, vt
nemo amplius dicere valeat, hoc iure certum eſt,
& clarum; tanta enim facta eſt garrulitas aliquorum de 1
iure reſpondentium, vt leue onus putent ſerenitati nu-
bem obducere, & in ipſo meridie tenebras, & noctem
obſcuram repræſentare: res miſeranda, quia veritas eo-
rum reſponſis tot veſtibus inuoluitur, vt vix ab ea men-
dacium ſecernere valeas. Iudices ergo vigilare oportet,
& lynceos habere oculos, ne fallaciis aſtruentium men-
dacia decipiantur, qui ſubharratis veſtibus fictiones ſic
ornant, vt niſi infixis oculis rem intuearis, verum repræ-
ſentare videantur. Huc me perduxit in cauſa Ciarlinia
cum Spaciniis facundia, & doctrina eorum Aduocati,
quam admiror, ſed non laudo, quia diſertis ſuis ſcriptis
nubem veritati obducit, ſed non timeo ego tyro huius
veterani arma, quia pro vero me pugnare ſentio; ei igi-
tur in funda Dauidis, & nomine Domini occurram.

Vt autem res pateat, & magis eluceſcat, ordine ſeriem
facti proponam, etenim hinc lis, & controuerſia oritur,
quia D. Ioan. Ludouicus Bruſatus ſibi hæredem fecit D.
Iſabellam Ciarliniam eius ſororem, & poſt eam illius filios
maſculos, quos inter cætera grauauit: *Et detti heredi
ſiano tenuti, & obligati pagare, & sborſare alla Signora
Giouanna Spacini ſua ſorella, ouer alli ſuoi deſcendenti maſ-
chi ſcudi* 4000. *da pagarſi nel tempo, & termine di* 30. *an-
ni, ogni anno la rata parte, in due volte l'anno.* Et poſtea
idem teſtator in eodem elogio ſubiunxit: *Item vuole, &
dichiara detto teſtatore, che ſe mai per alcuno caſo, & per
qualſivoglia cauſa ſi ſminuiſſe l'entrada di detto Signor teſta-
tore, in tal caſo vuole, che gli legati, come di ſopra fatti, ſi
ſminuiſcano alla rata.* Hæc prænarraui, quia ex facto ſo- 2
let ius oriri, ad textum *in l. ſi ex plagiis, §. in riuo*, vbi
Bart. *ff. ad l. Aquil.* Bart. *in l.* 1. *num.* 6. *de acquir. poſſeſſ.*
Menoch. *conſ.* 366. *num.* 42.

Modò cùm mortua D. Hippolita Bruſata vxore teſta-
toris, & vſufructraria Ciarlinij, de anno 1606. de men-





ſe Auguſti acceperint tenutam hæreditatis prædictæ hu-
maniſſimè ſoluerunt legata annua dictis DD. Spacinis
ad ratam, dempto anno 1614. vbi magna fuit ſterilitas,
adeò vt Ciarlinij redditus hæreditatis habuerint valde
diminutos, vnde recuſabant teneri ad ſoluendam ratam
illius anni vigore illius clauſulæ teſtamentariæ; contra
verò Spacinij negabant id eueniſſe, dicentes ea verba
fuiſſe intelligenda de intrinſeca rei diminutione, velut ſi
prædia caſmate, alluuione, vel terræmotu corruiſſent:
quæritur quid iuris.

In hac controuerſia vt omnia exponantur, verba teſta-
toris, *ſi ſminuiſſe l'entrada*, in Latinum reducantur, vt
ſignificent, ſi diminuatur introitus; etenim introitus, re-
ditus, prouentus, & emolumentum pro eodem vſurpan-
tur apud DD. vt ad rem Marſil. *ſing.* 134. Bero. *conſ.* 51.
3 *num.* 5. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 637. *num.* 10. *verſ. ſola ius*, &
*num.* 11. *cum ſeqq.* Surd. *conſ.* 162. *num.* 3. adeò vt nomine
introitus, & prouentus comprehendatur omnis vtilitas,
quæ percipi poteſt, quia verba ſunt generaliſſima. Innoc.
4 *in c. paſtoralis, de donat.* Card. *in Clem.* 1. *in princ. de exceſſ.
Prælat.* Alciat. *in l. frugem, ff. de verb. ſignif.* Caſtr. *conſ.* 353.
*num.* 2. *lib.* 1. Cephal. *d. conſ.* 637. *num.* 13. Surd. *d. conſ.* 162.
*num.* 3. Carroc. *tract. de locat. & conduct. part.* 5. *quæſt.* 10.
*num.* 51. *in fin.* ad rem autem non facit textus ex aduer-
ſo allegatus *in l. his verbis, §. alumno, ff. de leg.* 3. quia
5 in ea verbum introitus non accipitur pro reditu, ſed
pro ſolemnitate, & impenſa, quæ fit in militiæ ingreſ-
ſu, teſte gloſſa ibidem, & id colligitur ex textu ipſo, in
verbo, *erogari ſolet*, & traditis à Plin. *in epiſtola ad Tra-
ianum*; hunc enim diem veteres ſolemnizare ſole-
bant.

Hîc igitur intrata, ſeu prouentus accipitur pro rei
6 emolumento, & æquipollet verbo, *fructus*; hoc enim
promiſcuè vtuntur Iuriſtæ, ex textu *in l. in fructu, ff.
7 de vſu, & vſufr. leg. d. c. paſtoralis, de donat. c. generali,
§. qui autem,* ibi: *fructus, ſiue redditus, de elect. in* 6. *l.
deducta, §. hæreditate*, ibi: *fructu, vel redditu, ff. ad Trebell.*
Bart. *in l. fundi Trebatiani, in princip. verſ. reſpondeo, de
vſufr. leg.* Cephal. *d. conſ.* 637. *num.* 22. Ioan. Cop. *tract.
de natur. fruct. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. Papienſ. *in form.
libell. in action. real. in verb. ſimul in fructibus, num.* 7. Alex.
*in l. ſi fundum, §. ſi iur. num.* 8. *ff. ſol. matrim.* Menoch.
*conſ.* 382. *num.* 2.

Et quamvis aliqui dicant, latiorem eſſe redditus, quàm
8 fructus appellationem, quia omnis fructus conſiſtit in
reditu, *l. Paulus, §.* 1. *ff. de vſur.* ſed non conuertitur, quia
partus ancillæ eſt in redditu, non in fructu, *l. in pecu-
9 dum, §. partus, de vſur. §. in pecudum, Inſt. de rer. diuiſ.*
gl. *in d. c. generali, §. qui autem, in verb. redditus*, & ibi
Franch. *de elect. in* 6. Innoc. *in d. c. paſtoralis, circa me-
dium, de donat.* Alciat. *in d. l. frugem.* Cephal. *d. conſ.* 637.
10 *num.* 16. Carroc. *d. quæſt.* 10. *num.* 11. tamen iſti accipiunt
nomen fructus in ſtricta, & valde propria ſignificatione
pro fructibus naturalibus, ad textum *in l. vnic. ff. de gland.
leg. l. qui venenum, §. glandis, de verb. ſignif.* Ioan. Cop.
*d. tit.* 1. *capit.* 5. nam generaliter omnia lucra, & emolu-
menta, omnes denique commoditates ex quacumque
re perceptibiles appellatione fructus continentur, fru-
11 ctus enim à fruendo dicitur, quia omnia, quibus frui-
mur, comprehendit: ita expreſsè Ioan. Cop. *d. tractat.
de nat. fruct. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. etenim non tantùm fun-
12 di, ſed & omnium rerum mobilium, immobilium, cor-
poralium, & incorporalium fructus dicuntur, & omne
emolumentum, quod percipi poteſt, teſte I. C. Caio
*in l. videamus, ff. de vſur. & in l. fin. de vſufruct. leg.* Bart.
*in l. quædam, §. nihil, ff. de edend.* Papienſ. *dict. verb.
ſimul cum fructibus, numero ſeptimo.* Carroc. *d. quæſt.* 10.
*numero* 50. latiſſimè Ioan. Cop. *dict. tract. lib.* 1. *titul.* 1.
*capite quarto, numero* 4. 10. 11. Menoch. *dict. conſil.* 382.
*numero quinto*, & ideò verba generalia indiſtinctè pro-
lata debent accipi in ſua generali, & lata ſignificatione,
quatenus patitur illorum proprietas. Peregr. *conſilio* 55.
*numero* 10. *libro primo.*

Verùm ſi ancillarum partus non ſunt in fructu, dice-
mus nos neque eſſe in redditu, ex textu *in d. l. Paulus,* 13
*§. hæres, ff. de vſur. d. l. deducta, §. hæreditatem, ad S. C.
Trebell.* Ioan. Copin. *d. tract. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *numer.* 9.
& per totum; et ideò paria ſunt, quòd teſtator noſter 14
dixerit ex redditibus, vel ex fructibus. Bart. *in d. l. fun-
di Trebatiani, de vſufr. leg.* & licèt Alex. ibidem in addi-
tionibus Bartolum impugnare videatur, in hoc tamen
non contradicit, nam ſe remittit ad ſcripta *in l. quædam,
§. nihil. de edend.* vbi principalem concluſionem repro-
bat, non tamen rationem, quod ſcilicet paria ſint lega-
re redditum, & legare fructum.

Non eſt etiam prætereundum, quòd diminutio defi-
nitur, Præexiſtentis rei particularis remotio, vel interi- 15
tus, ſalua rei forma: ita Albert. Brun. *de dimin. & deter.
concluſ.* 1. *num.* 2. & *ſub num.* 3. inquit, quod ſi res dimi-
nuatur in ſubſtantia, & amittat formam, potiùs dicitur 16
interitus, quàm diminutio. Albert. Brun. *d. concluſ.* 2. *n.* 7.
Cephal. *conſ.* 357. *num.* 17. & *conſ.* 601. *num.* 41. & propte-
reà non bene ex aduerſo dicitur verba huius teſtatoris
eſſe intelligenda de intrinſeca diminutione, quæ propriè
eſt interitus, ſed de extrinſeca, quę propriè eſt diminutio.
Brun. *d. concluſ.* 1. *num.* 3. 7. At ſi verùm amamus, hîc non
adaptantur termini diminutionis rei, ſiue intrinſecæ, ſiue
extrinſecæ, quia non conſiderauit rerum diminutionem,
ſed redditus, hæc enim valdè differunt, poſt enim eſſe,
quòd prouentus recipiat notabilem diminutionem, &
tamen ſalua ſit rei ſubſtantia: ſed vtcumque ſit, verba
teſtatoris accommodantur cuicumque diminutioni, cùm
locutus ſit per verba vniuerſalia, quæ intelliguntur de 17
omni diminutione, *l. de pretio, ff. de public. l.* 1. *§. ge-
neraliter, de leg. præſt. l.* 3. *de offic. Præſ. l. ſi ſeruitus,
de ſeruit. vrb. præd. cap. ſolito, de maior. & obedient.* Pariſ.
*conſilio* 111. *numero quintodecimo, libr.* 1.

Deinde præmitto, quod dictum legatum Spacinij fa-
ctum eſt annuum, & conditionale, non purum, vel vni-
cum, vt malè ſupponitur, nam virtute illius clauſulæ,
quod diminutis redditibus diminuantur legata, vtique
hoc legatum, quod erat purum, factum eſt conditiona-
le, quia in vltimis voluntatibus ſi quid purè datum ſit,
& poſteà ſub conditione adimatur, tota diſpoſitio red-
ditur conditionalis, quaſi illud ſub contraria conditio-
ne datum intelligatur, ad textum *in l. ſi legatum purè,* & 18
*l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. aliquando, de con-
dition. & dem.* Alex. *in l.* 1. *num.* 9. *verſ. item habet,* & ibi
Iaſ. *n.* 54. Dec. *num.* 27. Cagn. de communi, *num.* 120. 121.
*ff. de offic. eius.* Felin. *in c. ſignificaſti, col.* 4. *de for. compet.*
Bald. *in d. l. ſi legatum*, Cephal. *conſ.* 52. *num.* 6. Peregr.
*de fideicommiſſ. art.* 11. *num.* 88. 129. & *artic.* 43. *num.* 21.
illud enim ablatiuum abſolutum, *diminutis redditibus,*
importat conditionem, & propterea facit legatum con-
ditionale, & hoc certius redditur, quia diuiſum eſt in
in ratas quotannis ſoluendas, quod facit annuum lega-
tum, ad textum *in l. ſi in ſingulos,* vbi Bart. *ff. de ann. leg.* 19
vbi etiam dicitur quotannis verificandam eſſe condi-
tionem, quia tot ſunt legata, quot anni, *l. cùm in an-
nos, ff. eodem.*

Præterea conſiderandum eſt tale legatum maximam
habere relationem ad fructus, ex quibus ſolui debet, ete-
nim certum eſt hæredem fideicommiſſo vniuerſali gra-
uatum teneri præſtare annua legata ex fructibus, *l. liber-
to, §.* 1. *ff. de ann. leg. iunct. l. apud Iulianum, §. hæres, de leg.* 1. 20
Caſtr. *conſ.* 16. *num.* 4. *verſ. legata verò, lib.* 2. Natt. *conſ.* 323.
*col. vlt.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 4. *num.* 24. *in fin.* & ma-
ximè ſi ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarij, qui
de ſuo ad nihil tenetur, *l. fin. §. & ſi præfatam,* ibi: *nihil, C.
de iur. deliber.* Bart. *in l. in ratione, §. diligenter, ff. ad l. falcid.*
Monticul. *de inuent. in princ. n.* 39. 40. Rol. *eod. tract. part.* 4.
*in princ.* & ſanè cùm proprietatem Ciarlinij alienare pro-
hibeantur, & poſt triginta annos Bruſatis reſtitue-
re debeant, ſequitur neceſſariò, quòd de fructibus

legata ſint ſoluenda. Phanuc. de inuent. part.7. num.58.
22 exinde enim Ciarlinij videntur eſſe ad inſtar vſufructua-
rij vniuerſalis,ad quem certum eſt ſpectare onus ſoluen-
23 di annua legata ex fructibus, l. fin.§. ſin autem, vbi Salyc.
C.de bon. quæ liber. Iaſ.in l.1. col.4. ad Trebell. Socin. Iun.
conſ.115.num.10.lib.1.Rol. conſ.8. num.27.28.lib.2. Natt.
conſ.7.num.4.5.Borgn.de vſufr.num.219.Craſſ.recept. ſent.
lib.1.§.legatum,quæſt.36. num.2. Et ſanè ſi teſtator voluit
ex fructibus ſolui legatum dotis eius vxori, quantò ma-
gis idem dicendum eſt de legato DD. Spaciniorum,quia
dos eſt magis debita, & ſicut æs alienum deducenda, l.
24 Papinianus,§.quarta,ff.de inoff.teſt.§.licentia,il primo,C.de
iur.deliber.Cephal.conſ.645.num.39.
His præmiſſis, ex quibus ſolis poteſt cognoſci, quid
futurum ſit, patet erraſſe D. Aduocatum partis aduerſæ
intelligendo verba noſtri teſtatoris de intrinſeca dimi-
nutione, quia ſicut quoddam eſt augmentum in fundo,
25 quoddam in redditu,Albert. Brun. tract. de aug. & dim.
concluſ.2.num.2.verſ.dicimus etiam: ita quædam eſt dimi-
nutio fundi, quædam redditus: idem Brun. de dimin. &
deter. concluſ.1. num.4. Vnde oportet dicere teſtatorem
in mente habuiſſe extrinſecam fructuum diminutionem,
& cùm in verbis non ſit ambiguitas, nihil vlterius eſt
quærendum, l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg.3.
l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig. Menoch. conſ.374.
num.58.
Cenſeo igitur verius eſſe, & menti teſtatoris confor-
mius verba prædicta eſſe intelligenda de diminutione
etiam vnius anni in fructibus contingente, & hoc credo
ineuitabiliter probari per textum in l. fundi Trebatiani,
26 verſ. reſpondi, ff. de vſu, & vſufr. legat. qui probat reddi-
tum dici diminutum non ſolùm ex modicitate fructuum
multorum, ſed etiam vnius, dicitur enim in ea, quòd
in legato facto vxori de redditibus fundi, ſi hæredis fa-
cto minores redditus facti eſſent,legatarius rectè deſide-
rat, quòd ob eam rem diminutum eſt: vnde infertur,
quod ſi facto, ideſt culpa hæredis,vt exponit gloſſa,red-
ditus minor fieri poteſt, id non contingat vllo modo in
caſmate,alluſione,& terræmotu, qui ſunt caſus fortuiti,
27 & vix præuideri poſſunt. Carroc. tract. de locat. & con-
duct.part.4. tit.de caſibus,quæſt.12. num.18. 20.27. culpa
autem verſatur in non putando vineam, aggeres non re-
parando, agro non bene colendo, & ſimilibus, ad tex-
tum in l.ſi merces,§.conductor, vbi Bart.de locat.& conduct.
Carroc.d.part.4.tit.quem. culp.probat. num.55. & propte-
rea ſi tali culpa redditus poteſt diminui, ſequitur dimi-
nutum poſſe dici ex deterioratione vnius anni, quia po-
teſt eſſe, quòd damnum ex illa culpa proueniens annum
non excedat.
Et quia mens teſtatoris maximè ſpectari debet in co-
gnoſcendo, an diminuta hæreditate minui debeant le-
28 gata, l. liberto,§.à liberto, ff. de leg.3. l.maritum,§.1. ad l.
falcid. vtique pro nobis aperta eſt eius voluntas, qui in
verbis hoc expreſſit,vt vidimus,& ſi id non ſufficeret;ex
aliis eius verbis colligi poteſt, ſiquidem vna pars teſta-
menti declaratur per aliam, l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus,
29 §.fin.de leg.1.Alex.conſ.47.num.13.14.lib.1.Dec.conſ.545.
num.7.Cephal.conſ.329 num.37. Riminald.Iun. conſ.747.
Craſſ.in §.teſtamentum,quæſt.76. num.21.Peregr. de fidei-
commiſſ. art.25.num.28.34. nam teſtator poſtquam dixit,
quòd diminutis redditibus diminuantur legata, ſubiun-
xit, exceptis tamen legatis eius vxori factis, quæ omni
caſu firma eſſe voluit, vnde arguo ſic. Quoniam certum
eſt exceptionem debere eſſe de genere regulæ, alioquin
30 exceptio non eſſet, l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen.
leg. l. in his, vbi gl. Bart. & DD. de leg. Bald. in l ſi eam,
§. qui iniuriam, ff. ſi quis caution. Dec. in l.1. num.19.de
off. eius. Pariſ. conſ 96. num.110. lib.1. Cephal. conſ.156.
num.5. Menoch. conſ.141. num.17. limitatio enim regu-
læ ita debet eſſe probabilis, & apta, vt ad regulam
congruat, aliàs ridicula æſtimaretur, l. fin. §. cui dul-
31 cia, ff. de trit. vin.& ol. leg.l. quæſitum,§.denique,de fund.
inſtruct. Pariſ. conſ. 160. numero 17. libr. 4. Crauet.
conſ.965. num.7. ſed ſic eſt, quòd hæc limitatio, & ex-
ceptio non poſſet verificari, & locum habere, quando
bona teſtatoris caſmate periiſſent,vel in deperdito eſſent,
quia tunc hæredes neque tenerentur ad dotis reſtitutio-
nem, cùm de ſuo ſoluere non teneantur, & id probatur
ex l.cùm res,§.fin.ff.de leg.1.l.ſi ex legati,de verb.oblig.l.quid
ergo,§.fin.de legat.2.l.fideicom.§.ſi rem,de leg.3.l.Seia,in fin. 32
de aur. & arg. leg. ſi ergo limitatio, & exceptio non po-
teſt intelligi de intrinſeca diminutione, ergo neque re-
gula, ſeu principalis diſpoſitio, quia exceptio declarat,
quo in caſu regula loquatur. Dec. in l.1. num.20. & ibi
Cagn. num.32. ff. de reg. iur. idem Dec. conſ.520. num.9.
Menoch. conſ.297. num.29.
Deinde dubium eſſe non videtur, quin ſterilitas quo-
que fructuum ſit diminutio redditus, & tam intrinſeca,
quàm extrinſeca diminutio appellatur. Albert. Brun. d.
tract.de dimin.& deter.concluſ.12.num.63. ſed quia extrin- 33
ſeca, quæ à ſterilitate prouenit, frequentiùs contingit,
videmus enim frequentiſſima eſſe infortunia, grandinis,
vredinis, tabis, frigoris, aquarum, & ſimilium, Carroc. 34
tract.de locat.part.4.tit.de caſibus,quæſt.12.num.32.& ma-
ximè in noſtris partibus, vbi propiores ſumus vallibus,
quàm montibus, in quibus ſolent accidere terræ hiatus,
caſmata, & ſimilia, de alluuione non loquor,quia bona
teſtatoris longe abſunt à torrentibus corrodentibus,ideò
teſtator cenſetur potiùs cogitaſſe de extrinſeca, quia
diſpoſitio omnis intelligitur ſecundùm ea, quæ frequen-
tiùs contingere ſolent,l.nam ad ea, ff. de legib.l. iura con- 35
ſtitui, vbi Bart. num.1. verſ.vnde, & l. ſeq.ff. eod. Dec. &
Cagn.in leg.ea quæ raro, de reg.iur.Pariſ. conſ.29. num.50.
lib.2.Crauet.conſ.488.num.12. teſtator enim veriſimiliter
creditur diſpoſuiſſe de his, quæ communiter ſolent con-
tingere, non de caſibus inſolitis. Socin. Iun. conſ.48. 36
num.12. lib.2. Crauet. conſ.76. num.7. verſ. neque mutat,
nec mirum, quia in voluntate teſtatoris interpretanda
attenditur, quod magis veriſimile eſt, l. ſi ſeruus plu- 37
rium, §. fin. de leg.2. cap. inſpicimus, de reg. iur. in 6.
Alex. conſil.71. num.5. lib.2. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib.3. tit.19. num.4. Craſſ. in §. teſtamentum, quæſt.76.
num.5. Peregr. de fideicommiſſ. art.11. num.32. Menoch.
conſ.328. num.17.
Præterea ſi aliam caperemus interpretationem,ſeque-
retur, quòd huiuſmodi teſtatoris declaratio ſeruiret de
vento, & nihil operaretur; quod non eſt dicendum, l. ſi
quando,ff.de leg.1.c.ſi Papa,de priuileg in 6. Pariſ. conſ.69. 38
num.59.lib.3.Socin.Iun. conſ.116.num.55. lib.1. nam cer-
tum eſt in iure, quòd bonis hæreditariis ſubſtantialiter
diminutis, vel peremptis, legata quoque diminuuntur
ad ratam, maximè quando adita eſt hæreditas cum be-
neficio inuentarij, vt probatur ex l. & ſi contra,§. hic con- 39
ſequens, ff. de vulg. & pupill. Albert. Brun. d. tract. de di-
min. & deter. concluſ.4. num.20. in fin. Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib.3. tit.3. ad fin. quod iuri conuenit, quia te-
ſtatoris, & quælibet diſpoſitio ſemper intelligenda eſt
rebus ſic ſtantibus, l. Paulo Callimacho, §. 1. de leg.3.
l. Mæuia, §. fin. de ann. leg. l. in confirmando, de confir-
mando tutore, l. ex facto, in princip. de vulg. & pupill.
Bart. in l. quoties, §. ſi duo, col. vlt. de hæred. inſtit. Iaſ.
in l. quod Seruius, num.8. de condict. cauſ. dat. Mantic. d.
tit.3. ad fin.
Quibus refragatur textus in l.in ratione,la 2.ff.ad l.fal-
cid. ad probandum, quod non minuantur legata minu-
ta hæreditate; nam ſi ea ſeruire poteſt in propoſito, ta-
men non procedit in hærede cum inuentario; nam quo-
ad ipſum correctus eſt, teſte Bart. ibidem in princ. & in §.
diligenter. Verùm ceſſat diſpoſitio legis, vbi extat diſpo-
ſitio hominis, vt hic.
Demus igitur multiplicem eſſe diminutionem, quia
alia eſt in re, alia circa rem,alia de re, alia extra rem,teſte
Brun.d.loco, concluſ.1.num.4.& ſeqq. certè teſtator noluit
quamcumque diminutionem comprehendere, etiam à
ſterili



ſterilitate proueniens ſaltem ex verbis, quæ ſubiunxit:
Si vnquam vllo caſu,& propter quamcunque cauſam. Sicut
40 enim dictio, aliquis,eſt vniuerſalis,gl. in Clement.vnic. in
verb.partium,de for.compet. Imol. in c.fin.de donat. Socin.
Iun.conſ.113.num.4.lib.4.Menoch.conſ.90.num.94. ita di-
ctio,quæcumque,& quælibet,eſt vniuerſaliſſima,l.hoc articu-
lo,ff.de hær.inſt.l.1.C.de ſacroſanct. Eccleſ.gl. in l.2.in verbo,
aliàs,C.de quadrien.præſcript.Alex.conſ.155.num.3.verſ.ac-
cedunt,lib...Ruin.conſ.98.n.11.lib.2. Rol. conſ.1. num.44.
lib.1.Menoch.conſ.496.num.66. Peregr. conſ.41. num.1. in
fin. lib.1. vnde ſermo teſtatoris tanquam vniuerſalis in-
41 cludit omnes caſus,& omnes caſus diminutionis,l. Iulia-
nus,& l.librorum,§.quod tamen,ff.de leg.3. c.ſi Romanorum,
diſtinct.19. l.omnia,vbi DD.ſi cert.pet.Cagn. in l.1.num.9.
de reg.iur. Ruin. d.conſ.123. num.10. lib.2. Natt. conſ.63.
num.13.Cephal conſ.150.num.8. Peregr. d.conſ.41.num.1.
42 ad fin. & ideò trahitur etiam ad ea, quæ veniunt pro-
priè vel impropriè: gloſſ. in l.2. in verb. aliàs,C. de qua-
drien. præſcript. Bart. in l. Marcellus, col.3. verſ. vlt. ad
Trebell.Alex. conſ.155. num.3. verſ.accedunt,lib.2. Crauet.
conſ.405. num.8. & conſ.415. num. 19. Cephal. conſ.150.
num.8. adeò,vt iſte ſermo vniuerſalis comprehendat om-
nes cauſas, & omnes caſus ſimiles,& diſſimiles,& maio-
res expreſſis: gloſſ. in Clement. ne Romani, in verb.quovis
modo,de elect.& c.fin.eodem verbo,de ſentent. excomm. in 6.
Cephal.conſ.53.num.21.Menoch.conſ.496.n.67. continet-
43 que omnem cauſam, & omnem caſum conſiderabilem,
etiam aliàs illegitimum.Soc.Iun.conſ.2.num.21. Menoch.
dict. conſ.496. num.67. Peregr. dict. conſil.41. num. 1. in
fin. lib.1. etiamſi de iis in ſpecie meminiſſet. Ruin. conſ.
123.num.10.11.lib.2.Crauet.conſ.357.num.27.& conſ.381.
num.4.
Vnde eſt, quòd licet in legato generali non compre-
44 hendantur venalia, continentur tamen in vniuerſali, ad
textum in l.pediculis,§. Labeo,ff.de aur.& arg.leg.Bart.in l.
generali,§.vxori,num.4.verſ.fateor,de vſufruct.leg. Dec.in l.
omnia,num.1 ſi cert. pet. ſicut etiam ſtatutum puniens ad
45 mortem, vel alio modo homicidium qualitercumque
commiſſum, intelligitur punire, etiamſi non ſit doloſè
commiſſum: notat Salic in l.2.col.3.C.de noxal. Iaſ.in l.1.
num.25.ff.de legib. & in l.1. §. nunciatio, col.5. de nou oper.
nunc.Dec.in c.ſedes,col.penult.in fin.de reſcript.Felin.in c.in
omni,num.2.in fin.de teſtib. Card.in c.lator,de homicid.Alex.
conſ.35.num.9. lib.6. Gozad. conſ.5. col.3. ante medium,
Ruin. conſ.98. num.11. lib.2.Bellon. conſ.8. num.10. Me-
noch.de arbitr.iudic.caſ.324.num.14.Alciat. lib.1.de verb.
ſignific.Riminald.Iun.conſ.367. num.2. de quo tamen val-
de dubito in praxi,quia vbi non eſt dolus, nunquam ſo-
let imponi pœna ordinaria ſtatuti, vel legis, quia dolus
eſt ille,qui facit delictum,& verba vniuerſalia à lege pro-
lata reſtringuntur ad habilitatem materiæ, & negotij.
46 Rol.conſ.61.num.44.lib.1.Seraphin.deciſ.679.num.5.licèt
multi dicant ſermonem vniuerſalem non reſtringi ad
47 terminos habiles, vt inquit Bart. teſte Iaſ. in l. dabimuſ-
que, §. ſi quis, ff. de priuileg. credit. Alex. conſ.35. num.5.
verſ. illa dictio, lib.6. vide Crott. conſ.136. numero 50.
nam id omnibus ſemper durum videbitur, non ferit ta-
men caſum noſtrum, quia habilitas terminorum non
repugnat noſtræ concluſioni, adeò vt pudor ſit dubita-
re, an caſus ſterilitatis fuerit illis verbis compre-
henſus.
Non obſtat l.1.§.1. & l.quod dicitur,ff.de impenſ.in reb.
dotal. adducta ad probandum, quòd verbum, Minuere,
reſpiciat ſubſtantiam rei;nam reſpondeo fallaciam eſſe in
argumento, quia non negamus diminutionem dici quæ
ſubſtantiam contingit, ſed affirmamus eam quoque di-
minutionem appellari,quæ eſt in qualitate. Albert Brun.
d. tract.in princ. num.2. nos autem quærimus de minuto
redditu, non fundo.
Deinde accedat, quod lex prædicta, & aliæ ſimiles
ideo poſſunt importare rei interitum, & perditionem,
non ex natura verbi,ſed ratione adiuncti,dicendo fortè,
quod minuitur dos,minuitur fundus, minuuntur legata,
etenim verba ratione adiuncti ſæpe mutant naturam, &
ab adiuncto declarantur. Alex.conſ.97.n.125.& conſ.102. 48
num.4. verſ. tamen fallit, lib.6. vid. Pariſ. conſ.74.num.63.
64. lib.3. Menoch. conſ.289. num.37. ſed in caſu noſtro
verbum, Minuere, non iungitur rei ſubſtantiæ,vt in di-
cta lege, & ſimilibus, ſed prouentui, & ſic accidenti,&
qualitati; fateor enim quòd ſi teſtator dixiſſet de dimi-
nutis prædiis, tunc neceſſariam fuiſſe rei diminu-
tionem in ſua ſubſtantia, vt in l. item veniunt, §. item 49
non ſolùm, ff. de petit. hæred. & aliis, quæ idcircò non
faciunt ad propoſitum.
Non etiam prædictis nocent Boſſ. in prax. tit. de re-
miſſ. merced. conduct. num.103. 104. Albert. Brun. de in-
ter.& perempt.concluſ.5. ſub n.11. qui ſanè probant,quod
ſi fundus, vel res locata perierit caſmate, vel terræmo-
tu, aut alio accidenti, facienda eſt conductori remiſſio
mercedis ad ratam damni intolerabilis,quod quidem ve-
rum credo, & admitto, ſed non ſequitur, quin eadem
remiſſio facienda non ſit, ſi fundus extrinſecè damni- 50
ficetur, velut ſi occupetur ab hoſtibus, vel aquis inun-
detur, vt ſolui non poſſit ad tempus, vel continuo, ad-
huc enim conductori facienda eſt remiſſio. Albert. de
dimin. & deter. concluſion. 12. & concluſ.13. Boſſ. d. tit.
de remiſſ. merced. conduct. numero 194. ſed hæc ſunt in
via iuris communis, nos autem prouiſionem habemus
teſtatoris.
Non etiam obſtat, quod verbum, introitus, definitè
prolatum referatur non ad vnum, ſed ad omnes annos,
quaſi teſtator voluerit redditum eſſe diminutum pro
omnibus annis.Nam in aperto eſt reſponſio,quia teſtator
non conſiderauit annos, maximè omnes, cùm dixerit, ſi
vnquam diminuerentur redditus.Fortè allegata expoſitio
procederet ſi ex ſterilitate vnius anni vellent minuere
ratas omnium annorum;verùm quia quilibet annus one-
ratus eſt ſua rata legati, non eſt quærendum de aliis an-
nis, & tanto minùs, quia in vltimis voluntatibus plura-
litas reſoluitur in ſingularitates, ad textum in l. falſa, 51
§.fin. ff. de condit. & dem. l. Lucius, §. Caio, ad Trebell.
l. fin.§ filium,de leg.2. Bart & DD. in l. hæredes mei,§.cùm
ita, ad Trebell.Pariſ.conſ.70.num.25.lib.2.Crauet.conſ.571.
num.11. Cephal. conſ.158. num. 48. Peregr. conſ.24. nu-
mer.4.lib.1. ſæpe enim tam in diſpoſitiuis,quàm in con-
ditionalibus numerus pluralis verificatur in vno.Iaſ.in l. 52
Gallus,§.quid ſi is,de liber.& poſth.Tiraq.in l.ſi vnquam, in
gl.ſuſceperit liberos,de reuoc.donat.Zanch. in l.hæredes mei,
§.cùm ita, num.868. ad Trebell. Peregr. d.conſ.42. num.1.
Crauet.conſ.571. num.11. maximè illud procedit, vbi id
ſuadet veriſimilis mens diſponentis. Felin. in c. omnes,
diſt.1. Curt. Iun. in l. penult. num.2. C. de impub. Zanch.
in d.§. cum ita, num.883. Socin. Iun. conſ. 150. col. pen.
lib.2 Crauet. d. conſ.571. num.11. verſ.non obſtat. Peregr.
d. conſ.42.num.6.lib.1.
Et verè ſufficit nobis verificari verba teſtatoris, ſi
contingat tantùm etiam vnius anni ſterilitas, quia vbi
verba conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio, l.4. §. to- 53
ties, de damn. infect. l. hos accuſare, § omnibus, de ac-
cuſat. Dec. in l.1. in 5. not.C.de ſentent quæ pro eo,quod in-
ter.& in conſ.669. col.1. Peregr. conſ.85. num.2. lib.1. ſed
ita eſt in caſu noſtro, quia diminutio dicitur contigiſſe,
& redditus minor factus, etiamſi damnificati ſint fructus
vnius tantùm anni, ex d. l. fundi Trebatiani,verſ. reſpon-
di, ff. de vſu, & vſufr. leg. nam ſi, vt ibi dicitur, red-
ditus dicitur minor fieri, & diminui culpâ hæredis, quæ
poteſt verſari etiam circa vnicum recollectum, vt de ſe
notum eſt: ergo verum eſt dicere minores redditus fa-
ctos,non ſolùm,ſi diminutos eos habeamus multis annis,
ſed etiam vnico tantùm.
Vlteriùs non eſt veriſimile, quòd teſtator aliter rem
intellexerit,quia ſicut quemlibet annumrata legati graua-
uit, ita quolibet anno diſtinctè diminutionem redditus
conſiderauit, ne aliquando contingeret hæredes teneri

ad ſoluendum de ſuo,& quod non eſt veriſimile,teſtator
cenſetur noluiſſe,l.cùm in teſtamento, ff.de rebus dub. l. in
obſcuris,de regul.iur.Peregr.conſ.41. num.17.lib.1. nec de-
bet onus vnius anni cum altero iungi, ne hæres duplici-
ter grauetur,ad tollendum enim hoc dubium teſtator ſic
locutus eſt,ſi etenim id fieri oporteret, hæc non eſſet le-
gatorum diminutio, ſed dilatio, & tamen oportet, quòd
54 quantitas legati decreſcat, quia legati diminutio iungi-
tur eius ſubſtantiæ,l. Plautius,ibi: minuat legatum, ff. de
cond. & dem. Sicut enim neceſſe eſt redditus ſubſtantiali-
ter minui, ita legatum, quia vna determinatio reſpiciens
plura determinabilia,debet ea æqualiter determinare, l.
55 iam hoc iure,ff.de vulg.& pup.l.quamvis,C.de impub. Alex.
conſil. 50. col. 1. vol.4. Crauet. conſil.9. numero 27. & ra-
56 ta anni præcedentis extincta non poteſt amplius reuiui-
ſcere, ad textum in l. qui res, §. aream, ff. de ſolution. l.
penult. §. teſtamento, de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. cap. quæ-
ris, de conſecrat. diſtinct. 4. Riminald. Iun. conſilio 358.
num.144.

Et huic rei inſeruit optimum ſimile; nam ſicut vide-
mus, quòd ſimplex locator de iure communi non tene-
57 tur remittere penſionem, ſeu affictum colono ſuo, vel
conductori, quando ſterilitas vnius anni poteſt aliorum
vbertate compenſari, l. ſi vno, ff. locat. c. propter ſterili-
tatem, extr. eod. gloſſ. in c. vobis 12. quæſt.2. Caſtr. in l.
ex conducto,§.ſi vir,num.6. ff. locat. Rol. conſ.86. num.6.7.
lib.3. Carroc. de locat. part.4. tit. de remiſſ. merced. quæ-
ſtion.8. num.45. 46. tamen illud fallit, vbi adeſt pactum
58 reſtauri, tunc enim non fit compenſatio. Socin. Iun.
conſ.78. num.31. verſ. & ex prædictis, lib.2. Carroc. dict.
quæſt.8. num.51. ita dicamus in caſu noſtro, quòd fortè
circumſcripta hac teſtatoris declaratione fieret compen-
ſatio vnius anni cum altero, ſed illa eſt ſimilis pacto re-
ſtauri,vnde fieri debet remiſſio pro rata fructuum.Alex.
conſ.112. num.4. in fin. lib.1.

Et confirmatur hæc ſimilitudo, quia quando plures
ſunt locationes, & tot, quot ſunt anni, ceſſat illa com-
59 penſatio ſterilitatis vnius anni cum vbertate alterius,ſed
indiſtinctè fit remiſſio. Boſſ. in prax.tit.de remiſſ. merced.
num.23. Bernard. Græueus pract. concl. lib.2. concluſ.23.
conſid.1. num.6. & num.9. vbi vlteriùs dicit compenſa-
tionem hanc ceſſare in locatione ad longum tempus,
60 quia eſſet vnum chaos habere rationem tot annorum:
idem dicit Ioſeph Ludouiſ. concluſ.12. num.35. quæ benè
accommodantur caſui noſtro, vbi tot ſunt legata, quot
anni, & tempus eſt longum triginta annorum; quorum
omnium rationem habere nimis incommodum eſſet,
vnde ſic declarauit teſtator.

Non obſtat, quòd his ſtantibus legatum prædictum
deberet augeri, ſi augerentur redditus, & tamen Ciarli-
nij id non admittunt.Nam reſpondeo,quòd ſi ſicut teſta-
tor ſe declarauit circa caſum diminutionis, ita ſe decla-
raſſet circa augmentum, bonum eſſet argumentum; ſed
cùm de hoc nihil dixerit,præſumendum eſt,quod id no-
61 luerit, l. vnic,§.ſin autem,C.de caduc.toll.cap.2.de tranſlat.
Præl. Dec. conſ.442. num.9. Gozad. conſ.29.num.16.verſ.
quartò, Pariſ.conſ.31.num.7.& conſ.58.num.5.lib.2. Socin.
Iun. conſ.100. num.12. lib.1. Curt.Iun. conſ.33.in fin.Me-
noch. conſ.85. num.110.111.& conſ.151.num.44. & ideò
62 non bene arguitur à contrario ſenſu, quia id genus ar-
gumenti debet ſumi ſtrictè ad limitem verborum de di-
recto. Dec. in l.1. vlt. not. ff. de off. eius, Butr. in c. apo-
ſtolicam, in vlt. not. de his, quæ fiunt à Prælat. Surd. con-
ſil.111. num.11. Menoch. d.conſ.151. num.47. & de arb.
iudic. caſ.114. ſub num.19. Peregr. de fideicommiſſ. articu-
lo 28. numero 10. verſ. cui addo, & conſil. 52. numero 22.
lib.1. & ideò ſic arguendo benè ſequitur, quòd reddi-
tu non diminuto non diminuatur legatum, ſed quòd au-
cto augeatur, id non infertur, & ſanè legatum taxatum
63 ad certam quantitatem, vt hîc, non recipit augmen-
tum, l. Lucius, §. quæ habebat, vbi Baldus, ad Tre-
bellian.

Hæc igitur noſtra interpretatio amplexanda videtur,
quia ad fauorem hæredum contra legatarios ſemper ſtri-
ctè interpretamur, vt quod minimum eſt, debeatur, l. 64
nummis, ff. de leg.3. l. apud Iulianum, §. ſcio, & l. ſi ita
ſcriptum, §.fin. vbi gloſſ. Alex. Aret. Iaſ. & alij, de le-
gat.1. Bart. in l. cùm auus, ad fin. de condit. & dem. Dec.
& Cagn. in l. in teſtamentis, de reg. iur. Dec. conſil. 93.
num.3. vbi loquitur in legato vxori facto. Menoch. con-
ſil.236. num.10. 11. Peregr. dict. conſil. 41. num.22. te-
ſtator enim cenſetur voluiſſe grauare hæredem minùs
quàm fieri poſſit, ad textum in l. vnum ex familia, §. ſi 65
rem, ff. de leg.2. Dec. & Cagn. in d. l. in obſcuris. Gram-
mat.conſ.145.num.18.Dec.conſ.475.num.14.Pariſ.conſ.79.
num.25.lib.2.Crauet.conſ.208. num.4. Menoch. conſ.236.
num.10.Peregr.d.conſ.51.num.22.

Et quamvis talia ſoleant declarari, vt non procedant
in legatis, quæ fiunt conſanguineis, & coniunctis, pro
quibus ſolet fieri lata interpretatio, l. ſi ſeruus plurium,§.
fin. de leg.1. l. Aurelius, §.Titius, vbi Bart. de liberat. leg. 66
Corn. conſ.2. lib.2. Cephal. conſ.14. num.22. Menoch.
conſ.210. num. 38. & conſ.279. num. 10. Surd. conſil.72.
num.16. & deciſ.88.num.17. tamen hæc declaratio ceſſat,
vbi ſimiliter hæredes grauati ſunt coniuncti, vt in caſu
noſtro, tunc enim adhuc interpretandum eſt pro hæ-
redibus, vt ad minimum teneantur, quia reuertimur ad
primam regulam. Bald. in l. cùm alienam, num.9. in fin.
C. de legat. Bald. & Imol. in l. cùm pater, §. euictis, ff. de
leg.2.Corn.conſ.155.num.3. lib.3. Gratian. diſc. for.c.988. 67
num.8. lib.5. etenim priuilegiatus contra priuilegiatum
non gaudet priuilegio, l. ſed & milites, §. coæqualitas,
de excuſat. tut. l. fin. §. exceptio, qui pot. in pign. hab.
Crauet. conſ.966. numero 32. Pariſ. conſil. 53. numero 64.
lib.3. Socin. Iun.conſ.74.num.21.lib.1. Surd.de alim. tit.9.
quæſt.30. num.47.

Accedat, quòd legatum factum coniunctæ perſonæ
vtique latè accipitur,ſcilicet ad hoc, ne pereat, ſi fortè
dubitaretur de eius validitate,vel inutile fieri ſtuderetur,
non autem vt extendatur,& ideò ſi quæritur,an plus, vel
minùs in legato contineatur, coniunctio nihil operatur, 68
ad textum in l. ſi mihi Mæuia, ff. de leg.3. l. quæſitum, §.1.
de leg.1. l. fin. §. 1. de leg.2. Magon. deciſ. Flor. 146. nu-
mer.18. Odd. conſ.69. num.28. Peregr. conſ.81. numer. 9.
lib.3. Honded. conſil.63. numero 49. lib.1. immò ad pro-
poſitum noſtrum multi volunt, quòd legatarius non
poſſit vti beneficio, l. cùm alienam, C. de legat. per quam
diſponitur valere legatum rei alienæ factum coniunctæ
perſonæ, ſi pariter hæres ſit coniunctus. Vaſquez de
ſucceſſ. creat. lib.3. §. 23. limit.18. num.33. verſ. nam vt 69
legatum; duobus enim priuilegiatis concertantibus po-
tior eſt cauſa debitoris. Peregr. conſ. 77. num. 39. lib.1.
Verum eſt igitur, quod cauſa, propter quam legatum
reſtringitur, ſemper potior cenſetur. Alciat. in l. ſerui
electione, § 1. num.3. ff. de leg.1. quòd hîc multò magis
procedit,vbi hæredes habitant in loco domicilij teſtato-
ris, quos idcircò magis dilexiſſe cenſetur. Menoch. de
præſ.lib.4.præſ.16.num.12. in fin. Sic igitur iuri conuenire 70
cenſeo, & in eandem ſententiam conuenerùnt Excellen-
tiſſimi Iuriſconſulti Ioan. Franciſcus Coccapanius, An-
tonius Rebecchus, & Ludouicus Puzzolius conciues
mei,qui allegationibus etiam prædictis ſua manu ſe ſub-
ſcripſerunt.

## CAPVT XLVIII.

### EPITOME.

An Epiſcopus, & forum Eccleſiæ poſſit punire
laicos falſum in eius cauſis deponentes,
vel ad deponendum ſubornantes.

SVMMA



### SVMMARIVM.

1 Inquiſitor vti delegatus non cognoſcit de falſitate coram ſe commiſſa.
2 Laicus falſum dicens in foro Eccleſiæ,ab Eccleſiaſtico iudice punitur.
3 Falſitas commiſſa in foro Eccleſiæ eſt mixti fori.
4 Laicus ratione delicti efficitur ſubditus Eccleſiæ.
5 Clericus exemptus punitur à iudice Eccleſiaſtico non ſuo, ſi coram eo delinquit.
6 Regulares puniuntur ab Epiſcopo, ſi coram eo delinquunt.
7 Epiſcopus punit laicos offendentes eius miniſtros in exercitio ſui muneris.
8 Cedulones excommunicationis qui deturpant,puniuntur ab Epiſcopo.
9 Laicos dicentes, Che ſcommunica, punit Epiſcopus, & Inquiſitor.
10 Laicus Iudex an puniat clericum coram ſe falſum dicentem.
11 Clericus falſum dicens in foro laici, ab eo non poteſt puniri.
12 Laicus Iudex non fit competens in clericum ratione incidentiæ.
13 Iudex ſine imperio quomodo puniat falſum teſtem.
14 Epiſcopus poteſt punire teſtem laicum falſum pœna ordinaria.
15 Falſitas extra acta commiſſa à quo Iudice puniatur.
16 Iudex non ſuus poteſt punire teſtem falſum.
17 Fraus poteſt committi tacendo.
18 Teſtis falſum dicens Florentiæ vigore remiſſorialium iudicis Peruſini poteſt puniri Peruſij.
19 Competentia fori cognoſcitur ex natura cauſæ.
20 Extenſio poteſt fieri in materia l.nullum,C.de teſtib.
21 Falſitas punitur à iudice non ſuo, non ſolùm in teſte, ſed etiam in aliis.
22 Subornans ad falſum punitur etiam à iudice non ſuo.
23 Subornans teſtes dicitur falſum committere.
24 Corrumpens teſtem punitur pœna falſi, etiamſi ſit tertius.
25 Extenſio fit ex identitate rationis.
26 Corrumpens,& corruptus ſunt correlatiua.
27 Correlatiuo in vno diſpoſitum habet locum in alio.
28 Corrumpens teſtes punitur,licèt teſtes non aſſenſerint.
29 Falſitas nemini nocens punitur extra ordinem.
30 Corrumpens punitur,licèt non ſit pars litigans.
31 Subornato,vel corrupto an credatur,ſi non aſſenſit.
32 Epiſcopus ſemper punit pœnis Eccleſiaſticis,non attenta præuentione.
33 Iudex qui non eſt,efficitur ratione connexitatis,vel offenſa iuriſdictionis.
34 Inquiſitor eſt dignior Ordinario.
35 Epiſcopus poteſt punire ſubornatorem laicum.
36 Inquiſitor an poſſit procedere contra falſarium.
37 Delegati iudicis iuriſdictio eſt debilior, quàm ordinarij.
38 Ordinarius punit falſum teſtem non ſubditum pœna etiam ordinaria.
39 Delegatus poteſt punire teſtem coram ſe falſum dicentem.
40 Inquiſitor punit falſos teſtes, & ſubornatores in eius cauſis.
41 Laici licet exempti ſint,tamen efficiuntur de foro Eccleſiæ ratione delicti.
42 Lex nullum,C.de teſtib.loquitur de iudice non ſuo.
43 Iudex ciuilis an puniat teſtem coram ſe falſum dicentem.
44 Falſitas non notoria non punitur à iudice non ſuo.
45 Teſtis falſus quomodo puniatur à iudice non ſuo, coram quo falſum dixit.
46 Inquiſitor an poſſit procedere per inquiſitionem contra teſtem falſum.
47 Inquiſitor, & Epiſcopus non poſſunt punire alter ſine altero.
48 Martha de iuriſdictione declaratur.
49 Epiſcopus an poſſit formare nouum proceſſum contra laicum falſarium.
50 Ratio eſt anima legis.
51 Doctoris dictum intelligitur ſecundum doctrinas allegatas.
52 Correlatiua admittunt extenſionem.
53 Corruptionis attentatio punitur,ſicut corruptio.
54 Inquiſitor fungitur vice Ordinarij.
55 Incidens quæſtio facit iudicem,qui non erat.
56 Iudex laicus impediens Eccleſiaſticos,ne ſua iuriſdictione vtantur,eſt excommunicatus.
57 Laicus tentans corrumpere teſtem fori Eccleſiaſtici,punitur ab Eccleſiaſtico ex decreto S.C.

Ne ſcribam vanum,duc pia Virgo manum.

CVm de anno ſemper memorabili 1630.ob infelicem
illius magnæ peſtilentiæ memoriam in Curia Epi-
ſcopali Regij R. D. Carolus Bertolanus inquireretur de
pluribus delictis grauibus, dum pro parte ipſius fierent
defenſiones D.Franciſc.Bertolanus eius frater,qui defen-
ſiones pertractabat, ſubornauit multos teſtes partim ad
ſe retractandum, partim ad dicendum falſum, licet ipſi
non ſint paſſi ſe corrumpi: re autem manifeſta, ego,
qui tunc temporis eram Vicarius generalis, dictum D.
Franciſcum inter reos conſtitui debitis præcedentibus
indiciis,ſed quia laicus erat, recurſum habuit ad D.Præ-
torem Regij, qui tunc erat Doctor Fuluius Ferrarius, &
ſic orta eſt controuerſia iuriſdictionalis inter forum Ec-
cleſiæ, & Principis ſæcularis; dicebat enim ille Prætor,
quod forum Epiſcopi non poteſt procedere contra ſu-
bornantem teſtes in eius Curia,quia cognitio, & punitio
priuatiuè ſpectat penitus ad iudicem laicum,ſi ille ſubor- 1
nans ſit laicus,& probat id ex Decian.conſil.94.num.2. &
14.in fin. lib.2. Baiard. ad Clar.§.falſum,num.24. Bertaz.
conſ.crim.72.num.2.lib.1.& ex aliis ſatis eleganter ſcriptis
in eius conſultatione.

Verùm hanc controuerſiam inutilem eſſe puto, quia
pro Eccleſia res clara videtur, ſiquidè eſt in iure clarum,
quòd laicus falſitatem committens, vel alio modo delin-
quens coram iudice Eccleſiaſtico,vel in cauſis ad eius fo- 2
rum ſpectantibus, poteſt non ſolùm inquiri, & puniri à
ſuo iudice laico,ſed etiam ab ipſo Eccleſiaſtico,& à quo-
cumque alio indice,cuius iuriſdictio ſic offenditur, adeo
vt ſit locus præuentioni, quia hoc caſu falſitas, & deli-
ctum cenſetur mixti fori in tantùm, quòd ſi Eccleſiaſti-
cus præuenerit, valet iudici laico inhibere: ita tenent
omnes per textum in l.nullum,vbi Bald.Caſtr. Salic.C.de 3
teſtib.Afflict.deciſ.219.num.3.4.Couar.pract.qq.cap.18.n.8.
verſ.ſed & in hac re,Franch.deciſ.147.n.4.5. Boſſ. in prax.
tit.de falſ.num.107.Rol.conſ.12.num.17.23.lib.2. Farinac.
quæſt.8.num.27.& quæſt.67.num.31.Caluac. de teſt,part.3.
num.61.pulchrè Prax.Achiep. Neapol. cap.10. num.4.5.
vbi inquit etiam,quod Curia Archiepiſcopalis ſolet con-
demnare teſtes ſic falſum dicentes,licèt laicos, ad trire-
mes,& fuſtigari facere per ciuitatem:hos ſequitur Mart.
de iuriſdiction. indic.part.4. caſ.128.num.27.latè Graſſ. de
effect. cler. eff.1. num.1153. vbi plurimos allegat. Bellet.
diſq.cler. part.1. tit.de fauor. cler. real.§.5. num.11. 14. &
ego in hac eadem cauſa torquere feci Bartholomæum
Violam per tres partes vnius horæ, quia indiciabatur
valdè,quod falſum dixiſſet; ſed quia ſuſtinuit in tormen-
tis, fuit dimiſſus.

Hæc enim nimis offendunt aures iudicis illius cauſæ,&
eius iuriſdictionem perturbant, vnde à non ſuo iudice
poteſt puniri, quia ratione delicti efficitur ſubditus per 4
dictam l.nullum,C.de teſt. & propterea clericus exemptus
à iuriſdictione Epiſcopi,vel alterius diœceſis ſi falſum di-
cat coram iudice Eccleſiaſtico non ſuo, poteſt tamen ab
eo puniri,non obſtante exemptione. Couar. d.c.18. ſub. 5
n.8. Rol.d.conſ.12. n.52.lib.2.latè Graſſ.d.effect.1.n.1164.
quod procedit etiam in Regularibus,qui falſum dicunt, 6
vel iniuriam inferunt Epiſcopo,ſeu eius Vicario iuriſdi-


ctionem

ctionem exercenti,vel eius aures offendunt, aut turbant
eius iuriſdictionem : nam poterunt ab eodem Epiſcopo,
vel eius Vicario puniri , licèt ſint exempti. Bellet. *diſq.
cler.d.*§.5.*num*.20.21.

Vnde eſt , quod Epiſcopus , & eius Vicarius poſſunt
punire laicos,& alios exemptos, qui offendunt curſores,
officiales , aut miniſtros ſuæ Curiæ munus ſuum exe-
quentes ratione offenſæ iuriſdictionis , quæ delicto pro-
7 rogatur, ad textum *in l. addictos*,vbi Caſtr. *C.de Epiſcop.
aud*. Boer. *deciſ*.9. *num*.14. Franch. *d. deciſ*.147. pulchrè
Prax. Archiep.*cap*.11.*per totum*.Bellet.*d.* §.5.*n*.22. & eo-
8 dem modo poterunt punire etiam laicos deturpantes,vel
lacerantes excommunicationis cedulones de eorum man-
dato affixos , vel qui audent dicere in contemptum cen-
ſuræ , *Che ſcommunica , che ſcommunica* , vt inquit Mar-
9 cus Anton. Columnn. relatus per Franc. Pegn. *in* 3. *part.
Director. Inquiſitor. comm*.24.Prax.Archiep. *cap*.8.*num*.6.
8.Bellet.*d*.§.5.*num*.25.

Et licèt multi teneant hoc etiam procedere in clerico
falſum dicente coram Iudice laico, vt ab eo poſſit puniri
10 ſaltem in bonis,vt latè per Decian.*tract.crim.lib*.4.*cap*.9.
*num*.82.tamen verius eſt,& receptius,quòd laicus Iudex
non poſſit punire clericum falſarium , vel coram eo de-
linquentem , quia eſt incapax iuriſdictionis in clericos,
quia idcirco non poſſunt eius iuriſdictionem prorogare,
& ei ſe ſubmittere ; & propterea hoc caſu Iudex laicus
poterit quidem cauſam terminare, & diſpoſitionem cle-
rici irritare, non tamen clericum in perſona , vel in bo-
11 nis,aut alio modo punire : ita per textum *in c.ſi diligenti,
de for.compet*.Specul.*de teſte*,§.1.*num*.46. Salic. *in d.l.nul-
lum,num*.4.*C.de teſt*.Couar.*d.cap*.18.*num*.8. *verſ. modo te-
ſtis*,vbi de communi : latè Rol. *conſ*.12.*num*.34.35.*lib*.4.
Menoch.*de arbitr.iudic.quæſt*.91.*num*.18.*in fin*.Farinac. *de
teſt.quæſt*.67.*num*.54.56.Caluac. *eod.tract.part*.3. *num*.61.
Marth.*de iuriſdiction. d. caſ*.128. *num*.9. *& ſeqq*. latiſſimè
Graſſ.*d.eff*.1. *num*.1148. Iudex enim laicus etiam ratione
incidentis, vel emergentis non poteſt iudicare clericum.
12 Decian.*tract.crimin. lib*.4.*cap*.30. *num*.3. Gratian. *diſcept.
for*.226. *num*.8.

Si ergo aliqua eſt difficultas in hac quæſtione , an Iu-
dex non ſuus poſſit punire teſtem coram eo falſum de-
ponentem,ea viget in eo, qui non habet merum, & mix-
tum Imperium, & cauſas criminales non poteſt tractare,
iſte enim tantùm poterit ex officio , & extraordinariè
13 punire,vt per Angel.*de maleſ.verb. falſario, num*.24. Mar-
ſil.*in l*.1.§.*præterea,num*.27.*ff.ad l. Cornel. de ſicar*. ſed in
Epiſcopo nulla eſt difficultas , qui cum poſſit de crimine
cognoſcere, poterit etiam huic teſti pœnam ordinariam
14 imponere.Boſſ. *in prax.tit.de falſ.n*.107.& ſi DD. admit-
tant locum eſſe præuentioni , tamen maius dubium con-
ſtituunt in laico,an procedere poſſit,quàm in Eccleſiaſti-
co,de quo nil controuertunt,vt videre eſt apud Afflict. *d.
deciſ*.219.*num*.3.Franch.*d.deciſ*.147.*num*.5.

In hac autem materia animaduertendum eſt, quòd ad
obtinendum effectum dictæ legis *nullum,C.de teſtib*. non
eſt neceſſarium falſitatem teſtis, vel alterius eſſe commiſ-
ſam in actis,vel præſentialiter coram Iudice;ſufficit enim
falſitas ad cauſam pertinens etiam extra acta commiſſa.
15 Anch.*conſ*.173.*num*.8.*in fin*.quòd ſatis probatur etiam ex
tenore ipſius legis, in qua datur facultas cuicumque Iu-
dici puniendi non ſolùm falſitatem , ſed etiam fraudem,
16 & non ſolùm verborum improbitatem , ſed etiam rei
qualitatem , ( quæ certè extra acta eſſe poſſunt ) poſſunt
enim pertinere ad cauſam,nam fraus committitur etiam
tacendo,vt inquit Bald.*in d.l.nullum,num*.4.vbi Caſtr.*n*.4.
Salic.*num*.2.Prax.Archiep. *d.cap*.10.*num*.5. & tamen ta-
17 citurnitas non ſolet ſcribi in actis , vt notum eſt , & ille
teſtis , qui deponit Florentiæ vigore remiſſorialium iu-
dicis Peruſini poteſt puniri Peruſij,ſi falſum depoſuerit,
18 licèt non deliquerit præſentialiter coram iudice Peruſi-
no, teſte Bald. *in d. l. nullum, num*.9.10. vbi Salic. *num*.7.
*verſ.quod facit, C.de teſt*. Specul.*de teſte*, §.1.*num*.45. Ber-
taz.*conſ*.72.*num*.19.*lib*.21.Farin. *de teſt.quæſt*.67. *num*.33.
34. vbi de communi. Ex quibus cognoſcitur non requi-
ri præſentiam corporalem Eccleſiaſtici iudicis,neque ne-
ceſſarium eſſe falſitatẽ talis teſtis fuiſſe in actis redactam
ad finem,vt talis falſarius licèt laicus poſſit puniri à iu-
dice Eccleſiaſtico , ſed ſatis eſſe, ſi delinquat, vel falſum
committat in pertinentibus ad cauſam , quia in hac
materia ad cognoſcendam Iudicis competentiam ſo-
lùm ponderanda eſt natura cauſæ , cuius fori ſit : ita
Anchar. *dict. conſ*.173. *numero* 8. *verſic. quantum* : quæ 19
deſeruiunt ad tollenda multa, quæ ex aduerſo motiuan-
tur.

Deinde animaduertendum eſſe puto , diſpoſitionem
dictæ legis *nullum,C. de teſtib*. poſſe extendi , & ampliari 20
etiam ad alias perſonas ex identitate , vel maioritate ra-
tionis, quia licèt loquatur in teſte falſum deponente co-
ram iudice non ſuo,vt non poſſit ab eo puniri,tamen lo-
cum quoque habet contra Notarium,Procuratorem,Ad-
uocatum, vel alium tertium delinquentes in cauſis iudi-
cis non ſui,vt benè inquit Bart. *in d.l.nullum,num*.8.& *in* 21
*l.ſi quis obrepſerit, ff. de falſ*. Marſil. *in l*.1. §.*præterea, nu-
mero* 27. *ff. ad l. Cornel. de ſicar*. Bertaz. *conſ*.72. *num*.3.
*lib*.1. Prax. Archiep.Neapol. *dict. cap*.10. *num*.6. Bellet.
*dict*.§.5. *num*.16. vbi enim eadem ratio, ibi debet eſſe ea-
dem iuris diſpoſitio , quòd ſeruiat ad tollendum multa
circa extenſionem non faciendam.

Hinc facile eſt concludere,quod ſicut teſtis falſum de-
ponens,ita ſubornans, vel corrumpens,ad falſum dicen-
dum , aut verum tacendum , aut ſe retractandum poſſit
puniri à iudice non ſuo,velut Eccleſiaſtico,hoc enim eſt
æquale, vel maius delictum circa idem ſubiectum, & ex
eadem materia , perturbat enim iuriſdictionem iudicis
Eccleſiaſtici, cuius iudicium ſubuertere tentat , inſtigat,
vel mandat , ita poſt Simanc. *de Cathol. inſtit. capit*. 64. 22
*numero* 96. Peña *in* 3. *lib. Director. Inquiſitor. comm*.122.
*verſicul. quantum* , & *verſ. ad quæ*. Claud. ad Bertaz. *dict.
conſ*.72. *littera B* , *lib*.1. Læl. Zecch. *in ſumm. part*.1.
*tit. de fid. cap*.11. *num*.14. *verſ. quod ſi teſtes*. Farinac. *de
hæreſ. quæſt*.188. *num*.40. vbi damnat contrarium ſen-
tientes.

Et hæc non eſt dicenda extenſio dictæ legis *nullum*,ſed
potiùs comprehenſio, quia tam falſarius teſtis, quàm te-
ſtes corrumpens , vel ſubornans dicitur falſum commit-
tere, & eadem falſi pœna tenetur, ad textum *in l*.1. iun- 23
cta gloſſa *in verſic. coiret* , *ff. ad l. Cornel. de falſ*. Specul.
*de teſte*,§.1. *num*.46. *in fin*. Clar. *in prax*.§. *falſum,num*.4.
*verſ.ſubornans*,vbi Baiard.*num*.12. Pet.Rebuff.*de teſt.gl*.7.
*num*.46.Gram.*conſ*.1.*num*.13. Theſaur.*qq.forenſ*.15.*num*.1.
Farinac. *de teſtib. quæſt*.67. *num*.258. Tuſch.*littera F, con-
cluſ*.58. *num*.2. quod procedit, ſiue corrumpens,aut ſub-
ornans ſit pars litigans , ſiue tertius , quia ſemper pœ- 24
na falſi punitur.Salic *in d.l.ſi falſos,num*.3.*C.ad l.Cornel.de
falſ*.Dec.*in c.præterea,num*.5.*de off.deleg*. Bertaz. *conſ*.218.
*ante numerum* 1. & *num*.8.9. *lib*.1. Farinac. *dict. quæſt*.67.
*num*.259.

Quod ex abundanti ſit dictum, quia etiamſi hæc eſſet
extenſio , tamen permitteretur propter identitatem ra-
tionis. Claud. ad Bertaz. *dict. conſ*.72. *littera B*. Etenim 25
ſubornans , & ſubornatus , ſeu corrumpens , & cor-
ruptus ſunt correlatiua. Grammatic. *conſ*. 35. *num*.14.
Menoch. *de arbitr. iudic. caſ*.343. *num*.1. & ideò diſpo-
ſitum in vno habet locum in altero etiam reſpectu pœ-
næ. Grammatic. *dict. conſil*.35. *num*.14. Bellet. *diſq. cler.
part*.1. *tit. de exempt. cler. à ſtatut*. §. 4. *num*.5. ideò ſicut 26
Iudex Eccleſiaſticus , & non ſuus poteſt punire teſtem
coram ſe falſum deponentem , licet non ſubditum, ita 27
poterit punire ſubornantem , vel corrumpentem , aut
mandantem.

Et licèt ſubornatio non habuerit effectum , eo quòd
teſtes non ſunt paſſi ſe corrumpi, tamen adhuc prædicta
procedunt,& falſi pœna intrat,quia quoad ipſum ſubor-
nantem perfectum eſt delictum , cùm in iure certum ſit
falſi



falſi pœna puniri ſaltem extra ordinem eum ; qui teſtes
corrumpit,vel ſubornat,licèt teſtis non aſſenſerit ſubor-
nationi,quia in hoc delicto tentans corrumpere habetur
pro corrumpente,& attentatio corruptionis punitur, ſi-
28 cut corruptio.Bald.*in Auth.nouo iure,verſ.quæro quid,C.de
pœn.iudic.qui malè iud*.Marſil.*in l*.1.§.*ſed & ſi quis,num*.3.
*ff.de falſ*. Vrſill. *ad Afflict.deciſ*.21.*num*.3. Grammat.*dict.
conſ*.1. *num*.13. Farinac. *d. quæſt*.67. *num*.258. Baiard. *ad
Clar*.§.*falſum, num*.13. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ*.343.
*num*.20.pulchrè Boer. *deciſ*.319.*num*.6. Bertaz. *conſ*.218.
*num*.6.*lib*.1.benè Caball. *caſ*.144.*num*.3.4.5. *part*.1. Ca-
ualc.*de teſt.part*.3.*num*.71.falſum enim committit, quoad
ſe,licèt inſtrumentum non ſeruierit, vnde non debet im-
punè ſe habere,quia etiamſi falſitas nemini nocet,tamen
29 falſarius pœna ſaltem extraordinaria puniendus eſt. Me-
noch.*de arb.iudic.caſ*.306.*num*.10.23.30.Surd.*deciſ*.282.
*num*.18. Farinac. *de falſ. quæſt*.150. *num*.291. Baiard. *ad
Clar*. §. *falſum* , *num*.13. Barboſ. *de offic. Epiſcop. part*.3.
*alleg*.51.*num*.30.

Et hæc procedunt etiamſi iſte ſic tentans corrumpere
abſque tamen effectu non ſit pars litigans,ſed tertius,ad-
huc enim pœnam extraordinariam non poteſt effugere,
30 licèt nemini nocuerit.Afflict. *lib*.3.*conſt.Regn. rubr*.40. *in
conſt.qui falſitatem, in princ. ſub num*.1. Caball. *d.caſ*.244.
*num*.6. in tantùm, quòd ſi ille, qui non eſt paſſus ſe cor-
rumpi,aut ſubornari,vnicus ſit,facit graue indicium con-
tra tentantem, ſi verò duo , aut plures eum poſſunt con-
uincere , ſi ſint omni exceptione maiores , quia nullum
habent intereſſe,& commendandi ſunt in ſua reſiſtentia,
31 Bald.*conſ*.439.incipit:*An mandatarius*,*lib*.3.Aret. *conſ*.13.
*col*.12.pulchrè Gram.*conſ*.1.*num*.12.Vulpel. *conſ*.103.*n*.1.
*in fin. & ſeqq*. Farinac. *quæſt*.45. *num*.29. Giurb. *conſ*.64.
*num*.1. Bertaz. *conſ.crim*.451.*num*.8. *lib*.2.

Ex his certi reddimur , poſſe Epiſcopum non ſolùm
punire teſtem laicum falſum deponentem in eius cauſis,
ſed etiam ſubornantem , & in punitione præferri iudici
laico,ſi ipſe præuenerit, immo,data etiam præuentione,
adhuc Epiſcopus poterit eos mulctare pœnis Eccleſiaſti-
32 cis diuerſis ab iis,quas laicus iudex impoſuerit,vt ſemper
euenit in his, quæ ſunt mixti fori. Rol. *conſ*.12. *num*.22.
*lib*.2.Afflict. *deciſ*.219. *num*.6. vbi vlteriùs dicit, quòd li-
cèt iſte falſus teſtis fuiſſet abſolutus à iudice laico,adhuc
poterit condemnari ab Eccleſiaſtico,ſi meliores habebit
probationes,quod eſt valde notandum,de quibus non eſt
mirandum, tum quia ratione connexitatis, & dependen-
tiæ ille,qui non eſt iudex competens,iudex efficitur. In-
33 noc.*in c.cùm M.Ferrar. in fin.de conſt*. Boſſ. *in prax. tit.de
for.compet.num*.117.121.Bellet.*diſq. cler.d*.§.5. *num*.12.13.
ſicut etiam ratione offenſæ iuriſdictionis , qui aliàs non
erat Iudex,tamen efficitur, *d.l. dullum*,vbi DD.*C.de teſt*.
Franch.*d.deciſ*.147.*num*.3.pulchrè Prax.Archiep. Neap.
*cap*.11.Bellet.*diſq.cler.d*.§ 5.*num*.22.

Non obſtat modo,quòd ea, quæ diximus de ſuborna-
tore,poſſint procedere in foro Inquiſitionis , qui eſt de-
legatus ad vniuerſitatem cauſarum , & ab aliquibus di-
gnior dicitur ordinario,propter quod dici poterit, quod
34 poſſit punire non ſolùm teſtem falſum,ſed etiam ſubor-
natorem. Nam reſpondetur idem eſſe in Epiſcopo,prout
35 de vtroque loquitur Læl.Zecch.*d.tit de fid. cap*.11. *verſ.
quod ſi teſtes*,Repert.Inq.*d.verb.teſtes,verſ.nunc videndum*.
Verùm de Epiſcopo non erat dubium , quia etiam ſolus
poſſet procedere.Card.Zabar.*in Clem*.1. *verſ duro,num*.3.
*in fin.de hæret*. ſed dubium verſabatur in Inquiſitore, qui
cum ſit delegatus ad cauſam hæreſis,videbatur non poſſe
cognoſcere de cauſa falſitatis,vt per Dec. *d.conſ*.94. *n*.2.
*lib*.2.Bertaz. *d.conſ*.72. *num*.13.14. *lib*.1. eo, quòd multi
teneant iudicem delegatum etiam à Principe non poſſe
punire teſtem coram eo falſum deponentem , vt videre
36 eſt apud Iaſ. *in l*.1.§ *qui mandatam, num*.7. *ff de off. eius,
cui mandat. eſt iuriſdict*. Dec. *in c. præterea,num*.5. *de off.
deleg*. Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt*.91. *per totam*, quod
ceſſat in Epiſcopo,qui habet ordinariam iuriſdictionem,
& ideò ſi poteſt Inquiſitor,multò magis poterit Epiſco-
pus,quia ipſe habet firmiorem iuriſdictionem;etenim iu-
dicis delegati poteſtas , & iuriſdictio eſt debilior,magis 37
ſtricta,& minùs fauorabilis,quàm ordinaria. Arch.*in cap.
ſi quis Epiſcopus* 1. *quæſt*.6. Bald. *in l. vt proponis* , *la* 1.
*verſ. ſed hic dubitatur*, *C. quomodo, & quand. iudic*. Alex.
*in rubr ff. de off. eius,col*.1. Gratian. *diſc. for*.960.*num*.38.
41. *lib*.5.

Et ſanè in Epiſcopo,& iudice ordinario,qui habet im-
perium , & punitionem criminalitatis non erat dubium,
quin poſſet punire teſtem coram eo falſum deponentem,
licèt laicum,tam pœnâ ordinariâ , quàm extraordinariâ,
vt bene Angel. *tract. de malefic. verb. falſario* , *num*.24. 38
Marſil.*in l*.1.§.*præterea,num*.27 *ff.ad l.Cornel.de ſicar*.Boſſ.
*in prax.tit.de falſ.num*.107.*verſ.ſi eſſet ordinarius*,Bertaz.*d.
conſ*.72.*num*.13.ibi : *niſi ſit ordinarius*,*lib*.1.Zabarell.*in d.
Clem*.1.*verſ.duro,n*.3.*in fin*.Verùm ſi quoad forum Inqui-
ſitoris differentia illa inter teſtem falſarium , vel ſubor-
nantem vaniſſima reputata eſt, quia vtrumque puniri va-
let,quantò magis idem erit cenſendum in Epiſcopo.

Si enim conſiderentur Decian. & Bertaz. ex aduerſo
allegati , dum excludunt Inquiſitorem ab hac poteſtate,
vtique ſe fundant in eo , quòd ſit delegatus tantùm ad
cauſam hæreſis , ad quam habeat limitatam iuriſdictio-
nem.Sed inanis eſt hæc ratio ex multis, & præcipuè quia
etiam delegatus Principis ad cauſam, vel cauſas crimina-
les alicuius expreſſi generis , poteſt cognoſcere de cauſa
falſitatis coram eo incidente , & punire falſarium pœnâ
ſaltem arbitrariâ : latè Iaſ. *in d. l*. 1. §. *qui mandatum*, 39
*num*.7. *ff. de off. eius*. Henric. Boic. *in cap*.1. *num*.3. *verſ.
ſed per viam* , *de crimin. falſ*. Dec. *in c. præterea* , *num*.5.
*de off. deleg*. Curt. Iun. *in d*. §. *qui mandatam* , *numer*.14.
Moncad. *ad Crot. de teſtib. part*.9. *num*.38. Boſſ. *in prax.
tit. de falſ. num*.103. 107. Vrſill. *ad Afflict. deciſion*.230.
*num*.3.Farinac. *de teſt.quæſt*.76. *num*.48.49. & *quæſt*.188.
*num*.40. Graſſ. *de eff.cleric.d.eff*.1.*num*.1160. & in ſpecie
de Inquiſitore, vt poſſit punire falſarium, & ſubornato-
rem in eius cauſis tenent Simanc. *dict. cap*.64. *num*.96. 40
Repert. Inquiſ. *d. verb. teſtes, verſ. nunc videndum* , Peñ.
*d. com*.122. *verſ. atque hoc*, & *verſ. idem dicas*, Claud. ad
Bertaz. *d. conſ*.72. *littera B*, Zecch. *d. cap*.11.*num*.14.Fa-
rin.*d.quæſt* 188.*num*.40.Ergo multò magis idem cenſen-
dum eſt de Epiſcopo, vt omnia ſupradicta fortiùs poſſit,
cùm habeat iuriſdictionem firmiorem.

Non obſtat igitur laicos eſſe regulariter exemptos à
iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici in prophanis ; namque
id iam ſublatum eſt,cùm ratione delicti efficiantur in hoc
caſu propter falſitatem ſubiecti vigore *d. l. nullum, C. de* 41
*teſtib*.quæ in verbis dat iuriſdictionem iudici non ſuo,&
fruſtra occuparet membranas, ſi aliter de proprio iudice
intelligeretur,vt inquit Iaſ.*in d.l*.1.§.*qui mandatam,num*.7. 42
*ad fin.verſ.tamen in hoc*,Couar *d.cap*.18. *num*.8.*verſ. is au-
tem Iudex*.Farinac.*d.quæſt*.67.*num*.26. Franch.*d.deciſ*.147.
*num*.5.ad rem Decian.*tract.crim.lib*.4.*cap*.30.*num*.7. *verſ.
nota*.

Secundò non obſtat , quòd etiamſi Iudex Eccleſiaſti-
cus eſſet competens contra falſum teſtem laicum,non ta-
men ſic competens contra ſubornantem,ex Farin *de teſt.
quæſt*.67.*num* 42.43.Nam reſpõdetur hoc fundamentum
iam latè fuiſſe ſublatum ratione,& authoritate,quia idem
eſt delictum, & in eo militat eadem ratio , & nunc addi
poteſt Farinacium loqui de iudice cauſarum ciuilium,
qui cùm non poſſit formare proceſſum ſuper criminali 43
tate,non erit mirum,ſi non poſſit cognoſcere de hac ſub-
ornatione , de qua inquirendo neceſſe eſt proceſſum
fabricare , quod non facit ad propoſitum de Epiſcopo:
ſic poteſt reſponderi ex Ang.*d.verb falſario,num*.24.Mar-
ſil.*d*.§.*præterea,num*.27.Boſſ.*d.tit.de falſ.num*.107. & aliis
ſuperiùs adductis.

Tertiò non obſtat,quòd Epiſcopus,vel alius Iudex in-
competens poſſit punire teſtem coram eo falſum depo-
nentem ſolùm , quando falſitas ex iiſdem actis conſtat,
ſecus

44 ſecus verò eſſe, ſi oporteat nouum proceſſum inchoare,
vt hic, ex Bertaz. *d. conſ.* 72. *num.* 13. 14. Eymer. *in Direct.*
*Inquiſ. part.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 4. Farinac. *d. quæſt.* 188. *num.* 41.
*in fin.* Marth. *de iuriſdiction. caſ.* 128. *num.* 27. 29. *part.* 4.
Nam hoc iam ſublatum eſt, ſed adhuc reſpondeo proce-
dere ſolùm in eo iudice, qui non habet imperium, & co-
gnitionem cauſarum criminalium; cùm enim iſte non
poſſit nouum proceſſum formare, oportet de falſitate ſibi
conſtare notoriè ex ſuo proceſſu, ſi vult hunc teſtem pu-
nire, quia non poteſt procedere per viam accuſationis: ita
Ang. Marſil. & Boſſ. in dictis locis.

Deinde reſpondeo illud procedere, quando Iudex vult
procedere ex officio ſine nouo proceſſu, durante eadem
inſtantia ad pœnam extraordinariam, tunc enim falſitas
debet eſſe notoria ex iiſdem actis; verùm ſi vult procede-
re per inquiſitionem, vel accuſationem, eo quod ſit Iu-
45 dex cum imperio, poteſt nouum proceſſum formare in
eadem, vel alia inſtantia, & procedere etiam ad pœnam
ordinariam, licèt alioquin non ſit ſuus: ita diſtinguit
Bald. *in d. l.* 1. *ſub num.* 1. *C. de calumn.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 5.
vbi Henric. Boic. *num.* 2. *de crimin. falſ.* ſequitur Boſſ. *d. tit.*
*de falſ. num.* 105. vbi inquit verba Abbatis videnda eſſe
cum diligentia. Salic. *in d. l. nullum, num.* 2. *verſ. vel die, C. de*
*teſtib.* Zabarell. *in d. clem.* 1. *verſ. duro, ſub num.* 3. & ibi Imol.
*num.* 6. *de hæret.* Eymer. *in Direct. Inquiſit. part.* 3. *quæſt.* 73.
*num.* 4. Claud. *ad Bertaz. d. conſ.* 72. *littera D*, vbi hanc di-
ſtinctionem veram appellat, quod verum eſſe credo, quia
ſi Epiſcopus poteſt imponere etiam pœnam ordinariam,
Boſſ. *d. tit. de falſ. num.* 107. vtique neceſſe eſt, vt poſſit
procedere etiam per inquiſitionem, & accuſationem, quæ
non ſupponunt rem notoriam, cùm requiratur proceſſus
fabricandus.

Animaduertendum eſt autem, quod Eymer. *d. loco*, &
Claud. ad Bertaz. *d. conſ.* 72. *littera B*, Farinac. *d. quæſt.* 188.
*num.* 41. *in fin.* ex aduerſo allegati, non bene intelligun-
46 tur, non enim dicunt Inquiſitorem procedere non poſſe
contra teſtem falſum per Inquiſitionem, ſed ſolùm non
poſſe illum punire ſine Epiſcopo, & è contra, & ratio eſt,
47 quia in cauſis S. Officij Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſ-
copus ſine Inquiſitore non poſſunt reum torquere, vel
ordinariâ pœnâ mulctare. Ita Eymer. *d. quæſt.* 73. *num.* 4.
vbi Peñ. *comm.* 122. *verſ. id tamen.* Farinac. *d. quæſt.* 188.
*num.* 41. Zabarell *d. verſ. duro, num.* 3. Læl. Zecch. *d. cap.* 11.
*verſ. quod ſi teſtes.* Quod non procedit, ſi velint teſtem fal-
ſum punire ex officio pœna leui extraordinaria, quia id
poſſunt facere ex eodem proceſſu, altero non requiſito:
vnde ſi admittunt DD. poſſe Inquiſitorem ex nouo pro-
ceſſu, licèt per ſe non valeat, punire, quantò magis
idem erit dicendum in Epiſcopo, & in cauſis non ſpe-
ctantibus ad S. Officium, in quibus non tenetur require-
re Inquiſitorem, neque in procedendo, neque in condem-
nando; & ideò doctrinæ ex aduerſo allegatæ magis fir-
mant hanc noſtram ſententiam.

Neque nocet Marth. *d. caſ.* 128. *num.* 27. 28. non enim
dicit Epiſcopum procedere non poſſe contra falſum te-
ſtem, niſi quando notoriè conſtat de falſitate, ſed bene di-
cit, quòd tunc clarè, & multò magis procedere valet, quæ
48 verba implicant etiam caſum falſitatis non notoriæ.
*Auth. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et licèt idem
Marth. *d. caſ.* 128. *num.* 29. magis ſtringere videatur, ſi
tamen bene conſideretur, facit potiùs pro nobis, nec
quidquam allegat contra nos, tantùm ſubobſcurè loqui-
tur, & non multùm conſideratè: propterea animaduer-
tere oportet eum ſuperiùs dixiſſe iudicem Eccleſiaſticum
poſſe inhibere laico in cauſis mixtæ iuriſdictionis, ſi ipſe
præueniſſet, videtur poſtea quærere, an id liceat, ſi facien-
dus ſit nouus proceſſus contra falſum teſtem, & videtur
concludere, quod non, quia reus laicus eſt de iuriſdictio-
ne ſæcularium, & vbicumque delinquat, ab eis punien-
49 dus eſt, in quo non excludit iudicem Eccleſiaſticum,
ne poſſit nouum proceſſum formare, ſed ne poſſit iudi-
ci laico præuenienti inhibere, & hoc verum eſſe dignoſ-
citur tum ex ratione, tum ex doctrinis ab eo allegatis;
inquit enim: *Et quod hæc falſitas ſit mixtæ iuriſdictionis,*
*ſcripſi ſuprà, & probat Afflict. & Franch.* Proptereaque
inibi iudicatum eſt præuentione decidi hunc caſum. Ra-
tio igitur mixti fori, & præuentionis palam facit Mar-
tham non ſentire, quod iudex Eccleſiaſticus excludatur
à confectione noui proceſſus, & allegata per Afflict. &
Franch. hoc idem probant: ergo non poteſt Martha 50
aliter intelligi, alioquin malè ſentiret, & ſanè ratio eſt
anima legis, & declarat mentem loquentis, *l. cùm ratio,*
*de bon. damn. c. conſuetudo, diſtinct.* 1. & dictum Doctoris 51
debet intelligi ſecundùm doctrinas, quas allegat. Bartol.
*in l. non ſolùm, §. ſi liberationis, ff. de liberat. leg.* Gratian.
*diſcept. for.* 706. *num.* 55. *lib.* 4. ideò concludendum eſt
Martham nobiſcum ſentire.

Quartò non obſtat, quod *d. l. nullum, C. de teſtib.* ſit pœ-
nalis, ideóque non extendenda, & cùm loquatur de te-
ſte, non poſſe ampliari ad ſubornantem; nam ſatis reſ-
ponſum eſt, poſſe extendi ex identitate rationis, & mul-
tò magis habere locum in ſubornante, & mandante.
Claud. ad Bertaz. *d. conſ.* 72. *littera B.* Vnde in correla- 52
tiuis, qualis eſt ſubornans, & ſubornatus, fieri poteſt
extenſio ex rationis identitate. Farinac. *in fragm. crimi-*
*nal. littera E, num.* 246. & quamvis huiuſmodi deli-
ctum non remaneret impunitum, ſi à ſolo iudice laico
puniretur, hoc tamen non facit, quin ſit locus præuen-
tioni, ex Afflict. *d. deciſ.* 219. *num.* 3. 4. Franch. *d. deciſ.* 147.
*num.* 4. 5.

Quintò non obſtat ſubornationem non habuiſſe effe-
ctum, eo quòd teſtes non ſunt paſſi ſe corrumpi, quia
iam vidimus id nihil officere, quia in ſubornante perfe-
cta eſt falſitas, & delictum, licèt non habuerit effectum. 53
Baiard. *ad Clar. d. §. falſum, num.* 13. Caball. *d. caſ.* 144.
*num.* 5. 6.

Sextò non obſtant rationes diuerſitatis allegatæ in
Inquiſitore, & in Epiſcopo, quæ non ſunt conſidera-
biles; ſi enim talia poteſt Inquiſitor, quia eſt delega-
tus, & fungitur auctoritate iudicis Ordinarij, *c. ne ali-* 54
*qui, de hæretic. in ſexto*; quantò magis idem licebit
Epiſcopo, qui habet iuriſdictionem firmiorem, nec
vllo modo limitatam ad cauſam hæreſis, & quod eſt
in ſubrogato, eſt etiam in eo, in cuius locum ſubroga-
tur, quia illorum eadem eſt natura, *§. fuerat, Inſtit. de*
*action.* Crauet. *conſ.* 425. *num.* 110. Riminald. Iun. *conſ.* 18.
*num.* 88. Hæc nimis patent.

Septimò ſi Dominus ex aduerſo conſulens admittit
Inquiſitorem poſſe procedere contra ſubornantem, eo
quòd eius proceſſus valet tam in cauſa principali, quàm
in incidentibus, & dependentibus ab ea, quæro ego
quomodo id negare poſſit in Epiſcopo, vtique hoc non
eſt ſpeciale in Inquiſitore, ſed commune cuicumque
iudici, quoniam etiam ille Iudex, qui non habet pote-
ſtatem principaliter, illam conſequitur ex incidenti in
cauſa, ad textum *in l. quoties, Cod. de iudic. cap. cauſa,* 55
*de reſtitut. in integr.* Bart. *in l. interdum, §. qui furem, ff.*
*de furt.* & *in l. ſolemus, ff. de iudic.* Dec. *in c. præte-*
*rea, numer.* 5. *verſ. ſecundò pro iſta, de offic. deleg.* Surd.
*conſ.* 280. *num.* 12. *lib.* 2. Gratian. *diſc. for.* 226. *numer.* 9.
*lib.* 2.

Concludo igitur poſſe Epiſcopum punire ſubornato-
rem teſtium examinatorum, vel examinandorum in eius
Curia, effectu etiam non ſecuto, certum eſt enim hũc fal-
ſum cõmittere, quia falſarius dicitur, vt vidimus; at falſum
non perpetrauit in cauſis laici fori, quia nullum de hoc
iudicium in ea pendet: ergo falſitas reducenda eſt ad fo-
rum iudicis Eccleſiaſtici, cuius iuriſdictio offenſa eſt, dum
quis eius iudicium perturbare conatur teſtes ſubornan-
do: cætera ex aduerſo allegata nihil officiunt, ideò cen-
ſeo iuſtũ fore, vt dictus Excellentiſſimus Prætor quieſcat,
& ampliùs non impediat forum Eccleſiæ, alioquin incur-
reret magnam excommunicationem reſeruatam in Bul- 56
la Cœnæ Domini, *can.* 16. contra impedientes Prælato Ec-
cleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur, latam, & fulmi-
natam. Vnde ita iuris eſſe cenſeo, provt ita factum eſt;
reus enim fuit proceſſatus. Sed quia res adhuc contro-
uertebatur, fuit conſulta S. C. Eminentiſſimorum Cardi-
nalium negotiis iuriſdictionalibus præpoſitorum, quæ
reſpondit in hæc verba.

Die 18. Martij 1631. Sacra Congregatio Eminentiſſi-
morum Patrum controuerſiis iuriſdictionalibus præpo-
57 ſitorum reſpondit, dictum Epiſcopum procedere poſſe
contra laicum, qui ſubornare attentauit teſtes in cauſa
pendente coram iudice Eccleſiaſtico.

Berling. Cardinalis Gypſius.

Franciscvs Pavlvtivs, S. C. Secretarius.

Et huius declarationis originale aſſeruatur in Archiuio
Curiæ Epiſcopalis Regij, vbi ego illud repoſui inter alias
litteras Sacrarum Congregationum.



---

# CAPVT XLIX.

## Epitome.

Executio ſententiarum conformium quando
poſſit retardari, vel non, & quomodo
intelligantur ſtatuta de hac materia
loquentia.

## SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quæ in ſubſtantia concor-*
*dant.*
2 *Conformitas ſententiarum conſideratur ab effectu, non à*
*verbis.*
3 *Sententiæ ſunt conformes, licèt intermedia ſit difformis.*
4 *Sententiæ conformes executioni mandantur in partibus*
*conformibus.*
5 *Sententiæ duæ conformes ſunt loco trium, ſtante ſtatuto,*
*quod ſecundò non appelletur.*
6 *Conformes ſententiæ inducunt præſumptionem rectè fuiſſe*
*iudicatum.*
7 *Executio conformium ſententiarum non retardatur.*
8 *Nullitas ſtatim probanda non retardat executionem con-*
*formium ſententiarum.*
9 *Nullitas notoria poteſt ſemper opponi.*
10 *Statutum reiiciens nullitatem de notoria non intelligi-*
*tur.*
11 *Statutum Ferrariæ de executione ſententiarum, quomodo*
*intelligitur.*
12 *Statutum reiiciens nullitatem notoriam validum eſt.*
13 *Nullitas notoria non tollitur à Statuto, niſi expreſſe de ea*
*fiat mentio.*
14 *Statuti caſus vbi eſt, nihil vlteriùs quærendum.*
15 *Statuta Ferrariæ nulla, vel non eſſe in vſu dici non poteſt.*
16 *Statutum an potuerit non quæritur, ſed an voluerit.*
17 *Notoria nullitas an tollatur à ſtatutis Florentiæ, & Me-*
*diolani.*
18 *Statutum Ferrariæ prohibet dicere de nullitate ſententia-*
*rum conformium.*
19 *Contrariari quodnam dicatur.*
20 *Negatiua vniuerſalis quid importet.*
21 *Dictio,* omnino, *quomodo exponatur.*
22 *In claris non eſt locus coniecturis.*
23 *Executio temporalis quænam dicatur.*
24 *Rubrùm an declaret nigrum.*
25 *Argumentum à rubro ad nigrum an valeat.*
26 *Sententia quot modis dicatur tranſire in iudicatum.*
27 *Statutum Ferrariæ* lib. 2. rubr. 72. *quomodo intelligatur.*
28 *Sententia confirmans, non confirmata executioni man-*
*datur.*
29 *Sententia, quæ fecit iudicatum, executioni mandatur.*
30 *Sententia vna in iudicatum tranſacta faciliùs oppugna-*
*tur, quàm duæ, vel tres conformes.*
31 *Exceptio, de qua fuit cognitum, non admittitur in execu-*
*tione.*
32 *Exceptio aliàs reiecta non admittitur in executione.*
33 *Exceptio tendens ad eundem finem cum reiecta non ad-*
*mittitur.*
34 *Statutum Carpi* lib. 2. rubr. quo ordine, *quomodo in-*
*telligatur.*
35 *Statuta ſunt inuicem concordanda.*
36 *Exceptio nullitatis notoriæ quando retardet executionem*
*conformium.*
37 *Nullitas notoria quæ ſit.*
38 *Nullitas notoria, & manifeſta differunt.*
39 *Iniuſtitiæ exceptio quando retardet, vel non.*
40 *Executio conformium ſententiarum retardatur tribus*
*exceptionibus.*
41 *Iuriſdictionis defectus impedit executionem confor-*
*mium.*
42 *Mandati defectus impedit executionem conformium.*
43 *Citationis defectus impedit executionem rei iudicatæ.*
44 *Recuſatio iudicis non admiſſa non ligat eius manus.*
45 *Recuſari non poteſt Iudex concorditer electus, niſi ex noua*
*cauſa.*
46 *Recuſationi iudicis renunciatur litigando poſtea coram*
*eodem.*
47 *Iuriſdictio ſi ſit tantum ſuſpenſa, non facit retardare exe-*
*cutionem.*
48 *Recuſatio iudicis an tollat, vel ſuſpendat eius iuriſdictio-*
*nem.*
49 *Recuſatus iudex an nulliter procedat.*
50 *Mandatum non habentem Iudex ex officio repellit.*
51 *Mandatum tacitum ſufficit ad ſuſtinendas ſententias.*
52 *Mandatum præſumitur ex ſcientia, & patientia.*
53 *Mandatum quomodo probetur ex aſſertione partis iudi-*
*cis, vel notarij.*
54 *Mandatum præſumitur, ſi pars alicui conſignet ſcrip-*
*turas.*
55 *Procurator ſolus poteſt citari ad ſententiam.*
56 *Citatio quando non ſit neceſſaria ad ſententiam.*
57 *Citationis defectus non totalis executionem non impedit.*
58 *Sententiæ verba an debeant concipi in Procuratorem.*
59 *Falſa cauſa quando vitiet ſententiam.*
60 *Sententia quomodo vitietur à cauſa, vel errore.*
61 *Melioramenta tribuunt ius inſiſtendi.*
62 *Clauſula,* Saluo iure, *quid importet.*
63 *Meliorationum exceptio quando opponatur.*
64 *Facti euidentia quid probet.*
65 *Simulato in contractu non eſt locus retractui vigore iuris*
*congrui.*
66 *Retractus habet locum in contractu ſimulato.*
67 *Fraudibus obuiandum eſt.*
68 *Ius congrui quomodo habeat locum in contractu ſimu-*
*lato.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Circa petitam à D. Troilo Aldrouando duarum ſen-
tentiarum conformium executionem, breuibus me
expedire deliberaueram. Verùm faſciculus allegationum
ex aduerſo doctiſſimè quidem, ſed longo apparatu, &
valde prolixè congeſtus effecit, vt à propoſito reſilirem,
quia multa opponuntur, quibus ſigillatim reſpondere
intendo, vt liqueat, quàm à vero aliena ſint ex aduerſo
exarata, & quia hæc omnia vnico flatu dici non poſſunt,
mihi parcendum eſt, ſi ea altiùs reperam.

Vt igitur aliquo ordine ſeruato procedamus, præmo-
neo, quod ſententiæ dicuntur conformes, quę conueniunt
in ſubſtantia & in eo, quod principaliter agitur, licèt in 1
quibuſdam circumſtantiis diſcordent, quia conformitas
ſententiarum magis conſideratur ab effectu, quàm ex 2
verbis, ad textũ *in l. ſi filiuſfam. § 1. ff. quod cum eo, l. qui ſen-*
*tentiam,*

tentiam, C.de pœn. cap.nihil obſtat, de verb. ſignif. Bald. in
l.3. C.de inſt.& ſubſt. Dec. conſ.385.num.2.verſ.his tamen,
Corn.conſ.14.num.2. lib.4. Crauet. conſ.183. num.3. Soc.
Iun. conſ.74.num.2.lib.2. Surd. conſ.102.num.9. Gabriel.
conſ.56.num.6. Peregr. conſ.73.num.6.9. lib.1. Theſaur.
deciſ.228.ſub num.1.& num.2. Ruginell. de appellat.§.12.
gl.1.num.8. Scacc. eod.tract.quæſt.17.lim.1. num.21. quod
procedit, etiamſi ſententiæ ſint interpolatæ, & non
3 continuatæ, velut ſi intermedia ſit difformis. Dec. d.con-
ſil.385.num.2.verſ.& vlteriùs, Peregr. d. conſ.73.numer.6.
Scacc.d.lim.1.num.20. & propterea ſententiæ in partibus
4 conformibus ſunt executioni mandandæ. Gabriel. d.con-
ſil.56.num.7.& ſeqq. Surd. conſ.102. numer.11. Crauet. d.
conſ.183.num.2.3.Peregr.d.conſ.73.num.6.Ruginel.d.§.12.
gl.1.n.17.Scacc.d.num.20.21.Ant.Gabr. de execut. rei iud.
concl.1.num.5.Laderch.conſ.83.n.8. Gratian. diſcept.879.
num.27.28.lib.6.

Deinde præmitto, quod vbi ex ſtatuto non licèt ſe-
cundò appellare, vt hic, duæ ſententiæ conformes ſubro-
gantur loco trium, adeo vt in illis locus ſit Clementinæ
5 vt calumniis, de re iud. & quidquid de iure communi di-
citur de tribus conformibus, procedit etiam in his dua-
bus, niſi fortè in aliqua facti ſpecie ſtatutum expreſsè
plus, vel minus diſponeret. Bald. in l.fin.num.6.C.de ſent.
& interloc.om.iud.Dec.conſ.383. col.1. pulchrè Pariſ. con-
ſil.109.num.15.16.17.lib.4. Gabriel. conſ.49. num.3. Cra-
uet.d.conſ.183.num.2.3.Scacc.de appellat. quæſt.17. lim.1.
num.67. tunc enim quando duæ ſententiæ concordant,
præſumitur à Statuto rectè iudicatum fuiſſe, & eſt præ-
ſumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem
6 in contrarium. Ang.in l.fin.in princ.ff.quod met.cauſ. Dec.
d.conſ.385.num.2.verſ.his tamen.Rugin.de appell.§.12.gl.2.
cap.1.num.1.Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.136.num.12. p.1.
& propterea executio earum nec agendo, nec excipien-
do retardari poteſt ſub quocumque prætextu dictæ Cle-
7 mentinæ vt calumniis, de re iud. vbi Abb. Imol. & DD.
Alex.conſ.225.num.16.lib.6.Corn.conſ.208.num.2.3.lib.3.
Rip.in l.4.§.condemnatum,num.15.de re iud. Couar. pract.
quæſtionum cap.25.num.1.2. Soc. conſ.78.num.4.lib.3. Ga-
briel.de execut.rei iud.concl.1.n.1.Scacc. de appell. quæſt.19.
rem.1.concl.5.num.3. vbi de communi, & practicata opi-
nione teſtatur quod procedit, etiamſi opponeretur nulli-
tas, vel iniuſtitia cum probatione ſtatim, & incontinenti
8 aſſumenda.Rip.in d.l.4.§.condemnatum,n.15.Alex.conſ.77.
num.12.lib.2.Lancell.de attent.null.pend.cap.17. num.113.
Gratian.diſcept.879.n.28.lib.5.

Neque dicatur, quod his non obſtantibus poſſit con-
tra conformes ſemper excipi de nullitate notoria, & eui-
denti, quæ ex actis appareat, adeo vt nulla tergiuerſa-
tione celari poſſit, hoc enim regulariter verum eſt, teſte
Bart. in d.l.4.§.condemnatum, & ibi Alex.Iaſ.Rip.& DD.
9 de re iud. Abb.Card.& DD. in d.Clem. vt calumniis, eod.
Alex.conſ.77.col.pen. lib.2. Corn. conſ.204. colum.pen. in
fin.lib.2. Grat.conſ.72.col.2.lib.2.Ruin. conſ.74.col.1.lib.4.
Natt. conſil.172. num.4. Rim. Iun. conſ.48. num.59. Me-
noch. conſ.509. num.13. Gabriel. d. concl.1. num.8. verſ.
contrarium, Lancell. de attent.part.2.cap.17. num.93. Ru-
ginell. de appell.§.12.gl.2.cap.1.num.2.Aſin. in prax.§.31.
cap.25. Scacc. d.quæſt.19.rem.1.concl.5.n.23.Carp.ad ſtat.
Med.cap.116.num.197.Rol.conſ.29.num.43.lib.1.Gratian.
diſcept.879.num.29.lib.5.

Nam multifariam, multiſque modis reſpondeo, & pri-
mò omnes præfatos Doctores hanc ſuam propoſitionem
fundare in præſumptione illa, quòd reiecta nullitate per
ſtatutum, de notoria non videatur intellectum. Franch.in
10 cap.dilecto num.153.de appellat.Aſin. d.§.31. cap.25. Car-
pan.d.cap.116.num.197. verſ. non cenſetur. Quæ præſum-
ptio ceſſat in caſu noſtro, vbi verſamur in claris, quia
11 Statutum Ferrariæ lib.2. rubr.66. quod hîc ſeruatur,
mandat expreſsè ſententias, quatenus conformes ſint, in-
12 dilatè executioni mandari cuiuſcumque nullitatis etiam
notoriæ exceptione non attenta, quod debet attendi, &

validum eſt. Barboſ.conſ.44.col.4.lib.3. Abb.Felin.& DD.
in cap.ex parte, el 2. vbi Dec. de off. deleg. Crauet. con-
ſil.201.num.38.Aſin.in prax.d.§.32. cap.20. numer.21.42.
Carpan.d.cap.116.num.195; ad hoc enim vt exceptio no-
toriæ nullitatis, vel iniuſtitiæ tollatur, neceſſe eſt, quòd
hoc in ſpecie dicatur in ſtatuto. Bart. in l.1. §. & parui, 13
num.8.ff.quod vi, Carp.d.cap.116.num.174.Scacc.de appell.
quæſt.16.lim.1.n.50.nam vbi eſt caſus ſtatuti, nil vlterius
eſt quærendum, l.ancillæ, C.de furt.Corn.conſ.318.n.1.lib.1. 14
Bero.conſ.7.num.1.lib.3.Soc.Iun. conſ.12.n.2.lib.1. Ceph.
conſ.138.num.20.& in propoſito verba ipſa, quibus ſta-
tuta ſunt concepta, eſſe attendenda dixit Ruginell.d.§.12.
gl.1.num.2.verſ.quidquid, & maximè hic non eſt rece-
dendum à verbis ſtatuti, quia Statutum Ferrariæ non
poteſt dici nullum, vel non eſſe in obſeruantia. Statutum 15
Ferr. lib.1. rubr.2. quod honeſtum videtur, quia non eſt
quærendum an ſtatutum potuerit, ſed an voluerit. Aſin. 16
d.§.31. cap.21.num.2.in fin.

Vnde Doctores in contrarium allegati nunquam lo-
quuntur in caſu ſtatuti expreſsè excludentis notoriam
nullitatem, vt videre eſt penes Aſin. d.§.31. qui refert 17
verba ſtatuti Florentiæ, & Carpan.d.cap.116.& 136. ac
Ruginell.d.§.12. qui referunt verba ſtatuti Mediolani,
quæ licèt prægnanter loquantur, non tamen expreſsè
excludunt exceptionem nullitatis notoriæ, vt neceſſe eſt
ad finem, ne ei locus eſſe poſſit. Aſin. d. §.31. cap.21.
numer.2. in fin. vnde ſubſiſtere non poteſt expoſitio ad-
uerſæ partis, vt ſtatutum loquatur tantum in caſu,
quando dicitur de nullitate per viam principalis petitio-
nis, non exceptionis, quia iſte intellectus pugnat om-
nino cum verbis ſtatuti, & mente ſtatuentium, quia in
eo ſpecificè prohibetur tam per viam principalis petitio-
nis, quàm exceptionis contrariari ſententiis conformi-
bus.

Et ſanè nouerunt conditores ſtatuti Ferrariæ vtrum-
que caſum exceptionis, & principalis petitionis diſtin-
guere, perlegatur enim illud ſtatutum, & apparebit, quòd
quando illud loquitur de via principalis petitionis, pro-
priis vtitur terminis, & optimè ſe declarat, dum dicit: 18
Quatenus conformes ſint, amplius prouocare, nec appellare à
dicta ſententia, nec eam nullam dicere etiam ex capite cu-
iuſcumque notoriæ nullitatis, vel iniquitatis principaliter
intentatæ. Huc vſque ſtatuentes de primo capite. Verùm
quia voluerunt etiam excludere viam excipiendi, ſubiun-
xerunt. Nec eidem aliqualiter contrariari. Quæ verba tol- 19
lunt etiam exceptionem, quia excipiendo contrariatur
ſententiæ. Rol. conſ.5. num.49. libr.1. & tale verbum
iunctum negatiuæ eſt vniuerſalis negatiua, quæ exclu- 20
dit omnes contrariandi modos etiam excipiendo. Me-
noch. conſ.502. numer.27. & maximè quia ſtatutum ſub-
iungit: Nec quicquam omnino contra eam opponere. Hæc
enim verba prægnantia comprehendunt excludendo
omnen exceptionem, quæ aliàs poſſet includi. Barboſ.
conſil.51.n.15.lib.1. Anch.Iun.quæſt.59.num.10.11. lib.1.
Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.116. num.193. part.1 &
præcipuè iuncta dictione, omnino, quæ eſt præciſa, &
exponitur totaliter, & indiſtinctè. Rol. conſ.84.n.23.24. 21
lib.1. vnde comprehendit omnes caſus. Crauet.conſ.201.
num.44.

Verùm quid caligamus in Sole? Ecce quamuis prædi-
cta abundè ſufficerent ad tollendum modum excipiendi,
tamen ad remouendum omnem ſcrupulum ſtatuentes
prædicti voluere ſpecifice præcludere iter ad viam exci-
piendi, dum dixerunt: Sed ad eius executionem indilatè
procedatur, cuiuſcumque nullitatis etiam notoriæ exceptione
non attenta. Quid igitur fruſtra tempus terimus quæren-
do, an hic ſtatuentes intellexerint de modo etiam exci-
piendi, ſi in verbis id exprimunt? In claris igitur non 22
aperiatur locus coniecturis, l.ille, aut ille, §. cùm in verbis,
ff.de leg.3.l.continuus, §.cùm ita, de verb. oblig.Rol.conſ.41.
num 8.lib.1.

Minùs itaque attendenda eſt altera reſponſio ad hoc
ſtatutum



ſtatutum denuo allata, vt ſcilicet intelligi debeat de exe-
cutione, quæ affert præiudicium temporale, velut ſi poſt
factam executionem liceret iterum per modum agendi
nullitatem ſententiarum intentare. Nam hæc interpre-
tatio ex multis conuincitur eſſe falſa. Primò enim ani-
maduertendum eſt, quòd executio tunc dicitur eſſe tem-
poralis præiudicij, quando ſtatutum non vult executio-
23 nem impediri, ſed poſt eam non excludit poſſe dici de
nullitate principaliter agendo. Franch. in c. dilecto, num.
152.verſ.conſidera, de appellat. Rip. in l.4.§. condemnatum,
num.21.de re iud.cuius contrarium hic ſanxerunt ſtatuen-
tes, dum in principio prohibuerunt etiam principaliter
nullitatem intentare, vt in verbis apparet, & tamen ne-
ceſſe fuiſſet ius agendi reſeruare, vt poſt executionem li-
ceret experiri. Et hoc conforme eſt iuri, nec diſcrepat
ab his, quæ aduerſarij in medium adduxerunt, dicentes ex
hoc ſtatuto prohiberi nullitatem per viam principalis
petitionis, quo ſtante, accommodari non poteſt expoſi-
tio de executione temporalis præiudicij. Sed eſto ſtatu-
tum verè loqui (quod alienum eſt à veritate) de execu-
tione temporalis præiudicij, hoc nobis ſufficit, detur
nobis hæc temporalis executio, & contenti ſumus.

Hinc igitur dubitandum non eſt, quin verſemur in pu-
ris terminis dicti Statuti Ferrariæ lib.2. rubr.66. tam ex
mente, quàm ex verbis, à quibus non eſſe recedendum,
non eſt qui dubitet, quoniam nullum facit negotium
24 quòd rubrica ſtatuti inſcribatur: An à ſententia lata in
cauſa appellationis nullitatis dictionis, liceat appellare:
quaſi nigrum ab ea declaretur loqui de nullitate per viam
agendi, hoc enim argumentum puerile eſt; ſiquidem hoc
loci nigrum eſt generalius rubro, & propterea non valet
25 argumentum deſumptum à rubro ad nigrum, quia ſe ha-
bent tanquam exceſſa, & excedentia, & ideò tota vis
conſiſtit in nigro, textus eſt iuncta gl. in verb. illicitas,
in Auth.de inceſt.nup. in princ. Imol.in rub.de verb. oblig.
Dom. in rub. de ſum. Trin. in princ. lib.6 Dec. in l. bene
eſt, num.7. & ibi DD. ff. ſi cert. pet. pulchrè Alex. conſ.
225.n.23.lib.6.

His ſic firmatis ſupereſt, vt ſatisfaciam aduerſariis
oſtendendo non eſſe locum ſequenti Statuto Ferrariæ,
lib.2. rubr.72. eo modo, quo ipſi dicunt, non enim ne-
gamus illud tradere formam in exequendo ſeruandam,
& loqui etiam de conformibus, ſed negamus aliquid ſta-
tui diuerſum à præcedenti, & vbi id expreſsè facit, di-
cimus eò loci non loqui de conformibus, & propterea
animaduertendum eſt, quòd duobus modis ſententia di-
citur tranſire in iudicatum, primò ſi permittatur labi
26 tempus datum ad appellandum, & non appelletur, ſe-
cundò ſi nullo modo appellari liceat. Dec. & DD. in l.
res iudicata, de reg.iur. Gabr. conſ.49. num.1. Menoch.
conſ.345.n.46. Ruginell. d. loco, §.2. cap.2. n.213. cum
ſexcentis aliis.

Modò videamus, an Statutum prædictum ſub rubr.72.
permittat contra conformes venire per viam exceptionis
nullitatis notoriæ, & cedo; nam licèt ſub verſic. & ſi
tunc, non venerit dictum Statutum contra executionem
ſententiæ, & videatur permittere oppoſitionem nullitatis
notoriæ, tamen eò loci non loquitur de executione dua-
27 rum conformium, ſed vnicæ tantùm ſententiæ in iudi-
catum tranſactæ, quod ex multis facilè oſtendo; nam
animaduertendum eſt, quòd illud Statutum loquitur
de conformibus à principio vſque ad verſiculum ſenten-
tia verò lata; vbi tradit coram quo iudice executio peti
debeat, & qualiter in partibus conformibus committen-
da ſit, & ne verbum quidem de exceptione aliqua, quæ
poſſit opponi; nec mirum, quia eſſet repetere, quod
ſupra diſpoſuerat: ſed poſtea dictum Statutum incipien-
do à dicto verſiculo ſententia verò lata, tradit modum,
quo vnica ſententia in iudicatum tranſacta debeat exe-
cutioni mandari, quod ſatis oſtenditur ex illis verbis,
in inſtantia cauſæ principalis: nam ſi loquitur de ſententia
lata in prima inſtantia, non poteſt eſſe caſus confor-



mium, quia ex eodem ſtatuto non ſententia confirmata,
ſed confirmans eſt illa, quæ debet executioni mandari, 28
prout etiam eſt de iure. Gratian. diſcept. 40. n.43. lib.1.
Cyriac. contr.285. num.27. lib.2. & alius non poteſt eſſe
dicti Statuti intellectus, quod verum eſſe ex aliis ſequen-
tibus verbis conuincitur, dum dicit, In qua appellatio, &
nullitatis dictio propoſita non ſit. Ex his enim colligitur 29
apertè vnicam eſſe ſententiam, quòd etiam obſeruari
poteſt in aliis dicti Statuti verbis.

His ſtantibus mirum videri non debet, quòd aduersùs
vnicam ſententiam, quæ fecerit iudicatum, multa opponi
poſſint, quibus non ſit locus contra conformes; licèt
enim talis ſententia mereatur executionem, cap. quoad 30
conſultationem, de re iud. Giouagn. conſil.79. n.71. lib.1.
tamen faciliùs opponi poteſt de nullitate aduerſus rem
iudicatam vnius ſententiæ, quam trium, vel duarum
conformium, earumque executio difficiliùs retardatur,
quàm vnius tantum. Aſin. in prax. §.31. cap.32. num. 5.
verſ. hac de re. Scacc. de appell. q.17. lim.1. num. 72. &
q.19.rem.1 concl.4.n.71.72.

Sed eſtò locum eſſe diſpoſitis per Statutum Ferrariæ,
rubr.62. verſic. ſententia verò, adhuc ſumus in tuto, quia
permittit quidem aduerſus rem iudicatam opponi ex-
ceptionem nullitatis notoriæ, ſed hoc limitat, niſi de ea
fuerit tacitè, vel expreſsè cognitum, alioquin non ad-
mittitur contradictio, quod ſanè æquum eſt, ne lites fiant
immortales, & ſopita negotia ſuſcitentur, quod eſt iuri
conforme, quo cauetur in executione ſententiæ, aut ar- 31
reſti non poſſe exceptionem admitti, quando de ea fuit
in primo iudicio plenè cognitum, & diſceptatum, ad
textum in l. ſi autem, §. fin. vbi Bald. Alber. & DD.
ff. de neg. geſt. l.2. §. ſi dubitetur, vbi Bologn. de iudic. Et
ſimiliter idem dicendum eſt, ſi talis exceptio fuiſſet per
iudicem reiecta, leg. quod in diem, § ſi rationem, vbi
Caſtrenſ. de compenſat. dict. leg. ſi autem, §. fin. & capit.
cùm Eccleſia Sutrina, in fin. vbi Innocent. & DD. de
cauſ. propr. quod maximè procedit, ſi talis exceptio ten-
dat ad eundem finem, l. duobus, vbi Bologn. de except.
rei iudic. pulchrè Boër. deciſ.43. num. primo, verſ. & hoc 32
quando, & num. ſecundo, verſ. vel etiam, & numer. 3. 8.
& propterea non ſunt refricanda in dubium ea, de qui-
bus diſceptatum fuit in aliis inſtantiis, exceptiones enim
ex aduerſo oppoſitæ ſunt veteres, & nihil de nouo op- 33
ponitur; ideò aduerſarij non debent audiri, vt litium
ſit finis.

Non eſt igitur neceſſe reſpondere ad alterum mo-
tiuum ſuſcitatum ex Statuto Carpi, lib.2. rubr. Quo ordi-
ne; quod in executione ſententiæ admittit multas ex-
ceptiones, quia non loquitur de conformibus, ſed de 34
vnica tantùm ſententia, quæ fecerit iudicatum, & pro-
pterea recurrendum eſt ad Statuta Ferrariæ, quia caſus
conformium eſt omiſſus à Statuto Carpi; nam Statuta 35
ſunt concordanda, vt vtrumque in ſuo caſu ſeruetur.
Borgn. de tut. & curat. num. 89. verſic. ad hoc. Debent
igitur iſtæ ſententiæ conformes omnino executioni man-
dari non attenta exceptione etiam notoriæ iniquitatis,
vel nullitatis.

Verùm vbi eſt hæc notoria iniquitas, vel nullitas,
certè circumſcriptis etiam Statutis ad hoc, vt exceptio
nullitatis notoriæ executionem conformium impediat, 36
multa requiruntur: primò enim oportet, vt ex iiſdem
actis appareat, & ſecundum eadem acta ita liqueat, vt
non poſſit in dubium refricari, non patiatur offuſcatio-
nem, non requirat prolixam cognitionem, & adeò
ſit certa, vt non poſſit euitari, alioquin non erit noto- 37
ria, quamvis appareat ex actis. Ita Bald. in l. data ope-
ra, C. qui accuſ. non poſſ. Dec. in d. cap. ex parte, el 2.
col.5. verſ.5. de off. deleg. Felin. in cap. inter cæteras, col.5.
verſic. intellige, de re iud. Rip. in d. l.4. §. condemnatum,
ſub num.15.17. eod. Corn. conſ.10. num.3. lib. 4. Neuiz.
conſ.7. num.31. Ceph. conſ.201. num.10. & conſ. 202.
num.16. Menoch. conſ.478.n.54. ad fin. & n.55. Gabr. de
execut.

*execut. rei iud. concl.*1.*num.*9. Franch. *in d. c. dilecto, n.*153. *verſ. & intellige, de appell.* Lancell. *de attent. p.*2. *cap.*17. *num.*111.112. pulchrè Scacc. *de appellat. quæſt.*19.*rem.*1. *concl.*4.*num.*72. *& concl.*5. *num.*6. quod adeò verum eſt, vt non ſufficeret, ſi nullitas eſſet manifeſta, non tamen
38 notoria, quia hæc inter ſe differunt. Franch. *in d. cap. dilecto, num.*166.*verſ. nam ſententia*, & *num.* 168. *verſ. ex quibus, de appellat.* & hinc eſt, quòd etiamſi allegetur manifeſta iniquitas, quæ colligatur ex inſpectione actorum, vbi ſententia non eſt nulla ex ordine proceſſus non ſeruato, ſed ſolùm ratione iniuſtitiæ, talis exceptio non eſt admittenda contra rem iudicatam. Franch. *in dict. cap. dilecto, num.* 154. vnde contra iudices, qui de oppoſitis nullitatibus facilè cognoſcunt
39 ad retardandam conformium, & rei iudicatæ executionem, exclamat Scacc. *dict. concluſ. quinta, numero ſexto, in fin.*

Verumtamen his non obſtantibus fateor contra executionem rei iudicatæ, vel trium conformium poſſe, & ſolere admitti ad eam impediendam tres exceptiones, ſcilicet ex defectu iuriſdictionis, mandati, & citationis, quia
40 ſublata etiam notoria nullitate hæ tamen exceptiones remanent, cùm maiorem expreſſionem requirant, & tales non poſſunt ſententiæ appellari, & ita ſeruat Rota Romana, ac facilè vbique practicatur, teſte Vant. *de nullit. tit. vlt. num.*125. Aſin. *d.* §.31. *cap.*27. *&* 32. & ita cenſuerunt omnes de iuriſdictionis defectu, vt poſſit impe-
41 dire executionem ſententiarum conformium, & cuiuſcumque rei iudicatæ, ſecundùm gl. *in Clement. ad compeſcendas, de ſequeſtr. poſſeſ.* iunctis iis, quæ *in d. Clem.*1. vbi Card. & DD. *de re iud.* Franch. *in d. c. dilecto, n.*138. *de appellat.* Rom. *conſ.*42. *num.*115. *in fin.* Alex. *conſ.* 77. *num.*8. *lib.*1. Dec. *conſ.* 8. *num.*7. Corn. *conſ.*203.*num.*8. *lib.*3. Pariſ. *conſ.*109. *num.*4. *lib.*1. Alb. *conſ.*70. *num.*12. Becc. *conſ.*99.*num.*32. Surd. *conſ.*99.*num.*42. *& ſeqq.* Rol. *conſ.*29. *num.*38. *lib.*1. Aſin. *in prax.* §.31.*cap.*32. *num.*2. 3. Ruginell. *de appell.* §.4.*c.*2.*n.*130. & §.12.*gl.*2.*c.*4.*n.*5. Carpan. *ad Stat. Med. d. c.*116.*num.*173. Scacc. *de appell. d. q.*19.*rem.*1.*concl.*5. *num.*4. & *num.*58. Gabriel. *d. concl.*1. *num.*7.23.

Pariter executioni conformium obſtat exceptio mandati, ideſt falſi procuratoris, ex qua ſanè inſurgit magnus defectus, quia ſi hæc reiiceretur, poſſet condemnari inſcius, & innocens, & inauditus, quod nimium eſſet ab-
42 ſurdum. Bart. *in d. l.*1. §. *& parui, verſ. tamen, quod vi.* Felin. *in d. c. ex parte, col.*3. *verſ. quartò limita.* Dec. *conſil.*275. *col.*3. *verſ. ſed prædictis.* Pract. Pap. *de form. ſententiæ diff. in princ. num.* 16. fusè Vant. *d. tract. titulo de null. ex defect. mand. num.*2.3. *& ſeqq.* Carpan. *ad Stat. Mediol. capitul.* 131. *nnmer.* 204. Scacc. *d. tract. quæſt.* 19. *rem.*1. *concluſ.* 4. *numer.* 36. Craſſ. *except.* 4. *num.*5.86.87.88.

Et idem dicendum eſt de exceptione ex defectu citationis, quæ etiam diabolo non denegatur, cum proueniat à iure naturali, & ideo impedit executionem con-
43 formium, & rei iudicatæ. *Clem. Paſtoralis, de re iud.* Bero. *in cap. item cùm quis, num.*30. *de reſtit. ſpoliat.* Felin. *in d. c. ex patre, num.*10. Vant. *d. loco, titul. de null. ex defect. citation. num.* 2. 3. *& ſeqq.* Franch. *in d. cap. dilecto, num.* 138. Aſin. *d.* §. 31. *cap.*27. *num.*1. Ruginell. *d.* §.12. *gl.*2. *cap.*4. *num.*10. Carpan. *d. cap.* 116. *num.* 202. Scacc. *d. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concl.*4. *num.*34. *verſ. intellige.* Rol. *conſ.* 29. *num.*39. *lib.* 1. Ludouiſ. *deciſ.*416. *num.* 2.5.

Has igitur exceptiones libenter admitto, ſiquidem vbi ſeriò probaretur tales defectus interueniſſe, iuſtum eſſet in executione ſuperſedere. Verumtamen nihil horum adfuit, nam ſi loquimur de iuriſdictionis defectu, nihil apparet, quod noceat, quoniam iudex fuit à partibus concorditer electus ſub die 29. Nouembris 1616. & licèt poſtea fuerit recuſatus ab aduerſariis tanquam ſuſpectus, adeò vt manus eius eſſent ligatæ, donec expediretur recuſationis punctus, tamen cùm recuſatio non fuerit admiſſa ab ipſo iudice, recuſantes appellare debebant, vel 44
recurrere ad arbitros iuris ad finem, vt alteri iuriſdictio acquireretur ad cognoſcendum de hoc puncto. Oſaſch. *deciſ.*84. *numero ſecundo.* Carpan. *ad Statutum Mediolanenſ. cap.*23. *n.*72. *part.*1. Beneuent. *tract. de iud. ſuſpect. cap.*5. *num.*25.

Et iure merito non fuit admiſſa; tum quia erat ſecunda recuſatio, cùm pariter pars aduerſa habuerit ſuſpectum iudicem ordinarium: tum quia talis iudex fuerat 45
concorditer electus à partibus, quo caſu recuſari non poteſt, niſi ex noua cauſa iuſta ex Statuto Ferrar. *lib.* 2. *rubr.*39. & Beneuent. *d. tract. de iudic. ſuſpect. c.*5. *n.*22. & maximè hæc non ſunt attendenda, quia huic recuſa-
tioni tacitè fuit renunciatum litigando poſtea ſuper me- 46
ritis cauſæ coram eodem iudice, exinde enim reſultat tacita recuſationis renuntiatio. Abb. *in cap. inter monaſterium*, 3. *not. de re iud.* Marant. *in ſpecul.*6.*part. princ. vlt. p. iud. act.*2.*n.*75. Tuſch. *littera S, concl.* 913. *n.*15. Carp. *ad Stat. Mediol. c.*22. *n.*51.*part.*1. Beneuent. *d. tract. de indic. ſuſp. c.*24.*n.*2.*& ſeqq.* & *n.*52.

Accedat, quod hæc non eſt cauſa reddens ſententiam retro ipſo iure nullam, quia exceptio ex defectu iuriſdictionis non impedit executionem conformium, niſi defectus ſit omnimodus, velut ſi iudex nunquam fuiſſet electus, vel deputatus, vnde ſecus eſt, quando iuriſdictio
ſolum poteſt aliqua exceptione elidi, vel tantùm eſt ſu- 47
ſpenſa. Gloſſa *in dicta Clem. vt calumniis*, & ibi DD. *de re iud.* Pariſ. *conſ.*109. *num.*5.6. *lib.*1. Franch. *in d. cap. dilecto, n.*145. *verſ. vlt. de appel.* Scacc. *d. tract. quæſt.*19. *rem.*1.*concluſ.*5.*num.*50. recuſatio autem iudicis non tollit omnino eius iuriſdictionem, ſed eam tantùm ſuſpendit,
adeò vt proceſſus poſt recuſationem factus non ſit ipſo 48
iure nullus, niſi appellatione interpoſita. Innocent. *in cap. cùm ſit ſpeciale, de appell.* Alexand. *conſ.*77.*lib.*6. Bero. *in cap. quoniam contra, num.*153. *de prob.* Ferret. *conſ.*66. *num* 3. *lib.*1. Tuſch. *littera S, concl.*913. *num.*10. Craſſ. *except.* 24. *num.*12. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.*23. *num.*52. Benè verum eſt, quod ſi poſtea appareat iudi-
cem fuiſſe ritè recuſatum, vel ſaltem calumnioſam non 49
fuiſſe recuſationem, proceſſus, & ſententia lata à iudice recuſato erit inualida ipſo iure. Vant. *de nullit. tit. de null. defect. iuriſdict. num.* 140. Beneuent. *d. tract. de iudic. ſuſpect. cap.*14. *num.* 114. *in fin.* Tuſch. *littera S, concl.* 913.*num.*1.25.26. Craſſ. *d. except.*24.*num.*14. cauere enim oportet, ne fraudibus locus aperiatur, & calumniæ litigantium foueantur. Verùm his ceſſantibus ſi iudex recuſatus procedat, malè facit, & nulliter agit, hic autem recuſatio fuerat euidenter calumnioſa, & ſine iuſta cauſa; & propterea cùm iudex eam non admiſerit, manus ſibi non ligauit.

Quoad alteram verò falſi procuratoris exceptionem, ſi ea vera eſſet, eſſet vtique valde conſiderabilis, quia iudex
etiam ex officio poteſt repellere agentem ſine mandato. 50
Craſſ. *except.*4. *num.* 86. 87. Verùm hîc talis exceptio non nocet, tum quia ea non impedit executionem conformium, niſi adſit totalis defectus mandati, vt inquit Scacc. *d. loco*, & propterea ſufficit adeſſe ſaltem tacitum, vel præſumptum mandatum. Vant. *tract. de null. titulo quibus mod. ſent. null. rep. num.*93. *& num.* 100. &
propterea aduerſarij non poſſunt negare mandatum ſui 51
procuratoris, tum quia eorum ſcientia, & patientia habetur pro mandato, cùm ipſi ſæpè in actis comparuerint, & eis benè notum fuerit cauſam illorum tractari
per D. Bellentanum, ex quibus reſultat tacitum, & præ- 52
ſumptum mandatum. Innoc. *in cap. ex parte, num.* 2. *de reſcript.* Abb. *in cap. cùm olim, num.*8. *de off. deleg.* Alex. *in l. ſæpe, num.*94. 96. *de re iud.* Vant. *d. loco, num.* 94. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.*7. *tit.*7. *num.*4. Menoch. *de præſ. lib.*2. *præſump.*33. *num.*7. tum ex enunciatiua, quam ſæpè aduerſarij fecerunt in actis nominando Bellentanum eorum procuratorem; talis enim aſſer-



tio ſi eſſet Iudicis, vel Notarij induceret præſumptionem mandati, quantò magis ſi ipſe aduerſarius eam faciat.
53 Gozad. *conſ.*96.*n.*13. Mantic. *d. lib.*7. *tit.*8. *n.*4. Menoch. *d. præſ.*33. *n.*10. & ad præſumendum mandatum ſufficit probare, quod pars aduerſa conſignauerit dicto Bellen-
54 tano ſcripturas cauſæ, ad textum *in l. vlt. C. de pact. conuent.* Innoc. & Bald. *in c. coram*, vbi Felin. *n.*10. *de off. deleg.* Vant. *d. loco, n.*96. Mantic. *d. lib.*7. *tit.*9. *n.*4. Menoch. *d. præſ.*33. *n.*13.

Tandem non minùs friuola eſt citationis exceptio, nam ſi concedamus Bellentanum fuiſſe procuratorem, provt verè erat, ſatis fuit illum citare ad audiendam ſen-
55 tentiam, & ita ſeruatur. Vant. *d. tr. tit. de null. ex def. citat. num.*85. licèt poſſet etiam dici hic non fuiſſe neceſſariam citationem, quia cauſa fuerat bene diſcuſſa, & de omni-
56 bus plenè cognitum ex euidentia facti, ex proceſſu, & allegationibus iuris, ad tradita per Bartol. *in l.* 2. §. *quod ſi, ff. de adm. rer. ad ciu. pertin.* Alex. *conſ.*225. *n.*12. *verſ. ſecus autem, lib.*6. Vant. *d. tract. titulo quibus mod. ſent. null. repar. n.*107.

Et tantò minùs hæc exceptio attendi debet, quia ipſi aduerſarij benè ſciuerunt ordinem fuiſſe poſitum ad ſententiam, eo enim pendente ipſi ſub die 16. Iunij inſteterunt inſuper differentiam facti, vnde eos iudex monuit pro certa die, & hora intra præiudicium ordinis poſiti ad
57 ſententiam, ideò non eſt curandum de citatione. Vant. *d. loco, n.*122. & hæc ratio tantò magis eſt admittenda, quia defectus citationis non impedit executionem rei iudicatæ, vel conformium, niſi ſit totalis, & omnimodus. Ruginel. *de appell.* §.4.*c.*2.*n.*104. Scacc. *eod. tract. quæſt.*19. *rem.*1. *concl.*4.*n.*34.*verſ. intellige.*

Nec dicatur, verba ſententiæ condemnatoriæ fuiſſe concipienda in procuratorem pro aduerſario interuenientem, quia illud verè procedit, quando Dominus cauſæ nunquam in iudicio ipſe interuenit, ſecus eſt, ſi
58 & ipſe aliquando comparuit, vt hic euenit: ita per textum *in l.*1. ibi: *Cuius perſona in iudicio non fuit, C. de ſent. & interlocut. omn. iud.* vbi Bart. & Bald. vterque *num.*1. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 131. *numer.* 205. *part.*1.

Opponuntur etiam aliæ exceptiones, licet friuolæ, quibus vix eſt reſpondendum; nam primò dicunt ſententiam eſſe nullam, quia expreſsè continet falſam cauſam, & errorem, quod ſcilicet D. Troilus nullo modo confinet terræ per eum iure congrui retractæ, quod aduerſarij falſum eſſe aſſerunt. Sed hoc eſt ſupponere quæſtionem, de qua quærimus, cùm nulla alia de cauſa D. Troilus reportauerit ſententias fauorabiles, niſi propter vicinitatem, ſtante ſtatuto Carpi inductiuo iuris congrui, quod fuit principale punctum in prima, & altera inſtantia, vnde eius expreſſio fuit cauſæ ipſius deciſio, non falſæ cauſæ narratio. Hoc autem tantò minùs obſtat, quia error, & falſa cauſa in facto conſiſtens, vt hîc, non vi-
59 tiat ſententiam, in qua exprimitur. Bart. *in l. ſi is, ad quem, num.*3. *verſ. aut fuit*, & ibi DD. omnes, *ff. de acquir. hær.* Maſſin. *diſt. lib.*1. *cent.*1. *diſt.*36. *n.*27. & idem
60 eſt, ſi falſa cauſa conſiſtat circa merita cauſæ iam diſcuſſa, vel iuſtitiam partis, vt hîc; ſolùm enim regula procedit in ſubſtantialibus iudicij: latè Maſſin. *d. diſt.*36. *num.*22.23.

Item opponunt aduerſarij dictam ſententiam eſſe nullam tanquam latam contra caſum legis, quia in ea reis damnatis reſeruatur ius conſequendi meliorationes, pro-
61 pter quod eis inhibetur rei retentio, cùm tamen in iure clarum ſit pro eis agentem habere ius rei inſiſtendi, *l. ſi in area, ff. de condict. indeb. l. qua ratione*, §. *habet, de acquirend. rer. dom.* DD. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum, de condict. indeb.* Capyc. *deciſ.*17.*n.*7.

Sed reſpondetur, quod ſententia non dat ius conſequendi meliorationes, ſed tantùm reſeruat, vt oſtendit illa clauſulá, *Saluo iure*, quæ nihil dat, aut tollit, ſed ſo-
62 lùm conſeruat: latè Felin. *in c. inter monaſterium, num.*3. *de re iud.* Ioan. And. *in cap. ad diſſoluendum, de ſponſal.* Caſtr. *conſ.*312. *num.*4.*lib.*1. Crauet. *conſ.*19.*n.*8. Marth. *de clauſ. p.*1. *clauſ.*134.*n.*1. & idcircò non poteſt executio retardari, cùm nondum conſtet melioramenta deberi, & maximè, quia eorum occaſione nemo habet ius inſiſtendi, niſi priùs appareat ea extare. Vrſill. *ad Afflict. deciſ.*
205. *num.*6. Scacc. *d. tract. quæſt.*17. *lim.*1.*num.*65. *in fin.* 63
Carp. *ad Stat. Mediol. cap.*417. *num.*705. *part.*1. Et ſanè in executione conformium non retardat exceptio meliorationum, niſi ſint liquidæ. Contard. *in l. vnic. quæſt.*24. *ſub num.*17. *& ſeqq. Cod. ſi de moment. poſſeſ.* vbi enim non admittitur exceptio altioris indaginis, vt hîc, ceſſat exceptio retentionis ex cauſa meliorationum. Maſch. *de probat. concl.*1041.*n.*12. quem vide.

Vlteriùs addunt aliam fabulam, quod ſcilicet ſententia ſit lata in mortuum, quia in ea nominatur Michaël, qui vtique mortuus eſt: ſed hæc eſt vanitas, quia non ipſe condemnatur, ſed de eo fit mentio enunciatiuè, & narratiuè, exponendo terram fuiſſe ab eo emptam.

Rurſus opponunt lite non conteſtata fuiſſe proceſſum ad ſententiam. Sed eis reſpondet Statutum Carpi *lib.* 2. *de cauſ. appell.* dum ſtatuit, quod lapſo termino ad reſpondendum libello appellatorio, ſiue reus reſponderit, ſiue non, lis habeatur ipſo iure pro conteſtata, vnde ſine alia declaratoria poteſt procedi ad vlteriora.

Addunt ſententiam eſſe libello difformem, quod à vero alienum eſt. Verùm ſi ita eſſet, adhuc ſuſtineretur, ob clauſulam, *Super quibus*, &c. in libello poſitam, quæ efficit, vt ſententia non poſſit dici libello difformis. Carp. *d. c.*131.*n.*216.

Age? concludant hanc rem aduerſarij in euidentia facti, cui ſemper locus eſt, & vincit omnes probationes. Verùm hoc eſt inane fundamentum, quia factum ipſum
vtique oſtendere poteſt, quid nunc ſit, vel eſſe ſimu- 64
letur, non quid eſſet tempore contractus. Imol. & Alex. *in l. pretia rerum, ff. ad l. falc.* quod tamen quærimus, & oſtendendum eſt, alioquin facillima eſſet fraus, cùm poſſent omnes poſt ſententias mutare terminos, & deinde recurrere ad euidentiam facti, quod ſibi tantùm permiſſum eſſe debet, quando factum non poteſt mutari, & non conſiſtit in re amouibili.

Quid plus ſupereſt? inconuincibile argumentum. Quodnam eſt iſtud? quod ſequitur: In contractu nullo, ſeu ſimulato non eſt locus retractui ex iure congrui, teſte
Caſtr. *conſ.*74. *lib.*2. Afflict. *deciſ.*339. *num.*2. Tiraq. *de* 65
*retract. lign.* §.1.*gl.*2.*n.*11. hic autem principalis contractus fuit ſimulatus: ergo, &c.

Hæccine eſt illa notoria iniquitas toties auribus noſtris inculcata? Sanè pulchra eſt doctrina, & vera, ac digna ſuo auctore, vnico tamen morbo laborat, quod non facit ad rem, idque oſtendo. Primò enim dico verius eſſe ſimulationem, & fraudem præſtare cauſam retractui, vnde ſcribentes laborant in docendo varios probandæ ſimulationis modos pro acquirendo iure
congrui, & retractus. Ita Afflict. *de iur. protbom.* §.4. 66
*num.* 3. 4. 5. Tiraq. *de retract. lign. in præfat. num.* 74. *& ſeqq.* & §. 1. *gl.* 14. *num.* 24. 25. 27. 57. Carp. *ad Stat. Mediol. d. cap.* 417. *num.* 109. *part.* 1. alioquin facile eſt contrahentibus fraudare vicinos ſimulando alios confines, & fingendo, quod non eſt, in præiudicium vicini. Fortè adducta in contrarium procederent in contractu ſimulato in ſua eſſentia, qui fingitur eſſe venditio, cùm ſit pignus; cùm enim tunc ſimulatio alio reſpectu annullet contractum, in eo ceſ-
ſabit retractus, niſi fortè de facto contractus haberet 67
effectum, quia hoc non debet eſſe in præiudicium vicini; fraudibus enim obuiandum eſt. Menoch. *conſil.* 39. *num.*38.

Verè enim ſimulatio facit ceſſare ius congrui, quia non transfertur dominium, & ſic hoc firmari poteſt, quando ſimulatio huiuſmodi eſt naturæ; verùm ſi faciat tranſire

ſire contractum in aliam ſpeciem contractus , qui ſubii-
ceretur retractui, & faceret transferre dominium, vtique
68 ſimulatio non impediret retractum: ita bene colligitur ex
Caſtr. *d. conſil.* 74. *num.* 2. ibi : *& potiùs, lib.* 2. Pariſ. *conſ.*
82. *num.* 31. *in fin.* ibi : *iure pignoris, lib.* 3. Afflict. *d. deciſ.*
339. *num.* 2. ibi : *pignoratitium,* vbi Vrſill. Tiraquell. *d.* §. 1.
*gl.* 2. *num.* 11. ibi : *nec dominium* , & ibi : *finxit*. Cùm igi-
tur in caſu noſtro ſimulatio non verſetur circa ſubſtan-
tiam contractus, ſed circa expreſſionem confinium, quos
contrahentes ſimulauerunt eſſe diuerſos à re ipſa, ceſſant
ex aduerſo deducta , & propterea bene ſententia decla-
rauit eos eſſe ſimulatos , & pro fictis declarauit. His
tamen non obſtantibus quidam Prætor de Gattis pro-
nunciauit dictas ſententias non eſſe exequendas , neſcio
quo ſpiritu ductus. Verùm appellatione introducta eius
ſententia fuit reuocata , & ſententiæ fuerunt cum effectu
executioni demandatæ , &c.

---

## CAPVT L.

### EPITOME.

Regulares extra , vel intra clauſtra degentes deprehenſi in delicto quando poſſint ab Ordinario loci puniri , & an liceat Epiſcopis habere familiam armatam , laicoſque carcerare , & punire in delictis Eccleſiaſticis , vel mixti fori; & quando concubinæ, & adulteræ poſſint puniri , tam à iudice Eccleſiaſtico , quam ſæculari.

### SVMMARIVM.

1 *Regularis intra clauſtra degens , & extra ea notoriè delinquens punitur à ſuo ſuperiore in termino ab Epiſcopo præfigendo.*
2 *Regularis extra clauſtra delinquens debet ſtatim remitti ad ſuum ſuperiorem.*
3 *Clericus etiam priuilegiatus, & Regularis extra clauſtra degens ab Ordinario loci punitur.*
4 *Regularis degens extra clauſtra cum cauſa, an poſſit puniri ab Ordinario.*
5 *Regularis quando dicatur degere extra monaſterium.*
6 *Regularis dicitur viuere extra monaſterium qui non viuit ſub Superiore conuentualiter.*
7 *Regularis quando ſubſit Ordinario.*
8 *Epiſcopus quando poſſit punire Regulares.*
9 *Regularium ſuperiores ſi non puniant regularem extra clauſtra delinquentem , quid agendum.*
10 *Regulares extra clauſtra delinquentes poſſunt ab Epiſcopo carcerari, & quamdiu.*
11 *Regulares detinentur in carceribus Epiſcopi , quamdiu informationes ſumuntur.*
12 *Regularis ſuperior ſi inueniatur cum meretrice, cui conſignandus eſt.*
13 *Regularium ſuperiores qui ſint.*
14 *Actio , & paſſio non cadit in eodem ſubiecto.*
15 *Ordinarius quando poſſit punire Regulares.*
16 *Regulares omnes olim erant Epiſcopis ſubiecti.*
17 *Res facilè reuertitur ad naturam ſuam.*
18 *Regulares non poſſunt recedere à ſuis Conuentibus ſine licentia ſuperiorum , etiamſi ire velint Romam.*
19 *Regulares ſubiiciuntur Ordinariis in multis caſibus.*
20 *Regulares an poſſint ab Ordinariis excommunicari.*
21 *Regulares coguntur ab Ordinariis etiam cenſuris in caſibus , quibus illis ſubiiciuntur.*
22 *Priuilegia Concilio Tridentino contraria abrogantur.*
23 *Dicto* , Statim , *intelligitur cum aliquo temporis interuallo.*
24 *Epiſcopus non poteſt tenere familiam armatam , niſi ſit etiam Dominus temporalis , & an ſit verum.*
25 *Familiam armatam poſſunt habere Epiſcopi.*
26 *Epiſcopi non tenentur brachium ſæculare inuocare , cùm poſſint ex ſe executiones facere.*
27 *Epiſcopi tenentes familiam armatam habentur in maiori honore.*
28 *Epiſcopus habet territorium , & poteſt ea , quæ poſſunt Territorium habentes.*
29 *Epiſcopus habet imperium in ſua Diœceſi.*
30 *Epiſcopus aſſimilatur Præſidi.*
31 *Epiſcopus, & eius Vicarius dicuntur Officiales Ciuitatis, & Communis.*
32 *Epiſcopus habet fiſcum , & Procuratorem fiſcalem.*
33 *Laici an poſſint carcerari à Curia Epiſcopali.*
34 *Epiſcopus poteſt carcerare , & punire laicos in delictis Eccleſiaſticis , vel mixti fori.*
35 *Carcerantur laici in curiis Epiſcopalibus ratione delicti.*
36 *Epiſcopi poſſunt carceri tradere laicos , etiamſi hoc ius non præſcripſerint.*
37 *Epiſcopus poteſt mulctare laicos ratione delicti.*
38 *Epiſcopus cui debeat applicare mulctas pecuniarias.*
39 *Mulctæ pecuniariæ ab Epiſcopis debent locis piis applicari.*
40 *Epiſcopus an poſſit executiones facere in bonis laicorum ſine requiſitione iudicis laici.*
41 *Laici an poſſint grauari ab Epiſcopo in bonis ſine brachio ſæculari.*
42 *Iudex Eccleſiaſticus quando non poßit exequi ſuas ſententias.*
43 *Territorium non habet Epiſcopus de iure ciuili.*
44 *Epiſcopi non poſſunt dare poſſeſſionem rerum laicalium.*
45 *Ordinarius , & delegatus iudex Eccleſiaſticus poſſunt exequi ſuas ſententias etiam in bonis laicorum.*
46 *Cenſuris non eſt procedendum , vbi poteſt fieri executio realis, vel perſonalis.*
47 *Verbum* , liceat , *quid importet.*
48 *Dictio* , Vt ſuprà , *eſt repetitiua omnium præcedentium.*
49 *Ordinarij omnes poſſunt executiones facere in bonis laicorum.*
50 *Concubina clerici efficitur de eius foro.*
51 *Concubina clerici à quo iudice ſit punienda.*
52 *Adulterium eſt delictum mixti fori.*
53 *Præuentioni quomodo ſit locus in delictis mixti fori.*
54 *Concubina non poteſt excommunicari non præuia trina monitione.*
55 *Concubina clerici dicitur etiam mulier, quam tenet extra domum.*
56 *Concubinarios quando oporteat monere , antequam puniantur.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

IN Curiis ſæpè occurrunt caſus inſoliti, & qui ad iuriſdictionem pertinent, magis ardui cenſentur, ideo oportet iudicem inuigilare, ne ſimiles controuerſiæ oriantur; verùm ſi naſcantur, caueat, ne foro ſuo aliquo modo præiudicet. Ad rem enim euenit, vt quidam regularis ſacerdos familiæ conuentus Saxolenſis habito mandato (quod obedientiam vocant ) à ſuo Superiore , vt ſe transferret Patauium , ipſe acceſſit Regium , vbi manſit per plures menſes in priuatorum domo conducta diu, noctúque extra monaſterium, quòd hîc honorificum habet eius Religio, habuit pro concubina mulierem nuptam , quam manutenebat cum ſcandalo etiam populi illius vicinatus. Re autem ad nos delata , & informationibus ſumptis euenit , quod executores Epiſcopatus nocte quadam dictum Sacerdotem deprehenderunt cum dicta eius amica, & ambos duxerunt ad carceres Epiſcopales , vbi tenti fuerunt , & vterque eorum faſſus eſt commercium carnale , quod longo tempore inter ſe habuerunt. Interim ſuperiores dicti Sacerdotis repetebant eum dicentes non potuiſſe longiùs detineri , minúſque inter reos conſtitui: Curia itidem ſæcularis dictam mulierem non potuiſſe carcerari, neque puniri in hoc foro, aſſerebat, niſi cenſuris Eccleſiaſticis. Vnde vides quantum de iuriſdictione diſceptandum ſit : vndique anguſtiæ , quid reſpondendum videbo.



Nam reſpectu Regularium allegatur diſpoſitio Conci-
lij Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Regular.* vbi diſponitur
Religioſum Epiſcopo non ſubditum intra clauſtra de-
gentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo
ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiore infra tem-
1 pus ab Epiſcopo præfigendum , ſeuerè eſſe puniendum,
ſin ab eo Epiſcopum de punitione eſſe certiorandum, ſin
minùs, ille à ſuperioris officio priuetur, & delinquens ab
2 Epiſcopo puniatur. Ex quibus apparet regularem etiam
extra clauſtra notoriè delinquentem non eſſe ab Epiſco-
po puniendum , vt notat Marth. *de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 182.
*num.* 2. & propterea S.C declarauit hunc in carceribus
Epiſcopi non poſſe detineri , donec etiam in eius curia
conficiatur proceſſus, ſed ſtatim eſſe remittendum, etiamſi
ſuperior nullam inſtantiam faciat : & de his meminerunt Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 4. *q.* 3. Rodoric. *qq. can.
& reg. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 7. *& q.* 63. *art.* 7. Piaſec. *in prax.
epiſc. p.* 2. *c.* 3. *ſub n.* 43. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 105.
*num.* 18. Prax. Archiep. Neap. *cap.* 59. *num.* 2. 3. *in magnis.*
Vgol. *de off. Epiſc. p.* 1. *c.* 20. §. 8. *n.* 2. apud quos materia
iſta tractatur.

Nihilominus dixi rectè , & ritè fuiſſe proceſſum , &
dictum regularem legitimè tentum , quoniam non viue-
bat ſub regulari obſeruantia, nec degebat in monaſterio,
quod erat in ciuitate , ſed per longum tempus moram
3 traxerat in priuatis ædibus cum amica. Vnde ſubintrat
alia diſpoſitio Concij Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 3. *de reform.* vbi ſta-
tuitur, vt nemo ſæcularis clericus cuiuſvis priuilegij per-
ſonalis , vel Regularis extra monaſterium degens etiam
ſui ordinarij priuilegij prætextu tutus cenſeatur, quomi-
nus , ſi deliquerit , ab Ordinario loci , tanquam Sedis
Apoſtolicæ delegato puniri, & corrigi valeat. Cuius ver-
ba ſunt clara , vt inquit Azor *d. cap.* 4. *q.* 3. *in fin.* Qua-
rant. *verb. Exemptio , verſ. viſitare , punire.* Leon. *theſ.
for. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3.
*alleg.* 105. *num.* 14. Vgolin. *eod. tract. p.* 1. *cap.* 20. §. 8. *n.* 1.
*in fin.* Prax. Archiep. Neap. *cap.* 59. *n.* 2. Marth. *de iuriſd.
d. caſ.* 182. *n.* 7. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.* 1. *c.* 1.
*quæſt.* 4. *num.* 129. *ad fin.*

In quo animaduertendum eſt non omnes , qui de-
gunt extra Monaſterium , ſubiici dicto decreto Tri-
dentini , ſi enim causâ prædicationis , vel confeſſio-
nis , vel elemoſynæ ad tempus morantur extra monaſte-
rium , non dicuntur extra illud degere , ſi habeant licen-
4 tiam , ſed degere dicuntur , qui habent domicilium , vel
longam moram , ſpeciali priuilegio , vel licentia , vel
etiam ſine ea : ita Fr. Eman. Roder. *qq. can. & reg. tom.* 2.
5 *q.* 2. *art.* 8. *verſ. animaduertendum :* vbi refert ad eos , qui
inſeruiunt beneficio, vel adiiciuntur alicui Monaſterio
ſecundùm regularia inſtituta , vt non dicantur degere
extra monaſterium.

Hic autem noſter Regularis inſeruiebat amicæ, quam
etiam ſuſtentabat, obedientiam Superioris non faciebat,
nec quidem nocte ad monaſterium ſuum declinabat, do-
mus affictum ſoluebat , ideò neceſſe fuit dicere, quod ex-
tra monaſterium degebat, quoniam verbum dicti Triden-
6 tini, *extra Monaſterium*, verificatur, dum Regularis non
viuit ſub Superiore conuentualiter, vt declarauit S.C. ſub
die 24. Maij 1588. his verbis : *Regularis manens extra
clauſtrum de licentia Superioris, etiam in domo deputata ad
erectionem Monaſterij , niſi in dicta domo adſit Regularis
obſeruantia, aut ſaltem viuat ſub Superiore conuentualiter, ſi
deliquit, poteſt puniri ab Ordinario.* Sic teſtatur Vinc. Marzil *ad Concil. Trid. libr.* 4 *tit.* 7. *c.* 1. Ioan. Sotteal. *in d. c.* 14.
Prax. Archiep. *d. c.* 59. *n.* 2. *in fin.* Piaſec. *d. prax. Epiſc.
p.* 2. *c.* 3. *ſub n.* 42. Barboſ. *d. alleg.* 105. *n.* 16.

Quod à fortiori, vt aiunt, probat caſum noſtrum, quo-
niam ſi regularis manens extra monaſterium de licentia
ſuperioris, & ex cauſa honeſta, delinquens ſubeſt Epiſco-
po, & ab eo poteſt puniri , quantò magis iſte , qui non
habebat licentiam, & manebat in dicta domo amicæ cau-
sâ , & vt libidini commodiùs vacaret. *Auth. multò magis,
C. de ſacroſ. Eccl.* vnde concludere poſſumus , quod ille
dicitur degere extra Monaſterium , qui moram trahit in
alio loco , vbi non eſt regularis obſeruantia, etiamſi ha-
beat ſuorum ſuperiorum licentiam ; hæc enim ſolum ef- 7
ficit , vt ille non dicatur apoſtata , ſed non tollit , quin
ſubiiciatur Ordinario , ad terminos Trid. *d. cap.* 3. *ſeſſ.* 6.
quia regularis degens extra Monaſterium , etiam cum li-
centia Superioris, poteſt ab Ordinario loci puniri, ſi de-
linquat , vt declarauit S. C. teſte Vinc. Marzil. *ad Conc.
Trid. d. lib* 4. *tit.* 7. *cap.* 1. & ita ſeruatum fuiſſe inquit
Prax. Archiep. Neap. *d. cap.* 59. *num.* 2. vbi etiam ait
duos Regulares in ea Curia fuiſſe bis tortos, alterum ob
tonſionem monetæ, & alterum ob ſeductionem falſorum
teſtium.

Verùm ſi quis Religioſus maneret in aliquo membro
ſui Monaſterij ſub regulari obſeruantia pro religionis
ſeruitio, ſi delinquat, non ab Ordinario, ſed à ſuo Supe-
riore erit puniendus. Aug. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 8
105. *num.* 17. Vinc. Marzil. *ad Conc. Trid. lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 1.
in quo obſerua requiri regularem obſeruantiam , & vi-
ctum conuentualem ſub Superiore , quod eſſe non po-
teſt , vbi pauci fratres morantur , & ideò dixi domum,
ſeu Oratorium Seruitarum poſitum ad Quatuor caſtra
Regij ſub titulo S. Annæ , vbi vnus Sacerdos regularis
tantùm moratur , vel quandoque duo ad ſummum cum
vno conuerſo ſine aliqua lege clauſuræ , eſſe ſubiectum
Ordinario, quoad correctionem, & viſitationem, ad ter-
minos dicti Tridentini , quia illic viuitur ſine obſeruan-
tia regulari , & non conuentualiter , & videtur potiùs
domus deſtinata ad Monaſterium , quàm Monaſterium,
quod etiam ab Illuſtr. Epiſcopo Coccapanio fuit viſita-
tum , quando prima vice in illis partibus viſitationi in-
cumbebat, & in eius erectione ab Illuſtriſſimis Cardinali
Eſtenſi facta appellatur Oratorium , & prohibetur in eo
celebratio Miſſarum in diebus ſolemnibus, & adminiſtra-
tio Sacramentorum , & alia , de quibus in decreto ſuper
inde facto.

Certum eſt igitur regulares extra Monaſterium degen-
tes ab Ordinario eſſe plectendos , ſi verò intra clauſuram
viuant , à ſuis ſuperioribus puniendos in termino ab
Epiſcopo præfigendo. Verùm quia ſæpe compertum eſt
Regularium Superiores nimis remiſsè procedere in hac
punitione, ideò Clem. VIII. P.M. ſub die 18. Martij 9
1596. ſua conſtitutione quæ incipit , *Suſcepti muneris*,
ſtatuit , quod ſi Superior Regularem ſuum ſic delin-
quentem non puniuerit, ſed ad alia ſui Ordinis loca extra
diœceſim Epiſcopi tranſmiſerit , inſtante Epiſcopo intra
terminum ab eo præfigendum , & ſub pœnis priuatio-
nis officiorum , & vocis actiuæ, & paſſiuæ debeat
eum reuocare à loco , ad quem tranſmiſſus fuit ad illum,
in quo deliquit , aliàs Ordinarius loci , ad quem ille de-
linquens tranſmiſſus eſt , ab Ordinario loci , in quo de-
liquit , requiſitus , vel alias de eius delicto informatus,
tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus in dictum regula-
rem ſeuerè animaduertat. Ita referunt Quarant. *in verbo,
Exemptio , ſub verſic. Quibus ſic in vnum.* Leon. *theſ. for.
Eccl. p.* 1. *c.* 8. *num.* 14. Piaſec. *prax. Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *num.* 44.

Barboſ. de off. Epiſc. d. alleg. 105. num. 19. Prax. Archiepiſc.
Neapol. dict. cap. 59. num. 5. in magnis.

Nec graue cuiquam videri debet, ſi regulares inuenti
in domibus meretricum, vel alio modo in delicto, ducan-
tur ad carceres Epiſcopi; id enim non ſolùm iure proba-
tur, ſed etiam conſuetudine recipitur, quoniam ad minùs
10 per 20. horas poſſunt detineri carcerati, vt ex gl. in c.
cum non ab homine, de iudic. Perez. in l. 17. tit. 17. lib. 2. ord.
gl. 1. inquit Roderic. qq. regul. tom. 2. q. 63. art. 7. verſ.
tertiò infertur, ibi: remittere. Praxis autem ſeruat, quod
iſti regulares ſi inueniantur in dictis locis, vel notoriè
delinquant, carcerentur per curſores Curiæ, & non re-
mittantur ad eorum Superiores, antequam capiatur de-
licti informatio; ita tamen quod illa quamprimùm ſu-
matur, & eodem die, vel ſequenti, quo facta eſt captura,
illi ſolent remitti ad eorum Superiores cum præfinitione
termini ad docendum de punitione, daturque eis, vel
11 offertur copia proceſſus, quem vſum probant dicta Prax.
Archiep. Neap. d. cap. 59. num. 3. in magnis, Piaſec. in d.
prax. part. 2. cap. 3. n. 43. Vgolin. de off. Epiſc. p. 1. c. 20.
§. 8. num. 2. verſ. immò comprehendi. Barboſ. eod. tract. d.
alleg. 105. num. 20.

Hinc quæri poteſt de vno caſu, qui meo tempore eue-
nit; quid ſcilicet faciendum ſit, ſi ipſe Superior Regula-
ris cum meretrice inueniretur? Vtique ad carceres Epi-
ſcopi ducendus eſt, ſicut cæteri; in hoc enim non habet
aliis maiorem prærogatiuam. Sed cui erit conſignandus,
12 cùm ipſe ſit Superior? Augetur difficultas, quoniam
etiamſi verè deliquiſſet, non tamen ipſo iure priuatur
officio, ſed per ſententiam: nec Vicarius Conuentus
hoc poteſt prætendere, quia Vicarius non eſt Superior
Prioris, licèt eo abſente habeat adminiſtrationem, &
præeminentiam: nec monachi poſſunt alium Priorem
creare, quia iſte nondum eſt priuatus. Hunc caſum à ne-
mine vidi tactum, tamen ego putaui ſtatim ſcribendum
eſſe Prouinciali narrando ei factum, & eum requirendo,
vt reſcribat, cui vellet conſignationem fieri, interim-
que eius nomine reus detineatur carceratus, quod ſatis
iuri conuenire putaui, quoniam expeditum eſt remiſ-
ſionem eſſe faciendam ad Superiorem ex decretis S. C.
13 Regularium: at Superiores ſunt primò Priores, ſecun-
dò Prouinciales, tertiò Generales. Marth. de iuriſd. p. 4.
caſ. 182. num. 3. hic non poteſt remitti ad Priorem, quia
14 actio, & paſſio non cadit ſimul in eodem ſubiecto, l. ille
à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. Vranius, de fi-
deiuſ. Menoch. conſ. 231. num. 73. ergo ad Prouincialem
recurrendum eſt, qui ſi erit præſens, ſtatim fiet remiſſio
modo ſupradicto; ſi abſens fuerit, per litteras certioran-
dus eſt, non autem reus eſt dimittendus, quia ſic vix
poſſet ab aliquo puniri, vt cùm Epiſcopus poſſit punire
Regulares in defectum Regularium Superiorum, vide-
tur quòd etiam poſſit pro nunc detinere, quia conceſſa
15 iuriſdictione, omnia videntur permiſſa, quæ ad eam ſunt
neceſſaria: ad rem Prax. Archiep. Neap. d. cap. 59. n. 3.
in fin.

Et hæc videntur ſatis iuſta, & honeſta, quoniam licèt
his temporibus ferè omnes regulares ſint exempti à iu-
riſdictione Ordinariorum, tamen olim omnes erant Epi-
16 ſcopis ſubiecti, cap. Monaſteria, cap. Abbatibus, 18.
quæſt. 2. Vgol. de off. Epiſc. p. 1. d. c. 20. in princ. Barboſ.
d. alleg. 105. n. 12. Homobon. de exam. Eccl. p. 3. tract. 15.
cap. 9. ſupp. 2. & propterea res facilè reuertitur ad ſuam
17 naturam, ſaltem in aliqua parte, l. ſi vnus, §. pactus, verſ.
quod in ſpecie, ff. de pact. l. in tantùm, in princ. de rer.
diuiſ. c. ab exordio, vbi gl. diſt. 35. Aret. in §. ſed hæc qui-
dem, Inſt. de exher. liber.

Monaſterium igitur eſt locus tutus pro regularibus, &
ea debet eſſe illorum habitatio; ſi ibi delinquant, ſolus
erit iudex eorum Superior. Verùm eis non licet à ſuis
18 conuentibus recedere, etiam ſub prætextu ad Superiores
ſuos accedendi, niſi ab iiſdem vocati, aut emiſſi fuerint,
& ſi quis ſine tali mandato in ſcriptis obtento fuerit re-
pertus, ab Ordinariis locorum tanquam ſui inſtituti de-
ſertor erit puniendus. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de regul.
Prax. Archiep. d. c. 59. n. 10. in fin. Vgol. de off. Epiſc. d.
c. 20. §. 8. n. 1. Quarant. in verb. Monaſteria, fol. 327. vbi
refert decretum S. C. quo etiam cauetur, vt ſi quis re-
gularium in poſterum temerè, leuíve ex cauſa Vrbem
almam abſque ſui ſuperioris licentia adire præſumpſerit,
etiam grauaminis cauſa, ad ſuos ſuperiores ſeueriori pœ-
na plectendus remittatur.

Verùm quia ſæpe ex Decretis Concilij Tridentini, de-
terminationibus S. C. & conſtitutionibus Apoſtolicis
Epiſcopus permittitur corrigere, compellere, vel punire
Regulares, multi enim ſunt caſus, in quibus illi ſubii-
ciuntur locorum Ordinariis, non obſtante exeptione, quos
videre licet apud Quarant. d. verb. exemptio, Ricc. 19
reſol. 547. Vgol. de off. Epiſc. p. 1. d. c. 20. latè Barboſ. d.
alleg. 105. per totam, quia tamen non ſemper exprimitur,
an Epiſcopi poſſint contra eos cenſuris etiam procedere,
vertitur in dubium, an id eis liceat, cum illi habeant
priuilegium, ne valeant ab Ordinariis excommunicari,
ſuſpendi, vel interdici. Et ſanè in hoc multi opinati ſunt
Regulares exemptos in iis, in quibus ſubiiciuntur Ordi-
nariis, licèt valeant mulcta indicta, carcere, pignori-
bus captis, vel alio modo conſtringi, aut puniri, non
tamen poſſe cenſuris compelli, niſi expreſsè id permitta- 20
tur, vt in quibuſdam Tridentini decretis: ita Fr. Eman.
Roderic. qq. can. & reg. tom. 1. cap. 74. num. 4. caſ. 1. latè
Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 33. n. 23. & moral. lib. 6. c. 1. n. 14.
qui rem fusè examinat. Quarant. in ſum. Bull. verb. Præ-
cedentia, verſ. an in caſu.

At verius eſſe exiſtimo, & receptius, vt Epiſcopi, &
Ordinarij valeant non ſolum mulctis, & modis prædictis
procedere contra Regulares in caſibus, quando eis ſubii-
ciuntur, ſed conſtringere illos cenſuris, velut ſi re-
nuant accedere ad publicas proceſſiones, vel extra Mo-
naſterium delinquant, & in ſimilibus caſibus, quoniam 21
Concilium Trid. ſeſſ. 25. cap. fin. de regular. mandat ob-
ſeruari omnia decreta de eis loquentia, non obſtantibus
priuilegiis, & Epiſcopos deputat executores. Vnde nulla
habenda eſt ratio priuilegiorum, & cùm per Concilium
non reſtringatur modus compellendi, ille Epiſcopi arbi-
trio remittitur, nec eorum priuilegium tollit arbitrium,
quod Epiſcopis dat Concilium, & ideò liberum erit Or-
dinariis, ſi velint, etiam cenſuris contra Regulares pro-
cedere, & ita ſenſerunt, & ſeruatum eſſe dixerunt, & à
S.C. deciſum teſtati ſunt Armendar. in addit. ad recopil.
legum Nauarræ, lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. de proceſſ. n. 7.
Lopez ad Diaz in prax. cap. 3. littera A, verſ. quæ po-
teſtas, Maceratenſ. deciſ. 35. dub. 2. Prax. Archiep. Neap.
d. c. 59. num. 8. verſ. nihilominus, in magnis, Aloyſ. Ricc.
reſol. 308. num. 6. verſ. tamen, de pœn. Gratian. deciſ. 232.
n. 15. verſ. vnde. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 78. num. 25. p. 3.
quod etiam certius redditur ſtante Bulla Pij IV. per quam
abrogantur omnia priuilegia Concilio Tridentino con- 22
traria, vt inquiunt Prax. Archiep. Neap. d. c. 59. num. 9.
verſ. facit etiam, in magnis. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 308. n. 6.
verſ. Accedit.

Non obſtat, quod diximus ex voto S. C. Regularem
ſcilicet eſſe ſtatim remittendum ad ſuum Superiorem,
quia illud verbum, Statim, intelligitur cum aliquo tem- 23
poris interuallo, & cum certo temperamento ſecundùm
ſubiectam materiam, adeò vt ſæpe etiam dicatur fieri ſta-
tim, quod fit in termino decem dierum. Ita probat textus
in l. quod dicimus, vbi gl. in verbo, Intelligendum, ff. de
ſolution. Tiraq. in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, ſub n. 119.
C. de reuocat. donat. Rot. diuerſ. deciſ. 285. num. 10. part. 4.
& ideò ſi remiſſio fiat in termino viginti horarum, vel
die ſequenti, rectè incontinenti facta dicetur per ea,
quæ vidimus, hoc enim iudicis arbitrio remittitur.
Menoch. de arbit. iud. caſ. 13. n. 4.

His ſuperatis reſtat videre, an iuſta ſit fori laicalis præ-
tenſio, quòd ſcilicet hæc mulier non potuerit detineri
in



in hoc foro Epiſcopali, nec in eo puniri. Pro cuius rei di-
lucidatione aliqua in iure certa præmitenda ſunt; nam
ſolent Iuriſtæ, & Canoniſtæ ſæpe quæritare, an liceat
Epiſcopis, & eorum Vicariis tenere familiam armatam
pro executione eorum, quæ ipſi decernunt, & pro ne-
ceſſitatibus eorum officij, habereque lictores, ſeu cur-
ſores armatos ad carcerandos delinquentes? In hoc mul-
ti putauerunt, niſi Epiſcopus habeat etiam in loco tem-
poralem iuriſdictionem, non poſſe familiam tenere arma-
tam, quia non habet territorium, nec fiſcum, & pro-
pterea oportere eum iudicis ſæcularis implorare auxi-
lium: ita tenet, & in facto reſpondiſſe inquit Abb. in
24 cap. cum non ab homine, num. 8. de iudic. & latiùs in cap. ſi-
gnificaſti, num. 10. in fin. vbi etiam Felin. num. 4. & Bero.
num. 31. de off. deleg. Afflict. in conſtit. Intentionis, num. 13.
Hoſt. in ſumm. de treg. & pac. col. 2. verſ. ratione perſonæ,
& col. 3. verſic. ſed contra. Oldrad. conſ. 77. n. 10. Boer.
deciſ. 264. num. 3. Auend. de exequend. mand. cap. 1. n. 22.
Menoch. de ſucceſſ. creat. §. 22. num. 17. & §. 6. num. 16.
verſ. illud autem. Soar. de Paz. in pract. tom. 2. præl. 2.
num. 54. Perez. l. 48. gl. 3. tit. 1. lib. 3. Oliban. in comment.
vſatic. cap. 15. num. 50. verſic. ſed quia, Decian. tract. crim.
lib. 8. cap. 3. num. 47.

Verùm altera eſt ſententia certa, vera, & magis com-
munis, & vſu recepta, vt Epiſcopi, & eorum Vicarij
indiſtinctè contra clericos, & laicos in cauſis ad forum
Eccleſiaſticum pertinentibus, etiamſi non habeant in lo-
co dominium temporale, valeant familiam armatam te-
nere, & proprios habere miniſtros, & executores, quo-
niam poſſunt habere carceres, & pœnas etiam corporis
afflictiuas, non tamen ſanguinis, infligere, eis datum eſt
iudicium terminale, & ciuile, & ſolùm recurrunt ad bra-
chium ſæculare, quando per ſuos executores non poſ-
25 ſunt executiones terminare, & ita probatur ex cap. contra
idolorum, iuncta gloſſa 16. quæſt. 5. cap. attendendum, 17.
quæſt. 4. Felin. in cap. cùm ſit generale, num. 20. verſ. contra-
rium, & ibi Soc. in fin. de for. compet. videndus Bald. in
l. 3. §. ait enim, ff. de off. præfect. vigil. Barbat. in cap. ſignifica-
ſti, vbi etiam Dec. num. 19. 21. de off. deleg. idem Dec. in
d. cap. cum non ab homine, num. 8. 29. de iudic. latè Campeg.
in Clem. 1. num. 21. de vit. & honeſt. cler. latè Rol. conſ. 37.
num. 9. & ſeqq. vbi reſpondet contrariis, lib. 4. Aufr. de
poteſt. iud. Eccl. ſuper laic. & eorum bon. num. 18. Fuſch.
de viſitat. lib. 2. cap. 32. num. 16. Menoch. de arb. iud. caſ. 394.
num. 70. Farin. quæſt. 182. num. 90. in fin. pulchrè vide Læl.
Iordan. tract. de maior. cauſ. cap. 8. num. 1. & ſeqq. & per to-
tam, vbi tollit omnia contraria. Leon. in theſ. for. Eccleſ.
part. 1. cap. 9. num. 16. & part. 2. cap. 1. num. 16. Sbrozz. de off.
Vic. lib. 2. quæſt. 147. num. 1. Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 4.
§. 12. Bellet. diſq. cler. part. 1. tit. de fau. cler. real. §. 1. num. 18.
Graſſ. de effect. cler. eff. 1. num. 129. Tuſch. litt. E, concl. 253.
num. 1. 12. latè Aug. Barboſ. de off. Epiſc. part. 3. alleg. 107.
num. 1. 2. 3. 8. benè Giurb. conſ. 88. num. 2. Piaſec. in prax.
Epiſc. part. 3. cap. 3. num. 4. Prax. Archiep. Neap. cap. 10. n. 7.
& cap. 11. in magnis. Marth. de iuriſd. part. 1. cap. 50. num. 5.
8. 9. & part. 4. caſ. 111. num. 5. Horat. Caualc. de brach. reg.
part. 4. num. 259. Duard. in comment. Bull. Cœn. Domini,
lib. 2. can. 1. quæſt. 33. concl. 2. num. 23. 26. apud quos cauſas,
& rationes licet videre; ſufficit enim hic cognoſcere
hanc eſſe communiſſimam DD. ſententiam, quæ hodie
non recipit difficultatem ſtante Decreto Concilij Trid.
ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. vbi iudicibus Eccleſiaſticis per-
mittitur ſuas ſententias exequi per proprios, vel alienos
executores, adeò vt poſſint, non tamen teneantur contra
laicum, vel clericum brachium implorare ſæculare, & ſi
faciant, aſcribitur eorum vrbanitati, & in ſubſidium vi-
26 dentur facere. Rol. conſ. 37. num. 17. verſ. non obſtant, lib. 4.
Marth. de iuriſd. part. 1. c. 50. num. 21. pulchrè Læl. Iordan.
tract. de maior. cauſ. cap. 8. num. 43. 45. Horat. Caualc. de
brach. reg. part. 4. num. 258.

Nec eſt conſiderandum, quod multi Epiſcopi non te-
neant familiam armatam, ſufficit enim poſſe; nam vel
id faciunt, quia pauperes ſunt, vel quia tenaces, & ha-
bent manus aduncas, aut quia id malunt; eſt enim actus
facultatiuus, & poſſunt, ſi volunt; & qui vtuntur fa-
milia armata, ſatis conſtat maiore in honore haberi, vt
inquiunt Barbat. in d. cap. cum non ab homine, num. 40. de 27
iudic. Læl. Iordan. d. tract. de cauſ. maior. cap. 8. num. 18.
verſ. Barb. & Marth. de iuriſd. part. 1. cap. 50. num. 11.

Non enim eſt verum, quòd Epiſcopus non habeat ter-
ritorium, quia verè illud habet, & Diœceſis illi deſer-
uit pro territorio, & poteſt ea in officio ſuo, quæ poſ-
ſunt territorium habentes, vt probant textus in cap. om-
nes Baſilicæ, 16. quæſt. 7. cap. fin. vbi Gem. de conſt. in 6. 28
Hort. in cap. cùm contingat, vbi Innoc. & Ioan. And. de
for. comp. Ruin. conſ. 22. num. 5. lib. 1. Tuſch. d. littera E,
concluſ. 253. num. 14. Læl. Iord. d. cap. 8. ſub num. 26. Leon.
in theſ. for. Eccl. part. 1. cap. 9. num. 28. Ricc. d. reſol. 473. n. 3.
Barboſ. d. alleg. 107. num. 3. idemque poteſt omnia, quæ
poſſunt territorium habentes in cauſis ad eius forum
ſpectantibus, & habet imperium in ſua Diœceſi, vt in- 29
quit Læl. Iord. d. cap. 8. num. 25. & aliàs dixi ſimilem eſſe
Prætori, immò aſſimilari Præſidi, inquit Peregr. de iur.
fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 105. in fin. licèt ipſe Peregr. in prax. 30
ciuil. lib. 1. in rub. de iudic. n. 50. admiſerit Epiſcopos, &
Abbates habere quidem iuriſdictionem, ſed non territo-
rium, quia iura extant aperta, Epiſcopos territorium ha-
bere, vt apud prædictos videre eſt.

Nec mirum, quia Epiſcopus, & eius Vicarius dicun-
tur Officiales Communis, & Ciuitatis, adeò vt prohi-
bitus exequi ſententiam extranei iudicis, vel trahere ad
alienum forum, non prohibeatur exequi ſententiam Epiſ-
copi, vel Vicarij, vel trahere ad eorum forum in cauſis
ad eos ſpectantibus: pulchrè Anch. conſ. 341. num. 1. verſ.
ex iſtis. Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 10. de conſtit. 31
Rol. d. conſ. 37. num. 23. lib. 4. Marth. de iuriſd. part. 1. cap. 50.
num. 19. Tuſch. d. concl. 253. num. 5. Prax. Archiep. Neap.
cap. 48. num. 9. 10. in magnis. Hort. Caualc. d. tract. de brach.
reg. part. 4. num. 258.

Hinc eſt etiam, quòd Epiſcopus, & eius Curia habet
fiſcum, & procuratorem fiſcalem, & habet ius confiſcan-
di, & eius Cameræ applicandi pœnas etiam laicis infli-
ctas, ita tamen, quòd mulctæ pecuniariæ locis piis diſtri-
buantur, prout de veriori opinione, & communi teſtan-
tur Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 9. num. 11. Peregr. de iur. fiſc. 32
lib. 1. tit. 2. num. 105. verſ. ſed contra, & num. 106. Tuſch. d.
concl. 253. num. 6. Aloyſ. Ricc. in prax. reſol. 479. num. 2. 3.
Prax. Archiep. Neap. cap. 45. num. 2. in magnis. Leon. in theſ.
for. Eccl. part. 2. cap. 1. n. 17. Bellet. diſq. cler. part. 1. tit. de fa-
uor. cler. real. §. 1. n. 21.

Hinc cognoſcitur eos malè ſentire, qui putarunt Epiſ-
copum, & eius Vicarium in caſibus vbi poſſunt contra
laicos iudicare, non poſſe tamen eos arreſtare, vel carce-
ri tradere, aut eorum perſonam punire abſque requiſi-
tione iudicis ſæcularis, ſed tantùm poſſe contra eos cen-
ſuris procedere, & pro hac ſententia contra Epiſcopos
allegantur Ioan. Andr. ad Specul. in rub. de off. Ordin. Anch.
in reg. ea quæ ad decus, quæſt. 11. de reg. iur. in 6. Oldr. con- 33
ſil. 86. in fin. Imol. in cap. cùm Epiſcopus, de off. ord. in 6. Lo-
pez in cap. per veſtras, in 2. not. §. ſed eſt, de donat. inter vir. &
vx. Villalob. de comm. op. littera I, num. 117. March. dec. 449.
num. 2. lib. 1. Guid. Pap. ſing. 220. Rom. ſing. 703. Aug. Arim.
in tract. de malef. verſ. quod fama, num. 88. alios allegat, &
de communi reſtatur Clar. in prax. quæſt. 47. num. 8. verſ.
vnum tamen. Boer. d. deciſ. 264. num. 3. Auend. d. cap. 1. n. 22.
Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 27. n. 15.

Nam his non obſtantibus verius eſt, & receptius Epiſ-
copum habere etiam diſtrictionem perſonalem in laicos
pro delictis Eccleſiaſticis ſeu mixti fori, adeo vt eos poſ-
ſit per ſuos, vel alienos executores carceri tradere, & per-
ſonaliter punire, & hæc ſententia magis communi DD.
calculo recipitur, & non ſolùm probatur expreſsè decre-
tis Concilij Tridentini, ſed etiam priùs apertis iuris cano- 34
nici locis, vt ex c. 1. de off. ord. c. contra idolorum 26. q. 5. c.

*attendendum*, 12.*quæſt*.4. *cap*.2. *de adult. Clem*.1. *de hæret.*
*Dominic. de S. Gem. in d. cap.cùm Epiſcopus, num*.9. vbi
Franch. *in* 4.*not.de off.ord.in* 6.Anan. *in cap*.2.*de adult*.&
*in cap.qualiter*,§.*ad corrigendos, de accuſ*. Felin. *in cap.cùm*
*ſit,num*.20.*verſic.contrarium*,vbi Soc. *in fin. de for. compet.*
& *in d.cap.ſignificaſti,num*.4.*ad fin.de off. deleg*. Aufrer. *de*
*pot. Eccl.ſuper laic.num*.1.& *in Clem*.1.*quæſt*.5.*num*.107. *de*
*off.ord*.Abb.*in cap.ſicut,de priuileg*.Cagn.*in l.vnic,num*.26.
*ff.ſi quis ius dicenti non obtemp*. Villad. *tract.de hær. q*.11.
*num*.17.*ad fin*.Læl.Iordan.*de Rom. Sed.orig. part*.2. *cap*.8.
*num*.19.20.27.*& per totum*. latè Foller. *in prax. verſ. Aut*
*inquiſitione formata, num*.52. ibi :*ſed iſtis*. Boſſ. *in prax.*
*crim.titulo de foro compet. num*.159.videndus Couar.*pract.*
*qq. cap*.10.*num*.2.Tuſch.*pract. concl.littera M,concl*.293.
*num*.41.42. Barbat. *conſ*.93.*numer*.15.*& ſeqq. tom*.1. *inter*
*conſ.crim*.Rol.*d.conſ*.37.*num*.16.*lib*.4. Barboſ. *d. alleg*.107.
*num*.8.*verſ.ſed contrarium*.Marth.*de iuriſdict.part*.1. *c*.50.
*num*.5.8. Prax. Archiep. Neap. *cap*.13. *num*.3. *in magnis.*
Hort. Caualc. *dict.tract.de brach.reg. part*.4. *numer*.258.
apud quos rationes, & cauſas, & reſponſiones ad con-
traria licebit videre, apparet autem hanc eſſe commu-
niſſimam DD. ſententiam, & melioribus rationibus mu-
nitam, & vltimo loco definitam à Concilio Trid. *d.*
*ſeſſ*.25.*cap*.3.*de reform*.adeò vt non ſit mirum, ſi hæc opi-
nio magis placuerit S. C. habitæ ſub die 5. Iun. 1567.
coram Sanctiſſimo Pio V. & fuerit ſeruata Mediolani
tempore Sancti Caroli, teſte Tuſch. *dicta concluſ*.293.
*num*.42.

Et hoc eſt in viridi obſeruantia apud eos Prælatos,
qui vti volunt facultate ſibi conceſſa, & id tolerant
laici in criminibus Eccleſiaſticis, vel mixti fori, & ego
ſæpiùs practicaui, & vidi carcecari quendam ſacrile-
35 gum, qui furatus fuerat plumbum, quo tegebatur Ca-
pella Illuſtriſſimi Cardinalis Tuſchi, & alterum, qui ſtu-
pratus fuerat virginem cum promiſſione matrimonij, &
alium laicum, qui falsò denunciauerat falſum matrimo-
nij impedimentum, & hanc concubinam, & diebus ela-
pſis alteram, quæ fuerat accuſata de adulterio ab eius
marito; & ſic etiam ſeruatur Neapoli, teſte Genuenſi
*in prax. Archiep. d. cap*.13. *num*.1.3. & vbi hoc ius fuit à
Prælatis præſcriptum, eos poſſe etiam laicos carcerare,
admittit quoque Clar. *in prax. d. quæſt*.37. *num*.8. *verſic.*
*tamen*, ibi :*bene verum eſt*. Sed verius eſt non requiri ta-
lem præſcriptionem, quia Prelati id ſuo marte facere poſ-
ſunt, & non eſt neceſſaria præſcriptio in illis faciendis,
quæ iure communi permittuntur : ita pulchrè Couar.
36 *pract.qq.cap*.10.*num* 2.*verſ.ſecundò quoties*.Tuſch. *d. litte-*
*ra M,concl*.293.*num*.42. Læl.Iordan.*in d. trct. de maior.*
*cauſ.cap*.8.*num*.41.

Hinc certum eſſe cognoſcimus, Epiſcopum, & eius Vi-
carium poſſe mulctare etiam laicos, & pœnis pecuniariis
punire in caſibus ad eius forum ſpectantibus, *cap. licèt*,
37 vbi Abb.*de pœn.cap.ſtatuimus*,16.*quæſt*.1.*cap. quiſquis* 17.
*quæſt*.4 de communi Felin.*in cap. irrefragabili*, §.*cæterùm*,
*num*.5.*de off.ord*.Hoſt. Butr. Anan. Card. *in cap.ad aures*,
*de ſimon*. Peregr. *de iur. fiſc. lib*.1. *tit*.2. *num*.106. poſt
multos Aug. Barboſ. *d. alleg*.107.*n*.18. perbellè Marth.
*de iuriſdict. part*.1. *cap*.50. *num*.18. pro quo notandum
eſt antiquitus potuiſſe Epiſcopos mulctas ſtatutis Ec-
cleſiaſticis inflictas ſibi applicare, & in proprios vſus
conuertere, quas vnico ſuo arbitrio imponebant, locis
piis diſtribuere ſolebant ad euitandam auaritiæ ſuſpicio-
nem. Hoſt. *in ſumm.tit.de off.ord*.§.*quia pertinet,verſic.non*
38 *tamen debet*. Abb. *in d.cap.licet,num*.9.*de pœn*.Couar.*var.*
*reſ. lib*.2.*cap*.9.*num*.11.March. *deciſ*.339. *num*.12. *part*.1.
tamen hodie Epiſcopi id facere non poſſunt, ſed mulctas
pecuniarias eo ipſo, quod exactæ fuerint, locis piis aſſi-
gnare debent, adeò vt nec aliquam portionem ſuo va-
leant applicare Vicario, nec Cameræ Epiſcopali, aut
fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, non obſtante quacumque
39 conſuetudine non præſcripta. Concil.Trid. *ſeſſ*.25.*cap*.3.
*de reform*. & ita decreuit Sacra Congregatio, teſte Qua-
rant.*in ſum.Bullar.verb. Pœnæ pecuniariæ, verſ. id expreſsè.*
Piaſec. *in prax. Epiſc. part*.2. *cap*.4. *num*.97. Sbrozz. *de*
*off. vic. in addit. quæſt*.143. Aloyſ.Ricc. *in prax.reſol*.300.
*num*.3. Prax. Archiep. Neap. *cap*.69. *num*.2. *in magnis.*
Barboſ. *de off. Epiſc. part*.3.*alleg*.107.*num*.19. *verſ. id ex-*
*preſsè*. Aliquid tamen toleratur in Epiſcopo paupere, &
multi ſolent partem mulctarum applicare fabricæ ſui Pa-
latij, & Roma non contradicit.

His viſis quærendum eſt, an ſicut Epiſcopus poteſt in
dictis caſibus laicos carcerare, ita valeat in eorum bonis
executiones facere ad exigendam mulctam ſine requiſi-
tione iudicis ſecularis? Nam id negant multi, quia bo-
na laici ſunt prorſus libera à poteſtate iudicis Eccleſia-
ſtici : ita probant *ex cap. ſecundum*, 23. *quæſt*.8. ibi *: re-*
*gia poteſtate dare cogatur, cap. poſtulaſti, de Iudæis, c*.2. 40
*de maledict. l. Epiſcopale, C. de Epiſc.aud*. Ioan. And. *in*
*cap*.1. *col*.3. *verſ. bonis mundanis, de homic. in* 6. Hoſt. *in*
*c. ſignificaſti, ad fin*. vbi etiam Butr. *de off. deleg*. Bald. *in*
*margar. verſ. delegatus*, Ang. *in l. fin. num*.5. *C. de iudic.*
Card. *in Clem*.1. *quæſt*.10. *de off. deleg*. latè de communi
teſtans Ioan. Lopez *in c.per veſtras, not*.2. *verſic. ſed eſt*
*pulchra, num*.10.*in fin.num*.11.12.13.14.*de donat.inter vir.*
*& vxor.*

Sed verius eſt, & receptius poſſe Epiſcopum abſque
iudicis ſæcularis requiſitione exigere mulctam à laico, &
in eius bonis executionem facere, vbi mulctatus eſt pro-
pter delictum Eccleſiaſticum, vel mixti fori, & nulla
ſunt iura, quæ aſtringant iudices Eccleſiaſticos ad im-
plorandum brachium ſæculare pro faciendis executio-
nibus, licèt id poſſint, ſi velint, & faciendo ſibi non præ- 41
iudicant, quia eſt actus facultatiuus, & ſi poſſunt laici
perſonam conſtringere, quanto magis eius bona minùs
digna, & quæ ſequuntur naturam principalis, qui ratio-
ne cauſæ effectus eſt de iuriſdictione Prælati, & ideò ne-
gari non poteſt, quin iudices Eccleſiaſtici poſſint pro-
priis miniſtris executiones facere in bonis laicorum, &
propterea contra Ioan. Andr. tenent Abb. *in d.c.licèt,n*.8.
*de pœn*. pulchrè videndus Felin. *in d.c. irrefragabili*, §.*cæ-*
*terùm,num*.5.*verſic.licèt, de off.ord*. quem ſequitur Aufr.
*ad Capell.Tholoſ.deciſ*.274.*verſ. An autem Ordinarius*, ibi:
*ita firmat*, & *de poteſt. Eccl. ſup. laic. num*.2. Rot. *dec*.7. *de*
*teſtib.in antiquis*.And.de Iſern.*in tit.de ſtat.& conſuet.con-*
*tr.libert.Eccl.num*.12. Dom. *in cap.cum Epiſcopus, ſub n*.9.
& ibi Franch.& Ioan.Vanquel.*in vlt.concl.de off.ord.in* 6.
Innoc. *in c.olim.il tertio, de reſt ſpol*.Ioan.de Anan. *in rub.*
*de ſacrileg. num*.5. Soc. *in c.cum ſit generale, in fin*. & ibi
Felin. *num*.20.*de for.compet*.And.Soc. *in c. ſignificaſti, ſub*
*num*.30.*verſic.mihi videtur, de off.deleg*.Zabarell.*in c. litte-*
*ras, ſuper gl pen.de reſt. ſpol*. benè Couar. *pract.qq.cap*.10.
*num*.2.*verſiculo ſecundò quoties*. Cagn. *in l.vnic. num*.26.
*C.ſi quis ius dic. non obtemp*. Tuſch. *pract. concluſ. litt. E,*
*concluſ*.253.*num*.6. Marth. *de iuriſdict. part*.1. *cap*.50.*nu-*
*mer*.17. Prax. Archiep. Neap. *cap*.10. *ſub numer*.7. *verſ.*
*ſed dum*, & *cap*.11. Hort. Caualc. *de brach. reg. part*.4.
*numer*.258. apud quos rationes etiam videre poteris, &
præcipuè apud Læl. Iordan. *d.tract.de maior. cauſ. cap*.8.
*numer*.10. *& per totum*, qui hanc rem latè examinat, ex
quibus licèt cognoſcere hanc eſſe veriorem, & magis
communem DD. ſententiam, vſuque, & in praxi ſatis
receptam.

Neque obſtant iura in cõtrarium adducta, quia ſi loqui-
mur de iuribus canonicis, ea procedunt ſolùm, vbi pro fa-
ciliori expeditione Eccleſiaſticus vult negotium com-
mittere iudici laico, vt ipſe exequatur, vel vbi ille non
habet proprios miniſtros, vt declarat Felin.*in d*.§.*cæterùm*, 42
& Læl.Iord.*in d.c*.8. Sin placet loqui de lege *Epiſcopale*,
& aliis legibus ciuilibus, illæ fortè procedunt ſecundùm
ius ciuile, quo attento præualebat opinio, quòd Epiſco-
pus non haberet territorium, vt inquit Bald.& Caſtr. *in* 43
*d.l.Epiſcopale, C.de Epiſcop.aud*. Verùm quia, vt vidimus,
ſecundum iura canonica, quæ præualent, & faciunt ceſſa-
re ius ciuile, Epiſcopus dicitur habere territorium, &
imperium,



imperium, huiuſmodi iura non faciunt ad propoſitum,
propter quod hæc ſententia magis iuridica viſa eſt S.C.
& in eam inclinauit attento etiam ſolùm iure communi.

Verùm quia huiuſmodi dubitatio clarè tollitur, & ex-
preſsè dicitur in dicto Concilio Trid. *ſeſſ*.25.*cap*.3.*de re-*
*form*. vbi mandatur iudicibus Eccleſiaſticis, vt propria
auctoritate prius faciant etiam contra laicos executio-
nem realem vel perſonalem per proprios, vel alienos
executores, antequam veniant ad cenſuras, nihil reſtat,
de quo hæſitari poſſit, vt apud Prax. Archiepiſc. Neap.
*d. cap*.10. *num*.7. *in magnis*. Marth. *de iuriſd. d. cap*.50.
*num*.20. Caualc. *d.tract. de brach reg.part*.4. *num*.258.

Maius dubium eſt, an in cauſis ciuilibus ad forum
Eccleſiæ pertinentibus valeat Iudex Eccleſiaſticus ſuæ
ſententiæ executionem facere in bonis laici, velut in cau-
ſa reſtitutionis dotis ob ſeparationem thori, in reſtitu-
tione vſurarum, & vbi laicus extitit in iudicio fideiuſſor
pro clerico, & ſimilibus. Nam adſunt multi qui id Ec-
cleſiaſticis licere negant, quia non poſſunt mittere in
poſſeſſionem rerum laicalium, quæ non ſunt de tempo-
44 rali iuriſdictione Eccleſiæ : ita videndus Bald. *in d. cap.*
*ſignificaſti, num*.3.4. vbi Hoſt. & Butr. *de off. deleg*. latè
Lopez.*in d.cap.per veſtras, in* 2.*not.verſ.ſed eſt pulchra,n*.7.
*& ſeqq*.& *n*.15.*ad fin. de donat. inter vir. & vxor*. perbellè
Couar.*pract.qq.c*.10.*n*.2.*verſic tertiò illud erit*, & omnes
alij, qui fuerunt allegati in antecedenti quæſtione pro
contraria parte.

Verumtamen in hoc etiam verius eſt, & receptius iu-
dicem Eccleſiaſticum, ſiue delegatum, ſiue Ordinarium
poſſe ſuam ſententiam exequi, & dare poſſeſſionem cor-
poralem, etiam in bonis laicorum ſine requiſitione iudi-
cis ſecularis, & facere quamcumque executionem in eo-
rum bonis, ſiue per proprios, ſiue per alienos miniſtros:
ita probat, & benè dictum inquit videndus Specul.*de ſe-*
45 *cund.decret*.§.*reſt.num*.2. *verſ. alij*. Ioan.de Anan.*in d cap.*
*ſignificaſti, in fin*.& ibi Ioan.de Imol.*ad fin*.Barbat. *num*.12.
Felin.*ſub num*.4.*de off deleg*.Foller.*in prax.verb. Aut Inqui-*
*ſitione formata, num*.52.*verſ. immò, in fin*. Prax. Archiep.
Neap.*d.cap*.13.*num*.2.*in magnis*, & pro hac parte poſſunt
allegari omnes, qui in præcedenti quæſtione pro Epiſ-
copo ſenſerunt. Et hæc ſententia ſeruatur in practica, &
eſt magis communis, & ego eam ſeruaui ſæpe, velut in
vna Corrigienſi pro quibuſdam de Bottonis, vbi cùm
pronunciaſſem ex legitimis cauſis locum eſſe ſeparationi
thori, relaxaui etiam grauamen pro reſtitutione dotis, &
in cauſa ſequeſtri feci pignorare quoſdam de Reuerzanis,
& in pluribus aliis cauſis id obſeruatum fuit iuxta anti-
quum huius Curiæ ſtylum, idque non recipit difficulta-
tem ex infra dicendis.

Benè verum eſt, quòd attento iure communi hæc ſen-
tentia eſt valde controuerſa, & pro ea in S. C. habita
ſub die 5. Iunij 1567. coram Sanctiſſimo Pio V. non fuit
aliquid certi determinatum. At quia iſte caſus cum aliis
præcedentibus ſatis deciditur apertis verbis Concilij
46 Trid.*d.ſeſſ*.25.*cap*.3.*de reform*. vbi dicitur, quòd loco cen-
ſurarum quas Prælati paſſim adhibebant, in cauſis fori
Eccleſiaſtici liceat iudicibus Eccleſiaſticis in ciuilibus
negotiis contra quoſcumque etiam laicos per mulctas
pecuniarias, ſeu per captionem pignorum, diſtrictio-
nemque perſonarum per proprios executores, vel alienos
procedere; cuius decreti verba ſunt diſpoſitiua, quia
hæc poteſtas ſubrogata eſt loco cenſurarum, & quia
Concilium dicit, *Liceat*, quod reſpicit verbum facti, ſci-
47 licet captionem pignorum, & perſonarum diſtrictionem,
propter quod id Epiſcopis cenſetur permiſſum de iure,
& de facto. Bald. *in l. ſi ſtipulatio iſta*, §.*hi qui, ſub num*.3.
*de verb.oblig*. Ideò S. C. non curauit anxiùs caſum hunc
de iure communi diſcutere, quia nimis clara ſunt ver-
ba Concilij non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in contro-
uerſiis criminalibus : dicitur enim ibidem, *In cauſis quo-*
*que criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt*
*ſuprà, fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum*. Vbi conſi-
dera dictionem, *vt ſuprà*, eſſe repetitiuam omnium præ-
cedentium. Menoch. *conſ*.106. *num*.295.348.369. vide
Surd. *conſ*.200. *num*.6. & *conſ*.464. *num* 10. vnde infer-
tur, quòd ſicut in ciuilibus Concilium dixit licere Epiſ- 48
copis contra laicos facere executionem realem, & per-
ſonalem, ita & in criminalibus dicendum eſt : & pro-
pterea vniuerſæ Congregationes coram dicto Sanctiſſi-
mo Pio V. habitæ prædicta probauerunt in omnibus ſu-
pradictis caſibus.

Hæc autem procedunt non ſolum in Epiſcopis, & eo-
rum Vicariis, ſed etiam in quocumque Ordinario, &
Vicario Capitulari, quia eadem eſt neceſſitas, & eadem
iuriſdictionis poteſtas, & Concilium non ſe reſtringit ad
Epiſcopos, ſed mandat omnibus iudicibus Eccleſiaſticis,
quales poſſunt dici omnes Ordinarij iura quaſi Epiſco- 49
palia habentes : ſic probat dictum Concilium Trid.
*ſeſſ*.25.*cap*.3.*de reform*.ſentit Læl.Iordan *d.tract. de maior.*
*cauſ.c*.8. *num*.60.61.

His ita diſcuſſis patet, quid reſpondendum ſit Officia-
libus ſæcularis fori circa hanc procacem fœminam in
foro Epiſcopali carceratam. Nam ſi eam conſideramus
vti concubinam dicti ſacerdotis regularis, vtique certum
eſt eam eſſe ſubiectam foro Epiſcopi, quia concubina cle- 50
rici efficitur de eius foro, & quando notoria eſt, poteſt
puniri tam à iudice Eccleſiaſtico, quàm à ſæculari adeo, vt
ſit locus præuentioni : ſi verò occulta ſit, poteſt quidem
Eccleſiaſticus contra eam inquirere, & procedere, non
tamen laicus ex officio ſuo, ſed tantum ad querelam, vel
inſtantiam partis, vel data nimia Eccleſiaſtici negligen-
tia : ita probatur ex gloſſa *in cap.eos*, vbi Arch. & Dom.
34. *diſt*.latè vide Anch.*conſ*.196.*num*.5.Felin.*in cap.ſi con-*
*cubinæ, de ſentent excomm*. Grilinz. *conſ*.79. *num*.1. benè 51
Decian.*tract.crim.lib* 6.*cap*.21.*num* 37.*in fin*.Clar.*in prax.*
§.*fin.quæſt*.37.*num*.4.*verſ.quæro etiam*, de communi Lopez
*ad Diaz in pract.crim.cap*.79.*littera A, verſ.& non ſolùm.*
Tuſch.*pract concl.litt.M,concl*.293.*num*.44.Marth. *de iu-*
*riſd.part*.2.*c*.19 *n*.14.Bellet.*diſq.cler.part*.1.*tit.de fauor.cler.*
*real*.§.4.*num*.49.50.

Sin conſideremus talem fœminam vti adulteram, eſt
enim mulier nupta, quam etiam paſſim ſui copiam face-
re non conſtat, pariter certum eſt adulterium eſſe deli-
ctum mixti fori adeo, vt poſſit puniri tam ab Eccleſiaſti-
co, quàm à ſæculari Iudice; hoc tamen ordine, vt ſi aga- 52
tur de pœna excommunicationis, hæc à ſolo iudice Ec-
cleſiaſtico imponatur, ſi de pœna ſanguinis, à ſolo laico
infligatur, ſi verò de aliis pœnis, locus ſit præuentioni, 53
quod obſerua ſemper in his, quæ ſunt mixti fori, ad rem
Clar.*in pract.crim.d.quæſt*.37.*num*.3. *verſ. quæro numquid.*
Lopez *ad Diaz in d.pract.c* 85.*litt.B, verſic. puniri, in fin.* 54
pulchrè Decian. *tract.crim.lib*.4.*cap*.27.*n*.7.vbi ſic decla-
rat. Farin. *de delict.carn.quæſt*.141.*n*.47. Marth. *de iuriſd.*
*part*.2.*cap*.19.*n*.3.10.Bellet. *d*.§.4. *num*.63. videndus Ca-
ball *reſol crim*.194.*n*.10.11.qui tulit omne punctum.

Nec obſtat, quod dicebatur opponendo eam non eſſe
concubinam, quia non tenebatur in domo affectione
maritali; & quatenus eſſet, antequam Iudex Eccleſiæ
poſſit contra eam procedere, neceſſarium eſt vt præcedat
trina monitio, ex Concilio Trid.*ſeſſ* 24.*cap* 8.*de ref*. Nam
ad primum reſpondetur non hìc inquirendas eſſe quali-
tates propriæ concubinæ ad formam iuris ciuilis. ſufficit
enim ad propoſitum noſtrum clericum ad eam habuiſſe
conſuetudinem; nam clericus dicitur concubinarius,
etiamſi mulierem teneat extra domum, quando cùm ea
habet carnalem conſuetudinem, vt probat Leon. *in* 55
*theſ for. Eccleſ. part*.3. *cap*.4. *numer*.27. *verſic.& regula-*
*riter.*

Ad ſecundum reſponſum fuit non eſſe neceſſariam tri-
nam monitionem, niſi quando Epiſcopus vult contra cõ-
cubinarios procedere ad ſententiam excommunicationis,
ſecus eſt ſi aliis pœnis vti velit, quia tunc non requiri-
tur alia monitio; ſic enim declarauit S. C. his verbis : 56
*Trina monitio tunc demùm eſt neceſſaria inter concu-*
*binarios,*

*binarios, quando in eos vult Epiſcopus ferre ſententiam excommunicationis; ſi verò pœnis pecuniariis, vel aliis mulctare eos velit Iudex, non requiruntur iſtæ ſolemnitates.* Ita teſtantur Barborſ. ad Conc. Trid. dicto loco, Vinc. Marſill. ad Conc. Trid. lib. 4. cap. 1. & cap. 2. in fin. vbi etiam dicit quòd Concilium non ſuſtulit alias pœnas à iure communi contra concubinarios impoſitas, & cùm Archiepiſcopus Mediolanenſis condemnaſſet quendam concubinarium in pœnam ſcutorum 50. benè feciſſe, S.C. reſpondit ſub die 3. Nouembris 1587. Et ideò ego talem fœminam poſt carcerem multorum dierum exulem feci à tota diœceſi Regij ſub pœna ſcutorum centum, & in ſubſidium excommunicationis in caſu contrauentionis, quod illa obſeruauit; & ſecundùm prædicta me bene feciſſe reputatum fuit: & ita, &c. ſalua ſemper determinatione Sanctæ Eccleſiæ Romanæ.

---

# CAPVT LI.

## EPITOME.

Licitum eſt vſufructuario, fideicommiſſario, & ſimilibus arbores frugiferas incidere ex cauſa reparationis, & pro vſu ſuo, & quomodo id procedat.

## SVMMARIVM.

1 *Arbores non ſunt in fructu, ſed pars proprietatis.*
2 *Fideicommiſſarius non poteſt alienare.*
3 *Arborum inciſio æquiparatur demolitioni domorum.*
4 *Arbores vetuſtas, vel vi ventorum euulſas fructuarius tollere poteſt.*
5 *Impenſa in re ſpectat ad eum, qui habet fructus.*
6 *Fideicommiſſario non licet arbores cædere pro vſu ſuo.*
7 *Alienare prohibitus non eſt perfectus dominus.*
8 *Alienare non poſſe non eſt de dominij diffinitione.*
9 *Fideicommiſſo grauatus an poſſit dici rerum dominus.*
10 *Hæres fideicommiſſo grauatus eſt interim plenè proprietarius.*
11 *Arbores cædere ſpectat ad dominum.*
12 *Arboribus ſucciſis non eſt ſalua rerum ſubſtantia.*
13 *Vſufructuarius, & ſimiles non poſſunt arbores frugiferas cædere.*
14 *Emphyteuta, & ſimiles poſſunt ſuccidere arbores grandes fructiferas.*
15 *Arbores non fructiferas grandes quomodo fructuario licitum ſit cædere.*
16 *Arborum inciſio non prohibetur fructuario, ſed tantùm frugiferarum.*
17 *Arbores non fructiferas incidens non dicitur deteriorare.*
18 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
19 *Reparationis cauſâ licet fructuario cædere arbores fructiferas.*
20 *Vſufructuarius pro refectione villæ poteſt arbores cædere.*
21 *Arboribus vi ventorum euulſis quomodo potiatur fructuarius.*
22 *Arbores fructiferæ poſſunt etiam à fructuario cædi pro refectione villæ.*
23 *Fructuarius quando poſſit ſuccidere arbores.*
24 *Exceptio debet eſſe de genere regulæ.*
25 *Exceptio præter regulam eſt ridicula.*
26 *Proprietarius tenetur ad expenſam refectionis ædificiorum.*
27 *Vſufructuarius tenetur ad expenſas modicas, & quæ reſpiciunt fructus.*
28 *Vſufructuarius non poteſt arbores cædere pro nouo ædificio.*
29 *Lex* Arboribus, *de vſufr. declaratur.*
30 *Verbum,* ſuccidere, *quid importet.*
31 *Arbores fructiferas quomodo fructuario liceat cædere.*
32 *Vſufructuarius quomodo poſſit ſuccidere arbores pro vſu ſuo.*
33 *Arbores caduæ an pertineant ad vſufructuarium.*
34 *Arbores ſolent patresfamilias cædere pro vſu ſuo.*
35 *Notorij informationem poteſt capere iudex etiam in cubiculo.*
36 *Voluntatem morientis coniecturamus ex conſuetudine viuentis.*
37 *Vſufructuario licet, quod bono patrifamilias licitum eſt.*
38 *Arbores vi ventorum deiectæ ſpectant ad proprietarium.*
39 *Vfructuarius quam partem poſſit habere in arboribus euulſis.*
40 *Si de quo minùs, ineſſe videtur, ineſt & id, de quo magis.*
41 *Ratio vbi eſt eadem, ibi eadem iuris diſpoſitio.*
42 *Arbores vmbra ſua nociuas fructuarius cædere poteſt.*
43 *Emphyteuta, & ſimiles an poſſint mutare rei formam.*
44 *Vſufructuarius vniuerſitatis bonorum an poſſit mutare rei formam.*
45 *Arbores corruptioni proximas poteſt cædere fructuarius.*
46 *Fideicommiſſarius poteſt cædere arbores vetuſtas.*
47 *Futuri temporis tractus non ſpectat ad iudicem.*
48 *Sententia debet comprehendere præſentia, non futura.*
49 *Iudex non pronunciat ſuper non petitis.*
50 *Legibus, non exemplis, eſt iudicandum.*
51 *Sententiæ ſunt ſtricti iuris, & tantùm valent, quantùm ſonant.*
52 *Deterioratio quænam prohibeatur fructuario.*
53 *Deterioraſſe non videtur, qui tantundem meliorauit.*
54 *Compenſatio meliorationis cum deterioratione datur fructuario, & aliis.*
55 *Quod fit lege permittente, non meretur pœnam.*
56 *Vſufructuarius, & emphyteuta quas expenſas facere teneantur.*
57 *Fructuarius quomodo poſſit cædere arbores pro vſu ſuo.*
58 *Vſufructuarius an poſſit cædere arbores etiam pro expenſis in fabricando.*
59 *Reſtaurationis expenſa quomodo fiat per fructuarium.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN facti contingentia D. Io. Ludouicus Bruſatus in ſuo vltimo teſtamento hæredem ſibi vniuerſalem ſcripſit D. Iſabellam Ciarliniam ſuam ſororem, & ea deficiente eius filios, terminato vſufructu vxoris, quos grauauit poſt 30. annos ad reſtituendum eius hæreditatem lineis quibuſdam de Bruſatis. Pendente autem tempore fideicommiſſi DD Iacobus, & Ludouicus de Ciarliniis hæredes proprietarij pro parte ſexta dictæ D. Iſabellæ mediante eorum patre prætendunt poſſe ſuccidere arbores ſuper bonis dictæ hæreditatis exiſtentes ſaltem pro reparatione, & refectione ædificiorum dictæ hæreditatis, necnon pro vſu eorum familiæ ad comburendum tempore hiemis moderatè quidem, ſicut teſtator erat ſolitus facere. Contrà Bruſati negant id fieri poſſe, & dicunt omnes impenſas pertinere ad Ciarlinios proprio eorum ęre faciendas. Vnde quæritur quid iuris.

Et ſanè prima, vt aiunt, facie iuſta videtur Bruſatorum
contradictio, quia arbores non ſunt in fructu, ſed pars
proprietatis reputantur, *l. æquiſſimum, §. fructuarius*, vbi 1
Ang. *n. 1. ff. de vſufr. l. in fraudem, §. conductor*, vbi Bart. *de
iur. fiſc.* Alex. *conſ. 118. n. 4. lib. 5.* ſed Ciarlinij vetantur alienare proprietatem non ſolùm à teſtatore, qui voluit ſua bona conſeruari in familia Ciarliniorum maſculina per 30. annos ſed etiam à iure, propter grauamē fideicommiſ-



2 ſi, ad textum *in l. fin. C. communia de legat.* adeò vt neque
etiam poſſint dicta bona deteriorare, ex textu *in d. §. fructuarius*, & *in l. Imperator*, vbi DD. omnes, *ad Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art 40. num. 9.* ergo non poſſunt arbores incidere, & quæ ſunt pars proprietatis, quia hoc eſſet alienare, & deteriorem facere proprietatem; inciſio enim arborum æquiparatur demolitioni domorum, ad
3 textum *in l. & eleganter, §. non ſolùm, de dol.* Crott. *conſil. 115. num. 1.* Ioſeph Ludou. *deciſ. Peruſ. 22. num. 23.*

Et ſanè neque etiam licita videtur arborum inciſio
pro reparatione, niſi vetuſtæ ſint, vel vi ventorum euul-
4 ſæ. Gloſſa *in l. arboribus, in verb. materiam, de vſufr.* Alex.
*in l. diuortio. § ſi fundum, num. 2. ſol. matr.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 3. gl. 1. num. 29. verſ. ſed illo*, & ideò impenſa
refectionis, ſiue magna, ſiue modica ad Ciarlinios perti-
5 net, qui fructuum vtilitatem habent: latè Bertrand. *conſil. 40. num. 14. 15. vol. 2.*

Et tantò minùs Ciarliniis pro vſu ſuo licita erit arbo-
rum inciſio, tum quia ſic ipſi poſſent omnes arbores
6 auferre, quod abſurdum reputat textus *in d. l. arboribus, de vſufr.* Tum quia ſi non licet pro reparatione, multò minùs licebit pro combuſtione, *arg. l. nec ex vera, C. de acquier. poſſ. c. licèt vniuerſis*, & ibi gl. *de teſt.*

Sed his non obſtantibus, & non attentis puto fortiores eſſe Ciarliniorum rationes, qui cùm habeant dictæ hæreditatis plenam proprietatem cum vſufructu, domini poſſunt appellari, etiamſi interdicta ſit eis bonorum alienatio; nam licèt ſtrictè, & multùm propriè prohi-
bitus alienare non dicatur perfectus, & verus dominus,
7 ad textum *in l. fœminæ, §. illud, C. de ſecund. nupt.* Molin.
*de primog. Hiſpan. lib. 1. c. 19. num. 1.* Petr. Caball. *conſ. 147. num. 38. in fin. lib. 2.* tamen quia poſſe, vel non poſſe alie-
8 nare non eſt de diffinitione dominij, Bald. *in l. voluntas, num. 10. C. de fideicomm.* ſequitur, vt ſatis propriè fideicommiſſo grauatus ante diem fideicommiſſi dicatur pro-
prietarius, & pleno iuro dominus ſecundùm præſentem
9 ſtatum. Bald. *in d. l. voluntas, num. 10.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 2. gl. 1. num. 36.* latè Peregr. *de fideicom. d. art. 40. num. 6.* & *conſ. 92. num. 8. lib. 1.* Caball. *de exception. ad ſucceſſ. part. 2. except. 23. num. 5.* Franc. Cald. *de iur. emphyt. titulo de poteſt. elig. lib. 3. c. 16. n. 6.* interim enim hæres ple-
nam habet proprietatem, & poſſeſſionē etiam eius, quod
10 reſtitutioni obnoxium eſt. Surd. *conſ. 527. num. 16.* latè Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 106.* ideò poterit etiam
arbores incidere, quia hoc ſpectat ad dominum. Maſch.
11 *de probat. concl. 1195. num. 2.* dummodo id modeſtè fiat, &
non in ſubuerſionem fideicommiſſi, quia arboribus ex-
ciſis ſubſtantia fundi non remanet ſalua, funduſque de-
12 terior efficitur. Ioan. Cop. *tract. de natur. fruct. tit. 1. cap. 1. num. 3. in fin.*

Sed eſto, quòd fideicommiſſo grauatus non ſit perfectè dominus, tamen nil refert, quia cùm hæc omnia liceant etiam ſimplici vſufructuario, multò magis licita erunt iſtis hæredibus etiam proprietariis, *Auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccl. c. cùm in cunctis*, vbi gl. Ioan. Andr. & Abb. *de elect.* etenim vt hæc res inanis innoteſcat, animaduertēdum ęſt certam eſſe regulam, quòd vſufructuarius, emphyteuta, feudatarius, fideicommiſſarius, & ſimiles, qui ad tempus re quapiam reſtitutioni obnoxia
fruuntur, non poſſunt præter ſolitum arbores grandes, &
frugiferas notabili quantitate cædere, ad textum *in d. l.*
13 *in fraudem, §. conductor*, vbi Bart. *de iur. fiſc.* & *d. l. æquiſſimum, §. fructuarius*, vbi Alber. & *l. ſi grandes, de vſufr. l. diuortio, §. ſi fundum*, vbi Bald. Alex. Caſtr. Iaſ. & alij, *ſol. matr.* Tiraq. *d. §. 3. gl. 1. num. 24.* Menoch. *de arb. iud. caſ. 78. num. 8.* Ruin. *conſ. 58. num. 4. lib. 1.* Corbul. *de cauſ. priuat. emph. cauſ. 13. num. 2.* Tuſch. *practic. concl. littera C, concl. 623. n. 10.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. legatum, quæſt. 33. in princ* Bertaz. *conſ. 423. littera C*, Ioan. Copin. *d. cap. 1. n. 4.* Coſtan. Roger. *tract. de dot. quæſt. 11. num. 10.* pulchrè Schrader. *de feud. part. 9. c. 6. num. 64. 65.* Roſental. *eod. tr. cap. 10. concl. 33. n. 2.* & *n. 20.*

Verùm hæc regula multis modis declaratur, & limitatur, nam in primis intelligenda eſt de arboribus fructiferis ſui naturâ, vt nucibus, pomis, & ſimilibus, & proptereà cæteras licet grandes, velut ſalicem, populum, vlmum, fraxinum, platanum, & ſimiles vſufructuarius, & alij id genus cædere poterit, quia ſufficit non eſſe fru-
ctiferas. Crott. *conſ. 115. num. 5.* Becc. *conſ. 33. num. 5. &* 14
*ſeq.* Curt. Sen. *conſ. 70. num. 8. verſ. condeſcendo*, pulchrè Claud. *ad Bertaz. conſ. 423. littera D*, & fuſiùs Pacian. *conſ. 32. num. 2 & num. 33.* qui diſputat, & contrariis reſpondet, & ipſum verum dicere puto, niſi id fieret
in tam notabili quantitate, vt ſimul omnibus conſidera- 15
tis fundus in ſe poſſet dici notabiliter deterioratus, quia ex huiuſmodi arboribus naſcitur etiam aliquis prouentus, quo caſu teneretur incidens ſaltem ad reſtitutionem, ſi fortè non eſſet locus caducitati, quod pro nunc non diſputo.

Eſt ergo mera veritas, quod prædictis perſonis non plenè dominis, & vſufructuario, non ſimplex arborum inciſio prohibetur, ſed cum qualificatiua adiectione fru-
giferarum, & ſic omnes DD. loquuntur *in d. l. æquiſſi-* 16
*mum, §. fructuarius*, vbi Ang. *de vſufr.* Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alij, *in d. l. diuortio, § ſi fundum, ſol. matr.* Picus *in l. Titia, §. Titia, num. 116. de leg. 2.* Tiraq. *d. §. 3. gl. 1. n. 24.* Menoch. *d. caſ. 78. num. 8.* Craſſ. *d. quæſt. 33. in princ.* Corbul. *d. cauſ. 13. num. 2.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. rubr. de caduc. ob rei deter. num. 13.* Claud. *ad Bertaz. d. conſ. 423. littera A*, Tuſch. *concl. 461. in princ.* Schrad. *d. cap. 6. num. 64.* Roſental. *d. concluſ. 33. numer. 3.* etenim arbores non fructiferas incidens, deterioraſſe non
videtur. Giurb. *in conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 15. gl. 4. n. 15.* 17
& cùm ſolùm arborum frugiferarum prohibeatur inciſio, aliarum etiam grandium permiſſa cenſetur, quia in-
cluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cùm Prætor, in princ.
de iud.* Rol. *conſ. 58. num. 76. lib. 3.* in terminis noſtris 18
Crott. *d. conſ. 115. num. 5.* Pacian. *d. conſ. 32. n. 33. 34.* Becc. *d. conſ. 33. num. 5.*

Secundò magis ad rem noſtram pro reparatione, & refectione ædificiorum dubium non eſt, quin liceat vſufructuario, & ſimilibus arbores etiam fructiferas cædere, quantum ſufficit, dummodo aptæ ſint neceſſitati reparationis, & id fiat cum diſcretione, & iudicio, & fundus non deterioretur notabiliter, adeò vt ferè maius ſit damnum inciſionis, quàm beneficium reparationis, & licet aliqui diſſentiant, tamen hæc eſt communis ſententia, & verior, ſi inciſio pro reparatione fiat cum tali mo-
deramine. Ita per textum *in l. ex ſylua*, & *l. arboribus, §.* 19
*materiam*, vbi gl. *in verb. refectionem, de vſufr.* Bald. *in l. diuortio, §. ſi fundum, num. 2. verſic. ſed quid*, & ibidem gl. *in verb teneri, in fin.* & Alex. *num. 2. in fin. ff. ſol. matr.* Pic. *in d. l. Titia, §. Titia, num. 128.* Tiraq. *d. §. 3. gl. 1. num. 29.* Corbul. *d. cauſ. 13. num. 29.* Redoan. *d. rubr. de caduc. ob rei deter. num. 5. 22.* Craſſ. *d. §. legatum, quæſt. 33. in princ. verſ. quam communem.* Scot. *conſ. 12. num. 19. & ſeq. lib. 5.* Crott. *d. conſ. 115. num. 7. verſ. inſuper.* Ioſeph Ludouiſ. *deciſ. Lucenſ. 8. num. 9* Claud. *ad Bertaz. d. conſ. 423. littera A, in fin.* Pacian. *d. conſ. 32. num. 5.* Menoch. *conſ. 13. num 17.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap. 379. n. 372* & *c. 400. num. 1. part. 1.* Coſtan. Ruger. *de dot quæſt. 11. num. 10.* Mantic. *de tac. & amb. conu. lib. 22. tit. 29. num. 33.* & *num. 34. verſ. ſed hoc.* Carroc. *de locat. & conduct. part. 4. tit. cauſ. recuſ. q. 7. num. 28.* Giouagn. *conſ. 15. num. 8. lib.* . Giurb. *in conſuet. Meſſ. part. 1. cap. 15. gl. 4. num. 17. in fin.* Ioan. Caſtil *tract de vſufr. cap. 25. num. 7. 23.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem; eam tamen dubiam appellat, & tanquam non veram ſpernit, ſed contra eum ſtant cæteri omnes, & nouiſſimè etiam Roſental. *de feud d. cap. 12. concl. 33. n. 12.*
verius eſt enim & receptius licitam eſſe arborum frugi- 20
ferarum inciſionem ad villæ refectionem, ſeu reparationem.

Neque hoc intelligendum eſt de arboribus tantùm ventorum vi euulſis, quod eas ſolùm poſſit ſumere fru-

ctuarius

ctuarius,emphyteuta,colonus, & ſimiles pro villæ repa-
21 ratione,vt ex dicto textu *in d.l. arboribus*,ſentire viſus eſt Tiraq.*de retr.conuent.d.§.3.gl.1.num.29.verſ.ſed ille.* Mantic.*d.tit.29.num.33.34.*Caſtil.*d.cap.25.num.23.*

Nam verius eſt, & receptius id indiſtinctè eſſe intelligendum, vt etiam à ſtipite ſuccidi poſſint arbores frugiferæ reparationis ergò,cum deſcriptione tamen,vt ſupra,
22 vt bene ſcripſerunt Aret.*in d.l.diuortio, §.ſi fundum,in fin.* vbi Bald.*ff.ſol.matr.* Pic. *in d.l.Titia,§.Titia,n.*128. Crott. *d.conſ.*115.*num.*5. Claud.ad Bertaz. *d.conſ.*423. *littera D,* Pacian.*d.conſ.32.num.5.*& *conſ.33.num.*18. Giouagn.*dict. conſ.*15. *num.*8. & alii omnes præcitati,qui dum ponunt regulam, quod fructuarius, & ſimiles non poſſit arbores frugiferas cædere, retentis eiſdem terminis eam limitant in caſu refectionis ædificiorum,& excipiunt reparationis
23 caſum.Craſſ.*d.§.legatum,quæſt.33.verſ.nam communem.*Ioſeph Ludouiſ. *d.deciſ.*8.Giurb.*d.gl.*4.*numero* 17. Roſent. *d. concluſ.*13. *num.*12. vnde cùm exceptio debeat eſſe de genere regulæ,*l.in his*, vbi gloſſ.Bart. & DD.*ff. de legib.*
24 Bald. *in l.ſi eam,§.qui iniuria,ſi quis cantion.*Decian.*in l.1. num.9.de offic.eius*, Crauet. *conſ.*819.*num.*14. *verſ. tertiò*, alioquin inepta eſſet limitatio, & ridicula æſtimaretur,
25 *l.nam quod liquidè,§.fin.de pen. leg.l.fin.C.de litig.* Decian. *in l.1. num.26.de reg.iur.*Crauet.*conſ.965.num.7.* ſicut ergo regula erat de arboribus frugiferis, vt poſſent ſuccidi, ita debet eſſe exceptio, vt earum ſit licita inciſio ex cauſa reparationis.

Et hoc ſanè puto eſſe iuſtiſſimum, nam ſi ædificia ſint collapſa ſine culpa vſufructuarij,vel emphyteutæ,certum eſt,quòd earum refectio, & reſtauratio ſpectat ad domi-
26 num, vt inquit in verbis Layman. *moral. lib.3. tract.4. cap.23. num.7. verſ. ſi tamen*, vbi ſubiungit, quòd ratio eſt, quia fundi ſubſtantia domino perit, & fructuarius ſolùm impendia facit, quæ pertinent ad fructuum perceptionem : ſi ergo ita ſe res habet, & liqueat in prædictis dominos eſſe valde negligentes, quia non habent
27 fructuum emolumentum, quid mirum, ſi permiſſum eſt fructuario, & ſimilibus arbores cædere ad reparationis cauſam ; in hoc enim videntur vices domini gerere, & eius vtile negotium : vnde diuerſum eſſet, ſi fructuarius, vel emphyteuta vellet nouum ædificium fabricare, ad hoc enim non poſſet arbores ſuccidere, vt pro-
28 bat textus *in l. ex vſufructuariis, ff. de vſufruct.* Pic.*in d. §. Titia, num.95. verſ.ſecundo.* Mantic.*d. lib.22. tit. 29. num.36.*

Nec obſtat conſideratio Alex. *in d. § ſi fundum,* Tiraquell. *d. gl.*1. & Mantic. *d. tit.29. num.33.* dum volunt id poſſe ſolùm intelligi de arboribus vi ventorum euulſis, eo quod *l.arboribus,de vſufruct.* in qua fundatur hæc
29 machina,de iis tantùm loquatur.Nam animaduertendum eſt duas eſſe illius legis partes, quarum prima durat vſque ad verſiculum, *Materiam*, & in hac fateor verum eſſe intellectum, quia dicit textus poſſe fructuarium ferre de arboribus euulſis ad vſum ſuum,& villæ ; in ſecunda verò parte non retinet ampliùs eundem ſermonem, & non dicit fructuarium ferre, vel ſumere poſſe (verba apta ad arbores euulſas)ſed ait eundem poſſe ſuccidere materiam, quantùm ad villæ refectionem ſatis ſit, propter quod hoc loci Iuriſconſultus non potuit intelligere de arboribus euulſis, ſed de virentibus, & ſolo hæ-
30 rentibus, vt oſtendit verbum, *Succidere, l. cædere, ff. de arbitr.fruct.cæſ.*& poſt hæc ſcripta inueni ſic reſpondentem Aret. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum, in fin.* & meliùs Pic. *in d. l. Titia, §. Titia, num.*128. *verſ. quam concluſionem, & verſ. fateor, de legat.* 2. & ſentire videntur Redoan. *d. rubr. de caduc. ob rei deter. verſ. & diſcurratur, num.*22. Corbul. *d. cauſ.*13. *num.*29. quod ſanè veriſſimum eſſe credo ; cùm enim in prima dictæ legis parte ſatis explicatum fuiſſet, quod liceret fructuario circa arbores vi ventorum euulſas, fruſtra ſtaret ſecunda pars,ſi idem replicaret,& tamen verba legis ita intelligi debent, vt aliquid operentur.

Benè verum eſt,quòd hæc declaratio non placet Mantic.*d.tit.29. num.33. verſ.hoc ampliùs,* eo quòd dictio, *tamen,* ſit aduerſatiua, & cohæreat præcedentibus, & reſtringat, & propterea vult, quod etiam ſecunda pars dictæ legis intelligatur de arboribus euulſis. Sed verè toto cœlo errat, ſiquidem poteſt retorqueri argumentum quod aduerſatiua ſupponit caſum diuerſum in eadem quidem materia in genere, ſed non in ſpecie, & propterea etiam in ſecunda parte Iuriſconſultus loquitur de arboribus, ſed non de euulſis; in quibus non aptatur verbum, *ſuccidere,* quia ſi euulſa ſunt, non ſucciduntur, vt dictum eſt,vnde intellectus communis eſt verior,& ſolus Tiraquellus remanet in ſua obſtinatione,quia Alexander *in d.§. ſi fundum,* licèt videatur hærere intellectui nobis nociuo, tamen non recedit à firmata per nos concluſio- 31
ne, ſicut facit Mantic. *d.tit.29.num.34. verſ. ſed hoc,* vbi denique reſidet cum communi aliorum ſententia,vt emphyteuta poſſit ſuccidere arbores frugiferas reparationis cauſâ, dummodo fundus nimis non deterioretur, & non ſit maius damnum inciſionis, quàm commodum reſtaurationis.

Tertiò itaque ea regula,qua diſponitur non licere fructuario, & aliis arbores frugiferas incidere, fallit, ſi eas ſuccidant pro vſu ſuo,& familiæ ad comburendum, moderatè quidem abitrio boni viri,& ſemper de minùs vtilibus ſecundùm ſolitum patrisfamilias ; hoc enim caſu 32
permiſſa eſt inciſio. Gloſſa *in d. l. diuortio, §. ſi fundum, in verb. & teneri,*& ibi Caſtr. *ſub num 4. verſic. poteſt tamen, ſol. matr.* Alber. *in d.l.arboribus,* vbi Florian.*num.*2. *de vſufruct.* Cum. *in d. §. ſi fundum*, Fulgoſ. *in l. item ſi fundi,§. ſeminarios, in fin. de vſufruct.* Pacian. *d. conſ.*32. *num.*71. *in fin.* Gratian *diſcept.*25. *num.*11. *lib.*1. *Auguſt. conſ.*99 *num.*19. *lib.*1. qui conſtituit hanc differentiam inter arbores cæduas, & à laborerio, vt eas fructua- 33
rius etiam vendere poſſit, has verò pro vſu ſuo tantùm ſuccidere.

Nec mirum, quia omnes prædia arborata poſſidentes ſolent quotannis incidere arbores etiam frugiferas, velut quercus,ſeu glandes,& nuces pro conficiendis lignis ad comburendum tempore hiemis, & pro vſibus familiæ, 34
qua conſuetudine ſtante etiam fructuario talis inciſio licita eſt.Curt.Sen.*conſ.70.num.8.verſic.condeſcendo.*Pacian. *d.conſ.32.num.6.verſ.ſecundus,*& *conſ.33. num.18.verſ.tertiò fallit.*Bertaz. *d.conſil.423. num.9.* ſuper tali ſolito tanquam de re notoria poſſet Iudex ſe in formare etiam in cubiculo, ad textum *in l.3.§.fin.* vbi Florian. *de teſt. l. ſi* 35
*non defendantur, de pœn.* Menoch. *conſ.*134. *num.*1. Riminald. Iun. *conſ.6. numero* 33. Bertaz. *d. conſ.*423. *num.*8. ſicut enim teſtator id viuens faciebat,ſic Ciarliniis facere licebit, quia ex conſuetudine viuentis coniecturare debemus voluntatem morientis, *l. ſi ſui,* & *l. nomen, §.* 36
*filio, ff. de leg.2. l. Titia, §. qui Marco, ff. de ann. leg. l. Sempronio, §. fin. de vſufruct. leg.* Fuerr. *loco, ab vſitat. numero 4. verſ. hinc etiam.* Et ſanè ſi fructuario licet quod bono patrifamilias licitum eſt,Craſſ. *d. §. legatum,* 37
*quæſt.33. verſic. vnum tamen,* Claud. ad Bertaz. *dict. conſil.423. littera D, verſ. idem eſt, ad fin.* ſicut quilibet bonus paterfamilias ſolet ligna quotannis facere ad comburendum, idem etiam fructuario licere dicendum eſt.

Et ſatis apertè hanc noſtram ſententiam probare videtur textus *in d.l.arboribus,de vſufr.*dum ait fructuarium ferre poſſe vſque ad vſum ſuum de arboribus vi ventorum euulſis ; eadem enim,vel maior ratio militat in non euulſis,quia dubium non eſt,quin arbores vento deiectæ ſtatim liberè ſpectent ad proprietarium, qui eas etiam 38
aſportare cogi poteſt, cùm extinctus ſit quoad eas vſusfructus, *l. Proculus, §. ſi arbores,* & *l. arbores, de vſufr.* Borgenſis *de vſufr.mul.relict. n.157. verſ.quod ſecus.* Gratian.*d.diſc.11.num.5.7.* vbi tamen inquit,quòd ſi proprietarius eas non tollat, tanquam derelictæ erunt vſufructuarij : at ſi aſportare eas velit, adhuc fructuarius poteſt

de



de illis ferre,& ſumere vſque ad vſum ſuum, non atten-
39 to, quod extinctus ſit vſusfructus, ideò quantò magis poterit vſufructuarius, & ſimiles perſonæ incidere pro vſu ſuo arbores ſolo hærentes, quarum habet vſumfructum, & quas proprietarius aſportare non poteſt ? ſi enim de quo minùs ineſſe videtur, ineſt & id, de quo magis. *Auth. multò magis,* & ibi Bald. *C.de ſacroſ. Eccl. l.ſi quando, de teſt. cap. cùm in cunctis, in princ.*& ibi gl.
40 Ioan. Andr. Abb. Imol. & alij, *de elect. cap. quamquam,* & ibi Franch. *de cenſ.in 6.* vbi etenim eadem, vel maior ratio, ibi eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, *l. illud, ad*
41 *l. Aquil. l. à Titio, de verb. obligat.* Menoch. *conſil.*113. *num.*4.

Quartò eadem regula de non incidendis arboribus frugiferis fallit, quando vel præ magnitudine, aut multitudine, & denſitate, aut alia de cauſa vmbram faceret fundo nociuam, aut vitibus eſſent damnoſæ ; tunc enim
42 earum licita eſt inciſio etiam fructuario, vel emphyteutæ, & ſimilibus, vt ager fiat fructuoſior, quàm eſſet ante. Cum. *in d. l. diuortio, §. ſi fundum,* & ibi gl. *in verb.fructuoſiorem,ſol. matr.* Alber. *in l. ſi cuius, §. fructuarius, de vſufr.* Bologn. *conſ.67. in fin.* Tiraq. *d. §.3. gl.1.num.27.* Anguiſ. *conſil.23. num.10.lib.2.* Scot. *conſ.6. num.46.lib.6.* Claud. *ad Bertaz. d. conſ.423. littera A,* Menoch. *conſ.13. num.17. verſ. reſpondetur ſecundò.* Pacian. *d. conſ.32. num.5.6.* & *conſ.33. num.18.* Redoan.*d. tract. quæſt.79. cap.7. numer.26.* Corbul. *d. cauſ.13. numer.30.* in caſu autem noſtro tot, ac tantæ adſunt arbores frugiferæ, & non frugiferæ, vt collectui tritici,bladorum, & vuarum vmbra ſua valde noceant, & propterea licitum eſſe debet aliquas cædere, vt magis fœcundus fiat ager.

Neque dicatur fructuarium, feudatarium, & ſimiles non poſſe formam rei, ſeu fundi mutare ,etiam fructuo-
43 ſiorem reddendo, *l. vſufructuarius nouum, ff.de vſufruct.* Rebuff. *in l. ſylua cædua, verſ. decimo, de verb.ſign.* Menoch. *conſ.372. num 31.* & cenſuit Rot. *in Peruſina ſyluarum, die 7. Maij 1576. apud bon. mem. Lauret.* nam id fortè procedit in vſufructu ſingularum rerum, non in vniuerſali omnium bonorum, qui non in forma, ſed in
44 rerum ſubſtantia conſiſtere dicitur, *l.quoties, §.vniuerſorum,* & ibi Bald. *de vſufr.* ſic expreſsè Pacian. *d. conſ.32. num.6. verſ. vbi dicit,* & *num.79.80.* Roſent. *de feud. d. cap.10. concl.33. num.31.* vbi propterea dicit, quòd ſi prædium habeat ſyluas nimis multas, agrorum verò, vel pratorum ad vſum patrisfamilias & iumentorum inopiâ laboret, poterit inuito etiam dominò aliqua mutare in melius,quod dici non poſſet de eo, qui tantùm vſumfructum habet,puta vineæ,vel ſyluę,quia eas non poſſet reducere ad culturam.

Quintò fallit prædicta regula, vbi arbores ſunt vetuſtæ, & corruptioni proximæ ; tunc enim antequam deteriores,& inutiles fiant,fructuario, emphyteutæ,& ſi-
45 milibus eas incidere licitum erit, ſaltem ſi alias demortuarum loco ſubſtituat,ſi ita expediat.Aug.*in l.ſi colonus, ff.de arb.furt.cæſ.*Caſtr.*in d.l.diuortio,§.ſi fundum, num.*2. & ibi Alex.Iaſ.& DD.*ſol.matr.*Tiraq. *d.§.3.gl.1. num.26.* Rim.Sen. *conſ.74. num.16.* Natt. *conſ.477. num.9.* Rol. *conſ.49.num.20.lib.2.* Menoch. *conſ.460. num.6.* Claud. *ad Bertaz. d.conſ.423.littera A,* Pacian. *d.conſ.32.num.6. verſ.Quartus,*& *conſ.33.num.18. verſ.Quartò,* Redoan. *d. quæſt.79.c.7.num.13.* Corbul.*d. cauſ.13.num.28. verſ.ideò,* Roſent. *d.concl.33.num.4.* nec mirum, quia tunc ceſſat omnis ratio, qua prohibetur arborum inciſio,vnde cùm tales arbores adſint in fundo, de quo quærimus,abſque
46 alia cauſa declarandum eſt eas ſuccidi poſſe, quoniam ſi talia permittuntur ſimplici vſufructuario, quantò magis licita erunt hæredi fideicommiſſo grauato,qui etiam dominus eſt proprietatis.

Nihil eſt autem,quòd vis aliqua fiat ſuper quibuſdam ſententiis ex aduerſo productis ; nam cæteris omiſſis,quę illas reddunt nullius conſiderationis, dico eas non de-



cidere caſum noſtrum, de quo non diſputabatur,ſed tantùm dirimere controuerſias tunc temporis exiſtentes, quia futuræ non fuerunt in iudicium deductæ, & certum eſt, quòd tractus futuri temporis ad iudicem non pertinet, *l.non quemadmodum*, vbi Dec.& DD. *de iudic. l.1.§.* 47
*ſocius,de vſur.*cum vulgaribus ; & ſententia ita eſt intelligenda, vt præſentia, non futura comprehendat. Caſtr. *conſ.296.num.4.lib.1.* Menoch. *conſ.110. num.20.* & cùm 48
eo tempore non fuerit petitum quidquam declarari ſuper futuris reparationibus, Iudex de illis iudicare non potuit,*l.non poteſt videri, ff.de iudic. l. ædiles,la 1. §. item* 49
*ſciendum,de ædil.edict.*Crauet.*conſ.819. n.18. verſ. expreſſim,*& certum eſt in iure,quod legibus, non exemplis eſt iudicandum,*l.nemo,C.de ſent.& interl.om.iud.l.ſed licèt, de* 50
*off.Præſ.l.fin. C.quibus res iud.non noc.* Menoch. *conſ.326. num.16.*Pacian.*conſ.164.num.139.*alioquin ſequeretur abſurdum,quòd ſententiæ,quæ ſunt ſtricti iuris, extenderentur, & tamen tantùm valent, quantùm ſonant, *l.Paulus,de re iud.l.1,* vbi Bart. *C. ſi plur.vna ſent.*Bart.*in* 51
*l.Iulianus, col.4. C.de cond.indeb.* Dec. *conſ.322.in princ.* Curt.Iun.*conſ.74.col.6.in fin.*Crauet.*conſ.356.n.3.* latè Pacian.*conſ.37.n.33.*

Modò his ſubſiſtentibus, quæ in iure,& in facto vera puto, non obſtant in contrarium adducta, quæ licèt ex ſupradictis ſatis ſublata remanſerint, adhuc tamen primùm poteſt dici nihil eſſe impedimento, quia non quælibet deterioratio, aut inciſio prohibetur fructuario, & ſimilibus perſonis, ſed quæ fit circa arbores frugiferas, & malo animo,& extra caſus permiſſos.Pacian.*d.conſ.32.* 52
*num.4.*& *conſ.33.num.14.15.16.* Neque dicitur deterioraſſe rem,qui tãtumdem in meliorando erogauit, vel erogat,quia locus eſt compenſationi, ſi tractatur de eadem re, quia ſi fructuarius, emphyteuta, vel feudatarius,aut ſimilis perſona in vna parte rem poſſeſſam deteriorauit, 53
& in alia æquè meliorauit,nullam incurrit pœnam,quod tamen non poſſet dici, ſi eſſent duæ res diſtinctæ, velut duo feuda, quia deteriorando vnum non excuſatur, ſi aliud meliorauerit, & ideò cùm in caſu noſtro non tractetur de rerum diuerſitate, poteſt bene opponi compenſatio meliorationis cum deterioratione : ſic per *l. de illo,* 54
*ff.pro ſoc.*Bald.*in l.æde,num.14.C.de locat.* Iaſ. *in Auth. qui rem, num.8. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Pic. *in d.l. Titia, §.Titia, num.121. de leg.2.* Corn. *conſ.67.lib.2.*Rol. *conſ.49.n.16. lib.2.*& poſt Rim. & Redoan. inquit Claud.*ad Bertaz.d. conſ.423.littera B,* Schrader.*de feud.part.9.cap.6.num.70.* Roſental. *eod. tract.de feud.cap.10.concluſ.33.num.37.38.* quod igitur fit lege permittente,nemo dicat, quod pœnam mereatur,*l.Gracchus,C.de adult.*Crauet.*conſ.873.n.4.* 55
*verſ. rurſus.*

Secundò non obſtat prohiberi inciſionem arborum frugiferarum etiam cauſâ reparationis, nam contrarium verius eſſe iam ſatis ſuprà oſtenſum eſt, quoniam falſum eſt omnem impenſam in reparando ſpectare ad fructuarium, quia tantùm tenetur ad modicam, & quæ reſpicit fructuum perceptionem, ſecus eſt in impenſa magna, & quæ perpetuum commodum importat, vt refectio domorum : ita *ex l. hactenus, de vſufr.* Aret. *in §. finitur,* 56
*ſub num.4.Inſt.eod.* Arias Pinell. *in l.1. part.2. num.72. ad fin.verſ.hæc autem,C.de bon.matern.* Pacian.*d.conſ.32. n.85.* Caſtill. *tract. de vſufr. cap.23.num.12. part.1.* Roſental. *d.concl.33.num.10.* Layman. *mor.lib.3. tract.4.cap.23 n.7.* hic autem cùm tractetur de impenſa magni momenti ad reparationem ædificiorum neceſſaria, quæ reſpicit perpetuam vtilitatem,vtique licita debet eſſe arborum frugiferarum inciſio, quæ ſemper permiſſa cenſetur, vbicumque in hac materia impenſa ſpectat ad proprietarium.

Tertium,& vltimum minus obſtat,quia vtiq; fructuarius non poteſt pro vſu ſuo omnes arbores ſuccidere,ſed 57
quantum ſufficit, & attenta etiam rei paruitate, vel magnitudine,pro vt arbitrio boni viri iudicaretur,& quatenus opus ſit,oporteret etiam aliarum arborum fieri ſup-

 plantationem

plantationem. Pacian. *d.conſ.32.num.71.in fin.*Gratian. *d. diſc.21.num.11.lib.1.*

Cùm igitur hæc cauſa ventilaretur coram Ducali Conſilio Iuſtitiæ Mutinæ, non fuit difficile Conſiliarios perducere in ſententiam, vt verè liceret arbores infrugiferas, velut robora, populos, & ſimilia ſuccidere, quot ſint neceſſariæ pro trabibus, & lignis fabricæ reſtauratiuæ; ſed an etiam liceret tot de prædictis ven-
58 dere, quot requiruntur pro emenda calce, lateribus, tegulis, & aliis ad fabricam neceſſariis, non fuit facile ad perſuadendum, tamen hoc etiam licitum eſſe autumo, quia ſi talis impenſa ſpectat ad dominum, non video, cur non liceat etiam arbores vendere pro totali ſumptu, & propterea ſufficit pretium earum erogandum fore in reparationem prædictam, quod eſt idem, ac ſi immediatè arbores in vſum refectionis ponerentur, vt
59 bene inquit Giouagn. *d.conſil.15. num.8. verſ. & quamuis, lib.2.* vbi etiam in fine ſubiungit, quòd ita Conſilium Iuſtitiæ Mutinæ iudicauit: & ita ego iuris eſſe cenſui, & in meam ſententiam conuenerunt Excellentes Iuriſconſulti DD. Bartholomæus Grilinzonus Vicarius, Ioan. Franciſcus Coccapanius, Ioan. Baptiſta Cumius, & Ludouicus Puzzolius, qui meam allegationem ſubſcripſerunt, & approbauerunt, quos teſtor fuiſſe Aduocatos in mea patria primarios.

## CAPVT LII.

### EPITOME.

Coloni, & conductores bonorum Eccleſiæ poſſunt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & quando hoc ſit verum etiam reſpectu clericorum ſua bona locantium laicis.

### SVMMARIVM.

1 *Stylus, & conſuetudo fori debet ſeruari.*
2 *Conductores bonorum Eccleſiæ, vel clerici poſſunt conueniri in foro Eccleſiaſtico pro re, & penſione.*
3 *Laicus pro re Eccleſiæ, vel clerici trahitur ad forum Eccleſiaſticum.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de qualitate iuriſdictionem tribuente.*
5 *Eccleſiæ rem eſſe negans ſine probabilitate, non declinat forum.*
6 *Conductor finita locatione tenetur ad rem, & penſionem.*
7 *Qualitas petitionis, non defenſionis dat iuriſdictionem.*
8 *Actionis realis naturam ſequitur perſonalis.*
9 *Dotis cauſa ſpectat ad Eccleſiaſticum, vbi ſimul tractatur diuortium.*
10 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
11 *Iudicium vbi cœptum eſt, ibi debet terminari.*
12 *Origo attenditur in iudiciis.*
13 *Inuecta, & illata ſunt tacitè obligata locatori.*
14 *Locator poteſt inuecta, & illata propria auctoritate detinere pro penſione.*
15 *Forum quis ſortitur ratione rei ſitæ.*
16 *Locator poteſt executionem facere in rebus illatis.*
17 *Locari poteſt res à locante non poſſeſſa.*
18 *Locatione non probatur poſſeſſio.*
19 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra laicum pro penſione rei locatæ.*
20 *Locator cenſetur poſſidere illata, & inuecta.*
21 *Eccleſiaſticus Iudex adiri debet, quando clericus eſt actor voluntarius.*
22 *Locator aſſociatur ad tenutam parte non citata.*
23 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio quando de hoc dubium eſt.*
24 *Coloni Eccleſiæ, & clericorum laici poſſunt conueniri in foro Eccleſiæ.*
25 *Eccleſia iudicat contra conductores eius bonorum.*
26 *Actio de re Eccleſiæ dicitur, quando agitur eius occaſione.*
27 *Opinio vltimo loco relata cenſetur approbata.*
28 *Dictio*, Licet, *eſt aduerſatiua.*
29 *Dictio*, Alij, *vel*, Nonnulli, *non includunt loquentem.*
30 *Clericus quando trahat laicum ad forum ſuum.*
31 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra malefactores Eccleſiæ, vel clericorum.*
32 *Malefactor quis dicatur.*
33 *Debitor non ſoluens debitum liquidum facit iniuriam.*
34 *Conductor non ſoluens penſionem domino cenſetur eum ſpoliare.*
35 *Sacrilegium largo modo quod dicatur.*
36 *Coloni Eccleſiarum pro penſionibus non trahuntur ad forum Eccleſiæ.*
37 *Eccleſiaſticus Iudex ſemper procedit, vbi agitur de re Eccleſiæ.*
38 *Locati actio, an ſit perſonalis, vel ſcripta in rem.*
39 *Actio in rem ſcripta quænam ſit.*
40 *Solutione debiti tollitur omnis obligatio.*
41 *Locatio eſt contractus nominatus.*
42 *Contractus vbi eſt nominatus, ob non implementum, non receditur à contractu.*
43 *Modus quomodo cognoſcatur à conditione.*
44 *Pactum pœnale quodnam dicatur.*
45 *Pacto pœnali, vel reſolutiuo vt locus ſit, debet ſe declarare, qui vult eo vti.*
46 *Sermo refertur ad proximiora.*
47 *Conductor volens recedere à contractu debet locatori intimare.*
48 *Libris mercatoris non creditur contra clericos, etiamſi habeat priuilegium.*
49 *Peritis ſtandum eſt in eo, in quo ſunt concordes.*
50 *Tertio perito ſtandum eſt.*
51 *Obſeruantia declarat mentem.*
52 *Domini cauſam dans, damnum dediſſe videtur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANnis elapſis M. RR. DD. Canonici Cathedralis Eccleſiæ Regij locauerunt D. Simoni Rotæ vnam eorum apothecam ſitam intra ambitum eiuſdem Eccleſiæ in loco, qui dicitur Burletto, pro annuo affictu duc. 200. & finita prima locatione affictus fuit reductus ad duc. 140. certis tamen pactis, & conditionibus adiectis: iſte conductor durante locatione decoxiſſe viſus eſt, & eo quòd non ſolueret debitum canonem, procurator Canonicorum de menſe Martij anni 1625. declarauit eum cecidiſſe, à commodo dictæ locationis coram Vicario Curiæ Epiſcopalis, cuius etiam officium implorauit pro rehabenda apotheca, & affictibus, & licet continuauerit etiam aliquantulum patientibus Canonicis ſub ſpe, quòd pacificè ſolueret, tamen tandem inſteterunt claudi apothecam vnà cum rebus incluſis, & inuectis, clauesque deponi apud officium dicti Vicarij, vt ex actis dictæ Curiæ ſub die 19. Aprilis 1627. Vnde deſcriptis dictis bonis, & clauſa apotheca, cùm Rota fugam arripuiſſet, magnitudine æris alieni oppreſſus, multique creditores illius contra eum clamarent, Canonici cœperunt proſequi iudicium in foro Eccleſiaſtico pro habenda libera apotheca, & penſionibus conſequendis, & propterea orta eſt controuerſia, an hæc cauſa ſpectaret potiùs ad forum laicorum priuatiuè

quo



quoad Eccleſiaſticum, eo quòd actor ſequatur forum rei, & ideo quærebatur quid iuris, & res cœpit valde diſputari etiam in ſupremo conſilio.

Quare omnibus diligenter perpenſis, & conſiderato etiam ſtylo, & vſu antiquo huius Curiæ, quæ ſemper ius reddidit in ſimilibus cauſis, vt euenit non ſolùm contra dictum Rotam, ſed etiam contra Antoniam Mantuam, Paulum Melium, & quendam Baratoccium, & alios, dicebam cauſam eſſe mixti fori, & locum eſſe præuentioni, & poſſe agitari in foro Eccleſiaſtico, vbi cœpta fuit; tum quia huiuſmodi ſtylus, & conſuetudo ſemper
1 debet attendi, & ſeruari. Ant.Theſ. *qq.forenſ. lib.2. q.15. num.18.* Hier.Gabr. *conſ.37.num.12.lib.2.* tum quia puto hoc idem eſſe de iure, & iuri conuenire, vt talis cognitio ſit mixti fori, & poſſit locator rerum Eccleſiæ, vel clerici conuenire conductorem coram iudice, quo maluerit, ſic enim videntur communiter ſentire DD. licèt enim in hac materia in multis diſcordent, vt vidimus, tamen in hoc videntur omnes conuenire, quòd ſi clericus, vel Eccleſia non petat penſiones ſeorſum, & actione merè perſonali, ſed conductorem conueniat pro re locata reſtituenda vnà cum penſionibus, ſeu affictibus, eo quòd non ſoluerit in tempore, vel rem deteriorauerit, vel finita ſit locatio, aut alio modo ab ea cecidiſſe prætendatur coram iudice Eccleſiaſtico, cauſa poteſt trahi, & terminari, quia actio realis trahit ad ſe perſonalem, acceſſorium ſequitur principale, & continentia cauſæ non debet diuidi, vt in verbis pro Eccleſia, & Eccleſiaſticis
2 ſenſit Abb. *in cap. ſi clericus, num.12. ad fin.* & ibi melius Felin. *num.4. verſ. & ideo*; Zabarel. Ioan. And. & benè Marian. Soc. *num.15. verſ. ego arbitror. de for. compet.* idem Soc. *in cap. cùm ſit generale, col.2. eod.* pulchrè Caualc. *dec.45. num.71. part.1.* Oſaſch. *decij. Pedem.32. num.6.* Ant. Theſ. *d. quæſt.15. num.5.11.17.19.* Valaſch. *de iur. emphyt. q.39. num.14* Graſſ. *de effect. cler. eff.1. num.521.* Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, can.15. quæſt.8. num.9. verſ. immò & ipſi, & verſ. hoc pacto:* vbi enim agitur de rebus Eccleſiæ, etiamſi reus ſit laicus, & non neget in fundamento rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici, conuenitur coram iudice Eccleſiaſtico,
3 *cap. ſi clericus laicum,* vbi Abb. Butr. Bellam Imol. Felin. & alij, *de for. compet. cap. iudicatum,* vbi gl. *diſt.89. gl. fin. in cap. clericum, il 3. in ſumm. in fin. 11. quæſt.2.* Specul. *de compet. iud. addit. §.1. num.27. verſ. ſed illa,* Soc. *in cap. licet ex ſuſcepto, num.14. de for. compet.* Lap. *alleg.58. num.6.* Craſſ. *d. effect.1. num.521.* Incert. auctor apud Gattic. *in alleg. pro Eccleſia, fol.272. verſ. vnde:* & hoc apud omnes tranſit ſine difficultate.

Et quia ſi negetur qualitas tribuens iuriſdictionem, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum de ea cognoſcere, Abb.
4 & alij *in d. cap. cùm ſit generale,* & DD. *in d. cap. ſi clericus,* vbi Butr. & Felin. *num.2. verſ. limita,* & Soc. *num.11. verſ. prima opinio, de for. compet.* Butr. *in d. cap. cæterùm, num.9. de iudic.* Lap. *d. alleg.58. num.1. verſ. item idem,* Gattic. *d. loco, fol.274. verſ. item ſpectat:* ideò non ſufficit quælibet negatio, quòd res ſit Eccleſiæ, vel clerici, quia debet eſſe veriſimilis, & probabilis, & ſi haberet contra ſe iuris præſumptionem, non attenderetur, vt poſt Butr. Imol.
5 & Bald. inquit Felin. *in d. cap. ſi clericus, verſ. quintò fallit.* Graſſ. *d. effect.1. num.522.* Gattic. *d. loco, fol.273. verſ. item ad eundem,* & *fol.274. verſ. item quando.*

Neque in caſu noſtro impedimento eſt, quod forum laicale offerat apothecæ reſtitutionem ad finem declinandi forum Eccleſiaſticum ſuper penſionibus. Nam reſpondetur conductorem finita locatione ad duo teneri, ſcilicet ad rem reſtituendam, & ad penſionem perſoluendam etiam pro tempore decurſo poſt finem locationis. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.398. num.5. part.2.*
6 Tuſch. *pract. concluſ. littera C, concluſ.619. n.1.2.13.14.* nec debet expectari, quod pulſetur, quia ſponte tenetur offerre, ex textu *in l.2. §. ſin autem, C. de iur. emphyt.* Ideò cùm hæc duo ſimul fuerint in iudicium deducta coram iudice Eccleſiaſtico, etiamſi ſuper vno ceſſaret controuerſia, non tamen ſuper alio deſinit iudicium, quia quoad iuriſdictionem iudicis magis attenditur petitionis qualitas, quàm defenſionis; vt in his terminis dixit Ant. Theſ. *d. quæſt.15. num.15.* Rot. *diuerſ. deciſ.600. n.1. part.1.* 7

Et ſanè cùm actio realis fuerit principaliter intentata ad rem, neceſſe eſt; vt actio perſonalis ad penſionem eius naturam ſortiatur; quia ad effectum qualitatis iudicij attenditur quod principaliter agitur. Felin. & Marian. Soc. *in d. cap. ſi clericus;* Theſ. *d. quæſt.15. num.16.* 8 *in fin.* Coccin. *d. deciſ.42. num.7.* Gattic. *d. loco, fol.274. verſ. cauſas,* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.84. n.18. part.3.* ſicut euenit in cauſa dotis, etenim cùm cauſa diuortij, & ſeparationis thori ſit tractanda coram iudice Eccleſiaſtico, ad eundem pertinebit cognitio de amiſſione, vel reſtitutione dotis, quæ alioquin ſpectaret ad laicum, vt habetur apud Sanchez *tract. de Matrim. lib.10. diſp.8. n.15.* 9 *verſ. quando agitur.* Barboſ. *d. tract. de off. Epiſc. part.3. alleg.84. n.19.*

Cùm igitur cœptum ſit iudicium in Curia Epiſcopali ſuper re, & penſione, non poteſt ampliùs fieri ſeparatio, quia continentia cauſæ non debet diuidi; *l. nulli, C. de iu-* 10 *dic.* & vbi cœptum eſt iudicium, ibi debet terminari, *l.* 11 *vbi cœptum, ff. de iudic.* quoniam in iudiciis attenditur ori- 12 go. Coccin. *d. deciſ.42. n.7.*

Nec forum ſeculare dicere poteſt, quòd data facultate extrahendi res de apotheca, nihil poſtea curat de illa, & clauibus eius, quia abundè reſponſum eſt, & nunc addi poteſt non eſſe concedendam extractionem, quia ex natura contractus illata, & inuecta in eam, etiamſi venalia ſint, locatori ſunt tacitè hypothecata pro ſolu- 13 tione penſionis: textus eſt *in l. item quia, ff. de pact. l. certi iuris, C. locat.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.390. num.45. p.2.* videndus Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.3. num.128.* immò ex pacto expreſſo omnia dicti Simonis bona cum pacto conſtituti fuerunt in locatione obligata; & ideò ſi conductor non ſoluit penſionem debito tempore, poteſt locator propria auctoritate inuecta, & illata includere, & detinere, vt habetur *in l. inquilino, ff. de damn. infect.* 14 *l. eſt differentia,* vbi Bart. *ff. in quibus cauſ. pign. tac. contrah.* Aret. *in §. intem ſeruiana, n.8. Inſt. de action.* Carpan. *d. cap.390. numero 87. part.2.* Carroc. *de locat. part.5. quæſt.22. numer.8.* Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed.5. num.134.* de communi teſtatur Ruginell. *pract. qq. c.34. ante numer.1.* licet poſteà contrariam opinionem defendat, & male, quia iſta verior eſt, & magis recepta, & ab ea tanquam communi in iudicando non eſt recedendum; vnde non eſt locus dictæ extractioni, quia ſi Canonici poſſunt res prædictas proprio Marte retinere, multò magis poſſunt ad id ſui iudicis implorare brachium, quod non eſt eis denegandum. Coccin. *deciſ.199. num.4.*

Et tantò magis in caſu noſtro hæc videntur admittenda, vbi res prædictæ ſunt poſitæ in loco ſacro, & religioſo Eccleſiæ iuriſdictioni ſubiecto, quoniam ratione rei ſitæ ſortimur forum. Theſaur. *d. quæſt.15. num.17.* & 15 ideò non eſt permittenda extractio rerum prædictarum ab apotheca, quia ſi Eccleſiaſticus erit competens, poterit etiam executionem facere in illis rebus illatis. Carpan. 16 *d. cap.390. num.67. in fin. part.2.* vnde Canonici iuremeritò petierunt earum fieri deſcriptionem. Carpan. *d. cap.390. num.56.*

Non obſtat, quòd poſt hæc Canonici locauerint dictã apothecam DD. Perinis, quia ſi verum eſt, tamen in propoſito nihil nocet, adhuc enim vigent omnes ſupradictæ rationes pro habendis affictibus, ſuper quibus non ceſſat cœptum iudicium. Verùm locatio facta Perinis non habuit effectum, quia nondum Canonicis fuit reſtituta apotheca, & tamen ſi contractum ipſum inſpicimus, certum 17 eſt res etiam à nobis non poſſeſſas locari poſſe; vnde eſt, quòd locatione non probatur poſſeſſio, niſi iuncta affictuum vera ſolutione. Gloſſa *in l. qui vniuerſis, §.* 18

*quod per colonum*, & ibi Bart. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. rem. 3. numer.* 572. Seraph. *deciſ.* 1200. *n.* 1. Ludouiſ. *deciſ. 6. n.* 2. 6. ideò non ceſſat ſuper penſionibus inchoatum iudicium.

Et ſanè res videtur clara pro iuriſdictione Eccleſiaſtica, quia dato etiam, quòd ſoli affictus peterentur à clericis, vel ab Eccleſia, cùm tractetur de fructibus, ſeu penſionibus rei Eccleſiaſticæ, vel clerici, certius eſt, & iuri magis conſonum, & à pleriſque DD. receptum, & traditum, vt conductor laicus poſſit conueniri, & trahi ad iudicem Eccleſiaſticum pro habendis affictibus: tum quia id fit occaſione bonorum Eccleſiæ, vel clerici, quorum actio res concernens poteſt in foro Eccleſiaſtico intentari; tum quia conductor recuſans ſoluere penſionem videtur clericum, vel Eccleſiam ſpoliare, quo caſu bene trahitur ad Curiam Eccleſiaſticam: tum quia ſiue agatur actione perſonali ex locato, vel legato, ſiue reali pro
19 rebus prędictis, rectè ſemper iudicium agitur coram iudice Eccleſiaſtico; ſic enim tenuit Innoc. *in d. c. ſi clericus, in princ.* Ægid. *in verb. ſuis.* Abb. *num.* 12. *in fin.* Marian. Soc. *col.* 11. Andr. Barbat. *num.* 55. *de for. compet.* Lup. *d. alleg.* 58. *ſub num.* 6. Capell. Toloſ. *deciſ.* 313. *in fin.* Gabr. *conſ.* 37. *num.* 11. *lib.* 2. Feder. de Sen. *conſ.* 245. *ſub num.* 2. *verſ. quemadmodum*, Cald. *de locat. conſ.* 6. Ioan. Vnameſius *conſ.* 174. *num.* 3. 4. Anaſtaſ. Germon. *de iur. immun. cap.* 19. *num.* 97. Alex. Monet. *de decim. cap.* 8. *numer.* 17. Caualc. *deciſ.* 44. *num.* 107. & *deciſ.* 45. *numer.* 72. *part.* 1. Mar. Ant. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 48. *num.* 10. Aluar. Valaſch. *de iur. emph. quæſt.* 39. *num.* 14. Ioan. Azor. *mor. inſt. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. & *quæſt.* 8. *verſ. quartò quando conductor.* Carroc. *de locat. part.* 4. *tit. de recuſ. quæſt.* 14. *num.* 43. Graſſ. *d. effect.* 1. *num.* 521. *verſ. ſubampliatur*, Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, d. can.* 15. *quæſt.* 8. *num.* 9. *verſ. hoc pacto*, Gattic. *in dictis allegationibus pro Eccleſia, fol.* 275. *verſ. quod procedit*, vbi inquit etiam: *Et quotidie practicatur, quòd clerici contra laicos debitores fructuum, vel penſionum procedunt per cenſuras.* Ex quibus apparet hanc eſſe practicatam, & magis communem DD. ſententiam.

Et hoc fortiùs procedit in caſu noſtro propter illata, & inuecta in prædium vrbanum, ſcilicet in dictam apothecam, nam eo ipſo, quòd ſunt illata, locator cenſetur ea poſſidere, *ex l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pignor. act.* Car-
20 roc. *de locat. part.* 5. *quæſt.* 22. *num.* 9. *verſ. ſecundo caſu*, vnde fortè eſt, quod locator dicitur actor voluntarius, & ideò debet adiri Iudex Eccleſiaſticus. Abb. *in d. cap. cùm ſit*
21 *generale, num.* 10. *de for. compet.* Marant. *de ord. iud. part.* 4. *diſt.* 11. *num.* 26. Caualc. *deciſ.* 45. *num.* 73. *part.* 1. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 4. *num.* 476. & hinc fit, quòd locator poteſt parte etiam non citata aſſociari ad poſſeſſionem
22 bonorum. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 398. *num.* 211. & *cap.* 409. *num.* 116. *part.* 2.

Et ſi dubium eſſet, an iuriſdictio pertineret ad laicum vel Eccleſiaſticum, cognitio hæc pertinet ad iudicem Eccleſiæ, qui ſummariè cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio, & an vera ſit qualitas tribuens iuriſdictionem: nec non, an verè ſit res Eccleſiæ, vel clerici,
23 quando negatur. Abb. *in d. cap. cùm ſit generale, num.* 14. & ibi Ioan. And. *num.* 3. *de for. compet.* Felin. *in d. cap. clericus, num.* 2. *verſ. limitat ſecundò*, & ibi Soc. *num.* 11. *eod.* Card. *in Clem. præſenti, quæſt.* 6. *de cenſ.* Anch. *in c. cæterùm, de iudic.* Ægid. *in cap. in canonibus* 16. *quæſt.* 2. Lap. *d. alleg.* 58. *n.* 6. *verſ. item idem*, Lancell. *de attent. poſt inhibit. part.* 2. *præf. quæſt.* 3. *cap.* 20. *num.* 78. *in fin.* Menoch. *de retinend poſſeſ. rem.* 3. *num* 373 Marth. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 145. *num.* 20. Gattic. *d. loco, fol.* 247. *verſ. item ſpectat.*

Sed nos ſumus in claris, cùm viderimus tot DD. claſſicos, & magni nominis ſentire, vt etiamſi agatur actione merè perſonali ex locato, vel legato occaſione bonorum Eccleſiæ vel clerici, poſſe conductorem quamvis laicum conueniri coram Eccleſiaſtico, quorum licèt non ſolum ſit magna auctoritas, ſed etiam magnus numerus, tamen illis addi poſſunt, & cum illis annumerari omnes illi, qui voluerunt coram Eccleſiaſtico iudice poſſe etiam conueniri ruſticos, & colonos Eccleſiæ, & clericorum, in actione tamen concernente rem Eccleſiæ, vel clericorum, ſiue reali, ſiue perſonali; nam in delictis, & contractibus extraneis ſubiiciuntur foro laico, ſed vbi tractatur de bonis Eccleſiæ, vel clerici, trahuntur ad fo-
rum Eccleſiæ: ſic probatur ex *d. cap. indicatum*, vbi gl. 24
*in verb. eos*, & ibi etiam Archid. Ægid. Dom. & Turrecr. *diſt.* 89. quò loci etiam Hugo notat, & dicit ita in practica fuiſſe obſeruatum Bononiæ, & *ex l. 2. C. de Epiſc. & Cler. l. ſi quis, C. vbi cauſ. fiſc.* Soc. *in cap. ſi quis clericis, in 5. declar. de for. comp.* Ægid. *in cap.* 2. *num.* 2. *de for. compet.* Specul. *de compet. iud. addit. §.* 1. *num.* 27. *verſ. viceſimus*, Bixienſ. *in verb. Ruſticus, verſ. ruſtici Eccleſiæ*, Theſaur. *deciſ.* 22. *in fin. verſ. vltimò fallit.* Gabr. & Moneta *in dd. locis.* Burſat. *conſ.* 51. *num.* 42. *lib.* 3. & pulchrè ad rem Gattic. *in allegat. pro Eccl. fol.* 8. *verſ. generaliter*, & *fol.* 257. *verſ. & eadem*, videndus Duard. *in Bulla Cœnæ Domini, d. can.* 15. *q.* 8. *n.* 9. *verſ. immò.*

Non autem obſtant, quæ adducuntur ab aliquibus in contrarium ad oſtendendum, quòd aliqui ex prædictis non dixerint id pro quo fuerũt allegati. Nam ſi loquimur de Innocentio, dum inquiunt eum eſſe intelligendum, quando actione locati agitur ad rem, ſiue ad rem, & perſonam ſimul, verius eſt illum non admittere hanc reſtri-
ctionem, ait enim: *Si conſtaret res eſſe Eccleſiæ, quas* 25
*laicus poſſideret, coram iudice Eccleſiaſtico agi debet, putà ſi ageretur ex legato, vel ex locato, vel conſimilibus.* Ecce quomodo Innocentius *in d. cap. ſi clericus laicum*, nil dicit, quòd ad rem agatur, ſed tantùm debere apparere res eſſe Eccleſiæ, vbi eſt quæſtio cum eo, qui rem ab Eccleſia conduxit, & ſatis agi dicitur de re Eccleſiaſtica, quando eius occaſione proponitur actio, ſiue realis, ſiue per-
ſonalis: pulchrè Gattic. *d. loco, fol.* 273. *verſ. ſiue agatur*, 26
Graſſ. *d. eff.* 1. *num.* 521. *verſ. ſubampliatur*; & ideò qui aliter Innocentium exponere voluerunt, toto cœlo errauerunt à vero.

Deinde nihil nocet Abbatem obiter, & perfunctoriè loqui, ſicut facit etiam Andr. Barbat. qui eum refert. Nam reſpondetur ex inſpectione verborum eius aliter apparere, etenim ad explicationem doctrinæ Innocentij declarat verbum illud *de re Eccleſiæ*, vt idem importet, quòd occaſione rerum Eccleſię, & inquit iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictionem eſſe fundatam ex eo, quòd res ſit Eccleſiæ, & extenditur ad omnia inde accidentia, vnde non potuiſſet Abbas apertiùs loqui, vnde à Valaſco præ cæteris citantur Abbas, & Barbatius tanquam in puncto loquentes.

Sin de Socino loquamur, quem dicunt fuiſſe ſequutum opinionem diſtinguentem, quòd ſi agatur ad rem, & penſionem, licet coram Eccleſiaſtico negotium deducere. Nam reſpondetur id pro indubitato habere, & dixit hanc fuiſſe mentem Cardinalis, ſed poſtea ſequitur referendo aliam opinionem Abbatis, vt quomodocumque agatur de re Eccleſiæ, ſemper poſſit cognoſcere Eccleſiaſticus, quoniam ille textus ad rei vindicationem non ſe reſtringit, ſed clericis priuilegium hoc concedit ob ſolitam iudicum ſecularium negligentiam, vnde Socinus cenſetur
approbaſſe opinionem Abbatis vltimo loco relatam, ex 27
gloſſa finali *in l. qui filium, §. fin.* & ibi Imol. *ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. ſi item, §. ſi vna, num.* 3. *ff. de iuriſd. om. iud.*

Poſt hæc quatenus dicitur Hieronymum Gabrielem loqui, vbi adeſt conſuetudo, reſpondetur verius eſſe, quòd nitatur iure ſcripto, pro fundamento enim allegat dictũ caput indicatum, *diſt.* 89. & *c.* 2. *de for. compet.* conſuetudinis autem mentionem facit ſub conditione, ſi extaret in aliquo loco, & tunc pro remedio ponit, quòd adeatur iudex laicus, vbi in eius tantùm foro de his ius reddi ſolet.

Quoad Valaſcum, dum dicitur eum niti potiſſimùm lege Regia, reſpondetur immò eum ſequi opinionem Abbatis, & Barbatiæ, quos allegat, & cùm lex regia ſit localis, non concludit quoad ius generale. Benè verum eſt



quòd hæc noſtra opinio recipit non modicum fomentum à dicta lege, ſed non eſt credibile, quòd eius legiſlatores attribuiſſent eam iuriſdictionem iudici Eccleſiaſtico, niſi illam ei competere de iure cognouiſſent.

Prætereà non eſt verum Borgninum loqui de actione ad fructus, quia verè loquitur indiſtinctè comprehendendo etiam actionem ad penſiones, quod patet, dum inquit nonnullos dicere pro eis adeundum eſſe iudicem
28 laicum, quorum tamen ſententiam ſequi non cenſetur; tum quia vtitur dictione *licèt*, aduerſatiua, *l.* 1. *in princ. verſ. dolum autem*, & ibi gl. *in verbo, quamvis, ff. de eo per quem fact. erit.* tum quia inquit, *Nonnulli dicunt*; per quem ſermonem excluditur loquens, vt in ſimili dictione, *Alij*, docet Iaſ. *in l. ſi idem, §. fin. n.* 3. *ad fin. ff. de iuriſd. om. iud.* & Borgninum verè loqui de penſione teſtatur
29 Theſaur. *d. quæſt.* 15. *n.* 2. *ad fin.*

Pariter non obſtat, ſi dicatur Marium Antoninum loqui de actione ad rem, & fructus ſimul, & expoſitionem caſus illius, quaſi non faciat ad propoſitum, cùm diuerſa ſit ratio in fructibus, qui pars fundi cenſentur, quod de penſione dici non poteſt. Nam reſpondetur, quod ipſe examinat articulos ſeparatim prius de re, deinde de fructibus, & in ſecundo articulo mouetur auctoritate Hier. Gabr. *d. conſ.* 37. qui loquitur de penſione, vltra quod fructus, de quibus ipſe tractat, erant fructus clibani, & molendini, & ſic ciuiles, qualis eſt penſio, adeo vt pars rei non poſſint dici.

Non obſtat, quòd hæc procedant, ſi clericus alleget perhorrere ſcientiam aduerſarij, vel violentiam, fraudem, & rapinam, aut ſpolium, quia his caſibus certum eſt poſſe adiri iudicem Eccleſiaſticum, ſi ſaltem ſummariè de prædictis conſtet. Afflict. *deciſ.* 257. *num.* 2. Viu. *deciſ.* 17. *n.* 1.
30 Graff. *d. effect.* 1. *num.* 521. 523. 533. nam reſpondetur noſtram ſententiam non fundari ſuper hoc, ſed in eo, quòd res ſit clerici, vel Eccleſiæ, & DD. allegati expreſsè mentionem faciunt de locato, non de actione ex raptu, vel violentia, vt *in d. cap. ſi clericus*, vbi Abb. Felin. & alij DD. *de for. compet.* Hoſt. *in d. cap. cum ſit, num.* 2. vbi Ægid. *in princ.* Felin. *num.* 2. Soc. *n.* 15. *eod.* Gattic. *d. loco, fol.* 273. *verſ. ſiue in rem.* Bene verum eſt, quod data violentia, vel rapina, aut ſpolio licet clerico trahere laicum ad forum Eccleſiæ etiam in illis caſibus, in quibus teneretur ſequi forum rei, ex textu *in d. cap. cùm ſit*, vbi gl. *in verb. malefactores*, Abb. Felin. Soc. & alij *de for. compet.* & communiter DD.

Verè enim, & iuſtè diſpoſitum eſt, vt Eccleſiaſtici valeant ſuos malefactores coram proprio eorum iudice tra-
31 here, & conuenire, vt *in dicto cap. cùm ſit generale, de for. compet.* cuius duplex eſt ratio, altera impulſiua, quia ſcilicet ſeculares iudices in exhibenda clericis iuſtitia ſæpe ſunt remiſſi, altera finalis, fauor ſcilicet Eccleſiæ; quæ rationes non minùs militant, vbi clericus agit pro penſione rei Eccleſiaſticæ, quàm ſi ageret ad rem ipſam; & ideò locum faciunt tali diſpoſitioni in vtroque caſu, *l. regula, §. fin.* vbi Bart. Bald. & alij, *ff. de iur. & fact. ignor.*

Nec mirum, quoniam certum eſt ſaltem ſub larga Malefactoris appellatione eum comprehendi, qui ſub titulo
32 conductionis tenet rem, quam Eccleſiæ eſſe vel non diffitetur, vel apparet, & ex ea fructus percipit cum pro-
33 miſſione penſionis, quam ſoluere recuſat, vel iniuſtè protrahit; tum quia debitum certum non ſoluens dicitur iniuriam facere creditori, vt ad rem Guid. Pap. *deciſ.* 18. *in fin.* Alciat. *præſ. reg. prima, præſ.* 23. *num.* 3. Didac. Perez *lib.* 1. *ordinamenti, l.* 1. *tit.* 7. *num.* 69. *verſ. conſeruatores autem*, Ioan. Guttierrez *pract. qq. lib.* 1. *cap.* 9. Ioan. Rodriquez *qq. reg. lib.* 1. *quæſt.* 65. *art.* 2. tum quia colonus, vel conductor, cùm alteri tradit fructus, vel penſionem, quam domino debet, vel eidem negat ſoluere penſionem, dicitur turbare dominum, & ſpoliare, ſiue turbatione in-
34 quietatiua, ſiue, vt alij meliùs ſentiunt, vi expulſiua, cuius causâ redditur domino interdictum, *vnde vi.* Specul. *tit. de reſtit. ſpol. §.* 2. *num.* 7. Ioan. Fab. *in §. retinendæ, n.* 18. *verſ. quid dicendum, Inſt. de interdict.* Bald. *in l. cùm nemo, num.* 5. *C. de acquir. poſſeſſ.* Felin. *in cap. licet cauſam, num.* 11. *de probat.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. rem.* 3. *num.* 476. *vſque ad num.* 480. ex quibus comprehendimus largo modo ſacrilegium dici offenſam, quæ fit clerico non ſoluendo ei, quod quis certò, & liquidè debet: quo-
niam in dicto capite *cùm ſit generale*, ſacrilegium non 35
conſiſtit à parte rei, ſed perſonæ ipſius clerici, cui fit iniuria non ſoluendo debitum, cùm ſit Deo conſecratus, & Dei legatione fungatur, quod ex eo cognoſcimus, quia textus ille non dicit, *malefactores dictorum locorum*; ſed, *malefactores ſuos*; quod de inferentibus quodcumque malum rectè poteſt intelligi, adeo vt in prædictis caſibus bene ſancitum ſit Eccleſiaſticos fori habere electionem.

Non eſt tamen ſilentio prætereundum multos fuiſſe, qui opinati ſunt aduerſus prædicta volentes, vt quotieſcunque de ſola penſione, ſeu affictu, vel fructibus agitur, & res ipſa non venit in controuerſiam, non liceat Eccleſiaſticis conuenire laicos eorum colonos, vel conductores bonorum coram iudice ſpirituali, quia actor, ſequitur forum rei, & actio perſonalis ſequitur perſonam; & pro
hac ſententia adduci ſolent Hoſt. *in d. cap. ſi clericus laicum*, 36
*ante num. primum*, vbi Ioan. And. *in princ.* Card. *in prima oppoſ.* & Calder. *per eum relatus, de for. compet.* Couar. *pract. qq. cap.* 35. *n.* 2. Oſaſch. *deciſ.* 32. *num.* 6. Theſ. *deciſ.* 22. *num.* 1. & *in fin.* Ant. Theſ. *d. quæſt.* 15. *n.* 4. *lib.* 2. Io. Guttier. *pract. qq. lib.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 10. & *quæſt.* 27. *num.* 5. & *can. qq. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 49. Azeued. *in l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *n.* 58. Matt. Boic. *in add. ad Arch. in tract. de pot. ſec. in Eccleſiaſticos, reg.* 4. *fall.* 19. Bobadill. *in politica de iuriſdictione, & mixto foro, lib.* 2. *n.* 205. Marth. *de iuriſd. p.* 2. *c.* 30. *in fin.*

Verumtamen ex ſuperiùs adductis, & firmatis apparet hanc ſententiam eſſe erroneam, & minùs communem, & pugnare ſine iuſto fundamento aduersùs canones, & viuas rationes, & magnorum virorum auctoritates. Et ſanè plerique ex auctoribus huius ſententiæ falſo nituntur principio, vt Hoſt. Io. And. Imol. & Cald. putauerunt enim iudicem Eccleſiaſticum, niſi fulciatur conſuetudine, priuilegio, vel qualitate ſacrilegij, non poſſe procedere in illa quæſtione, quando intentatur actio contra laicum pro re ipſa Eccleſiæ, etiamſi reus non neget eam eſſe talem: quæ opinio eſt falſa, & communiter reprobata, &
de communi in contrarium atteſtantur Curt. Iun. *in l. ex* 37
*quacumque, n.* 34. *ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* Felin. *in d. c. ſi clericus, ad fin.* Oſaſch. *d. deciſ.* 32. *n.* 6. Valaſch. *d. q.* 39. *n.* 14. Ant. Theſ. *d. q.* 15. *ſub n.* 2. 6. 11. 18. quo fundamento ſublato corruit eorum auctoritas.

Neque vis eſt facienda in verbis Cardinalis, quem dicunt declaraſſe mentem Innocentij, vt locutus ſit de actione ad rem. Nam vltra ſuperiùs adducta dico Cardinalem non ſolum ſe inuoluere, & obſcurè loqui, ſed etiam (pace eius dicam) aliqua ex parte errare, dum ſuſtinet actionem locati pro recuperanda re ipſa eſſe actionem in rem ſcriptã, nam verius eſt eſſe merè perſonalem,
vt aduertit Imol. *in d. cap. ſi clericus*, vbi Soc. *col.* 11. *verſ.* 38
*aduertendum tamen*; ad hoc enim quòd actio deſcendens ex contractu ſit in rem ſcripta, requiritur iure cautum eſſe, vt detur contra quemlibet poſſidentem, vt in caſibus enumeratis per gloſſam magiſtralem, quæ hunc non ponit *in l.* 3. *§. eſt autem, in gl. prima, ff. de exhibend.* vt benè per Bart. *in l.* 1. *n.* 2. *ff. de interdict.* Iaſ. *in rub. n.* 6. *ff. ſi cert. pet.* Marant. *in ſpecul. diſt.* 3. *princ. n.* 2. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 8. *gl.* 5. *n.* 6. 8.

Pariter nihil nocet Couaruuias, quia non examinat articulum, & nihil adducit releuans, ſed ſolùm dicit ſe non videre congruam rationem pro noſtra ſententia, & tamen non deerant multæ rationes, vt vidimus. Sicut etiam allucinatus eſt Oſaſch. deſiderio tuendi decretum Senatus Pedemontani; dixit enim communem eſſe opinionem pro iuriſdictione ſæculari, allegatque

pro ea Innoc. Felin. & Soc. qui tamen tenent pro Eccleſia, vt vidimus, & ſi omnes examinentur, apparebit vix reperiri aliquem Doctorem, qui iure valeat pro hac contraria ſententia verè allegari, omnibus tamen etiam computatis conſtat longè plures auctoritate, & numero militare pro Eccleſiaſticis.

Ideò cùm per multos menſes fuerit quæſtio diſputata inter vtrumque forum, & negotium fuerit examinatum conſilio Principis, & ego cum eius prudentiſſimis conſiliariis de hac re pertractauerim, Iudex ſæcularis dedit manus ex ea potiſſimùm ratione, quia inuecta, & illata in rem conductam licet locatori propria auctoritate includere, & occupare pro conſequenda penſione, vltra alias conſiderationes factas.

Vnde cœpit cauſa agitari apertè contra dictum Simonem contumacem, & non comparentem in foro Eccleſiaſtico, & venditis rebus in apotheca exiſtentibus depoſitæ fuerunt pecuniæ ad finem eas dandi meliora iura habenti; nam comparuerunt fratres de Pratiſoliis palam contradicentes dictis Canonicis, tum quia dicerent ſe iura habere anteriora, tum quia allegarent factis computis Canonicos non eſſe aliquo modo dicti Simonis creditores, & calculatis rationibus retulerunt periti dictos Canonicos remanere debitores de libris 34. ſolidis 16. ſi tamen affictus apothecæ erat computandus poſt primam locationem in rationem tantum duc. 140. annuatim.

Et cùm diu litigatum eſſet, & ſæpius in iure allegatum, ego dedi motiua DD. Canonicis causâ dubitãdi, quæ præ manibus habuerunt menſibus ſex, & vltra; & nunquam reſolutionem attulerunt, vnde ſæpè parte reclamante, & omnibus conſideratis deueni in ſententiam meliora eſſe iura Pratiſoliorum, & Canonicos nullum ius habere, quia ſolutione eius, quod debetur, omnis
40 tollitur obligatio, §.1. *Inſt. quibus mod. toll. oblig.* cum vulgaribus.

Calculus enim peritorum erat confirmandus ad fauorem Pratiſoliorum, quia terminata prima locatione, quæ erat de annuo affictu duc. 200. clarum eſt partitum DD. Canonicorum de ea re locanda pro duc. 140. pactis quibuſdã ſeruatis. Nec licuit Canonicis recedere à dicto partito, & redire ad pretium primæ locationis ſub titulo quod dictus Simon non adimpleuerit pro parte ſua contenta in eo; ſiquidem in contractibus nominatis,
41 qualis eſt locatio, teſte Ludouiſ. *deciſ.*130. *num.*1. ob non implementum non receditur à contractu, ſed agitur ad implementum, vel ad intereſſe. Ceph. *conſ.*407. *n.*9. 10. 11. Gabriel. *conſil.*51. *num.*11. *lib.*1. Seraph. *deciſ.*1275.
42 *num.*1. Ludouiſ. *deciſ.*130. *num.*2. Coccin. *deciſ.*329. *n.*4. Cyriac. *contr.*55. *num.*68. 69. *lib.*1. etiamſi adſit terminus ad ſoluendum, quia cenſetur appoſitus ad ſollicitandam, non ad finiendam obligationem, ex textu *in l. Celſus*, §.1. *ff. de recept. arb.* cum vulgaribus.

Quæ tantò magis vera videntur, quia pacta in dicto partito appoſita non ſapiunt conditionem, ſed mo-
43 dum & conuentionem; tum quia reſpiciunt futura. Hier. Gabr. *d. conſ.*51. *num.*8. 9. *lib.*1. tum quia implenda ſunt poſt emolumentum. Surd. *deciſ.*156. *num.*6. ex quibus efficitur, ſicut dixi, quòd non liceat retrocedere, ſed ad intereſſe, vel ad implementum agendum ſit.

Nec obſtat, quòd licèt hæc poſſint verificari in pacto de ſubiiciendo ſe foro Eccleſiaſtico, & de ſoluendo fideiuſſionem Baratocij, non tamen in pacto reſolutiuo: *Che non pagando quanto di ſopra, queſta locatione non habia effetto.* Cuius vigore pœnitentia videtur licita.

Namque dicebam iſtud fuiſſe pactum pœnale, ſecun-
44 dùm Seraph. *deciſ.*809. *num.*4. 5. quo ſtante non licet redire ad primæua iura, niſi quando Canonici non poſſent conſequi implementum. Coccin. *deciſ.*329. *num.*6. & neceſſarium erat Canonicis ſe declarare, quod nole-
45 bant ſtare huic vltimo contractui. Cyriac. *contr.*60. *numer.*1. *part.*1. quia pactum reſolutiuum non operatur, niſi ille, pro quo appoſitum eſt, eo velit vti. Seraph. *deciſ.*1150. *num.*1. & effectum non ſortitur, niſi volente creditore, & declaratione ſecuta: idem Seraph. *deciſ.*209. *n.*1. 3.

Vnde cùm dicti Canonici nunquam ſe declarauerint velle vti dicto pacto reſolutiuo, niſi poſtquam in rationem duc. 240. fuerunt integraliter ſatisfacti, non poſſunt nunc in calculo conſtituere dictum Simonem debitorem ad rationem duc. 200. quia res amplius non eſt integra, & omnis obligatio per ſolutionem fuit extincta.

Et tantò magis hæc dici poſſunt, quia in dicto partito non fuit Simoni aliquis terminus præfixus ad ſoluendum, adeo vt tantùm non fuerit in mora, quin potuerit quandocumque ſoluere; licèt enim partitum dicat: *Che paghi il debito vecchio corſo, & che correrà, per tutto Giugno proſſimo*; tamen illud tempus, *per tutto Giugno*, non reſpicit ſolutionis obligationem, ſed curſum debiti, adeo vt ſit ſenſus Simonem debuiſſe ſoluere debitum per totum menſem Iunij decurrendum, quia ſermo debet referri ad proximiorem, *l. ſi idem*, *ff. de iuriſd.* 46
*omn. iud.* Soc. Iun. *conſ.*139. *num.*2. *lib.*1. Menoch. *conſil.*339. *num.*26. 27. Berraz. *conſ.*337. *num.*3. & dicendo aliter ſequeretur abſurdum, quòd Canonici voluiſſent dictum Simonem obligare ad ſoluendos anticipatè omnes affictus, quòd non eſt dicendum, *l. nam abſurdum*, *ff.* 47
*de bon. libert.* ſed verè ſi Canonici volebant reſoluere hanc ſecundam locationem, vtique debebant id conductori intimare. Bald. *in l.*1. §. *fin. ff. de eo, qui pro tut. ex aliis ſuprà adductis.*

Non obſtat libris dicti Simonis mercatoris fidem non 48
præſtari contra clericos. Cyriac. *contr.* 140. *num.*12. *part.*1. nam creditum Simonis non tam iuſtificatur ex dictis libris, quàm ex calculo, & relatione peritorum etiam DD. Canonicorum, qui in credito Simonis non diſcordant, licèt non conueniant in prætenſione canonicali: certum eſt autem peritis ſtandum eſſe in eo, in quo ſunt concordes. Coccin. *deciſ.*136. *numer.*2. neque etiam tertius peritus concorditer electus ponit in 49
periculo creditum Simonis, & ei tanquam tertio ſtandum eſt. Seraph. *deciſ.*1464. *numer.*1. ille enim ſolùm va- 50
rius eſt in punctis de iure decidendis, cuius ipſe ignarus eſt.

Accedat, quia Canonici videntur ſemper perſeueraſſe in ſententia, vt affictus prædictus ſolueretur in rationem tantum duc. 140. etiamſi non impleta fuerint, quæ continentur in dicto partito, quoniam eorum Maſſarij ſemper exegerunt affictus in rationem prædictam & ſæpe eodem modo cum eis ſoldauerunt rationes, vt ex teſtibus habetur, quæ obſeruantia declarat mentem Canonicorum. Seraph. *deciſ.*600. *num.*3. & *deciſ.*1410 51
*num.*16.

Concludendum igitur dictum Simonem remanere creditorem de libris 34. 16. calculato affictu, vt ſupra, etenim poſtquam clauſa fuit apotheca, ad eius damnum non debuit currere penſio, quia tunc temporis non erat alicuius ſummę debitor, & huius damni cauſam dederunt Canonici, dum voluerunt eam claudi, & eius res ſub ſequeſtro poni, *c. ſicut, de teſt. l. nihil, ad l. Cornel. de ſicar.* vn- 52
de ſibi imputare debent, *c. damnum, de reg. iur. in* 6. *l. quod quiſque, ff. eod.* §. *pen. Inſt. quibus mod. contrahitur oblig.* & maximè, quia cùm Canonici generales quietantias fecerint eorum Maſſariis, quibus ex officio incumbebat hos affictus exigere, ſequitur neceſſariò, quod fuerint integraliter ſatisfacti, ex quibus, & aliis etiam rationibus, quas abundare putaui, pro Pratiſoliis ſententiam tuli, in quo licet, vt homo, errare potuerim, tamen ſic iuri conuenire exiſtimaui, nec labori peperci, vt veritatem inuenirem, & rectam miniſtrarem iuſtitiam, & ſi Canonici diligentiores fuiſſent, & meliores mihi oſtendiſſent rationes, mihi graue non fuiſſet mutare ſententiam, vt igitur ius voluiſſe credidi, ſic iudicaui, & licèt Canonici appellauerint, tamen



tamen non ſunt proſecuti, & ſententiæ acquieuerunt, quæ idcirco fecit iudicatum, & ad effectum fuit perducta.

---

## CAPVT LIII.

### Epitome.

Clericus coniugatus quando, & quomodo fruatur beneficiis clericalibus, & an ea recuperet per reaſſumptionem habitus.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati an ſint in vſu.*
2 *Clerici coniugati quare non frequententur.*
3 *Clerici orientales etiam in ſacris retinent vxores.*
4 *Clerici coniugati fruuntur beneficio fori Eccleſiaſtici in omnibus delictis.*
5 *Coniugati clerici non ſunt immunes à gabellis.*
6 *Clerici coniugati cenſentur laici, excepto priuilegio fori, & canonis.*
7 *Clericus coniugatus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, niſi in temporalibus.*
8 *Aſſeſſor Epiſcopi poteſt eſſe laicus.*
9 *Clericus coniugatus eſt incapax beneficij Eccleſiaſtici.*
10 *Coniugatus poteſt habere beneficium in ſtipendium, non in titulum.*
11 *Clerici coniugati vt fruantur priuilegio fori, tria copulatiuè requiruntur.*
12 *Bigamus clericus non fruitur aliquo priuilegio clericali.*
13 *Clericus coniugatus quid probare debeat, vt fruatur foro Eccleſiæ.*
14 *Virgo præſumitur mulier, niſi aliter probetur.*
15 *Clericus ducens corruptam à ſe non efficitur bigamus.*
16 *Clericus etiam coniugatus non perdit priuilegium per vnicam habitus dimiſſionem.*
17 *Clericus coniugatus tenetur ferre veſtes clericales, & quales ſint.*
18 *Veſtis clericalis debet peruenire ſaltem vſque ad talos.*
19 *Veſtis an ſit clericalis, cognitio eſt iudicis Eccleſiaſtici.*
20 *Clericus ſi mortuo eius vxore reaſſumat habitum, recuperat omnia priuilegia.*
21 *Clericus coniugatus reaſſumendo habitum an recuperet priuilegia, & quæ.*
22 *Clericus coniugatus contumax Curiæ ſecularis reaſſumendo habitum iudicatur ab Eccleſia.*
23 *Clericus coniugatus fugiens è carceribus ſæcularium, an poſſit iudicari ab Eccleſia.*
24 *Habitus clericalis reaſſumptio quando proſit, vel non.*
25 *Clericus quanto tempore debeat habitum reaſſumere ante delictum.*
26 *Clerici coniugati an fruantur beneficiis fori, & canonis, ſi non ſe abſtinent à ſæcularibus.*
27 *Clericis coniugatis permittitur honeſta negotiatio.*
28 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori tantùm in criminalibus.*
29 *Iudex laicus non poteſt facere executionem contra clericum etiam coniugatum.*
30 *Iudex laicus an poſſit arreſtare clericum in cauſa, in qua fuit iudex.*
31 *Clericus poteſt reconueniri coram laico.*
32 *Iudex laicus licèt ſit competens contra clericum in reconuentione, non tamen in executione.*
33 *Clerici coniugati cauſa ciuilis poteſt cognoſci à laico vſque ad executionem excluſiuè.*
34 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori etiam in cauſa merè ciuili.*
35 *Laicus ſi conueniat clericum etiam coniugatum coram laico perdit cauſam.*
36 *Clerici vxor gaudet priuilegio fori.*
37 *Coniugatum clericum gaudere fori priuilegio etiam in ciuilibus decreuit Sacra Congregatio.*
38 *Clericus coniugatus quomodo gaudeat fori beneficio ex decreto S. C.*
39 *Clericus coniugatus non poteſt diſpenſari ad beneficium curatum, vel cum dignitate.*
40 *Beneficium poteſt dari clerico coniugato, non tamen in titulum.*
41 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt clericus coniugatus obtineat beneficium ſimplex.*
42 *Clericus coniugatus à ſolo Papa diſpenſatur ad beneficium ſimplex.*
43 *Epiſcopus non diſpenſat in iure communi, niſi in caſibus expreſſis.*
44 *Coniugatus clericus quomodo poſſit habere beneficium.*
45 *Habilia omnia ſupponuntur, de aliquo ſi quæramus.*
46 *Beneficium non poteſt retinere clericus coniugatus omnia requiſita habens etiam cum licentia Epiſcopi.*
47 *Clericus coniugatus an poſſit habere beneficium vigore fundationis.*
48 *Fundator beneficij poteſt apponere conditiones etiam iuri communi contrarias.*
49 *Beneficium ſimplex requirit ætatem 24. annorum.*
50 *Beneficium conferri poteſt minori 14. annorum vigore fundationis.*
51 *Clericus decem annorum eſt capax beneficij ex decreto S. Congregationis.*
52 *Clericus ſeptennis quando incapax ſit beneficij.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EVenit annis præteritis, vt quidam clericus Mirandulanus diœceſis Regij habitu, & tonſura dimiſſa vxorem duxerit, nunc verò certis de cauſis deſiderans ſeruire Deo, & viuere ſub protectione Eccleſiæ à me quæſiuit, an poſſit reaſſumere habitum, & tonſuram, & iterum gaudere ſaltem priuilegio canonis, & fori; & dixi vtique poſſe, quia priuilegium non amittitur per dimiſſionem habitus, ſed ſuſpenditur, donec fiat reaſſumptio; & licèt quidam dicant clericos coniugatos non eſſe in 1
vſu, tamen id procedit, quia raſrò concurrunt omnia requiſita neceſſaria ad fruendum clericorum beneficio; ita 2
Scacc. *de indic. cauſ. ciu. & crim. lib.*1. *cap.*11. *num.*20. Farin. *in prax. quæſt.*8. *num.*6. vnde ſi requiſita omnia concurrant, non poteſt dici, quod non ſit in vſu, & id apparet in Regnis Neapolis, & Hiſpaniarum, vbi frequentes ſunt, hoc enim permiſſum eſt clericis occidentalibus, ſi tantùm in minoribus ordinibus ſint, orientales verò etiam ſacris initiati retinent vxores. Garz. Maſtrill. 3
*deciſ.*290. *n.*140. 141. 142. *part.*3.

Vt igitur hæc materia innoteſcat, pro præſentis caſus dilucidatione nonnulla ſubiungam; & primò certum eſt dari clericos coniugatos, qui fruuntur priuilegiis fori, & canonis, ſicut alij clerici, adeo vt ſint exempti à iuriſdictione laicorum ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur de delicto, ad textum *in cap. vnic.* vbi gl. Archid. Franch. & alij, *de cleric. coniug. in* 6. Couar. *pract.* 4
*quæſt.* [illegible] *cap.*31. *num.* 6. *verſ. idcircò.* Tuſch. *pract. concl.* [illegible] *littera C*, *concluſ.*395. *num.*1. 20. Farinac. *in prax. quæſt.* [illegible] *num.*6. Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cleric.* [illegible] *num.*8. Sanchez *de matr. lib.*7. *diſp.* 46. *num.* 1. Maſtrill. *d. deciſ.*290. *num.*143. *p.*3. Ricc. *in prax. reſol.* [illegible] *num.*2. Graſſ. *de eff. cler. eff.* 1. *num.* 91. Duard. *in Bull. Cœn. Domini*, *lib.*2. *can.* 15. *quæſt.*4. *num.*19. non tamen gaudent aliis priuilegiis clericorum, & propterea

 non

5 non ſunt immunes à gabellis,collectis,& obſequiis laica-
libus, nec illis datur beneficium cap.Odoardus,ſed in cæ-
6 teris tanquam laici reputantur. Gloſſ. in d.cap. vnic. vbi
Franch. & DD. de cleric. coniug. in 6. Card. Clem. 1. de
vit. & honeſt. cler. Pariſ. conſ.40. num.20. lib. 4. Couar.
d. c.31.num.9. Farin. d. quæſt.8. num.9. Azor. mor.lib.13.
cap. vlt. quæſt. fin. Sanchez. d. diſp.46.num.16. Bellet. d.
§.8.n.8.9. Graſſ. d. eff.1. n.91. Ricc. d. reſolut.253. n.2.
Duard. d. can.15. quæſt.4.num.19.in fin. Gonzal. in reg.8.
gl.2.n.68.

Vnde clericus coniugatus non poteſt eſſe Vicarius
Epiſcopi, etiamſi incedat in habitu, & tonſura, & ſer-
7 uiat Eccleſiæ, ſed tantùm aſſeſſor, niſi Epiſcopus habe-
ret etiam iuriſdictionem temporalem, quia in ea bene
poſſet eſſe Vicarius, non autem in ſpiritualibus, niſi ex
8 diſpenſatione Apoſtolica: pulchrè, & latè Sanchez. de
matr. d. lib.7. diſp.46. num.14. Sbroz. de off. Vic. lib.1.
quæſt.31.num.5. & ſeqq. Bellet. diſq. cler.tit. de fauor.cler.
real.§.3.n.10. Prax. Epiſc. part.1. verb. Vicarius, dub.7.
vide Aug. Barboſ.de off. Epiſc.p.3. alleg.54.n.6.7.8.9.10.
vbi multa allegat. Et ſimiliter clericus coniugatus eſt in-
9 capax beneficij Eccleſiaſtici,& illud retinere nullo modo
poteſt, ad textum in cap.2. & cap. cùm decorem, de cleric.
coniug. Lambert. de iur. patr.1.part.2.lib.q.7.art.3. Pariſ.
d. reſign. beneſic. lib.4. quæſt.2. à num.27. & 99. Sanchez
de matr. lib.7. diſp.42. num.14. Garz. de benef. part. 7.
cap.5. num.1.2.3. vbi quod ipſo iure vacant etiam bene-
10 ficia obtenta ante matrimonium. Verùm ſi talis coniu-
gatus non ſit bigamus, & incedat in habitu, & tonſura,
& ſit pauper, poterit habere beneficium ſimplex, & ſæ-
culare, dummodo ei concedatur in ſtipendium, non au-
tem in titulum, & id fiat propter vtilitatem Eccleſiæ, ad
textum in cap. ad audientiam, de præſcript. c. ſi qui, diſt.32.
cap. quia tua, 12. quæſt.2. DD. in cap. cùm M, de conſtit.
& in cap. clericus, de vit. & honeſt. cler. Imol. in cap.vnic.
de cler. coniug.in 6.pulchrè Marth.de iuriſd.part.4. c.153.
num.15.verſ. ſecundus, ibi: quo caſu, Duard. ad Bull.Cœn.
Domini, lib.2. can.15.quæſt.4.n.1. verſ. quo caſu, Gonzal.
in reg.8.gl.2.n.71.

Vt autem clerici coniugati gaudeant priuilegio fori,
& canonis,oportet eos incedere in habitu,& tonſura, ad
11 textum in d.c. vnic.de cleric.coniug. in 6. & vlteriùs opor-
tet, quòd inſeruiant alicui Eccleſiæ de mandato Epiſco-
pi, ſecundùm Concilium Trid. ſeſſ.23. c.6. de reform. &
propterea hodie tria copulatiuè requiruntur ad finem,
vt clericus coniugatus potiatur beneficio canonis, & fo-
ri, ſcilicet habitus, tonſura,& ſeruitium Eccleſiæ, quo-
rum alterum ſi deficiat, abſque alia monitione gaudere
non poteſt prædictis priuilegiis, ſuppoſito etiam, quod
contraxerit matrimonium cum vnica, & virgine, quia
ſi ſit bigamus, nullum habet priuilegium; & ſi non eſt
12 bigamus, hæc tria copulatiuè requiruntur. Boſſ. in prax.
crim. tit. de for. compet. num.128. Clar. in prax.§.fin.q.36.
num.8. pulchrè Couar. pract. quæſtionum cap. 31. num.7.
in fin. Alex. de Næuo. conſ.59. num.26. Tuſch. d. littera
C, concluſ.395. num.1.2. Farin. in prax. d. quæſt.8. num.6.
Bellet. diſq. cler. tit. de fauor. cler. can. §.1.num.36. San-
chez de matrim. lib.7. diſp.46. num.1. Graſſ. d. eff.1.n.79.
80.81. Marth. d. c.153. n.15. verſ. ſecundus, Barboſ. de
off. Epiſc. part.2. allegat.12. num.25. Duard. d. can. 15.
num.1.& propterea ad finem,vt coniugatus clericus frua-
tur his beneficiis, debet, quòd inceſſerit in habitu, &
tonſura, plenè probare, nec non quòd ſeruierit Eccle-
13 ſiæ, & duxerit vnicam, & virginem, quia eſt funda-
mentum ſuæ intentionis. Couar. d. cap.31. num.7. verſ.
tertiò, Alex. de Næuo d. conſ.57. num.26. Graſſ. d. eff.1.
n.89. Benè verum eſt, quod non tenetur probare in iudi-
cio virginem fuiſſe illam, quam duxit in matrimonium,
ſed tantùm vnicum matrimonium contraxiſſe, & eam
pro virgine fuiſſe reputatam; nam fœmina virgo præ-
14 ſumitur, niſi contrarium probetur. Couar. d. c. 31. n.7.
verſ. tertiò, ibi: quamvis. Farinac. d. quæſt.8.n.8. Duard.
d.can.15. quæſt.4. num.2. immò licèt puella non eſſet vir-
go, quando ducta eſt, eo quòd fuerit corrupta ab eo-
dem ſponſo ante matrimonium, tamen coniugatus cle- 15
ricus cum ea, gaudet dictis priuilegiis, quia non eſt bi-
gamus. Sanchez de matr. d. diſp.46. num.3. Gomez var.
reſol. tract. de delict. tom.3. cap.10. tit. quando reus, n.4.
Farin. d.quæſt.8.n.8.

Et ſimiliter quoad veſtes iſte clericus coniugatus non
perdit priuilegium fori, & canonis, licèt ſemel, aut
aliquando tonſuram, aut habitum clericalem dimiſerit,
non ſufficit enim quælibet dimiſſio, niſi ſit continuata; 16
& ideò ſat erit tempore delicti inceſſiſſe in habitu, &
tonſura. Couar. d. cap.31. num.8. Sanchez d. diſp. 46.
num.10. Graſſ. d.eff.1.n.85. Tuſch. d. littera C,concl.395.
num.12. Duard. d. can.15.q.4.num.3. & licèt teneatur de-
ferre veſtem interiorem, & exteriorem clericalem, non
tamen eodem modo, quo alij clerici, ſed ſufficit geſtare 17
veſtes, quibus ſolent vti alij clerici coniugati eiuſdem
regionis. Couar. d. cap.31. num.7. verſ. Quartò, pulchrè
Sanchez d. diſp.46. num.6. Verùm ſi non conſtet, qualis
ſit conſuetudo, tunc veſtes debent eſſe tales, per quas
prima ſaltem facie ille cognoſcatur pro clerico, & cle-
ricus æſtimetur, & debent peruenire vſque ad talos. 18
Menoch. de arb. iud. caſ.392. num.2. Pacian. de probat.
lib.2.c.34.n.38.39. Graſſ. de eff. cler. in prælud. num. 272.
Bellet. diſq. cler. tit. de fauor. cler. perſonal.§.8. n.10. & ſi
dubium oriatur, an veſtes ſint clericales, vel concurrant
alia neceſſaria requiſita, cognitio ſpectat ad iudicem Ec-
cleſiaſticum, citato tamen iudice, vel fiſcali ſæcularis
Curiæ: latè Aug. Barboſ. de off. Epiſc. part.2.allegat.12. 19
num.34. Alex. conſil.149.n.3.4.6.12.lib.6.

Sed in propoſito quæritur, ſi fortè iſte clericus coniu-
gatus dimiſſum habitum reaſſumat, an recuperet priuile-
gia clericalia. Et ſanè ſi id faciat mortua vxore vnica, &
virgine, conſequitur omnia priuilegia competentia 20
etiam clericis non coniugatis, quia res reuertitur ad pri-
ſtinam naturam. Abb. in cap. clericus, el 2. num.4. de vit.
& honeſt. cler. Ioan. And. Arch. Dominic. & Franch. in
d. cap. vnic. de cler. coniug. in 6. Couar. d. cap.31. num.7.
verſic. quintò, Clar. in §.fin.quæſt.36.num.15. Graſſ. d.eff.1.
num.9. pulchrè Sanchez d. diſp.46. num. 30. vbi etiam
alios allegat: ſed quid ſi viuente adhuc vxore velit ha-
bitum reaſſumere, & tonſuram? in hoc caſu tres ſunt
opiniones. Prima eſt, quòd ſi fuerit monitus,& per ſen-
tentiam priuatus, non poſſit poſtea reaſſumendo habi-
tum recupare priuilegia clericalia: ita Butr. in cap. Ioan- 21
nes, num.15. de cler. coniug. alij putauerunt non requiri
monitionem, quia cùm ſemel elegerit vitam laici, am-
plius reſipiſcere non poteſt. Ioan. And. in d. cap. Ioannes,
num.19. vbi Anch. num.10. Afflict. lib. 1. conſt. rubr. 3.
num.22. Sed præualuit tertia opinio verior, & magis
communis, & recepta, quod iſte clericus coniugatus,
dummodo non ſit bigamus, indiſtinctè recuperet priui-
legium fori, & canonis per reaſſumptionem habitus,
& tonſuræ, quia per dimiſſionem ſuſpenſum erat, non
perditum; ita pulchrè videndus Archid. in d. cap. vnic.
num.1. verſiculo, & vbi, Ioan. And. num.3. in fin. Franch.
col.4. verſiculo in ea Monach. num.2. & ibi Probus, n.4.
Anch. num. 6. de cler. coniug. in 6. Abb. in d. cap. cleri-
cus, numer. 4. & cap. fin. num. 11. de vit. & honeſt. cler.
Alex. conſilio 149. num. 7. lib.6. Couar. d. cap. 31. nu-
mer. 8. Clar. d. quæſt. 36. num. 15. Barboſ. in l. Titia,
num.33. ff. ſol. matr. Marth. de iuriſd. part.2. cap. 32.
num.41. Graſſ. d. eff.1. num.85. latè, & pulchrè Sanchez
d. diſp.46. num. 49. Aug. Barboſ. de off. Epiſc. part. 2.
allegat. 12. num.27. Antonin. Dian. mor. reſolut. part. 1.
tract.2. reſolut. 79. Bonacin. de cenſur. quæſt. 4. punct.1.
num. 1. verſic. hoc verò, & num. 2. vnde bene cenſuit
S. Congregatio, clericum coniugatum, qui poſt dimiſ-
ſum habitum, & tonſuram clericalem, pro delicto
aliquo in Curia ſæculari eſt citatus, & ob contumaciam
fuerit condemnatus, ſi deinde reaſſumpto habitu, & 22
tonſura



tonſura (modò non in fraudem) Eccleſiæ inſeruiat iux-
ta decretum Concilij, non poſſet à iudice laico propter
id delictum in carcerem coniici, aut perſonaliter adſtrin-
gi, vt S. C. determinauit ſub die 19. Decembris 1596.
quæ ſanè procedunt in caſu fortiori, & non ſine ratione,
quia dimiſſio habitus ſatis non erat, vt iudex ſæcularis
contra clericum fieret competens, & propterea non po-
teſt Eccleſiaſticum præuenire, & maximè ſi aufugiſſet
à carceribus, quia tunc ſe dediſſet in priſtinam liberta-
tem, adeo vt per primam capturam non poſſit dici
23 facta præuentio, vt in verbis inquit Aug. Barboſ. d.alleg.
12. num.29. verſ. nam ſtando, Bellet. diſq. cler. tit. de fau.
cler. perſon.§.8.n.12.

Verùm hæc intelligo de eo clerico, qui ſolitus erat
deferre habitum, licet tempore delicti eſſet ſine habitu,
vel tonſura, hic enim non perdidit priuilegium fori, &
cùm ſemper remanſerit ſub iudicis Eccleſiaſtici iuriſdi-
ctione, laicus non poteſt præuenire, quia non habet
iuriſdictionem prorogabilem in clericos. Verùm ſi erat
ſolitus incedere ſine habitu, & tonſura, & communiter
24 reputabatur laicus, licèt de recenti aſſumat denuo habi-
tum, & tonſuram ante commiſſum delictum, vel con-
tractum debitum, vel inceptum iudicium, non acquirit
in illo negotio priuilegium fori, & multò minùs ſi lai-
cus præuenerit Eccleſiaſticum, quia reaſſumptio habi-
tus in fraudem nihil poteſt. Archid. in d.cap.vnic. num.1.
in fin. & ibi Franch. col.4. in fin. Cabed. part.1. deciſ.58.
num.8. Marth. d. cap.32. num.41. Farin. d. quæſt.8.n.66.
verſ. dummodo. Graſſ. d. eff.1. num.86. Bellet. d.§.8. n.13.
vbi inquit ita cenſuiſſe ſacram Card. Congregationem.
25 Non tamen neceſſe erit reaſſumpſiſſe habitum per ſex
menſes ante delictum, vt ſtatuit Pius IV. penes Sanchez
d. diſp.46. num.10. vel per quatuor menſes, vt ſanxit
Alex. VI. penes Couar. d. cap. 31. num.8. quia illæ
conſtitutiones ſunt locales, & in his partibus non ſunt
in vſu.

Multi etiam addunt clericos coniugatos non gaudere
priuilegiis fori, & canonis, niſi ſe abſtineant à negotiis
26 ſecularibus, ad textum in cap. Ioannes, in fin. de cler. con-
iugat. Scacc. de iudic. part.1. cap.11. num.20. verſ. tertiò,
Farinac. d. quæſt.8. num.9. in fin. ſed verius eſt licitam
eſſe illis honeſtam negotiationem victus cauſa, quam ſi
exercent, non debent priuari priuilegio à iure conceſſo,
27 vt bene inductus probat dictus textus in d. cap. Ioannes,
in fin. Couar. d. cap.31. num.8. verſ.6. Borell. ad Bellug.
in ſpecul. Princ. rubr.11. §. videamus, num.1. littera A,
verſ. & tunc demùm, pulchrè Sanchez de matr. lib. 7.
diſp.46. num.26. Aug. Barboſ. d. allegat.12.n.30.verſ. ſed
meliùs.

In hoc autem negotio nihil videtur magis dignum
conſideratione, aut dubitabile, quàm videre, an clericus
coniugatus habens omnia requiſita, gaudeat priuilegio
fori etiam in cauſis ciuilibus deſcendentibus ex contra-
ctu, vel quaſi, aut ex vltimis voluntatibus. Namque in
tali propoſito inuenio tres DD. ſententias inter ſe diſcre-
pantes, quarum nulla eſt, quæ ſuos non habeat graues
fautores, in primis etiam multi, & fortè plerique puta-
uerunt huiuſmodi clericos frui beneficio fori tantùm in
28 criminalibus, ſiue agatur de crimine criminaliter, ſiue
ciuiliter, non autem in ciuilibus, vt conſtat ex dicto
textu in cap. vnic. de cleric. coniugat. in ſexto, ibi; pro
commiſſis ab eo exceſſibus, vel delictis; iuncto fine, ibi: in
cæteris autem eos gaudere nolumus priuilegio. Et ratio vi-
detur iuſtiſſima propter multitudinem clericorum prima
tonſura, vel minoribus initiatorum, qui ſi priuilegio
fori gauderent, maxima ex parte minueretur Principum
ſecularium iuriſdictio, & propterea hos clericos tantum
in criminalibus gaudere fori priuilegio tradiderunt Ioan.
And. in d. cap.vnic.num.2.verſ. nec ab Epiſcopis, Archid.
num.4. verſ. in cæteris, Anch. num.4. Domin. ibi, & §.
cùm iuxta, num.7. in princ. de cler. coniugat. in 6. Abb. in
cap. Ioan. num.3. eod. Dec. in cap. at ſi clerici, in princ. in
nou.edit.num.151. verſ.non tamen, de indic. Couat. d.c.31.
num.7. Farin. in prax. q.8.n.7. Azor. mor. lib.13. cap. vlt.
quæſt. fin. latè Sanchez de matrim.lib.7.diſput.46.num.22.
Tuſch. littera C, concluſ.395. n.21. Maſtril. d.deciſ.290.
num.142. lib.3. Barboſ. de off. Epiſc.part.2. d. alleg. 12.
num.25. qui hanc ſententiam putant eſſe communem,
ego autem eam ſaltem probabilem credo ob multas ra-
tiones, & auctoritates DD. qui eam ſequuntur, provt
etiam eam probabilem dixit Duard. in Bullam Cœn. Do-
mini, lib.2. can.15.quæſt.4.n.10.11.

Altera ſententia licèt non contradicat prædictæ opi-
nioni,eam tamen moderatur, & declarat, ac limitat,multi
enim opinati ſunt, quòd verè clerici coniugati ſubſint
iudici laico in cauſis ciuilibus, quoad cognitionem, non
autem quoad executionem, vel perſonæ arreſtationem, 29
quæ facienda erit per iudicem Eccleſiaſticum; non enim
licet laicis in talem clericum mittere manus violentas ſi-
ne incurſu excommunicationis; & ita ſenſerunt Anchar.
in d. c. vnic.num.4.not.4. vbi Domin. §. vlt. n.8. Franch.
§. & cùm, num.2. de cler. coniug. in 6. Rip. lib. 1. reſp.
cap.13. Tabien. verb. clericus 5. num.pen. Couar. d.cap.31.
num.7.verſ. nam licèt, vbi de communi Farinac. q.8. n.7.
& de communi pariter teſtatur Marth. de iuriſd. part.4.
caſ.153. n.12.verſ. Item quantùm, qui omnes de communi
teſtantur.

Verumtamen hæc ſententia repobatur, quia ſi Pon-
tifex in caſu ciuilis conuentionis relaxaſſet clericos
coniugatos iuriſdictioni laicorum, cenſeretur etiam
relaxaſſe quoad perſonalem diſtrictionem, quoniam
in cæteris caſibus, in quibus ſunt relaxati, poſſunt
etiam in carceres per iudices ſæculares detrudi, ne- 30
que vllum extat cenſuræ periculum, quia iniurioſa
tantùm manuum iniectio in clericum prohibetur, quæ
non eſſet talis, ſi laicus eſſet competens in cauſa
ciuili contra clericum coniugatum; ita dicunt Couar.
d. cap. 31. numer.7. verſ. clerici, Guttierez de iuram.1.
part. cap. 17.numer. 11. 12. Sanchez. de matrim. lib. 7.
diſp. 46. numer. 23. verſ. ſed profectò, Marth. d. caſ.153.
num.13.14. Duard. d. can. 15. quæſt.5. num.7. verſ. opinio
eorum.

Sed meo iudicio ſi hæc ſecunda opinio placeret, poſ-
ſet in tali declaratione, & cum tali moderamine defendi,
quia non eſt nouum, quòd laicus ſit quandoque Iudex
competens in cauſa contra clericum, & tamen non poſ-
ſit executionem perſonalem, aut etiam realem contra
eum facere, velut in cauſa reconuentionis; ſi enim cle-
ricus reconueniatur coram laico, certum eſt laicum eſſe
iudicem competentem contra eum. Gloſſa in cap. at ſi cle- 31
rici, verb. non tenet, de iud. in cap. multi, verb. ſeculari 2.q.1.
Marian. in cap.1.col.27.de mutuis petit. Soc. reg.56. fall.4.
Decian. tract.crim.d.tom.1.lib.4.cap.9.num.17. Scacc. de
indic.lib.1.cap.11.num.93.& de magis communi, & pra-
cticata teſtatur Farinac. in prax.d.quæſt.8.num.99. Mart.
de iuriſd.part.4.cap.107.num.1.5.Graſſ.d.eff.1.num.745.&
ſeqq. vbi latè, Duard. in Bull. Cœn. Domini, cap.15.
quæſt.11. numer.66. qui omnes tradunt non eſſe rece-
dendum ab hac ſententia, & multò magis, ſi talis exta-
ret conſuetudo, & tamen licèt verum ſit, quòd clericus
poſſit reconueniri coram laico, nihilominus Iudex lai-
cus habet ſolummodo cauſæ cognitionem, non autem
executionem, aut perſonæ diſtrictionem. Archid. in d.c. 32
vnic. de cler. coniug. in 6. Felin. in d. cap. at ſi clerici, n.9.
verſ. fallit quartò, de indic. Lap. alleg.118. ſub numer.4.
Scacc. d. cap.11.num.102. Farin. d.quæſt.8.num.103. Marth.
d.caſ.107.numer.13. Duard. d.can.15. quæſt.11. numer.66.
verſ. ſextus, Graſſ. d. eff.1. num.773. vbi multos allegat,
multi etiam alij dantur caſus, in quibus iudex laicus eſt
competens contra clericum, quoad ſolam cognitionem,
non tamen quoad executionem, quæ poſteà facienda
erit per litteras ſubſidiarias ad iudicem Eccleſiaſticum,
provt ego ſæpius in ſimilibus requiſitus ſum, & propte-
rea bene dictum eſt, quòd ſi laicus eſſet competens con-
tra

tra clericum coniugatum in cauſa ciuili, id procederet
33 quoad cognitionem tantùm, non autem quoad executionem: pulchrè Anch. *in d. cap. vnic. num.4. verſ. credo, de cler. coniug. in 6.*

Verumtamen probabilior, verior, & magis recepta, & communis eſt vltima opinio, & ſententia eorum, qui meliùs putauerunt clericos coniugatos habentes neceſſaria requiſita gaudere ſimpliciter priuilegio fori Eccleſiaſtici, tam in cauſis criminalibus, quàm merè ciuilibus, &
34 pecuniariis, & multò magis poſt Concilium Trid. *ſeſſ.23. cap.6. de reform.* quod videtur tollere hanc longam altercationem, dum eis indiſtinctè concedit beneficium fori, & propterea hanc partem plurimi ſecuti ſunt tam ante Concilium prædictum, quàm poſt, vt ſentire videtur gl. *in d. c. vnic. verb. præmiſſis*, & ibi clarè Franch. *§. & cùm, num.4. verſ. cogita tamen*, & Gemin. *poſt n.8. verſ. & propter iſtud, de cler. coniug. in 6.* Specul. *de competent. indic. adit. §.1. n.24. vbi additio littera H*, Alex. *conſ.8. num.4. lib.1.* Soc. *conſ.12. num.17. in fin. lib.1.* Rot. Rom. *deciſ.202. in nouis*, Steph. Aufrer. *de poteſt. ſecular. ſuper Eccleſ. perſ. reg.3. ante num. 18. verſ. nec per huiuſmodi*, Lap. *alleg.40. num.1. & alleg.118. num. 2.* vbi credit ita tenere Curiam Romanam: & ibi Mandoſ. *in add. littera A*, Chaſſan. *ſuper conſuet. Burgund. rubr.1. §.5. verſ. decimò, car.192.* Burgos de Paz *conſ.22. per totum*, Hier. de Ceuallos *in ſpecul. pract. qq. comm. contra comm. quæſt.593.* Garz. *in tract. de Hiſpan. nobil. gl.9. num.50.* Ioan. Ant. de Nigr. *in extrauag. verb. priuilegio, n.289.* Aret. *in §. illud, n.11. Inſt. de nupt.* latiſſimè Marth. *de iuriſd. p.4. cap.153. num.1. & num.15.* ac per totum, vbi hanc ſententiam veram, & communem dicit, & à contrariis defendit: pulchrè etiam Duard. *in Bull. Cœn. Domini, can.15. q.4. num.12. vſque ad n.19.* vbi hanc opinionem veriorem, & probabiliorem, & magis communem teſtatur videndus etiam Carol. de Graſſ. *de eff. cler. eff.1. num.81.* vbi de communi, & magis communi, & inquit, quòd hodie poſt Concilium Trid. ſopita eſt hæc quæſtio, adeò vt meo iudicio nullo modo ſit recedendum ad hac ſententia: ita etiam Anton. Dian. *mor. reſ. p.1. tract.2 reſol.50.*

Et hæc adeò procedunt, quòd ſi laicus conueniat cle-
35 ricum, etiam coniugatum in foro ſeculari, perdat cauſam. Specul. *de compet. iudic. adit. §.1. num.24.* & non ſolùm ipſe clericus coniugatus gaudet hoc fori priuilegio,
36 ſed etiam eius vxor vnica: ita Soc. *d. conſ.12. n.18. lib.1.* vbi reſpondet contrariis: latè Graſſ. *d. eff.1. num.155. & multis ſeqq.*

Si quis autem deſiderat fuſiùs videre rationes, quibus hæc ſententia fulcitur, & quibus à contrariis defenditur, recurrendum eſt ad Lap. *d. alleg.118.* Marth. *d. tract. de iuriſd. part.4. cap.153.* Graſſ. *d. eff.1. num.81.* Duard. *d. can.15. num.12.* qui hanc quæſtionem examinant, rationes reddunt, & contraria confutant: hoc igitur pro certo habendum eſt, quòd clericus coniugatus recuperat priuilegia fori, & canonis, ſi reaſſumat habitum, poteſtque declinare forum laicale, etiam in cauſa merè pecuniaria, & ciuili: & ita iuris eſſe cenſeo.

Verùm cùm iſte caſus in magna controuerſia eſſet poſitus, & valdè dubitaretur, an iſte clericus coniugatus gauderet etiam in ciuilibus priuilegio fori Eccleſiæ, ille, vt ſe defenderet à moleſtia coram Prætore ſibi ciuiliter illata, obtenta à me inhibitione recurſum habuit ad S.C. Cardinalium controuerſiarum iuriſdictionalium, vbi ſæpius penſato negotio tandem tale emanauit decretum,
37 quod ſequentibus verbis continetur. *Die 17. Iunij 1631. Sacra Congregatio cenſuit Oratorem gaudere debere priuilegio fori, etiam in cauſis ciuilibus: ſi habet requiſita c. vnic. de cler. coniug. in 6.*

Et vt res euidentiùs conſtaret, Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus, D. Cardinalis Gypſius de mandato eiuſdem S.C. ſcripſit litteras Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.D. Paulo Coccapanio tunc Epiſcopo Regij tenoris ſequentis Intus: [ Ill. & molto R. Monſignor come fratello. ] *Se il clerico coniugato Giacomo Gio Maſſetti dalla Mirandola hà tutti li requiſiti di clerico coniugato eſpreſſi da ſacri Canoni, ſenza dubio egli deue godere il priuilegio del foro Eccleſiaſtico in tutte le ſue cauſe, ancorche ciuili,* 38
*conforme l'opinione di queſta Sacra Congregatione ſopra le controuerſie iuriſdittionali ch'è quanto occorre dire à V.S. in queſto particolare, alla quale mi offero, & prego ogni proſperità. Roma 17. Giugno 1631.* [ Di V. S. come fratello il Cardinale Geſſi. Franceſco Paolucci, Secretario.] Extra: [ All'Ill. & molto R. Monſignor come fratello il Veſcouo di Reggio. ] Vnde cùm nulla extaret dubitatio, quin dictus Maſettus haberet omnia requiſita clerici coniugati, factum eſt, vt res ſilentio involueretur, & eius cauſæ etiam ciuiles in foro Eccleſiæ tractarentur.

Poſt hæc requiſitus fui, an clericus coniugatus habens omnia requiſita poſſit retinere, vel obtinere beneficium ex diſpenſatione Epiſcopi, ſaltem ex fundatione. In quo res non tranſit ſine difficultate; nam ſi loquimur de beneficio curato, vel de perſonatu, aut dignitate Eccleſiaſtica, certum eſt eum eſſe incapacem etiam diſpenſante Epiſcopo, ad textum *in cap.* 39
*ſanè*, vbi DD. *de cler. coniug.* Bened. Capra *reg. 97. numer.33. verſ. circa primum.* Marth. *de iuriſd. part.4. capitulo 153. num. 15. in fin.* Graſſ. *de eff. cler. eff. 5. num.25.*

Verùm ſi quæramus de beneficio ſimplici, quod non habet onus inſeruiendi alteri, ſi ſit ſæculare, & non detur in titulum, vidimus Clericum coniugatum illius eſſe capacem. Gonzal. *ad reg. Cancell. reg 8. gl.2. n.71.* Si verò de- 40
tur in titulum, vt plurimùm fieri ſolet, vix enim vidi beneficia ſæcularia aliter tradi, tunc non eſt concors DD. ſententia; alij enim putauerunt clericum coniugatum ex Epiſcopi diſpenſatione eſſe talis beneficij capacem, vt
*ex cap. ſi qui verò 22. diſt. cap. quia tua, 12. quæſt.1.* Abb. 41
*in cap. Ioannes*, vbi Butr. *de cler. coniug.* Hoſt. *in cap. ſanè, il primo, & in cap. diuerſis, eod.* Specul. *in tit. de Bigam. §. nunc dici, verſ.25.* alios allegant Capra *d. reg.97. numer.41.* & Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.42. num.17.* quod ſanè probabile mihi videtur, ſi ille habeat omnia requiſita clerici coniugati, non tamen in practica eſt tutum, quia Epiſcopi non ſolent manus apponere in iis, vbi poteſt eſſe dubitatio, an illud ſit de reſeruatis Pontifici.

Altera igitur eſt ſententia verior, quòd ſolus Pontifex poſſit diſpenſare, adeò vt ſine eius licentia Epiſcopus nequeat conferre clerico coniugato aliquod benefi-
cium, etiam ſimplex, vel retentionem permittere, ex 42
textu *in cap. diuerſis*, Imol. *in cap. Ioannes, num.9.* vbi Ioan. Andr. *num.12. eod.* Archid. *in cap. placuit, num.3. diſt.32.* Bermond. *de publ. concub. §. qui verò, numer.1.* Flam. *de reſignat. benef. lib.4. quæſt.2. num.28.* Gomez *d. gl.2. num.69.* Garz. *de benef. part.7. cap.5. num.4.* Sanchez *de matr. lib.7. diſp.42. num.18.* Graſſ. *d. effect.5. n.25. in fin.* quod iuſtum eſt, quoniam Epiſcopus non diſpenſat in iure communi, niſi in caſibus expreſſis, & cleri-
cus coniugatus reputatur vt laicus, excepto priuilegio 43
fori, & canonis; & ideò altari miniſtrare prohibetur. Capr. *d. reg.97. num.43.44.45.46.47.* Sanchez *d. diſp.42. num.18.*

Tertia itaque ſuccedit ſententia diſtinguens, quòd prima opinio procedat in clerico coniugato habente vnicam, & virginem, & incedente in habitu, & tonſura, alte-
ra verò procedat, ſi deficiat aliquod requiſitum: ita con- 44
cordat, & diſtinguit Capr. *d. reg.97. n.49.* & inquit, quod ſatis tolerari id poteſt, ſi clericus iſte habeat omnia requiſita, vt poſſit etiam tenere beneficium.

Verùm talis diſtinctio non eſt iuridica, aut probabilis, quia penitus deſtruit ſecundam opinionem, quoniam vbi diſputant Doctores, an clericus coniugatus poſſit ex diſpenſatione Epiſcopi retinere, vel conſequi beneficiũ, ſemper ſupponunt illum habere omnia requiſita clerici coniugati, cùm enim de ſuo quærimus, cætera ſuppo-
45 nuntur habilia, *l. ſi quæramus, de teſtam.* Surd. *conſ.495. num.10.* Laderch. *conſ.79. ſub num.2.* Peregr. *de fideicom. art.2. num.5.* nam ſi clericus huiuſmodi careat aliquo ex requiſitis, non ſolum erit incapax beneficij Eccleſiaſtici, ſed etiam nullo fruetur priuilegio fori, aut canonis: ideò
46 hanc diſtinctionem impugnat, & reprobat Hoied. *de incompatib. benef. p.1. c. vlt. num.76.77.* Garz. *de benef. p.7. c.5. n.5.* & benè, quia verè in hoc Epiſcopus diſpenſare non poterit, & non credo fore facile perſuadere cuiquam Prælato, vt manus apponat in hoc negotio.

Sed hoc præcipuè non quærimus; id enim non ferit caſum noſtrum: verùm dubium erat, an ſi in fundatione diceretur, quòd etiam clericus coniugatus poſſet obtinere beneficium, eo caſu poſſit Epiſcopus admittere ta-
47 lem præſentationem, & illi facere collationem. Et difficultas eſt, quia pactis priuatorum iuri publico derogari non poteſt, & nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento. Dixi tamen id fieri poſſe, quia fundator in fundatione beneficij poteſt apponere quaſ-
48 cumque conditiones, etiam iuri communi contrarias, *cap. præterea, il ſecundo, de iurepatr. c. quantò, de cenſibus.* Lambert. *de iurepatr. lib.2. part.2. quæſt.7. in princ. art.23. num.6.* Gonzal. *d. reg.8. gl.5. num.103.* vnde videmus, quòd licet beneficia ſimplicia non poſſint conferri cleri-
49 cis ante 14. annum ſaltem inceptum, Gloſſ. *in cap. ſi eo tempore, verb. ætatem*, & ibi Franch. *num.1. de reſcript. lib.6.* Dec. *in l.2. §. item impuberes, num.7. de reg. iur.* Fuſch. *de viſitat. lib.2. cap.7. n.7.* Garz. *d. part.7. c.3. n.4.* tamen ſi in fundatione dictum ſit, quòd minori 14. annorum poſſit beneficium conferri, ſatis erit ſi ſeptennium
50 excedat, quia Conſilium non derogat fundationi: ſic Emman. Sà *verbo, beneficium, num.30.* Gonz. *d. reg.8. gl.5. num.91.* Garz. *d. p.7. c.3. n.9.10.* qui dicunt ita cenſuiſſe, & reſpondiſſe S. C. & recordor, quod aliàs conſulta S.C. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum in caſu Regienſi, antequam ego eſſem in illa Ciuitate Vicarius, tempore Reuerendiſſimi D. Abbatis Alexandri Spe-
51 relij, tunc pro Curia Epiſcopali Vicarij generalis, ſecuta fuit talem declarationem. Et Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domin. Thomas de Spinellis, aliàs dell'Aiata, diœceſis Regienſis fundauit ſimplex beneficium iuriſpatronatus deſcendentium Balthaſaris, & fratrum de Spinellis teſtatoris agnatorum, cum declaratione, quòd dictus Rector, ſiue Rectores dicti beneficij, vt ſupra, eligendi, eſſe debeant ſacerdotes Miſſam celebrantes, honeſtæ vitæ, bonorum morum. His tamen demptis, qui forent, aut eſſent de ſtirpe, & progenie prædictorum de Spinellis, quos eligi poſſe voluit in Rectores dicti beneficij, etiamſi non eſſent niſi in minoribus, & puri clerici, & prohibuit alios extraneos eligi, donec ſint, qui eligi poſſint de ſtirpe prædicta.

Quæritur, an patronus dicti beneficij poſſit præſentare filium ſuum clericum ætatis annorum decem circiter, non obſtante Concilio Trident. *c.6. ſeſſ.23.*

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit ex lege fundationis huiuſmodi, quam non ſuſtulit ipſius Concilij decretum, *cap.6. ſeſſ.23.* ad beneficium prædictum præſentari poſſe patroni filium, qui clericus in aliquo ſaltem ex minoribus Ordinibus conſtitutus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum ſuæ ætatis annum non exceſſerit.

Cæs. Card. de Tvrre.

Sicut ergo clericus ſeptennis eſt incapax beneficij, & non poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, Garz. *d. tract. de be-*
52 *nef. part.7. cap.3. num.8.* & tamen ſi aliter dicatur in fundatione, capax efficietur, vt vidimus, & ita erit ſeruandum; ſic dicere poſſumus de clerico coniugato, quod licèt non poſſit habere beneficium, aliud tamen erit dicendum, ſi ex fundatione id permittatur. Verùm quia non inueni aliquem, qui hanc quæſtionem reſoluat, putaui bonum eſſe conſulere dictam Sacram Congregationem, non ex neceſſitate, ſed de conſilio.



---

# CAPVT LIV.

## Epitome.

Promiſſio alimentorum an ceſſet, ſi quis aliunde alimenta percipere poſſit.

## Svmmarivm.

1 *Quæ fiunt ob cauſam, à modo cauſæ formam recipiunt.*
2 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
3 *Cauſa expreſſa in proœmio cenſetur finalis.*
4 *Dictio, Donec, quid importet.*
5 *Verba ſi ſunt clara, nil vlterius eſt quærendum.*
6 *Contrahentes obſeruare debent pacta.*
7 *Obligatus non poteſt ex ſe mutare obligationem.*
8 *Interpretatio fit contra eum, qui clarius ſibi legem dicere potuit.*
9 *Donationes latè interpretantur.*
10 *Donatio rei alienæ valet ratione coniunctionis ſanguinis.*
11 *Beatius eſt dare, quàm accipere.*
12 *Legatum factum mulieri pro ſe maritanda, debetur etiam ſi nubat ante mortem teſtatoris.*
13 *Legatum non deficit deficiente eius cauſa.*
14 *Donationis cauſa eſt ſanguinis coniunctio.*
15 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet.*
16 *Donationes latiùs interpretantur, quàm legata.*
17 *Ceſſante cauſa finali ceſſat effectus.*
18 *Donationi cauſa adiecta cenſetur impulſiua.*
19 *Dicto, Vt, quid importet.*
20 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
21 *Coniunctio ſanguinis in donante cenſetur cauſa finalis.*
22 *Ceſſante cauſa, quando remaneat effectus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi vbi D. Ioan. Baptiſta Pinottus promiſit D. Catherinæ eius cognatæ, vt poſſet alere DD. Claram, & Annam illius neptes ex fratre, dare quotannis ſcuta nouem, & certos faſciculos, & alia quædam, donec illa, & vtraque earum vixerit, vt ex inſtrumento rogato à D. Paulo Scaniſſio Notario Regienſi: & cùm dicta D. Catharina felicibus nuptiis tradiderit dictas eius filias, dubitatum fuit, an obligatio Pinotti fuerit extincta, vnde conſultus reſpondi.

Prima facie poſſe videri ob ſecutas nuptias ceſſaſſe obligationem alimentorum, ex quo non amplius dictæ filiæ à matre, ſed ab earum viris alimoniam recipere de-
bent, quæ enim ob cauſam fiunt, à modo cauſæ formam 1
recipiunt. Menoch. *de arb. iud. lib.2. cap.213. num.1.* & vulgare eſt, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus, ad tex-
tum *in l. adigere, §. quamvis, ff. de iurepatr. cap. cùm* 2
*ceſſante, de appellat.* quod præcipuè verum eſt in cauſa conſeruatiua, vt hæc: Tiraq. *in tract. ceſſ. cauſ. lim.35.* & cùm talis cauſa fuerit in promiſſione expreſſa in prin-
cipio diſpoſitionis, videtur eſſe finalis, ad textum *in* 3
*l. fin.* vbi Bart. Bald. & DD. *ff. de hær. inſt.* Rol. *conſilio 49. numer. 43. lib. 1.* Tiraq. *d. tract. lim.1. numer. 50.* qua ceſſante dicunt omnes ceſſare etiam diſpoſitionem.

Verùm his non obſtantibus indubitatum eſſe dixi, dum adhuc ſcholaris eram, quod dicta alimentorum promiſſio,

promiſſio, donatioque adhuc durat, & durabit, donec
dictæ DD.Clara,& Anna vixerint; & caſus ſine reuolu-
tione librorum reperitur deciſus in ipſo inſtrumento,
dum dicit, *donec viuet, & vtraque earum viuet*; dictio
enim, *donec*, deſignat animum volentis promiſſionem
4 durare vita illarum durante, ad textum *in l. legatum ita,*
*ff. de ann. leg. l. à filia, §. alumno, ad Trebel. l. ſeruo alieno,*
*§. 1. de leg. primò.* Nam vbi verba ſe obligantis ſunt clara,
5 nihil vlteriùs eſt quærendum, *l. ille, aut ille, §. cùm in*
*verbis, de leg. 3.* Alex. *conſ.* 110. *num.* 6. *lib.* 4. Soc. Iun.
*conſ.* 160. *num.* 47. *vol.* 2.

Certum eſt enim, quòd homines contrahendo ſibi le-
gem dicunt inuiolabiliter obſeruandam, ad textum *in l.*
*iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact.* & idcircò Pinottus
6 non poteſt amplius ſuam obligationem reuocare, vel
7 mutare, aut conditiones ei apponere. Corn. *conſ.* 71. *n.* 19.
*lib.* 2. & *conſ.* 155. *n.* 2. *vol.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 118. *n.* 7. *lib.* 2.
Rol. *conſ.* 59. *num.* 25. *lib.* 3. immò facienda eſt interpretatio
contra eum, qui legem ſibi clariùs dicere potuit, & non
8 fecit, ad textum, *in l. veteribus,* vbi DD. *de pact.*

Hæc autem multò magis procedunt in donatione,
& actibus liberalitatis, in quibus fit interpretatio contra
donantem, maximè ſi fiat donatio perſonæ coniunctæ;
9 pulchrè Corn. *conſ.* 141. *num.* 15. *lib.* 17. *vol.* 2. vbi dicit ra-
tione coniunctionis ſanguinis valere etiam donationem
10 rei alienæ; cùm enim beatius ſit dare, quàm accipere,
Corn. *conſ.* 78. *n.* 2. *lib.* 1. ſequitur donare eſſe actum animi
11 nobilis, & generoſi. Corn. *conſ.* 36. *n.* 8. *vol.* 1. quæ omnia
hîc concurrunt.

Hæc quidem caſum noſtrum reddunt valde clarum,
& certum, ſed placet referre ſimilem in fauorem dicta-
12 rum mulierum, de quo Caſtr. *conſ.* 212. *num.* 2. *lib.* 1. Iaſ.
*in l. quominus, num.* 133. *ff. de flumin.* qui narrant factum
fuiſſe legatum mulieri, vt maritaretur, & pro ea maritan-
da: ſed cùm illa nuptiis tradita eſſet, & aliunde dotata,
ſuperſtite adhuc teſtatore, quæſitum fuit, an eo poſtea
defuncto ea poſſit conſequi legatum, & poſſe conclu-
ſum fuit, quia defectus cauſæ reſpicientis ſolum fauorem
legatarij non perimit legatum, cùm cenſeatur cauſa im-
13 pulſiua, ad textum *in l. Titio centum, in princ. ff. de cond.*
14 *& demonſtr.* & ab iſtis non videtur diſſentire Gramm.
*conſ.* 146. *num.* 3. 4. qui in legato dotis voluit dotatio-
nem fuiſſe cauſam impulſiuam, ſanguinis verò con-
iunctionem cauſam finalem, quæ durant vſque ad mor-
tem.

Iſte caſus nil à noſtro differre videtur, niſi quod ipſe
tractat de interpretanda vltima voluntate, hic autem
de donatione. Sed id nihil refert, quia certum eſt in iure
valere argumentum ab vltimis voluntatibus ad contra-
15 ctus, *l. pactum inter hæredem*, vbi Bart. *ff. de pact.* Euer.
*in Topic. cap.* 37. *num.* 2. in terminis Corn. *conſ.* 141. *n.* 17.
16 *vol.* 2. vbi etiam inquit, quod immo donationes latiùs
interpretantur, quàm legata, & vltimæ voluntates.

Nec obſtant adducta in contrarium, quæ ſolùm locum
habere poſſunt, vbi cauſa eſt finalis. Tiraq. *d. tractat.*
17 *limit.* 35. certum eſt autem cauſam in donatione adiectam
18 præſumi impulſiuam. Gloſſ. Bart. Ang. Cuman. Imol.
& DD. *in l.* 2. *ff. de donat.* Ang. *conſ.* 100. *num.* 7. Franc.
*in cap. cum ceſſante, num.* 2. *de appell.* Corn. *d. conſ.* 141.
*num.* 16.

Idque eſſe verum probatur etiam ex illa dictione, *Vt*,
19 quæ licèt poſſit eſſe redditiua rationis, Gloſſ. *in princ.*
*inſt. in proœm.* tamen regulariter modum importat. Dec.
*in l. debitori, num.* 12. *C. de pact.* Ceph. *conſ.* 81. *num.* 10.
Craſſ. *de ſucceſſ. lib.* 1. *§. falcidia, quæſt.* 15. ideò cauſam
impulſiuam cenſetur importare. Tiraq. *d. tract. lim.* 1.
*num.* 40. & *num.* 52. quia reſpicit ſolum commodum do-
natariorum.

Et ſanè dici non poteſt eam cauſam fuiſſe finalem,
nam defectus illius euenire potuit multis modis, in qui-
bus nemo ſani iudicij diceret defeciſſe quoque diſpoſi-
tionem, velut ſi D. Catharina præmortua fuiſſet ante nu-
ptias illarum; non enim amplius poſſet eas alere, quia
mors omnia ſoluit, & tamen multò magis eo caſu illæ in-
digerent tali adiumento, ideò & cauſa non poteſt cenſe-
ri finalis, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc con-
tingit abeſſe, *l. non hoc, C. vnde legitim.* & propterea ſi 20
verum amamus, dicere cogimur cauſam finalem fuiſſe
ſanguinis coniunctionem, & affectionem, ad tradita per 21
Caſtr. *d. conſ.* 214. *n.* 2. Corn. *d. conſ.* 141. *n.* 16. & Grammat.
*d. conſ.* 146. *n.* 16.

Non obſtat hîc diſpoſitio *l. fin. de hær. inſtit.* quia
non conſtat Pinottum non fuiſſe donaturum, ſi eueni-
ret, quòd illæ mulieres haberent aliunde, vnde aleren-
tur, & tamen in caſu illius legis conſtabat de mente te-
ſtatoris.

Addi poteſt dictas mulieres faciliùs nupſiſſe cum hoc
adiumento, quod pars dotis dici poteſt, & obligationem
mariti non intrare, niſi habito hoc ſubſidio dotali, & ſic
ſuperſunt adhuc reliquiæ illius cauſæ, ideò non ceſſat ef- 22
fectus. Tiraq. *d. tract. lim.* 16. *n.* 1.

Et quamvis promiſſio alimentorum ſit fauorabilis,
ideoque cauſa adiecta cenſeatur finalis, id tamen proce-
dit, ſi ita expediat alimentario, alioquin præſumitur im-
pulſiua, ne quod inductum eſt in fauorem, retorqueatur
in odium, *l. quod fauore, C. de legib.* Tiraq. *dict. tract.*
*lim.* 1. *n.* 58. & ita iudicatum fuit.

---

## CAPVT LV.

### EPITOME.

Inſtantiæ peremptio an detur in cauſa dotis, & miſerabilium perſonarum, & in cauſis ſummariis.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtantia perempta non eſt procedendum ad vlteriora, niſi refectis expenſis.*
2 *Dotis cauſa eſt fauorabilis.*
3 *Inſtantia poteſt perire etiam in cauſa dotis.*
4 *Inſtantia non perimitur vnquam de iure canonico.*
5 *Cauſæ debent terminari de iure canonico intra biennium.*
6 *Iudices Eccleſiaſtici poſſunt poſt biennium auocare cauſas ab inferioribus ordinariis.*
7 *Miſerabilem eſſe allegans debet probare.*
8 *Miſerabilis quis dicatur, ſtatur arbitrio iudicis.*
9 *Miſerabilium cauſæ ſunt ſummariæ.*
10 *Inſtantia an detur in cauſis ſummariis.*
11 *Inſtantia perit etiam in cauſis ſummariis.*
12 *Inſtantia an pereat, dum ſcripturæ manent penes iudicem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi pro DD. fratribus de Madiis pro re-
ſolutione motiuorum dixi peremptam eſſe inſtantiam,
& amplius non eſſe procedendum ad vlteriora, niſi re-
fectis expenſis, ad textum *in l. properandum*, vbi DD.
*C. de iudic.*

Nec obſtat tractari hîc de cauſa dotis ſuper omnia fa-
uorabili, ſecundùm *l.* 1. & ibi DD. *ff. ſol. matr.* ideóque in
tali negotio non perire inſtantiam. Nam reſpondeo non
ſatis conſtare, quòd hæc ſit dos, ſed eſto ita eſſe, tamen di-
co iure non caueri in dotis cauſa non dari peremptionem
inſtantiæ: immò non defuerunt, qui opinati ſunt citiùs in
cauſa dotis perire inſtantiam, quàm in aliis, teſte Rip. *in*
*l. dotis cauſa, ſol. matr.* Verùm id certum eſt, etiam in cau-



ſa dotis dari inſtantiam, & eius peremptionem, ſicut in
aliis negotiis, ſi non formaliter, ſaltem implicitè, & vir-
tualiter: textus eſt *in l.* 3. ibi: *Iure iudiciorum, C. de dot. pro-*
*miſſ.* ita Bald. Imol. Aret. & DD. *in d. l. dotis cauſa, ſol. matr.*
idem Bald. *in rubr. C. de priuil. dot.* Rom. *conſ.* 174. & de ve-
riori teſtatur Ioan. Baptiſta de S. Blaſio *in tract. de dot. pri-*
*uileg.* 298. & pulchrè Bald. Nouell. *tract. de dot. part.* 9.
*priuileg.* 14. *per totum*, vbi perbellè diſtinguit, quòd ſi ver-
ſamur in foro Cæſaris, ſeu laicali & in terris Imperij,
vt hîc, datur vtique peremptio inſtantiæ etiam in cau-
ſa dotis; aut verſamur in foro Eccleſiæ, & tunc quia
in eo foro omnis cauſa eſt perpetua, & non perit in-
ſtantia, ad textum *in c. fin. de iudic.* Marant. *in ſpecul.*
4 *part.* 5. *num.* 14. A ſin. *in prax. part.* 1. *in princ. cap.* 3. *num.* 22.
Oldr. *de reſtit. in integr. quæſt.* 67. *num.* 8. Hippolytus Ciar-
linius patruus meus *in tract. de calculo, numer.* 63. *in fin.*
Scacc. *tract. de appellat. quæſt.* 15. *num.* 275. ideò in cauſa
dotis minùs dubitandum eſt de peremptione inſtantiæ.

Et quamvis ſecundùm Concilium Tridentinum om-
nes cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes coram
5 Ordinariis debeant infra biennium terminari, alioquin
pars poſſit adire iudices ſuperiores, qui cauſam in eo
6 ſtatu, in quo reperitur, aſſumant, & decidant, non tamen
per hoc à Concilio præfigitur inſtantia, & lapſo biennio
acta non pereunt. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 15.
*num.* 277. 278.

Non obſtat ſecundò aduerſarium eſſe perſonam mi-
ſerabilem, ideóque inſtantiam non perire, quia negatur
7 eſſe talem, & hæc eſt qualitas, quæ, niſi probetur, non
præſumitur, ad textum *in l.* 2. vbi DD. *ff. de probat. l.*
*accuſare*, vbi Dec. & alij, *C. de edend.* Rip. *in l. ſi con-*
*ſtante, num.* 28. *in fin. ff. ſolut. matrim.* qui dicit, quòd
hæc qualitas directò probari non poteſt, & propterea
8 ſtandum eſt arbitrio & iudicio ius dicentis ad cognoſ-
cendum, quis dicatur miſerabilis perſona. Ioan. Andr.
*in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* Alex. *conſ.* 18. *col.* 1.
*vol.* 4. Barboſ. *conſ.* 62. *col.* 2. *vol.* 1. DD. *in Auth. præterea,*
vbi gl. *C. vnde vir, & vxor.* & habemus ſtatutum Car-
pi, *lib.* 2. *rubr. Qualiter D. Poteſtas teneatur recipere que-*
*rimonias viduarum.*

Deinde eſtò etiam, quod ille ſit miſerabilis perſona,
adhuc non probatur in eius cauſis non dari peremptio-
nem inſtantiæ, niſi fortè dicatur, quod in cauſis miſerabi-
lium perſonarum procedatur ſummariè, & ſola facti
9 veritate inſpecta, tam de iure communi, quàm vigore
dicti ſtatuti, & in cauſis ſummariis non datur formalis
10 inſtantia. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 3.
Sed reſpondetur verius eſſe, quod etiam in cauſis ſum-
mariis detur inſtantia, & peremptio inſtantiæ, vt per
11 Abb. & Felin. vbi etiam ad vtrumque eſt pulchra apo-
ſtilla *in c. venerabilis, in fin. de iudic.* Bart. Alex. & Iaſ.
*in d. l. properandum, Cod. eod.* de communi Cacheran.
*deciſ. Ped.* 1. *num.* 31. & de magis communi Aſin. *in prax.*
*in princ. cap.* 2. *num.* 42. *part.* 1.

Denique non obſtat proceſſus, & ſcripturas ſem-
per fuiſſe penes iudicem cauſæ, quia nihilominus pe-
rit inſtantia ex lapſu biennij, vel triennij, vt commu-
12 niter tenent DD. *in d. l. properandum, §. ſin autem,*
*C. de iudic.* Marant. *in ſpecul. de ord. iudic. part.* 5. *num.* 41.
Et ita, &c.

---

## CAPVT LVI.

### EPITOME.

Iudex Eccleſiaſticus an poſſit ius reddere laicis, vel clericis contra laicos in defectum, vel ob negligentiam iudicis laici.

### SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Iudex Eccleſiaſticus exercet iuriſdictionem in laicos, ſi non adſit ſuperior laicus.*
3 *Eccleſia ius reddit laicis in defectum iuriſdictionis laicæ.*
4 *Iudex Eccleſiæ iudicat laicos, vbi laicus requiſitus iuſtitiam non facit.*
5 *Iudex Eccleſiaſticus ſupplet negligentiam laici.*
6 *Iudex Eccleſiaſticus eſt maior laico, habetque iuriſdictionem in laicos habitu.*
7 *Alimentorum cauſa eſt pia, & poteſt tractari coram iudice Eccleſiaſtico.*
8 *Regina etiam poteſt eſſe pauper.*
9 *Corrigia oppidum inſigne fuit ſine Magiſtratu longo tempore.*
10 *Iudex Eccleſiaſticus olim iudicabat laicos, & clericos.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

HIs temporibus belli, & peſtis horrore infeſtis inter
cætera, quæ in partibus Lombardiæ euenerunt, fa-
ctum eſt etiam, vt Corrigia nobile oppidum inter Re-
gium, & Mantuam ſtatione militum valde affligeretur,
& eius Princeps eiiceretur, adeò vt per multum temporis
ſpatium illa terra ſteterit ſine aliquo duce, & nemo exti-
terit, qui Magiſtratum aliquem gerens laicis iuſtitiam
miniſtrauerit, & propterea multi habuerunt recurſum ad
forum Eccleſiæ, vt etiam inter laicos ius diceret, & pro-
pterea Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Paulus Coc-
capanus Epiſcopus Regij mandauit, vt audirentur
querimoniæ omnium, etiam contra laicos, tam ciuiliter,
quàm criminaliter, ne oppreſſis omne auxilium defi-
ceret.

Verùm quia apud multos cœpit dubitari, an id bene
factum eſſet, rem dixi eſſe indubitabilem, & dum coram
Eminentiſſimo Bononiæ Legato de hoc altercaretur,
ipſe dixit negotium in hac parte carere difficultate, ſed
quia erubeſcimus ſine lege loqui, placuit rationes etiam
pro Eccleſiaſtica iuriſdictione facientes annotare, licèt
enim dici ſoleat, quòd actor ſequitur forum rei, ad tex- 1
tum *in c. cùm ſit generale*, vbi Abb. & DD. *de for. com-*
*pet.* tamen id non obſtat quidquam, vbi forum illud pro
reo non extat, vel ſi extat, negligit iuſtitiam miniſtra-
re, etenim veriſſimum eſt, quod Iudex Eccleſiaſticus
poteſt ſe immiſcere iuriſdictioni ſæculari, & laicos iu-
dicare, quando Superior ſæcularis non inuenitur, vel
negligit iuſtitiam miniſtrare: ſic probat textus *in c. li-*
*cèt ex ſuſcepto*, vbi apertè gloſſ. *in verb. vacante imperio,*
& *c. ex tranſmiſſa, de for. compet.* Abb. *in c. cùm deputati,*
*num.* 3. *de iudic.* & poſt Azor. & alios Bellet. *diſq. cleric.*
*part.* 1. *tit. de fauor. cler. perſonal. §.* 2. *num.* 25. & *tit. de fauor.*
*cler. real. §.* 5. *num.* 37. & *num.* 82. Mar. Antonin. *var. reſol.*
*lib.* 1. *reſol.* 108. *num.* 32. *verſ. Hinc eſt.* Ex defectu enim
iuſtitiæ ſæcularis non poteſt haberi recurſus ad Eccle-
ſiam. Bellet. *d. §.* 5. *num.* 28. & licèt videantur velle Do- 3
ctores, quod priùs requiratur iudex laicus ad mini-
ſtrandam iuſtitiam, antequam Eccleſiaſticus ſe ingerat,
ſufficit tamen à parte fuiſſe requiſitum, & ipſum mali- 4
tiosè diſtuliſſe, *d. c. ex tranſmiſſa, de for. compet.* Abb. *in*
*c. qualiter, num.* 7. *de iudic.* Bald. *in c. ſignificantibus, num.* 7.
*de offic. deleg.* Bellet. *d. §.* 5. *num.* 36. ſed vbi ille Iudex lai-
cus non extat, nulla requiritur monitio, vel interpellatio,
quia non entis nullæ ſunt qualitates, vt hîc, vbi nemo
ius Corrigiæ reddit, vel reddere poteſt, cùm nullus habeat
magiſtratus auctoritatem. Ergo Eccleſia poteſt in laicos
exercere iuriſdictionem. Ita Carol. Graſſ. *de eff. cler. eff.* 1.
*num.* 954.

Si ergo poteſt Eccleſiaſticus iudex ſupplere negligen- 5



tiam

tiam iudicis ſæcularis, *d. c. ex tranſmiſſa*, quantò magis poterit illo non extante vices eius ſupplere, *d. c. licèt, de for. compet.* non tamen credas idcirco poſſe quoque laicum iudicem ſupplere negligentiam Eccleſiaſtici, quia id non admittimus, ſed tantùm conceditur iudici Eccleſiaſtico, quia eſt maior ſæculari, & Eccleſia poteſt habere
6 iuriſdictionem in laicos in temporalibus, *c. omnes*, vbi gl. *in verb. cœleſtis, diſt. 22. c. paſtoralis, de ſent. & re iudic.* Abb. *in d. c. licèt, num. 2 3.7. de for. competent.* Azor. *moral. part. 2. lib. 4. cap. 19.* Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cler. perſonal. §. 2. num 25. verſ. ratio autem*; Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib. 2. cap. 14. quæſt. 8. num. 10. 11. 12. 13.*

Hinc factum eſt, quod forum Eccleſiæ miniſtrauit iuſtitiam Corrigienſibus, dum ſuo Principe, & Magiſtratu carebant ob calamitatem temporum, immò ipſamet Principiſſa recurſum habuit ad Eccleſiam pro iuſtitia contra Communitatem, & quoſdam ciues, & eius caſus erat ſine difficultate, quia vltra prædicta agebat ad alimenta, quæ petebat, & certum eſt cauſam alimentorum eſſe piam, ſi pauperi debeantur, & poſſe tractari coram iudice Eccleſiaſtico, coram quo laici etiam conueniri
7 poterunt. Bart. *in l. ſolent, ff. de aliment. & cibar. leg.* Ioan. Lup. *in c. per veſtras, in 2. not. numer. 19. de donat. inter virum, & vxor.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 25. num. 75.* Gutierr. *z pract. qq. lib. 1. quæſt. 44.* Gratian. *diſc. 60. n. 30. & ſequent.* & *diſcept. 154. num. 10.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. part. 3 alleg. 81. num. 9.* Bellet. *diſq. cleric. d. tit. de fauor. cleric. real §. 5. num. 69. 70.*

Neque dubitandum eſt, quin dicta Principiſſa tunc temporis poſſet dici pauper, & miſerabilis, quoniam eiecta fuerat, quaſi exul cum viro, & filiis extra patriam, viuebat omnibus orbata bonis, vnde etiam Re-
8 gina poteſt dici miſerabilis inſpecta qualitate. Decian. *in cap. cæterùm, de iudic. numero 73.* & Bellet. *d. §. 5. num. 39.*

Hæc igitur praxis ius reddendi laicis per iudicem Eccleſiaſticum eſt bona, & iuri conueniens, vbi iuſtitia ſæ-
9 cularis deficit, vel negligit, & non obſtat, quòd tunc non vacaret Imperium, & poſſet haberi recurſus ad Cæſarem, quia ſubditi non tenentur regiones peragrare longinquas, vt ius ſibi reddatur, cùm vnaquæque Ciuitas ſuum debeat habere Magiſtratum, & ſi illo careat, nulla poteſt dari maior negligentia in iure reddendo, vnde non eſt mirum, ſi cognitio cauſarum deuoluat ad
10 Eccleſiaſticum iudicem, ſiquidem olim omnes cauſæ, tam clericorum, quàm laicorum deferebantur ad Eccleſiam, vnde facilè res reuertitur ad ſuam naturam: ita per textum *in c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. c. relatum 11. quæſt. prima*, & *c. ſi quis Presbyter, quæſt. 5.* Duard. *in Bullam Cœn. Domini, lib. 2. can. 14. quæſt. 8. num. 13.* Et ita, &c.

## CAPVT LVII.

### Epitome.

Iuſpatronatus an probetur per ſententiam latam ante, vel poſt Concilium Tridentinum, & quid in potentioribus.

### SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus priuatorum non eſt immutatum per Concilium.*
2 *Iuſpatronatus potentiorum quomodo probetur.*
3 *Præſentatio poteſt probari per ſententiam.*
4 *Iuſpatronatus non probatur per ſententiam, niſi ex actis iuſtificetur.*
5 *Sententia in antiquis probat iuſpatronatus.*
6 *Antiquum tempus in materia iuriſpatronatus.*
7 *Sententia antiqua dicitur à 40. annis citra.*
8 *Sententiæ latæ ante Concilium non probant iuſpatronatus.*
9 *Ordinarij aſſertio non probat iuſpatronatus.*
10 *Iuriſpatronatus poſſeſſio probatur per ſententiam cum cognitione cauſæ latam.*
11 *Iuſpatronatus ſi ſemel fuit probatum, non eſt neceſſe ampliùs probare.*
12 *Præſentationes patronorum potentiorum quales eſſe debent.*
13 *Communitas in materia iuriſpatronatus dicitur potens, etiamſi alioquin ſit parua.*
14 *Præſentandi poſſeſſio non prodeſt potentioribus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa cuiuſdam Communitas dixit non eſſe admittendam eius præſentationem ad quandam Coadiutoriam, quia non conſtabat de iurepatronatus. Nam licèt quoad patronatum priuatorum nihil fuerit innouatum per Concilium Trid. *ſeſſ. 25. c. 9. de reform.* illud enim non 1
admittit præſumptionem vſurpationis, ſed probatur omnibus modis à iure communi diſpoſitis, & applicatis: ita Gabr. *conſ. 192. num. 1.* Rot. *diuerſ. deciſ. 331. part. 2.* & *in Rom. de Cardellis, coram Coccin.* quam ſequitur eadem Rota *in vna Tudert. Parochialis, coram Vbald.* impreſſa inter recentiores Farinac. *deciſ. 360. n. 2. part. 2.* & *in vna Papienſ.* apud eundem Farinac. *deciſ. 374. num. 1. part. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 18. num. 54.* Menoch. *lib. 3. præſ. 90. num. 9.* latè Ricc. *in praxi de nouiſſ. probat. iuriſpatr. reſol. 83. num. 1.* & per totam; tamen in his perſonis, ſeu Communitatibus, in quibus ius plerumque ex vſurpatione potiùs præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio requiritur; & ideò iuſpatronatus probari debet ex fundatione, vel dotatione, vel vltra immemorabilem præſcriptionem doceatur etiam de continuatis præſentationibus effectum 2
ſortitis per annos 50. ita Concilium Trident. *dict. cap. 9. ſeſſ. 25.* Put. *deciſ. 57. & 205. part. 1.* Ricc. *d. tract. reſol. 96. num. 2.*

Vnde cùm hîc non appareat de aliqua fundatione, de ea nihil eſt tractandum, niſi velimus dicere, quod ſententia Vicarij Epiſcopalis in fine proceſſus producta pro ea deſeruiat, quod tamen dici non poteſt, quia in ea de fundatione non fit mentio, & vlteriùs quamvis per ſenten- 3
tiam poſſit probari præſentatio, Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 11. num. 38.* tamen per eam non probatur iuſpatronatus, niſi iuſtificetur ex actis. Gabriel. *conſ. 28.* 4
*num. 6. lib. 1.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 13. in fin. de ſent. & re iud.* Farinac. *deciſ. 689. num. 2. part. 1.* & *deciſ. 659. num. 16. part. 1.* Gratian. *diſc. 310. num. 89.* Ricc. *in praxi for. Eccleſ. reſol. 132. ſub num. 6. part. 1.* & *deciſ. 26. part. 2.* & *in tract. de nouiſſ. prob. iuriſpatr. reſol. 126. num. 1. 2.* & tenuit Rota *in vna Commenſi Capell. 17. Iunij 1591. coram Peña*, & plenè *in vna Rom. officij, 13. Ian. 1608. coram Scoto*, de qua Marcheſ. *in tract. de commiſſ. tom. 1. fol. 22.* ſecus tamen eſſet, ſi verſaremur in antiquis, quia tunc ſententia bene probat.
Grammatic. *conſ. ciuil. 15. num. 7.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. re-* 5
*ſol. 132. num. 7.* & *deciſ. 26. in fin.* & *deciſ. 119. part. 3.* & *in d. tract. de nouiſſ. probat. iuriſpatr. reſol. 233. num. 1. in fin.* & licèt antiquum tempus dicatur centum annorum, maxime in materia iuriſpatronatus, Garz. *de benef. par-* 6
*te 12. cap. 2. num. 263.* Pariſ. *de confid. benef. quæſt. 28. numero 235. verſ. receptior.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 72. num. 35. part. 3.* vbi de communi; tamen quoad ſententiam dicitur antiqua ſi ſit lata poſt Concilium Trid. ab annis 40. 7
citra, ad tradita per Ioan. de Amic. *conſ. 101. numero 31.* Chart. *deciſ. Gen. 58.* & Camp. *in diuerſ. iur. can. rubr. 2. cap. 13. num. 421.* videndus Ricc. *in dict. tract. de nouiſſ. probat. iuriſpatr. reſol. 233. num. 2.* & propterea ſi reperiantur duæ ſententiæ latæ ante Concilium Trident. hodie non probarent iuſpatronatus, ſi aliunde non iuſtifica-
8 rentur. Grilinz. *conſ. 147. num. 28.* Ricc. *d. tract. reſol. 145. num. 1. verſ. dubium.* Non enim ſtatur aſſertioni Epiſco-
9 pi de iurepatronatus atteſtantis. Caputaquenſ. *deciſ. 128. part. 1.*

Benè verum eſt, quòd ſi extarent ſententiæ, vel ſen-
10 tentia in iudicatum tranſacta, poſt dictum Concilium lata cum cognitione cauſæ, & fiſco Eccleſiæ audito, tunc vtique talis ſententia probaret iuſpatronatus, quoniam ſolent plerumque Ordinarij iura patronatuum impugnare, & ideò ſi ille approbet, conſueuit Rota multùm illi tribuere. Felin. *in c. illud, num. 6. de præſcript.* Rot. *de iurepatr. deciſ. 11. num. 1. in nouis*, pulchrè Rot. *diuerſ. deciſ. 567. num. 2. part. 4.* latiſſimè Gratian. *diſcept. 310. per totam.* Ricc. *dict. reſol. 145. num. 1. in princ.* & ideò ſi ſemel lata ſit ſententia cum magna cognitione cauſæ, & fabricato proceſſu ſuper probatione iuriſpatronatus, ſi denuo contingat vacatio, non erit amplius elaborandum, provt factum eſt in Præpoſitura S. Nicolai Patronata familiæ de Zobolis; licet etenim quaſi poſſeſſio ſit ſublata per Concilium, tamen ſi poſt illud vacatio contigerit, & præuia cauſæ cognitione, ſeruatiſque ſeruandis Ordinarius per ſuam ſententiam iuſpatronatus approbauerit, licèt poſtea multoties contingat vacatio, non erit
11 ampliùs neceſſe docere de iurepatronatu in poſſeſſorio iudicio, quia ſufficiet patrono, & eius ſucceſſori quaſi poſſeſſio præſentandi, alioquin nullus eſſet litium finis. Ita cenſuit Sacra Card. Concilij Trident. interpretum Congregatio, teſte Gonz. *ſuper reg. 8. Cancell. gl. decima octaua, num. 23.* Guigl. Guidobon. *aduocat. 32. ſub num. 5.* Prax. Archiep. *cap. 63. ſub num. 3.* Ricc. *deciſ. 238.* & *deciſ. 278. in fin. part. 2.* & *in dicto tract. de iurepatr. reſol. 233. num. 1. verſiculo & cùm.*

Cùm igitur hæc non proſint in caſu noſtro, etiamſi confugiamus ad multiplicatas præſentationes, nihil agitur, quia licèt plures fuerint præſentatæ, tamen non ſunt emanatæ ſuper vno, & eodem beneficio, adeò vt pro vnica deſeruiant præſentationes, & ſi omnes etiam emanaſſent ſuper eodem, adhuc requiritur etiam anti-
12 quiſſimi temporis curſus hominum memoriam excedens, qui non poteſt eſſe minor centum annorum. Pariſ. *dict. quæſt. 28. numero 236.* Barboſ. *d. alleg. 72. numero 35. verſ. qui temporis*; etenim nos verſamur in patrono potente, quoniam Communitates ponuntur inter po-
13 tentes, etiamſi ſit parua Communitas. Ita Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſolut. 135. numero 1. 2.* Barboſ. *dict. alleg. 72. num. 62.* & ideò non eſt conſiderabilis quaſi præſentan-
14 di poſſeſſio. Ricc. *in d. prax. reſol. 132. n. 2. 3.* Et ita, &c.

## CAPVT LVIII.

### Epitome.

Feudum deuoluitur ad dominum, ſi non petatur renouatio inueſtituræ intra annum, & diem, & reſtitutio minoris non prodeſt conſorti maiori, vbi feudum eſt diuiduum, provt ſunt omnia feuda ſine dignitate.

### SVMMARIVM.

1 *Feudum deuoluitur ob pacta non ſeruata cùm domino.*
2 *Tutor poteſt iurare pro pupillo ſacramentum fidelitatis, & quomodo.*
3 *Pupillus poteſt iurare domino fidelitatem, ſi ſit doli capax, & quomodo.*
4 *Pupillus feudo priuatur, ſi non iurat fidelitatem poſt pubertatem.*



5 *Minor 25. annis reſtituitur in integrum, ſi non petiuit inueſtituram.*
6 *Reſtitutionis in integrum ius an cedi poſſit, & quomodo.*
7 *Ætatis ius cedi non poteſt.*
8 *Pacta in feudis ſunt ſeruanda.*
9 *Caducitas in feudis incurritur ob feloniam delicti, & contractus.*
10 *Feudatarius dicitur ingratus, qui non ſeruat pacta.*
11 *Reſtitutio maiori quoque litis conſorti quando proſit.*
12 *Minoris reſtitutio in feudo diuiduo non prodeſt maiori.*
13 *Feudi portione poteſt vnus priuari, & alter non.*
14 *Canonis ſolutio eſt indiuidua.*
15 *Minor non ſoluens canonem reſtituitur, ſed hoc conſorti maiori non prodeſt.*
16 *Feudi portio caducata deuoluitur ad dominum, non ad conſortes.*
17 *Feudum maius cum dignitate diuidi non poteſt.*
18 *Feuda inferiora, & ſine dignitate diuidi poſſunt.*
19 *Feudum ex conſuetudine ſit diuiſibile.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Regienſi caducitatis, ſeu deuolutionis bonorum prætenſæ ad fauorem menſæ Epiſcopalis præſupponebatur in facto perilluſtriſſimum DD. Cæſarem, & Franciſcum de Caſſoliis nobiles Regienſes fuiſſe annis elapſis inueſtitos ab Eminentiſſimo Cardinali Eſtenſi tunc Regij Epiſcopo de quodam feudo ab eis poſſeſſo in villa Maſenzatici de iure dictæ menſæ, præſtitiſſeque ſacramentum fidelitatis, & inter cætera, de quibus in dicta inueſtitura, prædictus D. Cæſar tanquam tutor cuiuſdam pupilli eius fratris, & nunc in religione profeſſi, iurauit, & promiſit quòd quando dictus pupillus erit in ſtatu habili, ipſe quoque iurabit, provt tenetur.

Modò dictus pupillus egreſſus iam pupillarem ætatem ab hinc tribus annis abſtinuit à iuramento, neque dicto D. Cæſari fuit curæ, vt iuraret, ſed monaſterium ingreſſus fecit dictis eius fratribus ceſſionem dictorum bonorum feudalium ad formam Concilij Trident. ante emiſſam profeſſionem, & ideò ſuccedente in Epiſcopatu Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Paulo Coccapano Marchione, dum renouabantur inueſtituræ aliorum fuit quæſitum, an iſta eſſet renouanda, vel potiùs dicendum eſſet portionem dicti pupilli, vel dicti D. Cæſaris, aut vtramque eſſe deuolutam ad dictam menſam, ob non implementum dicti pacti.

Et ſanè ego dicebam ſatis videri vtramque portionem eſſe deuolutam, eo quod vterque eorum defecerit in ſalutari ſuo, & iuſta conuentio ab eis fuerit neglecta. Bald. 1
*in l. vnic. §. emptor, num. 4. verſ. ſi enim, C. comm. de legat.* Iaſ. *in l. 1. num. 11. C. de iur. emphyt.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Peruſ. 22. num. 10.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. titul. de caducit. ob inobſeru. pact. num. 2. 14.* pulchrè Corbul. *de cauſ. priuileg. emphyt. cauſ. num. 1. 2.* quoniam licèt verum ſit tutorem poſſe pro pupillo ſacramentum fidelitatis præſtare, ſi velit, Roſental. *de feud. c. 6. concl. 41.* 2
*num. 7.* tamen niſi etiam cum eo pupillus doli capax iuret, tale iuſiurandum adueniente pubertate expirat cum tutela, adeò vt renouatione opus ſit. Roſental. *eod. tract. cap. 6. concluſ. 42. littera B.*

Statim autem, ac pupillus egreſſus eſt pubertatem, dicitur eſſe in ſtatu ſic iurandi, & ſi differat per annum, & diem, feudo priuari poteſt, ad textum *in c. ſi de feudo, §. ſi quis, verſ. ſi minori, iunct. gl. ſi de feud. defunct. cont. ſit in vſibus feud. c. Imperialem, §. præterea, de prohibit. feud. alien. per Feder.* Clar. *in §. feudum, quæſt. 49. num. 4.* Benè verum eſt, quòd minor 25. annis habet beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum temporis ad petendam renouationem inueſtituræ, vt inquit gl. *in §. præterea.* Brun.

*conſ. feud.* 100. *numero primo*, de communi Clar. *in §. feudum*, *numero quinto*, Giach. *in collect. verb. Vaſſallus*, *num.* 28.

Verùm cùm reſtitutio in integrum ſit beneficium perſonale minorum, non tranſit ad alium, niſi fiat nomi-
6 natim,& in ſpecie ceſſio,ad textum *in l. quod ſi minoris, de adm. tut. l. ſi alterius*, §. 1. *ff. de tut. & rat. diſtr.* ius enim ætatis cedi non poteſt. Bald. *in l. cùm antiquioribus, col. pen. C.*
7 *de iur. delib.* ad textũ *in l. ſi quis domum*, §. *hic ſubiungi, ff. locat. l. peto*, §. *prædium, ff. de leg.* 2. *l. lex vectigali, ff. de pign.* & §. *finitur, Inſtit. de vſufr.* ſed in prædicta ceſſione non eſt facta aliqua mentio de hac reſtitutione in integrum, ergo non tranſit ad ceſſionarium, qui ex ſua perſona eam non poteſt conſequi, & ſi poſſet, coram Paribus Curiæ eſſet petenda. Roſental. *de feud. cap.* 12. *concluſ.* 12. *num.* 103. *in fin.* licèt hoc non ſit in vſu, quia nullus Iudex huiuſmodi contentionum datur, niſi Epiſcopus ipſe, vel eius Vicarius. Ergo feudum apertum eſt pro parte pupilli.

Pro portione verò D. Cæſaris deuolutio videtur certior, quoniam ipſe non eſt minor, & non ſeruauit pactum, cum non fecerit iurare dictum eius fratrem, neque adhibuit aliquam diligentiam, vt iuraret, & tamen pacta ſunt
8 ſeruanda, etiamſi derogarent naturæ feudorum. Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 30. *num.* 15. etenim caducitas incurri-
9 tur tam ob feloniam delicti, quàm contractus, ad textum *in l. fin. C. de reuoc. donat.* vbi Rip. inquit non poſſe dari maiorem ingratitudinem, quàm pacta non ſeruare. Intrig.
10 *d. tract. de feud. cent.* 1. *quæſt.* 56. *num.* 224. Roſental. *eod. tract. cap.* 10. *concluſ.* 14 *num.* 1. & *num.* 11. vbi quod tunc feudum applicatur domino, & iuremerito, quia in propoſito promiſſio de iurando fidelitatem eſt de cauſis in vſibus feudorum expreſſis.

Et dato etiam, quòd pupillus prædictus poſſet reſtitui in integrum, tamen hoc non prodeſt dicto D. Cæſari, quia licèt multi putauerint, quòd ſi duo fratres defuncto patre ſucceſſerint in feudo, & non petierint inueſtituram intra annum, & diem, ſi vnus ex eis ſit minor, reſtitutio
11 prodeſt etiam maiori ratione indiuiduitatis rei, per textum *in l. ſi communem, ff. ſi ſeru. amitt.* Afflict. *in tit. quo tempor. mil. c. ſancimus, num* 27. 64. Laurent. Syluan *de feud. recogn. quæſt.* 58. Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 5. *num.* 18. Vultei. *de feud. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 66. *verſ. atque hæc.* Schrader. *eod. tract. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 27. quia hoc verum eſt, & procedit in feudo indiuiduo, ſed in re feudali diuidua, & vbi poteſt fieri commoda ſeparatio, illud non
12 ſuſtinetur ob textum & notata *in c. ad audientiã*, vbi Abb. *num.* 4. *de præſcript.* pulchrè Roſental. *de feud. c.* 6. *concl.* 41. *n.* 2. *in fin.* & *in littera C*, vbi inquit quod reſtitutio tantùm prodeſt minori hoc caſu, qui non impeditur ſua parte plenè frui, vbi ſocij portio aperitur, & ſi aliud diceres, ſe-
13 queretur, quòd vnus ſociorum feudum pro indiuiſo poſſidentium portionem ſuam ex felonia amittere non poſſet, ſi ſocius non deliquiſſet, vel non priuaretur, quod abſurdum foret.

Et huic ſimile eſt, quod dicitur de canonis ſolutione, quæ eſt indiuidua, quia quilibet tenetur in ſolidum ad
14 cenſum. Alex. *conſ.* 7. *col.* 2. *lib.* 5. nihilominus volente domino efficitur diuidua; & ideò ſi duo fratres, quorum vnus ſit minor, ceſſauerunt à canonis ſolutione per biennium, reſtitutio in integrum, quæ datur minori, nihil
15 proderit maiori: ſic Petr. de Benintend. *deciſ.* 4. *numer.* 2. *verſ. concluſum*, quem ſequi videtur Corbul. *de cauſ. priuat. emphyt. cap.* 5. *num.* 32. *in fin.* pulchrè Roſental. *de feud. d. cap.* 6. *concluſ.* 41. *littera C.* Ita eodem modo ſi non petierint inueſtituram intra annum, & diem, & minor reſtituatur ad petendum illam, qui maior erit 25. annis, non poterit iuuari hoc beneficio, & ſic portio vacans deuoluitur in huiuſmodi caſibus ad dominum, non
16 autem ad agnatos, ſeu proximos, ad textum rotundum *in cap.* 1. §. *fin. Quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. in vſibus feud.*

Neque licèt dubitare, quin feudum, de quo quærimus, ſit diuiduum, cùm ſit prædium quoddam quantitatiuum, quod recipit menſuram: etenim certum eſt, ſolùm feuda maiorum annexam habentia regalem dignitatem, velut Ducatus, Marchiæ, Comitatus, Delphinatus, & ſimilia, conſortibus etiam conſentientibus diuidi non poſſe, per textum *in c. Imperialem* 1. §. *præterea, de prohibit. feud. alien. per Federic.* ibique Beluiſ. Iſern. Bald. Laudenſ. 17
Aluarott. Præpoſ. Rauenn. Afflict. Schenk. Bero. & alij. Clar. *in §. feudum, quæſt.* 44. *num.* 1. vbi de communi. Mozz. *de diuiſ. feud. num.* 43. Intrigl. *de feud. cent.* 1 *quæſt.* 39. *num.* 1. *& ſeq.* Schrader. *eod. tract. part.* 8. *cap.* 2. *num.* 39. Henric. à Roſental. *d. tract. de feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concluſ.* 55. intereſt enim Imperij, ne feuda prædicta diuidantur, vt Principatus integri permaneant.

At feuda inferiora, quæ non habent dignitatem annexam, vtique diuidi poſſunt, prout quotidie fieri videmus, & probatur ex textu *in cap.* 1. §. *omnes*, & ibi DD. 18
*ſi de feud. def. cont. ſit, tit.* 26. *lib.* 2. Roſental. *dict. cap.* 9. *concl.* 53. & Vulteius *de feud. lib.* 1 *cap.* 8. *num.* 36. Harpreɔt. *ad Clar. d. §. feudum, quæſt.* 44. *num.* 5. *littera C*, hoc autem feudum eſt ſine iuriſdictione, ſine dignitate, & ſolùm habet rei emolumentum. Ergo diuiduum eſt, & diuidi poteſt; & de hoc non eſt dubitandum, quia omnia feuda dictæ menſæ ſita in villa Maſenzatici diuiduntur, & diuidua reputantur, & ideò talis conſuetudo ſeruanda eſt. Clar. *dict. quæſtion.* 44. *numer.* 2. *in fin.* Nihilominus 19
dictus Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus Coccapanus voluit benignè agere cum ſuis feudatariis, & ideò eos inueſtiuit de toto feudo, ſoluto laudemio ſolito in renouatione, quæ fieri ſolet in aduentu noui Epiſcopi. Et ita, &c.

---

## CAPVT LIX.

### EPITOME.

Si teſtator relinquat vxori, vel nurui certam dotem, valet legatum, etiamſi nihil pro dote datum fuiſſet.

### SVMMARIVM.

1 *Socer poteſt donare ſuis nuribus.*
2 *Legatum dotis vxori, vel nurui valet, etiamſi tanta non fuiſſet dos.*
3 *In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter.*
4 *Adæquatorum maior virtus attribuitur alteri.*
5 *Qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens.*
6 *Conceſſo vno omnia cenſentur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud.*
7 *Æqualitas cenſetur ſeruata inter filios.*
8 *Correctio in continenti non præſumitur.*
9 *Legatum fieri nullum non eſt præſumendum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Viſis, & lectis verbis teſtamenti Domini Giberti de Grilinzoniis, nihil inueni, quod reſiſtat iuſtæ petitioni hæredum DD. Leonoræ, & Catherinæ eius nuruum, vnde omiſſo multiloquio videndum eſt, an ipſe potuerit efficere, vt dotes illarum perueniant ad quantitatem dotis D. Annæ, & potuiſſe indubitatum mihi videtur, nam ſocer non ſolùm per viam vltimæ voluntatis, ſed etiam inter viuos poteſt donare ſuis nuribus, ad textum 1
*in l.* 3. §. *ſocrum, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Caſtr. *conſ.* 67. *ſuper iſto puncto, lib.* 1. quod adeò verum eſt, vt ſi teſtator legauerit vxori, vel nurui ſuæ dotem certa quantitate expreſſa, licèt minùs, vel etiam nihil pro dote datum eſſet,



2 eſſet, illud tamen totum debetur, quod legauit, textus eſt *in l. cum ſcriptum eſſet, de dot. præleg.* Bald. & Salic. & DD. *in l. ſi non deſignata, C. de falſ. cauſ. adiect. leg.* Ang. *de teſtam.* §. *item reliquit B. eius vxori*, de quo non eſt miran-
3 dum, quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *l.* 1. *C. mandati.*

Deinde videndum eſt, an ita voluerit, & pariter voluiſſe oſtendunt eius verba, quibus dotes ſuarum nuruum inter ſe æquauit, & omnem earum differentiam ſuſtulit; ſi enim voluit dotes eſſe æquales, neceſſe eſt, quòd dotes DD. Leonoræ, & Catherinæ ſint eiuſdem quantitatis, cuius fuerat dos D. Annæ ab initio cæteris grandior, quando enim plura adæquantur, potentior virtus vnius alteri communicatur, & è contra. Bart. Alex. Caſtr. Iaſ.
4 Imol. Soc. Crott. & communiter DD. *in l.* 1. *ff. de leg. primo*, & Canon. *in cap* 1. *ne ſede vac.* Etenim qui vult con-
5 ſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens, ad textum *in l. cui*, vbi DD. *ff. de iuriſdiction. om. iud.* Bart. *in l. fin. de fund. inſtruct.* Felin. *in c. præterea, col. pen. de offic. deleg.* & vno conceſſo omnia videntur conceſſa, per
6 quæ deuenitur ad illud. Bald. *in l.* 1. *num.* 9. *C. ſi rect. prouinc.* Marſil. *ſing.* 176. incipit: *Conceſſo*, Lud. Sacca *conſ.* 145. *num.* 16. *lib.* 2.

Nec obſtãt vlteriora verba teſtatoris dicentis ſe nolle, quòd in diuiſione quandocumque fienda inter eius filios quidquam detrahatur ratione dotium, vel alio prætextu, ſed pars cuique obuenienda ſit obnoxia oneri dotium cuiuſque vxoris ſigillatim, quia potiùs hæc oratio confirmandi ſupradicta vim habet, quia ſi dotes omnes ſunt æquales, non eſt opus aliqua detractione, ſed æqualiter poteſt fieri diuiſio, & hæc voluntas eſt conformis iuri, per quod ſumitur ea interpretatio, vt inter filios
7 æqualitas ſeruetur, ad textum *in l. cùm pater*, §. *pater pluribus ff. de leg.* 2. Alex. *conſ.* 81. *vol.* 4.

Non ergo per dictum legatum adæquationis dotium fit quidquam contra mentem teſtatoris, quia cùm filios ſuos æqualiter fecerit hæredes, & ſimiliter dotes nuruum æquales eſſe voluerit, non eſt quis tam ruſticus, qui cognoſcat eos omninò eſſe æquales, & inæquales fieri, ſi dotes non adæquentur, & ſi aliter diceretur, facilè
8 ſequeretur, quòd teſtator ſe incontinenti correxiſſet, quod non eſt dicendum, ad textum *in l. pacta, ff. de contrah. empt. l. & ſi quam, de rei vindic.* & legatum dotium
9 fieret nullum, quod non eſt dicendum. DD. *in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr.* quia autem bona maritorum earum ſunt penes D. Gibertum nepotem teſtatoris, concludendum eſt eum teneri ad reſiduum dictis mulieribus tradendum pro æqualitate dotium. Cætera ſuppleant doctrina, & prudentia DD. Arbitrorum. Et ita, &c.

---

## CAPVT LX.

### EPITOME.

Non licet Epiſcopo mittere executores, vel actus iuriſdictionis exercere in aliena diœceſi, poteſt tamen præcipere iudici laico, vt præſtet ſibi auxilium, & accommodet executores ſuo officio.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt mandare laico, vt executores ſibi accommodet.*
2 *Epiſcopus poteſt præcipere iudici laico, vt præſtet ſibi brachium.*
3 *Iudex laicus tenetur obedire Eccleſiaſtico, aliàs punitur.*



4 *Epiſcopus, vel Vicarius non poſſunt munus ſuum exercere extra ſuam diœceſim.*
5 *Iuriſdictio contentioſa non poteſt exerceri ab Epiſcopo extra diœceſim.*
6 *Epiſcopus extra diœceſim habetur pro priuato.*
7 *Sequeſtrum eſt quadam executio.*
8 *Iuriſdictionem exercens in alieno territorio punitur vt turbator.*
9 *Sequeſtrum faciens, ſi eſt iudex incompetens, tenetur ſtatim remittere ad competentem.*
10 *Litteræ ſubſidiariæ ſunt in vſum pro executionibus faciendis extra territorium.*
11 *Subſidiarium litterarum vſus quomodo procedat.*
12 *Clericus ratione rei ſitæ conuenitur coram iudice Eccleſiaſtico, vbi res eſt.*
13 *Clericus gaudet priuilegio etiam quoad bona patrimonialia.*
14 *Executio extra diœceſim quomodo fiat.*
15 *Iuriſdictio vna alteram adiuuare debet.*
16 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam.*
17 *Epiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem in qualibet parte diœceſis.*
18 *Epiſcopus habet diœceſim pro territorio.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Contigit de anno 1632. de menſe Maij, quòd Vicarius Epiſcopalis Mantuæ occaſione cauſæ coram eo vertentis contra clericum nouitium in religione Societatis Ieſuitarum miſit executores, & Notarium in loco prope Gonzagham diœceſis Regij, & ſequeſtrauit bona dicti clerici præcipiendo variis perſonis, vt ea retinerent in ſequeſtrum: ſed pro parte dicti clerici, & Ieſuitarum recurſus eſt habitus ad Vicarium Regij, qui re hac intellecta reuocauit ſequeſtrum, & mandauit præcipi ſequeſtrariis, ne obedirent Vicario Mantuæ, eoſque liberauit ob onere ſequeſtri, & ſcripſit litteras Commiſſario Gonzaghenſi, vt ſuum brachium præſtaret pro prædictis exequendis, & in caſu denegationis, id ei præcepit ſub pœna excommunicationis, ne aliqua fieret deluſio: & quia poſtea cœpit controuerti, an vterque Vicarius benè, vel malè fecerit, ego pro defenſione mea ſcripſi vt infra.

Potuit Vicariis Regij præcipere poteſtati, ſeu Commiſſario Gonzaghenſi, vt faceret per ſuos executores præſentare quaſdam notificationes, & præcepta nominatis in eis, & ille tenebatur obedire, etiamſi illud fortè iure municipali fieri non potuiſſet: ſic in fortioribus terminis Prax. Archiepiſcop. Neapol. *cap.* 34. *num.* 16. 1
*in magnis.* Bellet. *diſq. cleric. tit. de fauor. cleric. real.* §. 5. *num.* 102.

Certum eſt enim iudicem Eccleſiaſticum præcipere poſſe iudici laico ſub pœna excommunicationis ad præſtandum ſibi brachium, vbi putat ſe eo indigere, ad textum *in cap.* 1. vbi DD. *de off. ordin.* pulchrè Menoch. *de* 2
*arbitr. iudic. caſ.* 452. *num.* 3. Farinac *in prax. quæſt.* 97. *num.* 91. 92. & *num.* 98. *verſ. verum.* Barboſ. ad Concil. Trident. *cap.* 8. *ſeſſ.* 24. *de reform. in verb. inuocato.* Graſſ. *de effect. cleric. in prælud. num.* 388. Ricc. *reſol.* 277. *verſic. & proinde.* Quod adeò verum eſt, vt ſi laicus neget tale brachium accommodare, poſſit vltra pœnam excommunicationis etiam aliis pœnis arbitrio ius dicentis Eccleſiaſtici puniri. Menoch. *dict. caſ.* 452. *num.* 3. Farinac. *dict.* 3
*quæſt.* 97. *num.* 82. *in fin.*

Vicarius autem Mantuæ nullo modo potuit mittere executores, & notarium ſuum ad locum diœceſis Regij, & ibi ſequeſtrare bona clerici, ſeu alterius perſonæ etiam Mãtuanæ, quia Epiſcopus, vel Vicarius non poſſunt exercere munus ſuum extra ſuam diœceſim. Barboſ. *de off. Epi-* 4
*ſcop. p.* 2. *alleg.* 6. *n.* 10. etenim quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, nequeunt exerceri per eos in aliena diœceſi. 5
Tuſch. *littera E, concl.* 50. *n.* 7. Vgol. *de off. Epiſc. c.* 4. §. 14.

num.4.Gratian. *deciſ.*98.*num.*4. Caball.*reſol.crimin.cent.*2.
*caſ.*120. *num.*3. quod adeò verum eſt, vt nullam recipiat
difficultatem,quia Epiſcopus extra diœceſim habetur vti
priuatus,exceptis iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.
6 Barboſ.*de off.Epiſc.part.*3.*alleg.*80.*num.*8.Vgol. *eod.tract.*
*cap.*4.§.14.*num.*4.Caball.*d.caſ.*120.*num.*2.
Cùm igitur ſequeſtrum ſit quædam executio, Borgn.
7 *deciſ.*36. *num.*150. *part.*2. non potuit Vicarius Mantuæ
talem facere executionem in diœceſi Regienſi niſi turbando
iuriſdictionem dicti Illuſtriſſimi Epiſcopi, arreſta
enim & citationes,& alia huiuſmodi ſunt actus contentioſæ
iuriſdictionis, quæ ſi fiant in alieno territorio, dicuntur
actus turbatiui, & puniuntur pœna ſtellionatus:
latè Caball.*reſol.crim.cent.*3.*caſ.*291 *num.*28.29.30.*& ſeq.*
& ideò dictum ſequeſtrum eſt nullum, quia Vicarius
Mantuæ non eſt Iudex competens, vel incompetens in
diœceſi Regienſi, ſed perſona priuata. Vgolin. *d.* §.14.
8 *num.*4. Caball. *d. caſ.*120. *num.*2. & caſu quo ob periculum
in mora potuiſſet id fieri, quod nunquam verum
erit, tunc Vicarius ille debebat remittere ſequeſtrum ad
Epiſcopum Regij competentem, ad tradita per Borgn.
9 *deciſ.*3. *num.*26. *part.*1.

Neque obſtat dictum clericum fuiſſe conuentum
actione perſonali coram Vicario Mantuæ, quia ſi id verum
eſt, iudicium nihil habet commune cum bonis ſitis
in diœceſi Regij, & in eis non eſt facienda executio,
niſi per litteras ſubſidiarias, quia ſunt extra territorium
10 ius dicentis. Aſin. *in prax.* §. 31. *cap.*9. *num.*2. Coſta *de
remediis ſubſid. rem.*16. *num.*9. vbi etiam ponit requiſita
litterarum ſubſidialium, & *num.*11. inquit hoc remedium
non habere locum, niſi iudex requiſitus conſen-
11 tiat, quia contra eius voluntatem non poteſt practicari;
quoniam ratione bonorum ſitorum in diœceſi Regij,
ille clericus non potuit trahi ad forum Mantuanum,
quia conueniri debebat coram iudice Eccleſiaſtico illius
loci, vbi res reperitur ſita, & non in loco clerici,
12 ad textum *in l. fin.* vbi DD. *C. vbi in rem actio.* Neuiz.
*conſ.*4. *num.*4. Scacc. *in prax. de iudic. part.*1. *cap.*11.
*num.*31.Graſſ.*de eff.cler eff.*1.*num.*17.

Neque obſtare prædictis videtur oppoſitio facta,quòd
clericus non gaudeat priuilegio fori, quoad bona patrimonialia,
niſi in caſibus à iure expreſſis,quia veritas eſt
quod fruatur priuilegio Eccleſiaſtico non ſolùm reſpectu
perſonæ, ſed etiam bonorum patrimonialium duran-
13 te eius vita: latè Bellet. *diſq.cleric.tit.de fauor.cler. real.*§.
*primo,num.ſecundo,*& *titul.de exempt.cler.*§.5.*num.*1.Graſſ.
*de effect. cler.effect.*1.*num.*10. vbi de communi,& veriori,
& confutat aliter ſentientes.

Vnde ſi vicarius Mantuæ opus habebat dicta bona ſequeſtrare,id
facere poterat per litteras ſubſidiarias.Coſta
14 *d.rem.*16.*num.*9. & omnia pacificè expleuiſſet inuocando
auxilium Epiſcopi Regij,quia vnum tribunal,ſeu vna iuriſdictio
debet aliam adiuuare, ad textum *in c. quoad ve-*
15 *rum,* 96. *diſtinct.* Farinac. *d. quæſt.*97. *num.*83. id enim
facere poterat Epiſcopus Regij, quia cùm poſſit habere
16 familiam armatam, Bellet. *diſq. cler. tit. de fauor. cleric.
real.*§.1. *num.*18. Graſſ. *d. eff.*1. *num.*129. Ricc. *reſol.*473.
*per totam*, qui cæteros allegant, valebat etiam tale auxilium
præſtare, quoniam Epiſcopus in qualibet parte
17 eius diœceſis ſuam poteſt exercere iuriſdictionem. Vgolin.
*de off. Epiſc. cap.*4.§.14.*num.*2.*lib.*1.Barboſ.*eod.tract.
part.*3. *alleg.*80. *num.*3.4. Gratian. *diſcept.*655. *num.*9. &
18 cùm Epiſcopus habeat diœceſim pro territorio, ad textum
*in c. omnes Baſilicæ,*16. *quæſt.*1. Ricc. *reſolution.*473.
*num.*3. non eſt dicendum, quòd territorio careat; hæc
enim in controuerſiam non adducuntur ab his, qui
theoricæ praxim adiunxerunt.

# CAPVT LXI.

## EPITOME.

Epiſcopus poteſt facere ſynodum ſine conſenſu Clerici, non tamen ſine conſilio, & conſideratur quando ſtatuta Epiſcopi obligent.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt facere ſtatuta etiam pœnalia.*
2 *Statuta poſſunt fieri etiam à Prælatis Epiſcopo inferioribus, iuriſdictionem tamen quaſi Epiſcopalem habentibus.*
3 *Laici ligantur ſtatuto Epiſcopi,& quomodo.*
4 *Statutum Epiſcopi contra mulieres portantes veſtes ad libidinem prouocantes valet.*
5 *Statutum Epiſcopi obligat ſtatim,ac publicatum eſt.*
6 *Statutum Epiſcopi non tollitur morte,vel officio finito.*
7 *Reſeruatio caſuum ceſſat mortuo Epiſcopo,niſi ſit per modum ſtatuti.*
8 *Synodum poteſt, & tenetur facere Epiſcopus.*
9 *Epiſcopi ſynodus eſt perpetua.*
10 *Epiſcopus poteſt creare nouum edictum, & pœnas iuris communis aggrauare.*
11 *Synodus valet etiam ſine conſenſu Clerici,non tamen ſine conſilio.*
12 *Epiſcopus an poſſit ſtatuere ſine conſilio Capituli.*
13 *Epiſcopi ſunt ſimiles prætoribus.*
14 *Edicta Epiſcoporum ceſſant extincto eorum officio, ſicut edicta Prætorum.*
15 *Edictum Epiſcopi valet,etiamſi fiat ſine conſilio Capituli, vel Clerici.*
16 *Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius Canonicum.*
17 *Epiſcopus poteſt ſtatuere contra ius ciuile.*
18 *Statutum Epiſcopi contra ius Canonicum quando valeat.*
19 *Statutum Epiſcopi ligat forenſes ratione delicti.*
20 *Statutum an obliget ignorantem.*
21 *Edictum Epiſcopi non ligat ſubditos extra diœceſim delinquentes.*
22 *Arma portans extra diœceſim Epiſcopi non punitur eius ſtatuto.*
23 *Delinquens in loco exempto non punitur pœna ſtatuti Epiſcopi.*
24 *Statutum Epiſcopi ligat delinquentes in loco exempto.*
25 *Statutum quando liget delinquentes extra territorium, vel in loco exempto.*
26 *Epiſcopus poteſt diſpenſare aduerſus eius ſtatutum,& ſynodum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MAgna ſemper vtique fuit Epiſcoporum poteſtas, & cùm fuerint in partem ſollicitudinis,non tamen in plenitudinem poteſtatis vocati ab eo, qui regit nauim Petri,multa poſſunt, quæ oſtendunt eos fuiſſe Apoſtolorum ſucceſſores. Vnde cùm in celebratione ſynodi quæſitum fuiſſet, an Epiſcopus poſſet concludere illius ſtatuta ſine conſenſu Capituli, & Cleri, reſpondi id certum eſſe. Vt autem id nunc clarum eſſe oſtendam, de aliquibus verba faciemus.

Et in primis certum eſſe exiſtimo Epiſcopum,& quemlibet ordinarium poſſe facere ſtatuta etiam pœnalia, & ipſo iure pœnam infligentia, iuri tamen canonico non aduer



1 ſantia. Textus eſt *in c. vt animarum*, vbi gloſſ. &
Franch. *in verbo, Statuto,*vbi etiam Anch.*num.*9.*de conſt.
in* 6. *cap.*2. vbi gl. & Felin. *de maior.& obed.*Bart.*in l.omnes
populi,num.*8.& ibi Iaſ.*num.*3.*in prima lectura,*& communiter
DD.*de inſt.& iur.* Tuſch. *littera E, concluſ.*251.
*num.*4.Vgolin.*de poteſt Epiſc.c.*7.*num* 1. Piaſec. *in prax.
Epiſc.part.*2.*num.*7.Bonac. *de leg. diſp.*1. *quæſt.*1. *punct.*3.
*num.*21. Carpan. *ad Stat. Med.in prælud. num.*39. Tuſch.
*de viſitat. lib.*1. *cap.*33. *num.*3. quod procedit etiam in
Prælatis inferioribus, habentibus tamen iuriſdictionem
2 quaſi Epiſcopalem,vt Archipresbyter Carpi: ſic *ex d.c.
vt animarum,*ibi *quorumcumque Ordinariorum* Bonacin.
*d.quæſt.*1.*part.*3.*num.*28.

Quod adeò verum eſt, vt Epiſcopi ſtatuto ligentur
non ſolùm Eccleſiaſtici, ſed etiam laici regali, etiam
dignitate fulgentes,in concernentibus tamen bonum ſpi-
3 rituale, & res Eccleſiaſticas: ſic *ex c. nouit, de re indic.*
Franch. *in d.c. vt animarum, verbo, Statuto, verſic.ſecundo
not. de conſtit. in ſexto.* Vgolin. *d. cap.*47.§.1.*num.*1. vnde
valet ſtatutum Epiſcopi contra mulieres portantes veſtes
4 ſuperuacuas, vel ad libidinem prouocantes. Homobon.
*de examin. Eccleſ. part.*1. *cap.*7. *quæſt.*24. *verſ. hinc videmus,*
nec requiritur aliquod tempus ad inducendam talis
ſtatuti obligationem; ſtatim enim ac publicatum eſt, ligare
incipit ſcientes, probabiliter verò ignorantes, arbi-
5 trio prudentis viri. Vgolin. *d. cap* 47. §.2. *num.*3. Dec.
*in rubr de conſtit. verbo, Cognoſcentes, num.*15. licèt alij
aſſignent ſpatium duorum menſium. Tuſch. *de viſitat.
lib.*1. *cap.*33. *num.*7.

Neque morte Epiſcopi tollitur eius ſtatutum, quoniam
perpetuum eſt, & durat donec reuocetur.DD. *in c.*
6 *fin.de off. deleg* Bart.*in l.fin.num.*1.*ff.de pœn.* gl.& Franch.
*in dict.cap.vt animarum,verb. ſtatuto,verſiculo,& aduerte.*
Vgolin.*d.cap.*27 §.2.*num.*1. Tuſch. *littera F, concluſ.*251.
7 *num.*4.Fuſch *de viſitat.lib* 1 *cap.*33.*num* 4.Vnde eſt,quod
licèt in abſoluendo à peccatis caſuum reſeruatio ſoleat
ceſſare ob mortem Epiſcopi,tamen ſi ea facta ſit per modum
ſtatuti,non extinguitur morte,ſed continuat in Ca-
8 pitulum, & ſucceſſorem: ita ex Nauar. *in man. cap.*27.
*num.*2.& *ſub num.*74 Quarant.*in ſumm. Bullar.verb.Caſus
reſeruati,in fin.*Piaſec. *in d.prax part.*1. *cap.*1.*num.*17. *in
fin.*Belloch.*de caſ reſeruat.part.*1 *quæſt.*2. *num.*92.

Non ſolùm autem poteſt ex ſe ſtatuere circa bonum
commune, ſed etiam poteſt in ſynodo diœceſana facere
conſtitutiones, & ordinationes ad continendum clerum
in vera diſciplina, & ad bonum eius diœceſis regimen,
immò teneretur quotannis celebrare talem ſynodum( licèt
hoc non ſit in vſu) ad quam tenentur conuenire
etiam exempti, qui ceſſante exemptione conuenire te-
9 nerentur. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. §. 1.
iuncta gloſſa *in verbo generaliter, de conſecr. diſt.*3. Gratian.*diſc.for.cap.*620.*num.*16.*lib.*4.Marth.*de iuriſd.part.*2.
*cap.*33.*num.*14.15.16.Barboſ.*de off Epiſcop par.*3.*alleg* 93.
*num.*23.24. vbi etiam dicit, quòd huiuſmodi edicta ſunt
perpetua, adeò vt Epiſcopus poterit in ſuis ordinationibus
non ſolùm adiuuare ius commune apponendo
pœnam, vbi non eſt, vel aggrauando à iure impoſitam,
ſed etiam nouum delictum creare, & ſub pœnis, & cen-
10 ſuris prohibere: latè Marth. *d cap.*33.*num.*14.15.16. vbi
multa allegat.

Verumtamen non poterit Epiſcopus ſine conſilio Capituli,&
clerici conſtitutiones ſynodales facere, quia videtur
res ardua, licèt illud ſequi non teneatur, & ſatis
11 erit conſilium perquiſiuiſſe, licèt poſtea diſſentiant, vt
poſt Archid.& Ioan. Andr. inquit Abb. *in c. quanto, numer.*4.5.*de
his,quæ fiunt à Præl. ſine conſ. Cap.* Quarant. *in
ſumm.Bullar.verb.Synodus,verſ. in priuatis.* Piaſec.*in prax.
Epiſc.part.*2.*cap.*2. *num.*8. Leon.*in theſ.for. Eccleſ.part.*1.
*cap.*8. *num.*15. Barboſ.*d.alleg.*93. *num.*25. & ita fuit deciſum
à S C.vt habetur penes dictos Quarant.& Piaſec. *in
dictis locis* & notat Vgolin. *de offic.Epiſc.d.cap.*47.*num.*7.
ſic enim de anno 1597. die 1.Iulij cenſuit S.C.Concilij,
dicens Epiſcopum in ſynodo diœceſana poſſe conſtitutiones
facere abſque conſenſu clerici, debere tamen exquirere
conſilium Capituli, licèt illud non teneatur ſequi,niſi
in caſibus à iure expreſſis.Idem tenent Bonacin.
*de legib.quæſt.*1.*part.*3.*num.*24.Homobon.*de exam. Eccleſ.
part.*3.*tract.*15.*cap.*7 *quæſt.*20.*reſol.*5.*verſ.vnde*: non enim
iuſtum eſt,vt à ſubditis pendeat facultas condendi leges,
& ideò Epiſcopi;quamvis ſoleant in ſynodum requirere
votum Capitularium,& Rectorum, & priuatim etiam de
conſtitutionibus cum illis tractare,tamen etiamſi omnes
diſſentirent, non ceſſant à ſynodi publicatione, audiunt
tamen libenter iuſtas cleri obiectiones.Sed ſolus Epiſcopus
ſuffragium deciſiuum habet in ſynodo, cæteri autem
aſſident illi,vt conſilium præbeant: ita latè Sanchez
*de matr.lib.*8.*diſp.*17.*num.*33.Barboſ. *de offic.Epiſc.part.*2.
*alleg.*24. *num* 3.

Verumtamen adfuerunt, qui opinati ſunt poſſe Epiſcopum
etiam ſine conſilio Capituli, & clero irrequiſito
ferre leges, & ſtatuta, vt crediderunt Salas *de leg. diſp.*8.
*ſect* 7.*n.*41. Suarez *de leg. lib.*4.*c.*5.*num.*2.Vaſq.*diſp.*153. 12
*cap.*2. Bonacin. *eod. tract. diſt.*1. *quæſt.*1. *part.*3. *num.*24.
vbi aſſerit ſine fundamento eſſe opinionem eorum, qui
putauerunt conſilium eſſe neceſſarium. Nihilominus ſi
de ſtatuto ſynodali loquimur, apertum eſt requirendum
eſſe Cleri conſilium, verùm ſi de edictis, vel bannimentis,
& criditis Epiſcoporum, quæ fiunt extra ſynodum,
pro bono regimine diœceſis, loquamur, aliud dicendum
eſt; nam cùm Epiſcopi ſint tanquam Prætores, &
eorum conſtitutiones ſint ſicut ius Prætorium, Bart. *in* 13
*l. ſtipulationum, in princ. numero* 4 *ff. de verb.oblig.*Bald.
*in l.programma, numero* 2. *verſic. idem in Epiſcopo,C. comminat.
epiſt.* & *in l. omnes populi, num* 40 *ff.de iuſt.& iur.*
& *in conſ* 31.*num.*1.*lib.*1.Rom.*conſ.*223.*num.*5. Edicta autem
Prætorum,quæ ab eis fiebant, ſicut extincto eorum
officio ceſſabant, ſic ſententiæ generales, & edicta Epiſcoporum,
& propterea ſi Epiſcopus ſuſpendit non venientes
ad Congregationem caſuum conſcientiæ, vel
portantes arma, eo mortuo contrafacientes non ampliùs
ligantur, vt probauit Vgolin. *de cenſ tab* 1. *cap.*9. §.4. 14
& *de off. Epiſcop d.cap.*47.§.2.*num.*2. Bald.*in d.l.omnes populi,
num.*40. & ideò cùm huiuſmodi edicta reſpiciant
tantùm tempus vitæ ipſius Epiſcopi, vel eius regiminis,
non requiritur conſilium, nec conſenſus Cleri, nec Ca- 15
pituli: ſic videtur diſtinguere Bart. *in d. l. omnes populi,
num* 6. *verſ. ſed bene, ff. de iuſt & iur.* & procedunt tali
modo tradita à Suarez, Vaſquez & Bonacin. *in dictis locis;*&
certè Epiſcopi ſunt in hac quaſi poſſeſſione faciendi
edicta,& ordinationes ſuo tempore duraturas irrequiſito
Capitulo, & Clero, & in practica ita quotidie videmus
obſeruari, & hoc modo intelligendi ſunt,qui ita
ſuperiùs ſenſerunt.Verùm ſi talia edicta velit Epiſcopus
in ſynodo confirmare, provt fecit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus
D. Com. Paulus Coccapanus Epiſcopus
Regij,& Princeps de anno 1617. quia tunc pars ſynodi
efficiunt, & perpetuitatem acquirunt, neceſſarium eſt
Capituli,& Clerici conſilium requirere,non conſenſum,
ſtante decreto S. C.

Cauendum eſt autem,quia Epiſcopus non poterit paſſim
ſtatuere, ſed tantùm in caſu à iure canonico omiſſo,
& circa caſus à iure non determinatos, vel ad adiuuandum
ius commune. Bald. *in d.l. omnes populi, num.*30. *ff.* 16
*de iuſt. & iur.* Felin. *in d. c. quod ſuper his, num.*12. *verſ.
& nota, de maior.& obedient.* Piaſec. *d. tit. de ſynodo, numer.*7.
*verſ. ſecundò in caſibus*: licèt enim valeat contra
ius ciuile ſtatuere; non tamen poteſt contra ius canonicum,
vbi ab eo aliquid eſt expreſſe diſpoſitum: textus 17
*in d.c.quod ſuper his,* vbi Felin. *de maior. & obed.* Bald. *in
d.l.omnes populi, num.*30. & ibi Iaſ.*in prima lect. num.*30.
*& in ſecunda lect.num.*9.Vgolin.*d tract.de off.Epiſc.cap.*48.
*num* 4.Bonacin.*d.quæſt.*1. *part.*3.*num.*23. Marth. *de iuriſdict.
part.*2. *cap.*38. *num.*18. 19. Gratian.*cap.*794. *numero*
14.15. *lib.*4. Barboſ. *d. tract. part.*3. *alleg.*93. *num.*29.

Multi tamen ſunt caſus, vbi poteſt Epiſcopus etiam con-
18 tra ius canonicum ſtatuere, de quibus Felin. in d. c. quod
ſuper his, & Barboſ. d. alleg. 93. num. 31. quos videas.

Et pro coronide animaduertas, quod etiam aduenien-
tes in diœceſim, ſi ſtatutum Epiſcopi offendant, incidunt
in pœnas ab eo impoſitas, quia ratione delicti efficiun-
tur ſubditi, & intereſt reipublicæ, vt territorium expur-
getur perditis hominibus, ideò etiamſi aliunde ſint, ta-
19 men ſtatuto loci ligantur, ex c. licet, de for. compet. An-
char. in d. c. vt animarum, num. 8. de conſtit. in 6. Vgolin. d.
tract. cap. 47. §. 1. num. 2. verſ. omnes igitur, Farinac. in
prax. quæſt. 24. num. 164. vbi de communi. Alder. Maſ-
card. de ſtatut. interpret. concluſ. 6. num. 16. niſi probabili-
ter ignoraret huiuſmodi ſtatutum, quia tunc excuſatio-
ne eſt dignus, & maximè quando ſtatutum verſatur
20 circa res de iure communi non punibiles, d. c. vt ani-
marum, & ibi Franc. & Anch. de conſtit. in 6. Farinac.
in prax. quæſt. 24. num. 165.

Et vice verſa hoc ſtatutum, ſeu edictum non ligaret
etiam ſubditos Epiſcopi extra eius territorium delin-
21 quentes, & ſi ipſi contrauenirent, non poſſent puniri, vt
habetur expreſsè in d. c. vt animarum, & ibi gl. quæ di-
cit, quòd ſi quis portaret arma extra diœceſim, non in-
cideret in pœnas edicti ſui Epiſcopi contra arma por-
22 tantes. Idem docet Belloch. de caſ. reſeru. part. 2. quæſt. 10.
num. 11. & Vgolin. d. cap. 47. §. 1. num. 2. Farin. quæſt. 24.
num. 167. Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. part. 6. num. 59.
quod ampliatur, vt procedat, etiamſi quis contraueniret
ſtatuto in diœceſi, ſed in loco exempto; hic enim non
23 poſſet puniri pœna ſtatuti. Domin. Gem. in d. c. vt ani-
marum, col. 4. verſ. quæro pone. Calder. conſ. 13. de iudic.
& for. compet. gloſſ. & Ioan. Andr. in Clem. 1. in verbo,
Aut earum, de for. compet. de communi Botter. tract. de
Syn. Epiſcopi, art. 2. num. 9. Maſcard. d. concluſ. 6. num. 33.
34. 35. 36.

In hoc tamen contrarium ſentit Feder. de Sen. conſ. 2.
24 per totum, vbi latè examinat, & probat, quòd ſi prohibi-
tus ſit ludus ad hazardum, & Clericus ludat in loco
exempto, poterit puniri ab Epiſcopo: idem tenet Alex.
conſil. 111. num. 1. verſic. nam reſpondet, lib. 1. Tuſch. littera F,
concluſ. 543. num. 2.

Verùm hæc omnia magiſtraliter procedendo ſic de-
clara, quia delinquens extra territorium ſtatuentis, non
poteſt puniri pœna ſtatuti, ſed punietur ſecundùm diſpo-
ſitionem iuris communis, ſi factum ſit eo iure punibile,
ſin minùs, pœnâ ſtatuti loci, in quo deliquit, & propte-
25 rea portans arma vetita extra diœceſim Regij, licèt non
incurrat pœnas edicti Epiſcopalis, tamen poterit mul-
ctari ſecundum ius commune. Si verò quis delinquit in
diœceſi, ſed in loco exempto, tunc videndum eſt, an
Prælatus illius loci habeat iuriſdictionem quaſi Epiſco-
palem, vt Abbas S. Barbaræ Mantuæ, & eo caſu de eo
iudicandum eſt, ſicut de delinquente extra territorium,
ſin talem non habet iuriſdictionem, Epiſcopus non vide-
tur iuriſdictione priuatus, & ſecundum doctrinam Fede-
rici poterit punire delinquentem pœna ſtatuti, & gene-
raliter in hac materia, ne delicta remaneant impunita,
vbi non poteſt dari alia pœna ſtatutaria, ſemper erit lo-
cus pœnis de communi iure impoſitis: ſic videntur pro-
26 bare, & communiter diſtinguere latè Anch. in rep. c. po-
ſtulaſti, quæſt. 4. de for. compet. & in c. vt animarum, num. 7.
& num. 12. de conſtit. in ſexto, quem videas. Franch. in
d. c. vt animarum, verſic. ſed aduerte. Alex. d. conſil. 111.
num. 1. verſic. & Petrus, & verſic. ex quibus, Tuſch. d. lit-
tera S, concluſ. 544. num. 16. 19. Farinac. dict. quæſt. 24.
num 167. liberum autem erit Epiſcopo diſpenſare contra
ſua ſtatuta, & ſynodales conſtitutiones, etiam ſine cau-
ſa, vt latè probat Sanchez de matrimon. lib. 8. diſput. 17.
num. 27. & num. 33. Aug. Barboſ. de offic. Epiſcop. part. 2.
alleg. 24. num. 2. 3. quos videas: & hæc puto eſſe veriſſi-
ma, & receptis DD. ſententiis conformia, & à praxi
approbata, meo enim tempore fuit proceſſatus quidam,
qui arma vetita geſtauerat in aliena diœceſi, non qui-
dem ad pœnam ſtatuti, ſed ad pœnam iuris communis.
Et ita, &c.

## CAPVT LXII.

### Epitome.

Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari
pro dotibus deſcendentium fideicom-
mittentis, & quomodo id
procedat.

### SVMMARIVM.

1 *Dotari poſſunt fœminæ deſcendentes à fideicommittente de bonis fideicommiſſi.*
2 *Filia fideicommittentis tranſmittit ius dotis, quod habet in bonis fideicommiſſi.*
3 *Remedium Authenticæ* rei quæ, C. communia de legat. *eſt ſubſidiarium.*
4 *Neptes fideicommittentis an poſſint dotari de bonis fideicommiſſi.*
5 *Venetiis quid ſeruetur in dotandis filiabus de bonis fideicommiſſi.*
6 *Alienari poſſunt bona fideicommiſſi pro dotandis neptibus teſtatoris.*
7 *Conſuetudo localis non extenditur extra locum.*
8 *Fideicommiſſum poteſt alienari pro dotandis fœminis, etiamſi pater conſumpſerit ſuas quartas.*
9 *Tranſmiſſionis ius non habet filia innupta decedens.*
10 *Dotationis onus ceſſat, ſi mulier innupta decedat.*
11 *Fideicommiſſi fructus compenſatur in dote, quam fœmina prætendit.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN vna Carpenſi factum eſt tale: Mortuus eſt Ioannes
Baptiſta Gandulphus in ſuo teſtamento relictis hære-
dibus DD. Marco, Gabriele, & Alfonſo filiis ſuis, quos
inuicem ſubſtituit, ſi abſque prole maſculina decede-
rent: mox Gabriel, & Alfonſus viam vniuerſæ carnis
ingreſſi ſunt, nullo poſt ſe relicto filio maſculo, & ſic
abſque dubio venit caſus fideicommiſſi ad fauorem ſu-
perſtitis. Verùm quia dictus Gabriel conſumpſit ſuam
legitimam, & Trebellianicam, & nihilominus adſunt duæ
eius filiæ fœminæ, quæritur, an ſint de bonis fideicom-
miſſi dotandæ.

Et quia altera earum iam nupſit, magis videbatur cer-
tum eam eſſe excludendam à petitione dotis, quia ceſſa-
uit cauſa priuilegij dotis, ne mulieres remanerent innu-
ptæ. Verùm vt extra dentes loquar, ſiue nupta ſit, ſiue
nubenda, quia ſemper maritus ſuſtinet onera matrimo-
nij, eadem ſemper militat ratio alienandi bona fideicom-
miſſo ſubiecta, vt filiæ deſcendentes teſtatoris doten-
tur, quidquid dicatur à Bartolo, quia ſic communiter 1
voluerunt Ang. in Auth. res quæ, num. 4. vbi Bald.
num. 10. Caſtr. num. 7. Iaſ. num. 14. Curt. Iun. num. 45. Pa-
dill. num. 72. C. commun. de legat. Alex. in l. huiuſmodi, §.
cùm pater, col. 7. in princ. ff. de legat. primò, & conſ. 33.
num. 56. lib. 4. Corn. conſ. 35. num. 1. lib. 4. Pariſ. conſil. 63.
num. 34. lib. 2. Rol. conſil. 85. num. 2. vol. 1. Menoch. con-
ſil. 247. num. 41. lib. 3. & præſ. 189. num. 52. lib. 4. Bald.
Nouell. de dot. part. 7. priuileg. 8. num. 3. Petra de fidei-
commiſſ. quæſt. 8. num. 455. Molin. de primog. Hiſp. libr. 2.
cap. 16. num. 7. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 42. num. 39.
Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. numero 223. 229. Fu-
ſar. eod. tract. quæſt. 531. num. 17. 18. in fin. vbi pluries te-
ſtatur



ſtatur de communi, & ab hac ſententia in iudicando, &
conſulendo non eſſe recedendum, quod adeò verum eſt,
vt tale ius ſit etiam tranſmiſſibile in filios dictæ mulieris
2 dotandæ. Peregr. de fideicom. d. art. 42. num. 43. in fin. &
num. 44. in princ. quæ omnia intelligas ſi aliunde dotari
non poſſint congruè, quia dictæ legis remedium eſt ſub-
ſidiarium. Bald. in d. Auth. res quæ, num. 12. vbi Iaſ.
3 col. vlt. Curt. Iun. C. communia de leg. Scot. conſilio 17.
numero ſexto, lib. 4. tom. 1. Socin. Iun. conſilio 97. nume-
ro 41. lib. 3. Menoch. libro 4. præſ. 189. numero 22. In-
trigl. dict. quæſtion. 73. numero 194. Fuſar. d. quæſt. 531.
num. 12.

Non eſt ergo conſiderandum, an ſint nuptæ, ſed ad-
eſt altera, quæ nubilis eſt, ſed quia ſunt neptes fideicom-
mittentis, non videntur admittendæ ad petitionem do-
4 tis in bonis fideicommiſſi, quia ſunt natæ poſt mortem
teſtatoris, quo caſu ſentire videntur DD. non poſſe alie-
nari bona fideicommiſſi pro neptibus dotandis: Bald.
in d. Auth. res quæ, in antiqua lect. quæſt. 3. vbi Corn num. 4.
Iaſ. num. 32. verſ. quintò, C. communia de leg. Alciat. con-
ſil. 640. lib. 9. Pariſ. conſ. 52. num. 34. & conſ. 63. num. 46.
lib. 2. vbi de communi, Marzar. conſ. 1. num. 41. verſ. &
hoc tantò, Honded. conſil. 76. num. 13. lib. 1. vbi aſſerit ita
iudicatum. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 10. verſic.
illud Burſat. conſ. 179. num. 19. vol. 2. Marz. de fideicommiſſ.
quæſt. 48. in fin. Lopez in l. 6. tit. 11. part. 5. col. 6. Menoch.
5 conſ. 95. num. 132. Peregr. de fideicommiſſ. art. 42. num. 37.
in fin. vbi de veriori teſtatur, & inquit Venetiis ita
ſeruari, & aliàs ego quoque ſecutus ſum hanc ſen-
tentiam.

Verumtamen poſteà comperi contrarium verius eſſe,
& receptius, quod etiam neptes teſtatoris natæ poſt eius
mortem debeant dotari de bonis fideicommiſſi, ſi non
6 habent bona paterna, vnde dotentur, cùm ſemper adſit
eadem ratio, & auus teneatur dotare neptes, quæ aliunde
non habent. Ita Curt. Iun. in d. Auth. res quæ, num. 13. verſ.
retenta, Caſtr. in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebell.
Aret. conſ. 37. num. 3. verſ. venio, Ruin. conſ. 89. col. penult. &
conſ. 137. num. 17. 18. & conſ. 199. num. 6. vol. 2. Bart. in l.
à filia, ff. de fideicom. Petra de fideicom. quæſt. 8. num. 400.
de Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 438. n. 29. Menoch. conſ. 33.
num. 38. & d. præſ. 189. num. 18. Mazzol. conſ. 119. num. 37.
Eugen. conſ. 54. num. 21. Molin. de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 15.
num. 57. Caualc. deciſ. 81. n. 104. part. 3. Ant. Theſ. deciſ. 192.
num. 11. Ioſeph Lud. deciſ. Lucenſi 28. num. 96. Peregr. de fi-
deicom. art. 42. num. 37. in fin. vbi inquit ſe vidiſſe ita ſer-
uari in practica. Rot. diuerſ. deciſ. 457. num. 2. verſ. non ob-
ſtat, & deciſ. 489. num. 4. verſ. non obſtat, part. 4. pulchrè
Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. d. quæſt. 73. num. 186. Fuſar. eod.
tract. quæſt. 531. num. 9. vbi inquit ita ſeruari, nec vnquam
vidiſſe contrarium attentari, & rationes, quæ in con-
trarium allegantur, plenè tolluntur ab Intrigl. d. quæſt. 73.
num. 188. & ſeqq.

Et ſi qui dicunt aliter practicari, vel malè loquuntur,
vel conſuetudo illa eſt localis, vt contingit Venetiis ex
ſpeciali ſtatuto lib. 4. cap. 11. & propterea talis conſuetu-
7 do non eſt extendenda de loco ad locum, quia eſt ſtricti
iuris. Innoc. & DD. in cap. vlt. de off. Archid. Curt. Iun. in c.
fin. num. 23. de conſuet. Pic. in l. Titia, §. Titia, num. 25. de
leg. 2. Riminald. Iun. conſ. 350. num. 7. & conſ. 363. num. 286.
287. & conſ. 509. num. 52. 53. Menoch. conſ. 34. num. 21. &
conſ. 75. num. 81.

Et quamvis multi dicant, quando pater conſumpſit le-
gitimam, & Trebellianicam, tunc non poſſe neptem do-
tari de bonis fideicommiſſo ſubiectis, tamen etiam in
hoc contrarium verius eſt, vt videre eſt apud. Soc. in l. cùm
8 auus, num. 76. ff. de condit. & dem. Bologn. in l. filiusfam. §.
Diui, num. 185. de leg. 1. Burſat. conſ. 174. num. 21. Cephal.
conſ. 125. num. 18. Menoch. d. præſ. 189. num. 118. Intrigl. d.
quæſt. 73. num. 277. Rot. diuerſ. d. deciſ. 889. num. 4. part. 4.
Fuſar. d. quæſt. 531. num. 158. vbi inquit ita ſæpiùs conſu-
luiſſe, & ſeruari vidiſſe.

Solùm igitur conſiderandum eſt, quòd ante nuptias
non debetur huiuſmodi dos in bonis fideicommiſſi, & ſi
mulier innupta decederet, ius petendi dotem non tranſ- 9
mitteret ad ſuos hæredes. Petra de fideicommiſſ. d. quæſt. 8.
num. 449. Peregr. de fideicommiſſ. art. 24. num. 42. verſ. ſed
hic. Menoch. d. præſumpt. 189. num. 154. in fin. Caualc.
deciſ. 81. num. 92. part. 3. quidquid alij dixerint, quoniam
ſi innupta moriatur, res reducitur ad priſtinum ſtatum
fideicommiſſi, & ceſſat ratio dotis conſtituendæ; cùm
enim effectus non ſit conſummatus, quia mulier non
nupſit, ceſſare debet prouiſio legis, ſecus autem eſſet,
ſi nupſiſſet, & poſtea moreretur. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. 10
d. quæſt. 73. num. 337.

Pariter conſiderandum eſt, quòd ſi dictæ mulieres
perceperunt poſt caſum fideicommiſſi vllos fructus bo-
norum fideicommiſſo ſuppoſitorum, detractis alimen-
tis, debent reſiduum compenſare in dotem, & ad com- 11
putum dotis eos habere, ad textum in l. mulier, §. cùm
proponeretur, vbi Bart. & DD. ad Trebellian. Iaſ. in d.
Auth. res quæ, numero 32. verſ. decimoſecundò limita, C.
communia de leg. Riminald. Sen. d. conſ. 115. num. 7. lib. 1.
Marzar. d. conſ. 1. num. 15. Menoch. d. præſ. 188. num. 167.
Et ita.

## CAPVT LXIII.

### Epitome.

An valeant ſtatuta, ne notarius non matricula-
tus valeat conficere inſtrumentum, & ne
quis poſſit alteri famulari ſine licentia
Principis.

### SVMMARIVM.

1 *Notarius Imperialis, vel Apoſtolicus an poſſint vbique conficere inſtrumenta.*
2 *Statutum, ne valeant Notarij conficere inſtrumenta, niſi matriculati, an valeat.*
3 *Tabellionum Imperialium, & Apoſtolicorum auctoritas vbique poteſt exerceri.*
4 *Notarius creatus ab inferiore à Principe ſupremo non poteſt alibi inſtrumentum facere.*
5 *Conſuetudo valet, vt Notarij poſſint vbique conficere inſtrumenta.*
6 *Notarius non matriculatus poteſt conficere inſtrumentum de licentia ius dicentis.*
7 *Notarius Imperialis an poſſit rogari de ſpiritualibus, & Apoſtolicus de prophanis.*
8 *Notarius non matriculatus tempore neceſſitatis poteſt rogitum facere.*
9 *Notarius non matriculatus poteſt conficere rogitum, vbi matriculatus eſt impeditus, vel recuſat.*
10 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent remedio.*
11 *Notarius non matriculatus conficiens inſtrumentum, quando poſſit puniri.*
12 *Notarius Epiſcopi non ſubiicitur foro laicorum.*
13 *Statutum de Notariis non matriculatis non comprehendit clericos.*
14 *Epiſcopi, & Ordinarij poſſunt creare Notarios.*
15 *Clerici non poſſunt fieri Notarij, & quando.*
16 *Notarij officium quando clericis ſit permiſſum.*
17 *Coloni Eccleſiæ, vel clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum in concernentibus res Eccleſiæ, vel clericorum.*
18 *Statutum de non ſerenda, vel irriganda oriza non ligat clericos, nec eorum colonos.*
19 *Coloni Eccleſiæ poſſunt ſeminare orizam non obſtante ſtatuto.*

20 Coloni

20 *Coloni Eccleſiæ vel clerici nominando dominum trahunt cauſam ad forum Eccleſiæ.*
21 *Clerici ne ſeminent oriZam, ab Epiſcopo ſunt prohibendi, non à laico.*
22 *Coloni Eccleſiæ ſunt de foro laicorum.*
23 *Onus perſonale quodnam ſit.*
24 *Excubiæ Caſtri, & luſtratio militiæ ſunt onus perſonale.*
25 *Onus perſonale efficitur quandoque reale.*
26 *Coloni Eccleſiarum tenentur ad onera perſonalia.*
27 *Statutum an valeat, quod nemo poſſit alteri famulari ſinè licentia Principis.*
28 *Statuta laicalia non comprehendunt Eccleſiaſticos.*
29 *Epiſcopus poteſt cogere ſtatuentes ad declarandum clericos non comprehendi eorum ſtatutis.*
30 *Statutum dicitur contra libertatem Eccleſiæ, vbi tollit quod de iure competit.*
31 *Statutum dans licentiam conductoribus poſſeſſionum, vt eas dimittere poſſint, non extenditur ad conductores rerum Eccleſiæ.*
32 *Statutum, quod conductor ſoluens penſionem non poſſit expelli, non comprehendit conductorem bonorum Eccleſiæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN multis locis extant Statuta, & ordinationes, ne aliquis Notarius non matriculatus poſſit recipere inſtrumenta, vel de illis, aut alia re valeat rogari; quod etiam vigebat in certo diœceſis loco vbi agitabatur quædam lis inter Dominum temporalem, & quendam Magnatem, qui ſe prætendebat grauatum eo, quòd eius coloni aſtringerentur ad excubias loci, & ad luſtrationes; volebat autem Cæſarem appellare, & ad eum recurſum petere, ſed Notarij terræ vix audebant talem proteſtationem acceptare. Vnde eò perductus fuit quidam Notarius Imperiali, & Apoſtolica auctoritate creatus, qui etiam erat Cancellarius Epiſcopalis, qui de omnibus ſe rogauit, & dum ſe reciperet ſuper rheda Prælati pluſquam Epiſcopi, fuit à militibus licèt fruſtra inſecutus, & poſtea inquiſitus, & in pœnam Statuti condemnatus: quo ad notitiam Curiæ Epiſcopalis delato, illis Curialibus inhibuit prætendendo, quòd à Curia laicali ille Cancellarius nec iuſtè, nec rectè potuerit proceſſari, quod ego pro certo habui, & iuri conſonum eſſe cenſeo.

Et ſanè noua non eſt hæc quæſtio quam multi tractarunt, & cenſuerunt validum eſſe huiuſmodi ſtatutum, adeò vt Notarius non matriculatus nequeat facere inſtrumentum in loco ſtatuti, etiamſi eſſet forenſis, cuius perſona non conſideratur; ſed quia dicitur adhibitus ad ſolemnizandum actum ab alio geſtum, ſtatuto ligatur, propter quod Notarium Imperialem, vel Apoſtolicum non poſſe conficere inſtrumenta in alieno ter-
1 ritorio dixerunt Abb. Hoſt. & Butr. *in cap. cùm P. tabellio, de fide inſtr.* Butr. *in cap. ſicut, de cleric. vel monach.* & ita ſeruari in regno Franciæ inquit Boer. *deciſ.* 242. *n.* 4. ſic etiam ſenſerunt Corn. *conſ.* 64. *num.* 7. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 201. *num.* 6. *lib.* 1. Rol. *conſil.* 91. *num.* 10. 20. *lib.* 3. Alder. Maſcard. *de ſtat. interpret. concl.* 6. *n.* 23.

Nihilominus verius eſſe, & receptius putaui huiuſmodi ſtatuta, vel conſuetudines non poſſe comprehendere Notarios à Pontifice, vel Cæſare, aut eorum auctoritate creatos, adeo vt eis non obſtantibus valeant vbique, & inter quoſcumque inſtrumenta conficere, quia lex inferioris non poteſt derogare priuilegio, vel poteſtati ſuperioris, & ſtatuta collegiorum aliter ſonantia etiam à ſuperiore confirmata potiùs monopolia dicenda ſunt, quàm ſtatuta: ita ſentire videntur Imol. &
2 Felin. *in d. cap. cùm P. tabellio*, in terminis pulchrè Iaſ. *conſil.* 122. *num.* 1. *lib.* 4. Ægid. *conſil.* 42. *num.* 8. Ceph. *conſil.* 177. *num.* 8. de magis communi Boer. *d. deciſ.* 242. *num.* 4. latè videndus Surd. *conſ.* 257. *n.* 10. 11. *& ſeqq.* vbi omnia criminalia reſoluit. Marcabrun. *conſ.* 58. *num.* 125. Maſcard. *de probat. concl.* 926. *num.* 19. 20. 21. de communi Tuſch. *pract. concl. littera N, concl.* 72. *num.* 38. perbellè Marth. *de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 87. *num.* 6. 7. *& ſeqq.* Seraph. *deciſ.* 841. *num.* 1.

Poſſunt enim tales Notarij conficere inſtrumenta vbique locorum, ſiue in Anglia, ſiue in Francia, aut in Hiſpania, aliiſve regionibus, teſte Specul. *de inſtrumen-* 3
*torum edit.* §. *reſtat, num.* 22. *& ſeqq.* Gemin. *in cap. Romana*, §. *fin. de for. comp. in* 6. poſt multos Gabr. *concl. lib.* 1. *titulo de fid. inſtrumentorum, concl.* 1. *num.* 5. Iaſ. *d. conſ.* 122. *num.* 1. *lib.* 4. Surd. *conſil.* 257. *num.* 11. Tuſch. *d. concl.* 72. *numer.* 1. 2. Marth. *d. caſ.* 87. *num.* 7.

Cætera autem in contrarium adducta vel non ſunt vera, vel procedunt in Notaris Epiſcoporum vel Principum inferiorum Cæſare, & Pontifice; ſiue enim rogitus ſit actus voluntariæ iuriſdictionis, ſiue ſit officium publicum, non poteſt Notarius illud exercere extra territorium concedentis, & conſtituentis. Specul. *in d.* §. 4
*reſtat, verſ. quid de his*, & ibi Ioan. And. Bart. *in l. cunctos populos, quæſt.* 7. *C. de ſumm. Trin.* Butr. & Abb. *in d. cap. cùm P. tabellio*, Bald. *in cap. cùm dilectus, de fid. inſtrum.* Bero. *conſ.* 89. *num.* 6. *lib.* 3. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *num.* 1. 2. Tuſch. *d. concluſ.* 72. *num.* 35. 38. pulchrè Marth. *d. caſ.* 87. *num.* 12. 13. vbi ſic declarat ratione, & auctoritate.

Benè verum eſt, quòd valeret conſuetudo, vt crederetur Notariis prædictis etiam rogando ſe extra territorium conſtituentis, quia videtur adeſſe conſenſus tacitus domini loci. Maſch. *de probat. d. concl.* 926. *n.* 10. 26. non tamē 5
valet conſuetudo, vt Notarius Apoſtolicus, vel imperialis nequeat rogari in alieno territorio. Tuſch. *d. concl.* 72. *num.* 13. Verùm ſi accedat licentia eius, qui præeſt iuriſdictioni, omnes Notarij poterunt conficere inſtrumenta in loco. Tuſch. *d. concl.* 72. *num.* 25. Vnde videmus 6
iſtos Podeſtatellos, qui ſunt etiam Notarij, conficere publica inſtrumenta in loco ſui regiminis; ſic enim ipſis videntur concedere licentiam, vel à ſuperiore eam habere dicendum eſt, ſaltem tacitè.

Solet autem dubitari, an Notarij Imperiales valeant rogari de rebus ſpiritualibus, & Apoſtolici de rebus prophanis, in quo de rigore iuris variæ ſunt opiniones, ſed de conſuetudine inueterata obtinuit, vt
vtriſque vtrumque liceat. Abb. *in d. cap. ſicut, num.* 12. 7
& ibi Anch. *ne cler. vel mon.* Gabriel *de fid. inſtr. d. concl.* 1. *num.* 9. ideò in Regno inſtrumenta notariorum Apoſtolicorum iudicantur valida. Marth. *d. part.* 4. *caſ.* 28. *num.* 18.

Sed eſto etiam, quòd de facto ſeruaretur huiuſmodi Statutum, tamen hîc non poteſt aptari propter neceſſitatem, ſtante quòd ob timorem Domini temporalis alij Notarij nolebant rogari, etenim tempore neceſſitatis, & peſtis Notarius, etiam non matriculatus poteſt conficere
inſtrumenta. Ang. *in rep. l. ſi vacantia, col.* 10. *C. de bon.* 8
*vac. lib.* 10. Marſil. *in l. fin. num.* 63. *ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Iaſ. *d. conſ.* 122. *ſub num.* 1. *lib.* 4. Gallin. *de verb. ſign. lib.* 27. *num.* 53. Carp. *ad Stat. Med. cap.* 353. *num.* 26. *part.* 1. & idem eſt, quando non reperitur alius Notarius quàm non matriculatus, vel ſi matriculatus eſt impeditus, quia tunc licebit non matriculato rogitum facere.
Imol. *in cap. P. & G. de off. deleg.* pulchrè Felin. *in cap.* 9
*quoniam contra, num.* 41. *verſ. & retenta, de probat.* Marſil. *in d. l. fin. num.* 64. 65. quæ omnia concurrebant à fortiori in caſu noſtro, vbi timor efficiebat, vt Notarij matriculati renuerent rogari; ideò vix illa poteſt dari maior neceſſitas, & propltereà quæ de nouo emergunt,
nouo indigent remedio, *l. de ætate*, §. *ex cauſa*, vbi gl. 10
*ff. de interr. act.* §. *manumiſſio, Inſt. de libertin. cap. inſinuante, de off. deleg.*

Et denique dictum Statutum non poteſt habere locum,



cum, niſi data ſcientia huius Notarij, & non poterat puniri, niſi probaretur eius ſcientia, quæ tamen in forenſe
11 non præſumitur. Alex. *conſ.* 37. *col.* 6. *verſ. ſuadet, lib.* 2. Corn. *conſ.* 64. *num.* 8. *in fin. lib.* 3. Marſil. *in fin. num.* 76. *ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Cephal. *d. conſ.* 167. *num.* 10. 11. 12. Marth. *d. caſ.* 87. *num.* 19. 20.

Vnde prædictus Notarius non poterat iuſtè puniri, & condemnari, ſed nec rectè, aut ritè, quia non erat ſubdi-
12 tus laicali poteſtati, cum enim eſſet Cancellarius Epiſcopalis, certum eſt, quòd fruebatur priuilegio fori, nec ſtatutis laicorum ligabatur. Boer. *deciſ.* 9. *num.* 7. Sbroz. *de off. Vir. lib.* 2. *quæſt.* 146. *num.* 2. Gratian. *deciſ.* 233. *num.* 6. 7. Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.* 107. *num.* 11. *part.* 3. de quo aliàs ſatis dixi: & eadem ratione dictum ſtatutum non comprehendit clericos, quia eſſet contra libertatem Eccle-
13 ſiæ, & quia ipſi non ſunt de foro laicorum. Marth. *dict. caſ.* 87. *num.* 2. 3.

Et quia aliquid diximus de Notariis Epiſcoporum, ne mireris, quia certum eſt Epiſcopos, & Prælatos ordinariam iuriſdictionem habentes poſſe creare Notarios in eorum iuriſdictionem, & in ſpiritualibus ad eos perti-
14 nentibus. Abb. *in c. cum P. tabellio*, & ibi Felin. *n.* 14. *verſ. immò refert, de fide inſtrum.* Oldr. *conſ.* 75. *in princ. verſ. ſed.* Tuſch. *littera E, concluſ.* 290. *num.* 1. & *littera N, concl.* 70. *num.* 6. Carpan. *ad ſtat. Med. cap.* 354. *num.* 5. *part.* 1. Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit.* 1. §. 29. *num.* 10.

Et quamvis clerici nequeant tabellionatus officium exercere, *d. c. ſicut*, vbi Hoſt & Abb. *num.* 1. *Spec. d.* §. *reſtat, num.* 8. *verſ. quid.* Dec. *conſ.* 494. *num.* 11. Prax. Arch. Gen. *cap.* 77. *num.* 13. *verſ. vlteriùs.* Marth. *d. caſ.* 87. *num.* 4. Bellet. *d.* §. 29. *num.* 1. tamen ſi eſſet creatus à Papa, vel ab aliquo delegato Apoſtolico, poſſet tale officium exercere. Abb.
15 *in d. cap. ſicut, num.* 6. Bellet. *d.* §. 29. *num.* 1. Tuſch. *littera N, concluſ.* 71. *num.* 4. immò talis prohibitio non habet locum in foro Eccleſiaſtico, neque in materia ſpirituali, minuſque in caſu neceſſitatis, vel ſi non habent vnde viuant, aut ante prohibitionem à ſuperiore ſibi factam, & denique ſi vellent edere in publicam formam inſtrumenta, de quibus ante clericatum eſſent rogati, his enim caſibus clerici non vetantur Notarij munus
16 exercere, vt videre eſt apud Tuſch. *d. concluſ.* 71. *num.* 3. Prax. Archiep. Neapol. *d. cap.* 77. *num.* 13. *verſ. vlteriùs*, & *verſ. item poſſunt*, Leon. *in theſ. for. Eccleſ. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. Bellet. *d.* §. 20. *num.* 5. *vſque ad num.* 10. Marth. *d. caſ.* 87. *num.* 4.

Et ideò malè fecit illa Curia proceſſando, & condemnando dictum Notarium, & rectè fecit aula Epiſcopalis inhibendo dictis Curialibus laicis, & poſtea etiam eos excommunicando, affigendo quoque cedulas contra eos: immò re ad Cæſarem delata hoc ægrè ſenſit, nec tulit, nam negotio in aulico Conſilio agitato dedit in mandatis Duci Guardiſtalli Commiſſario Italiæ pro Imperio, vt ceſſaretur dictus proceſſus, quem ideò ille Dominus temporalis annullauit, & pro caſſo haberi voluit, & de caſſatione certiorem fecit Curiam Imperialem, & Epiſcopalem.

An autem iuſta eſſet dicti Magnatis prætenſio, renuentis ſuos colonos excubias facere, aut luſtrationi militiæ interuenire, eſt indagandum, quoniam ſi id quærebat, quia Eccleſiaſticus eſſet, animaduertendum eſt, vtique verum eſſe colonos Eccleſiæ, vel clerici exemptos eſſe à iuriſdictione ſæculari, ſi quid eis præcipiendum ratione
17 bonorum Eccleſiæ. Specul. *de compet. iudic. adit.* §. 1. *num.* 27. *verſ. ſed illa.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 6. vbi etiam Butr. *num.* 6. *verſ.* *Specul. de for. compet.* Socin. *in cap.* 1. *num.* 8. *verſ. ſed, eod. tit.* Decian. *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 58. *verſ. qui tamen*, & *verſ. tertiò*, apud Menoch. *conſ.* 1001. *verſ. ſatis verò, ad fin.* Surd. *conſ.* 301. *num.* 76. Alder. Maſcard. *de ſtat. concluſ.* 1. *num.* 153. 154. 155. Duard. *ad Bull. Cœn. Domini, can.* 15. *quæſt.* 27. *num.* 2. 3. Homobon. *de exam. Eccleſ. tract.* 7. *cap.* 32. *quæſt* 128. *in reſol. verſ. Item ſtatutum, part.* 1. & ideò ſi fiat ſtatutum, vel edictum, ne in aliquo loco aliquis audeat ſerere, aut cuſtodire orizam, ne aër inficiatur, non ſolùm Eccleſiaſticos nullo modo ligabit, ſed neque eorum colonos, aut conductores, licèt laicos, quos ideò iudex ſæcularis punire non
poterit: ſic in terminis latè habetur apud Menoch. *dict.* 18
*conſ.* 1001. *in verſ. ſatis verò*, & per totum, pulchrè Surd. *d. conſ.* 301. *num.* 74. 75. & per totum, & *conſ.* 304. *num.* 11. 12. Prax. Archiep. Neap. *cap.* 75. *num.* 1. *verſ. his* Marth. *de iuriſdictione, part.* 4. *caſ.* 13. *num.* 22. Homobon. *de exam. Eccleſ. d. quæſt.* 128. *in verſ. item ſtatutum.*

Vnde cùm annis elapſis eueniſſet caſus in loco S. Pauli, & curia ſæcularis inquirere cœpiſſet colonos Plebani illius loci, ego feci tranſmittere inhibitionem Prætori cum præcepto, vt deſiſteret à moleſtia, quia coloni non
erant in culpa, cùm de mandato dicti Plebani ſeminaſ- 19
ſent & irrigaſſent orizam, & propterea nominando Dominum Eccleſiaſticum cauſam ad forum Eccleſiæ auocari cenſendum eſt. Ioan. And. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.* 34. 20
& ibidem Butr. §. *quod ſi ſuper, num.* 19. Abb. *in* §. *in aliis, num.* 28. Andr. Barb. *num.* 60. 61. *vt lit. non conteſt.* Ioan. Iac. Laur. *tract. de iudic. ſuſp. cap.* 7. *num.* 24. *verſ. in clerico*, Bellet. *de fauor. cleric. real.* §. 3. *num.* 1. 6. Marcheſan. *de commiſſ. part.* 2. §. 4. *num.* 48. nec ligabantur dicto edicto, vt ſatis habetur apud Menoch. & Surd. *in dictis locis*, qui tollunt omnem maculam, & ſic illa Curia ceſſauit à moleſtia contra dictos colonos. Verùm quia prouiſio videbatur vtilis, & concernere bonum commune, concluſum eſt, vt ſimili edicto Epiſcopus vetaret Eccleſiaſticos
ne ſeminarent orizam, iuxta conſilium Alder. Maſcard. 21
*d. concluſ.* 1. *num.* 155. *in fin.*

Verùm ſi perſona colonorum Eccleſiæ conſideretur, hi remanent ſub iuriſdictione laicorum, & illorum ſtatutis ligantur, ab eiſque puniri, & mulctari poſſunt. Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. vbi etiam Butr. *num.* 14. Aret. *in* 2. *not.* Felin. *num.* 2. *de for. compet.* Capyc. *deciſ.* 12. *num.* 2. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 35. *verſ. quæro nunquid*, Theſ. *deciſ.* 22. *num.* 4. Natt. *conſ.* 576. *num.* 3. 6. 7. Decian. *d. lib.* 4. *cap.* 9.
*num.* 58. Gabr. *conſ.* 37. *num.* 4. 5. *lib.* 2. Surd. *d. conſ.* 301. 22
*num.* 69. 70. 87. Ald. Maſcard. *de ſtat. concl.* 1. *num.* 150. 151. Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 146. Ideò cùm cuſtodia caſtri, & lu-
ſtratio ſit onus merè perſonale, quia conſiſtit in corpo- 23
ris labore, ac ſollicitudine animi, textus eſt *in l.* 1. §. *illud, ff. de muner. & honor.* & hoc propriè ſenſerunt Bald.
*conſ.* 408. *in princ. lib.* 5. Calder. *conſ.* 446. *num.* 2. *de cenſ.* 24
Boer. *deciſ.* 212. *num.* 7. Tuſch. *littera G, concluſ.* 80. *num.* 1. & *littera O, concluſ.* 124. *num.* 13. 15. 22. 45. Bertaz. *d. clauſ.* 21. *gloſſ.* 8. *num.* 2. niſi fortè ex neceſſitate tale onus
efficeretur reale, vt inquit Caſtr. *in conſil.* 317. *num.* 5. 25
*part.* 2. Tuſch. *d. littera O, concluſ.* 125. *num.* 3. vbi loquitur de laboratoribus ciuium Regienſium pro bonis in territorio Bagnoli, non puto dictos colonos poſſe fieri excuſatos ab onere excubiarum, & luſtrationis, quia poteſt Dominus temporalis conſtringere eorum perſonas ad munera, quæ non attingunt bona Eccleſiarum. Be-
nè verum eſt, quòd non credo dictorum colonorum do- 26
minum voluiſſe hoc capite prætendere talem exemptionem, ſed quia adeſſet conuentio inter Dominum temporalem, & Commune, vt ſumptibus domini fierent excubiæ, & non erat ſolitum, vt prædicti coloni irent ad excubias, & luſtrationes; quod ſi verum eſt, vtique etiam conſiderabile, quia in his conſuetudo, quando non pendet ab actu merè facultatiuo, multum pollet, de qua aliàs diximus.

Prædictorum occaſione non omittam quærere, an validum poſſet dici edictum ab eodem Domino factum, ne
quis poſſet alicui præſtare famulatum ſine ſuas licentia; 27
& ſanè ſi intendebat ligare Eccleſiaſticos, poterat videri incidiſſe in pœnas Bullæ Cœnæ Domini, ſtatuta enim
laicalia non comprehendunt Eccleſiaſticas perſonas, *c. ſi* 28
*clerici, de iud. c. quamquam, de cenſ. in ſexto*, & ſi fortè ſtatutum eſſet ita generale, vt poſſet dubitari, an de Eccleſiaſticis fuerit intellectum, poteſt Epiſcopus cogere ſtatuẽtes,

vt

vt declarent clericos,nec eorum bona eſſe comprehenſa:
29 Alder.Maſcard.*de ſtat.interpret.concluſ.*1.*num.*79. tale au-
tem edictum licèt non diſponat de clericis, eſt tamen
30 contra libertatem Eccleſiaſticam, quia eis tollit benefi-
cium de iure competens, vt ſcilicet poſſint ſibi aſſumere
famulos ſine alicuius licentia. DD.*in c.Eccleſia S.Mariæ,*
*de conſt.* Ald.Maſcard. *d.concluſ.*1.*num.*88.*verſ.vel quintò.*
Marth.*de iuriſd.lib.*4.*caſ.*5.*num.*43. *caſ.*68.*num.*11.& *caſ.*
98.*num.*4. vnde ſtatutum dans licentiam conductoribus
poſſeſſorum vt liberè poſſint eas dimittere,non extendi-
31 tur ad conductores rerum Eccleſiaſticarum. Maſcard. *d.*
*concluſ.*1.*num.*42.ſicut etiam non valeret in præiudicium
clericorum ſi diſponeret, quod conducens apothecam
32 non poſſet expelli ſoluendo penſionem. Maſcard. *d. con-*
*cluſ.*1.*num.*12.Marth.*d.caſ.*98. *num.*3. non tenetur igitur,
qui vult fieri clericorum famulus, talem requirere licen-
tiam, quia ſaltem per indirectum violaretur libertas Ec-
cleſiaſtica, vnde euenit in caſu, vt tale edictum vſu non
reciperetur,neque etiam quoad laicos inter laicos, quo-
niam videbatur eſſe iugum non bene tolerabile, quod vt
cognouit pius ille Dominus, per non vſum paſſus eſt ta-
le edictum tolli. Et ita, &c. Saluo,&c.

## CAPVT LXIV.

### EPITOME.

Statutum loquens de emptione intelligitur de perfecta, & ex ſolo tractatu non incurritur pœna, de qua in ſtatuto.

### SVMMARIVM.

1 *Statuta ſunt ſtrictè intelligenda.*
2 *Emptionis verbum intelligitur de perfecta.*
3 *Pœna non habet locum,niſi factum ſit conſummatum.*
4 *Pœna extraordinaria incurritur ex ſolo tractatu, & quando.*
5 *Tractatus non facit incurrere pœnam, ſi ſtat per reum, ne perficiat.*
6 *Multa tractantur, quæ non concluduntur.*
7 *Teſtis interreſſatus,vel proxeneta non probat.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ABſoluendus eſt Ioan. Franciſcus Bertonus,nec mo-
leſtari poteſt à Domino Iudice annonæ Carpi, eo
quod ab alienigena emerit caſeum reuendendi gratia,
foras adhuc exiſtente vexillo, contra tenorem capitu-
lorum, & ſtatutorum, quæ ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè
interpretanda tanquam reſtringentia liberam emendi fa-
1 cultatem. Tiraq.*de retract. lignag.*§.34.*gl.*1.*num.*23. Car-
pan.*ad ſtat.Mediol.cap.*417.*num.*5.*part.*1.
Et propterea cùm dicta capitula de annona prohi-
beant emere gratiâ reuendendi, foras exiſtente vexillo,
& de emptione loquantur, ſunt intelligenda cum effe-
2 ctu de emptione omnibus numeris perfecta, non verò
ſi ſolùm tractatum fuerit, vt poſt Alciat. *conſ.* 479. *nu-*
*mer.*44. Socin.Iun. *conſ.*3. *num.*32. *vol.*3. dixit Menoch.
*de arbitr. iudic. caſ.*276. *num.*14. 15. quia ſanè in ſtatu-
tis, vt locus ſit pœnæ impoſitæ, oportet factum eſſe
3 conſummatum. Bart. *in l.*1. *ff. de ſicar.* Felin. *in tract. de*
*conatu, verſ. fallit octauò*, Marſil. *in l. vtrum, num.*7. *de*
*parricid.* Grammatic. *deciſ.*74. *num.*22. Farinac. *in prax.*
*quæſt.*17. *num.*49.
Et licèt præfati DD. videantur dicere ex huiuſmodi
tractatu fieri ſaltem locum pœnæ extraordinariæ, & ar-
bitrariæ, tamen id procedit in re graui, & atroci, & vbi
reus fecit omne ſuum poſſe, vt rem perpetraret, ſed fa-
cto extrinſeco fuit impeditus. Vbi autem per ſe ſtetit, & 4
cùm potuiſſet adimplere, noluit, & cœpti pœnitens
ceſſauit, tunc vtique ceſſat omnis pœna, etiamſi deuen-
tum eſſet ad actum proximum, ad textum *in l. qui ea*
*mente*, & ibi gl. & DD. *ff. de furt. l. qui falſam, de falſ.*
Dom. *in c. gratia, col.vlt. quæſt.*1. Felin. *in d. tract. de co-*
*natu, verſ. fallit primò.*
Et ideò in præſenti caſu non eſt locus dictis capitu-
lis, quia non conſtat de aliqua emptione perfecta, ſed
tractata, nec officit eius confeſſio, quia fatetur ſolùm
de tractatu, cùm multa tractentur, quæ non concludun- 5
tur. Crauet. *conſil.*422. *numero* 17. & *conſ.*425. *num.* 41.
& cùm intentionem Bertoni de emptione non concor-
data probent tres teſtes ad defenſam, non poteſt iudex
ſcindere eius confeſſionem, & pro parte acceptare, & 6
in parte reſpuere. Crauet. *conſil.* 422. *numero* 17. *verſ.*
*itaque.*
Nec vis eſt facienda in teſtibus ex officio examinatis,
quia non faciunt fidem, cùm alter tractet de ſuo intereſ- 7
ſe, alter verò fuerit proxeneta.Farinac. *in prax. quæſt.*60.
*num.*5.7.406.408. Et ita, &c.

## CAPVT LXV.

### EPITOME.

Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari vti ſuſpectus,nec ab eo datur appellatio,& quando.

### SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt viſitare quæcumque Hoſpitalia, & loca pia,etiam exempta.*
2 *Hoſpitalia exiſtentia ſub protectione Ducum poſſunt viſitari ab Epiſcopo.*
3 *Hoſpitalia ſub protectione Regum non viſitat Epiſcopus.*
4 *Epiſcopus cognoſcit,an Hoſpitalia ſint ſub protectione Regum.*
5 *Viſitari poteſt ab Epiſcopo etiam generaliter exemptus.*
6 *Confraternitates in Eccleſiis Regularium viſitantur ab Epiſcopo.*
7 *Epiſcopus Regij viſitat confraternitates in Eccleſiis Regularium.*
8 *Viſitari non poſſunt ab Epiſcopo Altaria confraternitatum in Eccleſiis Regularium.*
9 *Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſſione viſitandi.*
10 *Epiſcopus non poteſt excommunicare reſiſtentem viſitationi, ſi non ſit ſolitus viſitare.*
11 *Epiſcopus poteſt frangere ianuas eorum, qui reſiſtunt viſitationi.*
12 *Epiſcopus ſine monitione poteſt excommunicare reſiſtentem viſitationi.*
13 *Manutentio datur Epiſcopo ſolito viſitare.*
14 *Viſitationum liber probat quaſi poſſeſſionem viſitandi.*
15 *Viſitationis vltimus ſtatus attenditur.*
16 *Viſitandi ius conſeruatur ad totum, viſitata etiam ſolùm parte.*
17 *Appellatio non datur in viſitatione.*
18 *Epiſcopus viſitando quando faciat locum appellationi.*
19 *Viſitatio quando admittat appellationem.*
20 *Epiſcopus viſitando non poteſt recuſari vti ſuſpectus.*
21 *Recuſatio iudicis non admittitur ſine iuſta cauſa.*
22 *Epiſcopus cognoſcit, an viſitatio ſpectet ad ipſum.*
23 *Suſpectum iudicem dicere ex leui cauſa non ſufficit.*
24 *Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ.*
25 *Recuſari non poteſt iudex ſine ſpeciali mandato.*





Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EXtat prope Herberiam inſigne Hoſpitale, vbi pau-
peres peregrini hoſpitio recipiuntur, & alia pietatis
opera exercentur,quod fundatum eſſe dicitur ab antiqua,
& nobili familia de Sacratis: illud ſolent viſitare Ordi-
narij Regij, quaſi tamen intra fines Diœceſis Epiſcopo-
rum Regienſium. Verùm de anno 1627. euenit, quòd
dum Illuſtriſſimus Epiſcopus vnà cum viſitatoribus ac-
ceſſiſſet ad dictum Hoſpitale gratiâ viſitandi illud vnà
cum Eccleſia, Præfectus eius clauſis ianuis viſus eſt im-
pedire viſitationem habitationis,ſolùm Eccleſiam dicens
eſſe viſitationi ſubiectam. At Ordinarius volens ſuam
continuare poſſeſſionem confractis ianuis ſuam perfecit
viſitationem, vt ſolet, ſed ipſe Bononiam recurrens ob-
tinuit commiſſionem cauſæ à D.Vicelegato alteri perſo-
næ, quàm Epiſcopo, quem ſuſpectum habere dicebat, &
interim nil nouari: pro parte verò Epiſcopi petebatur
commiſſionis moderatio, quia in viſitationibus non da-
tur ſuſpenſio, & prima inſtantia erat cognoſcenda co-
ram Ordinario: quærebatur quid iuris.
Ego dixi commiſſionem eſſe moderandam, & cauſam
Epiſcopo Regij eſſe committendam ſine vllo adiuncto,
conſtat enim de bono iure dicti Epiſcopi, ſiquidem ex-
peditum eſt Ordinarios locorum etiam tanquam Sedis
1 Apoſtolicæ delegatos habere ius viſitandi quæcumque
hoſpitalia, confraternitates laicorum, collegia, & alia
loca pia, quocumque nomine vocentur, etiam exempta,
niſi ſub immediata Regum protectione exiſtant,*Clement.*
*quia contingit, de religioſ.dom.* Conc. Trid. *ſeſſ.*22.*cap.*8.*de*
*reform.* Fuſch. *de viſit. lib.*2. *cap.*13. *num.*21.22. Marth.
*de iuriſd. part.*2.*c.*18.*n.*2. Barboſ. *de off.Epiſc.p.*3.*alleg.*75.
*num.*2. adeò vt non ſatis ſit, ſi protectioni Ducum ſub-
2 ſint,quia adhuc viſitari poterunt. Barboſ.*ad Concil.Trid.*
*d.cap.*8. *in verbo, Cura ad laicos*; oportet enim eſſe Prin-
cipes ſupremos iura Imperij habentes,& ſuperiorem non
recognoſcentes, ſi ſua protectione volunt eximere loca
3 pia à viſitatione, & correctione Epiſcoporum. Fuſch.
*d. c.*13. *n.*23. Barboſ.*d. c.*75. *n.*19. & hoc non obſtante
quacumque conſuetudine, vel ſtatuto in contrarium fa-
ciente. Gratian. *diſc.for. cap.*481. *num.*15. *lib.*3. Marth.
*d. cap.*18.*num.*2.
Et ſi fortè dubium ſuſcitetur, & opponatur talia Ho-
ſpitalia, & pia loca eſſe ſub immediata protectione Re-
gum, hoc cognoſci debet à iudice Eccleſiaſtico, & ab
4 ipſo Epiſcopo, non autem à iudice ſæculari, vt cenſuit
S.C. Cardinalium, teſte Marth. *de iuriſd. om. iud.part.*2.
*cap.*18. *num.*8. Armend. *in add. ad recopil. legum Nauarr.*
*lib.*1. *tit.*6. *l.*5. §.2. *n.*71.72. Aug. Barboſ. *d. tract.part.*3.
*allegat.*75.*n.*20. magna enim eſt Epiſcoporum poteſtas in
viſitando, & vix datur aliqua exemptio, quæ in hoc li-
beret ab eis; nam licèt quis ſit generaliter exemptus ab
Epiſcopo, tamen non eſt exemptus à viſitatione, niſi id
ſpecificè dicatur. Gratian. *diſcept. for.p.*5.*cap.*870.*num.*7.
5 & ideò licèt regulares ſoleant eſſe in hoc exempti,tamen
confraternitates & loca pia in eorum Eccleſiis exiſtentia,
vel fundata ab Epiſcopo poſſunt viſitari, & conſtringi
6 ad redditionem rationis, vt ſæpe reſcripſit S. C. teſte
Genuenſi *in prax.Archiepiſc.Neap.cap.*21.*in princ.* Vgol.
*de off. Epiſc. part.*2. *cap.*49. §.5. *num.*3. & poſt Galet. &
Armend. inquit Barboſ. *d. allegat.*75.*num.*13.28. Gratian.
*diſc.for. d.c.*481.*n.*26. & *deciſ.*188. *n.*10. provt bene fecit
Epiſcopus Regij, qui in terra Nouellariæ de anno 1629.
7 viſitauit confraternitatem erectam, & exiſtentem in
Eccleſia fratrum Carmelitarum, & altare ac Capellam
illius, provt fecerunt alij anteceſſores; & licèt Barboſ.
*d.alleg.*75. *n.*13.28. excipiat altaria, & capellas Confra-
ternitatum exiſtentes intus Eccleſias regularium, vt eas
Epiſcopus nequeat viſitare, niſi quoad redditionem ra-
tionum, & adminiſtrationem, vt verè cenſuit Congre-



gatio prædicta, ita reſcribens Epiſcopo Immolenſi de
anno 1622. his verbis: *Epiſcopum poſſe viſitare confrater-* 8
*nitates perſonarum ſæcularium in Eccleſiis Regularium*
*exemptorum exiſtentes, non autem earum Capellas, vel alta-*
*ria, quæ intra eaſdem Eccleſias conſiſtunt*; tamen cùm Or-
dinarius Regij ſit in poſſeſſione viſitandi dicta altaria, 9
vt fecit, in ea manutenendus eſt. Farinac.*deciſ.*501.*n.*1.2.
*part.*2.
Verùm quia dictus Epiſcopus fecit oſtia infringere, &
excommunicauit dictum Præfectum reſiſtentem, & in-
obedientem, quæritur, an bene fecerit, non præcedente
maximè canonica monitione,& vtique ſi dictum Hoſpi-
tale eſſet in poſſeſſione, quod non viſitaretur, non bene
feciſſet, quia de facto non eſt quis ſpoliandus ſua poſſeſ- 10
ſione. Prax. Archiepiſc. Neapol. *dict. cap.* 18. *in princ.*
Vgolin. *dict. tract. part.*2. *cap.*49. §. 6. *num.* 6. Verùm
quando Ordinarius eſt in poſſeſſione viſitandi, ſi regu-
lares, vel alij renuant illum intromittere, pro defenſio-
ne iurium ſuorum, & exiſtimationis, ne vilipendatur,
ei licebit vim inferre, & oſtia frangere, & ſic viſitatio- 11
nem perficere, inuocato etiam brachio ſæculari, ſi eo
indigebit. Innocent.*in cap.*1. *verſ. item alia ratione*; vbi
Abb. *num. quinto, verſ. ad ſecundum, de immun. Eccl.*
Fuſch. *de viſitat. part.*2. *cap.* 19. *num.*1. Vgolin. *dict.*
*cap.* 49. §. 6. *numer.*6. *in fin.* Barboſ. *d. tract. alleg.* 74.
*num.*22.
Et ſimiliter cùm Epiſcopus ſic viſitando non vt iudex,
ſed vt pars pro ſuo iure conſeruando procedat,defenden-
do ſe etiam gladio ſpirituali, poterit in ipſo actu illatæ
ſibi violentiæ, vel reſiſtentiæ impedientes excommuni-
care, etiam non adhibita trina canonica monitione, non
attenta quacumque exceptione, vel appellatione, quan-
doque verè eſt in poſſeſſione viſitandi, & poteſt ſtatim
mandare affigi cedulones: ſic Innoc. *in cap. venerabili,* 12
*de cenſ.* Felin. *in cap. ſacro, de ſententia excomm.* viden-
dus Genuenſis *in d. Prax. Neap.cap.*18.*num.*1.2. Vgolin.
*d.* §.6. *num.*6. Campanil. *in diuerſ. iur. can. rubr.* 12.
*cap.*13. *num.*53. Barboſ. *d. alleg.*74. *num.*22.*verſ. reſoluit*,
ideò bene fecit dictus Epiſcopus attenta ſua quaſi poſſeſ-
ſione.
Verè enim calumnioſa, & impertinens fuit dicta reſi-
ſtentia; nam Epiſcopus habet in viſitando iuris aſſiſten-
tiam, & fauorem dicti Concilij clarè loquentis, propter
quod manutentio ei non poteſt negari. Ricc. *re-* 13
*ſolut.* 532. *num.*3. *verſ. & primò* Barboſ. *d. allegat.* 74.
*num.*21. *in fin.* & ſuam poſſeſſionem oſtendit Epiſco-
pus ex libris authenticis manu Notarij ſcriptis, in qui-
bus apparet eius prædeceſſores viſitaſſe dictum Hoſpi-
tale, provt ego vidi, & legi, & non eſt dubium, quin 14
dicti libri viſitationum probent, & fidem faciant: ſic
Ricc. *in d. prax. reſolut.* 535. *num.*1. *per totam.* Gratian.
*diſceptat. forenſium cap.* 727. *num.*3. *part. quarta*; in hoc
enim poſſeſſorio ſufficit etiam quævis probatio, & ſuffi-
cit vnus actus, & attenditur vltimus ſtatus. Gratian.
*diſcept.forenſ. cap.*100. *num.*65. adeò vt ſatis ſit viſitaſſe 15
vnum membrum Hoſpitalis, hoc enim operatur manu-
tentionem quoad omnia, quia attenditur magis cauſa 16
actus, quàm exercitium. Farinac. *d. deciſ.* 501. *nu-*
*mer.*1.2.3.*part.*2. & quia qui aurem hominis tetigit, to-
tum tetigiſſe videtur, *l. vulgaris, ff. de furt.cap.vulgaris,*
*diſtinct.*1.
His ſtantibus certiſſimum eſt in his, quæ ſpectant ad
viſitationem, aut morum correctionem, Epiſcopum, &
Ordinarium poſſe procedere quacumque appellatione,
ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita,
omninò ſemota, aut inhibitione non obſtante, quæ exe-
cutionem impedire, aut ſuſpendere nullo modo poſſunt. 17
Concil. Trid.*ſeſſ.*7. *cap.*8. *de reform.* & *ſeſſ.*24. *cap.*10. *de*
*reform.* Lancell. *de attent.lim.*18.*num. ſexto.* Ruginell. *de*
*appell.* §.2. *cap.*3. *num.*6. Marcheſ. *de commiſſ p.*1. *de com-*
*miſſ. appell. extr.Cur.Rom.cap.*6.*n.*78. *in* 2. *impreſſ.*Barboſ.
*de off. Epiſc.p.*3.*alleg.*73.*n.*32.Prax.Archiepiſc. *c.*21. *n.*5.

Gratian. *diſcept.*188. *num.*1.2. Bene verum eſt, quod ſi
Epiſcopus excederet modum in corrigendo, Iudex ap-
18 pellationis poſſet cognoſcere de exceſſu,ſed interim non
ſuſpenditur executio, *cap. ad noſtram* 3. & ibi Felin. *de
appellat.* Barboſ. *dict. alleg.*73. *num.*32. *verſ. poteſt iudex.*
Gratian. *d.deciſ.*188. *num.*2. ſicut etiam prædicta intelli-
genda ſunt,ſi Epiſcopus procederet ſine ſcriptis, & non
compilato proceſſu,& ad pœnam ſolùm extraordinariam,
nam ſi vellet proceſſum compilare, & ad pœnam ordi-
19 nariam procedere, tunc daretur appellatio etiam quoad
effectum ſuſpenſiuum. Barboſ. *d. allegat.*73. *num.*32. *in fin.*
Prax. Archiep.*d.cap.*21.*num.*5. Gratian.*d.deciſ.*188.*n.*3.4.
Ioan. Gallemart. *ad Concil. Trid. d. ſeſſ.*24. *cap.*10. *verſ.
Epiſcopus.*

Et ſimiliter, eodemque modo ſi Epiſcopus, vt ſuprà
procedat, viſitando, & corrigendo ſine proceſſu, non
poterit recuſari vti ſuſpectus, & non obſtante allegata
20 ſuſpicione ad vlteriora poterit procedere, provt cenſuit
S.C. ſub die 6.Octobris 1588.& Paulus V.Pontif. Max.
reſcripſit Epiſcopo Portugalenſi ſub die 29. Octobris
1610. Aguſt. Barboſ. *d. alleg.* 79. *num.* 38. & *ad Conc.
Trident. cap.*18. *verſ. An Epiſcopus.* Prax. Archiep. *d.
cap.*21. *num.*5. Gratian. *d. deciſ.* 188. *num.*4. Vincent.
Mazzil. *ad decret. Conc.* Trid. *lib.*4. *tit.*7. *cap.*17. *verbo,
Nec in his.* Ideò hîc non eſt audiendus dictus Præfectus
Hoſpitalis, ſiue appellet, ſiue recurſum petat, ſiue ſu-
ſpectum iuret habere Ordinarium, quia ad effectum re-
tardandi prædicta non conſiderantur, ideo commiſſio
debet fieri ſolùm quoad effectum deuolutiuum, caſu quo
de grauamine poſſet conſtare, de quo cùm non appa-
reat, neque in hoc audiendus eſt.

Verùm dato etiam, quòd verſemur in materia apta ad
allegandam ſuſpicionem, & ad recuſandum iudicem or-
dinarium, tamen in prima inſtantia non admittitur talis
21 recuſatio, niſi legitima cauſa proponatur, & probetur,
vt eſt textus *in cap. cùm ſpeciali, de appell.* Laurent. Be-
neuent. *tract. de indic. ſuſpect. cap.*5. *num.*4. adeò vt non
ſit ſufficiens cauſa recuſationis, quia tractetur, an viſi-
22 tatio pertineat ad Epiſcopum, cùm ipſe de hoc co-
gnoſcere debeat. Laurent. *d. tract. cap.*1. *n.*6.

Nam ad iudicem recuſandum requiritur cauſa grauis,
& non ſufficit friuola, & leuis. Seraph. *deciſ.* 532. *nu-
23 mero primo*, Ludouiſ. *deciſ.*466. *num.*7. Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.*100. *num.*10.11. & ideò cùm Epiſcopus poſ-
ſit eſſe iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, *cap. ſi quis erga* 2.
24 *quæſt.*7. hîc nulla cauſa vel colorata ſuſpicionis poteſt
allegari, alioquin ſi viſitati poſſent tanta cum facilitate
euitare viſitationes, vix vnquam poſſet tam ſalutare vi-
ſitandi remedium adhiberi, & conſummari, quòd tan-
quam abſurdum non eſt dicendum.

Non omitto dicere, quòd ad iudicem recuſandum re-
quiritur ſpeciale mandatum. Gratian.*d.c.*100.*n.*44.Farin.
25 *deciſ.*440.*n.*2.*p.*1. ideò hoc memoratum ſolummodo ve-
lim D. Procuratori Menſæ Epiſcopalis in ciuitate Bono-
niæ, cuius diligentiæ hoc remittitur videndo, an ne-
ceſſarium adſit mandatum.

Cùm igitur aliquamdiu res fuerit diſputata, Sereniſ-
ſimus Dux Mutinæ Cæſar Eſtenſis, qui ab initio videba-
tur fauere partibus Hoſpitalis, viſis viſitationibus aliàs
factis, acquieuit, quoniam à principio fuerat illi ſuppoſi-
tum nunquam Hoſpitale prædictum fuiſſe viſitatum, &
ſic Præfectus ceſſauit à petitione ſua, veniamque humi-
liter petiit à prædicto D. Epiſcopo genibus flexis, qui
eo tempore erat Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus
D.Marchio Paulus Coccapanus Epiſcopus, & deinde
continuauit in ſua poſſeſſione viſitandi.

# CAPVT LXVI.

## EPITOME.

Negans ſe poſſidere res, de quibus interrogatur in præparatione iudicij, an priuetur earum poſſeſſione, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſione priuatur, qui negat ſe poſſidere.*
2 *Pœnalis eſt diſpoſitio legis fin. de rei vindic.*
3 *Negans ſe poſſidere, non priuatur poſſeſſione niſi plenè conuincatur de mendacio.*
4 *Teſtis vnicus conſanguineus non probat tantum, vt poſſit deferri iuramentum ſuppletorium.*
5 *Poſſeſſio non probatur ex rei emptione.*
6 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
7 *Poſſidere negans non priuatur pretio rei.*
8 *Poſſeßionis priuatio contra negantem poßidere fit ſummariè, & ſine libello.*
9 *Negans poſſidere dolosè priuatur poſſeſſione, ſecùs ſi ignoranter.*
10 *Demonſtratur res ſatis per duos confines.*
11 *Poßidere negans non priuatur poſſeſſione, niſi omnes confines verificentur.*
12 *Oratio in vno falſa, in totum eſt falſa, ſi eſt vniuerſalis.*
13 *Filius eſt, ergo hæres; non eſt verum.*
14 *Dictio*, circa, *vel* circiter, *intelligitur de modico.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Ioan. Antonij Frabacchi cum perexcellente
D. Alexandro,& eius fratribus de Madiis conſului eos
fouere meliora iura, & dictum Frabacchum eſſe repel-
lendum à petitis; licèt enim ipſi negauerint ſe poſſidere
res, de quibus in præparatoriis, non tamen ille immit-
tendus eſt in poſſeſſionem earum ex infra dicendis.

Nam licèt verum ſit eum, qui negat ſe poſſidere ter-
ras, de quibus interrogatur in præparatione iudicij, ſi
conuincatur de mendacio,aduerſarium eſſe immittendum
in earum poſſeſſionem, ad textum *in l. fin. ff. de rei vin-* 1
*dic.* quia tamen diſpoſitio dictæ legis eſt pœnalis ſecun-
dùm Alex. *conſ.*35. *num.*6. *vol.*5. Grat. *conſ.*37. *num.* 11. 2
*vol.*2. Roland. *conſ.*88. *n.*15. *verſic. tertium, vol.*4. Vrſill.
*ad Afflict. deciſ.*18. *num.*2. ideò non procedit, nec habet
locum, niſi reus negans ſe poſſidere, de mendacio plenè, 3
& concludenter conuincatur, vt poſt Guid. Pap. *conſ.*3.
*num.*3. inquit Gabriel *comm.concluſ.lib.*5.*de acquir. poſſeſſ.
concl.*5. *num.*36. Grat. *d. conſ.*37. *num.* 8. hîc autem de
mendacio non conſtat. Ergo, &c.

Etenim probationes Frabacchi non ſufficiunt, quia ſi
de primo teſte loquamur, fidem non facit, quia per pa-
rentelam attinet actori, vt ipſe dicit; & ideò neque ſe-
miplenè probat, & ſi ſolus eſſet, iuramentum ſuppleto- 4
rium non admitteretur. Farin. *in prax.de teſtib.quæſt.*54.
*num.*80.81. Gabr. *concl.lib.*1. *de teſtib. concl.*1. *num.* 46.
deinde nunquam dicit, quod Madij poſſideant, vel poſ-
ſederint hanc terram, de qua controuertitur, & propte-
rea ad effectum, de quo quæritur, nihil probat. 5
DD. *in d. l. fin. de rei vind.* Gratian. *d. conſilio* 37. *nu-
mer.*17.18.

Benè verum eſt, quod teſtis dicit Madios comparaſſe
dictam terram, ſed non ſequitur: ergo poſſident, cùm
poſſit eſſe,vt tenutam illius non fuerint adepti, vel quod
poſtea bona fide eam amiſerint, & non probat hoc eſſe, 6
quod



quod ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc, D.vnde legitim.
l. neque natales, C. de probat.* non enim exemptione præ-
ſumitur poſſeſſio, ergo de mendacio non conuincuntur,
7 & eſto etiam quod eam alienaſſent, & pretium habuiſ-
ſent, adhuc non eſt locus pœnæ, de qua in dicta lege.
Iaſ. *in §. omnium, n.*95. *Inſt. de action.* Gabr. *d.concl.*5.*n.*24.

Et licèt tranſlatio poſſeſſionis, quæ fit vigore *d. l. fin.
ff. de rei vind.* fiat officio iudicis, ſummariè, ſine libello,
8 ſine litis conteſtatione, aut iuramento calumniæ, Gloſſa
*in §. illud, el* 2. *verſ. & legem, in Auth. de trien. & ſemiſſ.*
Bald. *in l. fin. col. pen. C. de execut. rei ind.* Iaſ. *in d.§.om-
nium, n.*89. & Gabriel *d. concl.*5. *n.*25. tamen requiritur
plena probatio mendacij,& doloſæ negationis;non enim
9 habet locum pœna dictæ legis,niſi negatio fuerit doloſa,
vel cum lata culpa, adeò vt ignorantia excuſet. Bald. *in
l. ea quæ, col.*1. *C. de cond. indeb.* gl. *in d. l. fin.* Aret. *in
d. §. omnium, colum.*11. Felin. *in cap. cæterùm, col. fin.*
vbi Dec. *in fin. de iud.* Rom. *conſ* 59. *in vltim.dub.* Grat.
*d. conſ.*37. *col.*1. *lib.*2. Alex. *in conſ.*35. *vol.* 5. Gabriel
*d.concl.*5.*n.*26.

Ideò ceſſare debet pœna dictæ legis,quia in interroga-
tionibus erratum eſt pro parte actoris in expreſſione
confinium, & aliis demonſtrationibus, quæ non conue-
niunt terræ,quam poſſident Madij, qui idcirco non poſ-
ſunt dici negaſſe dolosè poſſidere, quia licèt aliàs dici
10 ſoleat ſatis eſſe rem demonſtrare per duos confines, ta-
men quoad euitandam pœnam dictæ legis, & immiſſio-
nis, ſufficit erratum fuiſſe in vno confine, ſeu in vna de-
11 monſtratione: ſic pulchrè Alex. *d. conſ.*35. *n.*2.3. *vol.*5.
pleniùs Grat. *d. conſ.*37. *n.*15. 16. *vol.*2. Vrſill. *ad Afflict.
d. deciſ.*18. *num.*2 ibi: Quia fortè omnes confines non
conuenirent. Hippol. Rim. *conſilio* 382. *num.*114. 115.
*lib.*4.

Nec mirum, quia cùm interrogatio præceſſit ſuper
multis copulatiuè confinibus, & qualitatibus, & Madij
negauerint, debent intelligi negaſſe omnia copulata in
vniuerſum, non ſingula vt ſingula, & tunc cùm in
12 vnum ex illis interrogationibus ſit falſum, facit vniuer-
ſam orationem copulatiuè propoſitam eſſe falſam, adeò
vt in vniuerſum negari potuerit, *arg. l. ſi is, qui ducenta,
§. vtrum ita, verſ. his accedit, ff. de rebus dub.* Bald. *in Auth.
hodie, §. cautione, num.*4. *C. de appell.* in terminis Grat.
*d. conſil.*37.*n.*15.16. Crauet. *conſ.*809.*n.*4.

Vlteriùs non eſt probatum, quod actor filius Ioannæ
Frabacchæ ſit illius hæres, tamen agit vti talis, non
13 enim valet dicere, filius eſt: ergo hæres; quia debet pro-
bari. Menoch. *de præſ. lib.*4. *præſ.*76. *n.*17. Intrigl. *de
ſubſtit. cent.*3.*q.*26.*n.*27.

Neque dicatur circa quantitatem nihil fuiſſe dictum
quaſi certum, virtute illius dictionis, *circa*, ſeu *circiter*;
14 nam reſpondeo eam eſſe intelligendam quoad modicam
differentiam tantùm, ad textum *in l. hæc adiectio*, vbi
Alciat. *de verb. ſignif.* gl. & DD. *in cap. fin. de deſponſat.
impub.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ.*46.*n.*3. Et ita, &c.

# CAPVT LXVII.

## EPITOME.

An benedictiones populi, & agrorum ſint committendæ alienis Prælatis, vel propriis.

## SVMMARIVM.

1 *Carpenſis Collegiatæ origo.*
2 *Archipresbyteri Carpi poteſtas.*
3 *Exemptio poteſt concedi à Pontifice, ne quis ſubiiciatur alicui Epiſcopo.*
4 *Narratiua Pontificis ſatis iuſtificat in antiquis.*
5 *Ordinare poſſunt ſoli Epiſcopi.*
6 *Archipresbyter Carpi eſt ſuſpenſus à collatione ordinum.*
7 *Ordinarium aliquem eſſe quid ſignificet.*
8 *Ordinarius habet proprium territorium.*
9 *Prælatus habens iura Epiſcopalia poteſt cognoſcere cauſas criminales, & matrimoniales.*
10 *Priuilegium præſumitur vſu receptum.*
11 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio eſt manutenenda.*
12 *Archipresbyter Carpi facit Synodum.*
13 *Archiepiſcopus non poteſt benedicere populum extra diœceſim ſuam.*
14 *Benedictio populi eſt actus iuriſdictionis.*
15 *Prælatus habens iura Epiſcopalia non dicitur de Prælatis Epiſcopo inferioribus.*
16 *Capita duo cernere in eadem diœceſi monſtrum eſt.*
17 *Pontifices ſolent ſcribere etiam Prælatis Epiſcopo inferioribus.*
18 *Pontifex olim ſcripſit Archipresbytero Carpi, & Canonicis S. Martini.*
19 *Diſpenſationes matrimoniales poſſunt committi Prælatis Epiſcopo inferioribus.*
20 *Quod factum eſt ab aliis ſuperioribus, de nouo poſſe fieri dicendum eſt.*
21 *Papa non præſumitur recordari, maximè de priuilegiis.*
22 *Pontifex quando præſumatur per errorem reſcribere.*
23 *Pontifex non præſumitur velle turbare iura Prælatorum.*
24 *Oneroſa ex cauſa quæ conceduntur, poſtea non tolluntur.*
25 *Viſitat Epiſcopus vicinior Eccleſias nullius diœceſis, & quando.*
26 *Exempti à quo viſitentur.*
27 *Concilium loquens de Epiſcopis habet locum in aliis Ordinariis.*
28 *Abbates ordinare non poſſunt, & quando id verum ſit.*
29 *Epiſcopus habet fundatam intentionem in omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis.*
30 *Præpoſitus S. Nicolai Regij an ſit exemptus.*
31 *Exempti à quo puniantur.*
32 *Prælatus cum territorio non dicitur exemptus, ſed Ordinarius.*
33 *Patronus debet defendere Eccleſiam.*
34 *Patronus dicitur aduocatus, & pater Eccleſiæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn decet, & non eſſe tolerandum mihi quidem vi-
detur, vt omiſſo Carpi Archipresbytero, & Ordi-
nario nullius Diœceſis,iuraque Epiſcopalia habente,alie-
nus Prælatus ingrediatur territorium, & accedat ad eius
Eccleſiam gratiâ benedicendi populum, & eius agros,
& domos, quia hæc ſunt actus iuriſdictionis, quæ extra
propriam diœceſim nemo exercere valet ſine graui iniu-
ria, & præiudicio proprij Paſtoris. Vt autem id pleniùs,
& clariùs innoteſcat, infraſcripta notabo.

In primis igitur animaduertendum eſt, quòd precibus
Ayſtulphi Regis Longobardorum Calliſtus Pontifex
Maximus confirmando gratiam Stephani Papæ,Eccle-
ſiam Carpenſem adeo fecit liberam, vt nemini, niſi im-
mediate ſummo Pontifici ſubiiceretur,dans illi etiam am-
plam licentiam accipiendi Chriſma, & Oleum Sanctum,
& Ordinationes à quocumque Epiſcopo, diſtinctum illi
faciens territorium, quod non exiſtit intra fines alicu- 1
ius Epiſcopi, & tribuens dicto Archipresbytero facul-
tatem clericos ordinandi ad minores, & iuriſdictionem
in ſubditos, certas poſſeſſiones adiudicando Epiſco-
pis Mutinæ, & Regij, qui ius in illam Eccleſiam præ-
tendebant, vt latiùs ex Bulla de anno 1123. quarto Idus
Februarij.

Deinde inſtante Alberto Pio tunc Carpi in parte domi-
no,de anno 1512 Kal.Februarij, Iulius II. Pontifex Ma-

ximus prædictam Eccleſiam Carpenſem erexit in Colle-
giatam, & Archipresbyterum eius ornauit multis priui-
legiis, & præcipuè vtendi Mitra, Baculo Paſtorali, An-
2 nulo, & cæteris inſigniis Pontificalibus, ſicut etiam de-
ferendi Cappam, Rochetum, palas, veſtes, & alia or-
namenta Eccleſiaſtica, & Miſſas dicendi pontificales,
populumque benedicendi, confirmando etiam alia priui-
legia anteceſſorum, vt latiùs in eius bulla.

Denique inſtante eodem Alberto Leo X. confirmando
eadem omnia auxit etiam prærogatiuas & numerum Ca-
nonicorum, dans licentiam dicto Archipresbytero confe-
rendi ordines minores, & ei ſoli ſubiiciens, eiuſque cor-
rectioni res, & perſonas in territorio Carpenſi exiſten-
tes, vt latiùs ex Bulla data de anno 1515. Kal. Maij.

Quæ omnia non licet dubitare, quin fieri potuerint à
prædictis ſummis Pontificibus, per textum *in cap. Abba-*
3 *tes*, vbi DD. *de priuileg. in 6.* & res non indiget alia iu-
ſtificatione, quia ſufficit narratiua Bullæ, maximè in an-
4 tiquis, vt pulchrè fuit deciſum in vna Salamantina iu-
riſdictionis 17. Maij 1571. vt per Rot. *diuerſ. deciſ.* 171.
*per totam, part.* 1. & penes Seraph. *deciſ.* 330. *per totam,*
& *deciſ.* 449. *num.* 1. & *deciſ.* 1025. *num.* 14. 15. vbi abun-
dè. Bene verum eſt, quod hodie ſoli Epiſcopi poſſunt
5 ordinare, & cæteris ſublata eſt poteſtas per Conc. Trid.
*ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *de refor.* ideò per S.C. Card. Concilij Tri-
dentini Interpretum fuit inhibitum Reuerendiſſimo
D. Octauio Boiardi dicti loci Archipresbytero, ne mino-
6 res ordines cuiquam conferret, & poſtea prouiſum, quòd
Epiſcopus Mutinæ debeat ordinare clericos Carpenſes
donec declaretur, ad quem pertineat ordinatio, in reli-
quis firma manent dicta priuilegia, & ſunt in viridi ob-
ſeruantia, & continuè Archipresbyter pro tempore eſt
in quaſi poſſeſſione.

Ex his luce clariùs manifeſtatur dictum Archipresby-
terum fuiſſe conſtitutum Ordinarium, & Diœceſanum
Carpi, ea enim ſignant ordinariam poteſtatem, & iuriſdi-
7 ctionem quaſi Epiſcopalem, quam ipſe continuè exercet,
& talia, niſi Ordinariis, competere non poſſunt, ſicut fuit
reſolutum in vna Salamantina iuriſdictionis, 9. Maij
1580. & repetitum ab eadem Rota in altera Vrbinatenſi
iuriſdictionis, 4. Maij 1594. vt habetur apud Rot. *diuerſ.*
*deciſ.* 619. *num.* 1. *part.* 4. & *deciſ.* 798. *num.* 1. 3. 4. *part.* 4.
Sanchez *de matr. lib.* 3. *diſp.* 28. *n.* 6. Barboſ. *de off. Epiſc.*
*p.* 2. *diſp.* 36. *n.* 11. Ex huiuſmodi enim indultis dicti Ar-
chipresbyteri cœperunt habere territorium ſeparatum,
8 & propriam Diœceſim, & iura Epiſcopalia. Gemin. *in*
*cap. vt Apoſtolicæ, in* 2. *not. de priuil. in* 6. Franch. *in c.* 2.
*n.* 10. vbi etiam Anch. *de conſtit. nouiſſ. Carpenſibus in conſ.*
142. *n.* 38. & fuit deciſum *in dicta Salamantina iuriſdictio-*
*nis*, 9. *Maij* 1580. *n.* 5. & replicatum *in alia Volaterran.*
*iuriſd.* 14. *Ianu.* 1581. vt penes Rotam *diuerſ. deciſ.* 207.
*n.* 5. *verſ. quæ quidem, p.* 2. Farinac. *deciſ.* 100. *n.* 3. *poſt conſ.*
*crimin. lib.* 1. vbi etiam inquit habentem iura Epiſcopalia
9 habere etiam cognitionem cauſarum criminalium, &
matrimonialium, nec comprehendi diſpoſitione Concilij
Tridentini *ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reform.*

Et hæc priuilegia præſumuntur vſu recepta in fauo-
rem dicti Archipresbyteri, vt penes Rotam *diuerſ. deciſ.*
67. *num.* 3. 4. *p.* 4. & ipſe à tempore immemorabili citra
10 fuit ſemper in quaſi poſſeſſione huiuſmodi iuriſdictionis
cum magna libertate, vt monſtrant dicti Carpenſes *in*
*d. conſ.* 142. *num.* 12. 13. quæ quaſi poſſeſſio multùm in his
11 operatur, & ſemper tribuit ius manutentionis. Rota
*d. deciſ.* 619. *n.* 2. *verſ. his accedit*, Ludouiſ. *deciſ.* 458. *n.* 1.
His accedit, quod dictus Archipresbyter de anno 1571.
die decima Martij fecit, & congregauit Synodum Diœ-
12 ceſanam, vbi multa ſtatuit, ex rogitu D. Franciſci Zuc-
coli Notarij, quod ſatis firmat iuriſdictionem ordina-
riam, & eius quaſi poſſeſſionem, vt per Rotam *d. deciſ.*
619. *num.* 2.

His ſic firmatis certiſſimum eſt, quòd nemo ſine graui
dicti Archipresbyteri præiudicio poteſt eius Diœceſim
introire gratiâ benedicendi populum, & agros, etiamſi
eſſet Archiepiſcopus, vel Patriarcha, vt pulchrè habet 13
Steph. Gratian. *diſc. for. lib.* 3. *cap.* 467. *n.* 59. 60. quia hæc
benedictio eſt actus iuriſdictionis, & poteſtatis, vt oſten-
dit poſt Abb. & Card. idem Gratian. *dicto cap.* 467. *n.* 66. 14
67. 68. nam ſpectat ad dictum Archipresbyterum bene-
dicere populum ſolemniter in ſua Diœceſi. Seraph. *de-*
*ciſ.* 467. *n.* 5. Prælatus enim habens iuriſdictionem quaſi 15
Epiſcopalem non dicitur de Prælatis Epiſcopo inferio-
ribus. Farin. *d. deciſ.* 100. *n.* 2. & ſentit Sanchez *de matr.*
*lib.* 8. *diſp.* 27. *n.* 34.

Neque obſtat, quod Vicarius Mutinæ hæc intendat
peragere de mandato S. P. & tanquam delegatus Sedis
Apoſtolicæ, nam certum eſt, quod vti tali non licet ei re-
ſiſtere, quia Papa poteſt omnia. Verùm creditur ad ſug-
geſtionem partis ſic Pontificem mandaſſe, & gratiam eſſe
quodammodo ſubreptitiam, quia ſi Pontifex fuiſſet benè
informatus, non eſt præſumendum voluiſſe per alienum
Prælatum dari talem benedictionem, cùm monſtrum vi-
deatur in eadem Diœceſi duo capita cernere, vt inquiunt 16
dicti Carpenſes *in d. conſ.* 142. *n.* 39.

Vnde cùm Eccleſia Carpenſis ſit ſub protectione Se-
reniſſimi D. Ducis Mutinæ, cuius ipſe patronus eſt, po-
terit ipſe Sanctiſſimo rem prout eſt repræſentare, & fa-
cilè obtinebit, vt executio huius gratiæ committatur
dicto Archipresbytero, ſæpiſſime enim Pontifices ſcri-
bere conſueuerunt Prælatis minori etiam dignitate in- 17
ſignitis in re quoque graui, vt videre eſt *in cap. Eccleſia*
*S. M. de conſt. in cap. ſuper litteris, cap. edoceri, cap. ſigni-*
*ficauit, cap. ex inſinuatione, de reſcript. cap. cùm dilectus,*
*de elect. cap. quærenti,* & *cap. venerabili, de verb. ſign. cap.*
*ſua nobis, de off. Vic.* cum ſexcentis aliis, & ad rem Gre-
gorius IX. P.M. non dedignatus eſt ſcribere Archipresby- 18
tero S.M. vt videre eſt *in c. fin. de reſcript.* & in quadam
cauſa Carpenſi Paſchalis S. P. non erubuit ſcribere Ca-
nonicis S. Martini, vt in cauſa Carpenſi, *de verb. ſign.*

Et ſanè aliàs Leo Papa in re graui reſcripſit Archi-
presbytero Carpi, & ei commiſit executionem non leuis
negotij, vt videre eſt in eius Bulla, & de iure diſpenſa-
tiones à Sede Apoſtolica ſunt committendæ his Prælatis,
qui nullius ſunt Diœceſis, & iuriſdictionem quaſi Epiſ- 19
copalem habent. Garz. *tract. de benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 1.
*num.* 142. Sanchez *d. diſp.* 27. *num.* 34. & propterea ſi
Pontifex eis committit tales diſpenſationes, multò ma-
gis congruum erit, vt committat has benedictiones, &
quod factum eſt ab aliis, de nouo fieri poſſe dicendum 20
eſt, *cap. in cauſis, de ſent. & re iud.* Ceph. *conſ.* 176.
*num.* 32.

Credibile igitur eſt Paulum V. Pontif. Max. hoc munus
demandaſſe Vicario Mutinæ credendo Carpum eſſe de
illius Diœceſi, & Archipresbyterum non eſſe Ordina-
rium; cùm enim Papa magna negotiorum multitudine
prematur, non præſumitur retinere memoria, non dicam
priuilegia, & gratias à prædeceſſoribus eius conceſſas, 21
ſed neque ſupplicationes ab eo ſignatas, vt inquit pul-
chrè Rot. *diuerſ. deciſ.* 791. *num.* 13. *p.* 1. Cùm igitur hæc
competant in re ſpeciali dicto Archipresbytero vigore
priuilegiorum, & conſuetudinis, Papa non præſumitur
habere notitiam iuris huiuſmodi, ſed tantùm eius, quod
iure communi competit, vt fuit reſolutum in vna co-
ram Pamphilio, 9. Iun. 1597. & iterum in Valentina
decimarum, 1. Iul. 1598. vt penes Seraph. *deciſ.* 1293.
*num.* 4.

Et ſtante hac præſumptione, quod Pontifex non fuerit
bene informatus, credendum non eſt, quod voluerit per
hanc conceſſionem præiudicare dicto Archipresbytero,
ſed quod per errorem ita reſcripſerit, vt per Seraph. *d. de-* 22
*ciſ.* 1293. *num.* 5. etenim ipſe Summus Pontifex dicere ſo-
let: *Abſit hoc à me, vt Statuta Maiorum cum Sacerdoti-*
*bus meis in qualibet Eccleſia infringam, quia mihi iniu-* 23
*riam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo.* Ita habetur
*in cap. quod verò* 25. *quæſt.* 2. Grilinz. *d. conſ.* 142. *num.* 23.





& tantò magis, quia iuriſdictio prædicta fuit ex contra-
ctu, & cauſa oneroſa dicto Archipresbytero attributa,
vt ex prædicta Calliſti Bulla, vnde non eſt credendum,
quod P.M. in illius præiudicium voluerit quidquam con-
cedere, vt per Seraph. *deciſ.* 1081. *num.* 3. & *d. deciſ.* 1293.
*num.* 2. 3. quod tamen eueniret, ſi alienus Prælatus intra-
24 ret eius Diœceſim gratiâ benedicendi populum, & exer-
cendi actus iuriſdictionis: ex defectu igitur intentionis
corruit hæc conceſſio, vt per Seraph. *d. deciſ.* 1081. *n.* 10.
& veriſimile redditur Pontificem eſſe hoc commiſſurum
dicto Archipresbytero, ſi bene informetur.

Non obſtat, quòd ſicut Epiſcopus vicinior poteſt vi-
ſitare hanc Eccleſiam, licet ſit nullius diœceſis vigore
25 Concilij Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de reform.* ita eſſe con-
ueniens quod eam, & populum eius benedicat, quia
reſpondetur illud decretum de viſitatione procedere in
exemptis, qui tamen carent iuriſdictione, non autem in
26 illis, qui habent territorium ſeparatum ab Epiſcopo,
& iuriſdictionem in actu exercent, ad textum *in d. cap.*
*Abbates, de priuileg. in ſexto.* Gem. *in d. cap. vt Apoſtolicæ,*
*in* 2. *not.* pulchrè Grilinz. *conſ.* 142. *num.* 38. & ita ſæpè
fuit deciſum, teſte Rota *diuerſ. deciſ.* 798. *in fin. part.* 4.
27 vbi inquit etiam decreta Concilij de Epiſcopis loquen-
tia in materia iuriſdictionis habere locum etiam in
aliis ordinariis: idem ſentit Flor. *var. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 24.

Non obſtat Concilium Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *de reform.*
vbi Abbatibus & aliis auferuntur facultates ordinandi
etiam ad minores, quia illud non procedit in Prælato,
28 qui intra fines nullius Epiſcopatus exiſtit, & territorium
ſeparatum, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet,
vt iſte Archipresbyter: ita latè, & pulchrè Grilinz.
*d. conſ.* 142. *num.* 47. fuſiùs Gratian. *diſcept. for. lib.* 2.
*cap.* 212. *per totum*, Seraph. *deciſ.* 467. *num.* 8. 9. & multò
minùs procedit in exemptis ſimilibus, & ex cauſa one-
roſa. Grilinz. *d. conſ.* 142. *num.* 18. 19. & ſi dixi ſuperius
hunc Archipresbyterum non poſſe ordines conferre,
hoc intelligas, vt non poſſit alienis, poſſit tamen ſuis
ſubditis. Grilinz. *d. conſ.* 141. *num.* 50. 51. Seraph. *de-*
*ciſ.* 985. *num.* 1. *verſic. tamen Concilium*, niſi obſtaret in-
hibitio.

Benè verum eſt, quòd Epiſcopus in ſua Diœceſi fun-
datam habet intentionem in omnes Eccleſias, & dicenti
29 ſe exemptum incumbit onus probandi, *cap. omnes Baſi-*
*licæ* 16. *quæſt.* 7. *capit. de xenodochiis, de relig. dom.* Gri-
linz. *dict. conſ.* 142. *num.* 42. & propterea ego, dum Re-
gij Vicarius eram, excommunicaui Præpoſitum S. Ni-
colai, eo quòd Monitoriis contra non reuelantes non
obediuerat, dicebatque ſe exemptum ab Epiſcopi iu-
riſdictione, & tamen exemptionem non probauit, &
30 dato etiam quod probaſſet, quia tamen allegabat anti-
qua priuilegia Apoſtolica, aliud non lucratus fuiſſet,
niſi quòd ſi ea probaſſet eſſe in viridi obſeruantia, Or-
dinarius teneretur procedere tanquam delegatus Sedis
Apoſtolicæ, quoniam omnes exemptiones ſublatæ ſunt
adeo, vt Epiſcopi poſſint punire, viſitare, & corrigere
quoſcumque exemptos extra Monaſterium degentes,
31 non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. Conc. Trid.
*ſeſſ.* 6. *cap.* 3. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de form.* tamen hoc non
procedit in dicto Archipresbytero, quia nullus Epiſco-
pus poteſt dici eius Ordinarius, cùm non ſit intra fines
Diœceſis alicuius, ſed proprium habeat territorium, &
iuriſdictionem exerceat quaſi Epiſcopalem, propter
32 quod non conueniunt contra eum verba dicti Concilij:
ipſe enim non dicitur exemptus, ſed ordinarius. Grilinz.
*dict. conſ.* 142. *num.* 38. 47. Flor. *dict. quæſt.* 24. *num.* 24.
Gratian. *d. cap.* 212. Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 798. *in fin.* Seraph.
*d. deciſ.* 985. *n.* 1.

Hinc facilè crediderim, quod Sereniſſimus D. Dux hu-
ius Eccleſiæ patronus amantiſſimus, & zelantiſſimus, ad
33 quem ſpectat defendere Eccleſiam patronatam, Paul. de
Cittadin. *tract. de iurepatr. p.* 6. *artic.* 5. *n.* 1. Cæſ. Lambert.
*eod. tract. libr.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1. *princ. art.* 3. *num.* 3. Grilinz.



*conſ.* 151. *num.* 28. rogabit Pontificem, vt velit hunc cor-
rigere errorem, ſeu nouam concedere gratiam; cuius
executor ſit dictus Archipresbyter, id enim facturum
ſpero pro ſua benignitate; ideò enim dicitur patronus, 34
quia pater eſt, & aduocatus patronatæ Eccleſiæ. Roch.
de Curt. *eod. tract. cap.* 1. *num.* 5. Paul. de Cittad. *eod.*
*tract. p.* 2. *num.* 4. Lambert. *d. loco, art.* 2. *num.* 8. 9. & *art.* 3.
*num.* 3. 15. 16. Hæc ſcripſi iubente Illuſtriſſimo, & Reue-
rendiſſimo D. Marchione Paulo Coccapanio tunc Carpi
Archipresbytero, nunc verò digniſſimo Regij Epiſcopo,
& Principe, ac Domino meo colendiſſimo. Ita igitur ſen-
tio, ſaluo, &c.

---

# CAPVT LXVIII.

## EPITOME.

Reductio ad arbitrium boni viri an detur, non obſtante ſtatuto eam prohibente, ſi doceatur de læſione enormiſſima.

## SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri interponitur ab arbitrio ad Iudicem ordinarium.*
2 *Laudo ſi detur appellatio, recurritur ad ſuperiorem laudantis.*
3 *Laudum de iure admittit reductionem.*
4 *Læſio enormiſſima efficit, vt à laudo detur reductio.*
5 *Læſus enormiſſimè quando quis dicatur.*
6 *Læſio probatur ſummariè.*
7 *Laudi iniquitas quando probanda.*
8 *Statutum debet ſeruari.*
9 *Reductio à laudo ſemper datur propter læſionem enormiſſimam.*
10 *Reductio non poteſt vllâ cautelâ effugi ob læſionem.*
11 *Arbitrium boni viri ſemper datur ſtante læſione.*
12 *Stylus inueteratus eſt ſequendus.*
13 *Practica optima legum interpres.*
14 *Statuti nullitatem, vel inobſeruantiam an liceat allegare.*
15 *Verbum*, auſerit, *importat dolum.*
16 *Dolus ceſſat in faciente ſolitum.*
17 *Stylus qualis poſſit contra ſtatutum allegari.*
18 *Reductio ad arbitrium boni viri nunquam cenſetur ſublata ſtante læſione enormiſſima.*
19 *Statutum non cenſetur fouere iniquitatem.*
20 *Statutum ita intelligitur, vt à ſapientibus non poſſit redargui.*
21 *Arbitrator præſumitur doloſus ob læſionem.*
22 *Dolus tolli non poteſt, ne detur occaſio delinquendi.*
23 *Statutum interpretandum, ne comprehendat caſum illicitum.*
24 *Qualitas ſtatuti eſt probanda à fundante ſe in ea.*
25 *Reductio non intelligitur ſtatuto prohibita quoad effectum deuolutiuum.*
27 *Reductio in dubio eſt concedenda.*
27 *Forenſis an poſſit alienare in forenſem, non obſtante ſtatuto.*
28 *Alienatio ſtabilium prohibita à ſtatuto an comprehendat forenſem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa bonorum mihi nunc proponitur ſcribendum, an reductio per D. Propertium, & conſortes de Pontiis deuoluatur coram D. Prætore Carpi, quem ſolum huius cauſæ iudicem competentem exiſtimo, quia ab arbitris reductio petenda eſt ad Ordinarium, & ſic ad Prætorem,

1 *cap. expoſita, de arbitr.* Alex. *conſ.*131.*n.*1.*vol.*2. Theſaur. *deciſ.*14. *n.*5.8. vbi tamen limitat multis modis. Surd. *conſ.*106.*n.*27. vbi tamen dicit aliud eſſe, ſi à laudo appel-
2 latur, quia tunc ſuperior arbitri adeundus eſt.

Quin autem talis reductio ad arbitrium boni viri deuoluat, nihil eſt impedimento, & procedendum eſſe ad
3 vlteriora puto, certa enim eſt regula, quod à laudo arbitrorum conceditur talis reductio non ſolùm de iure, ſed etiam ex Statuto Carpi, *lib.*2. *rubr.*16. & maximè ſtante enormi, vel enormiſſima læſione, quæ hic non deficit,
4 ea enim ſemper facit locum dictæ reductioni, ad textum *in l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, vbi Bart. & DD. *ff. pro ſoc. l. ſi libertas, la* 2. *ff. de oper. libert. cap. Quintauallis*, vbi Abb. Butr. & alij, *de iureiur.* Alex. *conſ.*106. *n.*20. *verſ. ſed prædictis, lib.*3. Dec. *conſ.*60.*n.*4.

Neque dubium eſt, quin hîc adſit enormiſſima læſio, cùm nihil ex iis, quæ petita ſunt, arbiter conceſſerit Pontiis, vnde licet vltra dimidiam quis dicatur enor-
5 miſſimè læſus, Bart. *in dict.* §. *arbitrorum*, *num.*25. tamen multò magis id verificatur, quando in tota ſumma quis dicitur læſus: ſic poſt Ruin. *conſ.* 11. *in fin. volum.* 4. Gabr. *concl. lib.*2. *de arbitr. concl.*3. *num.*45. & licèt ad oſtendendam huiuſmodi læſionem pro nunc ſufficiat allegare nos tota re petita fuiſſe priuatos, ſummatim enim
6 tantum, & primâ, vt aiunt, figurâ ſat eſt docere de iniquitate laudi, Alex. *conſ.*139. *num.*8. *lib.* 7. pulchrè Laderch. *conſ.*98. *num.*10. *ad fin.* tamen tam ex petitis per Pontios, quàm ex laudo apertè colligitur enormiſſima læſio, quam idcirco non eſt neceſſe aliter probare. Borell. *tract. de compromiſſ.* §.8.*gl.*1.*num.*2. & ex iis, quæ
7 aliàs exaraui, dilucidè conſtat de iniquitate laudi, ſed vt dixi, pro nunc ſufficit oſtendere, quod à toto priuati ſumus, vbi enim os nobis apertum fuerit, hæc veritas latiùs deducetur, vt inquit Laderch. *conſ.*79. *num.*9. *verſ. quare.*

Nec prædictis obſtat Statutum Carpi *lib.* 2. *rubr.* 31. *verſ. quorum*, vbi videtur prohibere reductionem, & quodlibet aliud remedium, etiamſi extaret enormiſſima
8 læſio, quod eſt ſeruandum, *l. omnes populi*, vbi Bart. & DD. *ff. de iuſt. & iur.* & cùm habeamus caſum ſtatuti, nihil vlteriùs eſt quærendum, *l. ancillæ, C. de furt.*

Nam multis modis reſpondeo, & primò quod ſtante tam enormiſſima læſione à tota ſumma, qualis eſt in caſu noſtro, locus eſt reductioni, quæ à laudo ſic enormiſſimè lædente ſemper datur, & nullâ cautelâ effugi poteſt,
9 quidquid à Statuto quibuſcumque verbis prohibeatur. DD. *in d. l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *ff. pro ſoc.* Bald. *in l. cum antea, columm.*3. *verſic. ſed quid ſi per ſtatutum*, *C. de arbitr.* Fulgoſ. *conſil.*234. *quoniam in ſingulis*, Anch. *conſ.* 208. *col. fin. verſic. reſtat.* Abb. *conſ.*24. *in* 2. *dubio, lib.*1. de communi in dicto ſtatuto Dec. *conſ.*11. *num.*6. *verſic. & in ſtatuto*, & *conſ.*39.*n.*6. *verſic. & ſicut* Caball. fusè *in additione prima ad Ant. Butr. conſ.*24. qui reſpondet omnibus. Cæpol. *conſ. ciu.* 34. *in fin. verſ. ſed certè.* Ferr. *cautel.*8. Soc. Iun. *conſ.*48. *num.*51. *vol.*1. vbi dicit ſic cenſuiſſe Collegium Patauinum non obſtante ſimili ſtatuto. Curt. Iun. *conſ.*80. *col. fin.* & *in l. ſi ex falſis*, *num.*12. *C.*
10 *de tranſact.* vbi inquit, quòd potiùs aſtra de cælo caderent quàm vt daretur cautela ad tollendam reductionem propter enormiſſimam læſionem. Gratian. *conſ.*30. *colum.* 1. *lib. primo*, & *conſ.*118. *col. pen. lib.*2. Iaſ. *in l. quidam, col.*8. *de verb. oblig.* Gabr. *de arb. concl.*3. *num.*7.8.9.10.11.
11 Menoch. *de arb. iud. caſ.*73. *n.*1. vbi expreſsè dicit, quod iſtud nullâ cautelâ effugi poteſt: latè Borell. *de compromiſſ.* §.8. *gloſ.*1. *num.*7.8. Crauet. *conſ.*33. *num.*28. Menoch. *conſ.*1. *num.* 348. in terminis Rim. Iun. *conſ.*106. *ferè per totum.*

Et ita ſemper practicatum eſt, & practicatur in hac terra, quòd ſtante enormiſſima læſione detur reductio ad arbitrium boni viri ſine alio ſcrupulo, & ita obtentum fuit in cauſa magni momenti inter Colonellum Hieronymum Coccapanium, & Cæſarem eius patruum ſuper hæreditate admodum R. D. Herculis Coccapanij ſuper Saudo Epiſcopi Selingardi, & ex hoc capite Doctor Ludouicus Puteolius nomine ſuæ vxoris obtinuit contra D. Troilum Aldrouandum reductionem à laudo dato propter DD. Doctores Petrum Coccapanium, & Antonium Ferrarium, vt notum eſt, de quo etiam in cubiculo poteſt ſe D. Prætor vti de notorio informare. Peregr. *conſ.*63. *num.* 19. *lib. primò*, à practica autem
antiqua, & ſtylo inueterato non eſt recedendum, *cap.* 12
*quàm graui*, *de crim. falſ.* Dec. *d. conſ.*11. *num.*6. Alex. *conſ.*49. *num.*11. *lib.*6. Menoch. *conſ.*100. *num.*74. Peregr.
*conſ.*73. *n.*17. *lib.*1. quia huiuſmodi practica eſt optima 13
legum interpres, *l. ſi de interpretatione*, vbi Bart. *ff. de legib. c. cùm dilectus, de conſuet.* Ceph. *conſil.*323.*n.*66.

Neque mihi dicatur non licere cuiquam allegare inualiditatem, vel inobſeruantiam ſtatutorum vigore Statuti
Ferr. *lib.*1. *rubr.*2. Nam illud loquitur de eo, qui auſu 14
temerario id opponeret, vt in eius verbis, quæ dolum
in allegante ſupponunt, ſecundùm Card. *in Clem.*1.*q.*39. 15
*de priuileg.* Ceph. *conſ.*167. *num.*12. Crau. *conſil.*6.*n.*118. Bertaz. *conſ.*132. *n.*8. quod eſſe non poteſt in eo, qui ductus auctoritate tantorum patrum, de quibus ſuprà, ſic aſſerat, & ſtylo antiquo nitatur; ceſſat enim omnis
ſiniſtra ſuſpicio in faciente quod fieri ſolitum eſt. Bart. 16
*in l. ſi pignore*, §. *fin. num.*1. *ff. de pign. act.* Marſil. *conſ.*90. *num* 12 & *conſ.*100. *num.*13. Deinde illud ſtatutum non reiicit congruam, & rationabilem ſapientum interpretationem, & propterea intelligitur potius de ſtylo de-
rogatiuo, quàm declaratiuo, qualis eſt iſte: ſic Peregr. 17
*conſ.*51. *num.*14. *ad fin. lib.*1. quod valde rationi conſonum eſt. Præterea tale ſtatutum Ferrariæ non debet trahi ad obſeruantiam ſtatutorum Carpi, quos Ferrarienſes non viderunt; licet enim deficientibus noſtris ſtatutis ad ea ſit recurrendum, tamen aliud eſt dicere, quod in defectum noſtrorum illa ſeruentur; aliud quod noſtris robur aliquod tribuant: ita Peregr. *conſ.*63.*n.*15. *lib.*1.

Stante igitur tam enormiſſima læſione à tota ſumma, de qua ſupra, non reſtat dubium, quin procedendum ſit ad vlteriora in reductione, hoc enim caſu nunquam
intelligitur, quod Statutum eam ſuſtulerit, etiamſi lau- 18
do executionem concedat, vt inquit Roman. *d. conſ.*90. *col. fin. verſ. nec præmiſſis*, quem ſequitur Gabriel *d. concl.*3.
*num.*10. quia non eſt veriſimile ſtatutum voluiſſe fouere 19
tam magnam iniquitatem. Soc. Iun. *d. conſ.*48. *num.* 51.
*vol.*1. aliàs ſtatutum poſſet cum ratione à ſapientibus re- 20
dargui, quod non eſt admittendum, *l. Saluius Ariſto*, *ff. de leg. præſt.*

Nec mirandum eſt, quin propter tam enormiſſimam læſionem in arbitratore præſumatur dolus ex propoſito,
qui ſufficit ad deſtruendam vniuerſam fabricam. Barr. 21
*in l. fin. ff. de præt. ſtipul.* & *in d.* §. *arbitrorum*, *n.*24. *verſ. ſed poteſt*, Butr. *in d. cap. Quintauallis*, *num.*46. & ibi Abb. *num.*32. *de iureiur.* Ruin. *conſ.*11. *num.*16. *lib.* 4. Anch. *d. conſ.*208. *col. pen.* de magis communi Gabriel *d. concl.*3. *num.*49. *verſ. declara*, Crauet. *conſ.*192. *num.* 10. Dec. *d. conſ.*39. *num.*6. *verſ. & in ſtatuto*, vbi dicit etiam,
quod ſtatutum non videtur voluiſſe per huiuſmodi ver- 22
ba firmare laudum, cui eſſet dolus verus, aut præſumptus; dolus enim tolli non poteſt, ne detur occaſio delinquendi, *l. ſi vnus*, §. *illud*, vbi DD. *ff. de pact.* Alex. *conſ.*139. *num.*4.5. *lib.*7.

Et cùm hoc Statutum ſit exorbitans à iure communi, Carpan. *ad ſtatut. Med. cap.*115. *num.*1. *& ſeqq. part.* 1. debet interpretari, vt minùs lædat ius commune, quàm fieri poſſit. Alex. *d. conſ.* 139. *num.* 5. *lib.* 7. & ſic intelligendum erit de læſione in ſexta parte, ſecundùm mitiorem opinionem, de qua Bart. *in d.* §. *arbitrorum*, *num.* 24. non de hac enormiſſima à toto ſpoliante, quæ dolum arguit; ſemper enim ſtatutum
generaliter loquens debet intelligi, vt non compre- 23
hendat caſum illicitum, vel ea, quæ ſtatuentes non potuiſſent



potuiſſent ſtatuere, vt hîc euenit, ſicut dictum eſt: ita videndus Alex. *d. conſ.*139.*n.*5. *in fin. lib.*7.

Secundò igitur reſpondeo non eſſe locum prædicto ſtatuto, quod loquitur de coniunctis vſque ad quartum gradum incluſiuè ſecundùm ius ciuile, quales eſſe dictos Pontios non probatur, & ſi aduerſarij aliter ſentiunt, ipſi hoc docere debent, etenim qui ſe fundat in ſtatuto, antequam illius beneficio fruatur, probare debet concurrere, & verificari omnes ſtatuti qualitates. Ioan. And. *in*
24 *cap. fin.* vbi DD. *de homicid. in* 6. Iaſ. *conſ.*64. *In ſecundo*, Laderch. *conſ.*74. *num.*2. Ergo, &c.

Tertiò reſpondeo, quod aduerſarij ſunt forenſes, oriundi de Rolo, vt conſtat, & eſſe Carpi ciues nunquam probarunt, vt neceſſarium erat, teſte Laderch. *d. conſ.*74. *num.*2. ſed forenſes in deciſoriis non gaudent beneficiis ſtatutorum noſtrorum: peti autem an poſſit reductio ad arbitrium boni viri, reſpicit deciſoria, ſicut vtrumque terminat Statutum Ferr. *lib.*1. *rubr.*7. Ergo, &c.

Quartò antequam aduerſarij fruantur beneficio huius ſtatuti, oportet eos docere compromiſſum fuiſſe factum ad formam ſtatuti, & ſe ſubieciſſe illius diſpoſitioni, quod hîc non video factum, variæ enim ſunt compromiſſorum formæ, nec ſemper fiunt ad formam ſtatuti, vnde licita efficitur petita reductio. Fulgoſ. *conſ.*79. *num.*7.

Quintò, & meliùs fortè reſpondeo, quatenus locus eſſet dicto ſtatuto, quòd illud non impedit vnquam reductionem ad arbitrium boni viri, niſi quoad effectum ſuſpenſiuum; ſtuduerunt enim ſtatuentes, vt laudum executioni mandaretur; verùm quoad effectum deuolutiuum nunquam intelligitur prohibere talem reductionem, maximè vbi eſt talis læſio, ita declarat, & intelli-
25 git Gratian. *conſ.*34. *col.*1. *lib.*1. quem ſequitur Gabriel. *d. concl.* 3. *num.*8. quod abundè nobis ſufficit; cùm enim aduerſarij in poſſeſſione illius, quod petitur, iam diu exiſtant, non curamus de effectu ſuſpenſiuo: concedatur igitur nobis deuolutiuus, vt ad vlteriora procedere valeamus; nam etiam in dubio concedenda eſt reductio
26 ad arbitrium boni viri, teſte Alex. *d. conſ.*139. *numer.*7. *lib.*7.

Et ſanè licèt hîc non oporteat diſcutere de meritis negotij, vbi quæritur, an ſtante ſtatuto prohibente alienationem bonorum ſtabilium in forenſem, liceat forenſi ea fortè poſſidenti in forenſem alienare, ſuper quo puncto non eſt concors DD. ſententia, alij enim putaue-
27 runt non licere, quia prohibitio eſt realis, Boſſ. *in prax. tit. de pœnis*, *n.*43. *verſ. tamen puto*, & *verſ. ſed quid.* Ceph. *conſ.*309. *num.*53.54. Peregr. *conſ.*90. *num.* 3. *lib.*1. Surd. *conſ.*91. *num.*9. Honded. *conſ.*11. *num.*26. *lib.*2. Rot. Rom. *deciſ.* 604. *num.*8. Put. *deciſ.*29. *part.*1. tamen ego contrarium verius eſſe puto, & receptius, quia quando bona tranſeunt de forenſe ad forenſem, nulla fit Statuto, & Reipublicæ iniuria, & ceſſat ratio ſtatuti, ne bona tranſeant ad extraneos, cùm iam tranſierint; & ideò dictum ſtatutum non procedere in forenſe probant Bart.
28 *in l. multùm*, *verſ. vnde ſi ſtatutum*, ibi: *Sed ipſe poterit*, *ff. de verb. oblig.* pulchrè Rip. *conſ.*81. *num.*11. *lib.*1. Eugen. *conſ.*9. *num.*39. Ceph. *conſ.*13. *num.*50. *ad fin.* & *conſ.*161. *num.*10.11. Burſat. *conſ.*8. *num.*27. *lib.*1. Rim. Iun. *conſ.*15. *num.*67. & *conſ.*501. *num.*57. Surd. *conſ.*48. *num.*27. *lib.*1. Hond. *conſ.*13. *num.*10. *lib.*2. Laderch. *conſ.*64. *num.*4. & *conſ.*74. *num.*9. *verſ. quia.* Peregr. *conſ.*20. *num.*5. & *conſ.*22. *num.*17. *lib.*3. ex quibus apparet hanc opinionem eſſe magis communem, quàm alteram, & rationi naturali valdè congruit; cùm enim res illa ſtabilis poſſideatur pacificè per forenſem, quid poteſt præſtare impedimentum, ne alius forenſis eam poſſideat? & ſic obtinui dandam eſſe reductionem ad arbitrium boni viri.

# CAPVT LXIX.

## EPITOME.

An liceat beneficio vacanti nouum onus imponere, vel patrono ſeipſum præſentare aliquo modo.

## SVMMARIVM.

1 *Beneficio vacanti poteſt onus pium imponi.*
2 *Beneficia ſunt liberè, & purè conferenda.*
3 *Epiſcopus beneficiis noua onera non poteſt imponere.*
4 *Patronus poſt fundationem non poteſt nouas conditiones beneficiis imponere.*
5 *Onera beneficiis quando poſſint imponi.*
6 *beneficium ſemel oneratum ſemper tale remanet.*
7 *Beneficij onus, & conditio an poſſit tolli, & transferri.*
8 *Patronus non poteſt ſeipſum præſentare, & quare.*
9 *Patronus poteſt à compatronis præſentari.*
10 *Patronus præſentatus auget numerum præſentantium.*
11 *Patronus an poſſit præſentari ab eius procuratore.*
12 *Præſentari non poteſt patronus à ſuo procuratore.*
13 *Fundator poteſt ſeipſum præſentare.*
14 *Patronus in fundatione poteſt apponere conditiones iuri contrarias.*
15 *Fundator quis dicatur.*
16 *Patrono Epiſcopus poteſt conferre beneficium.*
17 *Epiſcopus non tenetur dare beneficium patrono.*
18 *Patronus poteſt præſentari ab eo, cui ipſe donauit iuſpatronatus.*
19 *Donator poteſt præſentari à donatario.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MOrtuo R. D. Blaſio Conterino Canonico Carpi R. D. Gaſpar Puteolius procurabat pium onus ſcholæ, & docendi clericos, quod eius Canonicatui annexum erat, transferri ad vacantem, propter infirmitates, quas Phyſici dicebant ei prouenire ex vita otioſa, quam in ſcholis dictus D Puteolius ducebat, & ideò à me quæſitum fuit; an id fieri poſſet cum conſenſu Sereniſſimi Patroni, & loci Ordinarij; & dixi vtique id licere, quoniam certum eſt poſſe Ordinarium cum Patroni conſenſu vacanti beneficio imponere onus pium Eccleſiæ fauorabile, vt hîc, & nemini præiudiciale: ita pro-
bat textus *in cap. ſignificatum, de præbend.* Roch. de Curt. 1
*tract. de iurepatr. verb. Pro eo quod*, *quæſt.*13. *num.*29. *verſ. ego in hoc.* Lambert. *eod. tract. art.*1. *quæſt.*9. *princ. numer.*3. *part.*2. & *quæſt.*4. *princ. art.*4 *in fin. part.*2. *lib.*1. pulchrè nouiſſimus Carpenſis *in conſ.*51. *num.*6.7. *& ſeq.* & *conſ.*151. *num* 18. In quo caueas, ne erres putans Lambertinum diſcordare à Rocho, quem prima facie videtur ille reprobare, non enim ita eſt quoad præſentem inſpectionem, ſolùm dicit diſtinctionẽ Rochi eſſe extra rem, quia conditio fauorabilis non cadit ſub diſtinctione de conditionibus contra ius commune, ſed Lambertinus concluſionem ipſam nunquam damnat: latè idem ſentit Monet. *de comm. vlt. vol. cap.*11 *n.*345.

Benè verum eſt, quod regulariter beneficia ſunt liberè, & purè conferenda, ſed non procedit in rationabili onere, & Eccleſiæ vtili, & quando vacanti imponitur, vbi enim eſt facta collatio, non poteſt Epiſcopus noua
onera imponere, nec mutare formam officij, vt cenſuit 2
S.C. his verbis: *Epiſcopus non poteſt Dignitatibus perſonalibus, & officiis certam officij, & ſeruitij formam ſtatuere præter ſolitam pro lucranda tertia parte præbendæ*

*benda in diſtributiones conuerſa.* Sic Nicol. Garz. *tract. de benef.part.* 3. *cap.* 2. *num.* 490.

Non obſtat, quòd patronus poſt fundationem nequeat
beneficiis liberis nouas conditiones apponere, ex Franc.
4 Martin. *deciſ.* 473. *num.* 6. *part.* 1. quia hic patronus non
onerat, ſed conſentit Ordinario oneranti, & illud procedit
in conditionibus ſuſpenſiuis, & Eccleſiæ præiudiciali-
5 bus, & cōtra ius commune, ſecus eſt in cæteris. Lambert.
*de iurepatr. d. quæſt.* 9. *princ. num.* 90. *verſ. reſtringe ſecundò,*
*part.* 1. & quando onus imponitur beneficio vacanti, non
beneficiato. Monet. *d. c.* 11. *n.* 345.

Non obſtat, quòd onus prædictum ſit iam annexum
alteri Canonicatui, & ideò illud remanere ſemper effe-
6 ctu. Rota *deciſ.* 409. *de prabend. in antiquis,* adeò vt tale
onus tolli non poſſit, quia reſpondemus hîc non tractari
de tollendo generaliter docendi onere, ſed de illo trans-
ferendo ab vno Canonicatu ad alium, quo caſu nullum
extat Eccleſiæ præiudicium, & certum eſt huiuſmodi
conditiones poſſe patrono conſentiente tolli, transferri,
& communicari. Roch. de Curt. *d. tract. d. verb. pro eo,*
7 *num.* 32. qui videatur. Verùm in hoc caſu viſum fuit ſe-
curius, quod dictus Puteolius renunciaret ſuum Canoni-
catum oneratum docendi onere, prout fecit, & tunc ei
collatus eſt Canonicatus liber, ſic enim ipſe non amiſit
niſi ius antianitatis inter Canonicos, & res habuit effe-
ctum ſine ſcrupulo.

Sed poſtquam de iurepatronatu hîc mentio facta eſt,
placet de altero, de quo pluries requiſitus ſum, & plu-
ries euenit, quærere, an ſcilicet patronus clericus valeat
ſeipſum præſentare ad beneficium vacans, & an detur
cautela, ob quam voti ſui compos fieri poſſit: & ſanè
certum eſt, ipſum non poſſe ſeipſum præſentare, quia am-
bitioſus videretur, & debet eſſe diſtinctio inter præſen-
tatum, & præſentantem, ad textum *in cap. per veſtras,*
8 *de iurepatr. cap. conſuluit,* vbi Abb. Ioan. And. & Anch. *eod.*
*l. ita coram, §. ſi decuriones, ff. quod cum eo.* Abb. *conſ.* 25. *n.* 2.
*vol.* 2. Lambert. *de iur. patr. lib.* 2 *part.* 1. *quæſt.* 8. *princ. art.* 6.
*num.* 1. Ricc. *reſol.* 179. *num.* 1. Verall. *deciſ.* 400. *num.* 2.
*part.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 185. *num.* 1. *part.* 2. Tuſch. *littera P,*
*concl.* 138. *num.* 1. Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 72. *n.* 85.

Benè verum eſt, quòd ſi alij ſint compatroni, poteſt
eorum electioni, & præſentationi de ipſo factæ conſenti-
re, & votum eius augebit numerum, adeò vt ſi duo æqua-
9 liter ſint præſentati, quorum alter ſit compatronus, eis
conſentiendo dicetur ipſe præſentatus à maiori parte,
dummodo ipſe non præſentet ſeipſum, ſed tantum con-
10 ſentiat præſentationi de ſe factæ. Ioan. And. Bald. Card.
Abb. & alij *in c. cum in iure, de elect.* Lambert. *in d. quæſt.* 8.
*princ. art.* 7. *per totum,* & *art.* 8. *num.* 4. Ricc. *d. reſol.* 179.
*num.* 3. Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 185. *num.* 5. Tuſch. *littera P, con-*
*cluſ.* 38. *n.* 6. Barboſ. *d. alleg.* 72. *n.* 91.

Sed hoc non ſoluit dubium, quia nos quærimus quid
agendum ſit quando vnicus eſt patronus, qui ſeipſum
11 præſentare deſiderat: & certè in hoc Ricc. *d. reſol.* 179.
*num.* 4. rem claram facit, dicit enim quòd hodie in praxi
ſeruatur, vt patronus conſtituat procuratorem cum po-
teſtate præſentandi non nominando perſonam, quia ta-
lis procurator virtute dicti mandati poterit mandantem
præſentare, & multos pro hac ſententia allegat, & teſta-
tur ita fuiſſe in Rota deciſum. Et ſanè ſi hæc vera eſſent,
facilis eſſet cautela ad euitandam diſpoſitionem *d. cap.*
*per veſtras, de iurepatr.* Verùm Doctores, & auctoritates
allegatæ non dicunt id, ad quod per Riccium allegan-
tur, immò contrarium, & ideò verius eſt, & receptius,
non poſſe patronum præſentari à ſuo procuratore quo-
modocumque conſtituto, quia actus mandanti attribui-
12 tur, non exequenti. Card. *in cap. ex inſinuatione, in fin. de*
*iurepatr.* latè Lambert. *d. quæſt.* 8. *princ. art.* 9. *num.* 1. 2. 5.
Verall. *d. deciſ.* 400. *num.* 1. Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 185. *n.* 1. 4.
Tuſch. *d. concluſ.* 138. *n.* 2. perbellè Barboſ. *de off. Epiſc.*
*part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 87. 88. qui etiam dicit, quòd ſubſti-
tutus ab eodem procuratore non poterit patronum, aut
ſubſtituentem præſentare, adeò vt in hoc Riccius valde
allucinatus ſit, & iſta non eſt bona cautela.

Hinc ſecundò aliqui dicebant hoc non procedere in
primo fundatore, qui poteſt ſeipſum præſentare, ex Fa-
rin. *deciſ.* 530. *part.* 1. quod vtique verum puto, quia 13
fundator poteſt in erectione beneficij apponere pacta, &
conditiones, quas vult, etiam iuri communi contrarias,
accedente Ordinarij conſenſu, *cap. præterea, il ſecundo, de*
*iurepatr. cap. quantò, de cenſ.* Imol. *in cap. conſtitutus, n.* 22.
*de conſuet.* Lambert. *d. tract. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 1. *n.* 49.
Farin. *d. deciſ.* 530. *num.* 2. Prax. Archiep. Neap. *cap.* 102. 14
*num.* 6. vbi tamen id limitat, & declarat multis modis, &
ſanè prædicta de fundatore procedunt in eo, qui ipſe do-
tauit, verùm ſi fortè teſtator mandaret erigi vnum be-
neficium per hæredem ſuum, vtique hæres in erectione
non poſſet ſe ipſum nominare, & de hoc paciſci, quia
ipſe non eſt fundator, ſed executor; fundans enim dici-
tur ille, qui de ſuis bonis dotat. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. 15
*alleg.* 70. *num.* 2. 3.

At quid dicendum, ſi patronus non ſit fundator, ſed
vnus ex ſucceſſoribus, & ſolus ſit? poteritne ſeipſum
præſentare? vtique non, & in hoc nulla datur bona
cautela. Benè verum eſt, quòd res non caret remedio, ete-
nim poterit Prælatus, ad quem ſpectat inſtitutio, motu
proprio vocare clericum patronum, & ei conferre bene-
ficium vacans, & tenebit collatio, quia patronus acce-
ptando eam videtur illi conſentire, immò talis patro-
nus poterit rogare Epiſcopum, vel collatorem, vt ſibi
illud beneficium conferat, dummodo non ſit curatum, &
ipſe ſit indigens, & Epiſcopus poterit ei prouidere de 16
beneficio: ſic pulchrè Abb. *in d. cap. per veſtras, num.* 2.
*verſ. credo poſſe,* & *num.* 4. *de iurepatr.* Vgolin. *de off. Epiſc.*
*part.* 2. *cap.* 51. §. 2. *num.* 1. *in fin.* Viuian. *in prax. iuriſpatr.*
*p.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *n.* 4. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 90.

Hæc ſanè vera ſunt, ſed cùm fiant modo deprecatiuo,
non tenetur Epiſcopus conferre patrono beneficium ex
debito, & propterea non eſt tutum remedium: quid di- 17
cendum? Puto ſi cum ſecuritate procedere velis, neceſſe
eſſe, vt liberè, & cum Epiſcopi conſenſu cedas, & do-
nes in perpetuum amico tuo iuſpatronatus, non pro illa 18
vice tantùm, & ſic ille donatarius poterit præſentare do-
nantem, qui erat patronus: ita Ioan. Andr. *in cap. ex inſi-*
*nuatione,* vbi pulchrè Abb. *num.* 7. & ibi DD. *de iure-* 19
*patr.* Roch. de Curt. *eod. tract. verb. Ipſe, vel is à quo, q.* 20.
*num.* 37. Lambert. *d. tract. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *princ. art.* 9.
*num.* 3. & *num.* 5. *in fin.* Viuian. *d. cap.* 8. *num.* 10. Barboſ. *d.*
*alleg.* 72. *num.* 95. & ſic tutus eris, quòd tuum ſit benefi-
cium, & ita cenſeo iuri conuenire, dummodo abſit fraus,
& ſit vera donatio, non ficta, & palliata, vel ad tempus:
propterea melius eſt rogare Prælatum, & preces ei offer-
re, vt velit patronum ex ſua gratia, & benignitate inſti-
tuere: quod ſi recuſet, patronus alium nominabit, & præ-
ſentabit, non eſt tamen credendum, quòd Prælatus id ſit
denegaturus, quia ſua non intereſt, & ſatis conuenit pa-
tronis rem gratam facere.

## CAPVT LXX.

### EPITOME.

An, & quando valeat legatum rei communis hæredis, & legatarij, & quando valeat legatum rei ſtabilis factum forenſi contra ſtatutum id vetans.

### SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.*
2 *Confeſſio vincit omnes probationes.*



3 *Legatarius habet tres actiones.*
4 *Legatarius non tenetur capere de manu hæredis rem non poſſidentis.*
5 *Legatum debet dare grauatus, non hæres.*
6 *Legatum rei alienæ non valet.*
7 *Hæres tenetur luere rem alienam legatam.*
8 *Legatum correctum firmum remanet in parte non correcta.*
9 *Legatarius poteſt grauari in plus etiam, quàm fuerit honoratus.*
10 *Grauari poteſt omnis commodum recipiens à teſtatore.*
11 *Legans rem hæredis communem quid relinquere intelligatur.*
12 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*
13 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
14 *Extraneus teſtatoris quis dicatur.*
15 *Legatarius in re legata habetur pro hærede.*
16 *Legatarius grauari poteſt.*
17 *Legatarius tenetur ad onus ſibi iniunctum.*
18 *Coniecturæ non habent locum in claris.*
19 *Voluntas teſtatoris eſt indiuidua.*
20 *Voluntas defuncti non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*
21 *Forenſis habilitatus poteſt acquirere ſtabilia.*
22 *Ciuilitas poteſt concedi quoad quædam.*
23 *Ciuilitas ex priuilegio ſufficit ad acquirendum ſtabilia.*
24 *Habilitas conceſſa forenſi ad acquirendum quando ei proſit.*
25 *Alienationis prohibitio in forenſem non habet locum, niſi re tradita.*
26 *Habilitatio forenſis ante iudicium motum eum iuuat.*
27 *Habilitatus fingitur ab initio fuiſſe habilis.*
28 *Forenſis paratus effici ciuis eſt capax ſtabilium.*
29 *Habitationis tempus retrotrahitur.*
30 *Fiſci ius nemini licet allegare.*
31 *Tertius iura fiſci non poteſt opponere.*
32 *Qui vult conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens.*
33 *Forenſis per annum poteſt rem ſtabilem retinere.*
34 *Forenſis poteſt retinere rem ſtabilem parui valoris.*
35 *Forenſis poteſt conſequi æſtimationem rei ſtabilis ſibi relictæ.*
36 *Æſtimatio quando debeatur forenſi rei ſtabilis ſibi relictæ.*
37 *Forenſis poteſt alienare in forenſem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa compromiſſaria DD. Propertij, & aliorum de
Pontiis cum D. Franciſco Pontio exiſtimo facile con-
cludi poſſe, quòd arbiter debeat laudare, & condem-
nare dictum D. Franciſcum ad tradendum dicto D. Pro-
pertio medietatem domorum per eos petitam, ſiquidem
eius intentio ſatis fundata eſt ſuper clara diſpoſitione
D. Baptiſtæ Pontij, qui ſuo teſtamento reliquit dictas
domos dicto Propertio, & conſortibus, eius enim vo-
1 luntas eſt ſeruanda, §. *diſponat, in Auth. de nupt.* nam
teſtamentum negari non poteſt, quoniam ſic diſpoſuiſ-
ſe faſſus eſt dictus D. Franciſcus, cuius confeſſio vin-
2 cit omnes probationes, *l.* 1. *de confeſſ. cap. at ſi cleri-*
*ci, de iudic.* & D. Propertius probauit eſſe de vocatis
in dicto teſtamento, adeò vt in hoc non ſuperſit diffi-
cultas.

Similiter ad ſuſtinendum iudicium reale, probatum eſt
reum conuentum poſſidere vti proprias domos prædi-
ctas à die mortis teſtatoris, adeo vt contra eum poſſit
hoc iudicium dirigi, licèt non ſit hæres dicti D. Bapti-
ſtæ, quoniam legatarius tres habet actiones, ſcilicet per-
ſonalem, realem, & hypothecariam, §. *noſtra autem,*
3 *Inſt. de legat.* & vbi hæres inſtitutus non poſſidet rem
legatam, tunc legatarius non tenetur eam capere de ma-
nu hæredis, *l. non eſt dubium,* vbi Iaſ. & DD. *C. de le-* 4
*gat.* & maximè quando res legata eſt alterius legatarij,
quia tunc grauatus tenetur præſtare legatum, non hæ-
res, *l. planè, §. ſi cui Sticus,* & *l. ſi mihi Sticus, ff. de* 5
*legat. primò.* Siue igitur dictæ domus fuerint rei con-
uenti, ſiue teſtatoris, ſemper contra poſſidentem re-
ctè actio dirigitur: bene verum eſt, quòd regulariter
probandum eſt teſtatorem fuiſſe dominum rei legatæ,
alioquin ſi aliena ſit, vel inutile eſt legatum, aut con-
tra hæredem, pro luitione eſt agendum, §. *non ſolùm, Inſtit.* 6
*de leg.*

Vt autem magis ſim amicus veritatis, quàm Platonis,
prius me oportet fateri actores non poſſe conſequi à di-
cto D. Franciſco vnam partem domus dictam *il Torazzo,*
olim venditam de mandato teſtatoris, etiamſi in legato
comprehenderetur, quia vel alienatione legatum intelli-
tur reuocatum, vel contra hæredes agendum eſt pro lui- 7
tione, aut æſtimatione conſequenda, *l. fideicommiſſa, §. ſi*
*rem ſuam,* vbi DD. *ff. de leg.* 3.

Similiter dicti conſortes ſolùm prætendunt medieta-
tem dictarum domorum, eo quòd teſtator mutata volun-
tate moderatus ſit legatum, & in Codicillis reliquerit di-
midiam illarum dicto D. Antonio, & propterea quoad
dimidiam partem videtur ademiſſe legatum integrum in
teſtamento factum, ita tamen quòd in alia dimidia fir-
mum remanſerit, *l. tranſlatio, l. alumnæ, §. qui filias, ff. de* 8
*adim. leg.* in terminis Menoch. *conſ.* 333. *n.* 18. & *conſ.* 452.
*num.* 11.

Et licèt ſatis conſtare videatur domos prædictas fuiſ-
ſe teſtatoris, cùm eas appellauerit ſuas in codicillis, qui
contra dictum D. Franciſcum producentem plenè pro-
bant, *l. cùm precum, C. de liber. cauſ.* Gramm. *conſ. ciuil.* 89.
*col.* 1. tamen, etſi id non appareret, immò dictus D.
Franciſcus, vel eius pater verè fuiſſent illarum domini,
cum à teſtatore fuerit duplici legato honoratus valoris
multò maioris, tenetur ad legatum præſtandum, & ad
obedientiam teſtatoris, qui eos obligauit ad renuncian-
dum omnia eorum iura, quæ in dictis domibus habe-
bant; etenim teſtator poteſt alteri legare rem propriam
legatarij, etiamſi pluris valeret, quàm res legata à graua-
to acceptata, *l. Imperator Antonius, verſ. Enim verò,* vbi 9
Bart. *num.* 4. Caſtr. *num.* 1. *in fin. de legat.* 2. *l. ſi minor, la pri-*
*ma, iunct. gl. in verb. paratus ſit,* vbi DD. *de minor.* Corn.
*conſ.* 95. *num.* 1. *vol.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 122. *num.* 15. *vol.* 1. Curt.
Iun. *conſ.* 55. *num.* 11. Surd. *conſ.* 466. *num.* 15. *in fin.* Peregr.
*de fideicomm. art.* 33. *num.* 39. grauari enim poteſt quicum-
que habens à teſtatore commodum pecuniarium. Craſſ.
*de ſucceſſ. §. legatum, quæſt.* 13. *num.* 7. quæ multò magis 10
habent locum coram Arbitratore, qui procedit de bo-
no, & æquo, omiſſis iuris apicibus. Borell. *de arb.* §. 3. *gl.* 1.
*num.* 32.

Nec obſtant motiua, quia certum eſt, quòd ſi teſtator
legat rem ſibi cum hærede communé, intelligitur legaſſe 11
non ſolum partem ſuam, ſed etiam hæredis. Craſſ. *d. §. le-*
*gatum, q.* 14. *n.* 8. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 12.
& licèt id non procedat quando teſtator dixit ſe legare
rem ſuam, & tamen erat communis, quia tunc videtur
ius ſuum tantùm legaſſe, Mantic. *d. tit.* 1. *num.* 12. tamen id
non ferit caſum noſtrum, quia teſtator noſter abſolutè
dixit: *Laſcio le caſe di Carpi à M. Ponto de Pontij,* & quã-
vis poſtea in codicilis dixerit moderando primum lega-
tum, ſe relinquere D. Antonio *la metà delle ſue caſe,* hoc
minuit potiùs legatum D. Antonij, quàm D. Pontij, quia
ſtantibus prædictis cùm teſtator eſſet dominus ſaltem di-
midiæ partis, ita relinquendo non videtur legaſſe dicto
D. Antonio niſi dimidiam dimidiæ. Mantic. *d. lib.* 9. *tit.* 1.
*num.* 14. Craſſ. *d. §. legatum, q.* 14. *num.* 20. & ſic cùm pri-
mum legatum de vniuerſis domibus D. Pontio factum
ſolum corrigatur quoad dimidiam dimidiæ, in aliis tri-
bus partibus firmum remanet, *l.* 3. §. *cum Titio, ff. de adim.*
*leg.* Menoch. *d. conſ.* 452. *num.* 11. quod enim non mutatur, 12
ſtare non prohibetur, *l. ſancimus, C. de teſtam. l. ſi tibi, §. fi-*
*lias,*

*lias, de adim. leg.* & limitata cauſa limitatum producit
13 effectum, *l.in agris,ff.de acquir.rer.dom. l. cancellauerat,ff. de his,quæ in teſt.del.*

Nec valet replicatio, quod prædicta loquantur in re communi cum hærede, nos autem verſemur in re communi cum extraneo; etenim reſpondetur in hac materia eum dici extraneum, qui à teſtatore in nihilo eſt hono-
14 ratus, quod de legatario dici non poteſt, quia reſpectu rei legatæ, & eius occaſione habetur pro hærede, *l. id*
15 *tempus,§.in re legata,ff.de vſucap.* Iaſ. *in l. apud Iulianum, num.10.in fin.de leg.1.* Ceph. *conſil.386. num.31.* Marcabrun.*conſ.15.num.30.* Surd. *conſ.466. n.15.* Peregr.*conſ.9. n.6. lib.1.* Mantic. *de tac. & conuent. lib.14. tit.28.n.46.* vbi de communi, & ideò legatarius ſicut hæres, grauari
16 poteſt, *l.1.§ ſc endum,ff.de leg.3.* Surd.*d.conſ.466. num.15.* Peregr. *de fideicomm. art.3. num.10. in fin.* & ſi acceptauit legatum cum onere, tenetur ad ſimilitudinem hære-
17 dis ad præſtationem oneris ſibi iniuncti, *l.pœnales,§ ſi Titio,ff.ad l.falcid* Curt. *conſ.199.n.12.*

Et hæc ſanè procedunt, etiamſi dubia eſſet teſtatoris voluntas, & non conſtaret clarè de eius mente, vt inquit Bart.*in l. ſerui-electione, §. cũ n fundus,in princ.ff.de leg.1.* verùm nos ſumus in claris, quòd voluit plenè domos relinquere D. Pontio, etiam quoad partem communem, dixit enim: *Che il ſopradette M.Antonio, & M. Alberto mei fratelli ſiano tenuti renunciare ogni ragione, ch'aueſſero nelle caſe di Carpi al detto M.Pontio*, ideò in claris non eſt locus coniecturis, *l.continuus,§.cùm ita,de verb. oblig.*
18 & cùm in Codicillis ſolum in dimidia dimidiæ videatur ſecundùm prædicta facta moderatio, in reliquis firmum remanet legatum, *d.l.cancellauerat.*

Nec poſſunt iſti rei conuenti voluntatem teſtatoris diuidere, & in fauorabilibus tantùm acceptare, quia voluntas teſtatoris eſt indiuidua, & eſt ſemper eadem, licèt diuerſis declaretur ſcripturis, adeò vt non poſſit pro parte acceptari, maximè in præiudicium tertij, *l. quidam elogio, verſ. placuit, C. de iure delib. l. etiamſi partis, de*
19 *leg.1.l.vnic.§.his ita,verſ.in his,C.de caduc.toll. l.cum qui,ff. quibus vt indign.* Petr. *de fideicomm. quæſt.10. numer.82.*
20 Surd. *deciſ.7. num.40.* alioquin magnum abſurdum reſultaret, quia hæredes, vel legatarij ſemper, aut plerumque acceptarent emolumentum, reiecto quocumque onere.

Tranſeamus igitur ad aliud motiuum, quod quidem videtur mendicatum, quoniam fundatur in ſtatuto prohibente alienationem in forenſes, & propterea dictus D.Propertius videtur incapax legati dictarum domorum, vti forenſis, nam id ei non videtur poſſe nocere ex multis, & primò, quia fuit habilitatus à Communitate, vt poſſit conſequi, & poſſidere dictas domos, ac ſi eſſet
21 ciuis Carpi, quòd fieri poteſt. Caſtr. *conſ.85.n.3.4. lib.1.* ciuilitas enim poteſt concedi etiam quoad quædam tan-
22 tum. Caſtr. *d. loco.* Soc. Iun. *conſ.18. num.33. verſ. & ex iam dictis, lib.3.* & ſufficit ciuilitas ex priuilegio ad ac-
23 quirendum ſtabilia. Menoch. *conſil.165. numer.9. verſ. quartò.*

Et ſatis eſt, dictum D. Propertium fuiſſe habilitatum ante rei traditionem, & priuſquam corporalem domorum obtineret poſſeſſionem: pulchrè Caſtr. *conſ.286.*
24 *num.2. verſ. poſtquam, libr...& in l.ſi quis filio exhæredato, §. irritum, ff.de iniuſt. teſtam.* & *conſ.234. num.3. part.2.* Commen. *conſ.84. col.1.* And. Barbat.*in rubr. de reb.Eccl. non alin.col.10.* Ambroſ. Opiz.*in l. filiusfam.§.diui,n.114.* vbi Crott.*num.73 ff.de leg.1.* Zuccard. *in l.fin. num.23.C. de edict. D.Adrian. toll.* pulchrè Rip. *d. conſ.81. num.25. lib.1.* Ruin. *conſ.139. num.22. verſic. non omitto, vol.5.* Plot. *conſ.19.num.29.* Soc.Sen. *conſ.81. num.11. lib.3.* Albert. Brun. *de ſtat.art.7.quæſt.5.num.29.* Menoch. *d.conſil.165.num.16.* & *conſ.473.num.15.*Gratian.*diſc.for. lib.2. cap.219.n. 4.14.18.*

Non eim fit locus dicto Statuto prohibenti alienationem ſtabilium in forenſem, niſi priùs res deueniat ad manus forenſis, & ab eo actualiter detineatur, & pœnæ eius non habent locum, etiamſi prius legatum, ſeu contractus eſſet perfectus. Bald.*conſ.314. num.2.in fin. libr.3.* 25
pulchrè Caſtr. *conſ.286. num.2.lib.2.* latè Soc. Iun. *conſil.3.n.19. verſic.ſiquidem, num.20.21.22.23.lib.3.*Barboſ. *conſ.70.vol.3.*Menoch.*d.conſ.473.num.15.* Monterent. *ad Statuta Bonon.lib.4.rub.de probib.alien.rei immob.in verbo, Sub pœna.* Et propterea ſi ante traditionem rei, & ante iudicium motum forenſis fiat habilis, ceſſat ratio, & diſpoſitio Statuti, quia res peruenit ad caſum, à quo inci-
pere poteſt. Caſtr.*d.conſ.286.num.2.* Cuman. *d. conſ.44.* 26
*col.fin.*Zuccard. *in d.l.fin. num.23.* Rip.*d.conſ.81.num.25.* latè Gratian. *d.cap.219. num.4.14.18.* habilitas enim re
integra retrotrahitur, ſicut ius poſtliminij, à die agniti 27
legati. Menoch. *d. conſ.165. num.16.* Gratian.*d.cap.219. num.6.7.*

Nec mirum, quia ad euitandum hoc ſtatutum ſecundum aliquos ſufficit, quòd forenſis ſit paratus effici ci-
uis, etiamſi nondum factus ſit, vt inquit Bart. *in l.ven-* 28
*tre, num.11. verſ. facit*, vbi etiam Alciat. *num.22.ff. de acquir. hær.* de communi Soc. Iun.*conſ.18. num.19.vol.3.* Ruin. *conſ.71. num.4. verſ. provt, lib.1.* Brun. *d. loco.* Menoch. *d. conſ.473.num.16.* quòd tamen verum non puto, ſi interim tertio ius ſit quæſitum, vel ante habilitationem fiat rei traditio per ea quæ alibi ſcripſimus, licèt poſſit dici, & ſatis lepidè, quod ſecuta habilitatione ante traditionem non poſſit dici alicui ius quæſitum virtute retrotractionis, per quam ab initio ille videtur fuiſſe habilis, & interim nemini fuiſſe ius quæſitum, niſi reuocabiliter propter retrotractionem. Rip. *d.conſ.81.*
*num.25.* Caſtr. *d. conſ.286. numer.2.* Menoch. *d.conſ.165.* 29
*num.16.* ad rem Peregr.*de iur.fiſc.lib.3. tit.18. n.89. verſ. adducunt.*

Addi poteſt, quòd ſi cui ius quæſitum eſt, id fiſco tantum competere poteſt, cùm imponatur pœna confiſcationis, ideo ſequitur, quòd ſolus fiſcus hanc caducitatem opponere poſſit; nam tertius id facere non poteſt,
antequam fiſcus rem incorporauerit, quia poteſt fiſcus il- 30
lud ius non agnoſcere, & recuſare. Bart. *in tract. de repræſal.quæſt.5. princip. ad ſecundum, num.4.* pulchrè Soc. Iun. *conſ.18. num 18.lib.3.* Menoch. *d. conſ.165.num.12.*
*verſ.ſextò.* Peregr. *conſ.19. num.24. lib.3.* tertius enim iu- 31
ra fiſci opponere non poteſt, niſi fiſco volente. Bart. *in l.2. de except. rei iud.* Soc.Iun. *conſ.130. numer.10.11. lib.3.* Crauet. *conſ.774. num.7.* & *conſil.941. num.22.* Cùm igitur fiſcus taceat, & Ciuitas id æquo animo toleret, aduerſarius non debet audiri, ſic iura tertij opponens. Soc. Iun. *d. conſil.18. numer.18.* Peregr. *d. conſ.19. num.24.*

Sed nec fiſcus Ciuitatis ius aliquod habet, & ſi habuiſſet, videtur illud renunciaſſe ad fauorem D. Propertij, dum expreſsè eum habilitauit ad acquirendum, & retinendum dictas domos, perinde ac ſi ciuis eſſet, vt dixit
Soc.Iun.*d.conſ.130.num.11.verſ. plus fortè, lib.3.* etenim 32
qui vult conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens, *l.2.*vbi gl.& DD.*de iuriſd.om.iud.*& cùm aduerſarij pariter forenſes ſint, non poſſunt id opponere. Crauet. *conſ.507.num.9. verſ.rurſus.* Benè verum eſt, quòd ſi ſtatutum vocaret prius agnatos, quàm fiſcum, illi poſſent excludere forenſem: & ſi ſolus fiſcus vocaretur, poteſt videri, quòd liceat rem ſtabilem per annum reti-
nere, & poſtea vendere ſubdito, & ſibi pretium retinere. 33
Alex.*d.conſ.120.n.4.lib.1.*

Vlteriùs cùm domus prædictæ ſint tenuis redditus, & exigui valoris, videntur poſſe retineri per forenſem, quia ſtatutum prohibens talem alienationem non habet
locum in re exigui momenti, ex textu *in l.Senatus,§. Mar-* 34
*cellus,ff.de leg.1.*Alex.*conſ.104. num.7. lib.1.* Brun. *de ſtat. fœm.exclud.art.9.princ.quæſt.11.n.95.96.& ſeqq.* vbi exornat multis exemplis.

Accedat, quòd etiamſi dictus D.Propertius eſſet incapax rei ſtabilis, tamen non obſtante ſtatuto ei danda eſſet rei legatæ æſtimatio, per textum *in l.filiusfamilias miles, §. ſi quid alicui*, vbi Bart. *num.1.* & Bald.ibi: *pone*
35 *exemplum.* Caſtr. *verſ. & pone.* Ang. & Imol. *ff. de leg.1.* Alex. *in l.apud Iulianum,* aliàs *Aphricanus,§.conſtat, n.13. verſ.ſed dic,*vbi Iaſ. *num.34.35.ff.eod.*Ruin.*conſ.130. n.10. verſ.vbi vult,lib.1.*Alberic.*de ſtat.lib.2. quæſt.2.n.5.* Brun. *eod.tract.art.9.princ.quæſt.11.num.89.90.* Decian. *conſ.35. num.62.lib.1.*Monterent. *ad Stat.Bon.lib.4.rubr.de prohib. alien.rer.immob.in verb.vltima voluntate.* Petr.Caball. *conſil.16.n.29.& ſeq.libr.2.* vbi dicit id procedere ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, quod licèt in contractibus non eſſet facile ad obtinendum, tamen in vltimis voluntatibus videtur tolerandum. Brun. *d. q.11.*
36 *num.91. verſ. mouentur.* Monterent. *d. loco.* Benè verum eſt, quòd in caſu noſtro id non poſſet obtineri, neque in vltimis voluntatibus, quia Statutum Ferrar. *lib.2.rubr.98.* voluit neque æſtimationem eſſe debitam, & propterea non poteſt peti. Surd. *deciſ.30.num.5.* Caball. *d. conſ.16. num.35.*

Meliùs igitur dicam, quòd teſtator, qui reliquit dicto Propertio dictas domos, erat pariter forenſis, oriundus Rolo, & habitator Ferrariæ, ſicut etiam ſunt aduerſarij, ideo non habet locum dictum ſtatutũ de alienatione prohibita in forenſem; ſiquidem ex eo forenſis vti non ſubditus nullo modo prohibetur alienare in alium forenſem, quia tunc reipublicæ nullum fit præiudicium. Bart. *in l. multùm, verſ.vnde,ff.de verb. oblig.* Rip.*d.conſ.81.num.11.*
37 *12.lib.1.* Ceph. *conſ.161. numer.10.11.* Burſat. *conſ.8. num.27. lib.1.* Peregr. *conſ.19. num.1.* & *num.29. lib.3.* & alibi dixi, & propterea concludo ad fauorem dicti D.Propertij. Et ita, &c.



## CAPVT LXXI.

### EPITOME.

Ius accreſcendi an ſit potius, quàm ius ſubſtitutionis, maximè in vſufructu, & an ſubſtitutio pluribus facta habeat locum vno tantum defuncto, & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus morte finitur.*
2 *Vſusfructus non tranſit ad hæredes.*
3 *Coniunctus in vltimis voluntatibus quis dicatur re, & verbis.*
4 *Legatarius coniunctus re, & verbis habetur pro vna perſona ſimul cum alio.*
5 *Ius accreſcendi facit, vt portio deficientis ſtatim coniuncto acquiratur.*
6 *Ius accreſcendi non habet locum poſt emolumentum alteri quæſitum.*
7 *Vſusfructus legatum ſemper admittit ius accreſcendi.*
8 *Vſusfructus ſemper eſt in fieri.*
9 *Coniuncti quando faciant partes per concurſum.*
10 *Legatum vſusfructus quomodo acquiratur coniunctis.*
11 *Subſtitutio vincit ius accreſcendi.*
12 *Ius non decreſcendi vincit ſubſtitutionem.*
13 *Communitas re, & verbis totum capit ex ſe.*
14 *Subſtitutio facta pluribus non habet locum, niſi omnibus defunctis.*
15 *Legatarij coniuncti quomodo excludant ſubſtitutum.*
16 *Subſtitutione pluribus copulatiuè facta an coniunctus præferatur ſubſtituto.*
17 *Subſtitutus ſingulariter vincit coniunctum.*
18 *Subſtitutus non admittitur, niſi poſt mortem omnium.*
19 *Subſtitutio quando intelligatur facta poſt vltimum morientem.*
20 *Subſtitutio fideicommiſſaria pluribus facta habet locum, ſi vnus deficiat.*
21 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*
22 *Ius accreſcendi ceſſat poſt agnitionem legati.*
23 *Vſusfructus nunquam dicitur quæſitus pro futuro tempore.*
24 *Mors vnius an faciat locum ſubſtitutis pluribus.*
25 *Legatum vſusfructus præfert coniunctum ſubſtituto.*
26 *Subſtitutio facta in toto pluribus perſonis an verificetur vno defuncto.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi pro Domina Oliua Grilinzona cenſui iuri eſſe conſonum, vt ipſa conſequatur dimidiam vſusfructus, de quo in teſtamento D.Giberti Grilinzoni, qui reliquit D.Iuniperæ Bellentanæ ſuæ vxori vſumfructum medietatis bonorum ſtabilium, & aliam medietatem DD Hyppolitæ, & Oliuæ eius ſororibus, ſubiungẽs, quòd illis defunctis dicta D.Iunipera poſſit gaudere altera dimidia: & cùm de mundo abiiſſet è viuis D Hyppolita, quæſitum fuit, an eius portio vſusfructus ſpectaret ad dictam D.Iuniperam, vel ad dictam D Oliuam.

In quo puncto, vt dixi, ego conſului pro D Oliua, dicens rem eſſe per ſe claram; nam certum eſt, quod vſuſ-
fructus morte finitur, ad textum *in l.2.§.morte,ff qu b mod.* 1
*vſusfr.amitt.* & *in §.finitur, Inſt.de vſufr.* & *in l.ambiguitatem,C.eod.*Ceph.*conſ.436.num.94.*vbi inquit etiam, quòd vſusfructus non tranſit ad hæredes vſufructuantis, niſi eis quoque expreſsè relinquatur: ideò ſublata de medio
D.Hyppolita non eſt amplius, qui concurrat cum ea ad 2
vſufructuandum dictam medietatem.

Nam dictus D Gibertus in eadem oratione dictis eius ſororibus coniunctim reliquit vſumfructum medietatis eius bonorum, partibus neutri aſſignatis; & ideò ſequitur eas dici in legato prædicto re, & verbis coniunctas, ſe-
cundum Iaſ *in rep.l.re coniuncti, n.13.* & *n.88.* & ibi Rip. 3
*n.54.ff.de leg.primo,*latè Rim.Iun.*conſ.279.num.152.*adeo, vt vtraque earum loco vnius perſonæ habeatur, & vnius
corpus cenſeatur, *l.planè, 2.ff. de leg.primo.* Pariſ. *conſ.18.* 4
*n.84. lib.2.* Rim. Iun. *conſ.279. num 153.* & propterea portio deficientis ſtatim ſocio, ſeu coniuncto in legato accreſcit, & maximè in legato vſusfructus, in quo præci-
puè eſt locus iuri accreſcendi, ad textum *in l.1 §.1.& §.* 5
*interdum,*vbi DD.*ff.de vſufr.accreſc l.2.§.hæc autem,ff.quibus mod.vſufr* Surd.*conſ.123.n.20.*Borgn *de vſufr.num.64.* Craſſ.*de ſucceſſ § ius accreſcendi,quæſt.9 n.2.*

Et quamvis ius accreſcendi non habeat locum, poſtquam alteri emolumentum eſt quæſitum, etſi poſtea ille
deficiat, vt inquit Iaſ.*in d.l.re coniuncti,num.221.*vbi etiam 6
Rip.*num.155.*hoc tamen non procedit in legato vſusfructus, in quo ſemper eſt locus iuri accreſcendi, ſiue dum conſtituitur, ſiue dum perditur, quia ſemper eſt in fieri, & quotidie per patientiam conſtituitur: textus eſt *in d.*
*l.1. §.interdum, verſ.ſed in vſufr. ff. de vſufr. accreſc.* Bart. 7
*in d.l.re coniuncti, num 49.* vbi Iaſ.*num.222.* Rip. *n.156.* 8
Crott.*num.81.*& DD.*ff de leg.primo.* Peregr. *conſ.69. n.2. lib.1.*

Immò ſtante, quòd dictæ ſorores in eo legato ſunt coniunctæ ore, & verbis, non faciunt partes, niſi per concurſum adeo, vt portio deficientis ad ſuperſtitem con-
iunctum potius ſpectet per ius non decreſcendi, quàm per 9
ius accreſcendi: ita Corn.*conſ.204. num.2. lib.4.*de communi teſtatur Ferdin. Vaſq.*de ſucceſſ.creat.§ 10.n.128.*hoc enim eſt de natura huius legati, vt quamprimum vnus ex coniunctis non inueniat alterum, qui ſecum concurrat, ſolus ipſe vtatur in totum iure ſuo, ad textum *in d.l.1. in*
*fin.ff.de vſufr.accreſc.*& *in l.ſi mulier,ff eod.*Peregr.*conſ.79.* 10
*n.16.lib.1.* Ergo ad D.Oliuam ſpectat totius iſtius dimidiæ vſusfructus.

Neque obſtat, quòd ſororibus prædictis deficientibus

bus ſubſtituta fuerit dicta D.Iunipera,& quod ſubſtitu-
tio vincat regulariter ius accreſcendi, ex Bart. *in d. l. re*
11 *coniuncti,num.*33.vbi Iaſ.Rip.& DD.*ff.de leg.primo* Nam
reſpondetur illud procedere in ſimplici iure accreſcendi,
non autem in iure non decreſcendi, quod eſt fortius,&
validius,& facit, vt quis totum habeat iure ſuo, quia
12 totum ſibi relictum eſt, vt inquit Iaſ. *in d.l. re coniuncti,*
*num.*152. in iure enim accreſcendi coniunctus videtur
de nouo acquirere, quia pars tantùm ei videtur relicta,
in iure verò non decreſcendi coniunctus nihil de nouo
13 acquirit, quia totum ſibi erat relictum,Peregr.*d.conſ.*70.
*num.*16.

Deinde reſpondeo non eueniſſe caſum ſubſtitutionis
quæ ſub conditione mortis dictarum ſororum facta eſt,
& altera ſuperſtite non poteſt dici adimpleta per mor-
14 tem vnius,interitus enim ambarum requiritur, ad tex-
tum *in l.ſi hæredi plures,ff.de cond.inſt.* & in terminis eſt
textus *in l.Codicillis,verſ.hoc amplius,ff.de vſufr.leg.*Corn.
*d. conſ.*204.*num.*2.*lib.*4. qui præcisè loquitur ad rem no-
ſtram de legato facto in medietate cuiuſdam zardini
tribus puellis, donec nuberent, & concludit, quòd vna
nubente cæteræ totum habent per ius non decreſcendi,
& à portione nubentis excludunt ſubſtitutum: ita etiam
15 ſentit Ludouiſ.Sacca *conſ.*176.*n.*12. *lib.*2. Carthar. *deciſ.*
102.*num.*5.

Non enim hîc pluralitas reſoluitur in ſingularitates,
quia quando ſubſtituto facta eſt pluribus copulatiuè, ſi
vnus deficiat, alter coniunctus totum habet,& excludit
16 ſubſtitutum per ius accreſcendi, vt poſt Bart.inquit Iaſ.
*in d.l.re coniuncti,num.*161.vbi Rip.*n.*129.*ff.de leg.primo:*
pulchrè Rim.Iun. *conſ.*279. *num.*159.160. Gratian. *diſc.*
*for.libr.*2.*cap.*299.*num.*3.*& ſeqq.* quoniam hoc caſu ſub-
ſtitutio non tam vni quàm vniuerſo gradui facta cenſe-
tur, & ſic coniunctus in re legata præfertur ſubſtituto,
& ſi quæ ſunt contraria, procedunt, quando ſingula-
riter, & nominatim quis alteri eſt ſubſtitutus, vt poſt
17 Caſtr. Soc.Vaſq.& alios teſtatur Michael Craſſ. *de ſuc-*
*ceſſ.*§.*ſubſtitutio,quæſt.*13. *num.*3. *in fin.*Aluar.Valaſch.*con-*
*ſultat.*139. *num.*8.qui pulchrè loquitur, & idem tradit
Ceph. *conſ.*166. *num.*27.28. vbi firmat ſubſtitutum non
18 admitti, niſi præcedente morte omnium, quibus ſubſti-
tutio facta eſt. Gratian. *diſc.for.lib.*2.*d. cap.*299.*n.*10.11.
vbi pariter diſtinguit de ſubſtitutione facta coniunctim,
& facta diſiunctim, etenim vbi ſubſtitutio fit poſt mor-
tem plurium, tunc cenſetur facta poſt vltimum morien-
19 tem.Textus *in d.l. Codicillis, verſic.reſpondi,de vſufr. legat.*
Pariſ. *conſ.*43.*num.*26.27.*lib.*2.

Non obſtat autem illa famigerata DD. ſententia, de
20 qua *in l.hæredes mei, §.cùm ita, ff. ad Trebell.* quod ſcili-
cet in ſubſtitutione fideicommiſſaria pluribus facta ſi
vnus decedat, portio eius ſpectet ad ſubſtitutum, non
autem ad coniunctum, eo quòd pluralitas reſoluatur in
ſingularitates.Nam reſpondetur id poſſe procedere in le-
21 gato proprietatis, non vſusfructus,ſecundùm Bart. *in d.*
*l. codicillis,*& *in d.§. cùm ita, col.*2. *verſ.oppono,* quoniam
in legato proprietatis poſt agnitionem ceſſat ius accreſ-
22 cendi, vt inquit Iaſ. *in d. l. re coniuncti, num.*221. vbi
Rip. *numer.*156. *ff. de leg. primo.* Quæ ratio ceſſat po-
tiùs in legato vſusfructus,qui pro futuro tempore nun-
quam poteſt dici acquiſitus, ſed quotidie conſtituitur,
23 *d. l.*1. §. *interdum, de vſufr. accreſc.* Iaſ. *in d. l. re coniun-*
*cti, numer.*102. Peregr. *d. conſil.*70. *num.*16. & propte-
rea huic caſui non poteſt accommodari exemplum fidei-
commiſſariæ ſubſtitutionis, quæ poſt ius quæſitum ei,
cui fit, ſuum ſortitur effectum, ſed cùm in vſufructu
nunquam ius quæſitum dicatur pro futuro tempore,
ſubſtitutio eius reſpectu ſemper cenſetur potiùs vulga-
ris, quàm fideicommiſſaria, etiamſi in tempus mortis
conferatur.

Et quamvis etiam in legato proprietatis multi affir-
mauerint veriorem etiam,& magis communem eſſe DD.
ſententiam, vt ſubſtitutio pluribus facta non habeat lo-
cum,niſi omnibus defunctis,vt per Lud. Sacca *conſ.*176. 24
*num.*14.*lib.*2. tamen eſto, quod verius eſt contrarium,
nihilominus in legato vſusfructus admittunt omnes con-
iunctum præferri ſubſtituto,quando ſubſtitutio pluribus
facta eſt, non quidem ſingulariter, ſed copulatiuè, ad
textum *in d. l. codicillis, verſ. hoc ampliùs, de vſufr. leg.* 25
Bart. *in d.l.hæredes mei, §. cùm ita, num.*5. *verſic. fallit,* &
ibi latè Zanch. *part.*8. *num.*272.*in fin.* Soc. Iun. *n.*91.92.
*de leg. primò.* Bart. *in d.l. codicillis.*Iaſ.*in l.pen. num.*9. vbi
Curt.Iun.*num.*12.& Coraſ.*in fin.C.de impub.& aliis ſubſt.*
Corn.*d.conſ.*204.*num.*2.Ruin.*in d.§.cùm ita,num.*58.Bald.
*in l.*1.*num.*6.*C.de cond.inſert.*Menoch.*conſ.*797.*n.*35. Gra-
tian. *diſc.for.lib.*2. *cap.*299. *num.*11. qui de communi te-
ſtantur, quia eo caſu coniunctus nihil de nouo acquirit
ex morte alterius, ſed totum iure ſuo capit per ius non
decreſcendi.

Secundò reſpondetur illam concluſionem non proce-
dere,quando ſubſtitutio facta eſt pluribus in toto,vt hic,
in tota dimidia parte vſusfructus,tunc enim altero con-
iunctorum defuncto ſubſtitutus non poteſt quidquam
capere, ſed cenſeri debet, quòd teſtator voluerit vlti-
mum morientem grauare, & ante omnium mortem ſub-
ſtitutum excludere, & ſic reciproco fideicommiſſo, vel
iure accreſcendi interim totum ad coniuctum ſpectare:
textus eſt *in l.quidam teſtamento,* vbi Bart.*numer.*4. *ff. de* 26
*vulg.& pup.* quem ſequuntur Bald. Aret. & Iaſ. *ibidem,*
necnon Ang. Corn. Soc. & Ruin. *in d. §. cum ita,* & ibi
præcipuè Rip.*num.*156. vbi de communi, & Ioan. Bo-
logn.*num.*273.Dec.*in l.cùm quidam,col.pen. ad fin. num.*7.
*C.de impub. & aliis ſubſt.* Bero.*conſ.*69.*num.*1.& *conſ.*120.
*num.*15.*lib.*2.plenè Pariſ.*conſ.*43.*num.*25.26.27.& *num.*33.
vbi de magis communi, *lib.*2. Menoch. *lib.*4.*præſ.*186.
*num.*24.Ceph.*conſ.*166.*num.*30. Gratian. *d.diſc.*299. *n.*9.
apud quos cæteri congeruntur, & variæ rationes addu-
cuntur,& hîc id etiam firmari poſſet multis coniecturis
ex teſtamento reſultantibus,ſed hæc ſatis,& abundè ſuf-
ficere credo. Et ita,&c.

## CAPVT LXXII.

### Epitome.

Ius congrui, & retractus an habeat locum in da-
tione in ſolutum extraiudiciali, & quando
etiam in iudiciali.

### SVMMARIVM.

1 *Vendens rem ſtabilem tenetur denunciare vicino.*
2 *Ius congrui non habet locum in datione in ſolutum iudi-ciali.*
3 *Facta non præſumuntur.*
4 *Dicenti incumbit onus probandi.*
5 *Negatiua probatur ex inſpectione actorum.*
6 *Acta non probantur teſtibus,niſi ſint deperdita.*
7 *Inſtrumentum non probatur teſtibus, niſi probetur eſſe deperditum.*
8 *Inſtrumentum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
9 *Adiudicatio quomodo fiat.*
10 *Executio quo ordine fiat.*
11 *Adiudicatio iudicialis an ſubiiciatur retractui.*
12 *Iudicialis actus quiſnam dicatur.*
13 *Adiudicatio fit cauſa cognita.*
14 *Retractus ius quomodo procedat in adiudicatione.*
15 *Datio in ſolutum quando dicatur iudicialis.*
16 *Adiudicatio ex debito voluntario dicitur voluntaria quoad ius congrui.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN vna Carpenſi iuris congrui pro DD. Troilo Aldro-
uandio cenſui,& conſului locum eſſe retractui ad for-
mam ſtatuti pro eodem pretio, quia D. Nicolaus Abba-
tus dedit,& in ſolutum conſignauit terras, de quibus di-
ſceptatur, D. Franciſco à Iudice, & non denunciauit di-
cto D. Troilo prædictam dationem in ſolutum, vti tene-
1 tur ex ſtatuto Carpi *lib.*4. *rubr. de iure congrui, & vici-*
*nitatis.*

Et quamvis ſtatutum loquatur de datione in ſolutum
voluntaria, & extraiudiciali, & ideò non habeat locum
in iudiciali, & neceſſaria, Alex. *conſil.*52. *n quarto, lib.*1.
2 Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.*417. *num.*519. *part.*1. ta-
men diximus non conſtare hic de aliqua adiudicatione
3 iudiciali, & ſatis eſt eam negare, quia facta non præſu-
muntur, *l. in libello, §. facta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.*
4 *c. cùm in iure, de off. deleg. §. fin. Inſtit. de fideiuſſ.* & ei
qui dicit, non ei qui negat, incumbit onus probandi,
5 *l.*2. vbi gloſſ.& DD. *ff. de probat.* & ſi quid à nobis præ-
tenditur, ſatis negatiua noſtra probatur ex actorum in-
ſpectione,vbi non legitur talis adiudicatio. Crauet. *con-*
6 *ſil.*497. *num.*19. *conſil.*866. *num.*3. & *conſil.*954. *num.*10.
& maximè quia acta non probantur teſtibus, niſi probe-
tur etiam eorum deperditio. Alex. *conſil.*112.*ad fin. lib.*1.
7 Maſcard. *de probat. concluſ.*603. *num.*4. ſicut etiam in-
ſtrumentum non poteſt probari teſtibus, niſi doceatur
etiam de amiſſione inſtrumenti. Rip. *in l.*1. *num.*81. 84.
8 *ff. ſi cert. petat.* Decian. *conſil.* 82. *numero ſecundo,* &
Garz. *de benefic. part.*7. *capit.*1. *numero* 47. *verſ. nec ad*
*rem.*

Nec obſtat allegatum inſtrumentum, in quo fit men-
tio de adiudicatione, quia non dicit eam fuiſſe iudicia-
lem, & quod in eo non legitur,nec nos dicere debemus,
quoniam omiſſum in inſtrumento non cenſetur inter
partes actum. Crauet. *conſ.*630. *num.*2.

Minùs obſtat hæc eſſe facta ſaltem in executione eo-
rum,quæ iudicialiter geſta ſunt,quia hoc non ſufficit,&
adhuc adiudicatio poteſt dici voluntaria, quia non eſt
9 facta de mandato iudicis, & ſecundum formam iuris,
ſtante quod antequam deueniatur ad ſtabilia,oportet fa-
10 cere executionem mobilium, & præmiſſis ſubhaſtatio-
nibus, ſi res non inueniat emptorem, tunc adiudicatur
creditori, tum ex ſtatuto Carpi *lib.*2. *rubr. de iur. red-*
*dit.* tum de iure communi, *l. ordo, C. de execut. rei iud.*
*l.*2.*C. ſi in cauſ. iudic. l. à Diuo Pio, §.ſi pignora,*vbi Bart.
& DD. *de re iudic.* His itaque non ſeruatis non deueni-
tur ad readiudicationem, & altera facta erit inualida.
Vrſill. ad Afflict. *deciſ.*358. *num.*1.2.

Et formâ non ſeruatâ actus præſumitur fraudulentus,
ſi enim res poneretur ſub haſta, etiam vicinus poſſet of-
ferre, & plus offerendo cæteris eſſet præferendus, & ſi
plus aliis nollet offerre,ſibi imputare deberet,ſi à iure vi-
cinitatis excluderetur,quod ſubhaſtationibus non factis
dici, & verificari non poſſet, & ſic conuenit locum fieri
11 iuri congrui, & propterea dato etiam, quod iudicialis
eſſet adiudicatio, tamen ſi fraudulenta appareret, adhuc
locus eſſet retractui vigore ſtatuti de iure congrui.Alex.
*conſ.*52. *in fin. lib.*1.

Nihil autem obſtat illud dici iudiciale,quod fit coram
iudice, etiamſi pro tribunali non ſedeat, *l.voluit,§. fin.ff.*
12 *de interr.action.*quia reſpondeo quod licèt non cōſtet hîc
an dicta adiudicatio facta ſit vllo modo coram iudice,
tamen quia dicta lex *voluit,§.fin.*procedit in his,quæ fieri
poſſunt abſque cauſæ cognitione, vt ibidem declarat
Bartolus,& DD.qui dicunt ea, quæ causâ cognitâ,& par-
13 te citata decernuntur à iudice ſedente,fieri debere; adiu-
dicatio autem eſt talis. Marant. *in ſpecul. part.*6. *de exe-*
*cut ſententiæ, art.*3. *num.*19. *verſic. Hunc.* Aſin. *in prax.*
§.7 *limit* 9. *num.*12.



Hinc cùm talis adiudicatio non fuerit facta à iudice,
& cognita cauſa,& non habeat adiudicationis requiſita,
& formam, ſed tantùm à parte facta ſit, dicitur extra-
iudicialis, & comprehenditur à ſtatuto de iure congrui, 14
quia illud tantùm ceſſat in datione in ſolutum facta à
iudice. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.*14. *numer.* 8.
Card. Tuſch. *practic. concluſ. littera A, concluſ.*196. *nu-*
*mer.*1.2.3. non enim eſt iudicialis in ſolutum datio, niſi
mandante iudice cum debita forma fiat, *d. l. ordo, d. l. à* 15
*Diuo Pio, §. ſi pignora.* Tiraquell. *d. gl.*14. *num.*8. Rol.
*conſ.*21. *num.*19. *lib.*1.

Addatur, quod etiamſi talis adiudicatio facta fuiſſet
à iudice, & eo mandante, quia tamen non traxit ori-
ginem ex debito neceſſario, velut dotis, moræ, ali-
mentorum, & ſimilium, dicitur voluntaria, & in ea
habet locum illud ſtatutum de iure congrui; ita Cephal.
*conſil.* 254. *numero* 35. 47. 48. & latiùs idem Cephal. *in* 16
*conſil.* 255. *numero* 2.3. *& multis ſequent.* vbi reſpondet
ad contraria, quæ adducuntur, & reſoluit. Et ita, &c.

## CAPVT LXXIII.

### Epitome.

Forenſis tenetur fideiubere de iudicio ſiſti, &
iudicatum ſoluendo, & quis dicatur ſubdi-
tus, & quomodo ſequeſtrum poſſit
reuocari.

### SVMMARIVM.

1 *Forenſis fideiubere debet de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.*
2 *Iudex fruſtra dubitat,qui videt caſum ſtatuti.*
3 *Forenſis eſſe probatur,qui non probat ſe ciuem.*
4 *Subditus non dicitur,qui in loco non habet domicilium.*
5 *Subditus non dicitur,qui non ſuſtinet onera perſonalia.*
6 *Originarius poteſt dici forenſis,ſi non habitat.*
7 *Sequeſtrum quando reuocari poſſit.*
8 *Fideiuſſio eſt medicina ſequeſtri.*
9 *Sequeſtrum durat vſque ad finem litis.*
10 *Sequeſtrum poteſt ſubſequi libellus.*
11 *Reconuentionis cauſa agitatur ſimul cum cauſa conuentionis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN vna Carpenſi ſequeſtri pro Ciarliniis contra Ciar-
linios cenſui non debere audiri,niſi præſtita fideiuſſio- 1
ne de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, eo quod ſint
forenſes, ſic mandante ſtatuto Carpi *lib.*2. *rubr.*19. cùm
enim habeamus caſum ſtatuti,nihil vlterius eſt quæren-
dum, *l. ancillæ, C. de furt.* Rol. *conſ.*72. *num.*6. 7. *lib.*3.
nam fruſtra dubitat ille iudex, qui caſum in ſtatuto ex- 2
preſſum videt. Corn. *conſil.* 318. *num.*1. *lib.*1. Bero. *nu-*
*mero* 1. *lib.*3.

Aduerſarios autem eſſe forenſes, & non ſubditos eo
ipſo probatur, quòd ipſi contrarium non docent. La-
derch. *conſil.* 74. *numero* 2. Sed cùm in inſtrumento ab 3
eis producto ſe fateantur habitatores Bononiæ, ſequi-
tur non eſſe ſubditos in terra Carpi, quia ad hoc vt
quis ſubditus dicatur, neceſſe eſt, vt in loco iudicij do-
micilium habeat. Alciat. *conſil.*81. *num.*2.3. Decian. *con-* 4
*ſil.*661. *num.*6. Cephal. *conſil.*53. *num.*35. Anchar. Iun.
*quæſt.*9. *numer.*16. *part.*1. Laderch. *conſil.*74. *numero* 6.
etenim forus domicilij eſt potentior, quam forus ori-
ginis. Decian. *conſil.*352.*num.*2.& *in c.ad noſtram,num.*3.
*de appellat.*

Nec obſtat, quòd aduerſarij poſſideant bona ſtabilia
in territorio Carpi, quia ſubditus non dicitur quis ra-
tione poſſeſſionis bonorum, niſi in concernentibus rem
ipſam tantùm, non autem quoad alios effectus. Crauet.
*conſ.*492.*num.*11.& *conſ.*912.*num.*25. Bertaz. *conſ.crimin.*
443.*num.*5.6.7.*lib.*2.ad hoc enim vt quis dicatur propriè
ſubditus in loco, non ſufficit, quòd ſuſtineat onera realia,
niſi etiam ſuſtineat perſonalia. Ruin. *conſ.*200. *num.*11.
5 *verſ.non eſt ergo,lib.*2.Anchar.Iun.*d.quæſt.*9. *num.*18. *verſ.*
*vlteriùs.part.*1.Laderch.*conſ.*74.*num.*8.*verſ.ſecundò non ob-*
*ſtat*: & ſic iuridice mandauit Iudex fideiuſſionem præ-
ſtari ad formam ſtatuti, quia forenſis dicitur etiam ciuis
6 originarius, qui locum originis voluntariè deſeruit. Bur-
ſat.*conſ.*36.*num.*10.*lib.*1.

Et tale decretum comprehendit etiam cauſam recon-
uentionis, quia mandat præſtari ad formam ſtatuti, quod
eam requirit tam pro cauſa conuentionis, quam recon-
uentionis, vnde non poteſt reuocari ſequeſtrum, niſi in
fine litis, vel data fideiuſſione, cùm ad aliud non requi-
7 ratur aliqua cauſæ cognitio. Statutum Carpi *lib.*2. *rubr.*
17. poteſt enim fieri etiam ante principium litis. Pract.
Papienſ. *de form. ſequeſtr. verb. audeat, verſ. ſi verò fa-*
*ctum ſit.* Loquor autem de illis ſequeſtris, quæ quoti-
die fiunt de re ab alio poſſeſſa, non autem ſi ipſe reus
poſſideat, quia in prima inſtantia tunc non fit ſeque-
ſtrum.

Certum eſt igitur, quod ſequeſtrum non potuit re-
uocari ante finem litis, niſi data prædicta fideiuſſione,
8 quæ dicitur eſſe medicina ſequeſtri. Statutum Carpi *d.*
*rubr.*17.& ſtatutum Ferrariæ *lib.*2.*rubr.*28.*verſ.niſi*, Pract.
9 Papienſ. *d. verb. audeat, ad fin.* Bart. *in l. ſi oleum, ff. de*
*dolo*, vbi dicit, quod ſequeſtrum de ſui natura durat vſ-
que ad finem litis.

Non igitur licebit reuocare ſequeſtrum, etiamſi in
meritis non conſtet de bono iure ſequeſtrantis, quia hæc
reſeruantur videnda in fine litis, & propterea Iudex de-
bet aſſignare partibus terminum ad probandum, & ſi ni-
hil fuerit probatum, tunc fiet reuocatio: ſic Pract. Pa-
pienſ.*d.loco,ad fin.*neque neceſſe eſt vt præcedat libellus,
10 ſeu petitio, vt voluit Papienſis dicto loco, vbi facto ſe-
queſtro vult poſtea dandum eſſe libellum: & ſic erit pro-
cedendum ſimultaneo proceſſu in cauſa conuentionis, &
11 reconuentionis, teſte Marant.*in ſpec.part.*4.*diſt.*6.*quæſt.*1.
*princ.num.*6.7. Et ita, &c.

## CAPVT LXXIV.

### Epitome.

Sententia, & res iudicata terminat negotium, & facit de falſo verum, & deductiones debent fieri ad ratam portionis grauatæ.

### Svmmarivm.

1 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
2 *Sententia facit de albo nigrum.*
3 *Res iudicata extinguit litem.*
4 *Res iudicata habetur pro veritate.*
5 *Sententia facit notorium.*
6 *Terminata lite non eſt ampliùs diſputandum.*
7 *Litium debet eſſe finis.*
8 *Executor non debet admittere exceptiones ad merita ſpe-ctantes.*
9 *Detractiones fieri debent ad ratam.*
10 *Rogitus Notarij an veniant in deductionibus conſide-randi.*
11 *Diuiſio eſt ſpecies alienationis.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi pro D. Aldrouando dixi non obſtare
motiuata, quin ſententiæ ab eo productæ in cauſa fi-
deicommiſſi non debeant executioni demandari, ſiqui-
dem in primis non eſt quærendum, an legitima, & Tre-
bellianica aſcendant ad medietatem totius hæreditatis,
cùm non tractetur de reſtituenda vniuerſa fideicommit-
tentis hæreditate; hæc enim res deciſa eſt per rem iudi-
catam; nam D. Barotius in ſua ſententia dixit duas le-
gitimas, & duas Trebellianicas, alteram reſpectu D.Ber-
nardini, alteram reſpectu D. Ioan. pro ratis detrahi de-
bere, modo in detractione funeralium expreſſo; vn-
de cùm relatum ſit in referente cum omnibus ſuis
qualitatibus, ad textum *in d. l. aſſe toto*, vbi Bart. *de hæ-* 1
*red.inſtit.* Farinac. *deciſ.*292. *num.*6. *in nouiſſimis*, opor-
tet videre, quid idem iudex dixerit de his expenſis.

Hæc igitur ſunt verba dicti Barotij. Primò impenſa-
rum funeralium ipſius D. Ioſephi pro ratis ſpectantibus
tam ad dictum D. Ioannem, quàm ad D. Bernardinum,
ita tamen quod dictæ detractiones non fiant, niſi reſpe-
ctiuè, & pro portione, quæ relaxabitur cùm reſtituentur.
Sed ſic eſt, quòd quælibet portio, cum reſtituentur, vni-
cam ſecum trahit detractionem pro rata ſua, vt in eadem
ſententia: ergo, &c.

Ex quibus clarè dignoſcitur in facienda huiuſmodi
deductione non eſſe calculanda omnia teſtatoris bona,
ſed tantùm portio grauati reſtituenda, cui ſi pars tenuis
obuenit de bonis fideicommiſſo affectis, tenuis quoque
erit deductio: vnde cùm ſint clara verba ſententiæ, & ea
iudicatum fecerit, ab eius tenore non eſt recedendum,
quia facit de ente ens, & de albo nigrum. Gloſſa *in l. ſi* 2
*non ſortem, §. hæredi, de condict. indeb.* Iaſ. *in l. Iulianus,*
*eod.*Marant.*in ſpec. part.*6.*princ.*3. *punct. art.*1. *num.*129. 3
Scacc. *de ſentent. & re iudic. gloſſ.*14. *quæſt.*2. *numer.*7. *ad*
*fin.* & ſententia quæ fecit iudicatum extinguit litem in 4
fauorem victoris. Rot. *diuerſ. deciſ.*33. *numero* 11. *lib.*3.
*part.*3. Scacc. *d. quæſt.*2. *num.*9. nam de veritate aliter 5
non eſt indagandum, cùm ipſa habeatur pro veritate, ad
textum *in l.res, iudicata*, vbi Dec.& Cagn.*de reg. iur.* Ce- 6
phal.*conſ.*57.*num.*19.Rot.*diuerſ.deciſ.*234.*in princ.part.*4.
Scacc.*d quæſt.*2.*num.*7.*in fin.* adeò vt faciat ius vincentis 7
notorium. Crauet.*conſil.*819.*num.*4. vnde aliud non ſuper-
eſt, niſi vt fiat executio. Petr.Caball. *conſ.*18.*num.*2. *lib.*2.
non ergo iudices debent ampliùs de hoc quærere, tan-
quam de negotio finito, ad textum *in l. terminato*, vbi 8
Bald. & DD. *C. de fruct. & expenſ.* alioquin nullus eſſet
litium finis aduerſus diſpoſitionem *l. properandum*, vbi
Bart. & DD. *C. de iudic.* vnde eſt, quòd executor ſen-
tentiæ non debet admittere exceptiones merita cauſæ
concernentes, ad textum *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus,*
vbi Bart.& DD.*ff. de re indic.*& *in cap. de cætero*, vbi Can.
*extr. eod.*

Non eſt igitur calculandum, quantum ſit patrimo-
nium fideicommittentis, ſed quanta ſit portio onere fi-
deicommiſſi grauata, ad cuius ratam faciendæ ſunt dedu-
ctiones; quæ enim motiuantur, procedunt in reſtitutio-
ne vniuerſæ hæreditatis, non autem ſi de portione tan-
tùm vnius cohæredis agatur, quia tunc de iure ad ra-
tam illius portionis fient deductiones: ita poſt Sic.Dec.
& Anchar. ſcribit Cephal. *conſ.*189.*num.*29.Peregr. *con-* 9
*ſil.*46. *num.*11. *lib.*1. & *de fideicommiſſ. art.*36. *num.*154.
vbi ad ratam hæc facienda eſſe docet: & ſanè de hoc
non eſt controuertendum, quia ſententia Barotij rem
declarat.

Hinc non eſt quærendum, an calculanda ſit æſtimatio
inſtrumentorum, & rogituum quæ obuenerunt D. Troi-
lo tum ex prædictis; tum quia illa obuenerunt hæredibus
iure legati, & cùm vigore ſententiarum legata ſint priùs
deducenda tanquam à fideicommiſſo aliena, nihil vlte-
riùs



rius eſt quærendum, niſi hoc idem firmare velimus, per
textum *in l. Neſennius,*& *in l.filio,ad falcid.*& *in l.in fidei-*
10 *commiſſariam, ad Trebell.* & maximè quia hìc fideicom-
miſſum non eſt omnium bonorum, ſed de aliis bonis, quæ
teſtator non legauit.

Præter hæc animaduertendum eſt, in deductionibus
imputanda eſſe omnia alienata, vt in dicta ſententia; quod
intelligit etiam de alienatis in D. Troilum titulo onero-
ſo diuiſionis, in quorum contracambium dedit bona li-
bera, in hoc enim verificantur etiam verba ſententiæ,
quia diuiſio verè eſt alienatio, cùm in ſe contineat quam-
dam permutationem, & transferat dominium pro portio-
11 ne obueniente, ad textum *in l.cùm pater,§.hæreditatem,* &
ibi Bart.& DD.*ff.de leg.*2.Burſat. *conſ.*295.*num.*108. *lib.*3.
Decian. *conſ.*30. *num.*14. *lib.*1. Riminald. Iun. *conſil.*244.
*num.*246. Et ita, &c.

## CAPVT LXXV.

### Epitome.

Relatio periti à partibus electi quomodo debeat interpretari, & an arbiter poſſit ſuum laudum interpretari, & quomodo declaratio permiſſa ſit.

### Svmmarivm.

1 *Periti à partibus electi ſunt ſimiles arbitratoribus.*
2 *Sententia debet ſtrictè intelligi, quantùm ſonat.*
3 *Sententia quod non dicit, omiſſum cenſetur.*
4 *Omiſſum dicitur, quod non fuit expreſſum.*
5 *Relatum eſt in referente.*
6 *Relatio fit ad partem, cui verba congruunt.*
7 *Relatio non fit ad illud, quod habet ſpecialem prouiſio-nem.*
8 *Peritus declarat ſuam relationem.*
9 *Iudex poteſt declarare ſuam ſententiam.*
10 *Arbiter declarat ſuum laudum.*
11 *Declaratio rei geſtæ quando fieri poſſit.*
12 *Declarans nihil addit.*
13 *Declaratio non requirit nouam ſolemnitatem.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi pro D. Bernardino Varrino cum Re-
degheriis dixi relationem D. Bernardini Martinelli
periti Agrimenſoris electi ad æſtimandum prædiolum
nunc poſſeſſum à iugalibus de Redegheriis, non poſſe ex-
tendi ad quandam petiam terræ nunc dicto Varrino reſti-
tutam, quia ille Agrimenſor de ea non fecit mentionem,
ideò non poſſumus dicere, quod eam voluerit æſtimare:
nam cùm iſti Agrimenſores periti à partibus electi ad
æſtimandum ſint ſimiles arbitratori, Cart. & DD. *in l. ſi*
1 *quis arbitratu,ff.de verb.oblig.*& *in §. pretium autem, Inſtit.*
*de empt. & vendit.* ſequitur, quòd illorum relationes ſint
ad inſtar ſententiarum, & ideò ſtrictè debent intelligi, &
2 quantum ſonant, tantùm importare. Socin. Iun. *conſ.*45.
*num.*23. *lib.*1. & Riminald. Iun. *conſ.*430. *num.*27. quod
enim ſententiæ non dicunt, nec nos dicere debemus, quia
3 omiſſum habetur pro omiſſo, ad textum *in l.veteribus,ff.de*
*pact.* Cephal. *conſ.*527.*num.*32. & omiſſum dicitur, quod
4 non fuit expreſſum, *l.ſi cùm dotem, in princ. ff. ſolut. matr.*
*l.commodiſſimè, de liber. & poſth.* Ceph. *conſ.*451.*num.*194.
Pariſ.*conſ.*80. *num.*11.*vol.*2. cùm igitur Agrimenſor non
fecerit mentionem de dicta petia terræ, ſed ſolùm de
prædiolo ab ea diſtincto, dicendum eſt eam noluiſſe æſti-
mare. Pariſ. *conſ.*35. *num.*12. *vol.*1.

Neque obſtat, quod ſe referat ad inſtrumentum D.
Bergamaſchi, vbi habetur ſermo etiam de dicta terra,
quia licèt relatum ſit in referente cum omnibus ſuis qua-
litatibus, *l.aſſe toto*, vbi Bart. *ff.de hæred. inſtit.* tamen ani- 5
maduertendum eſt, quod inſtrumentum illud non facit
mentionem de vtroque in confuſo, ſed diſtinctè cum ſuis
particularibus demonſtrationibus, vnde cùm peritus
pluries dicat ſe æſtimaſſe prædiolum, de quo in inſtru-
mento, debet intelligi ſolùm de illo, non etiam de terra,
quia ſic loquendo non videtur comprehendere voluiſſe
omnia in inſtrumento contenta, ſed tantùm, quæ perti-
nent ad prædiolum, quoniam relatio fit ad eam partem,
cui verba congruunt. Gabr. *conſil.*128. *num.*8.*vol.*2. non
autem refertur ad caſum, cui non conuenit: idem Ga- 6
briel *conſ.*18. *num.*37. *vol.*2. limitata enim ad prædiolum
fuit relatio, ideo limitatum etiam produxit effectum. Pa-
riſ. *conſ.*102. *num.*25. *vol.*1. & cùm illa petia terræ ha- 7
beat ſpecialem prouiſionem, ad eam non debet fieri re-
latio. Pariſ. *conſil.*87. *num.*33.*vol.*3. & licèt dicat ſe æſti-
maſſe ad corpus, hoc etiam verificari poteſt in ſolo præ-
diolo, & nihil infert ad illam terram, & cùm talis re-
latio ſit conformis ſententiæ D. Prætoris, vbi mandat
prædiolum reſtitui, vel iuſtum pretium ſuppleri, eodem
modo ea debet intelligi.

Sed eſto, quòd dubia eſſet talis relatio, tamen dicen-
dum eſt dictum Agrimenſorem potuiſſe eam declarare
ad tradita per Maſcard. *de probat. concluſ.*125. *num.*25. *in* 8
*fin.* ſicut enim Iudex poteſt ſuam ſententiam declarare,
parte etiam non citata, vt per Gabriel *comm. concluſ. tit.*
*de reg. iur.concluſ.*2.*num.*14.Menoch. *de arbor.iudic quæſt.*
73. *numer.*21. ita arbiter ſuum laudum. Ruin. *conſ.*10. 9
*num.*10. *vol.*5. Gabriel *d. loco, num.*17. Tiraq. *de retract.*
*lignag.§.*1. *gloſſ.*18. *num.*77.

Et declaratio validior fuit, quia in continenti facta 10
eſt, & ex ea non poteſt dici fuiſſe alicui ius quæſitum.
Gabriel *d.concluſ.*3. *num.*18.Menoch. *conſ.*331. *num.*103.
*gl.*18. *num.*77. Nec mirum, quia declarans nihil de nouo 11
addit, ſed ſimilis eſt excutienti grana tritici. Chartar.
*deciſ.*16. *num.*20. & declaratio ineſt declarato, quia ad
principium actus retrotrahitur. Pariſ.*conſ.*65.*num.*5.*vol.*1. 12
Gabr. *d. concluſ.*3. *num.*9. Chartar. *d. deciſ.*16. *num.*32.
& hinc eſt, quod in declaratione facienda non requiri-
tur noua ſolemnitas, neque iuramentum. Gabriel *dict.* 13
*concluſ.*3. *num.*13.& *num.*29. ex quibus ſublata ſunt quæ
motiuabantur.

## CAPVT LXXVI.

### Epitome.

An ſeruitus viæ, ſeu tranſitus debeatur fratri diuidenti, vel emptori, ſi eam ſibi non reſeruauit, & aliunde non liceat tranſire.

### Svmmarivm.

1 *Res præſumitur libera, & alleganti ſeruitutem incumbit onus probandi.*
2 *Diuiſio bonorum facit, vt inuicem ſeruitutes cenſeantur conſtitutæ.*
3 *Seruitus debetur fundo diuiſio, vel empto, vt prius, ne re-maneat inutilis.*
4 *Via an debeatur ſocio diuidenti, vt prius.*
5 *Socius facta diuiſione non habet ius tranſeundi per aliam partem ſine reſeruatione.*
6 *Seruitus eundi per pratum alterius non competit poſt di-uiſionem.*
7 *Fratres diuidentes debent eſſe cauti in reſeruando ſibi ſer-uitutem.*

8 *Vicinus non tenetur vendere ius ſeruitutis alteri vicino.*
9 *Emptor partis fundi non poteſt tranſire per aliam partem, vt priùs.*
10 *Tranſitus non datur, niſi reſeruetur, etiamſi res fiat inutilis.*
11 *Seruitutes habentes cauſam continuam cenſentur reſeruatæ, etiamſi non dicatur.*
12 *Seruitutes reſeruatæ cenſentur in vltimis voluntatibus.*
13 *Clauſula,* Cum omnibus acceſſibus, & egreſſibus, *efficit, vt ſeruitutes cenſeantur reſeruatæ.*
14 *Seruitutes quando venditæ cenſeantur.*
15 *Seruitus non debetur nullo præcedente contractu.*
16 *Medium impertinens impedit extrema coniungi.*
17 *Res ſua, vel communis nemini ſeruit.*
18 *Seruitutes quomodo præſcribantur.*
19 *Seruitus non probatur ex actu facto iure familiaritatis.*
20 *Seruitutem non acquirit precariò tranſiens.*
21 *Teſtes ſuper negatiua non probant.*
22 *Actio non poteſt variari poſt litem conteſtatam.*
23 *Viam, quam elegiſti, hæc tibi pateat.*
24 *Acta iudicialia debent parti intimari.*
25 *Statuti qualitas debet probari à fundante ſe in eo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Carpenſi DD. Podiorum pro Saccheliis, dum eſſem Iudex cauſæ, de multis dubitatum fuit, & licèt poſtea contigerit nullam proferri ſententiam, tamen quoad me cenſui nullam dictis Podiis deberi ſeruitutem viæ, vel itineris, ſeu tranſeundi ſuper pratis dictorum DD. Sacchelioru m, pro quibus ſatis eſt dicere rem quamlibet præſumi liberam, & alleganti ſeruitutem incumbere onus probandi, ad textum *in l. altiùs, C. de*
1 *ſeruit.* Pariſ. *conſ.*26. *num.*13. *lib.*1. Natt. *conſ.*13. *num.*5. Surd. *deciſ.*177. *num.*1.2.

Allegabant DD. Podij ſe non habere aliunde tranſitum, & quod pars pratorum DD. Saccheliorum erat ſolita ſeruire pratis illorum, quia de vtriſque erat olim vnicus fundus, cùm eſſent communia pro indiuiſo, & pars ſuperior ſeruiebat ad euacuandam inferiorem; ideò debent etiam nunc eodem modo ſeruire, quia diuiſio eſt ſimilis venditioni, in qua ſeruitutes cenſen-
2 tur pro iure conſtitutæ. Ruin. *conſil.*90. *ſub num.* 3. *lib.*4. Riminald. Iun. *conſilio* 421. *numero* 1. Magon. *deciſ. Florent.*136. *num.*4. Theſaur. *deciſ.*216. Cyriac. *controu.*27. *num.*4. *part.*1.

Et in hac ſpecie, quod ſcilicet ſiue in venditione, ſiue in diuiſione, & tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, de æquitate, ne fundus remaneat incultus, & inutilis, intelligatur reſeruata ſeruitus itineris, & viæ per fundum vicinum fundo empto, vel diuiſo, tenuit la-
3 tè Curt. Iun. *in l.*2. *num.*51.52. vbi reſpondet contrariis, & ibi etiam Salyc. & Decian. *ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Albert. *in l. ſi ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt. funer.* pulchrè etiam Bero. *deciſ.*322. *num.*8. *in fin. part.*2. Afflict. *deciſ.*265. *num.*108. latè Ioſeph. Ludouiſ. *commun. concluſ. tit. de via, actu, itin. & ſtrat. ad medium, verſ. contrarium voluit*, vbi teſtatur, quod hæc opinio magis communiter hodie ſeruatur in praxi.

Nihilominus verior, & receptior eſt ſententia DD. quod ſi fiat diuiſio alicuius rei ſtabilis communis inter fratres, vel ſocios, licet antea vna pars ſeruiret alteri, tamen ſi ſocius non reſeruet ſibi ſeruitutem in futurum
4 eundi per partem alterius, non poterit ampliùs vti via, prout poterat durante communione, etiamſi aliunde non habeat tranſitum, quia in diuiſione rei communis non cenſetur actum, quod quis habeat ſeruitutem per
5 partem alterius, niſi expreſsè id caueatur, ad textum *in l. via conſtitui, §. quicumque*, vbi Bart. Bald. Flor. & communiter DD. *ff. de ſeruit. ruſt. præd.* idem tradit Iaſ. *in l. ſeruum filij, §. ſi ſtatuliber, num.*7. *de legat. primo*, vbi
in terminis noſtris inquit, quòd ſi facta ſit diuiſio, quis 6
non poteſt ire per pratum alterius, ſicut priùs poterat, niſi hoc ſpecialiter fuerit conuentum, & idem tenet Decian. *in d.l.*2. *num.*34. Socin. *conſ.*139. *col.*2. *vol.*1. latè Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.*38. *num.*2. 3. Fabian. *in tract. de empt. & vend. quæſt.*6. *membr.*17. *num.*73. Vbald. *in tract. de ſociet. part.*11. *quæſt.*8. *num.*9. Ioan. de Amic. *conſil.*81. *num.*4. Ioſeph Ludouiſ. *d. concluſ.*1. *verſ. ampliatur ſecundum.* Capyc. *deciſ.*187. *per totam.* Bertaz. *clauſ.*23. *gl.*1. *num.*4. latè etiam Felix *tract. de ſociet. cap.*37. *num.*101. 102. 103. qui dicunt idcircò cautos eſſe debere fratres, & ſocios diuidentes prædia, vel domos, vt ſibi reſeruent iura tranſitus per partem ſocij, alioquin carebunt
ſeruitute, & ponunt exemplum de tribus fratribus ha- 7
bentibus domum communem habentem tria ſolaria, & in diuiſione cuilibet aſſignatum eſt vnum ſolarium, & qui habebant ſolaria ſuperiora, volebant tranſire per ſolarium inferius, ſicut erant ſoliti ante diuiſionem, & non poſſe id fieri teſtantur, vt penes Vbald. *d. tract. de duob. fratr. part.*11. *numero nono.* Felic. *dict. cap.*39. *numero* 102. quorum ſententia veriſſima eſt de iure communi, adeò vt neque vicinus poſſit compelli ad vendendum ius ſeruitutis, vel ſpatium terræ iuſto pretio.
Iaſ. *in d. l. ſeruum filij, §. fin. de leg. primo.* Ioſeph Lu- 8
douiſ. *dict. concluſ.*1. *verſ. ampliatur.* Crauet. *conſil.*842. *num.*2.

Et hoc idem ſtatuendum eſt in venditione, & emptione, & aliis contractibus; nam ſi quis vendat partem domus, ſeu fundi, & non reſeruet emptor ſibi ius tranſeundi per partem venditoris, vt fieri ſolebat, non habebit iura tranſitus, etiamſi aliunde non pateat, quia hæc non
veniunt in venditione, niſi dictum fuerit, ad textum *in* 9
*l. in vendendo, in princ. ff. de contrahend. empt. l. ſi binarum, ff. de ſeruit. vrb. præd. d. l. via conſtitui, l. ſi quis duas, ff. communia præd. l. ſi quis ex fundo, ff. quemadm. ſeruit. amit.* Fulgoſ. *in l. binas, §.*1. *numer.* 4. vbi Caſtr. *num.*6. *ff. de ſeruit. vrb. præd.* Bart. *in l.*2. *in princ. numero* 13. *in fin. ff. ſolut. matr.* Iaſ. *in d. l. ſeruum filij, §. fin. numero* 6. Corn. *conſ.*154. *vol.*2. Albert. *in l. damnas eſto, §. qui duos, ff. de vſufruct. legat.* gloſſ. Bart. Albert. & DD. *in l. quod conclaue, ff. de damn. infect.* Cæpol. Veronenſ. *d. tract. de ſeruit. vrb. præd. cap.*38. Socin. *reg.*142. *verſ. primò fallit.* Bertaz. *d. clauſ.*23. *gl.*1. *num.*4. *verſic. & cauendum*, pulchrè Crauet. *conſil.*842. *num.*2. vbi expreſsè dicit id procedere, etiamſi res ex contractu acquiſita fiat inutilis, neque cogendum eſſe vicinum, ſeu venditorem ad conſtituendum nouam ſeruitutem tranſitus
iuſto quoque pretio: & idem ſentiunt Fabian. *de empt.* 10
*& vendit. quæſt.*6. *membr.*17. Capyc. *dict. deciſ.*187. Felix *dict. tract. cap.*39. *num.*101. pulchrè Surd. *d. deciſ.*177. *num.*6.7. *part.*1. vbi allegat multa iura, & inquit ita Senatum iudicaſſe, ex quibus apparet hãc eſſe veriorem, & magis communem DD. ſententiam, non attentis adductis per Curtium iuniorem dicto loco, quo verè ſecundum ſuum ingenium acriter ſubtilizat, ſed non poteſt cum honore ſe disbrigare à iuribus contra eum facientibus.

Benè verum eſt, quod hæc regula multis modis ſolet limitari, quoniam procedit ſolùm in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam, ſeu momentaneam, velut iter, actus, via, ſecus eſt in ſeruitutibus, quæ habent cauſam ſucceſſiuam, & continuam, vt ſeruitus tigni iniuncti, vel oneris ferendi, de his enim etiamſi non fiat mentio, tamen reſeruatæ intelliguntur, quia res tranſit cum
onere ſuo, ad textum *in d.l. binas ædes, de ſeru. ruſt. præd.* & 11
*d.l. quod conclaue*, Cæpol. *d. tract. c.*38. *col. pen.* Boer. *d. deciſ.*322. *n.*5. Ioſeph Ludou. *d. concl.*1. aliàs eſt *concl.*76. *ad fin. verſ. fallit tertiò*, & Bertaz. *d. clauſ.*23. *gl.*1. *n.*4. *verſ. & reſpectu.* Curt. Iun. *in d.l.*2. *num.*51.52. *ff. de iuriſdiction. om. iudic.* Capyc. *d. deciſ.*187. Cyriac. *d. controu.*27. *num.*3. *lib.*1. quod ſanè iuſtum eſt, ſed non ferit caſum noſtrum.



Secundò fallit fauore vltimæ voluntatis, ſiue enim relicta ſit proprietas, ſiue vſusfructus, cenſentur relictæ ſeruitutes, ſine quibus res inutilis efficeretur, ad tex-
12 tum *in d.l. binas ædes, & in l. ſi fundum, §. qui fundum, ff. de leg. primo, l. teſtatrix, in princ. ff. ſi ſeruit. vend.* Bart. *in d.l.*1. *de ſeruit. leg.* Veronenſ. *d. cap.*38. *col. vlt. verſic. aut quæris.* Alber. *in d. l. binas ædes*, vbi reddit rationem differentiæ inter contractus, & vltimas voluntates, quia ille, qui contraxit, debuit, & potuit de talibus ſibi prouidere, & ſibi imputandum eſt, quare non prouidit, ſecus eſt in vltima voluntate, vbi etiam ignoranti quæritur: idem tenet Ioſeph. Ludouiſ. *d. concluſ.*1. *ad fin. verſ. fallit ſextò.* Boet. *d. deciſ.*322. *num.*8. Curt. Iun. *d. l.*2. *num.*51. 52. Felix *cap.*39. *num.*101. ſed hìc non quæritur de aliqua vltima voluntate.

Tertiò fallit, ſi in inſtrumento venditionis, ſeu diuiſionis appoſita ſit clauſula, *Cum omnibus acceſſibus, ſeu introitibus, & egreſſibus ſuis vſque in vias publicas*; tunc ſanè eſt debita ſeruitus itineris, aut viæ, etiamſi non ex-
13 primatur, vt dicunt Bart. & Bald. & DD. *in d.l. binas ædes, de ſeru. ruſt. præd.* Corn. *d. conſ.*154. *littera D, cum ſeq.* Veronenſ. *d. cap.*38. Boer. *d. deciſ.*322. *num.*6. Ioſeph. Ludouiſ. *d. concluſ.*1. *ad fin. verſ. fallit quarto.* Vbald. *d. tract. de duobus fratr. part.*11. *ſub num.*9. Felix *d. tractat. de ſociet. cap.*39. *num.*104. Capyc. *deciſ.*187. *num.*16. Crauet. *conſ.*105. *num.*12. Afflict. *deciſ.*298. *numero ſeptimo*, Surd. *conſ.*17. *num.*29. latè Cyriac. *d. controuerſ.*27. *num.*1. *part.*1. vbi inquit, quod venditor per hæc verba cenſetur vendidiſſe actiuam ſeruitutem, & retinuiſſe paſſiuam ſuper alia domo, in qua conſiſtebat: id autem non iuuabat
14 DD. Podios, quia nunquam produxerunt aliquod inſtrumentum diuiſionis, à quo poſſet hauriri talis clauſula.

Ex quibus dicebam DD. Podiis non competere aliquam ſeruitutem, etiamſi aliunde non pateret aditus, cum non oſtendant ſe aliquo modo cum Saccheliis contraxiſſe, ſi enim non debetur, quando præceſſit aliquis contractus ſine reſeruatione ſeruitutis, multò minùs, quan-
15 do non conſtat de aliquo contractu, vt inquit Crauet. *d. conſ.*842. *num.*2. *in fin.* ſiquidem medium impertinens impedit extrema coniungi, vt inquit Surd. *d. deciſ.*177.
16 *num.*6.7. Et dato etiam, quod priùs illa prata eſſent communia, quia tamen vnuſquiſque habebat partem in qualibet gleba, Bart. *in l. ſi quis fundum, ff. de acquir. poſſeſſ.* ſequitur tunc non extitiſſe aliquam ſeruitutem, quia res propria nemini ſeruit, ſicut nec etiam communis reſpe-
17 ctu poſſidentium in communione, ad textum *in l. in re communi, ff. de ſeru. vrban. præd. l. vti frui, in princ. ſi vſusfruct. pet.* Crauet. *conſ.*554. *num.*1.

Et licèt non conſtet de inſtrumento diuiſionis, tamen teſtes DD. Podiorum, qui plenè probant contra partem inducentem, *vulg. l. cùm precum, C. de liberal. cauſ.* dicunt facta fuiſſe ab annis decem circiter, quod tempus non ſufficit ad præſcribendam ſeruitutem diſcontinuam, quia
18 requiritur ſpatium longiſſimi temporis, *l. ſeruitutes, la grande*, vbi gloſſ. & DD. *ff. de ſeruit.* Cæpol. *dict. tract. cap.*19. *num.*4. *verſ. ſed ſi eſt*; non enim eſt computandum tempus, in quo prata fuerunt communia, quia tunc nullam ſeruitutem acquirere poterant. Surd. *d. deciſ.*177. *numero nono.* Vnde eſt ineptum quærere, an habuerint diuiſionem pro titulo huius ſeruitutis, tum ex prædictis, tum quia DD. Podij allegant eſſe in quaſi poſſeſſione huius ſeruitutis per annos viginti & vltra, & tamen diuiſio non excedit decimum annum circiter.

Accedat, quod ad probandam præſcriptionem ſeruitutis viæ, vel tranſitus, neceſſe erat probare DD. Podiis, ſe iuiſſe, & tranſiſſe cum plauſtris, & bobus per prata DD. Saccheliorum iure proprio, & ſeruitutis, non autem precario, aut iure familiaritatis, provt in dubio præſumitur. Caſtr. *in l. qui iure, num.*2. *verſ.*
*& allegatam, ff. de acquir. poſſeſſ.* & *conſ.*179. *verſic. &* 19
*hoc, lib.*1. Innoc. *in c. bonæ, il grande, in princ. de poſtulat. Prælat.* vbi etiam Abb. & Ruin. *conſ.*34. *numer.* 13. *vol.*1. & *conſ.*162. *num.*25. *vol.*3. Pariſ. *conſ.*112. *num.*37. *vol.*1. pulchrè Surd. *dict. deciſ.*177. *numero tertiò*, & hoc non habet difficultatem, quia teſtibus probatum eſt DD. Podios licentiam petiiſſe ſic tranſeundi, & ſic precario nomine tranſierunt, quo caſu ſcientia, & patien-
tia Domini tranſitum dantis nihil ei nocet, ad textum *in* 20
*l.*1. *in fin. de aqu. plu. arcend.* Bart. *in l.*1. *§. hoc interdicto, num.*11. *ff. de itin. act. priuat.* Pariſ. *dict. conſ.*112. *num.*37. 38. *lib.*1.

Et teſtes DD. Podiorum dicentes non fuiſſe petitam licentiam non probant, quia deponunt ſuper negatiua
non coarctata. Pacian. *conſil.* 32. *numer.* 12. Claud. ad 21
Bertaz. *conſil.*423. *littera A*, Farinac. *de teſtib. quæſt.*65. *num.*205. & plus creditur teſtibus DD. Saccheliorum affirmantibus, licentiam fuiſſe petitam, & conceſſam. Crauet. *conſil.*65. *numero* 25. Farinac. *d. quæſt.*65. *numero* 201. 207.

His ſtantibus DD. Podij confugiunt ad ſtatutum Carpi *lib.*4. *rubr.*18. quo diſponitur, ne poſſeſſiones, & prædia ſint infructuoſa, licere vicino tranſire per campum vicini cum plauſtris, & bobus, ſi non habeat caput ad aliquam viam publicam. Verùm à principio proceſſus non deduxerunt in iudicio iſtam actionem à ſtatuto naſcentem, ſed ex præſcriptione, & poſſeſſione longi temporis, quæ remedia valde differunt, & poſt litem conteſtatam non licet variare actionem, vt tra-
dunt DD. *in l.*1. *C. de edend.* & propterea illis dici po- 22
teſt: Viam, quam elegiſtis, hæc vobis pateat, *l. ſi mu-*
*lier, §. fin. ff. de eo, quod met. cauſ. §. quæ de fullone, ver-* 23
*ſic. ſed noſtra, Inſtit. de oblig. ex delict.* Bald. *in l.*1. *num.*1. *C. de execution. rei iudic.* Socin. Iun. *conſ.*46. *num.*7. *vol.*2. vnde non profuit eis poſt concluſum in cauſa nouam hanc proponere actionem, & multò minùs, quia
hanc petitionem parti aduerſæ non notificauerunt, vt 24
erat neceſſe ſecundùm Marſil. *ſingul.* 81. per totam; & ideò ob concluſionem in cauſa non licebat eis ſic variare petitionem. Aſin. *in prax. §.* 21. *capite ſexto, numero ſecundo.*

Deinde prouiſio illius ſtatuti non videbatur habere locum in iſto caſu, quia non conſtabat, quòd prata DD. Podiorum non haberent caput ad aliquam viam, provt eſt neceſſe oſtendere, quia ſe fundans in ſtatuto debet probare verificatas eſſe omnes ſtatuti qualitates, alioquin ſtatuto non eſt locus. Bart. *in l.*1. *§. quod au-*
*tem, ff. ne quid in flum. public.* Felin. *in cap.*2. *de reſcript.* 25
Decian. *conſil.*520. *num.*11. Bero. *conſil.*29. *numero* 29. *lib.*2. Natt. *conſil.*474. *num.*31. Surd. *conſ.*45. *numer.* 14. vbi pulchrè loquitur, idem Surd. *conſil.*130. *num.*1. & *conſil.*138. *num.*1. Maſcard. *de probation. verb. Qualitas, concluſ.*1254. *num.*3. Cyriac. *controu.*145. *num.*7.8. *part.*1. Hic autem potiùs habetur quod à parte inferiori dictorum pratorum ſit vna via capax huiuſmodi tranſitus; ideò non eſt locus dicto ſtatuto, quod etiam ſtrictè eſt interpretandum, vti deuians à iure, vt de ſimili ſtatuto dixit Crauet. *dict. conſil.*842. *num.*3. Ideò pro Saccheliis cenſeo per iura hucvſque allegata, niſi meliora proferantur.

## CAPVT LXXVII.

EPITOME.

Diuiſio bonorum communium inter fratres non poteſt impediri, etiamſi res aliqua diuidenda ſit litigioſa, & in donationem propter nuptias filius debet ſuam partem imputare.

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio eſt actus neceſſarius.*
2 *Diuiſio non poteſt impediri, etiamſi maior pars diſſentiat.*
3 *Diuiſio vniuerſorum fieri debet.*
4 *Diuidi debent omnia, quæ poßidebat defunctus.*
5 *Diuidi debet, quod peti poteſt.*
6 *Probibita eſt alienatio mutandi iudicij causâ facta.*
7 *Acquirens primus in feudo poteſt ſucceſſoribus præiudicare.*
8 *Primogenitura reuocabilis habet naturam vltimæ voluntatis.*
9 *Iuramentum non facit actum irreuocabilem.*
10 *Obliuio præſumitur ex lapſu decem annorum.*
11 *Donatio non acceptata poteſt reuocari.*
12 *Litigioſa res poteſt diuidi inter fratres.*
13 *Donationem propter nuptias filius imputat in ſuam partem.*
14 *Donatio facta à ſocero nurui cenſetur propter nuptias.*
15 *Verba*, tua erunt, *diſponunt.*
16 *Dictio*, Nunc, *eſt aduerſatiua, & quid importet.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VT morem geram, cui plurimùm debeo, & neceſſe eſt, vt reſpondeam motiuis quibuſdam excitatis in diuiſione bonorum quondam Illuſtriſſimi D. Marchionis Herculis Coccapanij ſenioris, & dicam eam ampliùs non eſſe retardandam, quia eſt actus neceſſarius, cùm nemo cogatur manere in communione bonorum, §. *fin. communi diuid.* adeò vt ſatis ſit vnum prouocare ad di-
1 uiſionem, etiamſi alij diſſentiant, *l. arbitrum, ff. famil. erciſc.* & in hac diuiſione debet venire etiam Palatium
2 Villæ Gallorum cum prædio adiacente, quia diuidere oportet quidquid poſſidebat teſtator, *l. bona, Cod. fa-*
3 *mil. erciſc.*

Neque obſtat, quòd dictus Marchio dictum Palatium erexerit in primogenituram, ideóque ſpectare ad D. Herculem iuniorem ſtante refutatione paterna.

Quoniam nullus ex hæredibus dicti Marchionis ſenioris prætendit in dicto Palatio plus altero, & ideò nulla adeſt iuſta ratio, quin diuidatur, quia in petitione hæreditatis comprehenduntur etiam ea, quæ non ſunt hære-
4 ditaria, dummodo ea poſſideret teſtator, vel haberet in ſua poteſtate, vt res depoſitæ, vel pignori datæ, *l. & non tantum, ff. de petit. hæreditat.* adeò vt veniant etiam ea,
5 in quibus teſtator habebat ſolùm ius retinendi, *d. l. & non tantum, §. veniunt,* quod autem peti poteſt, diuidi etiam permiſſum eſt, *l. per fam.* ibi: *& generaliter, ff. fam. erciſc.* & ideò Palatium diuidi debet, quia poſſidebatur à defun-
6 cto, & per diuiſionem non præiudicatur prætenſori, qui tantùm dolere poteſt de alienatione mutandi iudicij causâ facta, *l. 1.* vbi Bart. & Bald. *C. communi diuid.* & ſatis eſt hæredes diuidentes ſibi inuicem teneri de euictione, *l. ſi familiæ, C. fam. erciſc.*

Et multò minùs debet negari diuiſio dicti Palatij, quia iura primogenituræ ſunt valde turbida, & obſcura, quoniam illius fundator ſubrogauit in eius locum feudum iuriſdictionale tanquam nobilius, quod potuit facere,
7 cùm ſit primus acquirens. Clar. *in §. feudum, quæſt. 40. num. 3. verſ. eſt enim,* & *quæſt. 41. numero 2. verſ. nam feudum,* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 5. num. 42.* & *part. 8. cap. 7. num. 15.*

Et maximè quia fundator, antequam faceret primogenituram, proteſtatus eſt, quòd intendebat poſſe ſemper eam reuocare, quod declarauit etiam in ipſa erectione, licèt non ita clarè, & proptereà cùm primogenitura ita ſit inſtituta, vt reuocabilis exiſteret, ſequitur, quoad effectum, & facultatem reuocandi eam ſortiri naturam vlti-
8 marum voluntatum, etiamſi fieret in contractu: latè Molin. *de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 12. num. 7. 8. 9. & ſeqq.* & *ſub num. 28. verſ. ſi verò maioratus non per viam,* & *verſ. ſi verò in eo.* Sicut ergo omnes vltimæ voluntates poſſunt reuocari: ita hæc primogenitura. Molin. *d. tract. libr. 1. cap. 12. num. 36.* & *lib. 4. cap. 2. num. 1.*

Neque obſtat iuramentum, quia cùm fuerit interpoſitum in actu reuocabili, ſortitur eius naturam, & non efficit, quin primogenitura non poſſit reuocari, & an-
nullari. Molin. *lib. 4. cap. 2. num. 56. 57.* & *num. 64. verſ.* 9
*& ipſum,* & *num. 66.*

Non obſtat fundatorem ſibi reſeruaſſe facultatem reuocandi dictam primogenituram, dummodo faceret men-
tionem dictæ proteſtationis, quia cum in abrogatione 10
fecerit mentionem huius primogenituræ, ſatis expreſſit, quod debebat. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 8. num. 11. verſ. tertiò, & num. 13.* & multò magis quia lapſi ſunt decem anni inter creationem, & abrogationem primogenituræ, vnde præſumitur obliuio. Mantic. *d. lib. 12. tit. 8. num. 16.*

Et maximè valida reuocatio, quia nunquam conſtat primogenituram fuiſſe acceptatam ab Illuſtriſſimo D. primogenito, quinimmò eam vltimis diebus repudia-
uit acceptando hæreditatem paternam, ideò non ob- 11
ſtante ſtipulatione Notarij fundator potuit eam reuocare. Molin. *d. tract. de primogenit. Hiſp. lib. 4. cap. 2. numer. 60. 61. 62. 63. 64. & ſeqq.* & *num. 69.* & *num. 71. verſ. vtcumque.*

Id autem tolerabile eſt, cùm fundator ſubrogauerit loco primogenituræ feudum nobilius, & dum primogenitus acceptauit hæreditatem paternam, videtur etiam confirmaſſe eius diſpoſitionem. Peregr. *de fideicommiſſ. art. 2. num. 89.*

Et dato etiam, quòd Palatium prædictum eſſet litigioſum propter litem à tertio motam, tamen non poteſt impediri inter hæredes eius diuiſio cum vniuerſitate aliorum bonorum paternorum, cùm res litigioſa veniat in conſequentiam aliorum bonorum, & diuidi poteſt, vt
bene probat textus *in §. 1. verſ. quando enim, in Auth. de li-* 12
*tigioſ.* & *in l. fin. in verb. aut diuiſionis, C. eod.* Addit. ad Capellam Tholoſan. *deciſ. 75. verſ. & ad hoc,* Cephal. *conſ. 64. num. 13.* & *num. 22.*

Non obſtat ſecundum motiuum de donatione ex cauſa doris facta per dictum D. Marchionem ſeniorem Illuſtriſſimæ D. Violantæ Arioſtæ vxori Illuſtriſſimi D. Com. Sigiſmundi Coccapani, quia hæc donatio etiamſi eſſet in augmentum dotis, cùm ſit conſtituta à ſocero nurui, cenſetur facta contemplatione filij, & ideò ipſe debet eam imputare in ſuam portionem hæreditariam, nec poteſt eam deducere in diuiſione cum fratribus, *l. vt liberis, C.*
*de collation.* Theſaur. *deciſ. 46. num. 4.* Mangil. *de imputation.* 13
*quæſt. 28. num. 27.* & multò magis, cùm dicatur in inſtrumento eſſe donationem ex cauſa doris, & propterea, etiamſi vocaretur ſimplex donatio, tamen debet cenſeri
donatio propter nuptias. Surd. *conſ. 196. num. 16. 17.* Gra- 14
tian. *diſc. 690. num. 17. 18.*

Non obſtat tertium motiuum de ſcutis 4000. datis per dictum D. Marchionem ſeniorem Illuſtriſſimæ D. Com. Lauiniæ ſuæ vxori in auxilium emendi domum Mutinæ, quoniam teſtator fidem facit talem pecuniam fuiſſe inueueſtitam in pretio dictæ domus, quæ cùm ex diſpoſitione tam matris quàm patris inter fratres æqualiter diuidi debeat, vnuſquiſque cenſetur habere etiam ſuam dicti crediti ratam, & ſi aliter dicat, perit quod intus habet, vnde bene dixit teſtator ſe non credere aliquem aliud cogitare, aut prætendere.

Hancque fuiſſe mentem patris, & matris conſtat, quia de reſtitutione nunquam locutum fuit, & dixit teſtator, *Nunc verò filij omnes partem habebunt in dicta domo, & ea fruentur*: quæ verba etiamſi videantur enunciatiua, ta-
men diſponunt, ad textum *in l. Titia, §. Titia, in verb. tua* 15
*erunt, de leg. 2.* & voluntas imperfecta declarat mentem defuncti. Bart. *in l. ſecunda, §. teſtamentum, num. 2. ff. quemad. teſt. aper.* & ſi bene conſiderentur eius verba, apparebit non



eſſe tractandum de reſtitutione, dum enim dixit: *Nunc omnes partem habebunt in domo*; videtur receſſiſſe
16 à propoſito reſtitutionis, dictio enim, *nunc*, eſt aduerſatiua, vt *in Auth. de defenſ. ciuit. §. quæ igitur,* & importat illud, quod fieri debet ſine dilatione. Pariſ. *conſil. 105. num. 30. lib. 1.* Ergo teſtator aliud non voluit, niſi quod domus prædicta diuidatur, & mater diſponendo, quod fiat dicta diuiſio, cenſetur reliquiſſe filiis ius tantùm, quod habebat. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 1. num. 14. 15.* ex quibus, & aliis currenti calamo, & vulgari idiomate exaratis cenſui diuiſionem prædictam non eſſe retardandam. Et ita, &c. ſaluo, &c.

---

## CAPVT LXXVIII.

### EPITOME.

Filiorum appellatione an veniant fœminæ in fideicommiſſis, & quando ſecus, & quomodo.

### SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione veniunt tam maſculi, quàm fœminæ.*
2 *Fœminæ dicuntur inſtitutæ filiis inſtitutis.*
3 *Fœmina excludit ſubditum facta filiis ſubſtitutione.*
4 *Filiorum appellatione non fœminæ continentur, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
5 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum in verbis diſpoſitiuis.*
6 *Filiorum nomine non continentur fœminæ, vbi tractatur de conſeruanda agnatione.*
7 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum, vbi non extant coniecturæ in contrarium.*
8 *Fœmina excluſa per ſtatutum non cenſetur excluſa per teſtatorem, & quomodo.*
9 *Fœmina non excluditur à fideicommiſſo niſi ſit excluſa ab hæreditate grauati.*
10 *Maſculus non excludit fœminas, niſi tractetur de conſeruanda agnatione.*
11 *Fœminæ non excluduntur per extraneum.*
12 *Fœminæ regulariter veniunt appellatione filiorum, etiam in diſpoſitiuis.*
13 *Filiorum appellatio quid comprehendat.*
14 *Probibitio alienationis poſita conſequutiuè ad fideicommiſſum non ampliat illud.*
15 *Deſcendentium appellatione etiam fœminæ continentur.*
16 *Fœmina non conſeruat agnationem.*
17 *Fœminis vocatis non poteſt dici agi de conſeruatione familiæ.*
18 *Fœminis non vocatis in inſtitutione, neque in ſubſtitutione cenſentur vocatæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1607. perilluſtr. D. Iacobus Tombeſius ſuum condidit teſtamentum, in quo ſuos hæredes nominauit perilluſtr. DD. Eleonoram Boiardam, & Iſabettam vxorem perill. D. Aloyſij Arioſti Nob. Ferrarienſ. ambas ſorores dicti teſtatoris æqualiter, & æquis portionibus, & deficiente vna ex dictis ſororibus inſtituit in dicta ſua hæreditate filios natos ex ipſa, & procreatos ex legitimo matrimonio, & filios filiorum in infinitum, & deficiente vna ex ipſis ſine filiis, vel ipſis filiis, & deſcendentibus deficientibus, inſtituit alteram, & filios ipſius, ac filios filiorum in infinitum, voluitque eius bona ſita in Villa Quarzelanæ conſeruari in dictis eius hæredibus, & deſcendentibus, quos inuicem inſtituit, & ſubſtituit.

Modò defuncta dicta D. Iſabetta ex ea ſuperſtites remanſerunt Illuſtriſſimus D. Franciſcus Arioſtus, & Violanta, ac Leonora eius ſorores. Vnde quæritur, an ſorores prædictæ ſuccedant in dicto fideicommiſſo vnà cum fratre, vel an potiùs ipſe vti maſculus eas excludat.

Et conſideratis verbis teſtamenti, in quo nunquam apparet teſtatorem habuiſſe reſpectum ad ſexum maſculinum, ſed vſus eſt verbis amplexantibus vtrumque, cenſeo iuri ſatis conuenire, vt ſorores prædictæ ſuccedant in dicto fideicommiſſo vnà cum fratre, quia teſtator alteri ex eis deficienti ſubſtituit filios, & filios filiorum ex ea pro-
creatos; ſatis autem conſtat, quòd appellatione filiorum 1
veniunt tam filiæ fœminæ, quàm maſculi, præſertim in vltimis voluntatibus, quia in teſtamentis maſculinum ſemper concipit fœminum, etiamſi agatur de fideicommiſſo, ad textum *in l. ſi ita ſcriptum, de leg. 2. l. ſi quis ita, de teſt. tut. l. filij appellatione,* & *l. iuſta interpretatione, de verb. ſignific.* Alex. *conſ. 53. num. 14. lib. 4.* Dec. *conſ. 236. num. 5.* Burſat. *conſ. 157. num. 45.* Cephal. *conſ. 45. num. 10.* Socin. Iun. *conſil. 169. num. 3. lib. 3.* Menoch. *conſil. 435. num. 4. 5.* Craſſ. *in §. fideicommiſſ. quæſt. 12. num. 1.* Peregr. *de fideicomm. art. 25. num. 1. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. quæſt. 58. num. 2. 3. 4. cent. 3.* Fuſar. *eod. tract. quæſt. 311. num. 6. 9.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib. 13. tit. 21. num. 11.* Farinac. *deciſ. 354. num. 1. part. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 414. num. 2. 3. 4.* Giouagn. *conſ. 97. num. 4. lib. 1.* & *conſ. 11. num. 11. lib. 2.* qui omnes concludunt vocatis filiis, vel eis nominatis, etiam fœminas ſub illa voce comprehendi, ſiue id ſit ex pro-
prietate ſermonis, ſiue ex identitate rationis, nihil ad 2
rem noſtram confert, ſatis eſt enim, quòd filiis inſtitutis
etiam fœminæ dicuntur inſtitutæ. Giouagn. *conſ. 63. num.* 3
*10. lib. 1.* & in ſubſtitutione facta filiis etiam fœmina excludit ſubſtitutum, ad textum *in l. Lucius, la 2. de hæred. inſtit.* Seraphin. *deciſ. 1216. num. 1.*

Verùm quia multa ſunt, quæ in hac materia ſatis intricata poſſunt in contrarium allegari, ſingulis reſpondere operæpretium duxi. Nam DD. ſolent præfatam concluſionem limitare, vt non procedat, vbi extat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, vt Ferrariæ euenit; tunc enim volunt, quod appellatione filiorum veniant tantùm maſculi, ſi extant, quia teſtator cenſetur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione ſui iuris municipalis: ita per textum *in leg. hæredes mei, §. cùm ita,*
vbi Bart. & Rip. *num. 75. ff. ad Trebellian.* Bald. *in l. tres* 4
*fratres, de pact.* Alex. *in l. Gallus, §. 1. in fin. de liber. & poſthum.* Socin. Iun. *conſil. 1. numer. 113. lib. primo,* Cephal. *conſil. 695. num. 6.* Burſat. *conſil. 63. numer. 31. lib. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. titul. 7. numer. 1. verſ. ſed adhuc,* latiſſimè Fuſar. *de ſubſtit. dict. quæſt 311. num. 42. 43.* Surd. *deciſ. 95. numer. 3. part. 1.* Giouagn. *conſil. 11. num. 4. lib. 2.*

Secundò obſtare videtur, quod aliqui conſiderant prædicta poſſe procedere in verbis conditionalibus, & ſub conditione prolatis, veluti, Si hæres deceſſerit ſine
filiis, ſubſtituo Caium: verùm in verbis diſpoſitiuis, ve- 5
luti, Deficiente hærede ſubſtituo eius filios, volunt fœminas non venire appellatione filiorum. Socin. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, ad Trebellian.* Riminald. Sen. *conſil. 224. numer. 49. 82.* Decian. *conſil. 12. num. 31. ad fin. lib. 1.* Giouagn. *conſil. 11. num. 18. lib. 2.* Honded. *conſ. 57. num. 71.*

Tertiò ſolet conſiderari, quod fœminæ non veniant appellatione filiorum, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, & habuit reſpectum ad conſerua-
tionem agnationis. Socin. Iun. *conſ. 162. ſub num. 27. lib. 2.* 6
Menoch. *conſ. 95. num. 26. 51.* Fuſar. *quæſt. 311. num. 28.* Giouagn. *d. conſ. 11. num. 9. lib. 2.* Farinac. *deciſ. 103. num. 4. part. 2.* qui alios allegant, quod hic ſatis verificari videtur, vbi teſtator voluit eius bona conſeruari in dictos eius hæredes, quod factum fuiſſe videtur pro conſeruanda agnatione.

His tamen non obſtantibus cenſeo inhærendum eſſe
regulæ, quod appellatione filiorum veniant etiam fœmi-
næ,tam in verbis conditionalibus, quàm diſpoſitiuis, à
qua non eſt recedendum,niſi in contrarium extent con-
iecturæ vrgentes, neceſſariæ, & dilucidæ, ad textum in
7 l.1. C. de condit.inſert.Rimin.d.conſ.224.num.47.55.lib.2.
Decian. d.conſ.12.à num.17.ad 28. Gabr. conſ.97.num.2.
Peregr. de fideicommiſſ. art.25.num.14. in fin. & num.20.
Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.14.ſub num.5. Fari-
nac. deciſ.486.num.2.part.2. Giouagn. d. conſ.11.num.14.
hic autem non extant aliquæ coniecturæ conſiderabi-
les: ergo, &c.

Non enim obſtat primum argumentum deſumptum à
ſtatuto excludente fœminas,ſtantibus maſculis,quia hæc
coniectura eſt valde leuis, & ſola non ſufficit, vt inquit
Alex.& Rip.in d.l. hæredes mei, §.cum ita,ff.ad Trebell. ad
rem Corn.conſ.138.num.9.lib.2.pulchrè Decian.d.conſ.12.
num.31. lib.1.

Sed eſto, quod bona eſſet talis coniectura, tamen illa
procedit ſolùm, quando verſamur inter illas perſonas,
quæ ſtatuto maſculis præferuntur in ſucceſſione illius
defuncti, de cuius hæreditate agitur, quæ fœmina ex-
cluſa per ſtatutum non cenſetur excluſa per teſtatorem,
niſi ab hæreditate illius, de quo ſtatutum loquitur.Zan-
8 chin.in d.l.hæredes mei,§.cum ita,part.9.num.49. Decian.
d.conſ.12. num.31. verſ.& veriſſima.Seraphin. deciſ.1216.
num.8.Ludouiſ. deciſ.514. num.15. ſic eſt,quod ſtatutum
Ferrariæ non excludit fœminas, quin poſſint ſuccedere
cum maſculis in hæreditate matris,vel auunculi, de qui-
bus hic agitur: ergo neque erunt excludendæ à fidei-
commiſſo ab auunculo facto, etenim fœmina non ex-
cluditur à fideicommiſſo quando ex forma ſtatuti non
erat excluſa ab hæreditate illius, qui reperitur grauatus
onere fideicommiſſi. Alex. conſ.38.num.6.lib.6. quem ſe-
quitur Sociu. Corn.Iaſ.Dec.Curt.Sen.Ruin. Pariſ. Grat.
9 Socin.Iun.Bero.& alij plures,teſte Surd.deciſ.84.num.10.
11.part.1.latè Fuſar.d.quæſt.311.num.47.Peregr.d.art.25.
num.40.Honded.d.conſ.57.num.72. Seraph. d.deciſ.1216.
Farinac. deciſ.354. part.2. latè Giouagn. dict. conſ. 11.
num.17. lib.2. qui multos allegat, & probat ad finem, vt
fœmina à ſtatuto excluſa per maſculum non ſuccedat in
fideicommiſſo cum eo,oportere vt maſculus ille eam ex-
cludat non ſolùm à ſucceſſione grauati, ſed etiam gra-
uantis, ſeu fideicommittentis, quod hic verificari non
poteſt, vbi ſtatutum Ferrariæ nullo loco excludit fœmi-
nam à ſucceſſione matris,vel auunculi.

Et propterea hæc coniectura poteſt retorqueri con-
tra ſubſtitutum,vbi non eſt talis,qui ex forma ſtatuti ex-
cludat fœminas ab hæreditate grauati, vel grauantis,
quia tunc ad eius fauorem non dicitur conſiderata con-
10 ſeruatio agnationis. Honded. d. conſ.57.num.72. Decian.
d.loco,Seraph.dict.deciſ.1216.num.8.Farinac. d.deciſ.485.
num.5.verſ.ad quartam,Giouagn. d.conſ.11.num.16. lib.2.
Vnde cùm hîc maſculus non excludat fœminam ab hæ-
reditate auunculi, vel matris, hæc coniectura ſeruit de
11 vento, quoniam teſtator reſpectu dictorum DD. Vio-
lantæ, & Franciſci erat extraneus. Honded. conſ.57. nu-
mer.50.51.lib.1.Bardell.conſ.81.num.32. Intrigl. de ſubſtit.
cent.3. quæſt.58.num.22.23.

Secundum non obſtat, quòd in verbis diſpoſitiuis ap-
pellatione filiorum non veniant fœminæ,namque ſi quid
fidendum eſt huic concluſioni, illa procedit, quando te-
12 ſtator vocauit filios, vel deſcendentes ſuos. Verùm regu-
lariter etiam in verbis diſpoſitiuis appellatione filiorum
veniunt etiam fœminæ, ad textum in d. l. iuſta, de verb.
ſignific.Bartol. in l.liberorum, num.5.& colum. penult.verſ.
quæro,eod. Decian. conſ.442. num.1.2. Corn.conſ.124. nu-
mer.21. lib.2. Ruin. conſ.168. num.13. lib.3. Gabriel
conſ.97.num.28. Menoch.præſ.84. num.3.lib.4. Peregr.de
fideicommiſſ.art.25.num.7.& num.43.Fuſar.de ſubſtitut. d.
quæſt.311. num.1.2.3.4.5.6.9. Benè verum eſt, quod fa-
ciliùs in verbis diſpoſitiuis fœminæ excluduntur à vo-
cabulo filiorum. Giouagn. d. conſ.11. num.12. lib.2. Ve-
rùm ſi coniecturæ non adſint, adhuc tali voce compre-
henduntur, d. l. Lucius, §. vlt. de leg.2. l. ſi ita ſcriptum,
de leg. primo, l. qui duos, & l. ſeruis legatis, in princ. de
leg.3. Iaſ. in leg. qui filiabus, numero 14. de legat. primo.
Ruin. conſil.140. num. 3. lib.2. Burſat. conſilio primo,
num.22.lib.1.Peregr.d. art.25.num.43. Farinac. deciſ.132.
part.4.

Tertium non obſtat de prohibita alienatione, & de
conſeruatione agnationis, quia nullum teſtator verbum
fecit de agnatione, aut familia, ſed tantùm dixit velle,
quod eius bona remaneant penes eius hæredes, & deſ-
cendentes, & hæc prohibitio poſſet dici nuda, & quod
non inducat fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentio-
nis. Decian. dict. conſ.12. num.28. verſ. ſed omiſſo, lib.1.
ſed eſto, quod valida ſit, non tamen teſtator prohibet
alienari bona extra familiam aliquam, ſed tantùm dicit,
quod conſeruentur penes eius hæredes, & eorum deſ-
cendentes, & ideò videndum eſt, quinam ſint iſti hæ-
redes, & deſcendentes, quia prohibitio alienationis,
cùm ponatur conſequutiuè ad fideicommiſſum, reſtrin- 14
gitur etiam ad eius terminos, & non ampliat illud. De-
cian. conſ.336. num. 2. Cephal. conſ. 544. lib. 4. Gabriel.
conſ.123. in princ. lib.1. Petra de fideicom.quæſt.6.num.43.
Seraphin. deciſ.1216.num.12. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.683.
num.10. Farinac. deciſ.14.num.4.7.part.1. non enim hæc
verba repugnant, quin etiam in fœmina verificari poſ-
ſint, quia certum eſt, quod appellatione deſcendentium
etiam ipſa fœmina continuetur. Peregr. de fideicommiſſ. 15
art.25. num.8.Fuſar.d.quæſt.311. num.91. Ergo inde non
reſultat aliquod fideicommiſſum, cuius fœminæ ne-
queant eſſe capaces.

Neque hoc loci poteſt conſiderari agnationis con-
ſeruatio,quia agitur de inſtitutione duarum fœminarum,
earumque filiis, & deſcendentibus, quoniam cùm illæ
tranſeant in alienam familiam, filij ipſarum ſequuntur
agnationem patris, & non matris, eo quod mulier dici-
tur finis propriæ familiæ, & caput alienæ, ad textum in 16
l.pronunciatio,§.fin. & l. familiæ,§. fœminarum, ff. de verb.
ſignific. Ludouiſ. d.deciſ.514.num.11.Farinac.d.deciſ.354.
num.5. part.2. & propterea qui in propoſito dicunt ob
reſpectum conſeruandæ agnationis fœminas non venire
ſub nomine filiorum, loquuntur in caſu, quando ſub-
ſtitutus eſt aliquis de deſcendentibus, vel agnatis teſta-
toris, qui etiam proprias filias excluſit, tunc ſi omni-
bus abſque filiis deficientibus ſubſtituat Titium, appel-
latione filiorum fœminæ non continebuntur, vt vi-
dere eſt apud Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſtion. 58.
num.22. 23. vbi infinitos allegat, quod non congruit
caſui noſtro, ideóque nihil officit, quia verè vbi in 17
aliqua parte teſtamenti vocantur fœminæ, non dicitur
habita ratio conſeruandæ agnationis. Giouagn. conſ.99.
numero 70. lib.1. & conſil. 12. num. 5. lib.2. vbi alios
allegat.

Hic autem in ipſo principio vocantur fœminæ, quæ
hæredes vniuerſales inſtituuntur, & propterea ſicut
quando teſtator noluit vocare fœminas in vniuerſali in-
ſtitutione, cenſetur etiam noluiſſe vocare eas in ſubſti-
tutione, Decian. conſ.1.num.98. in fin. lib.2. ita à contra- 18
rio ſenſu, ſi eas inſtituit, cenſeri debet, quòd etiam ſub-
ſtituere voluerit, ad textum in l. qui accuſare, de accuſat.
§. primo, vbi gloſſ. Inſtit.de tutel.l.fin.de leg.3.gl. in Clem.
frequentiùs, de ſentent. excommunicat. Crauet. conſil.964.
num.4. verſ. ius igitur.

Ex quibus concludo prædictam Illuſtriſſimam D.Vio-
lantam,& eius ſororem ſucceſſiſſe in dicto fideicommiſſo
vnà cum fratre, eiſque aſſignandam eſſe portionem pro
rata eis tangentem. Et ita, &c. ſaluo, &c.

CAPVT



## CAPVT LXXIX.

### EPITOME.

Legatum an cenſeatur reuocatum, ſi teſtator
vendat rem legatam cum pacto retrouen-
dendi, & quid in cauſa pia.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum reuocatur per alienationem rei legatæ titulo lu-
cratiuo.*
2 *Alienatio voluntaria ex titulo oneroſo inducit reuocatio-
nem legati.*
3 *Legatum cenſetur reuocatum,ſi teſtator vendat rem lega-
tam cum pacto retrouenendi.*
4 *Alienatio rei legatæ, quando inducat reuocationem le-
gati.*
5 *Legatum durat,ſi pretium rei legatæ alienatæ in aliam in-
ueſtiatur.*
6 *Alienatio titulo lucratiuo præſumitur voluntaria.*
7 *Alienatio titulo oneroſo præſumitur facta ex neceſſita-
te.*
8 *Legatum non cenſetur reuocatum ex alienatione, ſed ex
voluntate præſumpta.*
9 *Hæres debet probare mutatam eſſe teſtatoris volunta-
tem.*
10 *Legatum non præſumitur reuocatum re legata alienata
titulo oneroſo.*
11 *Legatum non durat, etiamſi fiat alienatio ex neceſſitate,
ſtantibus coniecturis mutatæ voluntatis.*
12 *Teſtator, qui potuit mutare legatum,& non mutauit,cen-
ſetur perſeuerare.*
13 *Legatum creditur durare,ſi ſpes ſit luitionis rei legatæ.*
14 *Venditio rei legatæ cum pacto retrouendendi an inducat
reuocationem legati.*
15 *Venditio cum pacto retrouendendi, an ſit perfecta ven-
ditio.*
16 *Venditio cum reluendi pacto an ſit vera alienatio.*
17 *Pactum retrouendendi eſt ſpecies ſeruitutis.*
18 *Teſtator pignorando rem legatam non cenſetur reuocare
legatum.*
19 *Legatum cenſetur reuocatum, ſi teſtator pignorauit rem
legatam tanti,quanti valebat.*
20 *Pactum retrouendendi facit rem vileſcere.*
21 *Vendens cum pacto reuendendi præſumitur habere ſpem
redimendi.*
22 *Legatum non cenſetur caſſatum ex alienatione,ſed ex vo-
luntate præſumpta.*
23 *Damnatur Ant. Gomez.*
24 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
25 *Legatum non cenſetur reuocatum per alienationem rei le-
gatæ fauore piæ cauſæ.*
26 *Piæ cauſæ fauor non iuuat, quando reuocatum cenſetur
legatum per alienationem rei.*
27 *Libertatis legatum eſt pium, & fauorabile.*
28 *Legata res vendita ſi recuperetur,reuiuiſcit legatum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

Legatum factum à M. Reu. D. Vincentio Grilinzono
Societati Sancti Rochi de Carpo de vna apotheca
cum onere qualibet hebdomada dicendi Litanias, &
preces pro animabus defunctorum eſt omnino præſtan-
dum, nec intelligitur reuocatum per venditionem à te-
ſtatore factam cum pacto retrouendendi ad certum
tempus.

Nam licèt dici ſoleat, quod per alienationem rei le-
gatæ cenſeatur reuocatum legatum, ſiue alienatio fiat ti-
tulo lucratiuo, l. rem legatam, vbi DD. de aliment. leg. 1
ſiue titulo oneroſo ſine neceſſitate rei familiaris, leg. fi-
deicommiſſa, §. ſi rem, de leg.3. provt eueniſſe videtur in
caſu noſtro, vbi dictus D. Vincentius vti vir opulentus 2
non cenſetur ex neceſſitate, ſed voluntariè alienaſſe,
tamen contrarium puto verius eſſe ex infra dicendis,
non attento, quòd opinionem, vt legatum cenſeatur re-
uocatum per venditionem cum pacto retrouendendi,
quia eſt perfecta venditio, in iudicando, & conſulendo 3
ſequendam dixerit Ant. Gomez. var. reſol. lib.1. cap.12.
num.56.verſ.ſed in iudicando, Gratian. diſcept. forenſ.lib.2.
cap.251. num.49.

Etenim in primis ſciendum eſt, quòd legatum cenſe-
tur reuocatum per alienationem rei legatæ tantùm,
quando vel titulo lucratiuo facta eſt alienatio,vel onero-
ſo quidem, ſed voluntario, & nulla vrgente neceſſitate,
ita per textum in l.cùm ſeruus, ff. de adim. legat. Gomez.
cap.12. num.56. verſ. ſi verò.Socin.Iun. conſ.162.num.25. 4
lib.2. Menoch. conſil.254.num.4. Anchar. Regienſ. lib.1.
quæſt.75.num.4.in fin. Tuſch. pract. concluſ. littera L, con-
cluſ.136. num.11. Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.12.
tit.6.num.12.Cyriac.controuerſ.iur.lib.1.cap.118.num.1.&
lib.2.cap.305.num.20. nam in facto conſtat præfatum D.
Vincentium ad perſoluendum æs alienum hæc feciſſe,
quia emerat vnum prædium non modici valoris, & cùm
totum pretium perſoluere non poſſet, vendidit non ſo-
lùm dictam apothecam, ſed etiam multam ſuppellecti-
lem, vnde apotheca non videtur alienata, ſed potiùs
cenſetur facta quædam tacita ſubrogatio, etiamſi hoc
non fuerit dictum, ad textum in l. pater inter filios, ff. de 5
adim. leg. Decian. in l. petens,C. pact. Iacob de S. Georg.
in l. qui poſt teſtamentum, num.3.4. C. de legat. Anchar.
dict. quæſt.75. num.15. Menoch. d. conſ.254. num.11. 20.
Honded. conſ.61.ſub num.37.lib.1. Cyriac. dict.controuerſ.
118. num.14.

Et quia tota hæc materia pendet à coniecturis muta-
tæ, vel non mutatæ teſtatoris voluntatis, dato etiam,
quod alienatio eſſet voluntaria, adhuc quærendum eſt,
ad quem ſpectet onus probandi mutatam voluntatem;
& ſanè ſi loquimur de alienatione titulo lucratiuo facta,
vtique præſumitur voluntariam eſſe,& ideò hæres habet
fundatam intentionem, & ſi legatarius dicit non fuiſſe
reuocatum, debet ipſe probare mutatam non eſſe volun-
tatem: gloſſ. in d. l. fideicommiſſa, §. ſi rem, in verb. exi- 6
gendam, de leg.3. Tuſch. d. concluſ.138. num.20. Mantic.
dict. tit.6. ſub num.13.Cyriac.dict.controuerſ.305.num.20.
ſi verò loquimur de alienatione facta titulo oneroſo, &
non conſtat clarè, an teſtator eam fecerit ex neceſſitate,
vel libera voluntate, & non extat alia coniectura muta-
tæ voluntatis, tunc in dubio præſumitur teſtatorem ex
neceſſitate alienaſſe, & per conſequens legatum non re-
uocaſſe, & ſi hæres aliter dicit, ipſe probare debet, ad 7
textum in dict. l. fideicommiſſa, §. ſi rem, vbi gloſſ. in
verb. probationem, de legat.3. Alexand. ad Bart. in d. l.
rem legatam, de adim. leg. & in conſil.168. num.4. lib.6.
& conſ.157. num.2. lib.7. Socin. Iun. conſil.162. numero 5.
lib.2. Tuſch. dict. concluſ.138. numero 13. 20. Gabriel
conſil. 103. numero primo, lib.1. Honded. conſil. 61. ſub
num.18. libr. 1. Menoch. de præſ. lib.5. præſ.167. numero
nono, Mantic. ſub dict. titul. 6. numero 13. Anchar. dict.
quæſt.75. num.5. Cyriac. d. controuerſ.118. num.5. & con-
trouerſ.305. num.20.

Nec mirum, quia reuocatio legati non naſcitur ex
alienatione rei legatæ, ſed ex voluntate præſumpta, quæ
alienationem præcedit. Bart in d.l.cùm ſeruus, Socin. Iun. 8
conſ.162.num.2.lib.2.Maſcard.de probat. concluſ.1287. nu-
mer.7. verſ. non quidem, & propterea etiamſi alienatio
ſit ex titulo oneroſo, & voluntatis mutatio non præſu-
matur,niſi alienatio ſit voluntaria, & ſine neceſſitate, ſi
hæres hoc alleget, debet etiam probare, quia eſt funda-
mentum

9 mentum ſuæ intentionis,& in dubio legatum non cenſe-
tur ademptum,& ſtante titulo oneroſo voluntas neceſſa-
10 ria præſumitur. Hieron.Gabr.d.conſ.103.in princ. Mantic.
d.tit.6.num.12.Cyriac.controuerſ.305.num.20.Maſcard.d.
concluſ.1287. num.125. vbi ſic diſtinguit , & concordat
opiniones : & propterea dato etiam,quod alienatio fuiſ-
ſet facta ex cauſa neceſſitatis , ſi hæres probaret teſtato-
11 rem receſſiſſe à priori voluntate , legatum cenſeretur
reuocatum. Alex. ad Bart.d.l.rem legatam.Socin.Iun.dict.
conſ.162.num.24.lib.2.Mantic.d.loco,num.13.Maſcard. d.
concluſ.1287. n.27.

Verùm hic etiam extant coniecturæ maximè de perſe-
uerantia voluntatis teſtatoris, tamen quia cùm poſt alie-
nationem prædictam potuerit commodè reuocare lega-
tum,& non reuocauerit,videtur perſtitiſſe in eadem ſen-
tentia,ad textum in l.tractabatur,vbi gloſſ.de milit.teſt.l.3.
12 C.de inoff.teſtam.Caſtr.in l.fin.C.de poſthum. hær.inſtit. De-
cian.conſ.490.num.7.tum quia ipſe teſtator adhuc viuens
fecerat mandatum , & conſtituerat procuratorem ad
apothecam redimendam , licèt morte præuentus non
perfecerit negotium , quod eſt ſignum non mutatæ vo-
luntatis , quia cenſetur noluiſſe , vt illa res ſit perpetuò
penes emptorem , quod tamen eſt neceſſarium ad præ-
13 ſumendam legati reuocationem. Port. in §. ſi quis rem,
num.2. Inſtit. de legat. debet ergo hæres liberare dictam
apothecam , & eam redimere , & dictæ ſocietati tradere,
d.l.fideicommiſſa,§.ſi rem,verſ.idem, vbi DD.& in d. l. qui
poſt,C.de legat.

Sed eſto etiam , quòd venditio apothecæ fuiſſet facta
voluntariè , & abſque neceſſitate , quia tamen non fuit
venditio abſoluta,& iuſto pretio facta,ſed cum pacto re-
trouendendi , non cenſetur mutata voluntas , vbi enim
ab initio contractus teſtator alienans cogitauit de re-
14 demptione rei alienatæ , non cenſetur mutaſſe volunta-
tem. Ruin. in l. filiæ, §. Titia, numero tertio , de condition.
& demonſtr. Menoch. dict. conſ.254. numero 19. & lib.4.
præſ.167. numero 25. verſic. & prædictæ. Cuius verba per-
pendi debent,quia conferunt multùm ad propoſitum;nec
15 mirum , quia licèt venditio cum pacto retrouendendi ſit
perfecta,& vera venditio,vt probat Tiraq.de retract.con-
uent.gl.1.num.34.35.& ſeqq.tamen poteſt dici,quod non
ſit verè propria,& abſoluta alienatio,quia non transfer-
16 tur dominium irreuocabiliter,ad textum in l.1. vbi DD.
C.de fund.dot. & in l.cùm quis,§.qui hominem,& l.qui de-
cem,§.vltim.vbi Alber.ff.de ſolut.lib.3.§.ſi quis ſeruum,ff.de
ſtatulib.Bald.in cap.1.§.aut ſi libellario,ad fin. tit.quib. mod.
feud. amitt. Nam licèt in venditione huiuſmodi transfe-
ratur dominium , ſi venditor illud habebat , non tamen
transfertur liberum,quia pactum retrouendendi eſt velut
ſpecies ſeruitutis, quæ minuit etiam iuſtum rei pretium.
17 Rip.in l.1. §. ſi hæres,n.26.ff.ad Trebell.Cyriac.poſt contro-
uerſ.261.num.6.7.lib.2.vbi ponit vnam deciſionem Rotæ
Romanæ per extenſum,quæ ita dicit.

Et ideò reſpectu præſentis materiæ non credo facien-
dam eſſe differentiam inter venditionem rei legatæ cum
pacto retrouendendi , & inter pignorationem eius , ac
hypothecam , adeò vt ſæpe huiuſmodi venditiones va-
leant appellari pignorationes, nam licèt inter ſe multùm
differant,tamen in propoſito noſtro non videntur differ-
re,quia ſicut teſtator pignorando rem legatam non cen-
18 ſetur legatum reuocaſſe propter ſpem redemptionis , ad
textum in d.l.qui poſt,vbi Cyn. Fulgoſ. Caſtr. & Alex. C.
de legat.& in §.ſi rem,Inſtit.de legat.Bart.in l. rem legatam,
num.9.de adim.leg.Alexand.conſ.169.in fin.lib.6.Tiraquell.
de retractat. lignag. in præfat. num.36. verſ. nam teſtator.
Tuſch. d. concluſ.138. num.134. Anchar. d. quæſt.75. nu-
mer.1. in fin. Menoch.dict.præſ.167.num.41. Mantic.dict.
tit.6. num.24. niſi tamen tanti pignoraſſet, quanti vale-
19 ret , aut etiam pluris , quia tunc cenſetur reuocatum le-
gatum,cùm non credatur ampliùs rem legatam redemp-
turum, niſi tamen eſſet ſuorum maiorum, per textum in
l. qui habebat, vbi gloſſ. & Bart. de leg. 3. Caſtr. & Alex.
in d.l.qui poſt,C.de legat.Tiraquell.in d.præfat.num.36.verſ.
niſi teſtator, Menoch. d. præſ.167.num.42.verſ. hoc tamen,
Gomez.d.cap.12.num.56.verſ.ex quo,Anchar. d. quæſt.75.
num.2. Tuſch. d. concluſ.138. num.135. Mantic. d. tit.6.
num.24. ita dicendum credo in venditione cum pacto de
retrouendendo , quia ſi res vendita ſit pro pretio mino-
ri , quàm valeat , provt ſemper fieri ſolet , propter illud
pactum , quod facit rem vileſcere in quarta vel quinta, 20
& ſexta parte , provt eſt longius tempus , vel breue,
Cyriac. d. controuerſ.261. lib.2. præſumendum eſt ven- 21
ditorem eſſe redempturum illam rem, ne damnificetur ſi-
ne cauſa, ad tradita per Caſtr. Alexand. Iaſ. & Corn. in
d. l. qui poſt teſtamentum, C. de legat. Menoch. lib.3. præ-
ſumpt.23. num.8. cùm nemo præſumatur iactare ſuum,
& à communiter accidentibus videbimus , quod tales
venditores ſolent res venditas redimere , vel ſaltem ius
redimendi cum ſuo commodo cedere;vnde ſi perpendan-
tur iura , & auctoritates ſcribentium de hac materia,
non vim faciunt , quod ſit alienatio , vel pignoratio,
ſed an ſit ſpes , & locus redemptioni , necne , ex quibus 22
arguamus animum mutatæ , vel non mutatæ volunta-
tis , quia non alienatio , ſed voluntas inducit præſump-
tionem reuocationis legati. Maſcard. dict. concluſ.1286.
numero 87. vt vidimus , & ideò vbi etiam verſamur in
pignoratione pro tanto pretio , quanti res valet , cen-
ſetur legatum reuocatum , licèt pignoratio non ſit pro-
priè alienatio. Menoch. dict. præſumpt.167. numero 41.
libr.5.

Non obſtat Gomez. var. reſolut. lib.1. tit. de legat.
cap.12. num.56. verſ. ſed in iudicando : quia nullam ra- 23
tionem , vel legem adducit ad ſic probandum quod per
venditionem rei legatæ cum pacto retrouendendi cen- 24
ſeatur reuocatum legatum , quoniam erubeſcimus ſine
lege loqui , l. qui filium , §. Sabinus , ad Trebell. l. illam,
Cod. de collat. l. fin. Cod. de conſul. lib.12. & §. conſidere-
mus , in Auth. de trien. & ſemiſ. vnde ipſe Gomez ſub
dict. numero 56. verſ. item videtur , meliùs dixerat , quod
ſi eſſet facta alienatio cum pacto de retrouendendo,lega-
tum non cenſeatur reuocatum , & ratio erat euidens,
quam ipſe præmiſerat , quia erat ſpes luitionis. Vnde
ſicut non adhæreo Gomez ſine ratione , & lege loquen-
ti, ſic non exiſtimo timendum de Gratiano dict. cap.251.
numero 49. quia eum ſimpliciter ſequitur , & aliud non
allegat.

Neque reſiſtit,quòd hæc venditio ſit vera, & propria
alienatio, vt ſentire videtur Gomez d. loco, & pro ratione
adducit : quia iam vidimus eſſe verè,& propriè venditio-
nem , non tamen abſolutè alienationem : & dato etiam,
quod eſſet alienatio,hoc non facit oriri præſumptionem
mutatæ,vel non mutatæ voluntatis, ſed conſideratur, an
adſit ſpes luitionis, vel an potiùs perpetuò debeat rema-
nere penes emptorem , vt vidimus, & non latuit Gomez
d.cap.12.num.56.verſ.ſecunda melior.

Pro ſocietate Sancti Rochi allegabatur etiam , quod
iſtud legatum erat factum cauſæ piæ , & loco pio , &
propterea dicebatur per alienationem rei legatæ non 25
eſſe inductam reuocationem legati fauore pietatis , &
animæ. Bart. conſil.26. numer.2. 3. lib.1. Iaſ. in l. qui te-
ſtamentum , numero tertio, in fin. Cod. de legat. Caſtr. con-
ſil. 12. ad fin. lib.2. Abb. conſil. 31. in princip. lib.1. Ca-
pra conſil. 115. numero 13. Decian. conſil. 72. numero 2.
Myſing. d. §. ſi rem ſuam , Cattelian. Cotta in memoral.
verb. Eccleſia, verſ. quintò, Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ,
priuileg.41.

Verùm quia alia ſententia videtur verior, & magis re-
cepta , vt etiam legatum ex cauſa pia factum cenſeatur 26
reuocatum per alienationem rei voluntariam , vt inquit
Bald.in d.l.qui poſt teſtamentum,C.de legat. Ruin conſil.75.
lib.2.Natt.conſ.623.num.3.verſ.non obſtat,Socin.Iun. conſ.
162.num.11.lib.2.Vaſquius in tract. de ſucceſſ. progreſſ.lib.
3.tit.de legatis,§.28.num.10.latè Menoch.conſil.429.num.
7.8.9. lib.5. qui reſpondet ad omnia contraria , & idem
Menoch.



Menoch.d. præſ.167. num.17. lib.2.Tuſch. d concluſ.138.
num.4. Mantic.de coniect. vlt.vol. lib.12. tit.6.num.5. latè
Maſcard. de probat. lib.3. d. concluſ.1287. num.102. 103.
104. 105. 106. 107. vbi dicit ab hac opinione non eſſe
recedendum, & tollit contraria.

Et hoc probatur iuribus apertis, nam certiſſimum eſt,
quod legatum libertatis ſeruo factum eſt pium , & fauo-
27 rabile, & tamen ſi teſtator alienet ſeruum,cenſetur reuo-
caſſe illud legatum,niſi illum redimat,ad textum in l. ve-
rum eſt,ff. de manumiſ. teſt. Bald. in d.l.qui poſt teſtamen-
tum, Menoch. d. conſ.429.num.7. & d.præſ.167. num.18.
Alciat.conſ.174.lib.9.Maſcard.d.concluſ.1287.numer.103.
Mantic.d.tit.6.num.5. ita ſi res loco pio legata alienetur,
28 extinguitur legatum ; verùm ſi redimatur fauore pietatis
reconualeſcit, ex Bald. in d. l. qui poſt, vbi Ang. Caſtr.&
Iaſ.C.de legat. Roman. in Auth. ſimiliter, num.81. C. ad l.
falcid. Natt. d.conſ.613. num.3. Tiraquell. d. priuileg.41.
Mantic.d.tit.6.num.5.6.Menoch. d.conſ.429.num.7. Maſ-
card. d. concluſ.1287. num.112. Ideò non putaui his in-
ſiſtendum , ſed prædicta ſatis ſufficere ad obtinendam
victoriam , & ita fuit obtentum , cum certo tamen mo-
deramine amicabiliter compoſitum.

## CAPVT LXXX.

### EPITOME.

Vterini fratres an ſibi inuicem ſuccedant in bonis maternis , excluſis conſanguineis, non obſtante ſtatuto præferente agnatos cognatis.

### SVMMARIVM.

1 Vterinus frater ſuccedit vterino in bonis maternis,excluſo conſanguineo.
2 Bona materna non comprehenduntur ſtatuto præferente agnatos cognatis.
3 Agnatos præferendos eſſe cognatis intelligitur quoad bona paterna.
4 Matris bona iuſtum eſt deuenire ad eiuſdem tantùm filios.
5 Patrimonium duplex poteſt quis habere , in quo diuerſimodè ſuccedatur.
6 Statuta de ſucceſſionibus ſunt intelligenda,vt bona materna tantum eius matris filiis deferantur.
7 Vterinus tranſmittit hæreditatem vterini quoad bona materna.
8 Dotis hæredes ſunt tam maſculi,quàm fœminæ.
9 Hæreditas adita ampliùs non eſt hæreditas.
10 Statuta , quæ præferunt agnatos cognatis , intelliguntur de bonis maternis.
11 Succeſſio bonorum maternorum quomodo deferatur.

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

IN cauſa Frabachi ſatis videtur , quod ille nihil conſe-
qui poſſit in hæreditate Petri quoad bona à matre
prouenta,ob exiſtentiam Marci,& Ludouicæ fratres vte-
rinos dicti Petri,ſiquidem licet Frabachus ſit frater con-
1 ſanguineus,tamen verius eſſe creditur, quòd vterini ſuc-
cedant vterino in bonis à matre prouentis ,excluſo fratre
conſanguineo,nedum patruo,ad textum in l. de emancipa-
tis,verſ.exceptis,vbi gl.Salic. & alij C.de leg.hær. Tiraq.de
retract.lignag.§.14.gl.2.num.4.Craſſ.de ſucceſſ §.ſucceſſio ab
inteſtato,quæſt.32.num.1.Gabr.ſentent.lib.4.de ſucceſſ.ab in-
teſtat.concluſ.3.num.4.Æmil.Gall.tract.de except.ad ſucceſſ.
rubr.1. in ſucceſſ.tam ab inteſtat. quàm ex teſtam. num.98.
Bald. Nouell. tractat. de dote , parte 12. numero 54.

Neque huic rei obſtant ſtatuta noſtra , ſiquidem po-
tiùs decernunt quoad bona à linea materna prouenta
ſeruari ius commune,vt ex ſtatuto Carpi lib.2.rubr.55.de 2
ſucceſſ.ab inteſt. ad medium,verſ.excepto quam,nullibi enim
legitur ſtatuta noſtra manum appoſuiſſe circa bona à
matre prouenta , adeò vt caſum vterini videantur reli-
quiſſe ſub diſpoſitione iuris communis.Bald.Nouell.dict.
part.12.num.54.55.Magon.deciſ.148.num.16. ad fin.

Et quamvis ſtatuta prædicta diſponant in ſucceſſio-
nibus agnatos præferri cognatis , id ſanè interpretatur
procedere quoad bona paterna,vel aliunde quæſita,non 3
autem quoad bona à matre prouenta. Ita Caſtr. in Au-
thent. itaque, C. communia, de ſucceſſ. idem Caſtr.conſ.39.
num.16.lib.3.ſequitur Alexand.conſ.5.num.5.verſic.hoc con-
firmo,lib.6.Ruin.conſ.28.num.5.in fin.vol.3. Crot. conſ.63.
num.21.Crauet.conſ.457.num.9.Brun.de ſtatut.fœm. excl.
art.8.quæſt.15.num.55.& art.12. num.259. Boer. deciſ.85.
numero tertio, latè Bald. Nouell. dict. tractat. de dot. par-
te 12. numero 54. & numero 55. verſic. tamen ego. Carpan.
ad ſtatut. Mediol. capit. 278. numero 12. lib.1. quorum
rationes præponderare videntur. Socin. Sen. conſilio 89.
numero quinto , libr.4. pulchrè Magon. deciſion. 148. nu- 4
mero 16. verſ. Nam inſpecta, & num.17.18.Gabriel conſ.6.
num.7.

Alioquin dicta ſtatuta darent occaſionem vterinis ni-
mis dolendi, & exclamandi, dum viderent bona eorum
matris deferri ad extraneos , & filios ſuos illis pri-
uari , quod iniuſtum videtur , & ſatis eſt , ſi ſtatutum
operetur quoad bona paterna , cùm non ſit inconue-
niens , vt quis habeat duplex patrimonium , in quo di-
uerſimodè ſuccedatur , vt ſcilicet reſpectu paternorum
vocentur conſanguinei , reſpectu verò maternorum bo-
norum veniant vterini , ſeu eiuſdem matris filij , cùm 5
ſic probet textus in d. l. ſi emancipatis,Corn. in dict. Au-
thent. itaque, Brun. d. art.12. num.259. Gabriel conſil.6.
num.5. Ruin. conſ.20. num.8. lib.3. Magon. d. deciſ.148.
num.18. qui reſpondet contrariis.

Et propterea huiuſmodi ſtatuta contra Socinum re-
cipiunt hanc declarationem , & reſtitutionem , etiamſi
ſint correctoria , cùm ſit conueniens , vt eiuſdem ma-
tris filij ſint ſoli hæredes in bonis maternis , & ſic ſta-
tuta de agnatis loquentia ſunt declaranda. Bald. Nouell. 6
d. part.12. num.54. 55. Magon. dict. deciſ.148. num.16.
verſ. nam inſpecta , Peregr. conſ.51.num.16.17. lib.1. vbi
loquitur etiam de ſtatuto Ferrariæ ; quæ adeò vera ſunt,
vt vterinus tranſmittat ad extraneos etiam hæredita-
tem maternam , excluſo conſanguineo , vigore ſtatuto-
rum , quæ tranſmiſſionem hæreditatis non aditæ admit-
tunt. Magon. d. deciſ.148. num.16. qui etiam tollit mo- 7
tiuum , quod ampliùs non ſint bona materna , ſed hæ-
reditas defuncti.

Verùm ſi hæc non procederent , quæ tamen vera
ſunt, adhuc Frabachus ſolam tertiam partem poſſet præ-
tendere , quia nihil de pluri poſſet conſequi dictus Pe-
trus, ſi viueret,ob exiſtentiam Marci, & Ludouicæ,cùm
in dote ſuccedant tam maſculi , quàm fœminæ non do-
tatæ , ad quam vocantur ſimpliciter filij matris , ex ſta-
tuto Carpi lib.2. rubr.55.de dot. lucr. & certum eſt,quod
appellatione filiorum veniunt etiam fœminæ : & id ve-
rum eſſe conuincitur ex alio ſtatuto Carpi , vbi diſponi- 8
tur , quod fœminæ dotatæ poſſint in dote matris con-
ſequi tantùm quatuor pro centenario : ergo à contrario
ſenſu , ſi non ſunt dotatæ , æquè cum maſculis ſuccede-
re debent , & ita ſemper ſeruatum fuit : ſic igitur iudi-
catum fuit.

Nec pro releuanti iudicatum , quod dicebatur ex ad-
uerſo , ſcilicet hîc non tractari de bonis maternis, ſed de
hæreditate Petri,qui fuit ſuperſtes eius matri,cuius hære-
ditas adita,non ampliùs hæreditas,ſed facta eſt proprium 9
illius patrimonium,l.ſed ſi plures,§.filio,vbi DD.de vulg.&
pup. & propterea alij cenſuerunt,quod ſtatuta quæ præ-
ferunt

ferunt agnatos cognatis, intelligantur tam de bonis pa-
10 ternis, quàm maternis, ſeu à matre prouentis. Imol. *in leg. ſi verò, §. de viro, num.*10. *verſ. aut quis, ſolut. matr.* Socin.Sen. *d. conſ.*89. *num.*5. *& ſeqq. lib.*4. Corn. *conſ.*7. *num.*2. *lib.*3. Couar. *epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. numer.*8. *verſ. verùm,* Capreol. *eod. tract. lib.*3. *num.*131. Roſell. *de ſucceſſ. ab inteſt. num.*167. 168.

Nam hæc ſunt contra magis communem, & receptam ſententiam, quia licèt hæreditas ſit facta patrimonium filij, adhuc retinet hanc qualitatem maternam
11 hoc reſpectu ſucceſſionis inteſtatæ, & verius eſt ſtatuta prædicta eſſe intelligenda tantùm de bonis à patre, vel aliunde profectis, non autem à matre, & ad finem prædictum poſſe dici bona materna. Caſtr. *in d. Auth. itaque*, Brun. *dict. quæſt.*12. *numer.*259. Bald. Nouell. *dict. part.*2. *numer.*54. 55. Crauet. *dict. conſil.*457. *numero* 9. Boer. *d. deciſ.*85. *numero tertio.* Carpan. *d. cap.*278. *num.*12. Magon. *d. deciſ. Florent.*148. *num.*16. 17. 18. qui reſoluit contraria.

## CAPVT LXXXI.

### EPITOME.

Fratrum filij quando repræſentent perſonam eorum patris, & ſuccedant vnà cum patruo.

### SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt cum patruo, etiamſi ſtatutum vocet proximiores.*
2 *Fratrum filij non concurrunt cum patruo, niſi in ſucceſſione patrui.*
3 *Nepotes ex fratre quando ſuccedant cum patruo.*
4 *Prior in gradu eſt potior in iure.*
5 *Repræſentatio eſt de iure ſpeciali.*
6 *Repræſentationi in dubio non eſt locus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VIſo, & diligenter conſiderato caſu, & arbore conſanguinitatis mihi propoſita, primo ſub aſpectu videbatur, quod liberi Petri admittantur in ſtirpes cum Dominico eorum patruo iure repræſentationis, etiamſi
1 in ſtatuto vocentur agnati proximiores in gradu: pulchrè Craſſ. *ſent. lib.*1. *§. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.*30. *num.*3. *verſ. ſed quid ſtante.*

Tamen re diligentiùs perpenſa tranſiui in contrariam ſententiam, quia liberi Petri non ſunt filij primi gradus, ſed nepotes ex filio; & certum eſt, quod filij huiuſmodi non habent ius repræſentationis: ſed eſto etiam, quod ſint filij primi gradus, & quod hoc ſatis probatum ſit, tamen conſtat, quod filij fratris non repræſentant per-
2 ſonam eorum patris, neque concurrunt cum patruo, niſi tractetur de ſucceſſione aui, vel alterius patrui: ita Bart. *in Auth. ceſſante, in princ.* & ibi Pariſ. *in addit. littera B, verſ. item quod tunc, C. de legit. hæred.* Iaſ. *in l.*2. *num.*4. *verſ. quantum autem, C. de ſucceſſ. edict.* Socin. Iun. *conſil.*116. *num.*10. *lib.*1. Gabriel *de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.*1. *num.*9. 13. Æmil. Gall. *de ſucceſſ. in rubr. de except. ad ſucceſſ. num.*157. *verſicul. vltra quod*, Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3. *quæſt.*87. *num.*32.

Oportet enim ad finem, vt ipſi ſuccedant, quod pa-
3 ter eorum ſi viueret, eſſet frater defuncti, cui ſuccedirur. Socin. Iun. *dict. conſil.*116. *numero* 10. Gall. *d. loco.* Nos autem extra talem caſum verſamur, quia Catherina defuncta reſpectu Dominici eſt proneptis, reſpe-
ctu verò filiorum Petri eſt Patruelis. Vnde firma rema- 4
net regula, quòd prior in gradu ſit prior in iure. Menoch. *conſil.*200. *num.*43. Gall. *d. num.*257. *verſ. quare.*

Nec mirum, quia repræſentatio eſt de iure ſpeciali, & irregulari, adeò vt prior in gradu ſatis dicatur fun-
datam habere intentionem ad concluſionem aliorum. 5
Menoch. *dict. conſil.*200. *numero* 41. 46. 47. Intrigl. *dict.*
*quæſt.*87. *numer.*42. & in dubio iudicandum eſt non eſſe 6
locum repræſentationi. Menoch. *lib.*4. *præſ.*95. *numer.*3. Intrigl. *d. quæſt.*87. *num.*42. & ita ſæpiùs obtinui, & fuit iudicatum.

## CAPVT LXXXII.

### EPITOME.

Tractatus an probet, & quando, & teſtes quomodo probent donationem ſimplicem.

### SVMMARIVM.

1 *Principis aſſertio fundata ſuper dicto partis non facit fidem.*
2 *Principis aſſertio contra non ſubditos non probat.*
3 *Ignorantia in facto proprio non cadit.*
4 *Conſanguineus quando præſumatur ſcire facta conſanguinei.*
5 *Scire præſumptus non iurat in contrarium.*
6 *Reſcripti qualitas debet verificari.*
7 *Teſtimonium eorum non admittitur, quorum repelluntur auctores.*
8 *Teſtis de auditu quomodo probet.*
9 *Tractatus probat, qualis fuerit concluſio.*
10 *Ex diuerſis non infertur.*
11 *Tractatus vagus, vel rudis non probat.*
12 *Concluſio ſola eſt contractus.*
13 *Contractus probantur à concluſione, non à contractu.*
14 *Multa tractantur, quæ non concluduntur.*
15 *Contractus perfectio conſiſtit in vltima clauſula.*
16 *Dos non probatur per contractum.*
17 *Tractatus de dote non probat dotem.*
18 *Nihil actum videtur, cum quid ſupereſt ad agendum.*
19 *Præambulum probans nihil agit, niſi probatam concluſionem.*
20 *Tractatus quando producat coniecturam pro concluſione.*
21 *Tractatus ex interuallo non conſideratur.*
22 *Probatio dubia contra probantem interpretanda.*
23 *Cautelæ inſolitæ ſunt fraudis argumentum.*
24 *Ratio naturalis ſola ſufficit.*
25 *Conditio quando poſſit impleri per æquipollens.*
26 *Forma quando impleatur per æquipollens.*
27 *Fides non facit fidem.*
28 *Teſtes non debent deponere in ſcriptis.*
29 *Teſtis dictum non iuratum non valet.*
30 *Teſtis examinatus abſque interrogatoriis non probat.*
31 *Teſtis inueriſimilia dicens eſt de falſo ſuſpectus.*
32 *Donatio non conſiſtit inter patrem, & filium.*
33 *Teſtis non probat, cui poteſt aſcribi laus, vel vituperium.*
34 *Teſtem repellit affectio.*
35 *Teſtis eodem morbo laborans non probat.*
36 *Fraus non eſt ſine dolo.*
37 *Dolus eſt delictum.*
38 *Socius in negotio non eſt teſtis idoneus.*
39 *Affinis non eſt idoneus teſtis.*
40 *Teſtis ſuſtinens plures defectus nullam prorſus fidem facit.*
41 *Donatio ſimplex quæ dicatur.*
42 *Benefacere remuneraturis eſt ſpecies auaritiæ.*



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IAm ſcriptis, & latè firmatis ad fauorem Excellentiſſimi Phyſici D. Bernardini Cabaſſij aduerſus conſortes de Delphinis Guaſtall. puto nullius eſſe nocumenti, aut aliquam obducere nubem fides emanatas ab Illuſtriſſimis, & Excellentiſſimis Principibus Guaſtallæ, adeò vt Delphini fruſtra incommodauerint tantos Principes in re tam parui momenti, non enim impugno horum Principum aſſertiones, ſed tantum oſtendo non eſſe contrarias optimis Cabaſſij iuribus.

Omitto ergo dicere, quod Principis aſſertio fundata ſuper informatione partis aduerſæ nihil operatur, vt be-
1 nè oſtendit Farinac. *de teſtib. quæſt.*63. *num* 105. & *numer.*193. & maximè contra non ſubditos, etiamſi ratione cauſæ ſubditi ſint, teſte eodem Farinac. *d. quæſt.*63. *num.*190. 191. & multò magis ſi talis aſſertio ſit de au-
2 ditu. Farinac. *d. quæſt.*63. *num.*176. quæ omnia concurrunt in caſu noſtro, & quia ex abundantia cordis os loquitur, non poſſum non multas aggregare rationes, vt amico inſeruiam.

Et in primis dico, quod iſta probatio non iuuat Delphinos, quia non eſt noua, ſed antiqua, & illis benè cognita, cum ſit de facto eorum proprio, vt conſtat ex fide Principis Ferdinandi, dum dicit: *Alfonſo diſſe, che non penſaua darli per doto, ſe non ſcudi* 2000. In facto enim
3 proprio ignorantia non cadit, *l.*3. *ff. de iur. & fact. ignor. l. quamquam, ad Velleian.* Crauet. *conſ.*781. *num.*7. quod etiam non ignoraſſe D. Delphinus eius frater cenſetur, vti conſanguineus, & intereſſatus in eodem negotio, & viuens in communione cum eo. Surd. *conſ.*7. *num.*8. 9.
4 Laderch. *conſ.*75. *num.*9. conſanguineus enim præſumitur ſcire facta conſanguinei, ad textum *in cap. quoſdam, de præſ.* Lud. Gilhaus *in arb. iud. cap.*6. *part.*2. *de teſtib. art.*1. *numer.*128. & cùm præſumantur ſciuiſſe, non eſt ſtan-
5 dum eorum iuramento, quod ignorauerint. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 241. *numero* 6. & ſtante hac ſcientia non poteſt iſta dici noua probatio, quia eam facere poterant in termino ſtatutario. Bertaz. *conſil. ciuil.* 40. *numer.*70.

Vnde cùm reſcripto Principis Delphini fuerint admiſſi ad nouas probationes faciendas, debebant noua probare, quia hanc qualitatem reſcripti debebant veri-
6 ficare: latè Maſcard. *de probat. verb. qualitas, concl.*1254. *num.*9. 10. 11. Caball. *conſ.*112. *num.*13. non loquor de reſtitutione in integrum, quia non fuit petita, neque conceſſa.

Secundò licèt vera ſit hæc principis aſſertio, inutilis tamen eſt quoad effectum, de quo quærimus, teſtatur enim de auditu D. Alfonſi Delphini in cauſa intereſſati, & ideò non plus probat, quàm faceret ipſius teſtimonium, abſurdum eſt enim vt ex aſſertione eorum decidatur negotium, quorum repelluntur auctores: plenè
7 Farinac. *de teſtib. quæſt.*69. *num.*85. Surd. *conſ.*135. *n.*96. huiuſmodi enim aſſertio non eſt Principis, ſed partis aduerſæ, à qua ipſe audiuit: & quamvis Princeps Cæ-
8 ſar non dicat, à quo audiuerit, tamen ab eodem audiuiſſe cenſetur. Surd. *conſ.*135. *num.*95. *in fin.* & ſi non conſtat, à quo audiuit, nihil probat. Farinac. *d. quæſt.*69. *num.*75. 77. 78.

Tertiò his etiam circumſcriptis dico aſſertionem horum Principum eſſe talem, vt nihil officiat iuribus Cabaſſij; veram demus eorum fidem, de qua nemo dubitat. Verùm concedamus, quòd in dotali inſtrumento geſtum eſſe probauimus: hæc contradictoria non ſunt, nam poteſt eſſe vtrumque, quia iidem Principes profitentur ſe neſcire, quid poſtea concluſum fuerit, & tamen iſtud facit totum. Sed dicent Delphini ex huiuſmo-
9 di tractatu præcedenti colligi, qualis poſtea fuerit ſubſequens concluſio, ad notata per gl. *in l.*1. *in verb. conſentiat, verſ. ſed quæro, ff. de iudic.* & *in l. eleganter, in verb.* *idem puto, de cond. indeb.* Innocent. *in cap. inſtruct. ad fin. de arb.* Rom. *conſ.*19. *n.*8. *in fin. cum vulg.*

Verùm reſpondetur inanem eſſe hanc interpretationem in rebus etiam deperditis vix conſiderandam, ſolùm enim poteſt procedere, vel aliquid operari, quando in ipſa concluſione nihil actum eſt, quod tractatui poſſit contradicere, vt in his terminis loquuntur gloſſatores ex aduerſo adducti, qui idcirco extra caſum ſuum
non ſunt trahendi, quia ex diuerſis nihil bene infertur, 10
*vulg. l. Papinianus, §. exuli, de minor. l. fin. de rit. nupt.* Lud. Sacc. *conſ.*169. *num.*20. *lib.*2. In caſu autem noſtro, etſi tractatum fuiſſet de ſimplici donatione, tamen in inſtrumento concluſiuo nihil habetur compatibile cum ea, quia in effectu conuincitur totam fuiſſe dotem, & ſolùm fictum nomen donationis; rudis ergo, confuſus, & nimis vagus fuit ille tractatus, vt inquit Laderch. *con-*
*ſil.*84. *num.*1. *verſ. verè,* & propterea non eſt mirandum ſi 11
vocato Notario, & pactionibus contrahentium conſideratis compertum eſt rem ſe aliter habere, vt ſæpiſſimè euenire teſtatur Laderch. *d. conſ.*84. *numero* 16. *in fin.*

Hinc eſt, quòd omiſſo tractatu ſola concluſio attenditur, ac inquiritur, quia illa ſola eſt contractus, cætera
ſunt vana colloquia: ſic probat textus *in l. ſi voluntate,* 12
vbi pulchrè Bald. notat, *C. de reſcind. vend.* & dicit, quod licet multa verba in contractibus hinc inde interueniant, tamen ſola concluſio dicitur eſſe contractus, & inquit,
quod non eſt in iure melior textus: ſic etiam Afflict. *de-* 13
*ciſ.*375. *n.*5. *in fin. verſ. tertiò* Mantic *de tac. & amb. conuent. part.*1. *lib.*2. *tit.*2. *num.*25. *in fin.* vbi etiam *verſ. ſed aduerte,* ita ſoluit hoc motiuum, quia aliud eſt habere colloquium de contrahendo, aliud eſt contrahere, cùm multa
tractentur, quæ non concluduntur, *l. pen. in fin. C. ad Syl-* 14
*lan. l. ita ſtipulatus, de verb. oblig.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. part.*1. *lib.*1. *tit.*12. *num.*28. vbi etiam dicit, quod abſolutio, ſeu perfectio contractus in vltima clauſula conſiſtit; & ideò vis non eſt facienda ſuper teſtibus, qui interuenerunt tractatui, & non concluſioni, vt per-
bellè dicit Vrſill. *ad Afflict. d. deciſ.*375. *numero* 3. *verſ.* 15
*de teſtibus*, & in terminis, quòd in cauſa dotis non probetur dos per tractatus, nec attendatur, benè ſcri-
pſit Alex. *conſ.*13. *numero* 16. *verſ. a ij verò teſtes*, & *nu-* 16
*mero* 17. *lib.*1. pulchrè Lud. Gilhaus *in arb. iud. part.*1. *cap.*6. *de probat. quæſt.*210. *numero* 1. *verſ. contra verò,* qui loquuntur etiam in terminis fortioribus, vbi pater puellæ dixerat, quòd ei volebat dare ducat. 400. & tamen dicunt, quod huiuſmodi tractatus nihil probat; quantò igitur minus fidem faciet iſte non tra-
ctatus, ſed colloquium, in quo Delphinus non dixit, 17
quòd volebat, ſed quòd cogitabat tantùm dare D. Catherinæ, quantùm aliis eius ſororibus: etenim propriè tractatus fit cum parte intereſſata, & colloquium cum extraneo, vt hîc euenit: non eſt ergo habenda ratio huius colloquij.

Et licèt D. Ferdinandus dicat ipſum propoſuiſſe Delphino, vt donaret etiam ſcuta 500. tamen hoc nihil releuat, quia etiam aſſerit ſe neſcire, quid ſequutum fuerit, nec aperit, an id placuerit Delphino, ideò hoc nihil commune habet cum vera cõcluſione, quia nihil actum vide-
tur, cùm quid ſupereſt ad agendum, *l. cùm Syllanianum, C.* 18
*de his, quibus vt indign. cap. nihil* 7. *quæſt.*1. *§. fin. in prœm. Inſtitutionum.* Vnde qui probat præambulum, nihil agit, niſi probet etiam illud certo modo firmatum, & concluſum. Maſcard. *de probat. verb. Emptio, concl.*618. *num.*12. ni-
hil ergo inferri poteſt ex iſto colloquio Delphini cum 19
Principe.

Et licèt hæc ſufficiant, tamen addere placet, quòd ſi ex tractatu ſumenda eſt aliqua coniectura, id tunc faciendum eſt, quando tractatus gerebatur inter ipſos contra-
hentes, vt bene ſentit allegata gloſſa *in d. l.*1. *verbo con-* 20
*ſentiant, ff. de iudic.* dum dicit, *perpendi poteſt ex iis, quæ præceſſerunt inter eos.* Sic etiam loquitur Roman. *d. conſ.*91. *num.*8.

*num.9.verſ.primò enim.* Hic autem præfatum colloquium
(non enim tractatus nomen meretur) non fuit inter con-
trahentes, ſed inter filiam vnius ex contrahentibus, &
Principem: ergo nihil inde infertur.

Vlterius coniectura, quæ ſumitur ex tractatu, nihil iu-
uat ad inferendam ſimilem concluſionem, niſi probetur,
quòd mox concluſio ſecuta fuerit, alioquin ſi ex inter-
uallo poſtea concludatur, præcedens tractatus non con-
21 ſideratur: ita poſt Bart. *in l. pacta nouiſſima, num.2. C. de*
*pact.* Alex. *conſ.122. numer.2. verſ. ſecus, lib.2.* Ruin. *con-*
*ſil.198. num.16. lib.1.* vbi etiam inquit, quòd tractatus di-
citur ex interuallo præceſſiſſe, ſi etiam die ſequenti ema-
narit concluſio: non conſtat autem quo tempore illud
colloquium fuerit habitum, quia Princeps hoc non di-
cit, & ideo tam generalis, & dubia probatio contra pro-
bantem, & producentem venit interpretanda, ad textum
22 *in cap. in præſentia*, vbi DD. *de probat.* Crauet. *conſ.218.*
*num.6.* Pacian. *conſ.32. n.12.* Claud. *ad Bertaz. conſ.423.*
*littera A*, Lud. Gilhaus, *de arb. iud. part.2. c.6. de teſtib.*
*art.1. n.135.*

Verùm ad quid potuit deſeruire talis tractatus, cum
iam diuerſo modo concluſus eſſet contractus? medio
tempore ſolum cogitabatur de modo, quo poſſent Del-
phini cum aliqua ſimulatione dictum Caballium exclu-
dere, & quantò plures ſunt cautelæ, tantò maius ſunt
23 ſimulationis argumentum. Farinac. *de ſimulat. & fraud.*
*quæſt.162. num.157.* tempore ergo colloquij contractus
erat concluſus, inquit enim Princeps Cæſar: *Supplen-*
*do poi con donatione à quello ch'era ſtato apuntato da quelli,*
*che trattauano il matrimonio.* Nam ſi punctuatum, & ſta-
bilitum fuerat, quid de dote foret, infertur, vt interim
vniuerſa Delphinorum cura reſideret in modo fraudan-
di ipſum Caballium; ſi quid ergo ex tractatibus Delphi-
norum licet inferre, ſolam fraudem ſignificare videtur,
quam pro obiecto ſtudioſè habuerunt, vt inquit ad rem
Tiraq. *de retract. lign. §.1. gl.14. num.24.* Gratian. *diſc. for.*
*lib.2. cap.28. num.7.*

His ſic firmatis vnum pro coronide addam, quod li-
cèt dicta ſcuta 500. fuiſſent ſimpliciter donata, nihi-
lominus purificata redditur illa conditio: *Caſu, quo ma-*
*iores dotes*, &c. In primis enim ſcriptis monſtraui eam
fuiſſe à dotante appoſitam ſeruandæ inter filias æquali-
tatis gratiâ, ſicut & docet ſola naturalis ratio, quæ ſuf-
24 ficit, *l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſat. tut. l. cùm*
*ratio, de bon. damn. cum vulg.* & cùm vtroque modo
poſſit ſeruari, & violari æqualitas, ea conditio dici-
tur impleta per ſuum æquipollens, quia conditio ap-
poſita ad aliquem effectum, vt hic, rectè, & ritè per
25 æquipollens impletur. Alex. *conſil.100. numer.6. lib.4.*
Hect. Felic. *conſil.54. numero 19. part.1.* perbellè Man-
tic. *de tac. & ambig. conuent. lib.14. tit.43. num.10. part.2.*
ſicut etiam de forma idem eſſe latè probatur per eundem
Mantic. *d. tract. lib.2. tit.4. num.4. part.1.* vbi alios con-
gerit. Siue ergo dicta ſcuta 502. fuerunt donata, ſiue
26 dotalia, quod verius eſt, ſemper dictus D. Caballius vin-
cere debet.

Si ergo aſſertiones dictorum Principum nihil nocent
dicto Caballio, minùs nocebant fides DD. Alexandri
Domneſmundi, & Ioan. Franc. Ghiſelli; nil enim fa-
ciunt, niſi quòd per eas magis eluceſcit fraus partis ad-
uerſæ, & de illis dici poteſt quòd ſunt extra tempus
productæ, non ſunt nouæ probationes, & replicantur
contra eas, quæ in præcedentibus diximus.

Verumtamen non deſunt aliæ rationes, quibus aſſer-
tiones prædictæ corruunt, in primis enim fecerunt
ſuam depoſitionem in ſcriptura, quam aduerſarij fidem
appellant, ideò non probant, quia dici ſolet, quòd fides
27 non facit fidem. Farinac. *de teſtib. quæſt.80. num.23.* Se-
raph. *deciſ.106. num.3.* & quamvis teſtes fidem in Se-
cretaria recognouerint, non tamen ſanatur depoſitio,
quia teſtes non in ſcriptis, ſed viua eorum voce debent
28 deponere, & oportet eorum dictum audiri à iudice. Fa-
rinac. *d. tract. quæſt. 61. numer.41.*

Secundò eorum examen, & depoſitio fuit facta Ca-
ballij parte non citata, aut præſente ad videndum illos
iurare, prout neceſſe erat, ideò eorum dictum eſt nul-
lum. Iac. Butrig. *de teſtib. tit. quædam forma circa teſtes,* 29
*num.1.* Feder. Schench. *eod. tract. num.8.* Boſſ. *in prax.*
*d. tract. numer.34.* Farinac. *de teſtib. quæſt.74. numer.40.*
Lud. Gilhaus *in arb. iud. part.2. cap.6. de teſtib. art.1. nu-*
*mer.8.*

Tertiò iidem teſtes recognouerunt dictas fides ſine
interrogatoriis dicti Caballij, & abſque eo quòd Del-
phini facerent aſſignare illi terminum ad illa dandum,
quod repugnat ſtatutis, & iuribubus, & canonis, ad tex-
tum *in cap. præſentium*, vbi Arch. *num.7.* Add. ad Franc. 30
*num.6. de teſtib. in 6.* Farin. *d. tract. quæſt.73. num.3.6.* vbi
de magis communi.

Quartò teſtes illi veriſimilia non deponunt, ideoque
non probant, immò ſunt de falſo ſuſpecti, quotquot
ſunt. Farinac. *de teſtib. quæſt.62. numero 320.* & *quæſt.65.*
*numero 144.147.* & quòd ita ſit, probatur, quia di-
cunt, quod Delphinus volebat facere donationem ſim- 31
plicem, & tamen id non eſt veriſimile, quia feciſſet
actum nullum, cùm donatio ſimplex non conſiſtat
inter patrem, & filiam, ad textum *in l. 2. C. de* 32
*inoff. donat.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.13.*
*tit. 13. numero 6.* & aliàs dixi. Verùm quia nemo præ-
ſumitur velle facere actum inualidum, Crauet. *con-*
*ſil.443. numero 14.* Mantic. *d. lib.13. tit.15. numero 21.*
ideò ſequitur inueriſimile eſſe, quòd Delphinus volue-
rit ſimpliciter donare, ergo ſuſpecta eſt horum teſtium
depoſitio.

Quintò teſtes prædicti nihil probant, quia de conclu-
ſione contractus nihil teſtificantur, ſed de quibuſdam
colloquiis inter ipſam concluſionem, & inſtrumentum,
propter quod nulla eſt eorum fides, prout ex Vrſillo de-
monſtraui.

Sin in particulari contra dictos teſtes placet pondera-
re exceptiones, non ſunt contemnendæ; nam D. Ale-
xander nullam fidem meretur, quia pars Delphina per-
duxit Notarium ad eius domum gratiâ eum conſulendi
de modo celebrandi inſtrumentum taliter, quòd donatio
videretur; ſed cum res ſortita ſit diuerſum effectum, po-
teſt Delphinus ei obiicere ſibi bonum conſilium non de-
diſſe, & propterea fidem non facit, quia teſtis ille, cui
poteſt aſcribi laus, vel vituperium circa negotium tra-
ctatum, non eſt idoneus. Boſſ. *in prax. titulo de teſt.* 33
*n.120.* Farin. *de teſt. quæſt.60. n.21.*

Secundò cùm iſte fuerit mediator in componendo, &
conſulendo modum ſtipulandi inſtrumenti, etiamſi nul-
lum inde reportet commodum, non eſt idoneus teſtis
ob præſumptam affectionem, quæ ſola repellit teſtem,
etiamſi ſit præſumpta. Farin. *de teſt. quæſt.60. num.410.* & 34
*num.17.29.* quæ in caſu noſtro multò magis procedunt,
vbi apparet eum eſſe Delphinis magis beneuolum. Farin.
*d. quæſt.60. n.34.*

Quid modò dicam de Ghiſello? vti informato erit præ-
ſtanda fides? abſit: nimis eſt informatus, melius erat, ſi mi-
nus nouiſſet. Non eſt huic fides præſtanda, tanquam in
cauſa propria deponenti, nam cum dictus Phyſicus pro-
bauerit contractum, de quo Ghiſellus deponit, fuiſſe fi-
ctum, & ſimulatum, & cum in eo Ghiſellus vti principalis
interuenerit, ſequitur, quòd ipſe quoque fuerit princeps
fraudis, & ſimulationis, quia cum eo principaliter eſt ſti-
pulatum inſtrumentum, vnde non plus probat, quàm fa-
ceret ipſe Delphinus; ille enim nullam fidem facit, qui
eodem morbo laborat, quo is, pro quo dictum eſt teſti-
monium. Boſſ. *in prax. tit. de teſt. n.54.* & propterea cùm 35
fraus non ſit ſine dolo, quia ſpecies doli eſt, vt poſt Abb. 36
*conſ.68. num.3. lib.1.* Tuſch. *pract. concluſ. verb. fraus, concl.*
*476. num.1.* fraus enim & dolus germana ſunt, Tiraq. *de*
*retract. lign. §.26. gl.1. num.36.* dolus autem delictum
eſt, vt latè probat Farin. *quæſt.19. num.35.* ſequitur, quod 37
Ghiſellus



Ghiſellus vti ſocius Delphini in hac fraude, nihil omni-
no probet. Menoch. *de arb. iud. caſ.474. num.13.* nam ſo-
cius in illo negotio, ſuper quo eſt ferendum teſtimo-
38 nium, non eſt teſtis idoneus. Feder. Schench. *tract. de*
*teſtib. num.37.* quia videtur ſe velle excuſare. Farin. *d. q.60.*
*num.18.* nullam ergo fidem facit Ghiſellus.

Secundò itaque contra eundem obiicitur, quòd ſit co-
gnatus partis aduerſæ, & gener patris eorum, vnde ra-
tione tam magna propinquitatis, ſeu affinitatis repelli-
39 tur à teſtimonio ferendo. Farin. *de teſtib. quæſt.54. num.1.*
*11.12.* ex hoc enim contra eum magna inducitur ſuſpi-
cio. Angel. de Peruſ. *eod. tract. quæſt.2. num.14.* talis igi-
tur affectio fidem illi penitus ſubtraxit. Farin. *d. quæſt.60.*
*num.107.*

Ex his apparet, quot, & quales defectus iſti teſtes
patiantur, & propterea certum eſt in iure, quòd vbi
teſtes ſuſtinent plures defectus, nulla prorſus eſt eorum
40 fides, adeo vt nec ab aliis fomentum recipiant, aut tri-
buant. Farin. *de teſtibus, quæſt.62. num.381.382.* vbi alios
multos congerit, ideò vanum fuit ſimiles teſtes produ-
cere.

Verùm enim verò his etiam circumſcriptis non eſt de
quo timeamus, maxillæ enim eorum ita camo peſtrin-
guntur, vt mordere non poſſint, ſiquidem concludere
videntur, vt dotatio, de qua diſputatur, fuerit dona-
tio ſimplex, non ex cauſa dotis: ſed videamus quomo-
do patenter eorum proprium dictum ipſi deſtruant. Hi
enim dicunt, *Per ſimplice donatione*, tamen ſtatim ad-
dunt, *à contemplatione della donatione, ch'era per fare*
*detto ſignor Ghiſelli.* Videant omnes, quantum ſibi ipſi re-
pugnans ſit horum teſtium dictum. Nam ſimplex dicitur
donatio, non quæ fit contemplatione alterius donatio-
nis, quia tunc eſt correſpectiua, & ex cauſa; ſed quæ
nullius cauſæ intuitu fit ob ſolam liberalitatem exercen-
41 dam. Crauet. *conſ.959. num.1.* Decian. *conſ.3. n.19. lib.1.*
quoniam donare remuneraturis ſpecies eſt auaritiæ, ſe-
42 cundùm D. Ambroſ. *lib.7. in Lucam, cap.14.* & aliàs ſatis
ſcripſi.

Si ergo hæc donatio facta fuit contemplatione dona-
tionis Ghiſelli mox fiendæ, ſimplex dici non poteſt, &
manifeſtè deprehenditur horum teſtium error, ne dicam
mendacium. Non igitur læditur Phyſicus eorum depo-
ſitione, ſed iuuatur, quia manifeſtant Delphinorum
fraudem; ſi enim iam concluſum fuerat accordium, ad
quid poſtea adhibere tot conſilia, & diſcurſus ad facien-
dam ſimplicem donationem, quam conſtituere norunt
etiam Notariorum tyrones, ſed dicendum eſt, quòd vo-
lebant, quòd dos eſſet, in donationem autem ſonaret
ad excludendum Phyſicum, ſed fraude detecta veritati
locum eſſe oportet.

Hæc cauſa fuit valde ventilata, & tandem his, & aliis
fortè etiam bene conſideratis fuit iudicatum ad fauorem
dicti D. Caballij Phyſici, & D. Annæ eius nurus; & cùm
appellatum fuerit, prima ſententia fuit confirmata, &
executioni demandata.

---

## CAPVT LXXXIII.

### EPITOME.

Subditus quis dicatur eſſe in loco, vt poſſit ſuc-
cedere in bonis ſtabilibus, ſtantibus ſtatutis,
quod non ſubiectus nequeat acquirere.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum Ferrariæ de ſubditis quomodo intelligatur.*
2 *Habitans idem eſt, quod ſubiectus.*
3 *Originarius non eſt ſubditus propriè, niſi habitet.*
4 *Subiectus dicitur, qui habitat, & vxorem ducit in loco.*
5 *Subditus, vt quis dicatur, quodnam domicilium attendatur.*
6 *Domicilium originis, vel habitationis quodnam præualeat.*
7 *Habitans in territorio dicitur habitare etiam in ciuitate.*
8 *Domicilium quanto tempore contrahatur.*
9 *Officialis quando dicatur contrahere domicilium.*
10 *Domicilium contrahitur, etiam ſine tranſlatione maioris partis bonorum.*
11 *Vxorem ducere eſt ſignum contracti domicilij.*
12 *Domicilium præſumitur contractum etiam ex vnica coniectura.*
13 *Pauper quilibet præſumitur.*
14 *Domicilium vbi eſt, ibi reus conueniri poteſt.*
15 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.*
16 *Subiectus dicitur, qui ad onera trahi poteſt.*
17 *Onera ſuſtinere quomodo intelligatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DEbet abſolui à petitis Balthaſar de Polliis, non ob-
ſtantibus deductis per Vrſolinam de Pilatis, quæ
prætendit eum eſſe incapacem ſucceſſionis quoad bona
ſtabilia vigore Statuti Ferrar. *lib.2. rubr.98.* eo quòd di-
catur tria eſſe neceſſaria copulatiuè, vt ſtabilia acqui-
rere poſſit, ſcilicet vt ſit ſubiectus in loco, ſubiiciatur
ſtatutis loci, & ſubeat onera in loco, vbi vult ſuccede-
re. Ita ſentire viſus eſt Laderch. *conſ.52. num.5.6.* & *con-* 1
*ſil.74. num.1.6.15.18.20.* Decian. *conſil.33. num.27. lib.1.*
nam hæc omnia perbellè verificantur in dicto reo con-
uento.

Siquidem dictus Balthaſar ſe tranſtulit ad ciuitatem
Carpi gratiâ habitandi quatuor ab hinc annis, vt dicunt
teſtes, ideo effectus eſt ſubditus iuriſdictionis Carpi, quia
habitans idem eſt, quod ſubiectus. Laderch. *conſ.74. n.23.* 2
adeò, vt originarius ipſe non ſit propriè ſubditus, ſi non
habitet. Seraph. *deciſ.483. num.1.* & ideò cùm ille Carpi 3
contraxerit domicilium, præſumitur ſe ſubiieciſſe legi-
bus, & ſtatutis Carpenſium. Ita Surd. *conſ.313. num.66.* 4
quoniam habitans in aliquo loco, & ibidem vxorem du-
cens, non poteſt propriè dici ſubditus alterius loci, vt
poſt Burſat. *conſ.189. num.4.* inquit Carpan. *ad Stat. Me-*
*diol. cap.311. n.68. lib.1.*

Verè enim ad cognoſcendum, an quis ſit ſubditus ali-
cuius loci, attenditur domicilium habitationis, non ori-
ginis, vt poſt Rol. *de lucr. dot. quæſt.22. n.22.* inquit Carp.
*d. cap.311. n.67.* Ceph. *conſ.317. num.53.* Serap. *d. deciſ.843.* 5
*n.1.* Surd. *d. conſ.313. num.66.* & *deciſ.329. n.11.* Maſcard.
*de interpret. ſtat. concl.6. num.191.* Chopin. *de moribus. Pa-*
*riſ. lib.2. tit.1. n.6.* & quamvis aliqui teneant præualere
domicilium originis, tamen eorum opinio, ſi vera eſſet,
non procedit in his, quæ alicui contingunt poſt contra-
ctum habitationis domicilium, vt hic quæritur: ita poſt
Ceph. *d. conſ.317. n.50.* Tuſch. *pract. concl. litt. D, concl.500.* 6
*num.9.* Et licet dictus Balthaſar tantùm habitauerit in
diſtrictu Carpenſi, nihil refert, quia habitans in territo-
rio dicitur habitare in ciuitate quoad hanc materiam. 7
Menoch. *conſ.584. n.4.7.*

Nec dubitandum eſt, quin ille per ſpatium quadrien-
nij contraxerit domicilium, quia contrahitur etiam in
momento, & in ictu oculi, ſi de animo contrahere volen-
tis appareat, ſaltem ex veriſimili coniectura; quoniam
non requiritur ſpatium decem annorum, ſi cum habita-
tione concurrant aliqua adminicula, ſeu præſumptiones.
Hoſt. *in c. fin. n.5. de Parochiis*, vbi Abb. *num.9.* & Marian. 8
Soc. *num.26.* Menoch. *de arb. iud. caſ.86. n.16.* Maſcard. *de*
*probat. lib.1. concluſ.534. num.9.10.* Tuſch. *pract. concl. lit-*
*tera D, concluſ.599. num.10.* Decian. *conſ.97. num.7.8. verſ.*

*ſecunda coniectura*, *lib.*2. Farinac.*fragm.crim.part.*1. *littera D*, *num.*205.207. Quarant. *verb.Ordo*, *verſic. circa tertium*; vbi quod requiratur aliquis actus exterior ſignificatiuus domicilij contrahendi, quamvis aliqui ſentiant debere concurrere tranſlationem maioris partis bonorum. Gratian. *diſc.*509. *num.*11.12.*lib.*3. tamen hoc non requiritur de neceſſitate. Benè verum eſt, quòd ſi concurrat, erit potens indicium contracti domicilij.

9 Et ideò nihil obſtat Gratian. *d.loco*, quia ſe fundat in auctoritate Abb. *conſ.*100. *ad fin. lib.*2. & Iaſ. *conſ.*77. *in fin. lib.*3. & aliorum, de quibus ipſe loquitur, qui intelliguntur de Officialibus, & iis, qui ſunt conducti in aliquo loco, velut ad legendum, & docendum Medicinam, vel leges, & petierant reconductionem cum ſalario competenti, alioquin intendebant recedere à loco, quod vti potentius tollebat vtique alias coniecturas domicilij, in iis enim perſonis difficilius præſumitur, quia Officialis nunquam contrahit domicilium in loco, etiamſi ibi maneat per longum tempus. Carpan. *d.cap.*311.*n.*56. ſicut etiam dicendum eſt de ſcholaribus, & mercatoribus. Alex. *conſ.*216. *num.*14. *lib.*6. & ſic intelligi debet Gratianus, quia dictum Doctoris debet intelligi ſecundum ea, quæ allegat Bart. *in l.non ſolum*, §. *ſi liberationis*, *ff.de liberat.leg.*Gratian.*diſc.*706.*num.*55.

Ideóque tenendum eſt, quòd poteſt in aliquo loco contrahi domicilium etiamſi in eo per decem annos non habitauerit, neque etiam maiorem partem bonorum tranſtulerit, dummodo cum declaratione animi ſit
10 iuncta habitatio, & aliquod adminiculum, ad textum *in l. ſi patria*, *C.de incol. lib.x.* gl. *in l. ciues*, *in verb. larem*, & *in verb. ſummam*, vbi Bart. *num.*9. *verſ. item*, *C. eod. lib.x.* Soc. *in d. cap. fin. num.*25. *de for. compet.* Alciat. *in l. pupillus*, §.*incola*, *num.*2. *ff. de verb. ſign.* Ang. *conſ.*27. *num.*2. *verſ.ſola.* Dec.*conſ.*284.*num.*11.Menoch. *de arb.iud.caſ.*86.*num.*2.*& ſeqq.* Tuſch. *pract. concl. littera D*, *concl.*596. *numer.*11.25.27. Maſch. *d.concluſ.*534. *num.*3.20. And. Gail. *lib.*2. *obſeru.*35.*num.*7. *verſ.licet autem*, Farin. *fragm.part.*1.*littera D*, *num.*211.212. *verſ. ita declaranda.*

Hic autem potentiſſima adeſt domicilij contracti coniectura, quia vltra habitationem dictus Balthaſar duxit vxorem in territorio Carpi, & apud eam tranſtulit lares, ex hoc enim ſatis probatur animus contracti domi-
11 cilij, vt poſt Alciat.*conſ.*719.*num.*5. Menoch. *de arb. iud. caſ.*86. *num.*28. Rot.*diuerſ.deciſ.*105.*num.*5.*part.*2.& poſt Burſat. *conſil.*189.*num.*4. *lib.*2. Carpan. *d.cap.*311.*n.*6.8. *lib.*1.

Et non requiruntur plures præſumptiones, quia ſufficit etiam vnica coniectura non leuis ad præſumendum
12 domicilium, etiamſi non ſit aſſidua habitatio: ita Farinac. *fram.littera D*, *num.*207.210. & ſanè, ſi vxor, quæ ſecuta eſt germanam ſe transferentem ad maritum, præſumitur contraxiſſe domicilium in loco cognati, Decian. *conſ.*97.*n.*8.*lib.*2. quantò magis ille, qui ducit vxorem, & cum ea vadit ad habitandum.

Accedat non conſtare dictum Balthaſarem habere bona in loco originis, & quilibet præſumitur pauper, quia
13 tales naſcimur. Tuſch. *littera P*, *concl.*161.*num.*1.2. ideò præſumitur hìc habere maiorem partem bonorum, & qui aliter dicit, probare debet: ita Farinac. *d. loco*, *num.*208.

Si ergo Balthaſar contraxit domicilium in terra Carpi, ſequitur, quòd poſſit etiam ibidem conueniri ex contractu quoque extra dictum locum facto. Tuſch. *d. con-*
14 *cluſ.*596. *num.*22. & ideò ligatur etiam ſtatutis eiuſdem
15 loci, quia paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari. Tuſch. *d. littera D*, *concl.*591. *num.*13. Menoch. *conſ.*74. *num.*3. Seraph. *deciſ.*1018. *num.*6. & ex quo cœpit habitare, cenſetur etiam ſe obligaſſe ad onera. Decian.*conſ.*41.
16 *num.*89. *lib.*2. ideò ſubditus dicendus eſt, quia verè ſubiectus appellatur, qui in loco poteſt trahi ad onera, & ad forum. Laderch. *conſ.*52. *num.*3. & *conſ.*74. *numer.*6. etenim vera ſubiectio naſcitur per exiſtentiam moroſam in loco. Laderch.*d.conſ.*74.*num.*7.& quis dicitur habitare vbi vxorem habet. Rim.Iun.*conſ.*15.*num.*181.Carpan. *d.cap.*311.*num.*48.49.50.

Et vbi ſtatutum Ferrariæ requirit, vt volens acquirere ſtabilia ſuſtineat onera in loco, id accipitur pro habilitate, & promptitudine, licèt actum non ſuſtineat. La- 17
derch. *conſ.*74. *num.*24. alioquin pauper, qui non habet bona ſtabilia, nunquam contraheret domicilium, quod eſt abſurdum: ſatis enim eſt, ſi ſuſtineat perſonalia onera. Surd. *conſ.*313. *num.*57.58. provt facit dictus Pollus, qui aſcriptus eſt militiæ, & ſoluit quotannis libras ſeptem, ſicut faciunt cæteri milites ruſtici, quod eſt onus. Menoch. *conſ.*299. *numer.*30. ex quibus concludi poteſt dictum Balthaſarem eſſe ſubditum, & capacem ſucceſſionis bonorum ſtabilium, provt ita fuit iudicatum.

---

# CAPVT LXXXIV.

## EPITOME.

Nepos quando repræſentet perſonam patris, & quando ius accreſcendi habeat locum, & vincat ius tranſmiſſionis.

## SVMMARIVM.

1 *Nepos non repræſentat perſonam patris, niſi quando ſucceditur patruo.*
2 *Nepos an ſuccedat in locum patris in fideicommiſſis, & quomodo.*
3 *Patruelis excluditur à patruo in ſucceſſione alterius patruelis.*
4 *Nepotes quando habeant priuilegium repræſentationis.*
5 *Fideicommiſſi ſucceſſio defertur proximiori.*
6 *Fideicommiſſum familiæ admittit, qui proximo gradu ſunt.*
7 *Fideicommiſſorum ſucceſſio regulatur, provt ab inteſtato.*
8 *Nepotes non concurrunt cum patruo in hæreditate non agnita.*
9 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
10 *Ius accreſcendi habet locum ante portionem agnitam, pòſt vero tranſmiſſio.*
11 *Ius accreſcendi habet locum inter plures fideicommiſſarios.*
12 *Fideicommiſſum admittit ius accreſcendi data coniunctione.*
13 *Ius accreſcendi impedit ius tranſmittendi.*
14 *Coniuncti re, & verbis qui dicantur.*
15 *Ius accreſcendi dicitur quædam tacita ſubſtitutio.*
16 *Tranſmiſſio ceſſat ſtante ſubſtituto, niſi reſpectu deſcendentium.*
17 *Fideicommiſſarius non acquirit iura, & actionem, niſi poſt reſtitutionem.*
18 *Tranſmiſſio hæreditatis non aditæ quando fiat.*
19 *Ius accreſcendi an ſit potentius tranſmiſſione.*
20 *Tranſmiſſio quando impediatur per ius accreſcendi.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

RETroactis temporibus deceſſit D.Io.Ludouicus Bruſatus, relicta hęrede per annos 30. D.Iſabella eius ſorore, & vxore D.Io.Baptiſtæ Ciarlinij ſenioris, & poſt eam deſcendentes eius maſculos prohibens alienari bona illius extra familiam Ciarliniorum, quia vult in eis manere, & conſeruari per dictum tempus: ea defuncta ſex maſ-



culi diuiſerunt hæreditatem, ſcilicet Hyppolitus, Conſtantinus, Hercules, Alfonſus, Marcus, & Guido: & deinde mortuus eſt dictus Marcus abſque filiis, & eius portio accreuit aliis: Hippolytus autem reliquit ſuperſtites filios Ludouicum, & Iacobum; & Conſtantinus Ambroſium, & Ioannem: & poſt hæc tempore peſtis deceſſerunt dicti Ambroſius, & Ioannes abſque filiis maſculis, & antequam illorum hæreditatem in hac parte agnoſceret dictus D. Guido, ipſe quoque migrauit è viuis factis ſibi hæredibus dicto D. Ludouico, & Ioanne Baptiſta iuniore, vnde Alfonſus, & Hercules patrui dictorũ Ambroſij, & Ioannis apprehenderunt poſſeſſionem vacantem illorum bonorum. Vnde dictus D.Ludouicus cœpit prætendere in dictis bonis, tum quia repræſentat perſonam patris, & debet ſuccedere vnà cum patruis, tum quia pro ſua rata prætendit portionem dicti D.Guidonis ad ſe tranſmiſſam vti pro dimidia eius hæredem. Quæritur quid iuris.

Et ſanè quoad primum clara res eſt ſolùm admittendos eſſe dictos DD.Alfonſum, & Herculem ad hæreditatem, ſeu bona dictorũ Ambroſij, & Ioannis, quia ſunt illis proximiores, diſtant enim tertio gradu ſecundum ius ciuile, cùm tamen dicti DD.Ludouicus, & Iacobus diſtent quarto gradu, nec eſt locus repręſentationi, quia nepos ſuccedit cum patruo tantum, quando agitur de hæreditate alterius patrui, & extra illum caſum proxi-
1 mior excludit alios: ita in verbis habetur *in Auth. de hæred. ab inteſt.* §. *ſi autem defuncto*, & §. *huiuſmodi*, & §. *ſi verò neque.*DD. *in auth. ceſſante*, *C.de leg. hær.* & *in Auth. defuncto*, *C. ad Tertyll.* Pariſ. *conſ.*40. *numer.*30. *lib.*2. Crauer. *conſ.*226. *col.*3. Rol. *conſ.*38. *numer.*34. *lib.*4. Rim. Iun. *conſ.*75. *numer.*23. Cacheran. *conſ.*72. *num.*23. Decian.*conſil.*1. *num.*363.371.*lib.*1. latè Peregr. *de fideicomm. art.*21. *num.*78. vbi vult id procedere etiam in fideicommiſſis, & inſpiciendam eſſe perſonam grauati, quia eius proximitas attenditur: ſic etiam clarè dixit
2 Nicol. *ad Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part.*3. *n.*6. *verſ.ſecundò.* Gall. *de ſucceſſ. tit.*1.*except.*1. *num.*52.*part.*1. pulchrè ad rem noſtram Ant. de Roſell. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. numero* 117. vbi in terminis ponit caſum noſtrum, quandò decedit vnus patruelis habens alios patrueles, & patruum, vt hic, an patrueles ſuccedant cum patruo, & concludit negatiuè, quia patrueles ſunt in
3 quarto gradu, patruus verò in tertio, & ipſe ſolum repræſentat patrem ſuum, quando agitur de ſuccedendo alteri patruo.

Etenim ſanè apertum eſt ius hoc determinans, ſiquidem conſtitutione Imperiali ita declaratur, quòd huiuſmodi priuilegium in hoc ordine cognitionis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fœminarum filiis, aut filiabus, vt in ſuorum parentum iure ſuccedant, nulli alij perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largimur: ita textus *in d.* §. *huiuſmodi*, *in Auth. de hæred. ab inteſt.*
4 Vbald. *d tract. de ſucceſſ. ab inteſt part.*3. *num.*6. *verſ.eſto.* Ant. de Roſell. *eod.tract. num* 118. Cyn. Piſtorienſ. *eod. tract.n.*14 *part.*3.Peregr.*d.art.*21.*num.*8.

Et propterea eſto etiam, quòd hic ſuccedatur per modum fideicommiſſi, nihil refert, quia etiam in fideicommiſſis ſuccedìtur, provt quiſque eſt proximior, *l. cùm*
5 *ita*, §. *in fideicommiſſo*, vbi DD. *de leg.* 2. & *in l.peto*, §. *fratre*, *ff. eod.* ex quibus colligitur ad fideicommiſſa fa-
6 miliæ relicta admitti, qui primo gradu ſunt, quoniam in fideicommiſſis ſucceditur, provt ab inteſtato in aliis bonis fieri ſolet, *d.l. cùm ita*, §. *in fideicommiſſo.*Menoch.
7 *conſ.*106. *numer.*83. Odd. *conſil.*45. *numer.*37. Peregr. *conſil.*45. *numer.*25. *verſ. contra*, *lib.*2. & *d. art.*21. *numer.*8. & *conſ.*64. *lib.*5. Decian. *conſil.*1. *num.*340.344. Lauret. *deciſ. Auen.*37. *num.*9. ſed ab inteſtato dicti D. Ludouicus, & Iacobus non ſuccedunt cum patruo in hæreditate patruelis, vt vidimus: ergo neque in fideicommiſſis.

Ad ſecundum igitur tranſeamus, & videndum eſt an



locus ſit tranſmiſſioni; & ſanè nepotes non concurrunt cum patruo hæreditate non agnita ab eo, cui ſuccedere intendunt, niſi aliquo ſpeciali tranſmiſſionis iure vtantur. Peregr. *de fideicomm. d. art.*21. *numer.*7. *verſic. & aduerte.* Laderch. *conſil.*48. *numer.*8. Burſat.*conſil.*170. 8
*numer.*31. *lib.*2. & ſic ipſi debent oſtendere ius ſpeciale pro ſe, quia regulam habent contra ſe, quòd hæreditas non adita non tranſmittitur, *l. ſi ex pluribus*, *ff.* 9
*de ſuis*, & *leg. hæred. l. quoniam*, *C. de iur. deliber.l.vnic.* §. *in nouiſſimo*, *C. de caduc. toll.* Gomez *reſol. lib.*1. *capit.*9. *numer.*1. Nicol. Noal. *tract. de tranſmiſſ. caſ.*8. *numer.*1.2.

Et ideò cùm D. Guido nunquam agnouerit hæreditatem prædictam, non potuit illam tranſmittere ad ſuos hæredes, ſed accreſcit DD.Alfonſo, & Herculi, quia ante agnitionem eſt locus iuri accreſcendi, poſt verò fit tranſmiſſio. Bart. *in l. re coniuncti*, *num.*30. vbi DD. *de* 10
*leg.*3. Craſſ. *in* §. *ius accreſcendi*, *quæſt.*15.*num.*2.Farin.*deciſ.*435.*n.*5.*part.*1.

Et eſto, quòd verſemur etiam in fideicommiſſis, adhuc totum pertinet ad dictos Alfonſum, & Herculem iure non decreſcendi, quia ſunt coniuncti re, & verbis cum dicto D.Guidone in fideicommiſſo; nam pluribus fideicommiſſariis ſubſtitutis, eueniente caſu fideicommiſſi altero ex eis petere nolente, vel negligente, ſi ſunt coniuncti re, vel re, & verbis, quo caſu ad ſolidum ſunt vocati, & per concurſum faciunt ſibi partes, hoc caſu alter totum petens erit audiendus tam in legatis, quàm in fideicommiſſis, ſiue vniuerſalibus, ſiue particularibus, ad textum *in l. planè*, §. *ſi duobus*, & quod ibi notat Bart. *ff. de leg.*1. Soc. *in l. quæ conditio*, 11
*col. pen. de cond. & demonſtr. l.ſi mihi, & tibi*, *de leg. primo*, *l.ſi mihi, & Titio*, *de leg.*2. *l.coniunctim*, *de leg.*3. *l. inde Neratius*, *de vſufr. accreſc.* Rip. *in d.l. re coniuncti*, *num.*6. Alciat. *conſ.*47. *num.*5.6. *lib.*9. Soc. Iun. *conſ.*43. *num.*5. *lib.*4. pulchrè Peregr. *de fideicomm. art.*9. *num.*12. *verſ. ſi verò ſint.*

Nam etiam in fideicommiſſis eſt locus iuri accreſcendi, vel non decreſcendi, ſi fideicommiſſarij ſint coniuncti re, vel re, & verbis, *d. l. ſi mihi*, *& Titio*, & *d. l. re coniuncti*, vbi DD. *de leg.*3. Curt. Iun. *con-* 12
*ſil.*83. *numero* 13. *lib.*2. Burſat. *conſil.*71. *numero* 11. *in fin. lib.*1. Honded. *conſil.*49. *numero* 73. *lib.*2. vbi de communi Peregr. *conſil.*52. *numero* 12. *lib.*5. & *de fideicomm. art.*9. *numer.*7. Gomez *reſol. lib.*1. *cap.*10. *num.*23. Craſſ. *in* §. *ius decreſcendi*, *quæſt.*21. *num.*2. *verſ. contrariam*, vbi de magis communi. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.*495. *numero* 12. Cyriac. *contr.*11. *numero* 5. *lib.*1. vbi inquit propter ius accreſcendi impediri ius tranſmittendi, quia portio vnius accreſcit alteri, ad textum *in l. filiusfam.* §. 13
*Diuus Seuerus*, *ff. de leg. primo.* Quæ intelligas procedere, niſi tantùm verbis eſſent coniuncti. Fuſar.*d.q.*495. *num.*14.

Nec dubium eſt, quin dicti Alfonſus, & Hercules ſint coniuncti re, & verbis, quia eadem oratione ſub nomine collectiuo deſcendentium vocantur à teſtatore ad bona ſua ſtabilia, vnitas enim rei relictæ per partes non 14
demonſtrabiles ad oculum corporis producit ius non decreſcendi. Bart.*in d.l.re coniuncti*, *col.*5.vbi Iaſ. *num.*64. Crott.*num.*35.Rip.*num.*46.*de leg.*3. pulchrè Peregr. *de fideicomm. art.*9. *num.*8. *verſ.ex prædict.* Merlin. *de legitim. lib.*1.*tit.*4.*quæſt.*5.*num.*5.6.

Neque eſt mirandum de prædictis, quia ius accreſcendi, vel non decreſcendi dicitur eſſe quædam tacita ſubſtitutio, ad textum *in l.ſi Titio*, §.1. *de leg.*2. Iaſ. *in d.l.re con-* 15
*iuncti*, *n.*107.134.& *in l.nec his*, §.1.*n.*31. *de acquir. hæred.* Menoch.*præſ.*61.*num.*2.*libr.*4. Surd. *deciſ.*152. *num.*2.17. Fuſar. *de ſubſt.quæſt.*654.*num.*2. Fachin. *contr. iur. lib.*10. *c.*69. *litt.B*, Grat. *diſcept.*741.*n.*17.*lib.*4.Cyriac.*contr.*43. *num.*5. *lib.*1. ideò ſicut expreſſa ſubſtitutio faceret ceſſare ius tranſmiſſionis, niſi illa fiat ad deſcendentes vigore ſanguinis, latè Nicol. Noal. *dict.tract. de tranſmiſſ.*

*caſ.8.num.95.* ita ius accreſcendi, quoniam verſamur in tranſuerſalibus, quia taciti, & expreſſi par eſt virtus, *l. cùm quid, ſi cert. pet. cum vulg.*

Et ſanè certum eſt, quòd in fideicommiſſarium non tranſeunt iura, & actiones, niſi facta reſtitutione à gra-
17 uato re, vel verbo, *l. reſtituta, ad Trebell.* Rip. *in l. in fideicommiſſariam, num.14. eod.* Decian. *conſ.60. numer.3. lib.3.* Surd. *conſ.92. num.3. lib.1.* & *deciſ.29. num.2.* Peregr. *de fideicomm. art.2. num.50.* Fuſar. *d. tract. quæſt.603. num.1.* Farin. *deciſ.220. part.1.* Ergo D. Guido non potuit tranſmittere ad hæredes ius, quod non habebat, quia nemo dat, quod non habet.

Præualent ergo DD. Alfonſus, & Hercules, nec dicti Ludouicus, & Iacobus poſſunt ſe iuuare beneficio tranſmiſſionis, quia ad hoc, vt hæreditas non adita tranſmittatur ad hæredes, oportet quòd tranſmittens ſit aſcendens, & ille, ad quem fit tranſmiſſio, ſit
18 de liberis, aliàs ceſſat tranſmiſſio. Textus eſt *in l. vnic.* vbi gl. *in verb. in liberos, C. de his, qui ante apert. tab.* Nicol Noal. *de tranſmiſſ. caſ.8. numero 99.* ſed ſic eſt, quòd D. Guido deceſſit abſque liberis, ergo ad alios hæredes non potuit tranſmittere hæreditatem non aditam.

Hinc quæri ſolet, an potentius ſit ius accreſcendi, quàm tranſmiſſionis, & ex prædictis reſultat reſolutio, quia ſi quærimus de tranſmiſſione, quæ fit ad liberos
19 vigore *dict. l. vnic.* hæc vtique præualet, & non impeditur per dationem cohæredis, vel alterius coniuncti re, aut re & verbis: ſi verò quærimus de tranſmiſſione, quæ fit ex potentia ſuitatis, vel alio modo ad fauorem extraneorum, & illorum, qui non ſunt ex deſcendentibus, iſta bene impeditur per ius accreſcendi, vel
20 non decreſcendi: ſic probat textus *in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad Trebell.* & *in l. ſi fratris, C. de iur. deliber.* Bart. *in l. cum patrono, circa fin. ff. de bon. poſſeſſ.* Bald. *in d. l. ſi fratris, col. vlt. circa medium.* Iaſ. *in l.1. numer.26. C. quando non petent. part.* Crott. *in d. l. re coniuncti, n.151. de leg.1.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. ius accreſcendi, quæſt.28.* Ergo ſequitur, quòd in caſu noſtro dicti DD. Alfonſus, & Hercules per ius accreſcendi excludant prædictos DD. Ludouicum, & Iacobum, adeò vt hi non poſſint iuuari aliquo tranſmiſſionis beneficio, & ita diſpoſitum eſſe videtur in Statuto Carpi, *lib.2. rubr.55. verſ. adiicientes*, vbi ſtatutum eſt, quod minor 25. annis hæreditatem ſibi delatam ad hæredes transferat, in aliis autem, qui tempus 25. annorum exceſſerint, ius commune ſeruari mandauit; cùm enim hic nullus extet minor annis 25. ſtatutum non poteſt fauere prædictis DD. Ludouico, & Iacobo.

---

## CAPVT LXXXV.

### EPITOME.

### In delictis quomodo auxiliator ſit puniendus.

### SVMMARIVM.

1 *Principalis quis dicatur in delicto.*
2 *Mandans delictum dicitur principalis.*
3 *Mandatum in delictis cognoſcitur à ſatisfactione mandantis.*
4 *Mandanti non tenetur, qui ex delicto non ſentit commodum.*
5 *Auxilians, ſeu conſulens aliàs etiam facturo non punitur vt reus.*
6 *Mandatarius præſumitur aliàs facturus, ſi ſe præparauit ad delictum.*
7 *Auxiliator ante delictum leniùs puniendus eſt.*
8 *Mandans delictum non tenetur de exceſſu, & quando.*
9 *Mandans aliquid, quod ſine exceſſu fieri poteſt, non tenetur de exceſſu.*
10 *Mandans punitur extra ordinem pro exceſſu mandatarij.*
11 *Auxilium ſimplex præſtans leniùs punitur.*
12 *Extenſio non fit in odioſis.*
13 *Auxilij pœnâ non tenetur, qui longè aſtat delinquentibus.*
14 *Auxilians non punitur, ſi principalis eſt contumax.*
15 *Arbitraria vbi eſt pœna, mitior eſt eligenda.*
16 *Armatam facere prohibitum eſt.*
17 *Qualitas ſtatuti probanda eſt.*
18 *Pœna maior confundit minorem, vbi plures imponuntur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

AFfectabat N. iuuenis Carpenſis quendam canem venatorium à quodam Regiolenſi, à quo illum obtinuit cum pacto, vt illi vice verſa traderet vnam mutam qualearum, ſeu coturnicum, inuolandam tamen à quodam aucupatore eius vicino, quod factum eſt.

Verùm quia N. vſus eſt operâ in prædictis ſui cognati, qui opem ſuam, & fauorem præſtitit ante delictum, in actu tamen furti non interuenit, & dum homines miſſi à prædicto N. qualeas ſuſtuliſſent, & fugam arriperent, dominus qualearum excitauit rumorem contra eos, quoſdam inſequebatur, vulneratus remanſit à tormento bellico ab vno ex illis exploſo, vnde N. fuit in contumacia condemnatus, & eius cognatus carceratus confeſſus eſt fauorem, & auxilium ad furtum, non ad vulnera, de quibus erat inſcius, & ideò quæritur, quomodo dictus illius cognatus ſit expediendus.

Omnibus autem ponderatis conſidero, quòd dictus cognatus non eſt principalis in hoc delicto, ſed tantum fautor, & auxiliator, quia id totum factum eſt in gratiam N. vt canem haberet, vnde bene concluditur, qüod ipſe vti mandans fuerit principalis, & totum fecerit, opem verò ferens cognatus, aliquid ſolum coadiuuauerit, & aliter dicere ridiculum eſt. Bald. *in l. non ideo minus, n.27.* 1
*verſ. item, C. de accuſat.* Ang. *conſ.22. col.1.* Natt. *conſ.422. n.16.* Rim. Iun. *conſ.69. num.33.* Gabriel *conſ.170. n.2.10.* Bertaz. *conſ. crim.143. num.2. vſque ad num.8. lib.1.* pulchrè Decian. *tract. crim. lib.9. cap.39. n.20.*

Non obſtat, quòd cognatus accommodauerit dicto N. ſuam aſinam pro obuiam mittendo dictis forenſibus ad confines, dum accedebant ad territorium Carpi pro huiuſmodi delicto, & quod ipſe ſuaſerit eis, & miſerit etiam ad mutam qualearum, quia non per hoc ipſe di- 2
cendus principalis, aut mandans, cum hæc omnia faceret pro ſatisfactione N. qui canem habuerat; non enim dicitur mandatum, etiamſi detur per verba imperatiua, quando delictum reſpicit vtilitatem, ſeu commodum mandantis, quia tunc eſt potius auxilium, fauor, & perſuaſio, quia mandatum cognoſcitur ab vtilitate, & ſatisfactione mandantis. Bart. *in l. non ſolum, §. ſi manda-* 3
*to, num.2. verſ. & ideò, ff. de iniur.* Bertaz. *conſ.62. n.2. lib.2.* Hyppol. Rim. *conſ.318. num.12. lib.3.* Maſcard. *de probat. concl.419. num.15. lib.1.* & *concl.1014. num.4. lib.2.* de communi Farinac. *de conſultor. quæſt.129. numer.9. 70.* & *numer.130.* ibi: *quando fit ſolùm ad vtilitatem mandantis.* Quæ omnia in caſu noſtro bene conueniunt, vbi totum dirigebatur ad ſatisfactionem N. qui canem habuerat, cognatus verò ſolùm auxilium ſimplex, & fauorem præſtitit, ne illi contradiceret. Cùm igitur cognatus ex delicto nullum ſenſerit commodum, ex mandato teneri non poteſt. Bertaz. *conſ. crim.188. n.3.* 4
*lib.1.*

Quare cùm dicti forenſes acceptauerint mandatum ab N. & ab eorum domino ad faciendum huiuſmodi furtum,



rum, & ad hunc effectum venerint ad loca Carpi, non poteſt cognatus auxiliator puniri de illo delicto, vt illi, quia licet multi teneant, ſeu dubitent, an mandans delictum aliàs facturo, debeat eadem pœna puniri, tamen verius eſt, quod non Caball. *de omni genere homicid. n.149.* ſed quidquid ſit in mandante, certum eſt in conſulente, vel auxilium dante alias facturo, quod non pu-
5 nitur, ſicut ille, de illo delicto. Bald. *conſ.250. n.2. lib.1.* vbi Rou. ſcal. teſtatur de communi, latè Farin. *d. q.129. num 62.126. 136.137.* & *in tract. de furt. q.168. n.41.54.* Caball *d. loco.* Decian. *tract. crim. lib.9. cap.36. ſub n.14. circa medium*, Polyd. Rip. *de nocturn. temp. cap.11. n.12.* vbi de communi, Cyriac. *contr.132. n.43. lib.1.*

Creditur autem tunc delinquentem alias fuiſſe facturum etiam ſine auxilio, vel conſilio, quando acceptauit mandatum, & ſe præparauit ad delictum, vt hîc euenit:
6 ita Bertaz. *d. conſ.62. num.7. verſ. tertia eſt, lib.1.* & *conſ.356. num.47. lib.2.* Farin. *d. quæſt.129. num.147.* Cyriac. *d. contr.132. n.44. lib.1.* ergo cognatus leuiori pœna eſt puniendus.

Animaduertendum eſt etiam, quòd iſte cognatus non dedit auxilium, aut fauorem in ipſo actu delicti, in quo noluit interuenire, ſed ante delictum, & pariter ſuo auxilio non dedit cauſam delicto, iam enim forenſes parati erant, & ideo dicunt omnes, quòd quando auxilium præſtans non dat cauſam delicto proximam, non punitur
7 de eo, ſicut delinquens, ſed longè mitiùs, & leuiùs: Ang. *de malef. in verb. dicto maleficio, n.17.* Grat. *conſ.52. n.15. & ſeq. lib.2.* Blanc. *in pract. §. poſtquam vidimus, n.5. verſ. vnde.* Pacian. *conſ.156. num.14.* Rim. Iun. *conſ.349. n.10.* Laderch. *conſ.194. ſub num.5.* Farinac. *quæſt.130. num.42.* vbi vult id procedere indiſtinctè, ſiue id fiat præcedente tractatu, ſiue non, & *num.43.* dicit ab hac communi opinione non eſſe recedendum.

Accedat, quòd iſti forenſes habebant in mandatis, quòd ſolùm furarentur mutam qualearum, non autem offenderent quemquam, quod adeò verum eſt, vt ſocij ex hoc facto valde fuerint contriſtati, & irati illi, qui exploſit ſclopum cum tanta indignatione, vt coturnices iam ſublatas proiecerint. Vbi autem tale quid mandatum fuit quod poterat expleri non excedendo, vt hic, vbi
8 furtum eſt quid valde diſtinctum ab homicidio, tunc mandans non tenetur de exceſſu: ita per textum *in l. mandat*, vbi Bald. *C. de mandat*, & *in cap. ſignificauit*, vbi Innoc. & Ioan. And. *de pœn.* Bero. *conſ.175. num.40. lib.3.* Decian. *tract. crim. lib.9. cap.36. num.7.8.* Farin. *quæſt.134. n.27.* & *quæſt.135. n.18.150.158.163.* Caball. *de omni genere homicid. num.249. & ſeqq.*

Nam vbi factum, quod ſub mandato cadit, eſt diſtinctum, & non ſubordinatum delicto perpetrato, tunc mandans non punitur de eo exceſſu, quem fecit mandatarius, velut ſi quis iubeat mulierem rapi, & non ſolùm rapiatur, ſed etiam occidatur, mandans non tenetur de
9 cæde. Alex. *conſ.140. lib.2.* Dec. *conſ.234. n.5.* Carrer. *in pract. §5. num.73. in fin.* Plaz. *epit. delict. lib.1. cap.15. num.20.* Decian. *d. lib.9. cap.36. num.6. verſ. illud verò.* Baiard. *ad Clar. in prax. quæſt.89. num.18.* Farinac. *d. quæſt.135. num.158.* & ita mandans furari non tenetur de occiſo.

Et quamvis DD. prædicta intelligere videantur quo ad pœnam ordinariam, non autem quòd mandans in totum excuſetur à pœna extraordinaria, & arbitraria leuio-
10 ri, Clar. *in prax. d. quæſt.88. num.5. verſ. ſed pone*, vbi Baiard. & Caball. *de omni genere homicid. num.262.267.* Menoch. *de arb. iud. caſ.352. num.4.* Farinac. *d. quæſt.135. num.151.* Decian. *d. cap.36. num.6.*

Tamen reſpondetur hoc poſſe procedere in ipſo mandante, qui ſemper influit in delictum, vti cauſa principalis, & qui in culpa eſſe videtur eligendo tales miniſtros, quæ ratio ceſſat in auxiliatore, qui cùm ſit cauſa remota, & non efficiens, mitiùs ſemper debet puniri, vbicumque enim fauor eſt ſimplex, & per auxilium eius non eſt auctum maleficium, auxiliator mitiùs punitur, & ſolùm leui pœna pecuniaria mulctatur. Zilett. *conſ.112. num.7.* 11
*lib.1.* Bertaz. *conſ. crim.62. num.10.11.21.22. lib.1.* & ſic non valet argumentum à mandatore ad auxiliatorem, quia in odioſis, & pœnalibus non fit executio ab vno 12
ad alterum. Bertaz. *conſ.77. num.9.* & *conſ.115. num.4. lib.1.* Menoch. *de arb. iud. caſ.502. n.74.*

Augetur autem conſideratio pro dicto cognato, quia ipſe non interuenit in actu perpetrationis, & certum eſt, quod auxilij pœnâ non tenetur, qui longè diſtat, adeo vt à corrixantibus non fuerit viſus aſtare: ita Zilett. 13
*conſ.168. num.9. tom.1.* Vulpel. *conſ. crim.95. num 16.* & multò minùs ſecundùm aliquos, quando principalis eſt abſens, & contumax, vt hîc. Cyriac. *d. controu.134.* 14
*num.45. lib.1.*

Et ſi malefactores ſolum pœna arbitraria ſunt plectendi, quia mors vulnerati non eſt ſequuta, multò leniùs erit puniendus iſte auxiliator, qui fuit ſemper ignarus, & non habuit intentionem, vt offenderetur dictus vulneratus, vbi autem pœna eſt arbitraria, leuior eſt eligenda. Zilett. *conſ.53. num.20. tom.1.* non ergo dictus cognatus 15
eſt puniendus, niſi leuiter, & pecuniariè.

Verùm quia audio, quòd aliqui dubitant, ne puniatur etiam de armata, ſtante quòd ſub pœna ducat. 50. auri, prohibitum eſt facere adunantiam hominum armatorum, vt in proclamate ſub die 24. Aprilis 1502. de quo 16
in libro ſtatutorum Carpi, *lib.4. rubr.98. fol. mihi 241.*

Ideò primò reſpondetur, quod in dicto proclamare ſolum punitur caput armatæ, vt in eo, dum dicitur; [Che non vi ſia perſona alcuna che ardiſca far guarnimento, ne adunanza di perſone armate.] In caſu autem noſtro dictus cognatus non fuit principalis, vt viſum eſt, & propterea non poteſt puniri vti auctor, ſeu caput armatæ. Scarlatin. *inter conſ. diuerſ.* Zilett. *conſ.112. num.32. tom.1.*

Deinde etiam reſpondetur non conſtare, quòd dicti homines eſſent omnes armati, & quòd eſſent vltra quinque, vt requiritur in dicto proclamate, ideóque non poteſt eſſe locus pœnæ illius, quia qui ſe fundat in ſtatuto, debet probare omnes qualitates ſtatuti. 17
Surd. *conſilio 45. numer.14.* & *conſilio 130. numer.1. lib.1.*

Tertiò dico, quòd pœna huiuſmodi confunditur cum pœna delicti principalis, quia nemo multiplici pœna eſt puniendus, *l. prætor dixit, §. vlt. ff. de iniur. l. Senatus, ff. de accuſat.* vbi enim commiſſum eſt aliquod delictum ad eundem finem tendens cum antecedenti, & terminans ad vnam ſpeciem delicti, velut ſi quis ferat arma prohibita, & cum illis percutiat aliquem, tunc pœna inſultus, & armorum confunditur cum pœna vulneris maiori: ita Farin. *in prax. quæſt.22. num.19.20.* 18
& *quæſt.108. num.166. & ſeqq.* Polyd. Rip. *in d. tract. de noctur. temp. cap.46. numer.15.* Et ita iuris eſſe cenſeo.

---

## CAPVT LXXXVI.

### EPITOME.

### In bonis maternis non ſuccedit pater tranſiens ad ſecunda vota, niſi quoad vſumfructum, & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum eſt ſeruandum, ſicut ius commune.*
2 *Statutum vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

3 *Pater quomodo ſuccedat filiis ſuis ſine liberis decedentibus.*
4 *Pater tranſiens ad ſecunda vota retinet ſolum vſumfructum bonorum primæ vxoris.*
5 *Pater propter ſecundas nuptias perdit proprietatem bonorum maternorum.*
6 *Regulæ ſtandum eſt, donec de fallentia oſtendatur.*
7 *Bona materna non dicuntur poſt aditam hæreditatem.*
8 *Statuti verba ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda.*
9 *Statutum non extenditur, niſi ad ſpecificata.*
10 *Statutum eſt ſterile, ſicut mula.*
11 *Filia, & mater ſunt correlatiua.*
12 *Correlatiuorum vnum ſine altero eſſe non poteſt.*
13 *Correlatiuo vno poſito ponitur & alterum.*
14 *Maritus tranſiens ad ſecunda vota quid perdat.*
15 *Pater ſecundò nubendo cum conſenſu filiorum euitat omnes pœnas.*
16 *Conuentus tacitus ſufficit patri ſecundo nubenti ad euitandas pœnas.*
17 *Filij præſentes nuptiis parentum videntur illis conſentire.*
18 *Pater ſi nubat neceſſitate ductus, excuſatur à pœnis contra ſecundò nubentes.*
19 *Filia dotata pro omni eo, & toto, excluditur etiam à bonis maternis.*
20 *Renunciatio filiæ excludit eam à bonis maternis.*
21 *Filia dotata ex bonis maternis, ad ea amplius non habet regreſſum.*
22 *Renunciatio*, Ex quavis cauſa dicibili, *refertur etiam ad cauſas de futuro.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SAtis, abundéque fundata videtur intentio D. Antonij Penatij Regienſis aduerſus D. Corneliam eius fi-
liam, quoad bona Gineſij illius filij abſque liberis defun-
cti, certum eſt enim dictum Antonium vti patrem fuiſſe
hæredem filij excluſa dicta Cornelia, ſiquidem clara eſt
diſpoſitio Statuti Regij, *lib.2. rubr.76.* quòd deceden-
tibus maſculis, & fœminis non exiſtentibus ex legitimo
matrimonio vocantur aſcendentes ex linea paterna: primò
enim loco vult ſuccedere deſcendentes, deinde aſcenden-
tes, quorum nomine non comprehenditur dicta Cor-
nelia tranſverſalis dicti Gineſij; vnde cùm verba Statuti
ſint clara, nihil vlterius eſt quærendum, *l. ancillæ, C. de*
1 *furt.* Surd. *conſ.527. num.10.* quia pro lege tanquam ius
commune ſeruandum eſt in loco, *l. omnes Populi*, vbi
2 Bart. & DD. *ff. de iuſt. & iur.* Surd. *conſ.460. num. 10.*
Anch. Iun. *q.14. num.6. lib.3.* & cùm indiſtinctè loqua-
tur, debet ſine diſtinctione intelligi. Surd. *conſ.553. n.27.*
Anch. Iun. *quæſt.45. n.11. lib.3.*

Vnicus reſtat ſcrupulus ab eodem ſtatuto prouenìens,
*in verſ. declarantes*, vbi diſponitur, quòd in bonis mater-
nis ſuccedere poſſint, & ſuccedant filiæ, & deſcendentes
fœminæ vnà cum aliis fœminis, & deſcendentibus maſ-
culis ſecundùm ius commune: cùm enim dictus Gine-
ſius habeat bona à matre prouenta, videtur quòd dicta
Cornelia in illis debeat ſuccedere ſecundùm ius Cæſa-
reum, quo attento notum eſt Patrem legitimum ſuccedere
filiis ſuis ſine liberis decedentibus tantum in capita vnà
cum cæteris eius filiis ex priori matrimonio, *§. ſi verò,*
3 *in Auth. de hær. ab inteſt. Auth. defuncto, C. ad Tertyl.* &
ſi fortè pater tranſeat ad ſecunda vota, quoad bona à
matre profecta perdit ſuæ portionis proprietatem, quam
tenetur prioris matrimonij filiis reſeruare, ſolo ſibi vſu-
fructu retento, ad textum *in l. generaliter, C. de ſecund.*
4 *nupt.* Salyc. *in l. fœminæ, §. illud, num.4.* & ibi Rip. *ſub
num.1.* & DD. *C. eod.* Arelat. *in d. l. generaliter, n.6.12.*
Brun. *de ſtat. fœm. exclud. art.8. num. 57.58.* Gabr. *de
ſecund. nupt. concl.3. num.3.* Capreol. *de ſucceſſ. ab inteſt.
lib.1. num.577.* & *lib.2. num.34.* Rol. *conſ.95. num.43.
lib.1.* Cyriac. *contr. iur. lib.1. contr.137. num. 8.* vbi de
communi teſtatur.

Et licèt fortè contraria opinio ſuſtineri poſſet, vt in
iure verior quoad patrem, vt ille non perdat dictam pro-
prietatem tranſeundo ad ſecundas nuptias, ex textu aper- 5
to *in §. cùm igitur, in illis verbis, ſicuti enim patres, in
Auth. de non eligend. ſecund. nubent.* Caſtr. & Corn. *in l.
fin. C. de indict. vid. toll.* latè Fachin. *lib.3. controu. iur.
cap.64.* vbi ſatisfacit adductis in contrarium. Tamen
quia in iudicando non eſt recedendum à communi opi-
nione, & practicata, poſt quam DD. magis commu-
niter volunt, vt etiam pater tranſeundo ad alteras nu-
ptias amittat proprietatem bonorum maternorum,
vt latè apud Sanchez. *de matr. part. 2. lib.7. diſp.89.* 6
*num. 10.* Ioan. de Caſtill. *quotid. contr. iur. part. 1.
cap.2. num. 14.* non erit recedendum à prædicta opi-
nione.

Sed hoc non obſtante adhuc defendi poteſt dictum
Penatium eſſe totaliter hæredem dicti Gineſij vigore
dicti Statuti aſcendentes vocantis, cui regulæ ſtandum
eſt, donec de fallentia oſtendatur. Surd. *conſ.511. num.21.*
Nam limitatio, de qua *in dicto verſ. declarantes*, non
deſtruit noſtrum fundamentum, quia nos non tractamus
de bonis maternis, ſed de hæreditate filij, in cuius cor-
pore licet extent bona à matre profecta, ea tamen am-
plius verè, & propriè materna dici non poſſunt, ſed præ-
cipuum dicti eius filij patrimonium: ita *ex l. ſed ſi plu-* 7
*res, §. filio, ff. de vulg. l. eius qui, §. fin. ſi cert. pet.* gl.
*in l. 1. §. veteres*, vbi Rom. Alex. Aret. Iaſ. & DD.
*de acquir. poſſ.* Dec. *in l. quoties duplici, num.6. de reg.
iur.* Crott. *in l. ſtipulatio, num.62. de verb. oblig.* ad rem
benè Craſſ. *de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.10. num.15. verſ. quia
poſtquam.* Pariſ. *conſ. 84. num. 4. lib.2.* Menoch. *conſil.
124. num.5.* Ceph. *conſ.493. num.41.42.* Ioan. de Caſtill.
*quotid. contr. iur. part.1. cap.2. num. 67.* & in terminis 8
Statuti hoc dicit Franch. *deciſ. 171. num. 3.* cùm enim
verba Statuti ſint propriè, & ſtrictè intelligenda, Oſaſch. 9
*deciſ.21. num.14.* Theſ. *deciſ.269. num. 9.* Anch. Iun.
*quæſt.46. num.17. lib.3.* nec poſſit extendi, niſi ad ſpeci- 10
ficata. Crauet. *conſ.741. n.3.* Anch. Iun. *q.70. n.2. lib.3.*
quia ſunt ſterilia, ſicut mula, Bertaz. *conſ. crim.175. n.13.
lib.13.* Maſch. *de ſtat. concluſ.4. n.5.* non debent trahi ad
noſtrum caſum.

Si igitur verum amamus, & germanam dicti Statuti
intelligentiam, neceſſe eſt ſentire illud verè loqui de bo-
nis immediatè à matre prouentis, & de illius hæredita-
te, quia tunc propriè materna ſunt, & tunc matri ſuc-
ceditur; quòd ex ipſo Statuto manifeſtè colligitur, dum
dicit: *Succedant filiæ.* Quia ſi filiæ ſunt quæ ſuccedunt,
ſequitur eſſe matrem, cui ſucceditur (de patre enim non
poteſt intelligi) quia filia, & mater ſunt correlatiua,
cùm hoc ipſo quod ſunt, aliorum eſſe dicantur. Ariſt. 11
*de prædicam: cap. 7. in princ.* gl. *in Clem. vnic. verb. æter-
naliter, de ſum Trin.* Euer. *de loc. leg. cap.21. num.2.3.*
Cùm enim impoſſibile ſit alterum ſine altero eſſe, vel 12
cognoſci, quia ſunt ſimul naturâ, Ariſt. *d. cap. 7.
text.15. in fin.* Crauet. *conſ. 973. num. 33.* Rol. *conſ.69.
numer. 25. lib. 4.* ſequitur, vt poſito vno ponatur & 13
alterum. Euer. *d. loco, numer. 3.* Crau. *d. conſil. 973.
num.33.* Rol. *conſ.69. num.26.* Si ergo dictum Statutum
loquitur de filia, ſupponit etiam matrem in eadem diſpo-
ſitione.

Non obſtat itaque alterum motiuum longè maiori
conſideratione dignum, an tranſitus ad ſecundas nuptias
obſit dicto Penatio. De vſufructu non eſt dubium, quia
illum retinet, & finitur poſt ſecunda vota: latè Sanch. *de
matr. lib.7. diſp.89. n.2. & n.11.* Difficultas eſt in proprie- 14
tate ſecundùm iam allegata, ex quibus vidimus eſſe re-
ſeruandam filiis prioris matrimonij. Benè verum eſt
quòd ſecundum aliquos pater poterit in his bonis elige-
re vnum filium, & excludere alterum: Sarmient. *ſe-
lect.*



*lect. lib.7. cap.11. num.1.* ſed hoc pro tuto non eſt ha-
bendum.

Ideò dicamus dictum Penatium ſuccedere etiam in
proprietate, & totaliter euitare pœnas ſecundarum nu-
ptiarum, quia dicta Penatij filia hanc remiſit iniuriam
conſentiendo nuptiis prædictis, immo conqueri non po-
teſt; quia volenti non fit conuitium, accedente enim con-
ſenſu filiorum pater nihil ſibi præiudicat, & ceſſant pœ-
15 næ legales, ſi ſecundas nuptias ſequatur: ita latè Sanch.
*de matr. d. diſp.89. num.43.* pulchrè Laderch. *conſ.127.
num.6.* Ioan. de Caſtill. *d.c.2. n.93.* Cyriac. *d. contr.137.
num.20.* adeò vt ſufficiat etiam conſenſus tacitus, &
16 præſumptus immo ratihabitio. Pariſ. *conſ.29. n.81. lib.3.*
Burſat. *conſ.12. n.41. lib.1.* Rol. *conſ.81. per totum, lib.3.*
Menoch. *conſ.165. num.16.* Rim. Iun. *conſ.569. num.170.*
Laderch. *d. conſ.128. n.6. verſ. quod habet locum.* Peregr.
*deciſ.13. n.11.* de communi Ioan. de Caſtill. *d. c.2. n.94.*
Cyriac. *d. contr.137. n.21.*

Vnde cùm dicta Cornelia nuptiis prædictis præſens
fuerit, & congratulata ſit, ſæpe cum Nouerca conuer-
ſata ſit, matrem eam vocauerit, de tali matrimonio nun-
quam conqueſta ſit, cenſetur vel à principio libenter con-
17 ſenſiſſe, vel ex pòſt facto approbaſſe. Dec. *conſ.206. n.5.
6.7.* Pariſ. *d. conſ.29. n.81.* Rol. *d. conſ.81. n.13. & conſ.95.
num.20. lib.1.* Burſ. *d. conſ.12. n.42.* Menoch. *conſ. 237.
num.27.* Grat. *conſ.83. num.18. lib.2.* Rim. Iun. *conſ.569.
num.70.* Surd. *deciſ.99. n.12.* Laderch. *d. conſ.127. num.6.
verſ. quare.* Ioan. de Caſt. *d. cap.2. n.98. verſ. & ſic tenendo,*
& *n.99.106. vſque ad n.124.* quos ſequitur etiam Cyr.
*d. contr.137. n.21.*

Excuſatur etiam pater, ſi ſecundas nuptias quærat
quadam neceſſitate ductus, velut ſi egeat gubernio do-
mus, quam non expedit committere famulis, vel quando
hoc facit ad vtilitatem filiorum, qui regimine indigent.
18 Caſtr. *in l.3. n.5. C. de indict. vid. toll.* Iaſ. *in Auth. cui re-
lictum, n.10. C. eod.* Pariſ. *d. conſ.29. ſub n.84. lib.3.* Gilke-
nius *tract. de præſcr p.3. c.3. ſub n.289.* Cyriac. *d. contr.137.
n.10.* quæ pro maiori parte concurrunt in caſu noſtro.

Verùm cùm dictus Penatius eam dotauerit, & dotem
congruam ei aſſignauerit pro omni eo, & toto, quod pe-
tere, & conſequi poſſet in bonis, & hæreditate patris, ea
excluſa cenſetur etiam à bonis, & dote materna. Abb.
19 *conſ.81. ad fin. lib.1.* Menoch. *conſ.81. num.31.* Maluaſ.
*conſ.126. n.72.* Rim. Iun. *conſ.31. n.83.* Cyr. *contr. 128.
n.69. lib.1.* immò ipſa expreſsè renuntiauit tam bonis pa-
ternis quam maternis, & tam pro dotibus, quam ſupra-
dotibus, & pro alia cauſa excogitabili, propter quod
20 etiamſi dictus Penatius ad ſecunda vota tranſierit, hoc
totum ad ipſum ſpectat vigore renunciationis: pulchrè
Caſtr. *conſ.252. n.2. verſic. breuiter his,* & *verſ. pro cuius,*
& *n.2. verſic. reſpondeo verum eſſe, lib.1.* Alex. *conſ. 149.
n.5.6.7.8.9. lib.7.* & non abs re Cyr. *d. contr. 128. n.70.*
vbi vult ex huiuſmodi verbis filiam etiam à feudo, &
& emphyteuſi cenſeri excluſam.

Et tantò magis hæc procedunt, quia dicta Cornelia
fuit dotata in parte ex bonis maternis, ideo ampliùs non
21 poteſt ad ea habere regreſſum. And. de Iſern. *in Conſt. in
aliquib. col.12 in fin. verſ. poſſet tamen, de ſucceſſ. fil. in feud.*
alioquin pater non dediſſet tantam dotem, ideo totum
ſpectat ad patrem. Alex. *conſ.149. n.9. lib.7.*

Et ſanè verba illa, *Ex quavis dicibili cauſa*, in renun-
ciatione poſita non poſſunt referri, niſi ad hanc ſpem,
quam forte illa habere potuiſſet occaſione mortis dicti
eius fratris, quia etiam ad cauſas de futuro referuntur.
Marcabr. *conſ.65. n 320. & n.359* vnde ea comprehenditur
etiam in tali renunciatione. Caſtr. *d. conſ.252. in fin. lib.1.*
Marcabr. *d. conſ.66. n.139.140.* vnde puto ſilentium eſſe
imponendum dictæ D. Corneliæ, & ita iùris eſſe cenſeo:
ſaluo, &c.

# CAPVT LXXXVII.

## EPITOME.

In legatum omnium rerum, quæ domi exiſtunt, an contineantur res venales, pecuniæ, & omnia debitorum.

## SVMMARIVM.

1 *Venalia non continentur in legato eorum, quæ domi ſunt, licet in domo exiſtant.*
2 *Legatum eorum bonorum, quæ quomodo domi exiſtunt, comprehendit etiam venalia.*
3 *Domi venalia ſi exiſtant, quando legata cenſeantur.*
4 *Venalia cenſentur legata ex coniecturis.*
5 *Verba*, cuiuſcumque conditionis, *non patiuntur reſtrictionem.*
6 *Exempla non reſtringunt.*
7 *Vniuerſalis ſermo comprehendit etiam incogitata.*
8 *Legatum rerum domi exiſtentium factum coniunctæ perſonæ comprehendit etiam venalia.*
9 *Legatum coniunctis factum quomodo interpretetur.*
10 *Regulæ cedunt doctrinis in puncto loquentibus.*
11 *Vxor non dicitur coniuncta perſona.*
12 *Pecunia non continetur in legato rerum, quæ domi ſunt.*
13 *Legatum omnium rerum domi exiſtentium non continet cautiones, nec omnia creditorum.*
14 *Pecunia ſi continetur in legato eorum, quæ domi ſunt, continentur etiam omnia creditorum.*
15 *Legatum rei alienæ quando valeat.*
16 *Legatum rei fideicommiſſo ſubiectæ quando præſtari debeat.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

LEgatum, quod fecit Bartholomæus Loxius à Carpo
Angelæ eius ſorori vtique comprehendit non ſolùm
ſuppellectilem domus teſtatoris, ſed etiam res venales
in domo eius exiſtentes: & ſi verum amamus, & verba le-
gati intuemur, ita eſſe neceſſe erit concludere, licet enim
pro vero habeatur communiter quod in generali, vel
etiam vniuerſali omnium bonorum legato, quæ ſunt in
domo teſtatoris, non contineantur venalia, quamvis re
ipſa domi eſſe reperiantur, quia cum certam habeāt ſepa-
rationis cauſam, in domo eſſe non videntur, vt probatur
*ex l. generali, §. vxori*, vbi Bart. Lancell. & Dec. *ff. de* 1
*vſufr. leg. l. ſi chorus, §.1. l. ſi ita legatum, ff. de leg.3. l.
quintus, de aur. & arg. leg.* Cagn. *in l.1. n.33. verſ. quan-
tum, de reg. iur.* Couar. *var. reſol. lib.2. c.5. n.3.* Alex. *in
l. ſi conſtante, num.27. ſol. matr.* Corn. *conſ. 14. num.6.
lib.1.* Ruin. *conſ.32. num.5. lib.2.* Mantic. *de coniect. vlt.
vol. lib.9. tit. 6. num.13.* Curt. Iun. *conſ.45. num.4.* Me-
noch. *conſ. 407. num.16. 18.* & *præſ.137. num.7. lib.4.*
Tuſch. *pract. concl. littera L, concluſ. 119. num.11. 12.*
Afflict. *deciſ. 106. num. 5.* Put. *deciſ. 20. num.5. lib.3.*
Arius Pinel. *in l.1. part.2. ſub num.46. verſ. meliùs, C. de
bon. matern.* Anch. Iun. *qq. fam. lib.3. quæſt.162. num. 8.*
hæc tamen regula multis modis limitatur, qui noſtro ca-
ſui ita accommodantur, vt nullus dubitandi locus relin-
quatur, quin etiam venalia in noſtro legato comprehen-
dantur.

Nam in primis dicendum eſt, prædicta procedere in
legato generali, ſeu etiam vniuerſali; reſtrictio tamen
ſimpliciter ad certum locum, velut relinquo omnia, quæ
in domo ſunt; tunc enim propter locum deſignatum
reſtringitur

reſtringitur diſpoſitio vniuerſalis præcedens, adeò vt non comprehendat venalia, quæ in domo ſunt, nec iura, aut actiones; verùm ſi loco deſignato ſubſequatur vniuerſalis ſermo, vel ſignum vniuerſale, velut dicendo: Relinquo res, ſeu bona, quæ domi ſunt quoquomodo, vel qualitercumque, aut cuiuſcumque conditionis ſint; tunc reſtrictio loci, & à loco proueniens tollitur per tales clauſulas vniuerſales ſubſequentes, & venalia comprehenduntur perinde, ac ſi diſpoſitio, vel legatum eſſet factum
2 ſine loci deſignatione: ita ſentit Bart. *in d. l. generali, §. vxori, num.4. ff. de vſufr. leg.* ſic pulchrè diſtinguunt Neguſ. *de pignor. part.3. memb.2. n.37. verſ. nam vt etiam dixi*: Arius Pinel. *in rub. part.1. num.43. C. de bon. matern.* Alex. *conſ.118. num.5. in fin. lib.5.* Couar. *d. lib.2. cap.5. num.3. verſ. ſecundò.* Ruin. *conſ.32. num.5. lib.2.* Dec. *conſ.472. num.1. & num.26. ad fin.* Gozad. *conſ.14. num.22. ad fin.* Curt. Iun. *d. conſ.45. num.4.* Decian. *conſ.51. n.10. lib.1.* Menoch. *conſ.129. num.8. & d. præſ.137. num.10.* Afflict. *d. deciſ.106. num.6.* qui omnes concludunt his caſibus in legato bonorum, quæ domi ſunt, comprehendi etiam venalia, & alia huiuſmodi, quæ in domo eſſe reperiuntur, quod in propoſito noſtro reſoluit difficultatem.

Et hæc multò magis procedunt, ſi verba vniuerſalia in legato eorum, quæ domi ſunt appoſita, ſint geminata, vel repetita, tunc enim extenditur magis diſpoſitio, vt
3 comprehendat, quod aliàs non comprehenderetur, in tantum, quòd venalia cenſeantur relicta. Decian. *d. conſ.51. n.11.12. lib.1.* Afflict. *d. deciſ.106. n.6. in fin.* vt hic euenit, vbi eſt geminatio ſermonis, & ſigni vniuerſalis, tam ante vocem, *in domo*, quàm poſt, vt appareat ſatis de mente teſtatoris volentis venalia comprehendere, quod
4 ſufficit, ex Menoch. *d. præſ.137. num.8.*

Nos igitur non verſamur in primo caſu, quando relinquuntur omnia bona in domo exiſtentia, ſed in caſu, quando legantur omnia, quæ in domo ſunt qualitercumque; dixit enim teſtator ſe relinquere Angelæ prædictæ domum, in qua habitat cum omnibus illis mobilibus, & omnibus illis rebus tam ſpectantibus ad victum, quàm ad alia, quæ in domo reperiuntur, & vt dicitur, omnia mobilia domus, & quæcumque alia, quæ domi reperiuntur, cuiuſcumque conditionis ſint, quibus verbis nil clarius, nil magis amplum ad venalia comprehendendum; nam verba illa, *cuiuſcumque conditionis*, non pa-
5 tiuntur aliquam reſtrictionem, adeò vt etiam inhabilia comprehendant, vt inquit Marſil. *in l. vnius, §. cognitorum, num.26. ff. de quæſt.* Alex. *conſil.35. n.8. lib.6.* Tuſch. *pract. concluſ. littera V, concluſ.121. n.51. & concluſ.126. num.5.*

Nec refert in legato noſtro non extare verbum illud, *quoquomodo*, de quo Bart. *in d. l. generali, §. vxori*, quia nulla vis eſt facienda in eo, quod exempli gratiâ profertur, cum ſufficiat aliud ſimile verbum vniuerſale, eo
6 quòd exempla non reſtringant: ita ad rem videndi ſunt Couar. *var. reſol. lib.2. cap.5. num.3. verſ. ſecundò obſtat.* Neguſ. *de pignor. p.2. memb.2. num.37. verſic. niſi dicto loco.* Arius Pinel. *in d. rub. part.1. num.43.* ibi: *an cum ſigno vniuerſali, C. de bon. matern.* Vnde cùm in noſtro legato habeamus alia verba vniuerſalia poſita poſt locum deſignatum, vt illud, *omnes alias res*; & illud, *cuiuſcumque conditionis*, idem dicendum eſt, quia idem important, & aliis ſupradictis æquiparantur. Marſil. *in d. l. vnius, §. cognitum, num.26.*

Et ſanè hoc non eſt legatum ſolitum, & ordinarium, quòd fieri, ſolet, quando relinquuntur mobilia domus, vel quæ domi ſunt, in quo vtique venalia non continentur, ſed verſamur in ampliſſimo legato omnium rerum in domo exiſtentium, cuiuſcumque conditionis, quæ verba verificari non poſſunt, niſi venalia quoque comprehendantur; nam iſte ſermo eſt adeò vniuerſalis, vt comprehendat etiam caſus
7 ſpeciales, & non ſolùm cogitata, ſed etiam incogitata. Corn. *conſ.144. numer.10. lib.3.* Crauet. *conſil.227. num.13.14. & conſil.294. num.2. ad fin.* Tuſch. *littera V, concl.121. num.9.* Gratian. *diſc.744. num.22. lib.4.*

Accedat, quòd iſtud legatum ſorori factum, & ſic perſonæ valde coniunctæ, quo caſu in legato ſolet fieri latè interpretatio, debet ampliari, vt contineat etiam venalia quæ domi ſunt, etenim coniunctio ſanguinis operatur, vt quod amplius eſt, relictum videatur, 8
ad textum *in l. ſi ſeruus plurium, §. fin.* ibi, *& neceſſitudo, iunct. gl. ff. de leg. primo*, & meliùs *in l. Aurelius, §. Titius teſtamento, ff. de liber. leg.* Rom. *ſing.649.* Soc. Iun. *conſil.98. num.22.23. lib.1.* qui de fratre loquitur. Put. *d. deciſ.20. num.5. lib.3.* Menoch. *d. præſ.137. in fin.*

His autem non obſtat, quòd ſanguinis coniunctio ſolùm operetur quoad inducendam legati validitatem, non autem ad extenſionem, ex Honded. *conſil.63. n.49.*
*lib.1.* Nam reſpondetur in noſtro caſu non tractari de 9
extenſione, ſed de comprehenſione, quia verba legati ſunt apta etiam comprehendere etiam venalia, vnde non eſt mirum, ſi hæc interpretatio poſſit iuuari ſanguinis coniunctione, pro qua cum habeamus traditiones Doctorum in puncto ſcribentium, non eſt iurandum de hac regula ſæpe fallente. Dec. *in l.1. num.32. ff.* 10
*de reg. iur.*

Nec verum eſt, Puteum contra nos ſentire, vt putauit Honded. *d. conſ.63. num.50.* quia verius eſt ſentire nobiſcum, & pro noſtra ſententia illum allegat. Menoch. 11
*d. præſ.137. in fin.* nam verè in ſuo caſu admittit in legato vxori facto non venire venalia, ſed non hac ratione, quia coniunctio non operetur, ſed quia vxor non dicitur coniuncta perſona.

Tranſeamus ad alia, & videamus, quid dicendum ſit de pecuniis, & inſtrumentis, & debitorum nominibus domi exiſtentibus, an huiuſmodi legato contineantur,
& ſanè de pecunia habemus, quòd ipſa non continetur 12
in legato eorum, quæ domi ſunt, quia ſemper parata videtur alienationi, & vbi in tali legato venalia non continentur, multò minùs pecunia comprehenditur, niſi eſſet repoſita præſidij cauſa: ſic per textum *in l. ſi mihi Mæuia, ff. de leg.3. l. vxorem, §. legauerat, in fin. ff. eod.* Bald. *in l. certi, num.6. C. locat. & in l. fin. ad fin. C. de compenſat.* Alex. *in l. ſi conſtante, num.27. verſic. confirmo, ff. ſol. matr.* Dec. *conſ.472. num.7. in fin.* Afflict. *deciſ.106. num.5. in fin.* Arius Pinel. *in d. l.1. part.2. ſub num.46. C. de bon. matern.* Tuſch. *littera L, concl.119. num.26. & concluſ.120. num.10.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.9. tit.6. num.14.* Menoch. *conſil.407. num.18.* & pariter in legato eorum, quæ domi ſunt, non continentur credita, ſeu cautiones, & inſtrumenta in domo reperta, quia ſunt iura, quæ loco non circumſcribuntur. Corn. *conſ.49. num.10. verſ. tamen iis, lib.3.* Tuſch. 13
*littera V, concl.121. num.11.* Honded. *conſil.53. num.50. lib.1.*

Verùm cùm iam ſit reſolutum in noſtro legato venalia comprehendi, ceſſat etiam difficultas quoad pecuniam, & nomina creditorum, quia hæc omnia pariſicantur, & ſi ita ampla eſſe verba monſtremus, vt res venales legatæ cenſeantur, idem dicendum eſt de pecuniis, & iuribus, ſeu, creditorum nominibus, vt bene 14
inquit Arius Pinell. *in d. l.1. part.2. num.47. Verſ. quam æquiparationem, C. de bon. matern.* Menoch. *lib.4. præſ.138. num.1. verſ. qui affirmant, & num.14.* qui alios allegant; vnde cùm viderimus verba noſtri legati eſſe adeo aperta, & ampla, ac vniuerſalia, vt etiam venalia comprehendat, de pecuniis, & debitorum nominibus non remanet controuerſia, vt enim ea intelligantur relicta, ſufficiunt etiam coniecturæ de teſtatoris voluntate, ad textum *in l. quæſitum, §. Papinianus, ff. de fund. inſtr. leg.*

Circa verò legatum domus, in qua teſtator habitabat, poteſt



poteſt dici, quòd ſi ipſe ſciebat eſſe alienam, vel alteri
15 obligatam, validum fuiſſe legatum. Gratian. *diſc.955. num.53. lib.5.* Farin. *deciſ.265. num.10.11. part.1.* ſed cùm dicatur illam prius fuiſſe de certo fideicōmiſſo nunc purificato ob mortem dicti teſtatoris abſque filiis, ſic diſtinguendum puto, aut domus iſta in illa parte fideicommiſſo affecta venit reſtituenda iiſdem teſtatoris hæredibus, vel extraneo ab eo non vocato ad commoda aliqua ſuę hæreditatis. Primo caſu tota domus cenſetur legata, quia teſtator poteſt diſponere de rebus ſui hæredis, ſicut de propriis: ſecundò autem caſu teſtator cenſetur ſuam tantùm portionem legaſſe, & ius, quod ha-
16 bebat. Soc. Iun. *conſil.68. num.12.13. lib.4.* Alb. *conſil.73. num.6.* Decian. *conſil.57. num.12. lib.1.* Menoch. *præſ.142. num.12. lib.4.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.9. tit.1. numer.21.* Cyriac. *contr.130. num.6.7. lib.1.* Et ita conſului.

---

# CAPVT LXXXVIII.

## EPITOME.

An relatio alicuius qualitatis poſita poſt duo ſimul copulata, ad vtrumque referatur.

## SVMMARIVM.

1 *Alternatiua tribuit actum vtrique alternato.*
2 *Alternatiuæ alterutram partem verificari ſufficit.*
3 *Mors eſt diſſolutio animæ, & corporis.*
4 *Mors eſt finis vitæ noſtræ.*
5 *Mortis naturalis ſpecies, remiſſiuè.*
6 *Mors naturalis quæ ſit ſecundum Philoſophos.*
7 *Mors violenta quæ ſit ſecundum Philoſophos.*
8 *Mortis appellatio refertur ad ſolam naturalem.*
9 *Mors ciuilis naturali æquiparatur.*
10 *Indiſtinctè prolatum debet indiſtinctè intelligi.*
11 *Mori ſua morte quis dicatur.*
12 *Mors naturalis ſecundum vulgares quæ ſit.*
13 *Mors violenta an ſit naturalis.*
14 *Mortis violentæ varia nomina.*
15 *Mors præter naturam quæ ſit.*
16 *Verba debent intelligi per prius, non per poſterius.*
17 *Verba ſimpliciter intelligenda, non ſecundum quid.*
18 *Verba teſtatoris non debent captari.*
19 *Mortis ciuilis plures ſpecies.*
20 *Qualitas an cenſeatur poni ad demonſtrandum, vel reſtringendum.*
21 *Relatio debet fieri ad proximiora.*
22 *Qualitas poſt duo poſita ad quod referatur.*
23 *Relatio an fieri debeat ad omnia præcedentia.*
24 *Præcedentia magis influunt ad ſequentia, quàm è contra.*
25 *Adiectiuum determinat ſubſtantiua.*
26 *Alternatiua diſiunctiuè coniungit.*
27 *Copulatiua omnia exæquat; & pariſicat.*
28 *Diſiunctiuæ dictionis virtus.*
29 *Alternatiua diſiungit verba, & ſenſum.*
30 *Qualitas demonſtratiua non cenſetur repetita.*
31 *Relatio non fit ad ea, quæ ſunt diuerſæ naturæ, vel rationis.*
32 *Qualitatis relatio non fit contra mentem teſtatoris.*
33 *Fideicommiſſa, quando ſint odioſa, vel fauorabilia, & extendenda.*
34 *Fideicommiſſa familiæ fauorabilia, & extendenda.*
35 *Fideicommiſſum inducitur ex coniecturis.*
36 *Repetitio qualitatis non fit, ſi fauorabilia reſtringerentur.*
37 *Sententia condemnatoria ſemper præcedit pœnam.*
38 *Confiſcationi ſententia vires attribuit.*
39 *Ciuiliter moritur ſtatim condemnatus ad mortem.*
40 *Seruus pœnæ efficitur reus condemnatus.*
41 *Ingenuus non efficitur ſeruus pœnæ.*
42 *Mors an faciat ſeruum pœnæ.*
43 *Condemnatus ad mortem an poſſit teſtari.*
44 *Relatio ad omnia non fit, ſi cauſaret nullitatem.*
45 *Fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operatur.*
46 *Fideicommiſſum potiùs inducitur, quàm ſuperfluitas.*
47 *Dictiones*, tunc, & eo caſu, *an reſtringant, & quando.*
48 *Hæres eſt, qui facit actus, qui citra nomen hæredis fieri non poſſunt.*
49 *Conditionem an faciant gerundia.*
50 *Modus eſt, ſi quid adiicitur poſt quæſitum emolumentum.*
51 *Modus non ſuſpendit.*
52 *Conditionem negatiuam non eſſe impletam quis probet.*
53 *Cautio Mutiana non præſtatur, niſi petatur.*
54 *Mutianæ cautioni renunciatur per lapſum temporis.*
55 *Conditionem non impleri non refert, tacente cuius intereſt.*
56 *Aditione confunduntur actiones.*
57 *Actio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto.*
58 *Clauſulæ codicillaris effectus.*
59 *Conditio præſumitur impleta ex curſu longi temporis.*
60 *Solemnitas extrinſeca præſumitur interueniſſe ex longo tempore.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa fideicommiſſi, cuius caſum eueniſſe ferunt ad fauorem D. Paulæ de Iudicibus contra D. Antoniam Paſiam ob mortem D. Franciſci à Iudice pluries requiſitus de mea ſententia renui votum meum dicere, ſed denique, vt morem geram, cui plurimùm debeo, neceſſe habui mutare propoſitum. In hoc igitur puncto, cùm de iure reſponderint Excellentiſſimi Horatius Giouagnonius, & Franciſcus Leonius, eorum ſcriptis nihil addam, ſed ad motiuorum reſolutionem me conuertam, dum pars aduerſa conatur oſtendere fideicommiſſum fuiſſe reſtrictum ad illum caſum tantùm, ſi dictus D. Franciſcus deceſſiſſet per manus miniſtrorum iuſtitiæ vigore illorum verborum teſtamenti, vnde ſumitur fideicommiſſum, dicentis: *Morendo naturalmente, ò ciuilmente per homicidio perpetrato da lui, ò per qual altra cauſa, per laquale ſi doueſſero, ò poteſſero, confiſcare i ſuoi beni.* Volunt enim qualitatem illam, *Per homicidio*, reſpicere vtramque mortem, adeò vt fideicommiſſum non potuerit venire, niſi ſuccedente morte ſic qualificata, quod non euenit.

His tamen non obſtantibus exiſtimo eueniſſe caſum fideicommiſſi ex ſimplici dicti D. Franciſci morte naturali vigore alternatiuæ, qua vſus eſt fideicommittens, dicens, *Morendo naturalmente, ò ciuilmente*; cùm alternatiuæ natura ſit vt actum verbi alterutri ex membris ſuis, immò vtrique eorum attribuat, ad textum *in* 1
*d. l. ſi hæredi plures*, vbi gl. & DD. *ff. de cond. inſt.* Iaſ. *in l. ex toto, §. ſi ita legatum, num.14. de leg. primo.* Ideò ſufficit alterutram partem verificari, quia in alternatiuis omnium concurſus non requiritur, *l. cùm pupillus, §. diſiunctiuo*, vbi Bart. *ff. de cond. & dem. l. ſi ita quis ſtipulatus*, vbi Alex. *de verb. oblig. l. generaliter*, vbi Dec. *num.2. de inſtit. & ſubſtit. cap. inter cæteras*, vbi Dec. *n.6.* Rip. *num.24. de reſcr. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.* Menoch. *conſ.348. n.4.*

Satis

Satis autem dicitur verificata prima pars alternatiuæ,
*naturalmente*, ex morte dicti D. Franciſci, propter eius
infirmitatem, quia mors naturalis aliud non eſt, quàm
diſſolutio animæ, & corporis, ſecundùm gl. *in l. res vxo-
ris, verb. natura*, & ibi Salic. *in fin. C. de donat. inter vir.
& vxor.* Natt. *conſ.* 282. *n.* 16. Rim. Iun. *conſ.* 416. *num.* 36.
Mors enim eſt finis, & terminus vitæ noſtræ, §. *his om-
nibus, verſic. nullus*, vbi gloſſ. *in Auth. de hæredit. &
falcid.* §. *deinceps, in Auth. de nupt.* Vnde mors compre-
5 hendit omnes ſpecies mortis naturalis, de quibus ſcri-
bit Card. *in Clem.* 1. *col.* 2. *vt lit. pend.* Anch. *in cap. præ-
ſenti, de præbend. in* 6. Guiliel. le Rouille *tract. de iuſt.
& iur. cap.* 16. *num.* 3. Chaſſan. *ſuper conſuet. Burgund.
in proœm. verb. Que par mort, num.* 6. & ideò cùm hæc
verificata ſint mortuo naturaliter dicto D. Franciſco, in-
ficiari non poteſt, quin euenerit caſus fideicommiſſi.
6 Non ignoro tamen ſecundum Philoſophos propriè mor-
tem naturalem dici, quæ fit per reſolutionem ob defe-
ctum humidi radicalis, & extinctionem caloris natura-
lis abſque alia infirmitate, quæ valde raro euenit, & de
7 qua non creditur teſtatorem ſenſiſſe, alia autem gene-
ra mortis, ipſi violentas mortes appellant, cùm parum
referat, an quis occidatur à ferro, vel à morbo, ſed
hæc apud legiſtas non faciunt ad rem, vbi mors natura-
lis ita dicitur ad differentiam ciuilis; propter quod quæ-
libet mors dicitur naturalis, quæ non eſt ciuilis.

Benè igitur fideicommittens iſte ſic alternatiuè locu-
tus eſt ad tollenda iurgia de morte naturali, & ciuili,
quia licet vbi fit mentio mortis, de ſola naturali multi
8 intelligant, non de ciuili, ad textum *in l. ex ea parte*, §.
*inſulam, ff. de verb. oblig.* gl. *in cap. placuit, de reſcript.
in* 6. Alex. *conſ.* 139. *num.* 3. *lib.* 2. Grat. *conſ.* 2. *num.* 42.
*lib.* 1. Phanuc. *de lucr. dot. in rub. verſ. poſt mortem, n.* 12.
Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 430. *num.* 17. tamen alij ſentiunt ciui-
9 lem mortem naturali æquiparari. Grat. *conſ.* 21. *num.* 80.
*lib.* 2. Rol. *de lucr. dot. quæſt.* 95. *n.* 15. Menoch. *conſ.* 388.
*num.* 23. Honded. *conſ.* 63. *n.* 40. *lib.* 1. ideò teſtator voluit
hanc litem dirimere exprimendo caſum vtriuſque mortis,
ciuilis, vel naturalis.

Et ſanè licèt ea verba, *morendo naturalmente*, &c. vti
generaliter prolata non ſint reſtringenda, *l. ſi ſeruitus, de
10 ſeru. vrb. præd. l. pretio, de publician. cap. ſolitæ, de maior.
& obed. cap.* 1. *diſt.* 19. tamen ſi aliqua facienda eſt re-
ſtrictio, potius fieri debet, vt de ſola morte intelligan-
tur, quæ dicto D. Franciſco præuia ægritudine ſine vio-
lentia ei contigit in domo ſua: ſic enim moriens dicitur
11 ſua morte mori, teſte Bald. *in l. ſi tibi, num.* 1. *C. de donat.
ante nupt.* nam hæc mors proueniens ex febri, vel epidi-
mia, vel aëris intemperie, vel ſimili ex cauſa, apud omnes
vulgò dicitur mors naturalis, vt poſt Bald. inquit Petr.
12 de Vbald. *in tract. de duob. fratr. part.* 8. *num.* 20. *verſ. &
voco*, Rim. Iun. *conſ.* 416. *num.* 23. 24. 26. qui pulchrè lo-
quitur, & dicit iſtum communem vſum loquendi non
indigere probatione, vulgariter enim eam mortem eſſe
naturalem intelligimus, quam communiter ſuam mor-
tem dicimus, de qua Bald. *in dict. l. ſi tibi.* Rim. Iun.
*conſ.* 416. *n.* 23.

Siquidem licet mors violenta ſit verè naturalis quoad
effectum, quia ſeparat animam à corpore, & reſpectu ci-
uilis, non eſt tamen naturalis quoad cauſam, vnde à mul-
tis dicitur magis propriè mors accidentalis. Bald. *in d. l. ſi
13 tibi, in princ.* quam etiam dicunt violentam ad differen-
tiam naturalis. Bald. *in l. res vxores, n.* 2. *C. de donat. inter
14 vir. & vxor.* & alij eam vocant mortem immaturam:
Chaſſ. *d. loco*, alij mortem informem, & fortuitam, eo
quòd potius à caſu, quàm à natura proueniat, cùm mors
naturalis ea dicatur, quæ venit ſecundùm ſolitum curſum
cauſarum, non ex accidenti, *cap. bona*, vbi gl. *in verb.
per rerum naturam, de elect.* Bald. *in l. vnic.* §. *libertatibus,
num.* 4. *C. de caduc. toll.* Ang. Aret. *in* § *ſingulorum, num.* 2.
*ad med. Inſt. de rer. diuiſ.* & natura potius videtur abhor-
15 rere mortem violentam, quia inſolitè vitam adimit. Rim.
*d. conſ.* 416. *num.* 33. vnde Barb. *conſ.* 48. *num.* 4. *in fin.
lib.* 2. hanc mortem violentam eſſe dixit præter naturam,
vbi licèt dicat idem iuris eſſe de morte naturali, quod
de violenta, tamen ſatis cognoſcitur, quòd violenta
non dicitur ſimpliciter naturalis, ſed cum aliquo ad-
iectiuo, eo quòd non ſit verè, & propriè naturalis.
Rim. Iun. *d. conſ.* 416. *n.* 23. 24. 46. 47.

Non obſtant Doctores, qui mortem violentam à mi-
niſtris iuſtitiæ illatam naturalem appellant, quia impro-
priè loquuntur, & alio reſpectu hoc dicunt, etenim re-
latiuè ad mortem ciuilem hæc mors violenta poteſt dici
naturalis, quod pro nobis facit, quia ſi hoc verum eſt,
ſequitur, quòd diſpoſitio iſtius fideicommittentis poſſit
intelligi de quacumque morte animam à corpore ſepa-
rante. Barb. *d. conſ.* 48. *n.* 4.

Verumtamen cùm verba teſtatoris debeant intelligi
per poſterius, ad texum *in l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi
ager vectig.* §. *ſingulorum, Inſt. de rer. diu.* Bald. *in l. Gal- 16
lus*, §. 1. *num.* 8. *ff. de liber. & poſth.* Ferd. Vaſq. *de ſucceſſ.
creat. lib.* 2. §. 2. *num.* 32. Crauet. *conſ.* 445. *num.* 6. *verſ.
qua ratione*, & provt ſimpliciter de aliquo prædicantur,
non ſecundum quid, Caſtr. *conſ.* 19. *num.* 27. *lib.* 3. ideo 17
ſermo noſtri teſtatoris debet prius intelligi de morte
proueniente ex cauſa naturali, quæ per prius, & ſim-
pliciter dicitur mors naturalis, quàm de violenta, quod
veriſimilius redditur, quia teſtator habuit intentionem,
vt eius bona conſeruarentur in lineis DD. Marci, & Bar-
tholomæi de iudicibus, quod non verificaretur, ſi caſus
fideicommiſſi veniret tantùm ob mortem violentam dicti
D. Franciſci, & tamen verba teſtatoris debent intelligi
ſecundùm finem, propter quem enunciantur. Crau.
*conſ.* 436. *n.* 20.

Nihil autem obſtat qualitatem illam, *Per omicidio*:
in fine poſitam, eſſe referendam ad vtramque mortem
adeo, vt ſermo ille nequeat intelligi de placida morte
naturali; quia hoc non eſt aliud, quam ſubtili interpre-
tatione captare verba teſtatoris, quod fieri non debet.
Peregr. *conſ* 45. *num.* 11. *lib.* 1. mecum enim conſideren- 18
tur verba teſtatoris, & apparebit huiuſmodi qualitatem
non eſſe referendam ad mortem naturalem, ſed ad ciui-
lem, hæc enim multiplicis generis, & diuerſi effectus
certa indigebat declaratione, alia namque dicitur pœna-
lis, vt deportatio, alia cauſalis, vt ſeruitus, alia meri-
toria, vt ingreſſus religionis. Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *verſ. in* 19
*gl. naturalem, ff. de teſtam.* latè Chaſſan. *ſuper conſuetud.
Burgund. rub.* 4. *tit. des droicts*, § 6. *verſ. Apres le treſpas,
num.* 7. Guiliel. le Rouill. *de iuſt. & iur. cap.* 16. *num.* 3.
*verſ. & iſta mors.*

Hinc maxima inter DD. oritur controuerſia, an mors
ciuilis æquiparetur naturali, in qua quæſtione ſex re-
cenſentur inter ſe diſcrepantes opiniones, de quibus
Chaſſan. *d. verb. Apres, numer.* 3. *vſque ad numer.* 7. Fu-
ſar. *de ſubſt. quæſt.* 430. *num.* 17. 18. 19. vnde teſta-
tor voluit explicare mortem naturalem, & de-
clarare etiam, de qua morte ciuili intelligeret, ne
videretur de quacumque ciuili morte intellexiſſe,
*ad l. ſi pluribus*, vbi Bart. *de leg.* 2. Rol. *conſ.* 61.
*num.* 28. *lib.* 3. propter quod verbum illud, *Per ho-
micidio*, causâ demonſtrationis, non reſtrictionis ap-
poſitum eſt, provt etiam ſic de iure præſumitur. Crau.
*conſilio* 301. *numer.* 5. Menoch. *conſilio* 303. *numer.* 27.
& *præſ.* 51. *num.* 11. *lib.* 4. adeò, vt teſtator eam ſo- 20
lam mortem ciuilem conſiderauerit, per quam fiſco
locus fit, & hæredem ſuum priuat eius bonis; cen-
ſetur enim voluiſſe prouidere caſui, qui indigebat
magis prouiſione. Crauet. *conſilio* 855. *numer.* 25. *verſ.
inde fit.*

Et ſanè valde congruum eſt, vt illa qualitas, *Per ho-
micidio*, reſpiciat ſolùm mortem ciuilem immediatè præ-
cedentem, quia ſermo debet referri ad proximiora. Caſtr.
*conſ.* 109. *num.* 2. *verſ. & quod, lib.* 1. Soc. *conſ.* 156. *n.* 16.
*lib.* 2. Crauet. *conſ.* 393. *num.* 6. Bertaz. *conſ.* 337. *num.* 3. 21
Surd.



Surd. *conſ.* 160. *num.* 74. Rota *diuerſ. deciſ.* 8. *n.* 11. *p.* 2. &
ideò cùm talis qualitas non conferat ad caſum, de quo
dubitamus, non eſt habenda in conſideratione. Farin.
*deciſ.* 228. *num.* 2. *part.* 1. Hier. Gabriel. *conſ.* 18. *num.* 37.
*lib.* 2.

Certè igitur dicendum eſt illam qualitatem non refer-
ri ad mortem tam naturalem, quàm ciuilem, quia licèt
dici ſoleat qualitatem poſt duo copulata ſuccedentem
ſolere qualificare vtrumque; tamen id debet intelligi
cum grano ſalis, quia non procedit vbicumque ſalua
ratione recti ſermonis præcedentia poſſunt ſtare, & rectè
intelligi ſine repetitione illius qualitatis, tunc enim re-
latio fit tantum ad vltimum, non ad omnia præcedentia,
etiamſi ea comprehendantur eadem oratione, & eodem
regantur verbo, cum poſſit mens teſtatoris verificari ſine
22 repetitione qualitatis: ſic probat textus *in cap. cum in
ſingula, iunct. gl. in verb. Prioratibus, de præbend. in* 6.
& *in Clem. vnic. in fin. de ſupplend. neglig. Prælat. l.* 1. §.
*deinde*, & §. *eum*, vbi gl. *in verb. ex ſuperioribus, ff. de
poſtuland.* Butr. & Imol. *in d. Clem. vnic.* Felin. *in c. cau-
ſam quæ, num.* 4. *verſ. limita octauò, verſ. tamen fallit, de
reſcript.* Soc. *in l. plures teſtamento, num.* 4. *verſ. hoc au-
tem, de reb. dub.* & *in l. hæc ſcriptura*, §. *cùm eadem, n.* 4.
*de cond. & demonſtr.* Iaſ. *in l. cum filiofam. num.* 177. *de
legat. primò*, & *in l.* 1. *num.* 8. *C. de liber. præter.* Rip. *in l.
centurio, num.* 111. *verſ. præterea, de vulg. & pupill.* vi-
dendus Alex. *conſ.* 48. *num.* 8. 9. 10. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 176.
*num.* 12. *lib.* 2. & *conſ.* 137. *num.* 5. *verſ. quia iſtud, lib.* 3.
Bero. *conſil.* 120. *num.* 74. *lib.* 2. Soc. Iun. *conſil.* 78.
*num.* 26. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 34. *num.* 111. Barz. *deciſ.* 119.
*num.* 3. Hier. Gabr. *conſ.* 173. *num.* 5. *lib.* 2. Ex quibus om-
nibus licet concludere id, quod ſupra firmauimus, adeò
vt relatio fieri debeat tantum ad mortem ciuilem vlti-
mo loco poſitam, quoniam nihil eſt impedimento, quin
mens teſtatoris ſaniori etiam modo impleatur non facta
23 dicta relatione, niſi ad vltimum. Soc. *in d. l. plures teſta-
mento, num.* 4. Ruin. *d. conſ.* 176. *num.* 12. Hier. Gabr.
*d. conſ.* 183. *num.* 3. 5. *lib* 2. cùm enim illud verbum, *Per
homicidio*, ſit poſitum ad qualificandum, nil mirum eſt,
ſi tantum ad immediatè præcedens referatur: Bart. *in l.
fin. de rebus dub.* Caſtr. *in d. l. talis ſcriptura, num.* 8. *verſ.
quod ſi, ff. de leg. primo.* Alex. *conſ.* 48. *num.* 8. *lib.* 1.
Pariſ. *conſ.* 36. *num.* 21. *lib.* 1. Gabriel. *de clauſ. concl.* 9.
*num.* 11. Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cùm ita, part.* 10.
*num.* 101. Surd. *conſ.* 315. *num.* 10. Honded. *conſil.* 8.
*numer.* 35. & *conſil.* 29. *num.* 29. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 98.
*numer.* 80. & ſi fortè aliud eſſet, quando qualitas præ-
cedit, tamen ita eſt, vbi qualitas ſequitur qualifi-
canda, quia præcedentia magis influunt ad ſequentia,
24 quàm è contra. Bero. *conſ.* 115. *num.* 14. *lib.* 2. Barz.
*d. deciſ.* 119. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 222. *num.* 40. & ſic
qualitas illa non reſpicit, neque reſtringit mortem natu-
ralem.

Deinde etiamſi admittamus qualitatem poſt duo ad
vtrumque referendam eſſe, tamen illud fortè procede-
ret, quando poſt duo ſubſtantiua ponitur vnum ad-
iectiuum, illud enim ſolet vtrumque determinare, ad
25 textum *in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.* ita Bart. *in
l. extat, num* 2. *ff. de eo, quod met. cauſ.* qui non eſt caſus
noſter, quia non præcedunt duo ſubſtantiua, ſed duo
aduerbia, ſcilicet, *naturalmente*, *ò ciuilmente*; nec ad-
iectiuum requiritur, ſed qualitas demonſtratiua, quæ
adiecta verbo determinato ſolùm reſpicit ſuum antece-
dens. Bart. *in l. centurio, num.* 25. *verſ. iſtud vltimum, ff.
de vulg.*

Præterea illa propoſitio poteſt procedere, quando
qualitas ponitur poſt duo coniunctiuè poſita, ſecus eſt,
ſi adiiciatur poſt duo alternatiuè tantum coniuncta. Nam
licèt tam diſiunctiua, *Vel*, quàm coniunctiua, *Et*, vim
copulandi habeant, diuerſo tamen modo; illa enim prior
diſiunctiuè coniungit. Bald. *in l. Gallus*, §. 1. *num.* 9. *verſ.
26 interdum, de liber. & poſthum.* hæc enim omnia exæquat,



& ad vniformem diſpoſitionem adducit, *l. quamvis*, vbi 27
Bald. *Cod. de impub. & aliis ſubſt.* Ruin. *conſ.* 108. *lib.* 2.
Peregr. *conſil.* 57. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 334. *n.* 11.
& *conſil.* 585. *num.* 5. quod non operatur diſiunctiua,
*Vel*, quæ licèt repetat actum verbi, non tamen res, &
qualitates, quia vim diſiungendi habet: gl. *in l. ad pro- 28
tegendum, C. de in lit. dand. tut.* Bart. *in l. ſi is qui ducentæ*,
§. *vtrum, num.* 2. vbi Soc. *num.* 4. *ff. de reb. dub.* Bald.
Dec. & Rip. *in cap. inter cæteras, de reſcript.* Gomeſ. Hiſp.
*in* §. *ſed iſtæ, num.* 38. *Inſt. de action.* Ceph. *conſ.* 400. *num.*
Becc. *conſ.* 42. *num.* 11. Bertaz. *conſ. crim.* 114. *num.* 2. *lib.* 1.
Menoch. *conſ.* 241. *num.* 3. & *conſ.* 327. *num.* 63. Rim. Iun. 29
*conſil.* 677. *num.* 14. hæc enim alternatiua non copulat
per omnia, ſed immo ſenſum, & verba diſiungit. Bald.
*in d. l. Gallus*, §. 1. *num.* 9. Ceph. *conſil.* 432. *n.* 20. Menoch.
*conſ.* 348. *n.* 5.

Hinc eſt, quòd licet copulatiua efficiat, vt omnia co-
pulata loco vnius habeantur, tamen alternatiua conſti-
tuit duo membra diſtincta, quorum vnicuique actum
verbi attribuit in ſolidum. Iaſ. *in l. ſi ex toto*, §. *ſi ita le-
gatum, num.* 14. *de leg. primo*: & copulatiua requirit con-
curſum omnium, & tamen diſiunctiuam ſatis eſt verifi-
cari in alterutro. Menoch. *conſ.* 241. *num.* 4. *verſ. quæ
quidem.* Vnde quæ ex aduerſo inculcantur, non poſ-
ſunt accommodari caſui noſtro, quia non licet ar-
guere à coniunctiua mera ad diſiunctiuam, ſeu alterna-
tiuam.

Præter hæc qualitatis repetitio non admittitur quo-
ties qualitas ſubnectitur demonſtrationis gratia, quia
tunc relatio fit ad vltimum. Bero. *d. conſ.* 120. *num.* 74. 30
*lib.* 4. Bertaz. *conſ. ciuil.* 15. *num.* 9. & cùm in dubio qua-
litas cenſeatur appoſita demonſtratiuè, Iaſ. *in l. centurio,
num.* 51. *ff. de vulg. & pup.* Crau. *conſ.* 301. *num.* 5. Pe-
regr. *de fideicom. art.* 16. *num.* 110. Menoch. *conſ.* 303.
*num.* 27. ad hoc oſtendendum non indigemus alia pro-
batione.

Vlteriùs ſatis ad rem confert, quia nunquam relatio
fieri debet, vel repetitio ad ea, quæ ſunt diuerſæ naturæ,
vt probat textus *in Clem.* 1. §. *ad hoc, de præbend.* Ruin. 31
*conſ.* 176. *num.* 11. *in fin. lib.* 2. Crauet. *conſ.* 151. *num.* 5.
Menoch. *conſ.* 220. *num.* 76. ſicut etiam non fit relatio ad
ea, quæ diuerſam habent rationem, quia requitur vt
omnium ſit par ratio. Alex. *conſ.* 48. *col.* 1. *lib.* 1. & *conſ.* 42.
*num.* 8. *lib.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 68. *n.* 117. *lib.* 3. Menoch. *d.
conſ.* 220. *n.* 86. & *præſ.* 181. *n.* 17. *lib.* 4. vnde quàm diuerſa
ſint mors naturalis, & ciuilis, & quàm diuerſam habeant
rationem, pluſquam apertum eſt, ideóque ceſſant obiecta
pro parte aduerſa.

Poſt hæc verum eſt etiam relationem qualitatis ad om-
nia præcedentia non fieri, quando repugnat præſumpta
mens teſtatoris, & diſponentis. Soc. Iun. *conſ.* 81. *n.* 19. 32
*lib.* 3. Bero. *conſ.* 120. *num.* 80. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 70. *n.* 9.
Menoch. *d. conſ.* 220. *num.* 81. Hier. Gabriel. *conſ.* 183.
*num.* 6. *lib.* 2. ſed hîc repugnat mens diſponentis, quia ſi
eius verba aliter intelligeremus, deſtrueretur fideicom-
miſſum ab eo inſtitutum, vt bona eius remaneant in di-
ctis duabus lineis.

Præterea non obſtat fideicommiſſa eſſe odioſa, & re-
ſtringenda ad finem, vt hæres cenſeatur grauatus minùs,
quàm fieri poſſit, quia hoc eſt verum, ſed fallit in fidei-
commiſſo conſtituto fauore agnationis, vt bona in fami-
lia remaneant, hoc enim eſt fauorabile, & debet etiam ex
rationabili cauſa extendi, non attento, quòd hæres magis
grauetur: ita Anch. *conſ.* 27. *col. pen. verſ. hic autem*, Curt. 33
Iun. *conſ.* 3. *num.* 12. & *conſ.* 22. *num.* 11. Capyc. *deciſ.* 108.
*num.* 15. Gozad. *conſ.* 89. *num.* 12. Pariſ. *conſil.* 63. *num.* 27.
& *conſ.* 35. *num.* 38. *lib.* 2. Soc. Iun. *conſil.* 181. *num.* 39.
*lib.* 2. videndus Menoch. *conſ.* 150. *num.* 57. & *conſ.* 204.
*num.* 82. Alex. *conſil.* 39. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 652. *n.* 7.
Iaſ. *conſil.* 203. *col.* 4. *verſ. non obſtat. lib.* 2. Neuiz. *conſil.* 99.
*num.* 29. Burſat. *conſ.* 202. *num.* 47. *lib.* 2. Roger. *conſ.* 25.
*n.* 100. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 14. 28. Pe-

regr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 24. Vnde in tali fideicommiſſo
fit lata interpretatio, & pro eo in dubio pronunciandum
34 eſt. Bald. *conſilio* 104. *ad fin. lib.* 4. Crauet. *conſ.* 984.
*num.* 29. Roger. *d. conſil.* 21. *num.* 102. Menoch. *conſil.* 150.
*num.* 67. & *conſil.* 204. *num.* 82. vbi enim fideicommiſſum
colligi poteſt ex voluntate teſtatoris, illud cenſetur in-
ductum, licet verba neceſſariò fideicommiſſum non
35 importent. Mantic. *d. tract. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 17. Rim.
Iun. *conſil.* 482. *num.* 31. Peregr. *conſil.* 55. *num.* 12. *lib.* 1.
ita autem euenit in caſu noſtro, vbi fideicommiſſum pro
familia inductum videtur: ergo fideicommiſſum non eſt
odioſum.

Hoc ſtante, quòd fideicommiſſum ſit fauorabile, &
latè interpretandum, neceſſariò ſequitur, quòd illa qua-
litas, *Per homicidio*, ſit referenda tantum ad vltimum,
ſcilicet ad mortem ciuilem, ne fideicommiſſum nimis
coarctetur, regula enim, quæ habet, quod qualitas poſt
duo poſita, ad vtrumque referatur, non procedit, quando
36 ex tali relatione diſpoſitio, quæ eſt fauorabilis, reſtrin-
geretur, & strictè interpretaretur, *cap. cùm dilecti*, vbi
Imol. & Card. *de donat.* Alex. *conſ.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. Iaſ.
*in l. talis ſcriptura, num.* 40. *verſ. ſextò.* Dec. *conſ.* 76. *n.* 1.
*in fin.* Gozad. *conſ.* 88. *n.* 5. 13. Menoch. *d. conſ.* 220. *n.* 82.
& *præſ.* 181. *n.* 14. *lib.* 4.

Accedat vlteriùs, & conſideretur, quia ſi ita rem hanc
intelligeremus, vt ex aduerſo prætenditur, vtique teſta-
tor fruſtra mortis naturalis mentionem feciſſet; nam ſi
verum eſt, quòd ex aduerſo ſupponitur, quòd ſcilicet
mors naturalis dicti D. Franciſci propter delicta, quæ
confiſcationem effugiunt, ſubterfugeret caſum fideicom-
miſſi, quia ſecundum aduerſarios nihil attinet ad mentem
teſtatoris, vtique nullus poterit dari caſus, in quo hæc
pars alternatiuæ, quæ potior eſt, verificetur. Ratio eſt,
quia vbicumque contingit aliquem mori per manus iu-
ſtitiæ ob delicta quæ ſecum ferunt bonorum confiſcatio-
nem, antequam mors ſequatur, ſemper præcedit ſen-
tentia, ſaltem declaratoria, quâ bona confiſcantur, & ipſe
37 ad mortem condemnatur, *l. quoad ſtatum, ff. de pœn. l.
cum ancillis*, vbi Bald. *num.* 5. *C. de inceſt. nupt.* §. *maxima,
Inſt. de cap. dim.* Marſil. *in rub. ad l. Cornel. de falſ. n.* 31.
Crauet. *conſ.* 687. *num.* 13. & *conſ.* 976. *num.* 12. namque
ſententia eſt illa, quæ facit totum, & ſtatim producit
38 effectum, vireſque confiſcationi attribuit, *d. l. quoad
ſtatum*, Bald. *in cap.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* Crauet.
*d. conſ.* 976. *num.* 12. Franc. de Cald. *de iur. emphyt. lib.* 2.
*quæſt.* 5. *num.* 30. *ad fin.* & lata ſententia reus dicitur ſta-
ſtim ciuiliter mori, & confiſcatio ſortitur effectum,
39 etiamſi mors differatur, *l. qui vltimo*, vbi Bart. *ff. de pœn.
l. ſi quis filio*, §. *irritum*, ibi: *ſed cùm, ff. de iniuſt. rupt. teſt.*
40 & illico condemnatus efficitur ſeruus pœnæ, *l. ſi quis
mihi*, §. *ſi quis planè, de acquir. hær. l.* 3. *de his, quæ pro
non ſcript. hab.* & *d.* §. *maxima*, Crott. *conſ.* 104. *num.* 8.
Bene verum eſt, quòd hodie nemo ingenuus propter ta-
41 les pœnas efficitur ſeruus pœnæ, §. *ſi verò*, & §. *quod au-
tem prius, in Auth. de nupt.* nihilominus in rei veritate,
ſi ille condemnatus re ipſa debet mori, vt ſit caſus noſter,
tunc etiam hodie ille adhuc ſeruus pœnæ efficitur. Bart.
42 *in l. qui vltimo, num.* 3. *ff. de pœn.* Aret. *in d.* §. *maxima,
num.* 1. Craſſ. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 25. *num.* 2. *in fin.*
& *lib.* 2. *art. ius deliber. quæſt.* 2. *num.* 5. Lud. Sacc. *conſ.*
97. *num.* 1. *lib.* 1. quia ſtatim efficitur inteſtabilis, & rum-
43 pitur teſtamentum, quod prius fecerat, ad textum *in d.* §.
*irritum*, Bart. *in d. l. qui vltimo, num.* 1. Abb. *in rub. de
teſtam. num.* 4. vbi Couar. *part.* 3. *num.* 26. Aret. *in d.* §.
*maxima, num.* 5. Craſſ. *in d.* §. *teſtamentum, q.* 25. *n.* 2. *verſ.
ſed receptior.* Crott. *conſ.* 194. *n.* 8.

His ſtantibus cùm pro certo habeatur, qualitatem poſt
duo poſitam non referri ad vtrumque, ſed ad vltimum
tantùm, quando relatione ad vtrumque facta, diſpoſitio
44 ad quam fieret nullius vtilitatis efficeretur, ad textum
*in l. cùm vulgari, de dot. præleg. l. fin.* §. *vlt. de fideicom.
libert.* Bald. *conſ.* 153. *num.* 3. *lib.* 5. Rom. *conſ.* 112. *n.* 3.
*verſ. prima autem.* Bart. *in d. l. talis ſcriptura*, §. *hanc au-
tem, num.* 3. *verſ. ſecundò ſi præcedentia*, & ibi Iaſ. *num.* 39.
*verſ. tertiò.* Dec. *conſ.* 11. *num.* 13. Soc. Iun. *conſ.* 98. *n.* 41.
*lib.* 1. Crauet. *conſ.* 70. *num.* 4. Menoch. *d. præſ.* 181.
*num.* 11. *lib.* 4. ſed in caſu noſtro ſi relatio prædicta fieret
ad vtramque mortem, vtique reſpectu mortis naturalis
inanis eſſet diſpoſitio, quia mors ciuilis ſemper præce-
dit mortem naturalem ex delicto prouenientem per ma-
nus iuſtitiæ; cùm enim per mortem ciuilem euenerit in
caſu fideicommiſſi, fruſtra expectatur mors naturalis
ſubſequens, quia in caſſum expectamus illud, cuius 45
euentus nihil operatur, *l. cùm hæres*, §. *qui ex parte, ff.
de acquir. hær. l. fin. C. qui admit.* Corn. *conſ.* 87. *num.* 19.
*lib.* 1. Bero. *conſ.* 86. *num.* 5. *lib.* 3. Rol. *conſ.* 13. *num.* 8.
*lib.* 2. Soc. Iun. *conſ.* 106. *num.* 22. *lib.* 1. Barz. *conſ. vnic.
num.* 128. vbi pulchrè; quare cùm verba teſtatoris potius
debeant fideicommiſſum inducere, quàm ſuperflua red-
di, Cum. *in l. cum filio, ff. de leg.* 3. Grat. *conſ.* 136. *nu- 46
mer.* 24. 25. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 35. *num.* 4. *lib.* 2. Alciat.
*conſ.* 497. *num.* 2. Soc. *conſ.* 250. *num.* 2. *lib.* 2. Petra *de
fideicom. quæſt.* 9. *num.* 248. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3.
*quæſt.* 66. *num.* 48. dicendum eſt qualitatis relationem eſſe
faciendam tantùm ad mortem ciuilem vltimo loco po-
ſitam.

Cùm igitur ex prædictis ſatis conſtet de mente, ſaltem
præſumpta teſtatoris, quia eius bona clarè fideicom-
miſſo ſubiecit, vt in eius teſtamento, ibi: *E tale fidei-
commiſſo*: & ſimpliciter mortem naturalem conſiderauit
adeo, vt ad inducendum fideicommiſſum non ſit opus
extenſione, tamen etiamſi adſint verba illa, *tunc, & 47
ea caſu*, adhuc extenſio fieri poteſt ad caſum ſimilem
ex veriſimili teſtatoris voluntate, quia illa dictio etiam
geminata nullius eſt momenti, & nihil operatur ad re-
ſtringendam teſtatoris voluntatem. Soc. Iun. *conſ.* 145.
*num.* 29. *lib.* 3. Pariſ. *d. conſil.* 20. *num.* 36. & *conſ.* 66.
*num.* 65. *lib.* 3. Alb. *conſ.* 51. *in fin.* Caſſad. *deciſ.* 1. *de teſtam.*
Menoch. *conſ.* 117. *num.* 29. & *conſ.* 220. *num.* 38. &
*conſ.* 432. *verſ. reſpondetur.* Magon. *deciſ. Flor.* 37. *num.*
42. Decian. *conſ.* 1. *num.* 148. *lib.* 1. Barz. *d. conſ. vnic.
num.* 181. 182. & *ſeq.* vbi pulchrè. Laderch. *conſ.* 31.
*num.* 14. Gratian. *diſc.* 487. *num.* 18. 19. *lib.* 3. Amat. *deciſ.
Ferr.* 55. *num.* 90. *verſ. ſiquidem*, & *num.* 92. 93. & ſic
vanum eſt dicere, quòd hæ voces reſtringant in hoc
caſu fideicommiſſum ad caſum confiſcationis tantum,
quia ad hunc finem non ſunt prolata, niſi reſpectu
mortis ciuilis. Si igitur ſimpliciter ſermo teſtatoris
eſt intelligendus de morte naturali, non reſtabit vllum
dubium, quin euenerit caſus fideicommiſſi ob mor-
tem dicti D. Franciſci in ſuo lectulo ab ægritudine cauſa-
tam.

Neque reluctatur prædictis illa conditio, *Renunciando
la ſua parte delli beni di ſuo padre à Giudice ſuo fratello*:
quaſi defecerit conditio, cum non appareat de renuncia-
tione, quia nobis ſufficit fuiſſe hæredem, & acceptaſſe
hæreditatem noſtri teſtatoris, faciendo actus, qui citra
nomen, & ius hæredis fieri non poſſunt, vendendo bona
hæreditaria, & ſe hæredem nominando; ex his enim
negari non poteſt, quin fuerit hæres, §. *fin. Inſt. de hær. 48
qual. & diff. l. pro hærede, ff. de acquir. hær.* quod multò
libentiùs admittitur, quia illa verba, *renunciando*, non
faciunt conditionem, ſed modum, ad tradita per 49
Bart. *l. ſi tu ex parte, in fin. ff. de acquir. hær.* & *in
l.* 1. *num.* 35. 36. *de cond. & dem.* & modus eſſe con-
uincitur, quia ponitur poſt inſtitutionem factam, &
emolumentum delatum: latè Peregr. *de fideicom. art.* 11. 50
*numer.* 113. 130. vnde ſi modus eſt, non ſuſpendit te-
ſtatoris voluntatem, & eo non impleto potuit dictus 51
D. Franciſcus adire hæreditatem. Peregr. *de fidei-
com. art.* 11. *numer.* 115. & *art.* 33. *numer.* 64. & *art.* 43.
*num.* 14.

Et tantò magis ceſſat hæc argumentatio, quia vt ei
locus eſſet, duo copulatiuè erant probanda, vt ſcilicet
dictus



dictus D. Franciſcus non renunciauerit hæreditati pa-
tris, & quod petierit eius partem, licèt enim ad allegan-
tem ſoleat ſpectare onus probandi conditionem eſſe im-
pletam, tamen in conditione negatiua, vt hæc de non
52 petendo ſuam partem, quæ non poteſt impleri, niſi in
vltimo vitæ ſpiritu, ad hoc vt locus ſit priuationi,
oportet eum docere de contrauentione, qui dicit fuiſſe
contrauentum. Peregr. *d. art.* 11. *num.* 126. 127. Nec locus
eſſe potuit cautioni Mutianæ, quia non fuit petita, ſo-
53 lùm enim ius excipiendi parit. Peregr. *d. art.* 11. *n.* 115.
& ei cenſetur renunciatum ex lapſu triginta vel quadra-
54 ginta annorum, ad textum *in l. ſicut in rem*, & *l. cùm no-
tiſſimi, C. de præſcr.* 30. *an. l.* 1. §. *fin. C. de annal. except.
l. receptitia, C. de conſt. pec.*

Præterea etiamſi huic conditioni contrauentum fuiſ-
ſet, adhuc tamen leuis eſt oppoſitio, quia cùm tale onus
fuerit appoſitum in fauorem D. Iudicis fratris dicti D.
55 Franciſci, ille ſolus poterat reclamare, ipſo verò tacente
non vitiabatur diſpoſitio. Peregr. *de fideicom. art.* 16. *n.* 147.
*verſ. in primo caſu*; & cùm poſtea dictus D. Franciſcus
hæres extiterit eiuſdem D. Iudicis, confuſæ ſunt actio-
nes, & factum eſt vnum amborum patrimonium: Man-
56 tic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 15. Seraph. *deciſ.* 40.
*num.* 2. Tuſch. *littera A, concl.* 187. *n.* 1. 2. & propterea
ceſſant obiecta, quia dictus D. Franciſcus non poterat
ſibi ipſi renunciare, quia actio, & paſſio non cadunt in
57 eodem ſubiecto, *l. ille à quo*, §. *tempeſtiuum, ff. ad Trebell.
l. Vranius, de fideiuſ. l. Iulianus, de iudic.* §. *item pretium,
Inſt. de empt. & vend.* Iaſ. *in l. cum filiofam. n.* 16. *de leg.
primo.* Dec. *in l. debitori, C. de pact.* Menoch. *conſil.* 231.
*num.* 73.

Rurſus dato, quòd euanuiſſet inſtitutio dicti D. Fran-
ciſci propter talem conditionem non impletam, tamen
58 idem quod ſupra concludendum eſt; licèt enim magna
ſit controuerſia, an onus adiectum inſtituto intelligatur
repetitum à ſubſtituto, tamen ſtante clauſula codicillari
dicendum eſt, quod ad quemcumque vadat illa hæredi-
tas, cum eodem fideicommiſſi onere tranſire debet. Pe-
regr. *de fideicom. art.* 2. *n.* 16. 17.

Denique ſtante curſu magni temporis, & ſilentio dicti
D. Iudicis fratris eiuſdem D. Franciſci, ac patientia illius
in tolerando, quod dictus D. Franciſcus haberet hæredita-
tem dicti teſtatoris, præſumitur, quòd hæc conditio fuerit
59 impleta in omni ſui parte, ſiue tacitè, ſiue expreſsè: ita poſt
Caſtr. *conſ.* 108. *n.* 1. *verſ. nam niſi, lib.* 1. pulchrè Menoch.
*præſ.* 182. *n.* 10. 11. *lib.* 4. quoniam ſolemnitas extrinſeca,
vt hæc, ex ſola diuturnitate temporis præſumitur inter-
60 ueniſſe, *l. qui alienam*, §. 1. vbi Bart. Bald. Ang. *ff. de ac-
quir. hær.* DD. *in l. ſciendum, de verb. oblig.* Gram. *conſ.* 79.
*num.* 2. Alex. *conſ.* 9. *n.* 8. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 35. *n.* 23. *lib.* 1.
Ceph. *conſil.* 286. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 287. *n.* 27. Rim. Iun.
*conſil.* 713. *in princ.* & hanc credo eſſe communem DD.
ſententiam.

Sufficit igitur dictam conditionem fuiſſe impletam iu-
ris præſumptione, quia hæc eſt liquidiſſima probatio.
Crauet. *conſ.* 861. *num.* 6. *verſ. ſed enim*, & *conſ.* 958. *n.* 21.
& ſanè verum fuit, renunciationem fuiſſe factam; licèt
enim fratres prædicti vixerint in communione bonorum,
hoc nihil eſt, quia ex poſtfacto inuicem potuerunt eo-
rum bona communicare, cum id non prohibeatur à te-
ſtatore, & hæc puto ſufficere ad tollendum omnem ſcru-
pulum: cauſa fuit ventilata coram Illuſtriſſimo Conſilio
Iuſtitiæ, ſeu coram Conſiliariis Ducalibus, & pronuncia-
tum extare fideicommiſſum.



# CAPVT LXXXIX.

## EPITOME.

Si vendatur res vitioſa, aut morboſa, an ſit locus redhibitoriæ actioni, vel quanti minoris, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Venditor rei vitioſæ tenetur ad reſtitutionem pretij, & intereſſe.*
2 *Emptor rei vitioſæ non retrahit pretium, ſi vitium ſit leue.*
3 *Venditor ignorans rei vitium validè vendit.*
4 *Redhibitoria actio habet locum tam in venditione, quàm in permutatione.*
5 *Venditore neſciente rei vitium intentatur actio quanti minoris.*
6 *Redhibitoria actio an contineatur in actione quanti minoris.*
7 *Vitium debet eſſe in re vendita tempore venditionis, ſi contractus reſcindendus eſt.*
8 *Animal morboſum an præſumatur fuiſſe, ſi de recenti moriatur.*
9 *Morbus animalis an generetur in momento.*
10 *Venditor tenetur manifeſtare vitium rei occultum.*
11 *Venditor non tenetur de vitio rei patenti.*
12 *Emptor ſi non aduertit vitium rei patens, an habeat actionem.*
13 *Venditor quomodo debeat exprimere rei vitium.*
14 *Vendens bouem cum omnibus vitiis, & Schinellis, an teneatur de vitio.*
15 *Venditor ſine inuolucro verborum debet rei vitium dicere.*
26 *Vendens æquum pro ſacculo oſſium an teneatur ad quidquam.*
17 *Venditor in dubio præſumitur ſcire rei vitium.*
18 *Venditis pluribus rebus, quarum vna ſit vitioſa, non omnium reſcinditur contractus.*
19 *Animalia ad vnum vſum deſtinata, ſi vnum vitioſum vendatur, omnia redhibentur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa redhibitoriæ actionis ob vitium animalium
vitioſorum venditorum, cum quæreretur, an contra-
ctus poſſet reſcindi, dixi vtique venditorem ſcientem
rei vitium, & morbum animalis teneri ad reſtitutionem 1
pretij vnà cum damnis, & expenſis ab emptore factis
in vtroque foro, ad textum *in l. Iulianus, in princ. verſ.
ſi verò, ff. de act. empt.* Rebel. *lib.* 9. *de oblig. iuſt. quæſt.* 8.
Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 353. *num.* 6. Garz. *de
contract. cap.* 14. *num.* 1. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 2.
*part.* 6. *num.* 2. vbi de communi teſtatur, dummodo vi-
tium ſit notabile; nam vtique ſi leue eſſet, & non red-
deret rem venditam notabiliter minùs vtilem ad vſum,
ad quem emitur, etiamſi tanti eam emptor non emeret, 2
contractus eſt validus; nimium enim eſſet incommodum,
ſi quodlibet vitium frangeret contractum: ita Vulp.
*in l.* 1. §. *ſed ſciendum*, & *in l. Pomponius, ff. de ædilit.
edict.* Maſcard. *de probat. concl.* 615. *num.* 11. 12. 13. Nau. *in
ſumm. cap.* 23. *num.* 89. Azor. *part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 3.
Bonac. *d. quæſt.* 2. *punct.* 6. *num.* 4. & ſimiliter ſi vendi-
tor ignorauit vitium, validus eſt contractus, tum quia
dolo caret, tum quia ſic diſponitur *in d. l. Iulianus, de
act. empt.* Caball. *de ædilit. act. cap.* 2. *num.* 24. Maſcard.
*d. concl.* 615. *n.* 3. Bonac. *d. part.* 6. *num.* 15. *verſ. reſpondeo,*
Ee 2 &

& hæc omnia procedunt non ſolùm in venditione, ſed
4 etiam in permutatione, *l. ſciendum*, §. *deinde*, *ff. de ædilit.*
*edict.* & quia in hoc caſu non fuit probatum venditorem
ſciuiſſe rei venditæ vitium, dixi non eſſe locum redhibi-
toriæ, & eam fuiſſe malè intentatam, ſed tantùm agen-
5 dum eſſe actione quanti minoris; ad textum *in d. l. Iu-
lianus*, *verſic. ait enim.* Caballin. *d. tract. de ædil. act. cap. 2.*
*num. 24.* Maſcard. *d. concl. 615. num. 3.* Bonac. *d. quæſt. 2.*
*part. 6. num. 15. verſ. reſpondeo ſecundò*; niſi tamen emptor
nullo modo fuiſſet empturus cum tali vitio, quia tunc
6 actio quanti minoris continet in ſe redhibitoriam, *l. ſi
is*, §. 1. *de except. rei iud. l. bouem*, §. *aliquando*, *ff. de ædil.
edict.* Petr. *in l. 2. verſ. breuiter*, *C. de ædil. act.* Burſat.
*conſ. 194. num. 31.* Cyriac. *contr. iur. lib. 1. cap. 55.
num. 56.*

Benè verum eſt, neceſſarium eſſe ad finem prædictum
vt animal venditum fuerit vitioſum tempore contractus
vel paulò ante, quia de ſuperueniente morbo venditor
7 non tenetur, ſed probandum eſt morboſum fuiſſe tempo-
re venditionis, *l. in actione*, *ff. de ædil. edict. l. apud. prio-
rem*, *C. de ædil. act.* Caball. *d. tract. cap. 2. num. 5. & n. 25.*
Maſcard. *d. concl. 615. num. 2. 3.* Gomez. *var. reſol. lib. 2.
cap. 2. num. 49. verſ. Adde tamen.* In quo tamen animad-
uertere oportet, quòd ſi de recenti poſt contractum res
vendita reperiatur vitioſa, vel morboſa, præſumitur
8 quòd talis etiam fuerit tempore contractus, ſi vitium ſit
de illis, quæ breuiſſimo tempore non generantur, ſed re-
quirunt tractum temporis, velut ſi poſt triduum ani-
mal moriatur, & cor, vel iecur marcidum habuerit; cùm
enim hæc in momento non fiant, cenſendum eſt vitium
9 extitiſſe ab initio tempore contractus; quod dici non
poſſet de illis vitiis, quæ momento poſſunt contrahi, in
cæteris ex breuitate temporis animal vitioſum fuiſſe
præſumitur tempore contractus. Bald. *in l. 1. n. 12. 20. C. de
ædilit. act.* Abb. *in c. iniuſtum*, *n. 5. de rer. permut.* Ang.
& Imol. *in l. ſi quis cum*, *de verb. obl.* Marſil. *in l. ſtatu-
liber*, *num. 16. de quæſt.* Caball. *de ædil. act. c. 2. n. 26.* Maſc.
*d. concl. 615. num. 8.* noſtro autem in caſu vitium, de quo
quærebatur, poterat breui tempore naſci, & vt dicunt
teſtes, *dalla ſera alla mattina*, propter nimium animalis
laborem, vel malam eius curam; ideo de prædictis non
erat curandum.

Deinde iſta poterant procedere in vitio occulto, quod
vtique venditor manifeſtare tenetur, alioquin doloſus
10 cenſetur, & tenetur ad damna, & intereſſe. *l. ſi ſeruum*,
*in princ. & l. ſeruus*, *de act. empt.* Cyriac. *contr. iur. lib. 2.
contr. 372. num. 59.* Bonac. *d. q. 2. p. 6. num. 18. verſ. verùm*:
ſecus eſt, quando vitium eſt patens, & morbus notus,
quia venditor per ſe loquendo non tenetur vitium ma-
11 nifeſtare, quia emptor debet inſpicere, & ſi non aduer-
tit, ſibi imputet, *l. 1. §. ſi intelligatur*, & *l. quæritur*, §.
*fin. ff. de ædil. act. l. ſi fundum*, *C. de euict.* Gomez. *d. lib. 2.
c. 2. n. 48. verſ. & idem.* Maſc. *d. concl. 615. n. 10.* Nauar.
*in ſum. cap. 23. n. 89.* D. Thom. *2. 2. quæſt. 77. art. 3.* Bonac.
*d. quæſt. 2. part. 6. num. 13.* vbi tamen inquit in foro con-
ſcientiæ id non procedere, quando venditor animaduer-
tit vitium non cognoſci ab emptore ex inaduertentia in-
12 uincibili, quia contractus eſt inualidus, ac ſi defectus
eſſet occultus, ſed in foro externo non daretur actio,
niſi emptor eſſet læſus vltra dimidium iuſti pretij.

Vbi ergo vitium eſt patens, in foro fori non eſt neceſ-
ſaria aliqua manifeſtatio; prudens enim debet eſſe em-
ptor in emendo, ideò aduerſarius noſter diſcat cautiùs
negotiari. Benè verum eſt, quod ſi vitium, ſeu morbus
13 eſſet occultus, vel tale, quòd eius non appareret ſignum,
non ſatis eſſet, ſi venditor generaliter diceret ſe vendere
illam rem cum omnibus vitiis, & morbis ſuis, velut,
*Vendo tibi equum pro lunatico, dolente, & pleno ſchinellis*;
non enim ita obſcurè, & genericè loqui debet, & ſic lo-
14 quendo non aliter tenetur, ac ſi nullum vitium expreſ-
ſiſſet, quoniam nominatim, & palam debet exprimere
vitium occultum, & ſibi notum verè, vel præſumptiuè:
ita per textum *in l. 1. §. ſi venditor*, *verſ. ſed*, *ff. de act.
empt. l. 1. verſ. 1. ff. de ædil. act. l. Iulianus*, §. *idem*, & *l.
quæro*, *de act. empt.* Specul. *de empt. & vend.* §. *nunc di-
cendum*, *el 2. verſ. ſed quid*, & ibi Ioan. And. necnon
Bald. *in l. 1. num. 4. C. de ædil. act.* Abb. *in cap. cum contingat*,
*num. 24. de iureiur.* Aret. *in §. Prætorum*, *Inſt. de iur. natur.*
pulchrè Gomez *var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 49.* Ruin. *conſ. 53.
num. 1. lib. 1.* videndus Bertaz. *clauſ. 24. gl. 1. n. 4. 5.* Surd.
*deciſ. 146. n. 9.* Cyriac. *contr. 278. n. 51. lib. 2.* debet enim
venditor dicere ſincerè, & ſine inuolucro verborum,
nolle teneri de aliquo certo vitio nominatim, quod facit 15
contra eos, qui dicunt ſe vendere equum, vel bouem pro
ſacculo oſſium, id enim eis non prodeſt, ſi ſcirent rei 16
vitium, quia non liberantur. Surd. *d. deciſ. 146. num. 8.*
Bonac. *d. q. 2. p. 6. n. 15. verſ. dixi.* At ſi venditor verè igno-
raſſet vitium, & dixiſſet ſe nolle teneri de aliquo vitio
occulto, ſi non adſit alia læſio, in neutro foro tenetur
ad reſtitutionem. Surd. *d. deciſ. 146. num. 8.* Bonac. *d.
quæſt. 2. part. 6. num. 15. verſ. reſpondeo tertiò*: in dubio
autem venditor præſumitur ſcire vitium, & qualitates
rei venditæ. Bald. *in l. 1. §. aiunt*, *in princ. ff. de ædil.* 17
*edict.* Corn. *conſ. 81. col. 2. ad med. lib. 4.* Surd. *d. deciſ. 146.
num. 13.*

Vnum reſtat in hac materia non prætereundum, quid
dicendum ſit, vbi plures res venditæ ſunt, quarum altera
morboſa ſit, an contractus quoad omnia inualidetur?
Vtique reſpondendum eſt, quòd ſi illæ res ſint inuicem 18
diſtinctæ, & ſeparato pretio venditæ, illa tantum redhi-
betur, quæ vitioſa eſt; ſi verò non pretio venditæ fue-
rint, ſolum etiam morboſa redhibetur, & pretium eius
æſtimatur arbitrio boni viri. Sin illæ res aliqua ratione
adeo coniunctæ ſint, vt dura, & damnoſa eſſet ſeparatio,
vt in pluribus ſeruis vnius artificij, vel pluribus anima-
libus vnius officij, tunc ſiue vno, ſiue diſtincto pretio
vendantur, vna vitioſa exiſtente omnes redhibentur, & 19
quoad omnes inualidatur contractus, niſi contrahentes
conſentiant in redhibitione vnius tantùm rei, ad textum
*in l. cùm eiuſdem*, & *l. ſequenti*, vbi gl. & communiter
DD. *ff. de ædilit. edict. l. ædiles*, *la 2. §. fin. cum duabus ll. ſeq.
ff. eod. l. ſi plura mancipia*, *eod.* Azor. *in ſumm. C. de ædilit.
act. num. 24.* Bald. *in l. ſi prædium*, *col. 2. verſ. ſed pone*, *C.
eod.* pulchrè Gomez *var. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 49. verſic.
dubium tamen.* Becc. *conſ. 106. in fin.* Menoch. *conſil. 1006.
numer. 21.* Cyriac. *contr. 55. numer. 18. & numer. 63. 64.*
Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 353. num. 22.* Bonac.
*d. diſp. 3. quæſt. 2. part. 6. numer. 3.* & propterea in caſu
noſtro cùm venditum ſit par animalium, quorum vſus
eſt coniunctus in officio, ſi verè extaret morbus tempore
contractus, venditio in totum eſſet nulla. Cùm igitur
per multos teſtes fuerit probatum de vitio rei tempore
venditionis, & ante, fuit pronunciatum, locum eſſe
redhibitoriæ actioni, & reus fuit condemnatus ad dam-
na, & expenſas.

## CAPVT XC.

### EPITOME.

Impedimentum non eſt, quod amoueri poteſt, & verbalis iniuria frangit cautionem de non offendendo cum certa diſtinctione.

### SVMMARIVM.

1 *Impeditus non dicitur, qui impedimentum remouere poteſt.*
2 *Impedimentum non eſſe, vel impedimentum tollere poſſe, paria ſunt.*





3 *Impeditus ſine ſuo dolo euitat pœnam.*
4 *Verbum*, Non debeat, *quid importet.*
5 *Verba*, Per ſe, vel alios, *quid importent.*
6 *Verbum*, Aliquid, *verificatur etiam in minimo.*
7 *Vacuum dicitur, in quo nihil eſt penitus.*
8 *Liberum dicitur, quod caret omni impedimento.*
9 *Liberum eſt, quod francum, & ſine onere eſt.*
10 *Liber eſt, qui operatur ſine extrinſeco.*
11 *Liberè aliquid fieri eſt idem, quod abſolutè.*
12 *Liberum arbitrium dicitur, quod non regulatur boni viri arbitrio.*
13 *Raſtrum in via dicitur impedire iter.*
14 *Via vicinalis impeditur raſtro etiam aperibili.*
15 *Via vicinalis ſemper patere debet.*
16 *Via vicinalis quænam ſit.*
17 *Socij prohibentis melior eſt conditio.*
18 *Offenſa dicitur illa, ex qua naſcitur actio iniuriarum.*
19 *Offenſa dicitur etiam verbalis iniuria.*
20 *Iniuria quænam eſſe dicatur.*
21 *Offenſio in perſonam non dicitur verbalis iniuria.*
22 *Cautio de non offendendo rumpitur per iniuriam verbalem.*
23 *Pax, ſeu cautio non dicitur rupta quoad fideiuſſorem per verbalem iniuriam.*
24 *Fideiuſſor ſæpe minus obligatur, quàm principalis.*
25 *Fideiuſſoris, & principalis eadem videtur obligatio.*
26 *Interpretatio lata fit in materia etiam odioſa ſecundum proprietatem verborum.*
27 *Cautio de non offendendo directè, vel indirectè quid comprehendat.*
28 *Cautio de non offendendo an frangatur ex leui iniuria.*
29 *Iniuria leuis an frangat pacem, vel cautionem de non offendendo.*
30 *Iniuria leuis dicitur arbitrio iudicis.*
31 *Iniuria grauis eſt dicere alicui, quod non videt.*
32 *Teſtes duo plenè probant.*
33 *Teſtes dicuntur conteſtes, licèt diſcordent in circumſtantiis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

OCcaſione viæ vicinalis ad inſtantiam D. Andreæ
de Bellentanis factum fuit præceptum D. Alexan-
dro Corrato, quatenus ſub pœna ducat. 200. non de-
beat per ſe, vel alios; directè, vel indirectè, aut quo-
vis quæſito colore impedire, aut prohibere, quin dictus
Bellentanus, & quilibet de eius familia, & laborato-
res poſſint ire, & redire per dictam viam, de qua inter
eos extabat controuerſia, & de cætero non ponere, nec
tenere aliquod impedimentum in dicta via, & tenta
amouere, adeò vt vacuus, & liber ſit aditus, & exitus.
Euenit autem, vt in dicta via raſtrum inueniretur cum
peſſulo ferreo, & ocello, quibus raſtrum poterat claudi,
& ſæpe claudebatur, licet facile eſſet aperire, vnde quæ-
ritur, an per dicti raſtri retentionem contrauentum fuerit
præcepto.

Et prima facie videbatur non fuiſſe contrauentum,
nec locum eſſe pœnæ, quoniam non dicitur per hoc
Corratus tuliſſe impedimentum, quia raſtrum poterat
1 facilè aperiri, etenim ille non poteſt dici impeditus, qui
impedimentum de facili remouere potuit. Soc. Iun.
*conſ. 76. num. 80. 81. lib. 1.* Menoch. *conſ. 100. num. 16. &
conſ. 531. num. 6.* Cyriac. *contr. 167. num. 10. lib. 1.* paria
enim ſunt quem non eſſe impeditum, vel impedimentum
2 tollere potuiſſe. Soc. Iun. *conſ. 117. num. 9. lib. 2.* Cyriac.
*contr. 214. n. 20. lib. 2.*

Accedat, quod dictus Corratus habuit licentiam ſic
tenendi dictum raſtrum à Principe, qui licèt eam reuo-
cauerit, non tamen apparet eum habuiſſe ſcientiam reuo-
cationis, vnde perſeuerauit cum bona fide: certum eſt
autem, quòd vt pœnæ locus ſit, impedimentum debet
eſſe doloſum. Soc. Iun. *conſ. 148. num. 34. lib. 2.* Gabr. 3
*conſ. 169. n. 11. 18. lib. 2.*

His tamen non obſtantibus cenſeo dictum D. Corra-
tum per appoſitionem dicti raſtri contraueniſſe dicto
præcepto, quia verè dat impedimentum, & eo poſito
non poteſt dici liber acceſſus, & regreſſus, verba enim
præcepti ſatis ſunt prægnantia; ſiquidem illud verbum,
*non debeat*, adeo ligat, vt neget omnem actum, & po- 4
tentiam. Rol. *conſ. 80. num. 55. 56. 57. lib. 3.* & verba illa,
*Per ſe, vel alios*, enixam oſtendunt iubentis volunta- 5
tem. Rol. *conſ. 61. num. 40. lib. 3.* Gabr. *conſ. 99. num. 2.
lib. 2.* Menoch. *conſ. 47. num. 4.* & verbum illud, *impe-
dimentum aliquod*, demonſtrat nullum omnino debere
eſſe obſtaculum etiam paruum, quia illud relatiuum ve-
rificatur etiam in minimo. Tiraq. *in l. ſi vnquam*, *num. 14.* 6
*C. de reuoc. donat.* Laderch. *conſ. 33. n. 6.* nec vacuus, aut
liber erit aditus poſito raſtro etiam aperibili, quia va- 7
cuum dicitur, in quo nihil eſt penitus, ad textum *in l. ſi
bina*, *ff. de iniuſt. rupt.*

Similiter aditus nullo modo erit liber raſtro prædicto
exiſtente, quia liberum dicitur, quod eſt ſine minimo 8
impedimento, & contradictione. Corn. *conſ. 61. n. 12. lib. 2.*
Gabriel. *conſ. 99. num. 7. lib. 2.* Menoch. *conſ. 425. num. 13.* 9
& quod eſt francum, ac ſine onere, vel ſeruitute.
Oldr. *conſ. 234. num. 2.* Surd. *conſ. 218. num. 9.* Intrigl. 10
*de feud. part. 1. quæſt. 19.* Schrad. *de feud. part. 2. cap. 4.
num. 6.* Roſental. *eod. tract. cap. 2. concl. 69. n. 1.* Giouagn.
*conſ. 24. num. 26. lib. 2.* & ſimiliter, quod ſine aliquo ex-
trinſeco operatur, liberum dixit Ariſt. *1. Metaph.* D. Th.
*2. 2. quæſt. 19. art. 4.* Corn. *conſ. 165. num. 24. lib. 2.* adeò, 11
vt qui liberè poteſt, dicatur abſolutè poſſe. Menoch.
*conſ. 192. num. 9.* Surd. *d. conſ. 218. num. 9.* & propterea 12
dicimus eum habere liberum arbitrium, qui non tene-
tur arbitrio boni viri ſuum moderari iudicium. Me-
noch. *de arb. iud. quæſt. 6. numer. 4.* Laderch. *conſ. 38.
num. 3.*

Hinc igitur dicendum eſt ſtante dicto raſtro non poſ-
ſe dici liberum eſſe aditum ad dictam viam, ſed cum illa
ſeruitute aperiendi illud, quod multùm affert incommo-
di, ſiquidem equo, vel curru, aut carrocio deſcen-
dere oportet, qui vult tranſire, vt ſibi aperiat aditum, 13
quod eſt ſpecies ſeruitutis, & onus: & ne videamur
aërem verberare, & rem nouam proponere, ecce in ter-
minis Menoch. *conſ. 449. num. 15.* qui loquitur de ſi- 14
mili via vicinali, quæ pariter raſtro claudebatur, & de
præcepto facto domino raſtri de amouendis impedimen- 15
tis; & inquit, quòd iſtæ viæ vicinales ſemper patere
debent, & æquiparat ponere raſtrum, & ponere impe-
dimentum.

Et ſanè ſi via vicinalis eſt illa quæ vicinorum propria,
& ex prædiis eorum fabricata, exit ad prædia vicino-
rum, & per quam patet acceſſus vicinis, & non aliis, ad 16
textum *in l. 1. § varium*, & §. *ſeq. ff. ne quid in loco pu-
blic.* Bald. *conſ. 55. lib. 1.* Tuſch. *littera V*, *concl. 179.
num. 1.* Ioan. Corraſ. *in rub. num. 96. in fin. ff. de ſeruit.*
non video, cur magis liceat dicto Corrato dictum ra-
ſtrum tenere, quàm Bellentano amouere, etenim cùm
ſit via communis, non licet ſocio, inuito altero, ali-
quid in eam innouare, aut fabricare, quia par in
parem non habet imperium, & eiuſdem æqualis eſt
auctoritas, & prohibentis ſemper melior eſt condi-
tio, *l. Sabinus*, & ibi gl. *de neg. geſt. l. parientem*, *de* 17
*ſeru. vrb. præd. cap. in re communi*, vbi Dyn. *de reg. iur. in 6.*
Surd. *conſil. 447. n. 17. lib. 3.* Hect. Felic. *de ſociet. cap. 28.
num. 7.*

Non obſtant contraria, nam illud de impedimento pro-
cedit in eo, qui obſtrictus eſt ad aliquid faciendum; nam
tenetur etiam remouere impedimentum, ſi poteſt, vt

ſuæ ſatisfaciat obligationi,non ſic eſt in eo,cui aditus liber,& abſolutus,ei enim nullum obſtaculum fieri poteſt.

Deinde quoad alterum non licet Corrato ignorantiam prætendere reuocationis, quam fecit Princeps meliùs informatus, quia illius copiam habuit ſub die 30. Ianu.1616.& vlterius ipſemet faſſus eſt habere notitiam dictæ reuocationis, ſicut etiam, quod de eius mandato illic poſitum fuerit dictum raſtrum,vnde nihil eſt vt ſermonem in longius protrahamus.

Nunc de altero quærendum eſt, an dictus Corratus occaſione eiuſdem raſtri violarit cautionem de non offendendo tutorem D.Hieronymi Bellentani ob iniuriam verbalem ei illatam. In quo vt à multiloquio abſtineam animaduertendum eſt offenſam propriè dici, quæ pœnam meretur, & propter quam offenſo competit actio 18 iniuriarum,*l.cum te pietatis*,vbi Bart.Ang.Aret.Iaſ.*num.2. C.de inoff.teſt.l.teſtamento, de manumiſ.teſt.*Salic. *in l. filia, num.1. Cod. eod.* Bart. *in l. licitatio, §. quod illicitè, numero quarto, de public.* Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, num.14.* vbi Alex. de communi, *numer.* 21. Iaſ. *num.52. in fin. de verb. oblig.* Corn. *conſil.51. num.6.lib.1.* Vulpel.*conſil.82.num.2.4.*Bero.*conſil.202.num.1.29.lib.3.* Pariſ. *conſil.165. num.4.lib.3.* Farinac. *in prax.quæſt.107. num.43. & ſequent.* Menoch. *conſil.41. numer.23.* Baiard. *ad Clar. in prax. quæſt.47. num.2.* & in ſpecie verbalis iniuria ſecundum Doctores offenſa dicitur, & commu- 19 niter appellatur. Rom. *conſ.183.num.2.*Cephal.*conſ.190. numero 1. & ſeq.* Bero. *d. conſ.202.numero 22.23.* Caball. *reſ.crim. lib.1. caſ.152. num.6. in fin.* omnia autem verba 20 contra bonos mores in alium prolata dicuntur verè iniuria. Rom. *d.conſ.183. num.2.* Grammatic.*deciſ.14.num.9.* Farinac.*quæſt.105.num.22.*

Vnde ſi quærimus, an ille, qui promiſit aliquem non offendere, contraueniat cautioni, ſi ei inferat iniuriam verbalem,vtique diſtinguendum eſt,nam ſi promiſit non 21 offendere in perſonam, tunc niſi tangatur perſona, vel adhærentia perſonæ,non frangitur cautio. Bald. *in l.ſed eximendi,ff. ne quis eum, qui in ius voc.* Caball. *d.caſ.152. num.4.13.* Guazz. *tract. de pac. & treg. part.1. quæſt.52. num.1.2.3.* & *part.2. quæſt.42. num.16.* Verùm ſi ſit pro- 22 miſſum ſimpliciter, vel generaliter de non offendendo aliquem, vel etiam de non offendendo perſonam, tunc per iniuriam verbalem, quâ ſanè offenditur perſona, dicitur contraueniri cautioni, & incurritur pœna, etiamſi offenſio ſit minima, ex Marſil.*conſ.21.*Cephal.*conſ.190. num.1.11.*Bertaz. *conſ.176.num.5. lib.1.* Vulpel. *conſil.82. num.4.* Farinac. *d.quæſt.107. num.187.189.* Baiard. *dict. quæſt.47.num.3.*Caball.*d.caſ.152.num.18. in fin.*

Vnum tamen in noſtro caſu magnam facit difficultatem,quia non ille, qui promiſit non offendere, talem intulit iniuriam, ſed eius filius, pro quo tamen cauerat dicens, *Promitto non offendere pro me, & agnatis*: & ſanè cùm agi videatur de odio irrationabili, vt quis teneatur pro delicto alterius,promiſſionis ſuæ, vel ſtatuti vigore, 23 non videtur, quod verbalis iniuria frangat talem cautionem, ſed requiritur iniuria in perſonam: ſic ex Bart. *in l.licitatio, §. quod illicitè, num.5.6. ff. de publican.& vectigal.* Simon. de Præt. *conſil.188. ſub num.9.* Vulpel. *in tract. de pace, quæſt. 91. num.1. in fin.* & *num.9. 13. 14. 18.*Honded. *conſ.103. num.26. & ſeq. lib.1.* videndus Farinac. *d. quæſt.107. num.156. 183.191.* Guazz. *de pac. & treg. part.1. quæſt.52. num.4.* & *num.5. in fin.* vbi concludunt cum hac diſtinctione, vt in eo, qui promiſit non offendere,iniuria verbalis,vel quæ perſonam non tangit, frangat cautionem ſimpliciter de non offendendo; ſecus verò in eo, qui promiſit pro alio, non enim alienum eſt à iuſto, vt diuerſimodè obligentur fideiuſſores, ac fa- 24 ciat principalis,vt in hac materia reſpondet Bero. *d. conſil.202 num.30.31.lib.3.*quem ſequitur Laderch.*conſ.200. in fin.*

Hæc tamen doctrina valde fuit impugnata à pluribus Iuriſconſultis, & ego quoque dicebam non videri ſatis tutam, quia nullum odium irrationabile poteſt conſiderari in eo, qui ſe obligauit, & promiſit: fortè poſſet locum habere in eo, qui pro alio tenetur ex forma ſtatuti, vel promiſit præter iuris diſpoſitionem, vt in his terminis loquuntur Bart. *in d. l. licitatio*, & Vulpel. *d. quæſt.91. num.9.* & propterea cùm æqualiter fuerit ſtipulatum à dicto Corrato, quod nec ipſe, nec agnati eius offendent dictum tutorem, vna videtur, & eadem ſtructura verborum, quæ vniformiter reſpicit omnes, & æqualiter debet determinare. Soc. Iun. *conſ.160. num.10. lib.2.*Menoch.*conſ.56.num.35.*& *conſ.106. num.291.292.* Peregr.*conſ.57.num.10.lib.1.* etenim quamvis materia ſit 25 odioſa, & pœnalis, tamen de ſic lata poteſt fieri interpretatio vſquequò ſe extendit verborum proprietas, 26 *l.1. §. pecuniam, ff. de calumn. l. cùm lege*, vbi Aret.*de teſtam.*Decian.*conſ.344.num.1.*Peregr.*conſ.89.num.14.lib.1.* Rol. *conſil.89. numer.16. lib.3.* & ideò cùm propriè dicatur offenſa etiam verbalis iniuria, nulla videtur ratio adeſſe diuerſitatis in fideiuſſore, & principali verbaliter iniuriante; nihilominus ſemper hæſitaui, & dixi aliis coaduocatis difficile fore obtinere contra prædicta, quæ videntur ſatis rationabilia, & Iudices vt plurimum inclinant in mitiorem partem, vt reos abſoluant, maximè in leuibus, cum non ſit parum eos vexaſſe diſpendiis, & variis moleſtiis, quæ ex natura criminalitatis ſibi inferuntur, & ſic euenit, quia dictus Corratus fuit abſolutus.

Benè verum eſt, quòd dictus Corratus habuit iudicem amicum, & valde propitium, nam alia extabant, quæ pro Corrato rem in periculo conſtituebant, vt ſupponebatur, quia cautio erat formata verbis prægnantibus de non offendendo directè, vel indirectè, adeò vt poſſet comprehendere quamcumque offenſionem punibilem, vt nihil videretur excipiendum. Riminald. Iun. 27 *conſ.101. num.3. & ſeq.* Claud. ad Bertaz. *conſil.147. littera B, in fin.* Lud.Peguer. *deciſ.21. num.6.* Farinac.*dict. quæſt.107.num.157.*

Nec obſtabat iniuriam videri leuem, & propterea non 28 eſſe aptam ad frangendam cautionem de non offendendo, quia leuitas materiæ excuſat. Bald. *conſ.195. num.6. lib.2.*Marſil.*conſ.86.num.13.*Vulpel.*conſ.65.num.7.*Hercul. *de caut. de non offend. cap.26. num.10.* Bertaz. *conſil. 147. num.18.*Farinac.*d.quæſt.107.num.210.*Laderch.*conſ.200. num.1.verſ. quinimmò*, quia reſpondetur diſtinguendo,ſiquidem hæc iniuria leuis fuit ſine dolo, & culpa illata, vt in vrtata, quæ potuit caſu contingere, & tunc verum eſt talem iniuriam non frangere pacem,vel cautionem de non offendendo; verùm, quando iniuria dolosè, & appenſatè fuit illata,vt hîc,tunc etiamſi minima ſit,apta eſt 29 ad fractionem,& pœna incurritur.Grat.*conſ.44.num.5.*& *conſ.73.num.10.lib.2.*&Petr.Bel.*de re milit.par.10.n.39.in fin.*& *num.40.*Maſcard.*de probat.concl.1157.num.78.* Farinac.*d.quæſt.107.num.221.226.*Caball.*d.caſ.152.num.18.in fin.* & maximè quia non erat expeditum hanc iniuriam fuiſſe leuem,ſtatur enim arbitrio iudicis in iudicando,an grauis,vel leuis ſit offenſio,vel iniuria.Menoch.*de arbitr.* 30 *iudic.caſ.263.num.1.3.*Baiard.*ad Clar. d.quæſt.47. num.3.* ſed in hoc etiam placuit iudici reputare iniuriam fuiſſe leuem, & ſine dolo illatam, cuius arbitrio multùm deferendum eſt.

De aliis etiam diſceptabatur, an ſcilicet ſatis probata eſſet iniuria, & quia reus erat in confeſſo, quod dixerit, *Ignorante*, ſatis id eſſe videbatur, hæc enim leuis iniuria 31 dici non poteſt,provt de illo, qui dixit cuidam, *Non vides lumen*,vt inquit Gramm.*deciſ.14.n.9.10.*Farin.*in prax. quæſt.105. num.24 in fin.* ſed grauiorem dixiſſe iniuriam, ſcilicet,*Vituperoſo*,probant teſtes, qui cùm ſint duo conteſtes,ſufficiunt,ad textum *in l.vbi numerus,ff. de teſt. l. in* 32 *om.negotio,eod.*Alex.*conſ.114.n.5.lib.4.*Rol. *conſ.23. n.1.6. lib.3.*Laderc.*conſ.181.n.2.*Farin.*q.63.n.232.*adeò,vt teſtes cenſeantur conteſtes, etiamſi in circumſtantijs varient, 33 dummodo in facto principali non diſcordent. Alexand. *conſ.156. num.13. lib.5.* Gabriel *de teſtib.concl.2.num.64.* & licèt vnus ſit famulus pupilli, nihil refert, quia famulus tutoris poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli,& è contra. Farin. *de teſtib. quæſt.55. num.141.* ſed hæc nihil 34 profuerunt, quia in puncto principali fuit diſcordia, quoniam, vt dixi, placuit iudici illa diſtinctio,vt quando tractatur de eo, qui pro alio promiſit, verbalis iniuria non frangat cautionem de non offendendo; & ſanè ſi ego quoque Iudex eſſem, non diſcederem ab ea, quia tutior videtur iſta ſententia, & magis recepta, & parti ſatis manifeſtatur opportunè euentum, quod poſtea ſucceſſit,licèt duo alij Aduocati me tunc maiores aliter ſentiebant.



---

# CAPVT XCI.

## Epitome.

### Legatum vxori factum quando valeat, vel non, ſtantibus ſtatutis forenſi legare vetantibus.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum loci, an bonorum ſit ſeruandum in ſucceſſionibus.*
2 *Statutum fœminarum excluſiuum non habet locum in bonis extra territorium.*
3 *Domicilium efficit, vt quis habeat diuerſas patrias.*
4 *Solemnitas ſtatuti loci ſeruanda eſt,vbi actus geritur.*
5 *Maritus an poſſit relinquere vxori, attenduntur ſtatuta loci, vbi ſunt bona.*
6 *Statutum Mutinæ prohibet relinquere vxori.*
7 *Forenſis non ligatur ſtatuto prohibente relinquere vxori.*
8 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.*
9 *Teſtator præſumitur nolle, quod non poteſt diſponere.*
10 *Teſtatoris mens reducenda ad mentem ſtatuti.*
11 *Clauſulæ,* omni meliori modo, *virtus.*
12 *Repetitio præcedentium quando cenſeatur facta.*
13 *Statutum Ferrariæ prohibet relinquere forenſi.*
14 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
15 *Legatum pecuniæ forenſi factum an valeat.*
16 *Præceptum teſtatoris non ligat, vbi de iure non tenet.*
17 *Conditio, an modus ſit, quomodò cognoſcatur.*
18 *Modus à iure improbatus reiicitur à diſpoſitione.*
19 *Incapax non poteſt capere causâ conditionis implendæ.*
20 *Legatum inualidum non præſtatur etiam in foro conſcientiæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Mutinenſi bonorum pro Illuſtriſſimo D.tunc Com. nunc autem Marchione Hercule Coccapanio aduerſus M.Ill.D.Frãciſcum Fontanam de Corriggiariis duo ſunt meo iudicio quæ in hoc negotio diſquiſitione indigent.Primum eſt,an legatum factum à multùm Ill. D.Bernardino illius viro dictæ D.Franciſcæ circa bona mobilia ſit validum, & à dicto D.Hercule iuniore eius hærede præſtandum: alterum eſt, an eadem D. Franciſca poſſit conſequi à dicto hærede annuum legatum ſcutorum mille eidem factum loco vſusfructus, qui ſolet in ſimilibus vxoribus relinqui. Pro ſolutione vtriuſque articuli ſciendum eſt in facto veriſſimum eſſe, quod ferè vniuerſa dicti teſtatoris bona ſunt in diſtrictu Ferrariæ, demptis quibuſdam mobilibus penes ipſum exiſtentibus in ciuitate Mutinæ, vbi licet Ferrariæ ſit oriundus, tamen longum habebat domicilium.

Deinde in iure etiam pro firmo habendum eſt teſtamentum dicti teſtatoris reſpectu bonorum Mutinenſium debere interpretari ſecundum ſtatuta Mutinæ, reſpectu verò bonorum Ferrarienſiũ exponendum eſſe iuxta ſtatuta Ferrariæ, quia in ſucceſſionibus,vbi defunctus habet bona in diuerſis locis, & regnis, vel originem habet ex vno loco, domicilium in altero,vt hic,attenditur ſtatutum, vbi ſunt bona, ſiue illud loquatur in rem, ſiue in perſonam. Dec. *conſ.283.num.11. verſ. quoad hoc*, ad 1 rem de communi Decian. *conſ.8.num.35.lib.1.*& *conſ.198. num.8.9. & ſeqq. lib.2.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. in rubr. generali de ſucceſſ. ab inteſt. num.13.* latè Maſcard. *de Statut. concl.6. num.101.102.* & *num.103.* vbi ex ſententia Rotæ inquit etiam ſtatutum de ſucceſſione excluſiuum fœminarum non extendi ad bona exiſtentia extra territorium teſtantis; eo enim ipſo, quòd dictus 2 D.Bernardinus Mutinæ conſtituit domicilium, diuerſas dicitur ſortitus patrias, & ex diuerſitate patriæ ſeruanda eſt legum diuerſitas adeò, vt quælibet in ſuo regno præualeat. Iaſ. *conſ.80. col. pen. lib.3.* Lancell. *de ſtatut.* Alexand.*præfat.8. num.16.Soc. conſ.288. col.1.lib.2.* Maſ- 3 card. *d.concl.6. num.104.* Benè verum eſt, quod ſi loquimur de ſolemnitate actus adhibenda in contractu, vel teſtamento,debet ſeruari ea, quæ prouenit à ſtatuto, vel conſuetudine loci,vbi actus celebratur, & ceſſante fraude vbique valet. Bart. *in l. cunctos populos, num.14. C. de* 4 *ſumm.Trin.*Ceph.*conſ.171.num.26. lib.2.* latè Maſcard. *d. concl.6. num.22.vſque ad num.30.* Oſaſch.*deciſ.114.ad fin.* Carpan.*ad Stat. Mediol. in prælud. num.663.* hic autem cum de ſolemnitate teſtamenti non agatur, ſed an poſſit maritus relinquere vxori, conſideranda ſunt ſtatuta locorum,vbi ſita ſunt bona: latè Carpan. *ad ſtat. Mediol.* 5 *c.295.num.8.10.11.12.*

His firmatis facilis reſultat deciſio vtriuſque quæſtionis, nam reſpectu legati mobilium,quæ in domo habitationis teſtatoris reperta fuerunt tempore eius mortis in ciuitate Mutinæ, expeditum eſt inualidam eſſe diſpoſitionem propter claritatem Statuti Mutinæ *lib.2.rubr.119.* 6 *verſ.ex vltima voluntate*: vbi apertis verbis prohibetur vxorem poſſe aliquid conſequi ex bonis mariti, præter vſumfructum integrum bonorum illius, ex teſtante,vel libras mille ad plus, quatenus enim dictum legatum excedit libras,penitus nullum eſt dicto ſtatuto; quod tollit omnem dubitandi occaſionem,*ex l.ancillæ,C.de furt.*Odd. *conſil.vlt.n.90.*

Et licèt forenſis non ligetur ſtatuto prohibente maritum relinquere vxori,Pariſ. *conſ.12. num.11. lib 3.* Rol. 7 *conſ.24.in ſecundo dubio,lib.3.*Maſc. *d.concl.6. n.15.16.* tamen id nihil nocet,tum quia dictus D.Bernardinus Mutinæ non eſt forenſis,cùm iam diu domicilium illic contraxerit,tum quia res,de quibus diſponit, ſubſunt ſtatutis Mutinæ.Carp *in prælud.n.664.668.*ideóque ſiue ratione domicilij,ſiue rei moueamur, ipſe ſemper ſtatutis Mutinæ iudicandus eſt,quia forum ſortiri, & ſtatutis ligari 8 paria ſunt. Dec. *in l.fin.in fin.ff.de iuriſd.om. iud.* Boer. *deciſ.12.n.14.*Maſcard.*de ſtatut.concl.1.n.94.*Odd. *d. conſ.vlt. num.102.* Vnde dictus teſtator cenſendus eſt noluiſſe dictam eius vxorem poſſe frui dicto legato, quia non præ- 9 ſumitur velle,quod nequit diſponere. Mantic. *de coniect. vlt.vol.lib.3.tit.2.n.14.* & teſtatorum voluntates ad men- 10 tem iuris municipalis ſunt redigendæ. Peregr. *de fideic. art.25.n.53.* Odd. *conſ.95.num.60.*

Neque obſtat clauſula, *Omni meliori modo*, poſita in dicto legato, quæ facit valere actum, provt valere poteſt. Menoch.*conſ.683. num.36.*Marth.*de clauſ.p.1. clauſ.* 11 *84. num.1.* propter quod videtur tale legatum ſaltem valere in vim vſusfructus.Nam reſpondeo fortè id potuiſſe procedere, ſi hæc clauſula fuiſſet appoſita cum copula, *&*,quia tunc operatur etiam vltra expreſſa, ſecus eſt,vbi legitur abſque copulatiua,quia tunc ſolùm operatur circa expreſſa. Verall.*deciſ.124.part.2.* Rot.*deciſ.467. lib.1. part.2.*Marth.*d.clauſ.84. num.3.14.*hîc autem non eſt ex-

preſſus legatum vſusfructus: ergo ceſſat difficultas.

Neque dicatur ex illis verbis, *Et vlterius*, induci repetitionem eiuſdem clauſulæ copulatiuè in præcedentibus poſitæ, quia reſpondeo talem dictionem potius tenere naturam continuationis, quàm repetitionis, quia ſequens oratio per ſe perfecta eſt, quo caſu repetitio
12 non habet locum, *l.qui fundum,ff.de contrah.empt. l.Seia, §.Caio,de fund.inſtruct.* pulchrè Decian. *conſ.*17. *num.*34. *& ſeqq.part.*1. Marth. *de clauſ.part.*4. *clauſ.*24. *num.*4. Tuſch. *pract. concluſ. littera R, concl.*187. *num.*69. & verè hîc nulla eſt repetitionis occaſio, quia extat in noſtro legato clauſula, *Omni meliori modo*, quam teſtator ſciuiſſet exprimere cum copula, ſi voluiſſet, ſicut fecit in præcedentibus; & ideò cùm dictio, *& vlterius*, per ſe ſtare poſſit ſine repetitione, nihil copulat. Surd. *conſil.*207.*num.*16.

Quare tranſitum faciamus ad ſecundum dubium, in quo pariter ſentiendum eſt annuum legatum ſcutorum mille eſſe nullum, & pro hoc negotio intelligendo recurrendum eſt ad Statuta Ferrariæ, vbi ſunt ſita cætera bona hæreditaria in ſtabilibus conſiſtentia; quo inſpe-
13 cto dicta D. Franciſca cenſetur incapax dicti legati, tum quia Statuta Ferr. *lib.*2. *rubr.*98. prohibent forenſi (qualis eſt dicta D. Franciſca reſpectu Ferrariæ) acquiſitionem vſusfructus bonorum ſtabilium; tum quia idem Statutum Ferr. *lib.*2. *rubr.*144. diſponit, quod ſi factum ſit vxori legatum annuum, illa non poſſit ſimul habere dotem, & legatum; cum autem D. Franciſca acceptauerit dotem, legatum renunciaſſe videtur, & illud conſequi non poteſt.

Neque dicatur dictam D. Franciſcam non petere ſtabilia, neque vſumfructum illorum, ſed pecuniam annuam vſque ad quantitatem ſcutorum mille. Nam primò reſpondeo, quod teſtator expreſsè dixit ſe relinquere dicta ſcuta mille loco vſufructus, qui ſolet relinqui mulieribus: ergo tale legatum ſapit naturam vſusfructus etiam in particularibus. Decian. *conſ.*35. *num.*61. *lib.*1. & ideò ſicut vſusfructus relinqui non poterat, ita nec fieri annuum legatum, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *§. fuerat, Inſt.de act.l.filia,§.Ti-*
14 *tia,ff.de cond.& dem.* Menoch. *conſ.*52.*num.*162. Rim.Iun. *conſ.*18. *num.*88. Secundò reſpondeo, & fortè meliùs, ſanè perinde eſſe, ac ſi ipſa ſtabilia eſſent relicta, vel eorum vſusfructus, quia cùm Mutinæ, immò nec in hæreditate extiterit pecunia numerata, vel mobilia ſufficientia pro legato huiuſmodi, non poteſt illi ſatisfieri ſine vſufructu ſtabilium; vnde reſultat eadem incapacitas, vt pulchrè inquit Decian. *conſ.*33. *num.*12. *verſ. aliquando*, & *nu-*
15 *mer.*13.14.15.*lib.*1. Tertiò reſpondeo cùm tale legatum ſit ſoluendum de bonis Ferrarienſibus, etiamſi ſit quantitatiuum, nihil refert, quia adhuc locus eſt dicto ſtatuto Ferrariæ, quod ligat etiam extra territorium, vt ad rem inquit Rim.Iun. *conſ.*11.*n.*22.

Nec obſtat iuſſio teſtatoris de ſoluendo tali legato ſub pœna caducitatis, quia quando teſtator aliquid præcipit, quod de iure non tenet, licèt apponat pœnam, tamen ſpreto præcepto non ſoluens pœnam non incurrit,
16 latè Peregr. *de fideicomm. art.*35. *num.*6. *in fin.* Surd. *conſ.* 215.*num.*4. ſiquidem vbi de incapacibus loquimur, ordinatio teſtatoris nihil poteſt. Peregr. *de fideicomm. art.*11. *n.*67. *in fin.* Fuſar. *q.*296.*n.*45.

Minùs obſtat hæredem fuiſſe inſtitutum ſub conditione ſi ſoluerit dictum legatum; nam id nihil nocet, non enim propter hoc inſtitutio redditur conditionalis, cùm onus conditionale imponatur hæredi poſt emolumentum hæreditatis quæſitum virtute aditionis, quoniam legatum erat ſoluendum in fine anni, & quolibet anno, eo quòd ſit annuum, & propterea onus huiuſmodi non
17 conditionis, ſed modi naturam ſeruat. Peregr. *d. art.*11. *num.*130. & ideò reiecto modo à iure improbato, ſuſtinetur inſtitutio. Peregr. *d.art.*33.*num.*63. & *conſ.*34. *n.*3.
18 *lib.*5. Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.*503. *num.*27. ſed eſto, quòd etiam conditio efficeret inſtitutionem conditionalem, tamen conditio ſperni poteſt, quia mulier legati incapax, neque poteſt causâ conditionis implendæ vllo modo ca- 19
pere. Carp. *ad ſtat. Mediol c.*295.*n.*91.*part.*1.

His ſtantibus hæres iſte immunis eſt à præſtatione huiuſmodi legatorum, adeo vt neque in foro conſcien- 20
tiæ ad ea teneatur, nec ipſa valeat ea retinere. Carpan. *d. cap.*295. *num.*194.195. Abſoluendus eſt ergo hæres ab omni moleſtia, & legata debent pronunciari inualida. Et ita, &c.

---

## CAPVT XCII.

### Epitome.

Venditor de euictione non tenetur, ſi res vendita confiſcetur, & in multis aliis caſibus.

### SVMMARIVM.

1 *Dictio,* dummodo, *importat conditionem.*
2 *Gratia eſt in primis iuſtificanda.*
3 *Litteræ Apoſtolicæ ſunt verificandæ.*
4 *Narratiua, quæ eſt fundamentum gratiæ, eſt iuſtificanda.*
5 *Venditio transfert dominium.*
6 *Dominium probatur emptione.*
7 *Affrancatio facit rem, quæ erat feudalis, liberam.*
8 *Affrancatione ſequuta libera dicitur venditio.*
9 *Feudum francatione extinguitur.*
10 *Francare quid ſit.*
11 *Allodialia quid ſint.*
12 *Allodialia præſumuntur bona.*
13 *Mutato rerum ſtatu mutatur iuris diſpoſitio.*
14 *Euictio debetur emptori, etiamſi non ſit promiſſa.*
15 *Dominus tenetur vaſſallo de euictione.*
16 *Venditor tenetur rem liberam tradere.*
17 *Venditor tenetur defendere emptorem ab omni moleſtia.*
18 *Euictioni non eſt locus, niſi facta denunciatione, & quando.*
19 *Emptori de facto expulſo non datur euictio, niſi facta denunciatione.*
20 *Emptor tenetur appellare euicta ſibi re vendita.*
21 *Denunciatio non neceſſaria vbi conſtat de iuſtitia euincentis.*
22 *Euictio promiſſa pro facto ſuo tantùm quid comprehendat.*
23 *Promittens de euictione pro facto ſuo tantùm, tenetur etiam pro facto ſui auctoris.*
24 *Euictione qui non tenetur, tamen pretium debet reſtituere.*
25 *Euictio non debetur, niſi ex cauſa præcedente venditionem.*
26 *Euictio non debetur ei, qui facto, vel culpa ſua eam patitur.*
27 *Euictio non datur abſenti, vel contumaci.*
28 *Euictio non datur, quando prouenit ex natura rei.*
29 *Iuſtitia vnicuique ius ſuum tribuit.*
30 *Euictio non competit, ſi imperitiâ, vel dolo iudicis res euincatur.*
31 *Euictio non datur, ſi facto Principis ſequatur.*
32 *Principis factum cenſetur caſus fortuitus.*
33 *Feuda alienari poſſunt ſecundum conſuetudinem Mantuanam.*
34 *Conſuetudo notoria eſt probanda.*
35 *Feuda tranſitoria ad extraneos tranſeunt in fiſcum.*
36 *Feudum an tranſeat ad dominum, vel fiſcum publicatis vaſſalli bonis.*
37 *Feudum aperitur domino confiſcatis vaſſalli bonis.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa euictionis bonorum magni momenti mota à Perill. D. Theobaldo Scopolo de Hyppolitis contra Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Vicentium Agnellum de Suadis Epiſcopum Mantuæ mihi commiſſa à Sanctitate Vrbani VIII. P. M. vt in Breui Apoſtolico, dato ſub die 13. Martij 1626. ſciendum eſt, quòd de anno 1339. & 1481. ac 1485. DD. Hyppolitus, Franciſcus, Mattheus, Federicus, & Theobaldus de Hyppolitis obtinuerunt ab Epiſcopatu Mantuæ multa bona, & poſſeſſiones, & etiam iuriſdictiones in territorio Suzzariæ in feudum honorificum pro ſe, & eorum hæredibus, & legitimis deſcendentibus. De anno autem 1604. D. Theobaldus modernus obtinuit à dicto Epiſcopatu vnum prædium bubulcarum 87. in feudum ſimile. Cùm autem à Pontificibus Sixto IV. & Alexandro VI. fuiſſet conceſſum Epiſcopis Mantuæ vt feuda prædicta antiquiora poſſent francari, & liberari à feudatariis certo pretio, quod poſtea conuerteretur in emptionem ſtabilium pro menſa Epiſcopali Mantuæ, prædicti de Hyppolitis francauerunt feuda prædicta, excepto illo de anno 1604. conceſſo, quia tunc temporis non erat apud eos. Bona autem francata poſſederunt per longiſſimum temporis ſpatium hæredes, & ſucceſſores dicti de Hyppolitis, & denique dictus D. Theobaldus, qui poſtea cum ſe tranſtuliſſet Romam abſque licẽtia Sereniſſimi illius Ducis aduerſùs proclamata Ducalia, fuit de anno 1623. inquiſitus, & eius bona confiſcata, & ſub die 15. Maij 1624. ad inſtantiam Ducalis Cameræ fuerunt ſequeſtrata. Vnde ipſe prætendens quòd dictus D. Epiſcopus teneretur eum defendere à dicta moleſtia reſpectu bonorum francatorum, & feudalium, habuit recurſum ad ſummum Pontificem, qui cauſam commiſit. Quæritur quid iuris.

Vnde in primis animaduertendum eſt, quòd hic non eſt quærendum de illis bonis in feudum conceſſis ab anno 1604. quia cum ſint feudalia adhuc, nullam de eis habeo cognitionem, aut iuriſdictionem, quia in Breui Apoſtolico, vbi cauſa contra dictum D. Epiſcopum mihi committitur, adeſt clauſula, *Dummodo bona non ſint feudalia*; quæ ſanè conditionem importat ob dictio-
1 nem illam, *Dummodo*, vt apud Seraph. *deciſ.*1122. *numer.*2. Ludouiſ. *deciſ.*311. *numer.*12. Giouagn. *conſil.*21. *num.*5. *lib.*2. & propterea verificandum eſt bona eſſe libera, nam dato etiam, quòd illa dictio, *dummodo*, non conditionem, ſed modum importaret, nihil intereſt, quia vtroque caſu iuſtificanda ſunt narrata ab eo, qui ſe fundat in gratia. Mart. *clauſ.*34. *numer.*2. *part.*1. latè
2 Marcheſ. *de commiſſion. appell.in cauſ.penſ.part.*1.§.1.*n.*31. *fol.*490. vnde de bonis feudalibus hic non eſt tractandum.

Et propterea dictus D. Theobaldus benè fecit producendo multa inſtrumenta, quibus apparet anteceſſores eius prædicta bona affrancaſſe, & ſibi appropriaſſe ſoluto pretio Epiſcopo tunc temporis exiſtenti, de euictioneque promittenti pro dato, & facto ſuo, provt narrauit Pontifici, cui etiam in precibus ſubiunxit non leue commiſſionis incentiuum, quòd ſcilicet ipſe Orator certam dictorum bonorum portionem aſſignaſſet pro fundando vno beneficio Eccleſiaſtico, quod adimpleuiſſe, & verè aſſignaſſe probandum erat, quia Pontifex hanc putauit eſſe cauſam beneficialem, & vti talem commiſit, litteræ enim apoſtolicæ ſunt iuſtificandæ, & narratiua gratiæ debet verificari in his, quæ mouerunt Prin-
3 cipem ad eam concedendam. Seraph. *deciſ.*870.*num.*1.& *deciſ.*1400. *num.*1. Gratian. *diſc.*566. *num.*13. Rota *diuerſ. deciſ.*176. *num.*4. *part.*1. Garz. *tract.de benef.part.*1. *cap.*5. *num.*477. vbi ſæpiùs inquit deciſum fuiſſe, plenè verificandam eſſe narratiuam, quæ eſt fundamentum gratiæ, provt hic euenit, vbi Pontifex mandauit procedendum eſſe provt in cauſis beneficialibus, quod non 4
dixiſſet, ſi non credidiſſet bona prædicta eſſe verè, vel inchoatiuè beneficium, alioquin cauſę pertinentes ad forum ſæculare paſſim traherentur ad forum Eccleſiæ, quod magnam gigneret perturbationem, & hoc ſolùm poteſt ſufficere dicto D. Epiſcopo ad obtinendam abſolutionem.

Verùm ſperato etiam hoc puncto, adhuc D. Theobaldus videtur eſſe in magno periculo, bona enim eius tanquam libera potuerunt confiſcari, & ad Epiſcopum non pertinet ex hoc capite defenſio, quoniam cùm auctores, & anteceſſores emerint dicta bona feudalia, & eorum directum dominium à menſa Epiſcopali pretio inter eos conuento, ipſi facti ſunt dictorum bonorum veri domini, cùm venditio transferat dominium in emptorem, quod venditione ſatis probatur, maximè iuncta bona fide, & longa poſſeſſione, *l.cùm res, C.de probat.l.Titia,* 5
*ff.de ſolut.* Menoch. *conſ.*361. *num.*38. Maſcard. *de pro-* 6
*bat.concl.*612.*num.*3.4. Ludouiſ. *deciſ.*133.*num.*1. Manent. *conſ.*128.*n.*7. adeo vt ob talem affrancationem dicti DD. Hyppoliti non ſint amplius Eccleſiæ feudatarij, quia ſic francando in perpetuum liberãtur. Alciat. *conſ.*7.*n.*9.*verſ.* 7
*ſecundum,lib.*1. Mantic. *de tac.& amb.conuent.lib.*22.*tit.*10. *num.*20.*in fin.* ad rem Burſat. *conſ.*255. *num.*8. *lib.*3. Menoch. *conſ.*1186.*num.*5.6. *lib.*12. Gratian. *diſc.*477. *n.*16. *verſ.quibus*; ſequuta enim affrancatione dicitur mera, & libera venditio, & Eccleſia amplius non habet vllum do- 8
minium, quia titulus feudi eſt extinctus, ad textum *in l.* 9
*nec vllam, ff.de pet.hær.* Ceph. *conſ.*703. *n.*15.*& ſeqq.* Crot. *conſ.*72.*num.*42.*lib.*1. Gratian. *diſc.*745.*num.*74.76.77.83. *verſ.& quidquid*, quoniam francare idem eſt, quod liberare. Surd. *deciſ.*198.*num.*27. *ad fin.* & *num.*29. Farin. *deciſ.* 10
586.*num.*8.*part.*1.

Si ergo dicta bona facta ſunt libera, non amplius feudalia, ſed allodialia ſunt dicenda, quia allodium eſt idem, quod liberum, & proprium. Maſcard. *de prob. concl.*79. 11
*num.*2.3. & regulariter etiam bona potius præſumuntur allodialia, adeo vt hæc cenſeatur fortiſſima præſumptio. Maſcard. *d.concl.*79. *num.*5. Surd. *deciſ.*320. *num.*2. Roſental. *tract.de feud.cap.*12.*concl.*15.*num.*46. Giouagn. *con-* 12
*ſil.*16.*num.*98.& *conſ.*25.*num.*18.*lib.*2. Farin. *deciſ.*500.*n.*1. *part.*1. Cyriac. *contr.*145.*num.*8. *part.*1. & ideò tanquam bona allodialia D. Theobaldi non gaudẽt amplius priuilegiis Eccleſiæ, quia mutato rerum ſtatu mutatur iuris diſpoſitio, *l.quod.Seruius*, vbi gl. & Bald. *ff.de cond.ob cauſ.* 13
*l.continuus,§ cùm quis,de verb.oblig.* Crau. *conſil.*680.*n.*15. Oſaſch. *deciſ.*91.*num.*2. Surd. *deciſ.*236. *num.*13. Seraph. *deciſ.*1415.*n.*7. Vnde nihil fuit impedimento, quin potuerint confiſcari à Principe ſæculari, cuius dictus D. Theobaldus erat ſubditus.

Sed videamus, vnde dictus D. Theobaldus ſumat fũdamentum ſuæ intentionis. Nam ſi id licet capere à petitione, videtur ſe fundare in eo, quòd in affrancatione dictorum bonorum pro parte Epiſcopi illius temporis pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis fuit promiſſum de euictione prędictorum bonorum, ad quam venditor ex natura contractus tenetur, etiamſi in venditione non fuerit promiſſa, ad textum *in l.non dubitatur*, vbi Bald. & DD. *C.de euict.* 14
Proſp. Caballin. *tract.de euict.*§ 4.*num.*1. Decian. *conſ.*18. *n.*29.*lib.*2. Surd. *deciſ.*208.*n.*11. Maſtrill. *deciſ.*28.*n.*1. Farin. *deciſ.*40.*n.*20.*lib.*1. Ludouiſ. *deciſ.*25. *n.*3.& *deciſ.*90. *n.*10. quod procedit etiam in feudis, in quibus Dominus tene- 15
tur vaſſallo de euictione. Surd. *deciſ.*290.*n.*16. Roſental. *de feud.cap.*8.*concl.*29.*n.*2.3. & *cap.*10.*concl.*11.*num.*27. immò venditor tenetur rem liberam tradere, & defendere 16
emptorem à quacumque moleſtia etiam reſpectu poſſeſſionis propriis expenſis, ad textum *in l. ſuo victu, ff. de* 17
*oper.libert.l.ſtipulationes,§.Celſus,de verb.oblig.* pulchrè Io. de Anan. *conſ.*31.*num.*4. Natt. *conſ.*32.*num.*1. Surd. *deciſ.*32. *num.*6. Maſtrill. *deciſ.*287.*num.*69. ideò videtur, quod dictus D. Epiſcopus teneatur defendere dictum D. Theobaldum à moleſtia ſibi illata à fiſco.

Verùm

Verùm in caſu noſtro id non poſſe allegari videtur ex
multis; & primò quia ceſſat euictio, quando non eſt facta
18 litis, & moleſtiæ denunciatio, quæ eſt neceſſaria, ad tex-
tum *in l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. cap. fin. de empt. &
vend.* Caballin. *de euict.* §. 3. *num.* 4. Maſtrill. *deciſ.* 189.
*num.* 21. & *deciſ.* 304. *num.* 1. Farin. *deciſ.* 589. *num.* 6. 7. *p.* 1.
Roſental. *de feud. cap.* 8. *concl.* 30. *num.* 4. 5. 6. qui idem
eſſe in feudis ſcribit: quod adeo verum eſt, vt procedat
etiam in euictione extraiudiciali, vel de facto, quia em-
19 ptor expulſus de facto non agit de euictione, niſi fecerit
notificationem venditori, vt eum defenderet, *l. fin. C. de
act. empt.* Abb. *in cap. fin.* per illum textum, *n.* 5. *de empt.
& vend.* in tantùm, quod emptor tenetur etiam appel-
20 lare, & proſequi. Alex. *conſ.* 117. *num.* 3. *lib.* 7. Caballin. *d.
tract.* §. 3. *num.* 10. Sed dictus D. Theobaldus nihil horum
fecit, ergo nihil prætendere poteſt, niſi probet iuſtitiam
21 cauſæ rem venditam euincentis. Surd. *deciſ.* 33. *num.* 9.
quod non fecit.

Secundò pro parte dicti D. Epiſcopi non fuit permiſſa
euictio abſolutè, ſed tantum pro dato, & facto ſuo, quo
caſu ſi euictio ſequatur alia ex cauſa ſine culpa vendito-
ris, ceſſat beneficium, quod habet emptor re euicta, ad
22 textum *in l. 2. ff de hær. vel act. vend.* Dec. *conſ.* 492. *num.* 1.
*verſ. non obſtat*, & *num.* 6. Surd. *conſ.* 36. *num.* 2. Caballin. *d.
tract.* §. 5. *num.* 42. hic autem euictio manauit ex facto
alieno, vt in actis, ergo, &c. Et licèt verum ſit, quòd pro-
mittens de euictione pro facto ſuo tantùm, tamen tenetur
23 etiam pro facto ſui authoris, Surd. *conſ.* 36. *n.* 16. *verſ. ſe-
cundò.* Marth. *clauſ.* 194. *n.* 1. 2. *part.* 1. non tamen id refert,
quia præſens euictio non eſt ſequuta ob factum ante-
ceſſorum dicti D. Epiſcopi. Benè verum eſt, quod de
euictione promittens pro facto ſuo tantùm, licèt non te-
neatur de euictione pro facto alieno, tamen ea ſequuta
24 tenetur ad pretij reſtitutionem. Bald. *in d. l. non dubitatur*,
*num.* 1. vbi etiam gl. *C. de euict.* Caballin. *d. tract.* §. 5.
*num.* 25. 26. Surd. *conſ.* 36. *num.* 22. Gratian. *diſc. for. c.* 234.
*num.* 5. 9. *lib.* 2. & *cap.* 566. *num.* 3. Farin. *deciſ.* 525. *num.* 8.
*part.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 240. *num.* 6. 16. & *deciſ.* 28. *c.* 12. *verſ.
item non obſtat*; tamen id non petit dictus D. Theobaldus,
& ſi peteret, nihil ei prodeſſet ex infraſcriptis, quæ in
propoſito efficiunt, vt neque venditor teneatur ad pretij
reſtitutionem.

Tertiò igitur dicas venditorem non teneri de euictio-
ne, nec ad pretij reſtitutionem, niſi ex cauſa anteceden-
te contractum; futurus enim caſus poſt venditionem
25 ſpectat ad emptorem, vt pulchrè habetur *in l. 3. & l. Lu-
cius, ff. de euict. l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* Decian.
*conſ.* 492. *num.* 8. Gaſpard. Caballin. *de euiction.* §. 5. *num.* 23.
Gratian. *diſc.* 520. *num.* 22. Giouagn. *conſ.* 98. *num.* 19. *lib.* 1.
Sed præſens euictio nata eſt ex cauſa ſubſequente ven-
ditionem, eo quòd D. Theobaldus tranſtulerit lares à
Mantua abſque licentia Ducis, aduerſus proclamata Du-
calia, propter quod bona ei fuerunt confiſcata: ergo
venditor ad nihilum tenetur.

Quartò non eſt locus prætenſis per dictum D. Theobal-
dum, quia euictio nunquam præſtatur à venditore, quan-
do ſequitur culpâ, vel facto eius, qui eam patitur, ad tex-
26 tum *in l. iam hoc iure*, vbi gl. *ff. de euict.* Caballin. *d. tract.*
§. 5. *num.* 42. 75. Surd. *deciſ.* 208. *num.* 17. Peregr. *conſ.* 93.
*num.* 12. *lib.* 1. Tuſch. *littera E, concl.* 367. *num.* 16. Manent.
*deciſ.* 12. *num.* 26. *deciſ.* 13. *num.* 27. & *deciſ.* 24. *num.* 2. Ma-
ſtrill. *deciſ.* 304. *num.* 2. Cyriac. *contr.* 191. *n.* 3. & *contr.* 197.
*num.* 1. *part.* 1. Roſental. *de feud. cap.* 8. *concl.* 31. *num.* 5. qui
loquitur in feudis; ſed hîc euictio nata eſt ex facto ipſius
D. Theobaldi aliò domicilium transferentis: ergo ceſſat
euictio.

Quintò emptor non poteſt agere de euictione, vel ad
pretium, quando fuit condemnatus propter ſuam abſen-
tiam, vel contumaciam, vt probatur per textum *in l. 1.*
27 *in fin. C. de peric. & comm. rei vend.* Bald. *conſ.* 460. *num.* 3.
*lib.* 4. Tuſch. *littera F, concl.* 367. *num.* 1. Roſental. *d. tract.
cap.* 8. *concl.* 31. *num.* 2. qui loquitur etiam in feudis, ſed
D. Theobaldus abſens, & propter abſentiam fuit con-
demnatus: ergo, &c.

Sextò non poteſt D. Theobaldus agere de euictione
ad rem, vel pretium, quia in hoc caſu ea prouenit ex na-
tura rei; tunc enim venditor ad eam non eſt obligatus,
ad tradita per DD. *in l. qui Romæ, §. duo fratres*, vbi Crot. 28
*n.* 78. *ff. d. verb. oblig.* gl. *in l. ſi familiæ*, vbi Bald. *n.* 2. *C fam. er-
ciſc.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 34. Alex. *conſ.* 21. *n.* 6.
*lib.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 211. *num.* 2. *part.* 1. Manent. *deciſ.* 13.
*n.* 71. 72. Seraph. *deciſ.* 468. *n.* 1 Tuſch, *littera E, concl.* 367.
*num.* 18. hic enim euictio prouenit ex natura rei, quia
bona confiſcata affrancatione facta fuerunt confiſcabi-
lia, ſicut bona propria, quoniam vidimus non eſſe am-
pliùs feudalia, ſed allodialia, propter quod nil vetat, quin
poſſint confiſcari, ſicut cætera bona.

Septimò poſſumus contra D. Theobaldum tali vti di-
lemmate; nam aut bona prædicta ob tranſlationem la-
rium fuerunt ritè, & iuſtè confiſcata, & ipſi D. Theobal-
do iuridicè ablata, eo quòd verè ſint confiſcabilia, & hoc
caſu ipſe non habet, de quo doleat, neque contra Epiſco-
pum qui nullam dedit huic rei cauſam, & à quo, ſicut
ab eius anteceſſoribus originem trahit, quod enim iuſtum
eſt, non dat cauſam dolendi, quia ſuum vnicuique tri-
buit, *§. iuriſd. Inſt. de iuſt. & iur.* Aut confiſcatio fuit iniu- 29
ſta, & potius de facto, quàm de iure: & tunc aut iniuſti-
tia prouenit à iudice, aut à Principe. Si à Iudice, prædi-
ctus Dominus Epiſcopus de euictione non tenetur, quia
quando res euincitur per Iudicis imperitiam, aut do-
lum, non datur euictio emptori contra venditorem, nec
vaſſallo contra dominum. Bald. *d. conſ.* 460. *num.* 3. Tuſch. 30
*litt. E, concl.* 367. *num.* 1. Caballin. *de euict.* §. 5. *num.* 8. Ro-
ſental. *de feud. cap.* 8. *quæſt.* 31. *n.* 3. ſi verò iniuſtitia proue-
nit à Principe, ſimiliter Epiſcopus non tenetur ad
quidquam, quia ſi euictio ſequatur ex facto Principis
ſine culpa venditoris, nulla emptori datur actio de eui-
ctione, nec ratione intereſſe, nec pretij, ad textum *in d. leg.*
*Lucius, ff. de action.* Caballin. *d. tract. de euict.* §. 5. *num.* 56. 31
Natt. *conſ.* 181. *num.* 4. Puteus *deciſ.* 381. *num.* 2. *lib.* 3. Grat.
*diſc.* 520. *n.* 23. Tuſch. *d. litt. E, concl.* 367. *n.* 9. factum enim
Principis cenſetur caſus fortuitus, cui non licet reſiſte-
re, *l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de leg.* 1. Gratian. *d. diſc.* 520. 32
*num.* 23. Tuſch. *d. concl.* 367. *n.* 9. Ergo non eſt locus eui-
ctioni prætenſæ.

Denique eſto etiam, quod bona prædicta eſſent feu-
dalia dicti D. Epiſcopi, adhuc dicendum eſt non eſſe lo-
cum euictioni petitæ; ſiquidem ſecundum conſuetudi-
nem Mantuanam feuda tranſeunt ad extraneos, & poſ-
ſunt alienari etiam in præiudicium vocatorum. Cyriac. 33
*contr.* 145. *num.* 20. *in fin. part.* 1. Giouagn. *conſ.* 45. *num.* 10.
*lib.* 2. vbi inquit etiam talem conſuetudinem ita eſſe no-
toriam, vt non indigeat probatione, ſed ſic eſt, quod bo-
na feudalia, vel emphyteutica ad extraneos tranſitoria
in fiſcum quoque tranſeunt in perpetuum: latè Pe- 34
regr. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 70. 71. Farin. *in prax. q.* 25.
*num.* 71. *verſ. unde ſecus.* Roſental. *de feud. capit.* 11. *concl.* 12. 35
*num.* 1. 3. 4. Si ergo bona prædicta poſſent confiſcari,
etiamſi feudalia eſſent, quantò magis nunc, vbi ſunt facta
allodialia. *Auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccl.* ſed de hoc
eſſet pleniùs cogitandum.

Et ſanè cùm teſtes D. Theobaldi dicant bona prædicta
fuiſſe confiſcata, quia ipſe Romam ſe contulit abſque li-
centia dicti D. Ducis, hoc non erat delictum, propter
quod Epiſcopus poſſet feudum confiſcare, non enim erat
crimen feudale, & propterea licitè Princeps ſæcularis po-
tuit illud fiſco ſuo appropriare, & publicare ſecundùm 36
formam eius proclamatum. Ita Clar. *in §. feudum, quæſt.* 84.
*n.* 1. *verſ. aut non erat*, quem ſequitur Tuſch. *lit. F, concl.* 211.
*n.* 4. *verſ. ſi verò.* Et ideo ſi Princeps poterat confiſcare
tale feudum, quantò magis id ei licebit poſt affrancatio-
nem, qua finitur eſſe feudum, & incipit eſſe allodium: ſed
circa confiſcationem fortè alibi meliùs.

Verùm dato etiam, quòd in generali confiſcatione
bonorum



bonorum dictus Princeps non potuiſſet confiſcare tale
feudum, tamen D. Theobaldus non poteſt agere de eui-
ctione, quia tunc cum ſit hæreditarium, ad fiſcum non
pertinet, ſed domino directo aperitur. Mozz. *de feud.*
37 *tit. de ſubſt. feud. numer.* 98. *in fin.* Crau. *conſ.* 128. *in fin.*
Tuſch. *d. concluſ.* 211. *numer.* 2. Roſental. *d. cap.* 11. *con-
cluſ.* 12. *numero* 14. Ergo tantùm abeſt, vt D. Theobal-
dus de euictione agere poſſit, quod potiùs Epiſcopus
ſibi ius delatum eſſe poſſit allegare, & propterea non
poteſt cogi ad aliquam defenſionem D. Theobaldi. Qui-
bus ego permotus à petitis abſolui dictum D. Epiſco-
pum.

---

## CAPVT XCIII.

### EPITOME.

Fideicommiſſarius tenetur ſtare colono, ſicut
etiam Prælatus non poteſt infringere loca-
tionem prædeceſſoris, & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Veritas non conſiſtit in multiloquio.*
2 *Hæres tenetur ſtare locationi factæ à defuncto.*
3 *Fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur ſtare locationi fa-
ctæ à grauato.*
4 *Opinio Doctorum relata vltimo loco cenſetur à referente
approbata.*
5 *Locatio facta ab eis, qui liberam habent adminiſtratio-
nem, habenda eſt rata etiam ab eorum ſucceſſore.*
6 *Locationi ſtare tenetur fideicommiſſarius vſque ad fi-
nem.*
7 *Locatio ad nouem annos dicitur ad modicum tempus.*
8 *Locatio ad decem annos dicitur ad longum tempus.*
9 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, ſi ei velit
præſtare intereſſe.*
10 *Locationi ſtare tenetur redimens rem venditam cum pacto
retrouendendi.*
11 *Singularis ſucceſſor tenetur ſtare colono, ſaltem pro anno
incepto.*
12 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare colono.*
13 *Conductor non tenetur perſeuerare in locatione facta à
beneficiato, eo mortuo.*
14 *Locatio Prælati quando tranſeat etiam in ſucceſſo-
rem.*
15 *Locationi factæ ſucceſſor ſtare tenetur pro anno ince-
pto.*
16 *Succeſſor non tenetur compenſare anticipatas ſolutiones
à colono factas.*
17 *Conductor non poteſt reſilire à locatione pro primo anno,
mortuo beneficiato.*
18 *Prædo quoque manutenendus eſt.*
19 *Poſſeſſio etiam iniuſta impedit poſſeſſionem.*
20 *Immiſſio non eſt danda fideicommiſſario, non citato poſ-
ſeſſore.*
21 *Fideicommiſſarius non poteſt ingredi poſſeſſionem alio poſ-
ſidente.*
22 *Conductor habet iuſtam cauſam retinendi rem locatam
ante finitum tempus locationis.*
23 *Fideicommiſſarius poteſt ſolum nanciſci poſſeſſionem bono-
rum, quæ grauatus poſſidebat tempore mortis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vita ſua, & dum ſanus eſſet Excellentiſſimus D.
Coſmus ab Auſtria locauit D. Octauiano Carzolario
quamdam ſuam poſſeſſionem nuncupatam, *la Grilinzo-
na*, pro pretio inter eos conuento, vt ex inſtrumento
deſuper confecto: eo defuncto Excellentiſſimus D. Sy-
rus Auſtriacus Corrigij Princeps, & illius frater, ac
etiam hæres vniuerſalis, ad quem etiam eiuſdem D. Coſ-
mi bona deuoluebantur ex fideicommiſſo antiquo, &
paterno, etiam prætendebat finitam eſſe locationem, &
ei ſtare recuſabat. Vnde requiſitus de mea ſententia pro
parte dicti Carzolarij, cùm veritas non conſiſtat in mul-
tiloquio, Rol. *conſ.* 39. *num.* 1. 2. *lib.* 2. dico dictum Princi- 1
pem teneri ſtare dictæ locationi bona fide factæ, & ean-
dem præſtare patientiam, quam defunctus ſufferre tene-
batur.

Nam ſi velit conſiderari vt hæres, cum debeat ratum
habere factum defuncti, nec illi poſſit contrauenire, cer-
tum eſt teneri etiam ſtare dictæ locationi, *ex l. quæ à pa-
tre, C. de reſt. mil. l. ſi parentes, C. de euict. §. aliqui verò, Auth.* 2
*de iureiur à mor. præſt.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 346. *num.* 9. *part.* 4.
ad rem Tuſch. *pract. concl. littera L, concl.* 418. *num.* 85.
Curt. Iun. *conſ.* 220. *num.* 57. Bonacin. *de contract. diſp.* 3.
*quæſt.* 7. *p. vlt. n.* 4. *verſ. ſecus.*

Sin malit dictus Princeps niti fideicommiſſo pater-
no, vel antiquo, per quod certum eſt tribui ſucceſſio-
nem vniuerſalem, adhuc tenetur dictæ locationi ſtare,
eo quòd ſit bona fide facta, & ad modicum tempus, vt
bene dixit Rayn. de Forl. *in l. poſtulante, §.* 1. *num.* 4. & ibi 3
Alex. *ff. ad Trebell.* Dec. *conſ.* 667. *num.* 5. Ruin. *conſ.* 148.
*num.* 11. *lib.* 1. Curt. Iun. *conſ.* 336. *num.* 6. *& ſeqq.* Redoan. *de
reb. Eccl. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 13. *n.* 2. *ad fin.* Vinc. Carroc.
*tract. de locat. part.* 2. *tit. de poſſeſſ. maior. quæſt.* 1. *num.* 1. vbi
de communi, & *num.* 10. & *part.* 4. *tit. de ſucceſſ. quæſt.* 10.
*num.* 1. latè Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 96. *verſ. ſed certè*,
& *num.* 97. 98. 101. *verſ. itaque.* Craſſ. *de ſucceſſ. lib.* 1. *§. fidei-
commiſſum, quæſt.* 59. *n.* 1. Borgn. *deciſ.* 25. *num.* 2. *verſ. nam te-
netur, part.* 2. latè Odd. *de prohib. alien. & fideicomm. q.* 20.
*art.* 8. *num.* 140. 141. 142. vbi de communi: videndus Barr.
Scapucin. *tract. de ſing. ſucceſſ. ampl.* 3. *num.* 10. 11. multos
allegat, & ſe ita conſuluiſſe inquit Fuſar. *tract. de fidei-
comm. ſubſt. quæſt.* 526. *num.* 1. 3. & idem ſentire videtur
Nicol. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 65. quia hanc
opinionem approbare videtur, quia eam vltimo loco re-
fert, & collocat, ad tradita per Bald. *in Auth. ex teſtamento*, 4
*num.* 10. *C. de collat.* Aret. *in § item pretium, num.* 3. *Inſt. de
empt. & vend.*

Neque de hoc mirandum eſt, quia dictus D. Coſmus
liberam habebat dictorum bonorum ſic locatorum ad-
miniſtrationem, vnde licet ius eius eſſet morte finiturum,
locatio tamen ſine fraude facta etiam illo mortuo durat,
hoc enim regulare eſt in omnibus liberam adminiſtra-
tionem habentibus, adeò vt ceſſante etiam eorum offi-
cio, vel iure, duret locatio ab eis facta, vt in multis ſimi- 5
libus tradunt Rol. *conſ.* 49. *num.* 3. 4. 5. *& ſeqq. lib.* 2. Surd.
*deciſ.* 299. *per totum*, latè Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quæſt.* 56.
*num.* 3. 4. Stafil. Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1.
*n.* 14. 20 & latè *deciſ.* 106. *n.* 1. 2. Borgn. *d. deciſ.* 25. *num.* 2.
*part.* 2. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *part. vlt. num.* 7.
*verſ. hinc patet*; quæ adeò vera ſunt, vt dictus Princeps
teneatur ſtare dictæ locationi non ſolùm primo anno, ſed
etiam integraliter pro tota locatione. Pacific. *d. deciſ.* 106. 6
*num.* 10. *verſ. quoniam*, & in his terminis loquuntur omnes
alij ſuperiùs citati.

Et cùm præſens locatio fuerit facta ad ſeptem annos,
non eſt dubium, quin dicatur ad modicum tempus in re-
bus prophanis, in quibus ſemper dicitur modicum tem-
pus vſque ad nouennium. Didac. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 1. 7
Alex. *conſ.* 4. *num.* 5. *verſ. provt eſt, lib.* 5. Carroc. *d. tract. p.* 2.
*tit. de locat. ad long. temp. quæſt.* 1. *num.* 12. vbi de communi,
& *num.* 13. Odd. *d. quæſt.* 20. *n.* 83. Fuſar. *d. tract. quæſt.* 525.
*num.* 5. *verſ. locatio autem*, niſi tamen diceretur de nouen-
nio in nouennium. Carroc. *d. loco.* Nam incipit eſſe ad lon-
gum tempus, ſi perueniat, & comprehendat decem an- 8
nos. Craſſ. *d. quæſt.* 59. *n.* 2. latè Carroc. *d. quæſt.* 1. *n.* 2. *verſ.
contraria*, & *num.* 5. Aluar. Valaſc. *conſ.* 76. *num.* 2. *part.* 1.
Fuſar.

Fuſar. d. quæſt. 525. numer. 5. Franc. Cald. de iur. emph. lib. 1.
quæſt. 16. num. 7.

Benè verum eſt, quòd fideicommiſſarius, & ſimiles
ſucceſſores non tenentur præciſè ſtare locationi, ſed cau-
ſatiuè tantùm, & propterea ſi dictus Princeps mallet eli-
gere præſtare conductori omne intereſſe, & lucrum, &
damnum, quod poteſt ſentire integra locatione effectum
non ſortiente, vtique non teneretur ſtare locationi: ita
9 ſentiunt Peregr. de fideicom. d. art. 40. num. 105. Barth. Sca-
pucin. d. amp. 3. n. 13. Surd. conſ. 331. n. 18. & n. 21. Valaſc.
conſ. 76. num. 5.

Non eſt igitur poſſibile infringere hanc locationem,
niſi prædicto modo, cui in fortioribus tenetur etiam ſta-
re, qui rem cum pacto retrouendendi certo non præfixo
10 termino venditam redimit, & recuperat. Rol. conſ. 49.
num. 3. lib. 2. latè Mar. Giurb. in conſuet. Meſſan. part. 1.
cap. 10. gl. 10. 14. Verùm etiam in rebus deperditis hoc
non videtur poſſe denegari, quin locatio duret ſaltem
pro incepto anno, cum iam terræ ſatæ ſint, & labore-
rium fuerit cœptum, immo fructus de proximo colli-
11 gendi ſint, quia res amplius non eſt integra: ad rem Ca-
cher. deciſ. 82. num. 10. pulchrè, & latè dictus Statil. Paci-
fic. deciſ. 107. num. 7. Borgn. deciſ. 44. num. 24. part. 1. March.
deciſ. 196. part. 2. Ricc. in prax. reſol. 97. num. 5. perbellè Bo-
nac. d. quæſt. 7. punct. vlt. n. 6. verſ. reſpondeo negatiuè, & n. 10.
verſ. hæc doctrina.

Nam in ſimili habemus clarum exemplum, quia cer-
tum eſt in iure, Prælatum, aut Rectorem ſuccedentem in
beneficio non teneri ſtare locationi prædeceſſoris, & co-
lonum ab eo poſitum expelli poſſe, quia ſucceſſor non
tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, etiam ad modicum
tempus factæ. Gloſſa in cap. vlt. & ibi Abb. ne Præl. vic.
12 ſuas. Soc. conſ. 34. numer. 4. lib. 3. Couar. var. reſol. lib. 2.
cap. 15. num. 6. verſ. ſecundum. Redoan. de rebus Eccleſ. non
alien. quæſt. 5. an, & quomodo ex alien. & fact. prædec. ten. ſuc-
ceſſ. §. ſed an contractus, num. 5. Pariſ. de reſign. lib. 1. quæſt. 16.
num. 47. 48. Quarant. verb. alienatio, num. 19. Put. dec. 171.
num. 1. lib. 1. Tuſch. littera L, concluſ. 419. num. 1. 2. 3. Mo-
hed. deciſ. 271. in fin. Gratian. diſc. for. lib. 4. cap. 606.
num. 1. & ſeqq. Ricc. in prax. reſol. 97. num. 2. Bonac. de
contract. diſp. 3. quæſt. 7. part. vlt. num. 10. verſ. reſpondeo ſe-
cundò: latè Aug. Barboſ. de off. Epiſc. part. 3. alleg. 94.
num. 1. vbi infinitos congerit, adeò vt neque ipſe colo-
nus, ſed conductor teneatur perſeuerare in locatione, ne
13 ad imparia iudicentur. Couar. d. cap. 15. num. 6. verſ. ſe-
cundùm, ibi: quæ quidem. Molin. de primog. Hiſp. cap. 21.
num. 4. Guttier. can. qq. lib. 1. cap. 36. num. 12. Gratian. d.
cap. 606. num. 13. Ricc. d. reſol. 97. numer. 7. Barboſ. d.
alleg. 94. num. 15. Bonacin. d. quæſt. 7. num. 10. verſ. ſecun-
dò. Niſi tamen quatuor concurrentibus, vt ſcilicet loca-
tio fuerit facta à prædeceſſore nomine Eccleſiæ; ſecun-
dò eidem fuerit vtilis; tertiò pecunia ſit conuerſa in vti-
litatem Eccleſiæ; quartò adfuerit ſuperioris authoritas.
14 Nam ſi prædicta interueniant, ſucceſſor tenetur ſtare lo-
cationi. Caualc. deciſ. 44. à num. 23. vſque ad 31. part. 1.
Quarant. d. verb. alienatio, num. 19. verſ. limita in Prælato.
March. dec. 196. num. 4. in fin. part. 2. Gratian. d. cap. 606.
n. 1. Ricc. d. reſol. 97. n. 1. verſ. verùm, & verſ. qui omnes. Bo-
nac. dict. quæſt. 7. num. 10. verſ. reſpondeo primò. Barboſ. d. al-
leg. 94. n. 1.

Ibi autem prædicta non concurrunt; & ſic clarè ver-
ſamur in caſu, vbi ſucceſſor non tenetur ſtare colono, &
conductor poteſt expelli à nouo Prælato, ſeu Rectore, &
ſi inchoatus eſt annus, vel laborerium, & res non eſſet
integra, velut ſi terræ ſatæ eſſent, vel fructus de proximo
colligendi, tunc ſucceſſor ſingularis, qualiſcumque ſit,
vel Rector nouus, tenetur pro eo anno admittere loca-
15 tionem, & ſtare colono. Caualc. d. deciſ. 44. num. 32.
Quarant. d. verb. alienatio, numer. 19. verſ. Item quando.
Olaſch. d. deciſ. 82. num. 10. Ricc. d. reſol. 97. num. 5. Bo-
nac. d. quæſt. 7. num. 10. verſ. hæc doctrina. Barboſ. d. alleg.
94. num. 3. Gratian. d. cap. 606. num. vbi inquit ita reſol-
uiſſe Rotam coram R.P.D. Orano, 24. Ian. 1590. Ideò di-
ctus Princeps tenebitur ſaltem abſque dubio pro præ-
ſenti anno inchoato, vbi fructus ſunt ferè maturi, perſe-
uerare in locatione. Benè verum eſt, quòd ſi conductor
feciſſet anticipatas ſolutiones, ſucceſſor non tenetur eas
facere bonas, & compenſare, etiam pro anno inchoato, 16
quia hoc eſſet nimis præiudicare ſucceſſori ſingulari;
ſed tantùm poterit contra hæredes defuncti proce-
dere pro recuperatione ſolutorum. Caualc. d. deciſ. 44.
num. 9. Quarant. verb. alienatio, num. 19. ad fin. Bonacin.
d. quæſt. 7. num. 10. verſ. tertiò. Gratian. d. cap. 606. num. 11.
Surd. deciſ. 326. num. 79. Barboſ. d. alleg. 94. num. 5. Barth.
Scapuc. de ſing. ſucc. ampl. 16. num. 5. 6.

Ex his omnibus clarum apparere poteſt, quod dictus
Princeps non poteſt dictam locationem infringere, &
caſu, quo non teneretur ſtare colono, tamen pro an-
no inchoato non poteſt reſilire, ſicut nec poſſet ipſe
conductor, qui etiamſi verſaremur in caſu libero, tamen
ratione cœpti anni tenetur continuare, volente ſucceſſo-
re, vt inter eos ſeruetur æqualitas. Quarant. d. verb. alie- 17
natio, num. 19. verſ. & hic caſus, March. d. deciſ. 102. Ricc.
d. reſol. 97. num. 6. Bonacin. d. quæſt. 7. num. 10. verſ. hæc do-
ctrina. Gratian. d. cap. 606. num. 16. Barboſ. d. alleg. 94. n. 3.
in fin.

Vnde licèt ſoleat dici conductorem non poſſidere,
quia dominus ſolum tenetur præſtare patientiam, cum
tamen hic D. Coſmus in inſtrumento locationis iurato
dederit poſſeſſionem rerum locatarum dicto Carzolario
durante locatione, poſſidere dicitur, & debet manute-
neri, quia etiam prædo manutenendus eſt in ſua poſſeſ-
ſione. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 564. Seraph. deciſ. 582. 18
num. 5. & poſſeſſio etiam iniuſta ſufficit ad impediendam
executionem. Crauet. conſ. 978. num. 18. Curt. Iun. conſ. 213. 19
num. 139.

Et ideò non poterat dictus Princeps vigore dicti fi-
deicommiſſi expulſiuè quoad dictum Carzolarium im-
mitti in poſſeſſionem bonorum locatorum, non citato,
nec audito eodem Carzolario, & ſi immiſſus eſſet, de fa-
cto deberet extramitti: latè Peregr. de fideicommiſſ. artic. 20
48. n. 18. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 6. n. 21. 22. 23. 24. 27.
28. vbi probat nec Prætore authore fideicommiſſarium
poſſe ingredi poſſeſſionẽ bonorum fideicommittẽtis, vbi 21
alius poſſidet, adeò vt non ſit digna excuſatio, ſi dicat ſe
hoc ignoraſſe: & maximè quia conductor ſemper habet
iuſtam cauſam retinendi rem locatam, vbi nondum eſt 22
lapſum tempus locationis. Menoch. de recuper. poſſ. rem. 11.
num. 22.

Et tantò magis videbatur repellendus dictus Princeps,
quia non conſtabat de quantitate fideicommiſſi, tùm
quia nondum erat probata rerum identitas, tum quia
non erant factæ deductiones, & ipſe non poterat nan-
ciſci poſſeſſionem niſi bonorum, quæ probaſſet defun- 23
ctum poſſediſſe tempore mortis. Pacific. d. tract. inſpect. 1.
cap. 5. num. 20. & deciſ. 21. num. 1. vnde ſi volumus aliquo
modo ſuſtinere poſſeſſionem dicti Principis, ſolùm dice-
re poſſumus eam habuiſſe effectum ciuilis poſſeſſionis, &
nemini præiudicium generaſſe. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ.
rem. 4. num. 453. 454. 455. vnde cùm negotium tractaretur
cum Principe prudenti, & piiſſimo, ac iuſtitiæ cultore,
deuentum eſt ad accordium, & res tranſactione ſopita
fuit. Et ita, &c.





# CAPVT XCIV.

## EPITOME.

Marito vergente ad inopiam licet vxori petere
dotes ſuas, & impedire creditores,
& quomodo.

## SVMMARIVM.

1 *Mulier viro vergente ad inopiam pro ſua dote poteſt im-
pedire executionem creditorum mariti.*

2 *Vxor quando poſſit repetere dotes viro ad inopiam ver-
gente.*

3 *Inopia exacta viri non requiritur, vt mulier poſſit propter
hoc ſuas dotes petere.*

4 *Marito ad inopiam vergente, & non fideiubente, poteſt
vxor petere dotem aſſecurari.*

5 *Mulier ob viri inopiam poteſt ſolùm tot eius bona habere,
quot pro dote ſufficiant.*

6 *Vxor habet adminiſtrationem dotis ſibi conſignatæ ob viri
inopiam, ſed non eſt eius libera.*

7 *Dos aſſignata mulieri ob inopiam viri, non reuertitur ad
maritum diuitem factum.*

8 *Maritus reuertens ad pinguiorem fortunam an recuperet
dotem vxori aſſignatam ob eius inopiam.*

9 *Inopia viri in primis eſt probanda, vt fiat locus dotis re-
ſtitutioni.*

10 *Inopia viri an debeat plenè probari, vt vxor poſſit petere
dotes, & impedire creditores.*

11 *Mariti ſuper inopia requiritur pronunciatio, vt ſit locus
aſſecurationi dotis.*

12 *Dos eſt aſſecuranda, ſi vir malè vti incipit ſua ſubſtan-
tia.*

13 *Iudicium non admittit fieri aliquid fruſtra.*

14 *Proceſſus ad vlteriora habet vim interlocutionis, per
quam cenſetur reiecta exceptio.*

15 *Appellationis in cauſa poteſt dici,* Non deductum dedu-
cam, non probatum probabo.

16 *Appellatio admittit, vt poſſint purgari omnes errores, qui
cauſas cauſæ concernunt.*

17 *Sententia nulla poteſt confirmari ex bono iure.*

18 *Mariti ſuper inopia non eſt pronunciandum, vbi eſt no-
toria.*

19 *Clauſula conſtituti, & precarij efficit, vt mulier non te-
neatur excutere bona viri vergentis ad inopiam.*

20 *Excuſſio bonorum debitoris, vbi fideiuſſor obligauit ſua bo-
na cum clauſula conſtituti.*

21 *Vergentia ad inopiam, & excuſſio paria ſunt.*

22 *Offerendi ius habent creditores contra mulierem ob ino-
piam viri petentem ſuas dotes.*

23 *Creditores non habent ius offerendi mulieri dotem petenti
ob inopiam viri.*

24 *Mulier debet prius agere contra maritum vergentem ad
inopiam, quàm contra creditores.*

25 *Vxor quando teneatur ob inopiam viri priùs iudicium fa-
cere contra eum, quàm creditores.*

26 *Dos eſt reſtituenda vxori, marito ad inopiam vergente ſi-
ne alia excuſſione, ob clauſulam conſtituti.*

27 *Interrogatoriis ſuper ſi quis deponat, plenè probat contra
interrogantem.*

28 *Pauper dicitur fieri, cuius res in dies ſuccedunt in peius.*

29 *Dotalis res efficitur empta ex pecuniis dotalibus.*

30 *Mulier ob inopiam viri non poteſt detinere, niſi quantum
dos capit.*



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

CErtum eſt, & ex aduerſo non negatur, mulieri con-
iugatæ licitum eſſe aduersùs creditores mariti com-
parendo coram iudice opponere pro dote ſua iura ſuæ
hypothecæ, & docendo de ſua anterioritate contra ter-
tium impedire executionem in bonis eius viri ad inopiã
vergentis, & hoc modo excludere alios creditores poſte-
riores, ſicut poſſet quilibet alius, ex l. à Diuo Pio, §. ſi illud, 1
ff. de re iud. Bald. Nouell. tract. de dot. part. 7. priuileg. 24. n. 2.
verſ. ſed ego fui Neguſ. tract. de pignor. par. 5. membr. 1. n. 29.
verſ. ita etiam, prout fecit in hoc iudicio D. Liuia Alghi-
ſia, quæ de ſuis dotibus, & anteriori hypotheca ex in-
ſtrumento liquidò fecit conſtare.

Vnde aliud non ſupereſt, niſi vt motiuis reſpondeam,
quibus ſublatis certa erit victoria, & ideò animaduerten-
dum eſt, quòd hodie ad hoc, vt mulier viuente adhuc ma-
rito poſſit petere, vt eius dotes ponantur in tuto, & cre- 2
ditores impedire, non eſt expectandum, vt omnia bona
viri in cinerem reuertantur, quia non requiritur, vt olim,
exacta viri inopia, cùm ſufficiat illum incipere malè vti
ſubſtantia ſua, nec eſt impedimento, ſi adhuc eius facul-
tates ſatis ſint pro dote, & ære alieno, quia prouida vxor 3
in tempore debet ſibi, & liberis proſpicere: ſic ex textu in
§. illud, verſ. nos autem, in Auth. de æqual. dot. Bartol. in l. ſi
conſtante, num. 4. ff. ſol. matr. Salic. in l. vbi adhuc, num. 2. C. de
iur. dot. Bald. Nouel. tract. de dot. part. 7. priuileg. 24. num. 1.
verſ. quod hodie, Ioan. Campeg. eod. tract. part. 3. quæſt. 19. in
princ. verſ. cui adde, & num. 2. verſ. ſed puto. Conſt. Roger.
eod. tract. quæſt. 14. num. 11. verſ. tertium. Tuſch. pract. concl.
littera D, concluſ. 762. num. 2. And. Gail. lib. 2. obſ. 83. n. 11.
pulchrè Ant. Hering. tract. de fideiuſ. cap. 6. num. 193. immò
ſi maritus ad inopiam vergens nequeat dare fideiuſſorem
pro aſſecuratione dotis, eius vxor poteſt petere illius ſe- 4
queſtrationem. Bart. in d. l. ſi conſtante, n. 4. vbi Alex. n. 20.
Iaſ. num. 6. ſol. matr. Curt. Iun. tract. de ſequeſtr. in princ. num.
8. Claud. eod. tract. cap. 5. num. 22. 23. Hering. d. cap. 6. n. 292.
Bene verum eſt, quod propter hoc vxor non poteſt reti-
nere omnia bona mariti, donec ſatisfiat, ſed tot bona ſo- 5
lùm habere, quæ pro dote ſufficiant. Alex. conſ. 142. n. 15.
lib. 5. Tuſch. littera D, concl. 761. num. 39. & bona ad hunc
effectum mulieri conſignata non efficiuntur ipſius libe-
ra, quia adhuc ſeruire debent oneribus matrimonij, ſed 6
ipſa habet adminiſtrationem. Bald. conſ. 496. num. 2. lib. 1.
Anchar. conſil. 119. Tuſch. d. concluſ. 762. numer. 20. 22.
Giurb. deciſ. 16. num. 11. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 660.
num. 12.

Hæc autem adeo vera ſunt, vt dos ſic aſſecurata, &
vxori aſſignata, ampliùs non reuertatur ad virum, nec
eam ab vxore ille valeat reuocare, etiamſi fiat diues, &
deueniat ad pinguiorem fortunam, iuxta gloſſam in l. vbi
adhuc, in verb. abutatur, C. de iur. dot. Bartol in l. ſi conſtante, 7
in princ. num. 107. vbi etiam Bald. & Caſtr. necnon Alex.
num. 39. Claud. num. 77. latè Barboſ. num. 32. ff. ſolut. matrim.
Capyc. deciſ. 46. num. 2. Campeg. de dot. part. 3. quæſt. 47.
Cyriac. controuerſ. 277. num. 13. lib. 2. & licèt in hoc mul-
ti aliter ſentiant, & diſtinguant, tamen prædicta opinio 8
vera eſt indiſtinctè, & magis communis, vt per Barboſ.
in d. l. ſi conſtante, ſub num. 32. Cyriac. d. controuerſ. 277.
num. 14.

Inopia autem mariti alleganda eſt, & ſufficit, ſi poſtea
probetur, dummodo fides adhibeatur. Neguſ. de pign. part.
5. membr. 1. num. 29. Nam verius eſt in primis probandum
eſſe, quod maritus factus ſit deterioris conditionis, & 9
quod vergat ad inopiam. Bart. in l. cùm tibi, C. qui pot. in
pign. hab. Caſtrenſ. in l. 2. vbi etiam Aret. verſ. tangit, ff. ſol.
matr. Marſil. in l. ſi quis, col. 3. de quæſt. Socin. conſ. 111. n. 4.
lib. 3. Theſ. deciſ. 207. num. 2. 3. Milanenſ. deciſ. 12. num. 136.
Chartar. deciſ. 8. num. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 872. nu-
mer. 19. & cap. 1000. num. 3. 4. lib. 5.

An autem requiratur plena probatio, non eſt concors
DD ſententia,ſed vera mihi videtur illa diſtinctio, quod
ſi mulier agat contra virum,ſufficiat ſemiplena probatio
vergentiæ ad inopiam; ſi verò aduerſus creditores, vel
in iudicio, vbi ipſi, vel tertius intereſſe habens interue-
10 nit, facienda eſt plena probatio, quia dos in probatione
non eſt priuilegiata.Bart.*in d.l.ſi conſtante,num*.10.15.16.
vbi etiam Alex. & Iaſ. *ff.ſol.matrimon*. Alexand. *conſil*.13.
*in* 2. *dub. lib*.1. Soc. Iun. *conſ*.12. *num*. 15. *lib*. 2. Pariſ.
*conſ*.54. *num*.6. *lib*.4. Bald. Nouell. *de dot.p*.9.*priuileg*.12.
*ante fin*. de communi Couar. *var. reſol. lib*.2.*cap*.6.*num*.8.
*verſ. item ſatis*. Lup. *in cap.per veſtras*, §.18. *num*. 31. *ad
med. de donat.inter vir. & vx*. Tuſch.*littera D,concl*.762.
*num*.36.39.44.45. Grat. *diſc.for. cap*.872. *num*.20.21. &
*cap*.1000.*n*.4.

Hæc ſatis concurrunt in caſu noſtro, provt fert ne-
ceſſitas. Vnde non obſtat motiuum, quod requiratur iu-
11 dicis pronunciatio ſuper vergentia mariti ad inopiam,ex
Bald. Nouel. *d.tract. de dot.priuileg*.24. *num*.2. *verſic. ad-
mitterem*, Neguſ. *d. membr*.1.*num*.29. *verſ. fatetur*. Nam
primò poſſet reſponderi illud fortè procedere de iure an-
tiquo, quando intentabatur beneficium dictæ legis *ſi con-
ſtante,ff.ſol.matrim*.eo quod tunc requirebatur viri exacta
inopia: verùm quia de iure Nouellarum ſufficit ſolum
dubium vergentiæ ad inopiam (de quo tamen plenè con-
12 ſtet) ex eo, quod incipiat malè vti ſua ſubſtantia, vt per
Conſtant. Ruger. *d. tract.quæſt*.14.*num*.11.*ad fin*. Tuſch.
*d. concl*.762. *num*.2. non eſt neceſſe interloqui ſuper eo,
13 quod in cauſa non requiritur, cum fruſtra in iudicio ni-
hil fieri debeat, *l. ſi quis poſtea, ff. de iudic*.

Melius tamen dicam, ſolere iudices duobus modis ſu-
per emergentibus pronunciare,ſcilicet tacitè,& expreſsè,
quotieſcumque enim ſimpliciter procedunt ad vlteriora,
tacitè interloqui videntur, exceptionem oppoſitam non
obſtare, quoniam ſemper proceſſus ad vlteriora habet
14 vim interlocutionis, *l. ait Prætor*, §.*permittitur, ff. de mi-
nor. cap. ex parte, il ſecundo*, vbi Dec.*in* 5.*not.de appellat*.
pulchrè Crau. *conſ*. 341. *num*.13. & *conſ*. 408. *num*. 7.
Ceph. *conſ*. 100. *num*.3. Cacher. *deciſ*. 142. *num*. 39.
Menoch. *conſ*.24. *num*. 9. 29. & *de recuper. poſſ. rem*.1.
*num*.171. & ideò in hac cauſa iudex procedendo ad
cognitionem meritorum, & ad alia, tacitè interlocu-
tum fuiſſe videtur maritum dictæ D. Liuiæ ad inopiam
vergere.

Deinde ſi hoc etiam omiſſum fuiſſet in prima inſtan-
tia, non tamen per hoc ſecundus iudex debet reuocare
ſententiam D.Prætoris,cùm enim dicta D.Liuia in altera
inſtantia denuò allegauerit inopiam viri, & ſuper ea
multa probauerit, provt facere poterat ex regula, *Non
15 deductum, deducam; non probatum probabo*: *l. per hanc*,
vbi DD. *C.de temp.appell*.quoniam in cauſa appellationis
poſſunt purgari omnes errores, qui cauſas cauſæ con-
16 cernunt, teſte Iaſ. *in rep. l. admonendi, num*. 318. *verſ.
ſubdit tamen, ff. de iureiur*. ideò Iudex debebat in cauſa
appellationis ſuper hoc pronunciare, & ſupplere il-
lud, in quo primus iudex defecerat. Cùm igitur ver-
ſemur in tertia inſtantia, in qua iam probatum eſt
maritum dictæ D. Liuiæ malè vti ſubſtantia ſua,
17 nunc tertius iudex cognitis bonis eius viribus poteſt
ſuper hoc pronunciare, immò primam ſententiam, &
nullam confirmare, & approbare. Vant. *tract. de null.
tit. fin.num*.131.132. vbi de communi. Chartar. *deciſ*.14.
*num*.15.

Addere poſſum hanc interlocutoriam non fuiſſe neceſ-
ſariam, tum quia notorium erat dictum virum D. Liuiæ
eſſe decoctum, & inopem,quo caſu ceſſant prædicta,cùm
18 nec probatio ipſa tunc requiratur, dummodo de notorio
conſtet. Bald. *conſ*.40. *num*.2. *lib*.1. & *conſ*.160. *verſ. præ-
terea,lib*.2. Tuſch. *d.concl*.762.*num*.41.42. tum quia non
erat neceſſaria probatio vergentiæ mariti ad inopiam
propter clauſulam conſtituti, & precarij poſitam in in-
ſtrumento ipſius dotali; ea enim exiſtente poteſt impedi-
re executionem creditorum, non probata etiam viri ino- 19
pia: latè Grammat. *deciſ*.92. *numer*.18. *& ſeq*. Vrſill. *ad
Afflict. deciſ*.199. *num*.2. Gaſp. Ant. *in addit. ad Theſaur.
deciſ*.207. *in princ*. Chartar. *deciſ*.8. *numero* 2. Gratian.
*d. cap*.1000. *num*.5. Giurb. *deciſ*.61. *num*.16. ſicut enim
ſtante dicta clauſula non eſt neceſſaria excuſſio bonorum 20
principalis debitoris, latè Gabriel *de fideiuſ. concluſ*.1.
*num*.52. perbellè Marſil. *in rep. rubr. de fideiuſ. numer*.31.
ita nec probatio vergentiæ ad inopiam; hæc enim ad
eundem effectum tendere videntur, & paria eſſe, vt 21
per Bald. Nouell. *d. priuileg*.24. *num*.2. *verſ. provt ſuprà
dixi*.

Neque obſtat oblatio motiuata, dum dicitur poſſe
creditorem offerre vxori dotem ſuam, & dicere, *Tolle
grabatum tuum, & ambula*; & ipſum poſtea poſſe in ius
illius ſuccedere, vt tenent Bald. Ang. Imol. Rom.Caſtr. 22
Alex. *in d.l. ſi conſtante, ſol. matr*. Bald. *conſil*.80. *num*.5.
*lib*.3. Cæpol. *caut*. 121.*circa fin*. Tuſch. *littera O,concl*.78.
*num* 6.

Nam contrarium eſt verius, quia creditores non ha-
bent ius offerendi in caſu, quando dotis fit reſtitutio,
vel conſignatio ob inopiam mariti, ſed tantùm ſi id 23
contingeret ſoluto matrimonio: ita Cyn. *in l.cùm tibi,
C.qui pot. in pign. hab*. Bart. *in d.l. ſi conſtante, in princ.
num*.88.*ſol.matr*. Aret. Petr. Raph. Fulgoſ. *in d.l.cùm ti-
bi*, Ioan. Andr. *in add.ad Spec. de don. inter vir. & vxor.
§.formatis*, Corn. *conſ*.85. *lib*.4.latè Soc. *conſ*.111. *lib*.3.
Neguſ. *de pign.part*.5. *membr*.1.*num*.51. Bald. Nouell. *de
dot. part*.7. *princ*.47. Gram.*deciſ*.92.*num*.1. Afflict. *deciſ*.
199.*n*.2. *ad fin*. vbi quod ita Senatus bis pronuntiauit.
Ceph. *conſ*.298.*n*.6. & ita fuiſſe iudicatum inquit Char-
tar.*deciſione octaua,verſic.contrariam*,Tuſch.*dict. littera O,
concl*.78.*n*.13.

Non obſtat neceſſariam eſſe excuſſionem bonorum
mariti, quia oportet vxorem priùs agere contra mari-
tum ad inopiam vergentem, vt petat ſibi dotem reſtitui 24
antequam agat contra tertios poſſeſſores,vel mariti cre-
ditores, aut impediat eos immitti in poſſeſſionem bono-
rum viri, vt poſt Cyn. & Bart. inquit Caſtr. *conſ*.8. *n*.3.
*in fin.libr*.2.Marſil. *in pract.criminal*.§.*aggredior,colum.an-
tep*.Gram.*deciſ*.42.*num*.17. Chartar. *deciſ*.8. *numero primo*.
Tuſch.*d.littera D,concl*.762.*num*.46. Neguſ. *d. tract. p*.8.
*membr*.1.*num*.22.

Nam reſpondetur id verum eſſe, ſed non habere lo-
cum in caſu noſtro, tum quia talis excuſſio ſolùm neceſ-
ſaria eſt quando agere intendit contra tertios poſſeſſo-
res, vel creditores, non autem quando procedit ſolùm
excipiendo ad impediendam eorum executionem. Bald.
Nouell. *d.tract.de dot.d.priuileg*.24.*num.ſecundo, verſic.ta- 25
men quando creditor non per viam agendi*. Neguſ. *d. tract.
part*.5. *membr*.1.*n*.29.*verſic.habet locum*,Grammat.*dec*.92.
*num*.18.tum quia ſtante reuocatione precarij,& ob clau-
ſulam conſtituti non erat neceſſaria aliqua executio bo-
norum mariti. Grammat.*d.deciſ*.92.*num*.19.Chartar.*d.de-
ciſ*.8.*num*.2. Giurb. *deciſ*.61.*num*.16.Gratian. *d.cap*.1000. 26
*num*.5.

Non obſtat non ſatis conſtare de inopia viri,quia hoc
ſecundùm prædicta non eſt neceſſarium, vt inquit Gra-
tian.*d.c*.660.*n*.17. & quia potiùs dicendum eſt verè pro-
batam eſſe inopiam,vt examinando ſingula loca proceſ-
ſus facile eſt videre;in hoc enim bene teſtes conueniunt,
qui hoc idem etiam deponunt,dum ſuper interrogatoriis
partis aduerſæ teſtificantur,propter quod efficitur,vt ab
ea nequeant reprobari, ſed plenè probent: pulchrè Pe- 27
regr.*conſ*.75.*n*.15.*lib*.1.

Non obſtat domus Corrigij ſita ad oſtendendum di-
ctum virum non depauperari,quia non requiritur vt ni-
hil poſſideat,ſed quod res eius in dies ſuccedant in peius.
Roger.*d.tract.de dot.quæſt*.14.*num*.11.*verſ.tertium*, vt hic 28
euenit, & maximè quia dicta domus non eſt habenda in
conſideratione, cùm fuerit empta de pecuniis dotium
eius ſororis, vt in proceſſu,*fol*.89. nam idcirco ſpeciali 29
fauore



fauore dotis facta eſt dotalis, *l.ſi cùm dotem,in fin.ſol. ma-
trim*.Roger. *dict.tract.quæſt*.8.*num*.64. *verſ. decimoquartò*,
vnde dictæ D.Liuiæ maritus in ea nullum ius habet.

Accedat, quod illa domus non eſt excutienda, quia
eſt extra iuriſdictionem, & oportebat creditores docere
de bonis expeditis in terra,& in territorio Carpi. Statu-
tum Carpi *lib*.2. *rubr*. 12. in hac enim materia à pa-
ri procedunt excuſſio, & vergentia ad inopiam.
30 Bald. Nouell. *d. priuileg*.24. *numero ſecundo*. Benè verum
eſt, quod ſi domus, cui inſiſtit dicta D. Liuia, pluris va-
let, quàm dos eius, debet æſtimari, vt tantùm retineat,
quantùm dos ipſa capit. Alexand. *in dict. l. ſi conſtante,
num*.34. Oſaſch. *deciſ*.135. *in fin*. Giurb. *dict. deciſ*.16.
*numero* 17. Gratian. *d. cap*.660. *num*. 14. & ita iuris eſſe
cenſui.

---

# CAPVT XCV.

## EPITOME.

Excuſſio quando ſit neceſſaria, antequam aga-
tur contra fideiuſſorem, vel tertium poſ-
ſeſſorem.

## SVMMARIVM.

1 *Clara quoque cauillationibus offuſcantur.*
2 *Excuſſio debitoris eſt neceſſaria, antequam agatur hypo-
theca.*
3 *Excuſſio debet fieri parte citata.*
4 *Citatio eſt neceſſaria cum omni actu.*
5 *Excuſſio quid ſit.*
6 *Hypothecaria actio ceſſat,vbi adſunt bona debitoris.*
7 *Nouationem videtur facere, qui alium acceptat in debi-
torem.*
8 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
9 *Diſcuſſio bonorum debitoris annullat non citato fideiuſſo-
re,vel tertio poſſeſſore.*
10 *Fideiuſſor quando citandus ſit,vt contra eum agatur.*
11 *Excuſſionem fuiſſe legitimè factam requiritur pronun-
ciatio.*
12 *Citatio fideiuſſoris quando facienda.*
13 *Excuſſio bonorum extra territorium exiſtentium an ſit
facienda.*
14 *Diſcuſſio an requiratur de bonis extra territorium exi-
ſtentibus.*
15 *Iudicis arbitrio remittitur, qualis difficultas ſufficiat, ne
excutiantur bona debitoris extra territorium.*
16 *Excuſſio bonorum litigioſorum non requiritur.*
17 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
18 *Bona expedita quæ dicantur.*
19 *Expedita bona ſunt, quæ non detinentur per extraneos
poſſeſſores.*
20 *Decoctus notoriè quis dicatur.*
21 *Excuſſio bonorum eius qui non eſt notoriè ſoluendo, non
eſt facienda.*
22 *Excuſſio licèt fieri non debeat, tamen fideiuſſor poteſt pe-
tere,vt fiat ſuis ſumptibus.*
23 *Excuſſio ſi malitioſè petatur,non eſt facienda.*
24 *Acta declarant,qualis ſit acceptatio præcedens.*
25 *Relatio eſt facienda ad id,cui magis congruit.*
26 *Animus,& intentio declaratur ex præcedentibus.*
27 *Scriptura vna declaratur per aliam.*
28 *Actus non acceptatus à parte aduerſa ei non prodeſt.*
29 *Acceptatio debet fieri cum ſua cauſa.*
30 *Nemo dat,quod non habet.*
31 *Agere licet ante diem, vt adueniente die parata ſit exe-
cutio.*
32 *Creditor quomodo poſſit in iudicio ante diem experiri.*



33 *Vendere ſub haſta,vel dare in ſolutum habentur pro ſolu-
tione.*
34 *Debitor quando poſſit conueniri ante diem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN hac cauſa D. Guidonis Ciarlinij aduerſus fratres de
Pellicionis,quamvis putarim vix vlli eſſe locum dubi-
tationi, quin illi ſint condemnandi ad relaxationem ter-
rarum, quas ipſe petit, detinendarum loco pignoris, &
hypothecæ,donec ſibi fuerit integraliter ſatisfactum, ta-
men quoniam nunc experientia docet propter mendica- 1
tas hominum cauillationes nihil eſſe tam clarum, quod
non valeat aliqua dubitatione offuſcari,§ *ſi verò,in Auth.
de tabell*. idcircò, vt lumen addam lumini, ſequentia ſub-
nectam.

Et ſanè pro dictis fratribus vrgere videbatur, quia di-
ctus Ciarlinius actionem hypothecariam intentauit, &
non excuſſit principalem debitorem; vnde rei veniunt
abſoluendi, ſaltem ab obſeruatione iudicij, quia ante-
quam hypothecæ fiat locus, excutiendus eſt principalis 2
debitor. *Auth.hoc ſi debitor*, & ibi Bart.& DD.*C de pign*.
Pariſ.*conſ*.50.*num*.40. *vol*.1.Alex.*conſ*.136. *col*.2.*lib*.2. Rol.
*conſil*.79. *num*.2. *lib*.2. Neguſ. *de pignor.membr*.1 *part*.8.
*num*.11. Pract. Pap. *de form. libell. in act. hypot. verſ. ex-
ceptionem, num*.5. Maur. *de fideiuſſ. part*.2. *princ. ſect*.6.
*cap*.3. *num*.4.

Nec Ciarlinio prodeſſe videtur excuſſio, de qua in
proceſſu,quia eſt nulla,& illegitimè facta,eo quod fuerit
facta parte aduerſa minimè citata, provt neceſſe erat. 3
Bart.*in l.decem ſtipulatus, num*.4. & ibi Ang. Caſtr. Alex.
& DD.*de verb.oblig*.Maur.*d.cap*.3.*num*.62.de quo non eſt
mirandum, quia in omni actu iudiciali regulariter cita- 4
tio partis eſt neceſſaria,ad textum *in l.de vnoquoque*,& ibi
DD.*ff.de re indic*. & cùm paria ſint aliquid non fieri, &
illegitimè fieri,vt dixit ad rem Rol. *conſ*.9.*num*.7.*lib*.1. de
tali excuſſione non eſt curandum.

Accedat dictos Pellicionos tantò magis fore abſoluen-
dos, tum quia in proceſſu docuerunt extare tot bona
principalis debitoris in Caſtro Mirandulæ, quæ poſſunt
ſufficere pro credito dicti Ciarlinij, & erant excutienda,
quia excuſſio eſt diligens bonorum debitoris inquiſitio 5
vſque ad ſacculum,& peram. Pract. *dict. verſic. exceptio-
nem, numer*.4. Maur. *d. cap*.3. *num*.1. Tum quia etiam in
terra Carpi, vbi agitur iudicium, monſtrauerunt adeſſe
quaſdam pecunias dicti debitoris in manibus D.Cæſaris
Fedriſij deſtinatas creditorum ſatisfactioni, vnde conſti- 6
to de bonis debitoris ceſſat hypothecaria contra tertios
poſſeſſores. Bart. & DD. *in d. Auth. hoc ſi debitor*.
Maur. *d. cap*.3. *num*.4.

Et hoc in caſu noſtro videtur indubitabile,quia dictus
Ciarlinius acceptauit in debitorem præfatum Fedriſium,
vt in proceſſu, *fol*.101. propter quod videtur receſſiſſe à
prima obligatione, ac quandam feciſſe nouationem, & 7
ideò in hypotheca ſibi præiudicaſſe, *l*.1. & ibi DD. *de
donat*. Caſtr.*in l.ſi cùm Cornelius,ff.de ſolut*. Ant. Hering.
*tract.de fideiuſſ.cap*.20.§.3.*n*.4.& de acceptatione apparet,
dum Fedriſius in ſcriptura obtulit pro pretio prædij dicti
debitoris ducat. 700. ſoluendos in variis vicibus, qui
ſufficiunt etiam pro credito dicti Ciarlinij nondum tunc
maturato, qui acceptauit, vt in dicta ſcriptura, ideo di-
cendum eſt acceptaſſe tam pro credito maturato, quàm
maturando, quia relatum eſt in referente cum omnibus 8
ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto*, vbi Bart. *de hæred. inſtit*.
Socin. Iun. *conſil*. 102. *num*.23. *lib*.2. Gabriel *conſil*.175.
*num*.8. *lib*.1.

Hæc videntur eſſe ea,in quibus pars aduerſa fiduciam
habet, ſed illis non attentis puto eam eſſe condemnan-
dam, vt ſuprà, etiam ad fructus,& expenſas. Nam dictus
Ciarlinius vendidit quoddam eius prædium Ioanni Bel-
leſio, partim præſenti pecuniâ, partim habita fide de



pretio,

pretio , & pro obſeruatione promiſſorum , ille obligauit
omnia ſua bona : eo mortuo, & debitore remanente Pe-
regrinus,& Chriſtophorus eius filij,& hæredes reſiduum
conuenerunt ſoluere in termino quatuor annorum , ſed
dictus Peregrinus durior in ſoluendo ratam ſuam , quæ
erat de duc.200.tantùm ſatisfecit pro primo anno, nam
in ſecundo oportuit ſubhaſtare tot bona pro illo termi-
no,& cùm adhuc Ciarlinius eſſet creditor de ducat.100.
deuentum eſt ad hoc iudicium.

In quo vincere debet dictus Ciarlinius,quia benè pro-
bauit terras nunc per eum petitas tempore obligationis,
& natæ hypothecæ fuiſſe tentas , & poſſeſſas à dicto Pe-
regrino debitore eius principali, quod ſufficit,ex ſtatuto
Carpi *lib.2.rubr.de iur.redd.ad fin.verſ.ad probandum verò*,
& Statuto Ferrariæ *lib.2. rubr.29.* ideò dictæ terræ iure
pignoris , & hypothecæ ſunt dicto Ciarlinio relaxan-
dæ. Pract. *de form. libell. in act. hypot. verſic. relaxandum,
in princ.*

Primò igitur non obſtat , excuſſionem non fuiſſe fa-
ctam,quia non erat neceſſaria, eo quod rei conuenti im-
mediatè cauſam habent à principali debitore , vt clarè
diſponit Statutum Ferrariæ *d.rubr.29.*& ſi requireretur,
ea perbellè facta eſt, ſeruata ad vnguem forma dicti Sta-
tuti Carpi *lib.2. rubr.12.*

Secundò non obſtat defectus citationis, quæ verè eſt
neceſſaria , non tamen in principio excuſſionis fiendæ,
ſed tantùm in fine , cum aſſignatione termini duodecim
dierum ad docendum de bonis expeditis,vt cantant Sta-
tutum Carpi *lib.2. d. rubr.12. verſ. tunc citetur* ; quod hic
factum eſt, & ad vnguem obſeruatum,quod per illud di-
ſponitur , & verè non ſeruatur etiam circumſcripto ſta-
9 tuto , vt citatio fiat in principio excuſſionis. Guid. Pap.
*quæſt.432. num.3.* quoniam ſufficit tunc citare principa-
lem debitorem , qui excutiendus eſt ; & ideò hanc ex-
cuſſionem ſic factam reiecta citatione tertij poſſeſſoris,
ſeu fideiuſſoris ad finem excuſſionis tutiſſimam eſſe tra-
diderunt poſt Angel. *in l. à Diuo Pio,§.in venditione,de re
iudic.*Rol. *d.conſ.9. num.30.lib.1.* Pariſ.*conſ.109.num.55.
lib.3.* etenim cùm procedatur tunc contra debitorem,ſuf-
10 ficit eum citare abſque eo quod citetur fideiuſſor,ad tex-
tum *in l.authore*, & ibi Bald. *Cod.de euict.* & propter hoc
ſufficit citare fideiuſſorem in illa pronunciatione , qua
pronunciatur deueniendum eſſe contra eum.Bart.*in l.de-
cem,num.4.ff.de verb.oblig.* quem ſequitur Alex. *in d.l. de
vnoquoque, num.18.de re iudic.* & hoc modo intelligendi
ſunt Gabr.*comm.concluſ.lib.3.tit.de fideiuſſ. num.41.* Surd.
*deciſ.256. num.17.* Maur. *d. cap.3. num.2.* qui prædictis
inhærent.

Verùm quia requiritur declaratio iudicis pronuncian-
tis excuſſionem fuiſſe legitimè factam, & eſſe proceden-
11 dum contra fideiuſſores,vel tertios poſſeſſores, Maſcard.
*de probat.concluſ.522.num.1.*Signor.*conſ.57.num.6.*Tuſch.
*pract.concluſ.littera E,concluſ.402.num.9.* illi poterunt ſuæ
conſuluere indemnitati iudicando bona expedita princi-
palis debitoris in termino ſibi aſſignando , non enim
aliud prætendere poſſunt,& ſicut adiudicaſſent à princi-
12 pio , ſi fuiſſent vocati, ita nunc iudicare valent , cùm in
tali pronunciatione ſint vocandi. Bart.*in d.l.decem,nume-
ro quarto.*Signor.*d. conſ.57. num.10.*Tuſch.*d.concluſ.402.
num.10.* & ita practicari teſtatur Guid. Pap.*d.quæſt.432.
num.3.* quæ procedunt de iure communi , ſed nos ha-
bemus ſtatutum clarè requirentem ſolùm citationem in
fine excuſſionis, ideò vlteriùs nihil eſt quærendum,*l.an-
cillæ,Cod.de furt.*& ita multoties vidiſſe præcticari teſta-
tur Cyriac. *controu.5.num.146.in fin.lib.1.*

Tertiò non ſunt impedimento bona Mirandulæ exi-
ſtantia,quia ſunt extra territorium ius dicentis,&prouin-
ciam Principis;licèt enim multi opinati ſint etiam huiuſ-
13 modi bonorum faciendam eſſe excuſſionem , antequam
agatur contra fideiuſſores, vel tertios poſſeſſores ,vt per
Ang.*in §.ſed neque,in Auth.de fideiuſ.* Alex.*conſ.84. n.12.
lib.3.*Crau.*conſ.201.num.45.*latè Decian. *conſ.37.num.42.
lib.2.*fusè Riminald.Iun.*conſ.482. n.22.* valde fusè Farin.
*conſ.165.num.17.24.27.64.lib.2.*Gabriel *de fideiuſ. conclu-
ſione prima,num.66.*

Nihilominus verius eſt, non eſſe faciendam excuſſio-
nem bonorum debitoris exiſtentium extra territorium 14
Iuſdicentis,niſi eſſent in loco vicino,& ſub eodem Prin-
cipe,& nulla ſubſit exactionis difficultas, quoniam acer-
bum eſt creditorem mittere alicubi , vt inquit textus *in
§.1.in Auth. de fideiuſ.* & ideò ita tenuerunt Bald. *in l.
ſciendum,col.2.ff.qui ſatiſd.cog.*Alex. *conſ.91. num.7. lib.7.*
Dec.*in l.fin.num.26.ſi cert.pet.*Pariſ.*conſ.80. num.43.lib.1.*
Anchar.Iun.*quæſt.25.num.5.lib.2.* pulchrè Theſaur. *deciſ.
Ped.40.num.3.* Neguſ.*de pignor.part.8. membr.1. num.42.*
Carpan.*ad ſtatut. Mediol.cap.44.num.44.part.1.* Gratian.
*diſc.for. lib.2.cap.230. num.13.* latiſſimè Marcabr.ab An-
guill. *conſ.82.num.103.& ferè per totum,lib.1.*qui reſpon-
det argumentis Riminaldi, necnon Ant. Hering.*tract.de
fideiuſ.cap.27.par.1.num.243.*Surd.*conſ.309.num 1.*Amat.
*deciſ.Ferr.34.num.5.6.& ſeqq.*Maur.*de fideiuſ.part.2.ſect.6.
cap.3.num.165.* qui ſanè conſtituunt magis communem
DD. ſententiam.

Benè verum eſt conſiderandum eſſe,quænam difficul-
tas requiratur , vt poſſit euitari excuſſio bonorum extra
territorium exiſtentium , nam aliqui requirunt magnam
difficultatem , & probabilem. Decian. *d.conſ 37.num.44.*
Farin.*d.conſ.165.num.18.*alij volunt oportere,quod nulla
ſubſit difficultas. Neguſ. *d.tract.part.8.membr.1.num.42.
in fin.*Amat.*d.deciſ.34.num.7.*Maur.*d.cap.3.num.165.* Vn- 15
de egò puto verius eſſe, & receptius,quod id remittatur
arbitrio iudicis, qui iudicabit incommoditatem, & diffi-
cultatem à natura locorum,perſonarum,& rerum ab aliis
quæ poſſunt eius animum mouere ; ſic enim in propoſi-
to voluerunt Menoch.*de arbitr.iudic.caſ.171.num.36.* vi-
dendus Farinac. *d. conſ.165. num.40. 44.* Maur. *d. cap.3.
num.176.*Benè verum eſt,quod Iudex debet potiùs incli-
nare,ne extra territorium fiat excuſſio, immo raro ſolent
iudices hoc admittere, quia,vt dixi,acerbum eſt credito-
rem mittere alibi,iuxta textum *in d.§.1.in Auth.de fideiuſ.*
Theſaur. *d.deciſ.40.num.2.in fin.* & ſi bona extra territo-
rium exiſtentia eſſent aliquo modo implicita , vel pate-
rentur litigium , penitus Iudex deberet excuſſionem il- 16
lorum negare , quia talia non ſunt excutienda. Cyriac.
*controuerſ.327.num.78. part.2.* hic autem & bona præ-
dicta ſunt ſub diuerſo Principe , & ſunt litigioſa , ideò
non debent excuti.

Deinde hic nullo modo tractandum eſt de bonis extra
territorium exiſtentibus , tum vigore Statuti Carpi *dict.
lib.2.rubr.12.* vbi diſponitur docendum eſſe de bonis ex-
peditis in terra Carpi , & ſic excluduntur quæcumque
bona extra territorium exiſtẽtia etiam in loco vicino,vel
ſub eodem Principe, tum vigore Statuti Ferrariæ *libr.2.
rubr.74.* vbi nihil dicit de bonis extra territorium excu-
tiendis , de quibus cum prædicta ſtatuti verba non fa- 17
ciant mentionem,& tamen formam excuſſioni præbeant,
minimè talia bona debent haberi in conſideratione , cùm
caſus omiſſus habeatur pro omiſſo , vt poſt Bald. Ang.
Anchar.Aretin. Dec. Alexand. Corn. Pariſ. & alios in-
quit Laudenſ.*conſ.37.num.10.11.*Maſtrill.*deciſ.281.n.22.*
Amat. *dict. deciſ.34. num.9.*

Quartò non obſtat illa vanitas de pecuniis exiſtentibus
penes dictum Fedriſium,quoniam ipſe non habet niſi do-
tes D.Cintiæ vxoris eiuſdem Peregrini ; & etiamſi habe-
ret aliqua bona dicti debitoris, ea tamen excutienda non
ſunt, quia non excutiuntur,niſi illa,quæ pacificè detinet
debitor;ſi enim ab alio occupantur,dicuntur bona impli-
cita, etiam ſecundùm prædictum Carpi Statutum ſolùm
conſiderantur bona expedita,qualia dici nõ poſſunt,quæ 18
detinẽtur per extraneos poſſeſſores, vel aliquam poſſunt
habere controuerſiam.Ang.*in d.§.ſed neque,in fin. in Au-
th.de fideiuſ.*Pariſ.*conſ.50.num.65. lib.1.* & *conſ.103. n.12.
lib.3.*Crauet.*conſ.845.num.5.*Neguſ.*de pign.part.8.membr.
primo,num.44.* Pract.*de form.libell.in act. hypot.verſic.ex-
ceptionem,*



*ceptionem,num.31.*videndus Cyriac.*controuerſ.327.77.78.
19.part.2.*dum autem expreſſum habemus ſtatutum, do-
cendum eſſe de bonis expeditis,quæ non detineantur per
19 extraneos poſſeſſores , vt in dicto ſtatuto Carpi *lib.2.
rubr.12.*nihil vlterius eſt quærendum,*l.ancillæ,C.de furt.*

Sed cùm dictus Peregrinus eſſet notoriè decoctus, &
non ſoluendo,provt probatur, quia eius bona ad inſtan-
tiam creditorum fuerunt ſubhaſtata,& plus offerenti ex-
poſita , ac in defectum emptorum ipſis creditoribus ad-
20 iudicata, Strach. *de decoct.part.2.ſub num.4.verſ.ſubiungit,
in paruis,* Cyriac. *d.controuerſ.127. num.76.* ſequitur non
fuiſſe faciendam excuſſionem, quia de bonis notoriè de-
coctis non eſt facienda. Bart. *in d. l. decem , numer.2. de
verb.oblig.* Gabriel *communium concluſ.lib.3. tit.de fideiuſſ.
21 concluſ.1. num.53.* Decian. *conſil.42. num.9.lib.2.* Mantic.
*de tac. & amb. conuent. part.2. lib.16. titul.17. verſ. nouus.*
Gratian. *diſcept. for. lib.3. cap.517. numer.11.* & *lib.4.
cap.723. num.19.* Maur. *d. cap.3.num.177.* Cyriac. *d. con-
trouerſ.327. num.71.*

Addebant ore tenus aduerſarij , quòd etiamſi verſare-
mur in iis caſibus,in quibus exceptio excuſſionis locum
non habet , adhuc licet fideiuſſori , vel tertio poſſeſſori
dicere,vt principalis debitor ſuo ſumptu, & periculo ex-
cutiatur ; quod licèt non probaretur eſſe verum , tamen
22 poſtea inueni hoc ſumi ex Bart. *in l. cùm in plures, §.me-
rita, num.1. ff.loc. & conduct.* Riminald.Iun. *d.conſil.402.
num.13.*Mantic.*de tac.& amb.conuent.lib.16.tit.17.nume-
ro 43.verſ.in iis autem,*Maur.*d.cap.3.num.200.*Amat.*d. de-
ciſ.34.num.1.*Gabriel *d. concluſ.1.num.43.* & hoc ſanè iu-
ſtum eſt,& honeſtum,quia quod tibi non nocet,& alte-
ri prodeſt , facilè concedendum eſt , *l. in creditore* , vbi
gloſſa,*ff.de euict.l.2.§. item Varus, de aqu.plu.arc.* Decian.
*in l.plus cautionis,num.4.de reg.iur.*Menoch.*conſ.168.num.
13.*Surd.*deciſ.335.num 10.lib.2.*Verùm ſi poſſet ſuſpicari,
quod id peteretur malitioſè , ad protelandum iudicium,
vtique non eſſet concedendum , & propterea vbi bona
eſſent extra territorium , hæc petitio non admitteretur.
Amat. *d. deciſ.34. num.8.* ſicut neque quando difficile
eſſet aduersùs debitorem agere , vt poſt multos inquit
23 Contard. *in l. diffamari, in ampliationibus, num.129. verſ.
item, C.de ingen.& manum.* Sed de hoc in actis nihil fuit
ſcriptum,nec ſeriò allegatum.

Quintò non obſtat,quod dictus Ciarlinius acceptaue-
rit in debitorem dictum Fedriſium; nam hoc ſolùm fecit
pro termino maturato,de quo in alio iudicio,& pro quo
ſolo fecerat poni ſub haſta bona dicti Peregrini , acta
enim declarant , qualis fuerit illa acceptatio , gloſſa &
DD. *in l. ſi quis ad exhibendum,de except. rei iudic.l.2. C.
de ſent. quæ ſine cert. quant.* Bart. & DD. *in l. Iulianus, de
condict. indeb.* Aſin.*in prax.§.32.cap.2.ampl.7.in fin.*Crau.
*conſ.435. num.14.* cùm enim tunc ageretur de pecuniis
tantùm maturatis , acceptatio ſubſecuta de illis tantùm
debet intelligi , quia relatio eſt facienda ad id,cui magis
24 congruit, vt notat Bart. *in l. Seiæ , §. Caio, col.fin.de fund.
inſtruct.* & *in l. in repetendis , col. penult. de leg.1.* Hier.
Gabr. *conſil.128. numero 8. lib.2.* Chartar. *deciſion.5. nu-
mero 13.*

Et hoc apertiſſimè dignoſcitur ex inſtrumento poſteà
25 ſubſecuto , per quod manifeſtè apparet tantùm de pecu-
niis maturatis fuiſſe intellectum,ex ſubſequentibus enim
26 declaratur,qualis circa præcedentia fuerit animus, & in-
tentio,*§.patronum,Inſtit.de rer.diuiſ.l.ſed Iulianus,§.proin-
de,ad Macedon.*Menoch.*de præſ.lib.6.præſ.35. num.23.24.*
27 & ex verbis prolatis in vna ſcriptura declaratur , quid
aliquis ſenſerit in alia ſcriptura , etiam ex interuallo fa-
cta, *l.vxori,§.fin.*vbi Bart.*de leg.3.* & *in l.alimenta, de ali-
ment. leg.* Alex. *conſ.69. num.3.lib.6.* Crauet.*conſ.231. nu-
mer.12.* & *conſ.856. num.21.* perbellè Peregr.*de fideicom.
art.16. num.108.ad fin.* & ſi res eſſet dubia, ſtandum fo-
ret declarationi ipſius Ciarlinij, *l. Neratius,de reg.iur.l.ex
facto, de vulg. & pup.*
28 Deinde dicti Pellizzoni huiuſmodi actu ſe iuuare non

poſſunt , quia per eos non fuit acceptatus antequam fie-
ret declaratio,vel reuocatio. Bald.*in l. vnus hæres , num.2.
C. de repet.hæred.*Felin.*in c.capitulum,num.13. in princ. de
reſcript.*Franch.*in c.ſollicitudinem,num.11.de appellat.*Cra-
uet.*conſ.387.num.4.* Verùm etiamſi dicti Pellizzoni priùs
acceptaſſent , nihil eſt , quia acceptatio debet fieri cum
ſua cauſa, & qualitate, vt poſt Tiraquell. *de retract. con-* 29
*uent.ad fin.tit.num.4. & ſeqq.* Farinac. *deciſ.854.num.10.
centur.9.*

Et certè obſtupeſcendum eſt de hoc motiuo , quia
Ciarlinius non poterat vendere dicto Fedriſio,quod non
habebat ; ſolùm enim pro maturatis acceperat tenutam
bonorum dicti Peregrini, & eam vendiderat dicto Fedri-
ſio : vtique nemo dat,quod non habet,*l.ſi filius,C.de do-* 30
*nat.l.nemo plus*,vbi Dec.& Cagnol.*de reg.iur.* & ſub haſta
non poterat Ciarlinius ponere bona debitoris pro ter-
minis decurrendis.

Nec dicatur pagham maturandam,& terminos decur-
rendos poſſe deduci in iudicium vnà cum termino ma-
turato ad finem,vt adueniente die prompta ſit ſolutio, &
parata executio,*ex l. libertis,§.1.ff.de aliment.& cibar.leg.* 31
Decian.*in l.1.num.19.ſi cert.pet.* Afflict.*deciſ.279. num.5.*
Oſaſch. *deciſ.130. per totam* , pulchrè Surd. *deciſ. 120.
num.13.14.*Rot.Gen.*deciſ.91.n.22.* vbi ditur etiam,quod
ſi pendente iudicio lapſum ſit tempus ad ſoluendum alias
paghas,reus debet in totum condemnari.

Nam reſpondetur, nos eſſe in claris , quia Ciarlinius
petiuit ſolùm pagham maturatam, & niſi petenti iudex
non impertitur officium ſuum;& ſi petiuiſſet,adhuc ver-
ſaremur in iiſdem , quia illud motiuum procedit ſolùm
quoad agendum , & proceſſandum , & ſententiam con- 32
demnatoriam obtinendum ; executio verò poſt diei lap-
ſum differenda eſt,donec creditum maturetur, ex Bartol.
*in l.ſi ita ſtipulatus, num.45. verſ. item pro debito* , ibi : *ſed
condemnationis , de verb. obligat.* apertè Salic. *in l.1. §.
ſocius , num.4. verſ. ſecundo caſu* , ibi : *Differtur tamen, de
vſur.* Cagn. *in l. lecta , numero 164. in fin. ſi. cert. petat.*
Oſaſch. *dict. deciſ.130. numero 11. 15.* etenim vendere
ſub haſta , vel dare in ſolutum , habetur pro ipſa ſolu-
tione. Ant. Hering. *tract. de fideiuſſ. capit. 20. §. 21.* 33
*num.10.*

Deinde poſſet reſponderi,non poſſe agi ante diem, vt
adueniente die ſoluator , quando dies in obligatione eſt
appoſitus ab homine,vt in caſu noſtro,ſed ſolùm quando
à lege , vt in dote poſt annum à marito reſtituenda : ita 34
Afflict.*deciſ.179.num.1.ad fin.*Cagn.*in l.in omnibus,nume-
ro 16.de reg. iur.* Bertaz. *conſ.107. num.11.* Peregr. *de fi-
deicommiſſ. art.41. num.3.* vbi aliter ſentientes damnat.
Propterea cenſui non eſſe locum petitis per dictos Pel-
lizzonos, & eiuſdem ſententiæ fuerunt valde excellentes
DD.Ludouicus Puzzolius , & Ioannes Datius Coccapa-
nus , vt ſua ſubſcriptione declarauerunt : & cùm cauſa
fuiſſet compromiſſa in duos Doctores valde peritos , illi
iudicauerunt reos eſſe condemnandos ad relaxationem
terrarum prædictarum vnà cum fructibus,& ſic fuit ob-
tentum, & executum.

## CAPVT XCVI.

### EPITOME.

Non licet denuò ſuper iiſdem articulis , vel di-
rectò contrariis poſt didiſcita teſtificata, eoſ-
dem, vel alios examinare teſtes.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes denuò examinare ſuper iiſdem , vel directò contra-
riis capitulis non licet poſt didiſcita teſtificata.*

2 *Statutum Ferrariæ de teſtibus non examinandis publicato proceſſu declaratur.*
3 *Statuta debent interpretari, ne ſuperflua videantur.*
4 *Articulos eoſdem producens poſt didiſcita teſtificata videtur calumnioſè facere.*
5 *Subornationij periculum eſt velle iterum examinare poſt didiſcita teſtificata.*
6 *Reprobatoris terminus non debet ſeruire ad fundandum.*
7 *Argumentum à nomine valet.*
8 *Dilationes ſunt communes vtrique parti.*
9 *Reprobatorius reprobatorij terminus ad quid deſeruiat.*
10 *Teſtes de nouo licet examinare, ſi primum examen erat nullum.*
11 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
12 *Repetitio examinis poteſt fieri, ſi primo teſtes non fuerint examinati culpâ examinatoris.*
13 *Mater, & auia poteſt eſſe teſtis pro filio in cauſa ætatis.*
14 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundum ea, quæ allegat.*
15 *Reprobatorio in termino quid liceat.*
16 *Teſtes poſt didiſcita teſtificata poteſt Iudex ex officio examinare.*
17 *Iudex poteſt denuo examinare, qui obſcurè in primo examine depoſuerunt.*
18 *Examen teſtium poteſt repeti, quando malitioſè non fuerunt interrogati.*
19 *Teſtium repetitio poteſt fieri poſt didiſcita teſtificata ad probandum rei valorem.*
20 *Teſtium examen poteſt repeti ad diuerſum finem, & in diuerſa inſtantia.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Pro reſolutione eorum, quæ loco motiuorum tranſmiſ-
ſa ſunt, in primis mihi ſupponendum videtur, in iure
certum eſſe, ac indubitatum, quod ſuper iiſdem articulis,
ſeu capitulis, vel directò contrariis non licèt nouos, vel
antiquos inducere, aut examinare teſtes, quando prio-
rum ſunt publicatæ atteſtationes, vel didiſcita teſtificata,
1 per textum vulgarem *in c. fraternitatis*, vbi gloſſ. Abb. &
latè Marian. Socin. ac communiter Canoniſtæ, *de teſtam.*
*Auth. qui ſemel*, vbi Bart. & DD. *C. eod.* Alex. *conſ.* 61. *n.* 4.
*lib.* 2. Farinac. *tract. de teſtib. quæſt.* 75. *num.* 72. Caualc. *eod.*
*tract. part.* 4. *num.* 181. 183. immò neque ſuper nouis capi-
tulis licet examinare, ſi ſint dependentes, pertinentes, vel
aliquo modo incluſi ſub primis. Farinac. *de teſt. quæſt.* 75.
*num.* 82. 91.
Et nos habemus in puncto ſtatutum Ferrariæ *lib.* 2.
*rubr.* 7. quod huiuſmodi examen penitus prohibet, & ve-
tat, materiamque dilucidat: & cùm valdè generaliter lo-
2 quatur, ſine exceptione intelligendum eſt. Menoch. *con-*
*ſil.* 100. *num.* 131. ne fruſtra ſcriptum ſit, & iuri communi
nihil addere videatur, ac inutile appareat, contra textum
*in l.* 1. *in fin ff. ad municip. leg. ſi quando, C. de inoff. teſt. cap. ſi*
*Papa, de priuileg. in ſexto* Bartol. *in leg.* 4. §. *Prætor ait, ff. de*
*damn. infect.*.
Neque hoc mirabile debet videri, quia producens eoſ-
dem articulos poſt didiſcita teſtificata, præſumitur ca-
4 lumnioſè facere. Rot. *diuerſ. deciſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 3. *part.* 3.
quia tunc ſuboritur magnus timor ſubornationis, & pe-
5 riculum falſitatis. *Clem. fin. de teſt.* Farinac. *eod. tract. quæſt.*
75. *num.* 69. Caualc. *d. part.* 4. *num.* 182.
Deinde etiam pro certo habendum eſt articulos in
termino reprobatorio debere tendere ad reprobandum
perſonas, vel dicta teſtium aduerſæ partis in termino pro-
batorio examinatorum, alioquin cenſentur impertinen-
6 tes, quia non ad fundandum, ſed ad reprobandum hæc di-
latio conceditur, *c. licet dilectus*, vbi Abb. Felin. & alij, *de*
*teſt.* Specul. *de teſte, §. nunc videndum, num.* 16. Caualc. *de*
*teſt. part.* 4. *num.* 8. 9. & hoc indicat nomen ipſum, *Reproba-*
*torij*, à quo validum eſſe argumentum omnes concedunt.
7 Bald. & DD *in l. conuenticulam, C. de Epiſc. & Cler.* & *in l.* 2.
§. *appellata, ff. ſi cert. pet.* hic autem actor produxit eoſdem
articulos, etiam in termino reprobatorio, ideò non de-
bent admitti.
His firmatis facilè tolluntur omnia contraria; non
enim obſtat hunc terminum reprobatorium eſſe commu- 8
nem vtrique parti, per *l. petendæ*, & ibi Bald. *num.* 6. 7.
*C. de temp. in integr. reſt.* Alex. *in Auth. iubemus, num.* 2. *Cod.*
*de iudic.* Nam primò reſpondeo, quod ſi Actor intendit
reprobare teſtes rei examinatos in termino probatorio,
vtique poteſt, ſed tunc oportet, vt producat capitula
concernentia factum, quod reus voluit probare, qui cùm
neque implicitè, neque explicitè vnquam de domo nunc
capitulata articulauerit, ſequitur capitula actoris eſſe
in hoc impertinentia. Caualc. *de teſt. par.* 4. *num.* 6. & *par.* 5.
*num.* 232.
Verùm ſi actor intendit, prout videtur, ſignificare
motiuum, & reprobare teſtes rei nouiter examinatos, in
termino iſto reprobatorio, quatenus id poſſit per eoſdem
articulos, tamen id non poterit, niſi publicatis teſtibus
rei, & ei aſſignato termino reprobatorij reprobatorio: 9
ita Caualc. *in d. pract. de teſt. part.* 5. *num.* 233. Cùm enim di-
ctus actor adhuc ignoret, quid dicant teſtes rei, non po-
teſt ſcire, an indigeat tali termino, quia non conceditur,
vbi eo opus non eſt. Caualc. *d. part.* 5. *num.* 231.
Secundum non obſtat motiuum, vt ſcilicet teſtes non
fuerint ritè examinati prima vice, & propterea liceat ſe-
cundò ſuper iiſdem articulis eoſdem teſtes, vel alios exa-
minare etiam poſt didiſcita teſtificata, ex Gabriel. *commu-*
*nium concluſ. lib.* 1. *tit. de teſtib. concluſ.* 21. *num.* 19. Nam pri-
mò reſpondetur id procedere, quando eorum examen
eſſet nullum penitus, & ipſo iure inefficax, velut ſi non-
dum lite conteſtata, vel à non habente iuriſdictionem te- 10
ſtes fuerint examinati: ita ſentit pulchrè gloſſa *in c. cùm*
*cauſa quæ, in verb. voluerint, in fin. de teſt.* & gloſſa *in Clem.*
*fin. in verb. ritè, eod.* & Gabr. *d. concluſ.* 21. *num.* 20. Marian.
Socin. *in d. c. fraternitatis, quæſt. vlt. eod.* Bart. *in l. qui pro ſa-*
*lute, num.* 4. & ibi Iaſ. *num.* 3. *ff. de iureiur.* Bald. *in Auth. at*
*qui ſemel, num.* 5. *in fin. C. de probat.* Farin. *de teſt. d. quæſt.* 75.
*num.* 361. Caualc. *d. tract part.* 4. *num.* 189. 191.
Hic autem non poteſt dici, quod primum examen
fuerit funditus, & ipſo iure nullum, nec pro tali habitum
eſt, cùm tamen neceſſe foret per iudicem pronunciare
examen fuiſſe nullum. Crauet. *conſil.* 976. *num.* 12. Caualc.
*d. part.* 4. *num.* 191. in hac autem cauſa pronunciatum eſt
examen prædictum facere qualemqualem præſumptio-
nem: ergo neceſſariò ſequitur non eſſe nullum, quia ſi ita 11
eſſet, nullum produxiſſet effectum. Crauet. *conſ.* 553. *num.* 6.
Chart. *deciſ.* 21. *num.* 10.
Deinde reſpondetur illud motiuum procedere, quan-
do culpâ iudicis, vel examinatoris teſtes prima vice non 12
fuiſſent ritè examinati. Bald. *in l. per hanc, num.* 16. *C. de*
*tempor. appellat.* Felin. *in d. c. fraternitatis, num.* 5. *verſ. &*
*iſtud verum*, vbi etiam Marian. Socin. *de teſtib.* quod hìc
verificari non poteſt, vbi ſi qua eſt nullitas, illius cauſa
fuit actor ipſe, qui teſtes examinatos non induxit, neque
parti intimauit, & antequam calculus fieret, examinari
voluit.
Tertium motiuum non obſtat; ideò poſt didiſcita te-
ſtificata poſſe examinari ſecundò, quia pronunciatum
eſt teſtes facere qualemqualem præſumptionem, ex Gabr.
*d. concluſ.* 21. *num.* 145. Nam reſpondetur Gabrielem hoc
non dicere; benè tamen ſcribit hoc fieri poſſe, quando
teſtes producuntur ad ſolum indicium faciendum, quod
non facit ad propoſitum noſtrum, vbi actor non ſe de-
clarat velle examinare ad hunc finem tantùm, & ſi hoc
diceret, mera eſſet vanitas, cùm illam præſumptionem
iam habeat, vnde non debet admitti, vt per Caualc. *d.*
*tract. part.* 5. *num.* 232.
Deinde illud procedit in illis teſtibus, qui ſuâ naturâ
non poſſunt, niſi ſolum facere indicium; & tamen cer-
tum eſt eſſe conſcios rei articulatæ, velut mater, & auia
in cauſa de ætate filij, vt *in l. etiam matris*, vbi gloſſa *de*
13 *probat.* nam in his terminis loquuntur Innocent. *in d. c.*
*cùm dilectus, verſ. cùm de ætate, de accuſat.* Ang. *in l. fin. n.* 2.
*C. de teſt.* quos allegat Gabriel *d. concl.* 21. *num.* 145. & pro-
14 pterea debet etiam intelligi ſecundum terminos eorum.
Bart. *in l. non ſolùm, §. liberationis, ff. de liberat. leg.*
Quartum motiuum non obſtat, actorem poſſe denuò
examinare ad impugnandum dicta teſtium rei, qui im-
probauerunt dicta teſtium dicti actoris, ex Gabr. *d. concluſ.*
21. *num.* 39. Nam reſpondetur, quatenus id liceat, quod
non admitto pro nunc, procedere, non in termino repro-
batorio, ſed reprobatorij reprobatorio. Caualc. *d. tract.*
15 *part.* 5. *num.* 233. 134. cùm enim adhuc ignoretur, an verè
teſtes Varrini reprobauerint teſtes actoris, non decet
eum admitti ad tale examen. Caualc. *d. loco, num.* 232.
Quintum motiuum non obſtat, dum dicitur iudicem
ex officio poſſe denuò examinare, etiam poſt didiſcita te-
ſtificata, ex Gabr. *d. concluſ.* 21. *num.* 109. Nam reſpondetur
primò id fortè procedere in eo iudicij genere, vbi proce-
ditur per inquiſitionem, in quo non extante alia parte,
quam ipſo iudice, nullus eſt timor ſubornationis, cùm
etiam ante publicationem illi notæ ſint teſtium depoſi-
16 tiones: ita probat textus *in c. cùm clamor*, vbi Innoc. *in*
*princ. de teſtib.* Caualc. *d. part.* 4. *num.* 191. *in fin.* & pulchrè
Innoc. *in d. c. cùm clamor*, atteſtatur hoc eſſe ſpeciale in
inquiſitione, quæ ex mero, & puro officio fit: & cum
eo concordat Abb. *in d. c. cùm clamor, ante num.* 1. & ibi
DD. Bald. *in l. eos, §. ſiquidem autem, num.* 5. *C. de appel-*
*lat.* & ita rem intelligit Guid. Pap. *quæſt.* 72. *in princ. verſ.*
*& ita vidi*, & *in verſ. ſecus ſi:* vbi inquit, aliud eſſe, ſi
procederetur ad partis inſtantiam.
Deinde tunc demùm ex officio poteſt Iudex denuo
examinare, quando teſtes in prima diſpoſitione obſcurè,
& adeò confusè depoſuerunt, vt certò colligi non poſſit,
quid dicere voluerint: ita textus *in d. c. cùm clamor*, vbi
17 gloſſ. & Innoc. *num.* 2. Abb. *n.* 1. Felin. *n.* 5. *de teſt.* gloſſa *in*
*c. per tuas, in verb. audiendum, eod.* Guid. Pap. *d. quæſt.* 72. *in*
*princ.* Caualc. *d. part.* 5. *num.* 191. hic autem neque procedi-
tur per inquiſitionem, nec teſtes obſcurè depoſuerunt:
ergo non eſt locus iterationi examinis.
Præterea hoc motiuum procederet, quando malitioſè,
vel negligenter iudex, vel Notarius prætermiſiſſet inter-
18 rogare teſtes actoris ſuper primis capitulis: ita textus
*in d. c. per tuas, in fin.* vbi gloſſ. *in verb. audiendum*, &
Innoc. *num.* 4. Abb. *num.* 1. *verſ. quartus caſus.* Felin. *nu-*
*mer.* 2. *verſ. item fallit, de teſtib.* Specul. *de teſte, §. nunc*
*videndum, num.* 19. *verſ. illud autem*: hic autem ſi quid
erratum eſt, actor fuit cauſa: ergo non eſt locus repeti-
tioni, vel nouo examini.
Sextum motiuum nihil nocet, quod ſcilicet poſt didiſ-
cita teſtificata liceat iterum examinare, quando tracta-
tur de valore rei, ex Gabriele *d. concluſ.* 21. *num.* 136. Nam
reſpondetur, poſſe dici id procedere pendente adhuc ter-
mino probatorio, ſed meliùs dicam illud verum eſſe, ſi
altera vice teſtes eſſent examinandi ſuper maiori ſum-
19 ma, vt inquit Gabriel, velut ſi probatum ſit rem valere
centum, deinde velim probare, quod valeat centum &
quinquaginta; hoc enim caſu, quia in effectu diuerſa
ſunt capitula, permittitur iterare examen, vt ſentit gloſſ.
*in c. cùm cauſa quæ, in verb. ad alium, verſic. nec propter*
*hoc*, vbi Abb. *num.* 2. *verſ. tertiò oppono, de teſt.* pulchrè
Bart. *in l. cùm furti, num.* 4. & ibi Ang. *num.* 1. Iaſ. *num.* 9.
*ff. de in lit. iurand.* Guid. Pap. *quæſt.* 585. *num.* 1. Alex. *conſ.* 64.
*num.* 7. *verſ. vnde, lib.* 2. quod admittitur, quia ſunt di-
uerſa capitula, quoniam maior ſumma non ineſt in mi-
nori, ſed hoc eſſet periculoſum, vbi ſuſpicaretur de ma-
litia articulantis maiorem ſummam ad finem vt ſaltem
teſtes de minori, quam non potuit probare, depone-
retn.
Deinde poteſt reſponderi tale motiuum procedere,
quando iteratur examen ad diuerſum finem, & in alia
materia, velut ſi articulatus primò velit probare læſio-
nem, poſtea iuſtum rei valorem; quia fortè emptor
elegerat ſupplere iuſtum pretium: ita probatur ex tex-
tu *in d. c. cùm cauſa quæ*, vbi gloſſ. Innoc. Abb. & Felin.
*de teſtib.* ſicut etiam procedit ſolùm in diuerſa iudicis
inſtantia, non in eadem. Ang. *in d. l. cùm furti, num.* 3. 20
& ibi Iaſ. *num.* 9. *in fin. de in lit. iurand.* hìc autem nec agi-
tur ad diuerſum finem, nec diuerſificatur inſtantia, ideò
non licet denuò examinare; & cùm articulus fuiſſet be-
ne diſcuſſus, & diſputatus, ita fuit iudicatum ſecundùm
ſuperiùs allegata. Et ita, &c.

## CAPVT XCVII.

### Epitome.

Si facultates patris augeantur, an debeat augeri dos filiæ aſſignata.

### SVMMARIVM.

1 *Dos à patre aſſignata cenſetur congrua.*
2 *Filia dotata congruè ſupplementum non petit.*
3 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*
4 *Dos non augetur auctis patris facultatibus.*
5 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
6 *Dos non eſt minuenda diminutis patris facultatibus.*
7 *Dotata quando poſſit petere ſupplementum.*
8 *Legitima augetur auctis facultatibus patris.*
9 *Legitimam filio aſſignatam pater reuocare poteſt.*
10 *Pater poteſt cogi ad maritandum filias.*
11 *Quod diminui non poteſt, caret augmenti commodo.*
12 *Legitima non deducitur, niſi deducto ære alieno.*
13 *Funeris impenſa in primis deducenda.*
14 *Dotis titulus eſt oneroſus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Milana pro Sudentis, quæ eſt Mutinenſis bo-
norum, requiſitus à M. Excellent. D. Alexandro Ma-
dio Artium, & Medicinæ Doctore, & meo conſobri-
no, vt breuibus agam, reſoluendum cenſeo D. Caſſan-
dram de Milanis, & eius filios non poſſe iuridicè præ-
tendere aliquam legitimam, aut eius ſupplementum in
bonis D. Antonij de Sudentis eius genitoris, eo quod
eam opportuno tempore dotauerit ſecundùm vires pa-
trimonij, quando illa nupſit, licèt poſtea ditior factus
ſit; & cùm moriens fecerit ſibi hæredes DD. Ludouicam,
& Catherinam eius filias, certo legato filiis dictæ Caſſan-
dræ facto, eius voluntas non poteſt impugnari.
Vnde vt id faciliùs demonſtrem, ſciendum eſt dictam
Caſſandram à dicto eius patre fuiſſe iam diu dotatam, &
in matrimonium collocatam cum dote librarum mille,
quæ dos cenſetur congrua, etiamſi minor eſſet legitimâ,
quia pater eam conſtituit, qui pro filiis cenſetur opti- 1
mum capere conſilium. Caſtr. *conſil.* 275. *numer.* 6. *libr.* 1.
Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.* 280. *num.* 31. *part.* 1. Me-
noch. *conſil.* 371. *num.* 11. latè Peregr. *conſil.* 86. *numer.* 9. 2
*lib.* 1. Card. Mantic. *deciſ.* 329. *num.* 2. vbi inquit maximè
procedere ad præiudicium filiæ, ne ſupplementum con-
ſequi valeat.
Sed vltra iuris præſumptionem, quæ tamen deberet
ſufficere, cùm ſit liquidiſſima probatio, Crauet. *conſ.* 958. 3
*num.* 21. adhuc id teſtibus, & ſcripturis ſatis firmatur; ſi-
quidem tempore dotationis dictus Antonius erat pauper,
non habens in bonis niſi quaſdam domos, vt in proceſ-
ſu, quod etiam conuincitur eſſe verum ex ipſo dotatio-
nis inſtrumento, vbi ſponſus vix ſecurus de promiſſione
dotis voluit cum ſocero obligari in ſolidum ipſam quo-
que ſocrum pro dote ipſius, quæ omnia ſatis oſtendunt

tenuitatem patrimonij dicti D. Antonij, & propterea ve-
ridicè teſtes dicunt dictam dotem fuiſſe competentem.

Hoc ſtante, etiamſi poſtea auctæ ſint facultates dicti
Antonij dotantis, adeò vt inſpecto tempore mortis illa
dos librarum mille videatur tenuis, tum quia non mortis,
ſed dotationis tempus inſpicitur, ipſa, nec eius hæredes
poſſunt aliquam legitimam, aut ſupplementum petere,
4 aut conſequi. Nicol. Boer. *deciſ.62.num.8.& ſeqq.* pulchrè
in terminis Surd. *conſ.*488. *num.*28.36. latè Anchar. Iun.
*quæſt.*51.*num.*2.*& ſeqq.part.*1. Menoch. *conſ.*3.*num.*17.18.
& *d.conſ.*371.*num.*11.12. Carp. *ad ſtatut. Mediol. cap.*278.
*num.*222.*part.*1. Peregr. *conſ.*86.*num.*10.*lib.*1. Rot. *diuerſ.
deciſ.*202.*num.*20.*part.*2. Sacca *conſ.*138.*num.*13.*lib.*1. illa
enim dos tunc temporis congrua ſucceſſit loco legitimæ,
ſi quam dicta Caſſandra conſequi poterat. Boer. *d. de-*
5 *ciſ.*62.*num.*15.16. Mangil. *tract. de imput. quæſt.*53.*num.*5.
Rota *diuerſ.deciſ.*650.*num.*5.*part.*1. ideò debet ſuâ legi-
timâ eſſe contenta.

Nec mirum, quia ſicut dos non eſt minuenda, dimi-
nutis poſtea facultatibus patris, nec ipſa id pateretur, ſi
6 fortè pater eſſet factus pauperior, vel numerus filiorum
augeretur, etiamſi tractu temporis pater videretur do-
tem exceſſiuam conſtituiſſe inſpecto euentu, ita non de-
bet petere ſupplementum, ne petat id, cuius contrarium
non eſſet poſtulatura. Boer. *d. deciſ.*62. *num.*9. Bertrand.
*conſ.*29.*lib.*4. Surd. *conſ.*488. *num.*34.35. Giurb. *in conſuet.
Meſſan.part.*1.*cap.*3.*gl.*7.*num.*60.*in fin.*

Si quæ autem contraria adduci poſſunt, vt ſic dotata
valeat ſupplementum petere, illa procedunt, quando dos
eſt relicta in teſtamento, ſecus eſt, quando pater ipſe vi-
7 uens nuptui eam tradidit, & dotem ſoluit: ita Anch. Iun.
*d.quæſt.*51.*num.*5. Alciat. *reg.*1.*præſ.*2.*in fin.* Ceph. *conſ.*501.
*num.*58. pulchrè Surd. *d.conſ.*488. *num.*36. *verſ. vbi diſtin-
guit*; ſicut etiam ea non procedunt, ſi exter ſtatutum
mandans filiam eſſe contentam dote à patre data. Rot. *d.
deciſ.*202.*num.*20.*part.*2. Surd. *conſ.*488.*num.*36.*ad fin.*

Et licèt diſputari ſoleat, an legitima filio tradita in vi-
ta patris auctis facultatibus augeatur, quod multi affir-
mant, id tamen à quæſtione noſtra extraneum eſt, quia
pater aſſignationem legitimæ facit voluntariè, & non
poteſt cogi ad eam faciendam, vnde ſemper actum reuo-
8 care poteſt, vt inquit Peregr. *de fideicom. art.*36. *num* 14.
15. At pater adhuc viuens poteſt cogi ad tradendum nu-
9 ptui filias, & ad dotem conſignandam abſque facultate
reuocandi. Peregr. *d.conſ.*86.*num.*13. & propterea non eſt
10 mirum, ſi illa, quæ non ſubiacet titulo diminutionis, aug-
menti etiam careat commoditate: ita Surd. *d. conſ.*488.
11 *num.*33.*verſic.ſeptimò.* Ideò ſi Caſſandra non poteſt agere
ad legitimam, vel eius ſupplementum, multò minùs id li-
cebit eius filiis, *l.ſi viua matre, C.de bon. matern.*

Et hæc videntur procedere de plano, ſed in omnem
euentum certum eſt in calculanda legitima, in primis de-
ducendum eſſe æs alienum, quo niſi deducto illa non de-
12 betur, *l. Papinianus*, §. *quarta*, vbi Bart. & DD. *ff. de in-
offic. teſtam.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.*4. *numer.*163.
Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.*297. *num.*5. *in fin. part.*1.
Vrſill. *ad Afflict. deciſ.*232. *num.*5. ſicut etiam funeris im-
13 penſa ante omnia deducenda eſt. Carpan. *dict. cap.*297.
*num.*11.13.*part.*1.

Cùm igitur dictus D. Doctor Madius ſit creditor de
dote eius vxoris, & fructibus, hoc in primis deducendum
eſt, quia dotis titulus dicitur titulus oneroſus reſpectu
14 generi: ita textus *in l.fin.§.ſi à ſocero*, vbi Bart. & DD. *ff. de
his quæ in fraud. credit. l.ex promiſſione, de act. & obligat.* &
propterea debitum dotis minuit legitimam, ſicus æs alie-
num. Crau. *conſ.*186.*num.*12. Mangil. *de imputat. quæſt.*10.
*num.*15. Et ita ſentio, &c.

# CAPVT XCVIII.

## Epitome.

Alterius debitum in ſe ſuſcipiens, qua actione
teneatur.

## Svmmarivm.

1 *Actione conſtitutæ pecuniæ tenetur, qui ſuſcipit ſe ſoluere alienum debitum.*
2 *Actio conſtitutæ pecuniæ eſt inanis, vbi non conſtat de debito principali.*
3 *Excuſſionis beneficium datur ſe conſtituenti pro alio ſoluere.*
4 *Verbum*, Volo, *quid importet.*
5 *Verba*, Volo facere, *tenent in ſuſpenſo.*
6 *Legatum facere velle videtur, qui vocat quinque teſtes.*
7 *Legatum debet probari ſaltem quinque teſtibus.*
8 *Mortis in articulo conſtitutus cenſetur legare, non donare.*
9 *Donatio non præſumitur.*
10 *Moribundi facilè omnibus aſſentiunt.*
11 *Dos non compenſatur cum legato vxori facto.*
12 *Sequeſtrum non tenet, niſi conſtet de credito.*
13 *Legatum creditori factum non tenet, ſi non excedit creditum.*
14 *Vxor poteſt conſequi legatum, & reſiduum dotis.*
15 *Vſusfructus ſolùm continens alimenta reintegratur confiſcatis bonis.*
16 *Vſufructuarius lucratur proprietatem, ſi proprietario confiſcentur bona.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN cauſa bonorum pro Prioriis contra Sigiſmundos,
teneo, & conſulo circa verba prolata à M. R. Michaë-
le Priorio Canonico, cuius verba ſunt hæc: *Che voleua,
che M. Antonio foſſe ſodisfatto.* Nam ex inordinato pro-
ceſſu non licet dignoſcere, quam actionem Sigiſmundi
intentauerint, niſi vnam ex tribus, videlicet de conſtituta
pecunia, aut ex legato, aut ex donato, non enim eorum
prætenſiones ſub alio titulo cadere poſſunt.

Si autem de prima actione loquamur, quam veriſimi-
liùs competere dicendum eſt, patet dictum D. Canoni-
cum nihil contraxiſſe cum Sigiſmundis, quoniam credi-
tum eorum erat contra D. Ioan. Baptiſtam Priorium,
quod cùm dictus Canonicus voluerit ſolui de proprio,
inde naſci non poteſt niſi actio de conſtituta pecunia,
ſtante, quòd nulla interceſſit ſtipulatio; hæc enim actio
datur, quando quis ſe debitorem facit pro alio, & in ſe
alterius ſuſcipit obligationem, §.*de conſtituta*, vbi DD. *de
action.* Ant. Hering. *tract. de fideiuſ. cap.*18. *num.*4. *in fin.* 1
ſed inanis eſt hæc actio, vbi non conſtat de debito, quod
quis ſe ſoluere conſtituit, *l. hactenus, ff. de conſtit. pecu-* 2
*nia.* Aret. *in §.in perſonam, num.*8. *verſic. reuertor*, & ibi Iaſ.
*num.*21. *verſic. & dicit. Inſtit. de action.* Myſing. *in* §. *de
conſtituta*, *num.*2. 9. *Inſtit. eod.* Ergo hîc locum habere
non poteſt, vbi non conſtat de debito dicti D. Ioannis
Baptiſtæ.

Et licèt dictus D. Canonicus videatur debitum agno-
uiſſe, non tamen de quantitate quidquam dixit, verba
enim fidei de ſcutis 100. nõ ſunt ipſius, ſed partis narran-
tis, & teſtes ſe neſcire fatentur, immò aduerſarij petunt
ſolùm libras 397. ideò in hoc vis non eſt facienda, & ſi
fieri poſſet, adhuc dicendum eſt Priorios habere benefi- 3
cium excuſſionis, quod datur etiam ſe conſtituenti pro
alio ſoluere. Fab. & Iaſ. *in §.in perſonam*, & §.*de conſtituta,
Inſt.*



*Inſt.de action.* Ant. Hering. *d.tract.*27.*part.*1.*num.*126. qui
alios congerit.

Sed verè dictus Canonicus non intellexit ſe obligare
inter viuos, ſed potiùs legatum facere de eo, quod Sigiſ-
mundi petere poterant à dicto D. Ioanne Baptiſta, ſic
enim denotat illud verbum, *Volo*, quod magis aptatur vl-
4 timis voluntatibus, quàm contractibus, §.*fin. Inſtit. de ſing.
reb. per fideicom. relict. l. omne verbum, C. communia de legat.*
Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3. *quæſt.*17. 18. & certè verbum,
*Volo*, non reſoluit, ſed tenet in ſuſpenſo: pulchrè Salic.
5 *in l. in vendentis, num.*10. *C.de contrah. empt.* Socin. Iun.
*conſ.*179.*num.*64.65.*vol.*2. vbi quod tale verbum non eſt
diſpoſitiuum, ſi iungatur infinito, vel alio verbo eiuſdem
virtutis; & cùm vocauerit multos teſtes ſupra quinque,
6 videtur voluiſſe legare, Menoch. *præſ.*105. *num.*23. 24.
*lib.*4. vbi etiam dicit potiùs eſſe legatum præſumendum,
quàm aliud, ex quo verba illud importare poſſunt.

Verùm in vim legati valere non poteſt diſpoſitio, quia
requiritur probatio ſaltem per quinque teſtes, vbi tra-
7 ctatur de ſubſtantia legati. Maſcard. *de probat. verb. teſta-
mentum, concluſ.*13. 58. *num.*14. 15. ad rem Socin. Iun.
*conſil.*179. *num.*82. *vol.*2. neque vt donatio inter viuos
ſuſtineri poteſt, quia conſtitutus in articulo mortis non
cenſetur velle donare, ſed legare, *l. Pamphilio*, §.*propo-
8 ſitum. ff. de legat.*3. & potiùs actus redditur nullus, quàm
præſumatur donatio, Maſcard. *verb. donatio, concluſ.*
555. *num.*15. Et ſanè videtur parum de huiuſmodi ver-
9 bis curandum, quia ille moribundus erat, & ſcimus om-
nes, quod morituri facilè aſſentiunt interrogatis, vt ſe
à moleſtia liberent, & multi teſtes contradicunt iis, quæ
facta eſſe dicuntur, qui tanquam inducti ab aduerſariis
10 rem vniuerſam proſternunt. Farinac. *in prax. quæſtion.*45.
*num.*35.36.

Quoad alterum punctum alterius quæſtionis, certum
videtur, legatum non eſſe imputandum in dote, cùm
11 bona ſint legatario propria. Bart. *in l. maritus, num.*2.
*C.de procurat.* & ideò liquidum non eſt ſequeſtrum, quia
nullibi conſtat de credito, quod tamen debet apparere.
12 Statutum Ferrariæ *lib.*2. *rubr.*28. maximè in relaxatione
ſequeſtri. Carroc. *tract. de ſequeſtr. part.*3. *quæſt.*1. *num.*1.
*verſ. ſed ad conſecutionem*: immò cùm minùs ſit in le-
13 gato, quàm in dote, legatum eſt inualidum, quia non
eſt vtile legatario, *l. ſi creditori*, vbi Bart. & DD. *de
legat.*1.

Neque nocet, quod mulier legatum acceptauerit,
quia adhuc poteſt petere reſiduum crediti ſui, cùm
14 teſtator non vetauerit; quin vltra quidquam petere
poſſit: ita Caſtr. *in l. creditorem, ad fin. de leg.*2. Alex.
*in l. ſi compenſandi, Cod. de hæred. inſtit.* & *in conſil.*132.
*numer.*2. *lib.*2. Couar. *in c. officiis, num.*10. *de teſtament.*
Craſſ. *in §. legatum, quæſt.*16. *in fin.* Menoch. *præſ.*110.
*num.*49. *lib.*4.

Circa verò vſumfructum breuiter dico reintegrari;
15 licèt enim ſecundùm conſuetudinem Martini mulier
vſufructuaria filiis extantibus habeat ſolùm alimenta,
tamen ſi bona confiſcant ob delictum filij, iam ma-
16 ter incipit habere plenum vſumfructum; latè Farina-
cius *conſilio* 159. *numero* 31. *libro ſecundo*, vbi etiam di-
cit, quod vſufructuarius lucratur proprietatem, quan-
do delinquit proprietarius ita, vt confiſcentur eius
bona.

# CAPVT XCIX.

## Epitome.

Sententiæ quando dicantur conformes, & pro-
bata ſubſtantia debiti an ſtetur iuramento
creditoris circa quantitatem.

## Svmmarivm.

1 *Sententia eſt conditionalis, quando defert iuramentum parti.*
2 *Iuramenti facultatem reus, ſeu actor recuſare poteſt.*
3 *Ablatiua abſoluta important conditionem.*
4 *Sententia conditionalis non eſt conformis cum pura.*
5 *Iuramentum deferre, & præſtare quid differant.*
6 *Iuramentum parti deferri non poteſt parte non citata.*
7 *Iudici non creditur.*
8 *Iuramento ſubſecuto ſententia remanet pura.*
9 *Conditionalis diſpoſitio ſemper differt à pura.*
10 *Iuramenti delatio ſupponit probationes non eſſe plenas.*
11 *Conformitas ſententiarum quid requirat.*
12 *Sententias non eſſe conformes in dubio dicendum eſt.*
13 *Conformitas ſententiarum conſideratur ab effectu, non à verbis.*
14 *Iuramento creditoris ſtatur circa quantitatem, probatâ ſubſtantiâ.*
15 *Quantitas crediti quando iuramento poſſit probari.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

CErtum eſſe cenſeo appellationem D. Ioan. Andreæ,
& aliorum de Prioriis deuoluere eò, quia ſententia
vltimo loco lata non ſit in aliquo conformis cum prima,
quæ ſimpliciter condemnat eos ad ſummam petitam, vl-
tima verò cum illo moderamine, & conditione iuriſiuran-
di ſuppletorij. Vnde animaduertendum eſt, quod ſenten-
tia, quæ dat parti facultatem iurandi in ſupplementum
probationis, dicitur conditionalis, cùm habeat anne-
xam illam conditionem, *ſi pars iurauerit*, vt eſt de men-
te Bart. *in l. cùm Iudex, num.*2. *C. de ſentent. & interloc.* 1
*omn. iudic.* pulchrè Socin. Iun. *conſ.*18. *num.*6. *lib.*1. Alex.
*conſ.*77.*num.*2.3.*lib.*2. Crauet. *conſ.*183.*num.*2. Burſat. *con-
ſil.*219. *num.*13. *lib.*2. quos ſequitur Ruginell. *de appel-
lat.* §.12. *gl.*1. *cap. vnic. numer.*23. Menoch. *conſ.*509. *nu-
mer.*17. verè enim hæc ſecunda ſententia continet fa-
ctum partis aduerſæ, & propterea neceſſe eſt eam ſecum
ferre illam conditionem, *Si illud fiat*, poteſt enim eſſe,
quòd pars iurare (vix tamen id credi poteſt) verè re-
cuſet. Bart. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* & hoc habui 2
in facto, in cauſa Doctoris Flordebelli cum Morro, licèt
hoc raro contingat.

Et quod hæc vltima ſententia ſit conditionalis, ſuffi-
cienter declarant ipſius verba, dum inquit, *Delato per
nos iuramento ſuppletiuo*, quæ omninò conditionalia
ſunt, ſic enim reſolui debent, *vbi delatum*, vel *ſi dela-
tum per nos fuerit iuramentum*; ablatiua enim abſoluta
important conditionem, *l. facta*, §. *reſcripto, ff ad Trebell.* 3
Bart. *in l. cùm ſtipulatus, de verb. obligat.* Pacian. *conſil.*
52. *numero* 68. diſpoſitio autem conditionalis nullo mo-
do eſt conformis cum pura, & ſimplici, *l.*1. §. *ſi quis
ſimpliciter*, vbi Bart. & DD. *ff. de verb. obligat.* Socin. 4
Iun. *d. conſil.*81. *numero* 6. *lib.*1. Alexand. *dict. conſil.*77.
*numero* 3.

Nec fortè dicatur verba huius ſententiæ non inferre
quidquam poſtea faciendum, ſed iam factum, quaſi quod
in ipſa ſententia, vel antea Iudex parti iuramentum de-
tulerit. Nam reſpondeo talia verba non poſſe habere ta-
lem ſenſum, quia verbum, *Deferre*, importat conceſſio-
nem facultatis iurandi; *Præſtare*, verò ipſam realem iura- 5
menti dationem, *l. generaliter*, & ibi Bald. *C. de rebus cred.*
Bart. & DD. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* alioquin re in-
tellecta ſequeretur abſurdum, quod Iudex parti iuramen-
tum præſtitiſſet alia parte non citata, quod facere non po-
teſt. Alex. *conſ.*122. *num.*13. *lib.*2. Iaſ. *in repet. l. admonendi*, 6
*num.*327. *ff. de iureiur.* & maximè ſic eſſe credendum eſt,
quia non creditur iudici aliquid ſe feciſſe in ſua ſententia
aſſerenti, niſi ex actis conſtet. Crauet. *conſ.*425.*num.*63.66. 7
&

& ideò ne incidat in hæc abſurda, dicamus ea verba ſi-
gnare quid eſſe faciendum, non factum, vnde ſublatum
eſt motiuum ſtatuti Ferrariæ *lib.2.rubr.66.* de conformi-
bus loquentis.

Non obſtat autem motiuum, quòd iuramentum non
repugnet naturæ iudicij, & ſubſecuto eo ſententia dica-
8 tur purè data, ex Bart. *in l.cùm Iudex,num.2. C.de ſent. &*
*interlocut.* Nam reſpondeo Bartolum, & alios adductos
non ferire caſum noſtrum, concludunt enim validam eſ-
ſe ſententiam latam ſub conditione, ſi iuraueris; quod
certè eſt admittendum, ſed aliud eſt quærere, an ſenten-
tia ſit valida, & an ſit conformis, de quo nunc ſolùm
quærimus; licèt enim ſequatur iuramentum,& conditio
reſoluatur, ſemper tamen verum eſt dicere, quòd hæc
conditionalis ſententia non ſit conformis cum prima
9 ſimplici, & pura, *arg. l.1.§.ſi quis, de verb. obligat.* Socin.
Iun. *d.conſ.16.num.6.* vnde ex diuerſis non bene infer-
tur, *vulg. l. Papinianus,ff. de minor.*

Accedat,quòd primus iudex condemnando reum purè,
& ſimpliciter, videtur ſenſiſſe probationes fuiſſe plenas,
& concludentes, & hac cauſa ductum fuiſſe ad ſic pro-
nunciandum,ſecundus verò dando facultatem iurandi in
ſupplementum videtur ea cauſa ductus,quòd tantùm ſe-
10 miplena eſſet probatio, ad textum *in d. l. admonendi,*
vbi Bart. Iaſ. & DD. *ff. de iureiur.* Cùm igitur diuerſis
ex cauſis ſint moti, poteſt dici ſententias non eſſe con-
formes,quia conformitas requirit identitatem rei,cauſæ,
11 & perſonæ. Ruginell. *de appellat.§.12.gl.1.c. vnic.num.6.*
Scacc.*eod.tract.quæſt.17.limit.1. num.21.* & ſi eſſemus in
dubio, adhuc pronunciandum eſſet, ſententias non eſſe
12 conformes. Ruginell. *d.§.12.gl.1.cap.1.num.26.*Scacc. *d.*
*quæſt.17.limit.1.num.18.* Bene verum eſt,quod in hoc di-
ci poteſt,illud eſſe intelligendum de identitate cauſæ fun-
damentalis,non motrice,alioquin ferè nunquam ſenten-
tiæ eſſent conformes,cùm Iudex vnus moueatur ab vna
cauſa, alius ab alia, & conformitas magis conſideratur
ex effectu,quàm ex verbis, *l.1. §. hæc autem,ff. quod quiſ-*
13 *que iur.c.relatum, de cler. reſid.* Dec. *conſ.385. numer.2.*
Gabriel. *conſil.6. numer.6.* Ruginell. *d. §.12. gl.1. num.8.*
Scacc. *dict. quæſt. 17. limit. 1. numer.21.* ideò recurren-
dum ad primam rationem, quia conditio nimis rem
alterat.

Quod autem attinet ad ſubſtantiam iuramenti, an ſit
deferendum, vtique ſentire videntur DD. quòd ſi conſtat
de ſubſtantia debiti,incerta autem ſit quantitas,tunc cir-
ca quantitatem ſtandum eſſe iuramento partis agentis,
14 & ſic probantis debiti ſubſtantiam. Dec.*in cap.1.num.33.*
*verſ.tertiò accedit,de probat.* & *conſil.536. num.12.* Rip. *in*
*d.l.admonendi,num.188.*Natt.*conſ.3.num.10.*Crauet.*conſil.*
*108.num.9.*& *conſ.662.num.32.*Cephal.*conſ.297.num.12.*
& *conſ.678.num.62.63.*Rol.*diuerſ.deciſ.746.num.1.2.* vbi
de communi,*part.1.*tamen id procedit,ſi adſint aliæ con-
iecturæ, quibus probetur aliquo modo quantitas, &
15 quando debitor negaſſet debitum, & conuictus eſſet de
mendacio, & conſtaret de eius dolo; nam tunc probato
debito ſtaretur iuramento creditoris quoad quantita-
tem, ſecus eſt,quando debitor fatetur debitum, ſed non
in tanta quantitate. Rip. *in d.l.admonendi,num.188.in fin.*
vbi Purpur. *num.265.ff.de iureiur.* Bolognet. *in l.in actio-*
*nibus,num.86.in fin.de iureiur.*Plot.*in l.ſi quando,num.660.*
*verſ.& debent,C.vnde vi,*Cacher.*deciſ.96.in fin.*Rot.*diuerſ.*
*d.deciſ.746.num.3.4.*Ludou. Sacc. *conſ.130.num.7.8.lib.2.*
Ideò nec ſententias eſſe conformes, nec locum eſſe iura-
mento iuris eſſe cenſeo.

# CAPVT C.

## EPITOME.

Subſtitutiones poſteriores verbis directis
non poſſunt importare fidei-
commiſſum.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtitutis filiis ſi mortis tempore non extent,efficitur locus ſubſtitutis.*
2 *Subſtitutio facta decedenti ſine filiis,euaneſcit filiis extantibus.*
3 *Vulgaris ſubſtitutio quid ſit.*
4 *Verbum,*Inſtituit,*eſt directum,& ciuile.*
5 *Verbum,* Hæres, *eſt directum.*
6 *Subſtitutio præſumitur potiùs directa,quàm obliqua.*
7 *Subſtitutio directa non poteſt trahi ad fideicommiſſariam.*
8 *Subſtitutionis vulgaris natura eſt, vt vno admiſſo cæteræ ſubſtitutiones caducentur.*
9 *Hæredi ſine filiis decedenti facta ſubſtitutio, filiis extantibus euaneſcit, licèt decedant.*
10 *Verba,* quandocumque, *vel* poſt mortem; *ſignant tractum futuri temporis.*
11 *Verbum,*attinentes, *vel* proximiores, *intelligitur de extantibus mortis tempore.*
12 *Attinentes,vel cognati non ſunt voces tractum futuri temporis importantes.*
13 *Agnationis iura non habent naſcituri.*
14 *Dictio,*ipſius, *reſtringit.*
15 *Verbum,*deficere,*quid importet.*
16 *Deficere dicitur etiam, quod nunquam fuit.*
17 *Deficere dicitur, quod eſſe deſiit.*
18 *Vulgaris ſubſtitutionis caſus ſunt impotentia, & voluntas.*
19 *Subſtitutiones quomodo caducentur.*
20 *Dictio,*tunc,& eo caſu, *quid importet.*
21 *Fideicommiſſum quomodo præſumatur, vel non.*
22 *Clauſula codicillaris an poßit trahere directam ſubſtitutionem ad fideicommiſſum.*
23 *Vocatum qui ſe prætendit, debet probare.*
24 *Fideicommiſſum non extare in dubio dicendum eſt.*
25 *Fideicommiſſi inductio eſt odioſa.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN cauſa Ferrarienſi bonorum pro DD. Iacobelliis, &
Illuſtriſſimo D. Erneſte, & aliis de Beuilaqua aduerſus
Zauinellos agentes vigore cuiuſdam fideicommiſſi, benè
viſa,& ſæpe,ac ſæpiùs conſiderata facti ſpecie mihi pro-
poſita, & ponderatis rationibus, quæ vtrimque videntur
poſſe adduci, omiſſoque longo apparatu,qui in hac ma-
teria ſolet, & fieri poteſt, breui via in eam deſcendo ſen-
tentiam,vt Zauinellus,ac alij agentes contra Iacobellium
ſine actione experiantur,eo quod nullum extet fideicom-
miſſum ad eorum fauorem in bonis dicti Iulij Zaniuelli
teſtatoris, qui admiſſo Alexandro vt proximiore de eius
agnatione,cæteri cenſentur perpetuò excluſi,& caducatæ
remanent quæcumque aliæ ſubſtitutiones, de quibus in
teſtamento,vt ex infraſcriptis facilè demonſtrabo,& per
conſequens Illuſtriſſimi DD.de Beuilaquis ad nullam te-
nentur actionem.

Prima igitur inſtitutio,quam fecit dictus Iulius, reſpi-
cit filios maſculos ipſius teſtatoris,quos ſibi fecit hęredes
vniuerſales,vt in eius teſtamento.Hæc certè defecit,quia 1
mortis tempore dictus Iulius nullos habuit filios. Alex.
conſ.14.



*conſ.14.num.7.lib.4.*& teſtamentum incepit habere vires
à ſequenti vulgari ſubſtitutione. Bart.*in l.1. num.28.* vbi
Rip.*num.161.*& ibi communiter DD.*ff.de vulg.& pup.*
*ſubſtit.*

Altera inſtitutio eodem continuato ſermone fuit hu-
iuſmodi,quòd ſi dictus D.Iulius filios maſculos non ha-
buerit,tunc, & eo caſu ſibi hæredes vniuerſales inſtituit
in bonis immobilibus quoſcumque illius attinentes pro-
ximiores de eius agnatione: caſus huius ſubſtitutionis
venit in perſonam D. Alexandri Zauinelli, qui etiam vti
talis admiſſus fuit.

Tertia ſubſtitutio fuit, quòd attinentibus non extan-
tibus,vel deficientibus,ita vt nullus ex agnatione ipſius
exiſteret,vel in rerum natura non reperiretur,tunc,& eo
caſu teſtator ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit ſacrum
Montem Pietatis: hæc euanuit propter exiſtentiam, &
aditionem dicti D. Alexandr. ad textum *in l. poſt aditam,*
2 vbi Tapia *num.8.* & alij communiter, *C.de impub.& aliis*
*ſubſtit.*Peregr.*de fideicomm.art.15.num.3.*

Hinc nemini dubium eſſe poteſt,quin ſecunda,& ter-
tia inſtitutio ſint poſt primam vulgares ſubſtitutiones,
quia verbis directis fiunt,& in locum primæ deficientis
ſufficiuntur,vt patet ex his,quæ tradit Nicol. Intrigl. *de*
3 *ſubſtit.cent.1. quæſt.9. num.4.5.6.7. & ſeq.*& *quæſt.18. per*
*totam.*Peregr.*de fideicom.art.15.num.3.*Fuſar. *quæſtion.34.*
*num.11.* Nam verbum, *inſtituit,* eſt verbum directum, &
4 ciuile. Cephal. *conſ.269. num.17.*Intrigl.*d.tract.centur.3.*
*quæſt.31.num.29.31.*Peregr.*art.34.num.49.*maximè ſi ad-
datur verbum, *hæres.* Craſſ. *de ſucceſſ. lib.1. §.ſubſtitutio,*
5 *quæſt.5. num.2.* Peregr. *d.art.34. num.49.* & tale verbum
reſpectu primæ inſtitutionis importat inſtitutionem, reſ-
6 pectu verò ſecundæ ſubſtitutionem. Decian. *conſil. 384.*
*num.5.* & præſumitur ſemper potiùs directa, quàm obli-
qua. Menoch. *conſ.85.num.81.* Laderch. *conſ.58.num.13.*
Intrigl *d.cent.1.quæſt.8.num.29.* & propterea huiuſmodi
ſubſtitutiones in vim vulgaris ſuſtineri debent, quia im-
7 poſſibile eſt,quod ſubſtitutio facta per verbum directum
trahatur ad fideicommiſſum. Dec. *conſ.204. numer.6.*
*verſ.& ab iſta communi.* Gratian. *diſc. for. lib.4. cap.764.*
*num.29.* vnde eſt, quod adita hæreditate ab inſtituto,
vel primo ſubſtituto, alia vulgaris directa ſubſtitutio
non poteſt ſuſtineri in vim fideicommiſſi. Cephal. *con-*
*ſil.401.num.19.*

Vt igitur magis in ſpecie loquamur,ſi verba ſecundæ,
& tertiæ ſubſtitutionis diligenter attendamus, ſatis con-
ſtabit non fuiſſe inductum aliquod fideicommiſſum inter
vlteriores attinentes teſtatoris proximiores de eius ag-
natione,quia admiſſo dicto D.Alexandro vti proximiore
non legitur in teſtamento,quod alij poſteriores inuicem,
vel vnus poſt alium fuerint ſubſtituti, & ob id dicuntur
potiùs vulgariter ſubſtituti, quàm per fideicommiſſum
inter ſe, maximè cùm non adſint alia verba tractum fu-
turi temporis importantia, vel perpetuum fideicommiſ-
ſum ſignificantia; tunc enim primo admiſſo cæteri tan-
quam vulgariter ſubſtituti perpetuò cenſentur excluſi,
8 hæc eſt inſignis doctrina Raph. Com. *in l. cùm ita, §. in*
*fideicommiſſo,num.4.verſ.or videte, ff. de leg. ſecundo.* Alex.
*conſ.13.num.7.* & *conſ.14. num.12.lib.4.*Socin.*conſil.104.*
*num.20.verſ.ſed quando,lib.3.*Ruin. *conſ.100. num.3.lib.2.*
Dec.*conſ.204.num.6.7.*Crauet.*conſ.161.num.7.*Ceph.*conſ.*
*269.num.15.16.* & *conſ.326.num.25.26.27.*Menoch *con-*
*ſil.85.num.54.& ſeq.*& *num.67. cum ſeq.* latiùs idem Me-
noch. *lib.4.præſ.71.num.29.30.31.& ſeq.* vbi tollit omnia
contraria. Peregr.*de fideicommiſſ.art.15. num.3.*& *art.19.*
*numero 33. verſ. aut verò,* latè Petra *eod. tract. quæſt.5.*
*num.148. verſ. contrariam tamen,* & *num.149.* vbi fusè
Mantic. *de coniect.vlt.vol. lib.8.tit.12.num.11.verſ. quo fit,*
pulchrè Laderch. *conſ.71. num.20.* & *conſil.58. num.30.*
ſufficit enim quod bona dicti Iulij ſemel peruenerint ad
proximiores, etiamſi penes eos perpetuò non rema-
neant, quia teſtator voluit ſibi de hæredibus tantùm
prouidere ſæpius vulgariter ſubſtituendo, non etiam
fideicommiſſum facere, vt dicunt præfati Doctores.

Et ſanè huic valde ſimilis eſt caſus,de quo Anch.*conſ.*
*137.num.2.* ſcribens,quòd teſtator inſtituerat ſibi hære-
dem Mengutium filium ſuum,& eo decedente ſubſtitue-
rat ipſius filios,& ſi contingeret Mengutium & filios de-
cedere ſine filiis,ſubſtituerat pauperes, & decidit, quod 9
ex quo Mengutius ſuperuixit patri,licèt ipſe poſtea cum
filio ſuo deceſſerit, tamen non eſſe locum ſubſtitutioni
pauperum,& eum ſequitur Crauet. *conſ.205.num.5.* Me-
noch.*conſil.399.num.16.17.18.19.* Peregr. *de fideicommiſ.*
*art.15. num.31.* qui licèt ab initio videatur impugnare
Ancharanum,& Menochium,tamen eis conſentit in ſub-
ſtitutione facta per culpam,prout eſt caſus noſter.

Et hæc certa ſunt, ſtante quod in hac diſpoſitione
nullum cernitur verbum tractum futuri temporis ſignifi-
cans,quale eſt, *quandocumque,* vel *poſt mortem,*Alex. *conſ.* 10
*13.num.7.lib.4.*Crauet.*conſ.22.num.7.* vel dictio, *in infini-*
*tum,* vel *in perpetuum.* Laderch. *d. conſ.58. num.21. verſ.*
*ſecundò reſpondeo,*& ſimilia,de quibus Menoch. *d.præſ.71.*
*num.35.* Nam verbum, *attinentes,*vel *proximiores de agna-*
*tione,* intelligitur de extantibus mortis tempore,vel con-
ditionis purificatæ. Alex. *d. conſ.14. num.15. 16.* Petr. *d.*
*quæſt.1. numer.149. verſ. quintò etiam dici poteſt.* Peregr. 11
*dict. artic.19. num.33. verſic. aut verò,* hæc enim nomi-
na, *Attinentes, proximiores, cognati, agnati,* & ſimilia
de per ſe important tractum futuri temporis, vt per Pe-
regr. *d. numer.33. verſ. aut verò,* latè Menoch. *dict. con-* 12
*ſil.85. num.60. 61.* & *præſ.71. num.19. 30. & ſeq.* Petr.
*d.quæſt.5. num.149.verſ.quintò etiam,* & *num.151. verſ.*
*ſeptimò ceſſat.*

Et verba illa, *ipſis non extantibus, vel deficientibus,* re-
ſpiciunt tempus purificatæ conditionis, vbi teſtator mo-
riens filios maſculos, neque proximiores haberet, quod
manifeſtius apparet ex ſubſequentibus verbis, ita quod
nullus ex agnatione eius exiſteret, & in rerum natura
non reperiretur; clarè enim talia verba ſonant in præte-
ritum ad tempus conditionis ſupradictæ. Alex. *d.conſ.14.*
*num.16. lib.4.* Menoch. *d. præſ.71. num.33. verſ. & quod*
*ait.* Alij enim proximiores nati poſt admiſſionem dicti
Alexandri non habent iura agnationis, & excluſi cen-
ſentur. Peregr. *d. art.19. num.33. verſ. aut reliquit.* Me- 13
noch. *in dictis locis*: & tantò magis id verum eſt, quia
ſemper teſtator appoſuit pronomen, *ſuum,* dicens atti-
nentes ipſius, de agnatione ipſius, vt in dicto teſtamen-
to, quæ verba non poſſunt extendi ad vlteriores, ſed
tantùm reſtringuntur ad natos tempore mortis diſpo- 14
nentis: ita poſt multos Petra *d. quæſt.5. num.151. verſ.*
*ſeptimò ceſſat.*

Neque vis eſt facienda in illis verbis: *Non extantibus,*
vel *deficientibus,* quaſi primum reſpiciat non exiſtentiam,
alterum verò exiſtentis mortem. Nam hæc verba nihil
alterant diſpoſitionem, quin vulgaris ſit ſubſtitutio,
quemadmodum in ſimilibus caſibus loquuntur Docto-
res,vt penes Laderch. *d.conſ.72.num.20.*Etenim verbum,
*deficientibus,* exponitur,ideſt,*non adeuntibus,* vt quia no-
luerunt,vel quia non potuerunt.Socin.Iun.*conſ.181.num.* 15
*30.lib.2.*pulchrè,& meliùs Nicol Intrigl.*d.cent.1.quæſt.9.*
*num.5. in fin.* & eodem ferè modo videtur etiam expone-
re Menoch *conſ.50.num.24.verſ. reſpondetur,ad fin.* & *nu-*
*mer.25. 26.* nam licet quandoque deficere ſumatur pro
eo,quod nunquam fuit, Soc.Iun.*conſ.181.num.30. lib.2.* 16
Menoch.*d.conſ.50.num.28.29.*Gratian.*diſc.for.lib.4.c.773.*
*num.22.* tamen verè, & magis propriè deficere dicitur,
qui iam natus deſiit eſſe in rerum natura.Socin.Iun. *dict.*
*conſ.181.num.30.*pulchrè Surd.*conſ.336.num.1.lib.3.*Gra- 17
tian. *d.cap.773. num.22. 23. 24.* vnde teſtator noſter ad
tollendas omnes ambiguitates per huiuſmodi verba vo-
luit expreſsè comprehendere vtrumque vulgaris ſubſti-
tutionis caſum, ſcilicet impotentiæ, & voluntatis, de 18
quibus *in l. cùm proponas, C. de hæred. inſtit.* Peregr. *dict.*
*art.15. num.3.*

Hinc ſatis apparet,quòd ſubſtitutio Montis Pietatis ni-
hil

hil refert ad inducendum fideicommiſſum inter attinentes vlteriores teſtatoris, quia eſt vulgaris facta ſub conditionibus ſupraſcriptis, quæ defecerunt propter exiſtentiam, & aditionem dicti Alexandri, vnde ipſa expirauit, ad tradita *in d.l.poſt aditam, C.de impub. & aliis ſubſtit.* Et ſanè verba huius ſubſtitutionis ſunt merè dicta, & ciuilia, ideóque inepta ad fideicommiſſum, ſolùm apta ad vulgarem, vt viſum eſt, adeò vt concludere neceſſe ſit, Montem pietatis fuiſſe tantùm vulgariter ſubſtitutum: Menoch. *d. conſ.*85. *num.*63. nihil enim concurrit, propter quod coniicere valeamus teſtatorem voluiſſe aliquos per fideicommiſſum vocare, ſed, vt dixi, voluit per plures ſubſtitutionum gradus de hærede ſibi prouidere, vnde ad-
19 miſſo dicto D. Alexandro vti proximiore vocato in prima ſubſtitutione, reliquæ ſubſtitutiones ſtatim expirant, & perpetuò cenſentur caducatæ. Ceph.*conſ.*394. *num.*33. Petra *d.quæſt.*5. *num.*148. *verſ. contrariam tamen*; & hoc maximè procedit ſtante illa dictione, *tunc, & eo caſu*, poſita in vtraque ſubſtitutione, quæ denotat tempus præciſum, & ſubſtitutionem ad caſum expreſſum reſtringit: la-
20 tè Ceph.*conſ.*326.*num.*31.32. Menoch. *conſ.*399. *num.*19. certi igitur reddimur, quod teſtator noluit vocare Montem Pietatis, niſi quando tempore eius mortis nullos haberet filios, nec attinentes de eius agnatione.

Accedat, quòd teſtator non prohibuit alienationem eius bonorum, neque diſpoſitiuè onerauit eius vlteriores proximiores in infinitum, minuſque eos inuitauit ad aliquod commodũ; ideò hæc Montis ſubſtitutio nõ poteſt
21 aliquid inferre ad inducendum fideicommiſſum inter attinentes poſteriores à dicto Alexandro deſcendentes, vel quoquo modo exiſtentes: ita reſpondet Alex. *d.conſ.*14. *num.*16.*verſ.ſupereſſe videtur*, & *num.*17.*lib.*4.

Neque recurrendum eſt ad clauſulam codicillarem, ſi extat in hoc teſtamento, quia non poteſt hanc vulgarem ſubſtitutionem verbis merè directis, & ciuilibus factam
22 ad fideicommiſſum reducere, vt per Laderch. *d. conſ.*58. *num.*24. & *num.*30.*verſ.Doctores ergo.*

His ſtantibus poſſunt rei conuenti dicere actoribus; De vobis non loquitur ſubſtitutio, inanis eſt veſtra actio. Rimin.Iun.*conſ.*110.*num.*15.16. Burſat. *conſ.*337.*num.*4.
23 Surd.*conſ.*448. *num.*32. neque ſcriptura teſtamenti vos comprehendit. Bald.*conſ.*232. *num.*2.*lib.*5. etenim qui ſe prætendit vocatum ex teſtamento, id coniecturis claris, efficacibus, & neceſſariis docere debet. Dec. *conſ.*287.*n.*9.
24 Pariſ. *conſ.*87.*num.*18.*in ſecundo.* Ceph. *conſ.*46. *num.*19. Surd.*conſ.*559.*num.*3. in dubio enim fideicommiſſum non extare pronunciandum eſt. Crauet.*conſ.*180. *num.*4. Alba *conſ.*31.*num.*9. Ceph.*conſ.*477.*num.*22. latè Rim.Iun. *conſ.*42.*num.*118. Honded.*conſ.*56.*num.*36. & ratio eſt, quia inductio fideicommiſſi eſt odioſa, & ſtricti iuris, & ideò
25 non præſumitur. Crott. *conſ.*313. *num.*17. Cephal. *conſil.*477.*num.*26. Menoch.*conſ.*393.*num.*55. Surd.*conſ.*236. *num.*51. concludo igitur nullum extare fideicommiſſum, reoſque eſſe abſoluendos. Et ita, &c.

---

# CAPVT CI.

## EPITOME.

Obligatio Cameralis quando efficiat, vt clericus pro debito ciuili poſſit carcerari, vel excommunicari.

## SVMMARIVM.

1 *Clericus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*
2 *Clericus pro debito ciuili non poteſt carcerari, vel excommunicari.*
3 *Clerici quomodo conſtringantur ad ſoluenda debita ciuilia.*
4 *Clericus non compellitur bonis cedere.*
5 *Clericus non poteſt carcerari etiam pro executione contractus iurati, aut ſententiarum conformium.*
6 *Clericus non poteſt renunciare beneficio capitis* Odoardus.
7 *Clericus minorum ordinum an gaudeat beneficio capitis* Odoardus.
8 *Obligatus in forma Cameræ an poſſit carcerari.*
9 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & quas exceptiones admittat.*
10 *Clerici obligati in forma cameræ an poſſint excommunicari, & carcerari.*
11 *Obligationis Cameralis practica.*
12 *Clericus obligatus in forma Cameræ ſi efficiatur periurus, poteſt carcerari.*
13 *Iuramentum in contractu an efficiat, vt quis carcerari poſſit.*
14 *Clericus carceratus manet in carceribus donec diſputatur, an ſit carcerandus.*
15 *Captura dum diſputatur, an ſit valida, vel fienda, quid agendum.*
16 *Epiſcopus an poſſit carcerare vigore obligationis Cameralis.*
17 *Obligatio Cameralis facta coram Ordinario quid valeat.*
18 *Obligationis Cameralis quis ſit executor.*
19 *Clerici abſtineant ab obligatione Camerali.*
20 *Cameralis obligationis tres ſunt Iudices.*
21 *Cameralis obligatio non extenſa non valet.*
22 *Excommunicatio vigore Cameralis obligationis non fertur, niſi in ſubſidium.*
23 *Obligatione Camerali ſtante an recipiantur cenſuræ.*
24 *Inops, & pauper an excommunicetur vi obligationis Cameralis.*
25 *Excommunicatio non fertur contra debitorem ante moram, & culpam.*
26 *Sequeſtrum impedit effectum obligationis Cameralis.*
27 *Obligatio Cameralis eliditur per exceptionem non implementi.*
28 *Obligatio Cameralis an ſit executiua extra ſtatum Eccleſiæ.*
29 *Ordinarius an poſſit procedere ad cenſuras ſtante obligatione Camerali.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CVm adhuc durarent aliquæ contagionis reliquiæ, euenit caſus, quòd cùm R.D. Ioannes Maria Marammotus vti conductor quarumdam poſſeſſionum perſonæ Illuſtriſſimæ eſſet obligatus ad ſoluendos affictus in forma Cameræ Apoſtolicæ, multoties fuit petitum, vt carceraretur, & poſtquam ſe abſentauit, vt excommunicaretur eo quod non ſoluiſſet, nec ad ſoluendum ſe pararet; & cùm quæſitum fuiſſet, quid iuris, ego cenſui horum neutri fore locum, quia Marammotus eſt Sacerdos, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt; etenim clericus pro cauſa ciuili, & pro debitis perſonalibus regulariter
conueniri non poteſt, niſi in quantum facere poteſt, & 1
idcircò non poteſt carcerari, ſeu perſonaliter detineri, aut cenſuris adſtringi, ad textum *in c. peruenit, de fideiuſ.*
*& in cap.Odoardus*, vbi Hoſt.Ioan.Andr. & Henric.*de ſo-* 2
*lution.* clarè Couar.*var.reſol.lib.*2.*cap.*1.*num.*9. Farinac. *in prax.quæſt.*27. *num.*65. 66.67.98. latè Graſſ.*de eff. cleric. effect.*7.*num.*1. Bellet.*diſquiſ.cler.part.*1.*tit.de cler.debit.*§.1. *num.*1.5. Theſaur.*for.Eccleſ.cap.*11.*num.*12.13. qui omnes concludunt, quod clerici pro ſoluendis debitis coguntur per ſequeſtrationem fructuum beneficiorum, vel di-
ſtractionem bonorum patrimonialium, vel ab eis exigitur 3
cautio iuratoria de ſoluendo, vbi peruenerint ad pin-
guiorem fortunam, nec bonis cedere compelluntur. Fari- 4
nac. *d.quæſt.*27. *num.*65. *& ſeq.* Ricc. *in prax. reſol.*244. *num.*1. vbi cæteros allegat.

Et



Et hæc vera ſunt, & procedunt, etiamſi agatur de contractu iurato, vel de executione rei iudicatæ, aut trium ſententiarum conformium, adhuc enim clericus gaudet
5 beneficio capitis *Odoardus*, & pro debito ciuili non poteſt carcerari, aut cenſurari: ſic tenet Couar. *d.lib.*2. *c.*1. *ſub num.*9. ſentit Farin.*d.quæſt.*27.*num.*70. pulchrè Prax. Neap.*cap.*3.*num.*13. *in magnis.* Ricc. *reſol.*249. *n.*2. & *reſol.*254.*num.*3.*verſ.cæterùm.* Bellet.*diſq.cler.tit.de debit.*§.1. *num.*2. Theſaur.*for.Eccl.d.cap.*11.*num.*13.*verſ.addo.* Graſſ. *d.eff.*7.*num.*25. vbi tamen inquit aliud eſſe, ſi clericus iurauit ſoluere debitum integrè, vel cum alia dictione diminutionem tollente, quod tamen non admitto, quia
6 huic priuilegio renunciari non poteſt, maximè verbis generalibus, & tacitis. Bellet.*d.*§.1.*num.*2.3.32. Ricc.*d.reſol.*252.*num.*2. *verſ.cæterùm.* Prax.Neap. *d.cap.*3.*n.*4. quia eſt totius ordinis clericalis.

Et licèt Couar.*d.lib.*2. *cap.*1. *num.*9. putet ſolùm clericum beneficiatum, aut ſacris initiatum gaudere beneficio dicti capitis *Odoardus*, non autem eos, qui tantùm
7 minoribus ſunt inſigniti, & eum ſequatur Farin. *d.q.*27. *num.*69. tamen verius eſt, & receptius, quod etiam clericus minorum ordinum gaudeat eodem priuilegio, dummodo incedat in habitu, & tonſura, & inſeruiat Eccleſiæ, quia hoc fuit conceſſum vniuerſo ordini clericali, & appellatione clericorum veniunt etiam iſti: ſic tenent verius Bellet. *d.tit.de cler. deb.*§.1. *num.*5. Prax. Archiep.*d.cap.*3.*num.*3. Gratian.*diſc.for.*222. *num.*29. Graſſ. *d.eff.*7.*num.*4.

Hæc autem de plano videntur procedere, vbi iuramento non accedit obligatio Cameralis: verùm ſi clericus obligetur ad ſoluendum in forma Cameræ Apoſtolicæ, an tunc valeat carcerari, vel excommunicari, antequam excutiatur, vel etiamſi inops ſit, aut diues, res val-
8 de controuerſa eſt; multi enim cenſuerunt hunc clericum ſic obligatum priuari beneficio capitis *Odoardus*, quia obligatio Cameralis habet executionem paratam, & non admittit aliquam exceptionem, niſi falſitatis, ſo-
9 lutionis, & pacti de non petendo. Ita Gomez *in compend. vtriuſque ſignat.col.vlt.* Galleſ.*in tract.de oblig.Cameral.p.*1. *quæſt.*2.*num.*8.10. Intrigl.*ſing.*78.*num.*3. *lib.*1. Farinac. *in prax.d.quæſt.*27.*n.*70.*in fin.* Prax.Neap. *d.cap.*3.*n.*16.*in fin.* Zacchias *ad Galleſ. quæſt.*15. *num.*9. Scacc. *in prax. lib.*1. *cap.*62.*num.*17. *in fin.* Bellet. *diſq.cler.tit.de cler. debit.*§.2. *num.*7. Theſaur.*for.Eccl.cap.*11.*num.*14. vbi admonet clericos, ne ſe obligent in forma Cameræ Apoſtolicæ, quia tunc poterunt opponere tantum prædictas exceptiones, & poterunt excommunicari ſicut laici, & non poterunt excarcerari, niſi ex Pontificis gratia ſpeciali, conſtito ſummariè de paupertate.

Verùm alij cenſuerunt verius, & receptius eſſe, quod clerici etiam obligati in forma Cameræ nequeant carcerari, aut excommunicari, quia hoc beneficium eſt inductum in fauorem totius ordinis clericalis, cui renunciari
10 non poteſt: ita Couar. *d.lib.*2. *cap.*1. *ſub num* 9. Ferret. *conſ.*254.*num.*14.*lib.*2. Rubin. *conſ.*21. Artman. *conſil.*63. Merenna *conſ.*22. Brun.à Sole *in compend. reſolut. propoſ. iur.verb.clericus*, Maur.Burg. *in tract. de laudim. lib.*3. *inſpect.*19.*num.*4.5. Zanch. *in tract. de priuileg. Eccleſ.priu.*114.*num.*11. Monald. *conſ.*28. *num.*5. *lib.*2. & *conſ.*124. *num.*4.*lib.*1. Ioan. Segura de Auiles *in direct. iud. Eccleſ. part.*2.*cap.*13.*num.*17. Gaſp. Beat. *in tract. de inop. debit. cap.*17.*num.*9 *in* 3.*tom.tract.diuerſ.part.*2. Ricc. *in prax. reſol.*252. *num.*2. *verſ. cæterùm*, vbi quod ita ſeruatur in praxi. Carol.de Graſſ. *de eff. cler. effect.*7. *num.*12. vbi teſtatur de magis communi, & magis vera ſententia.

Hinc redditur valde dubia huiuſmodi quæſtio, & non poteſt negari, quin hæc ſecunda opinio ſit communis, licèt habeat auctores minùs claſſicos; ſed puto primam eſſe etiam communem, & vſu magis receptam in Curia Romana, & eam veriorem puto, declaratam tamen vt inferiùs; practicatur enim quòd vigore talis obligatio-
11 nis Cameralis clerici carcerantur, & excommunicantur.



Farin.*d.quæſt.*27.*num.*70.*in fin.* Prax. Neap.*d.cap.*3.*n.*16. *in fin.* pulchrè Zacchias *ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt.*15. *n.*9. Theſaur.*d.cap.*11.*n.*14. qui reddunt rationes; & multò magis poterit clericus carcerari, ſi erit periurus; iam enim incipitur agi de crimine ciuiliter, & tunc poterit etiam Epiſcopus, & quilibet ordinarius deuenire ad ca-
pturam, vel cenſuras, *cap. hoc videtur* 22.*quæſt.*5. Couar. 12
*d.cap.*1. *num.*9. *verſ. quoties.* Bellet. *d.tit. de cler.deb.* §.2. *num.*10. Prax.Neap.*d.cap.*3.*num.*16. *verſ. poterit*: & licèt dictum ſit, quod etiam in contractu iurato adhuc liceat
allegare beneficium dicti capitis *Odoardus*, hoc tamen 13
non pugnat cum prædictis, quia illud intelligitur antequam quis incurrat periurium, poteſt enim petere habilitationem à iuramento, qua obtenta gaudebit priuilegio. Verùm ſi priùs efficiatur periurus, tunc non euitabit carcerationem volente creditore. Carol.de Graſſ.*d.eff.*7.*n.*22. vbi diſtinguit, & ratiocinatur.

Et hæc adeò vera ſunt, quod poſtquam clericus eſt carceratus, ſi incipiat diſputari, an potuerit iure arreſtari,
adhuc manere debeat in carceribus, donec articulus di- 14
ſputatur. Hoſt.*in d.c.Odoardus, num.*45. Prax.Neap. *d.c.*3. *ſub num.*17. Bellet. *d.tit.de cler.debit.* §.1.*n.*31. quod procedit ſemper vbi tractatur, an valida ſit captura. Verùm ſi antequam carceretur, oriatur dubium, an ſit locus carcerationi, tunc interim non debet carcerari. Gratian.
*diſc.*222. *numero* 41. Carol.de Graſſ. *d.effect.*7. *numer.*16. 15
17.18.

Poſita autem pro vera illa opinione, quod clericus vigore talis obligationis poſſit carcerari, & excommunicari, inſurgit dubium, an id etiam fieri poſſit coram Epiſcopo, vel alio clerici ordinario, vel ſolùm ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ; & ſanè ab vtroque fieri poſſe commodè, ſi aliàs ſit iudex clerici competens, ſentire videtur Galleſ. *de form.Cam.oblig.p.*2.*q.*3.*n.*3. Scacc. *in prax.lib.*1.
*cap.*12.*n.*9.10.11. 16

Sed cùm iſte bonus auctor, & in hac materia ſingularis multa eximia dixerit, hîc tamen ex ſuo capite loquens, nihil enim allegat, non recipitur, & cenſeo verius
eſſe, & receptius, quod obligatio in forma Cameræ facta 17
coram Epiſcopo, vel eius Vicario non habeat effectum executiuum ſine brachio A. C. ſed poterit creditor ea vti, ac ſi eſſet alia obligatio ſolita fieri in partibus iuxta
conſuetudinem regionis: ita Prax. Archiep. *cap.*117. *nu-* 18
*mer.*4. *& per totum.* Nam ſolus Auditor Cameræ iuxta ſuas facultates poterit carcerare, & excommunicare clericos, & laicos ſic obligatos, & nullus alius ferre poterit cenſuras, quia ipſe priuatiuè quoad alios eſt ſolus Iudex competens, & executor Cameralis obligationis, & quidquid alij Iudices attentauerint, erit irritum, & inane. Prax.Archiep *d. cap.*117. *numer.*1. Zacchias *ad Galleſ. de oblig.cam.quæſt.*12.*num.*1. & priùs *quæſt.*2. *num.*23. Rota Rom. penes dictum Zacch. *in add.ad Galleſ. deciſ.*1.*n.*19. & *deciſ.*56.*n.*9. & *deciſ.*75. *num.*1. & *deciſ.*120. *num.*6.7. Marcheſan.*de commiſſ.appellat.in cauſ.cam.oblig.part.*1.§.1. *num.*12 *fol.*693. & *num.*241.*fol.*719. & hoc ſentire videtur Theſaur.*for.Eccleſ.d.cap.*11.*num.*14. dum monet cle-
ricos, vt in Curia Romana abſtineant ab obligatione 19
Camerali, ob multa pericula, quibus ſe exponunt; quaſi ſentiat, quòd extra Curiam Romanam non erit adeò timendum de hac obligatione. Solus igitur A.C. eſt executor obligationis Cameralis, & cum eo tantùm concurrunt Vicarius Pontificis, & forum Capitolinum, ita vt
ſit locus præuentioni. Marcheſ.*d.tract.part.*1.§.1.*num.*16. 20
*fol.*693. & hoc modo poſſunt concordari illæ diſcrepantes ſententiæ, vt vna procedat in Curia Romana, altera verò extra illam, quidquid dicant Galleſius, & Scaccia.

Accedat in caſu noſtro, quòd forma Cameralis obligationis non fuit extenſa, neque Marammoto intimata cum extenſione; & tamen certum eſt, quòd ſi contractus
ſit rogatus extra tribunal A.C. neceſſe eſt fieri extenſio- 21
nem illius obligationis, alioquin nulliter proceditur: ita

Gg poſt

poſt Galleſ. de oblig. Cam. part.3.ſub rubr.de proceſſu ipſo, num.9. Rota cenſuit penes Marcheſ. de comm. appell. ab oblig. Cam. part.1. §.1.n.120.121.& deciſ.21.num.3. fol. 744. & deciſ.27. numer.3. fol.753. & deciſ.29. numer.1. fol.755. Ergo hic nulliter proceditur ad cenſuras, vbi quis etiam potuit ignorare vim tantæ obligationis, quæ ſibi fuit ignota, & nõn fuit certioratus de eius importantia.

Prætereà excommunicatio vigore Cameralis obligationis non fertur contra aliquem, niſi (vt fertur) cum grano ſalis, & in ſubſidium, quando non poteſt contra
22 debitorem fieri executio realis, nec perſonalis; quia vſus cenſurarum hodie permittitur tantùm in ſubſidium, ex Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.3. de refor. & ex conſtitutione Pij V. Ita Prax. Neap. d. cap.117. num.4. & clariùs Tibur. Saluſt. in pract. iudic. Aud. Cam. lib.4. de formula oblig. Camer. quæ eſt in vſu, verſ. aduerte etiam, fol.492. Scacc. in prax. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. lib.1. cap.32. num.32. & apertè cenſuit Rota in vna Tarracon. Archidiaconatus, ſeu executionis Breuis, 24. Nouembris 1603. coram R.P.D. Iuſto, vt penes Marcheſan. de commiſſ. cap. pell. ab exequut. Breuis, & litterarum Apoſt. part.1. cap.1. deciſ.1. num.2. fol.336. vbi in verbis Rota inquit. Et hinc factum fuit, quod in obligationibus in forma Cameræ non ſuſcipiuntur ampliùs cenſuræ, ſed earum loco præ-
23 ſtatur conſenſus mandato executo ex reformatione Pij V. hìc autem nondum conſtat, quòd non poſſit fieri aliqua executio realis, aut perſonalis: ergo non eſt locus cenſuris.

Sed eſto etiam, quod dictus Marammotus ſit inops, & decoctus, adhuc non poteſt excommunicari, quia vigore Cameralis obligationis non fertur excommunica-
24 tio contra pauperem, & impotentem ad ſoluendum, ex Abb. in cap. Odoardus. num.9. de ſolution. Galleſ. in ſumma reliqua de proceſſu, ſub num.49. quæſt.5. pulchrè Tiber. Saluſt. in d. pract. iudic. lib.1. cap.33. num.2. quod tamen intellige in Curiis Ordinariorum, & ex æquitate etiam in Curia Auditoris Cameræ, quia de rigore ſecundùm conſtitutionem Gregorij XIV. vigeſimam ſextam obligatis in forma Cameræ nullo modo proſunt caput Odoardus, & caput peruenit, aut moratoriæ dilationes per quoſcumque decretæ, quia his non attentis hæc obligatio Cameralis debitæ executioni demandatur: ita Zacchias ad Galleſ. quæſt.19. num.6. hoc tamen certum eſt, quòd ſententia excommunicationis contra debitorem non poteſt fulminari ante culpam, & moram, cap. Roma-
25 na, §. caueant, de ſent. excommunicat. in 6. Couar. in cap. alma mater, part.1. §.10. num.4. Rota penes Marcheſ. d. deciſ.1. num.1. fol.336. hic autem conſtat de lapſu temporis, non tamen de culpa: ergo, &c.

Denique cùm locator fecerit omnes fructus ſequeſtrare, adeò vt conductor non poſſet liberè de illis diſponere, videtur, quod non ſit locus cenſuris, quia per ſe-
26 queſtrum videtur legitimè impeditus: ita Galleſ. de oblig. Cam. quæſt.19. num.3. Carroc. de ſequeſtr. part.3. quæſt.10. num.1. Zacch. ad Galleſ. d. quæſt.19. num.7. vbi inquit ita Rotam cenſuiſſe. Et ſanè cùm locator teneatur patientiam præſtare, dum ſequeſtrat fructus, videtur pro parte ſua contractum non implere; & propterea certum eſt, quod obligationem Cameralem elidit exceptio non im-
27 plementi ex parte agentis, quia ille priùs implere debet, qui agit. Galleſ. d. tract. quæſt.17. num.7. & ibi Zacchias num.47. & Rota apud eundem Zacch. deciſ.113. num.15. deciſ.116. num.1. deciſ.139. num.2. deciſ.145. numer.1. deciſ.148. num.11. Marcheſ. d. tract. de commiſſ. app. ab oblig. Camer. part.1. §.1. num.91.92.93. fol.701. & deciſ.4. n.2. fol.723. penes eundem. Verùm quia non fuit certum, an dictum ſequeſtrum fuerit factum ex culpa locatoris, vel potiùs conductoris fructus dilapidantis, & facti deterioris conditionis, ideò ſuper hoc multum firmaui, ſed quia multa concurrebant, quæ à cenſuris eſſe abſtinendum me ſuadebant, cenſui dictum conductorem non eſſe excommunicandum ex hactenus deductis, niſi meliora adducantur iura, & rationes, quia ſemper paratus ſum ad audiendam veritatem, & ad faciendam iuſtitiam.

Non tamen ex prædictis cenſeas negatum fuiſſe, quod ſtante obligatione Camerali non poſſit procedi executiuè extra ſtatum Eccleſiaſticum, quia id nolui dicere, quoniam verum eſt, quod inſtrumentum in forma Cameræ 28
confectum in Vrbe, vel alibi habet executionem paratam etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum, vt ſuper eo executiuè procedatur, ſaltem ex contrahentium pacto, & tacita conuentione, vt inquit Sigiſm. Scacc. in prax. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. cap.62. num.20. & ſi procedatur 29
ad cenſuras extra Curiam Romanam, non poteſt procedi contra clericum, vel laicum, niſi per proprium Epiſcopum, vel eius vicarium, vt de communi teſtatur Scacc. in d. prax. cap.22. num.10.11. ſed volui dicere, quod in Curiis Ordinariorum non proceditur eadem via executiua, qua facit Auditor Cameræ, quia ipſe habet ſpeciales facultates à Pontifice, quas non habent Epiſcopi, & Ordinarij, qui idcircò contra impotentem, & inopem, ſi de paupertate conſtet, non fulminant cenſuras, ex Galleſ. d. loco, num.49. Tiber. Saluſt. d. cap.33. num.2. Prax. Archiepiſc. d. cap.117. num.4. fit enim interpretatio huiuſmodi obligationis iuxta ſtylum fori in modo procedendi; & ſi aliter intelligamus prædictas auctoritates Galleſij, & Scacciæ, non ſubſiſtunt, & verius eſſe puto, quod alij ſenſerunt, vt vidimus, & ſic procedetur quidem executiuè extra Curiam Romanam, ſed eo modo, quo ſolet fieri in obligationibus executiuis in partibus fieri ſolitis, non autem prout ſolet facere Auditor Cameræ Apoſtolicæ: & propterea hìc ad cenſuras, vel carcerationem non fuit deuentum; immò cùm cauſa fuiſſet deuoluta ad ipſum Auditorem Cameræ, ille quoque abſtinuit à cenſuris, & captura perſonæ ex cauſis ſibi benè viſis.

---

# CAPVT CII.

## EPITOME.

Si minor velit trahere cauſam ad Principem, & conſanguineus petat fieri compromiſſum ad formam ſtatuti, quis præferatur, & potiùs audiendus ſit.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum Mutinæ de compromiſſis ſeruandum eſt.*
2 *Statutum de compromiſſis ſeruandum eſt.*
3 *Compromiſſi ſtatutum ligat etiam pupillos, & minores.*
4 *Filiusfamilias ligatur ſtatuto de compromiſſis.*
5 *Compromittere cogitur etiam priuilegiatus, ſtante ſtatuto.*
6 *Minores, & pupilli poſſunt trahere cauſas ad tribunal Principis.*
7 *Legi vnicæ,* C. quand. Imper. inter pup. & vid. *non cenſetur derogatum, niſi id in ſpecie dicatur.*
8 *Pupillus, & minor diues an gaudeat priuilegio miſerabilium perſonarum.*
9 *Diuitiæ in pupillo non tollunt eius priuilegium.*
10 *Pupillus non eſt, qui viuit ſub patria poteſtate, & non gaudet beneficio pupillorum.*
11 *Pupillus, qui habet patrem, non poteſt trahere cauſam ad Principem.*
12 *Filiusfamilias non poteſt facere actus iudiciales.*
13 *Lex vnica,* C. quando Imper. *non habet locum in filiofamilias.*
14 *Pater præſumitur diligere plus filium, quàm ſeipſum.*
15 *Deputatio iudicum inducit derogationem iuris in contrarium.*





16 *Vno conceſſo omnia cenſentur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CAuſa, quæ proponitur ventilanda inter Conſortes de Coccapanis, non eſt committenda Illuſtriſſimo Conſilio Iuſtitiæ, vigore legis vnicæ, C. quand. Imper. inter pupil. & vid. ſed eſt compromittenda arbitris eligendis iuxta formam Statuti Mutinæ rubr.103. lib.2. ver-
1 ſic. & quia magis, quo aſtringuntur coniuncti vſque ad quartum gradum ad compromittendum, altera parte inſtante; & cùm habeamus caſum ſtatuti, nihil vlteriùs eſt quærendum, l. Ancillæ, C. de furtis. Quia prius ſeruandum eſt ſtatutum, quàm recurratur ad ius ciuile, §. ius autem, Inſt de iur. nat.

Etenim ſtatutũ de compromiſſis faciendis non ſolùm valet, ſed etiam eſt fauorabile ad tollendas lites inter af-
2 fines. Camil. Borel. de comprom. §.1. gloſ.1. numer.18.19. cum ſeq. Carpan. ad ſtat. Mediol. capit.115. num.3. part.1. vbi multos allegat. Et propterea dictum ſtatutum de cauſis compromittendis ligat, & comprehendit etiam pupillos, & minores, ad textum in l. ſine hærede, §. Lu-
3 cius, ff. de admin. tut. Bald. conſ.133. verſ.5, lib.3. Marant. in ſpecul. part.6. princ.2. part. iud.2. act. de comprom. num.8. Blanc. de comprom. quæſt.3. princ. num.39. verſic. pro alia parte, vbi diſputat ad partes, & reſpondet contrariis. Borel. de comprom. §.1. gloſ.3. num.53. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.115. num.71. part.1. latè Scacc. in prax. iud. lib.2. c.2. num.517. vſque ad num.530. vbi tollit omnia contraria. Cyriac. controuerſ.380. num.27. lib.2. adcò vt eodem ſtatuto comprehendatur etiam filiusfamilias, ſiue ſub patris poteſtate exiſtat, ſiue emancipatus ſit. Carpan d. cap.115.
4 num.69.70 & 91. part.1.

Non obſtat minor ætas petentis commiſſionem, eo quòd ſit priuilegietus à dicta lege vnica, quia ſtatutum de comproſſis ligat etiam in cauſis priuilegiatis. Lancell.
5 de attent. part.3. princ. capit.24. quæſtione 25. numer.21 22. Carpan. ad ſtatut. Mediolanenſ. d. capitul.115. numer 14. part.1.

Et propterea non nocet dicta lex vnica, C. quand. Imper. quæ tribuit pupillo, & miſerabilibus perſonis priuilegium trahendi ſuos aduerſarios ad Tribunal Princi-
6 pis, & eſt fauorabilis, cui non cenſetur derogatum, niſi ſpecialiter dicatur. Cyn. Ang. Fulg. & Caſtrenſ. in d. l. vnic. Franch. deciſ.192. num.6.15.17. Theſaur. deciſ.177.
7 num.9. Marcheſ. de commiſſ. part.2. §.2. num.12.13. Gratian. diſcept.182. num.10.

Quia primò dicere poſſim dictam legem non habere locum in pupillo, vel minore diuite, quia tunc non eſt
8 miſerabilis perſona. Innoc. in capit. ſignificantibus, vbi Imol. de off. deleg. Alex. conſ.121. num.14. lib.1. Ruin. in leg. prima, num.96. vbi Socin. Iun. num.189. ff. ſolut. matrimon. Iaſ. in l. Titio textores, num.6. de leg. primo.
9 Bero. conſ.74. num.20. lib.3. Maſcard. de probat. concl.1064. numer.3. Marth. voto 209. num.5. qui in terminis loquitur.

Verùm quia meliùs alij ſenſerunt dictum priuilegium procedere etiam in pupillo diuite, Rol. conſ.76. num.45. lib.1. Maſc. d. concluſ.164. n.4. Menoch. de arb. ind. caſ.66.
10 num.5.11. Giurb. deciſ. ciu.82. num.8. ideò verius dico, quod priuilegium dictæ legis vnicæ non competit aduerſario noſtro, quia propriè non eſt pupillus, neque minor, cùm pupillus ille dicatur, qui eſt ſine patre, ad textum
11 in leg. pupillus, ff. de verb. ſignif. Et ideò ille, qui habet patrem, & eſt ſub eius poteſtate, non gaudet dicto beneficio, nec comprehenditur in d. l. vnic. C. quand. Imper. vt ibidem dicit pulchrè gloſſa in verb. contra pupil. & ſentit Caſtr. in rub. C. eod. tit. Couar. pract. quæſtionum cap.6. numer.2. verſ. Nos, ac pulchrè Franch. d. deciſ.100. num.15. 16. & 17. vbi in pupillo maſculo id admittit ſine dubio, quia patre exiſtente pupillus, vel minor non poteſt facere actus iudiciales, ſed omnia ſunt facienda per patrem vti legitimum adminiſtratorem, de quo lex ſatis 12
confidit.

Vnde noſtro aduerſario non prodeſt beneficium dictæ legis, quia ad hoc vt quis gaudeat illius priuilegio, debet carere ſaltem patre. Gratian. diſcept.182. num.1. in fine, & 13
ſic ei non conueniunt verba, neque etiam mens, & ratio dictæ legis vnicæ, quæ miſerationis gratiâ pupillos ita priuilegiauit, quia gubernantur à tutoribus, qui plerumque in eorum officio delinquunt, vt poſt Menoch. de arbitr. iud. caſ.66. in add. num.9. inquit Gratian. d. diſcept.182. num.2. ſed aduerſarius non à tutore, ſed à patre gubernari debet, qui præſumitur plus diligere filium quàm ſeipſum, ad textum in l. iſti quidem, §. Hæc quæ, verb. magis, vbi gloſ. ff. quod met. cauſa, §. finali, de nox act. Ergo 14
lex prædicta non poteſt ſortiri effectum in filiofamilias, qui eſt ſub poteſtate patris.

Cùm igitur aduerſarius noſter non fruatur beneficio dictæ legis vnicæ, nihil eſt, quod reſpondeamus iis, quæ adducuntur in contrarium, & præcipuè dum dicitur eſſe neceſſariam dictæ legis vnicæ ſpecialem derogationem, tamen ex abundanti dico ſtatutum ſatis ſpecialiter derogaſſe, cùm attinentibus certos deputauit Iudices, ſcilicet arbitros compromiſſarios, quia tunc comprehenduntur etiam priuilegiati: ita reſpondet Gratian. 15
d. diſcept.182. num.14.15.16. Marcheſan. de commiſſ. auoc. cauſ. part.2. §.2. num.102. & cenſuit Rot. in vna Bononienſi, 12. Maij 1594. de qua Zacch. ad Galeſ. de oblig. Cam. deciſ.93. num.6.7. vbi ponunt multa ſimilia. Etenim ſi minor, & pupillus comprehenduntur in ſtatuto, & cogi poſſunt ad compromittendum, neceſſarium eſt, quod non poſſunt recurrere ad dictam legem vnicã, quia hæc non ſe compatiuntur, alioquin ſtatutum poſſet facilè eludi; etenim id eſſet abſurdum, & vt effectum habeat, cenſendum eſt derogaſſe aliis remediis, quia vno conceſſo, omnia videndentur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud, l.1. ff. de iuriſd. omn. iud. §. licet, in fine, Inſt. quibus ex cauſis mai. Lud. Sacc. conſil.145. n.16. lib 2.

Non obſtat, quod ſtatutum loquatur de cauſis coram aliquo Magiſtratu communi mutinæ motis; hæc autem cauſa non ventiletur coram ſimili magiſtratu, ſeu Principe; nam ſufficit nobis, quod aduerſarius non habeat priuilegium trahendi cauſam ad Principem, quia non vtitur iure pupilli, vel minoris, ſed iure filiifamilias exiſtentis ſub poteſtate patris, qui non habet aliquod priuilegium, vt viſum eſt.

Deinde reſpondeo, quòd hæc cauſa primogenituræ fuit introducta coram Prætore Carpi, ſub cuius iuriſdictione ſunt bona controuerſa, & pars vtraque petiit tenutam, vt ex actis illius fori, & ſic ab initio non fuit introducta coram Principe, ſed coram Prætore.

Verùm ſi dicatur, quòd Prætor Carpi non eſt magiſtratus communis Mutinæ, & ſic hic locum habere non poſſe ſtatutum Mutinenſe; reſpondebo, quod ſi ratione loci iudicij, vel bonorum placet recurrere ad ſtatuta illius terræ, idem eſt dicendum, quia in dicta terra adeſt ſtatutum Carpi lib.2. rub.31. quod aſtringit ſimiliter coniunctos ad compromittendum.

Non ergo compromiſſum poteſt euitari, quia ſtatutum in primis eſt ſeruandum, l. omnes populi, de iuſt. & iur. & quia aduerſarius non eſt priuilegiatus vt cauſam poſſit trahere ad tribunal Principis, vt vidimus. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

# CAPVT CIII.

## Epitome.

Eccleſiæ, & clerici an teneantur ad gabellas, & collectas pro bonis poſt collectas impoſitas ad eos peruentis, & quomodo ſint cogendi ad eas ſoluendas.

## SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ, & clerici ſunt exempti à gabellis, & collectis iure diuino.*
2 *Clerici ſunt exempti ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis.*
3 *Clerici etiam pro bonis patrimonialibus ſunt exempti.*
4 *Laici exigentes onera à clericis ſunt excommunicati.*
5 *Onera extraordinaria non imponuntur clericis.*
6 *Eccleſia tenetur ad collectas pro bonis in æſtimo deſcriptis.*
7 *Clerici non tenentur ad onera etiam prius eorum bonis impoſita.*
8 *Bona Eccleſiarum, & clericorum ſunt exempta.*
9 *Bona Eccleſiarum, quæ tranſeunt ad laicos, perdunt exemptionem.*
10 *Immunitas conceditur bonis etiam per clericos, vel Eccleſias.*
11 *Bona Eccleſiæ cenſentur deleta de libro æſtimi.*
12 *Æſtimi bona ſunt obligata pro collectis.*
13 *Collectas quando teneatur ſoluere Eccleſia.*
14 *Bartoli ſententia improbatur.*
15 *Collectarum impoſitionis tempus attenditur.*
16 *Collectas an ſoluere debeant clerici pro bonis acquirendis.*
17 *Eccleſia non tenetur ad onera incerta, etiam prius impoſita, contra Bartolum.*
18 *Clerici nunquam tenentur ad collectam, quæ creſcit, & decreſcit.*
19 *Priuilegiata efficitur res, quæ peruenit ad priuilegiatum.*
20 *Bona clericorum nunquam ſunt tributaria.*
21 *Eccleſia tenetur ad onera certa prius bonis eius impoſita.*
22 *Mutatione perſonæ mutatur conditio rei.*
23 *Italia eſt Princeps Prouinciarum.*
24 *Tributum non eſt in Italia.*
25 *Collecta quando tranſeat ad Eccleſias, & clericos.*
26 *Clerici non tenentur ad ſalarium Prætoris, & Medici.*
27 *Eccleſiæ ſolum, vbi fundatur, debet eſſe liberum.*
28 *Eccleſia non debet ædificari in ſolo obnoxio.*
29 *Clerici non poſſunt cogi ad collectas ſoluendas, niſi per iudicem Eccleſiaſticum.*
30 *Collecta in quo foro exigatur à clericis.*
31 *Laici non poſſunt imponere onera Eccleſiaſticis, nec corum bonis.*
32 *Clerici vt poſſint cogi ad onera laicorum, quæ requirantur.*
33 *Clerici contribuere non tenentur, niſi in caſu neceſſitatis.*
34 *Eccleſiaſtici concurrunt ad onera, vbi facultates laicorum non ſufficiunt.*
35 *Clerici, & Epiſcopi conſenſus requiritur ad ſubeundum onera laicorum.*
36 *Onera laicorum non poſſunt ſubire clerici, niſi conſulto ſummo Pontifice.*
37 *Eccleſiaſtici non coguntur ad onera laicorum, niſi per iudicem Eccleſiaſticum.*
38 *Bona oneribus grauata ſic tranſeunt ad Eccleſiaſticos.*
39 *Onera realia tranſeunt ad quemcumque poſſeſſorem.*
40 *Impoſitio per as, & libram ad quos tranſeat.*
41 *Collectæ perſonales pro rebus quibus imponantur.*
42 *Clericis non imponuntur onera perſonalia.*
43 *Onera variabilia non ſubeunt clerici.*
44 *Bona Eccleſiaſticorum ſunt immunia à quibuſcumque oneribus.*
45 *Pedagia noua imponentes excommunicantur.*
46 *Tributum non ſoluitur de bonis Eccleſiæ.*
47 *Immunitas bonorum Eccleſiæ eſt de iure diuino.*
48 *Sacerdotes etiam apud Ethnicos fuerunt immunes.*
49 *Eccleſia vti ſponſa Chriſti eſt immunis.*
50 *Bona tradita Eccleſiis eximuntur à dominio laicorum.*
51 *Clericorum bona patrimonialia ſunt immunia.*
52 *Clerici ſolebant ſoluere tributum.*
53 *Exemptionem Eccleſiis, & clericis quis conceſſerit.*
54 *Reſtituere in priſtinum quid ſit.*
55 *Reintegratio retrotrahenda eſt.*
56 *Decimæ, & oblationes ſemper ſunt immunes.*
57 *Eccleſiarum ſitus ſemper eſt immunis.*
58 *Immunitas Eccleſiarum non poteſt tolli per quamcumque cautelam.*
59 *Onera à laicis impoſita quando tranſeunt ad Eccleſiaſticorum bona.*
60 *Bartolus damnatur à Rota Romana.*
61 *Tributaria quando dicatur res effecta.*
62 *Clerici, & Eccleſiæ quando teneantur ad onera à laicis impoſita.*
63 *Collectas quomodo teneantur ſoluere bona Eccleſiæ.*
64 *Deſcriptio bonorum in cataſtro quid operetur.*
65 *Solutio collectarum quomodo præiudicet ſoluenti.*
66 *Onera ſoluens non præiudicat ſucceſſori.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PLerumque contingit dubitare, an bona Eccleſiarum
teneantur ad onera, & collectas, ſiue ordinarias, ſiue
extraordinarias, & an clerici pro bonis Eccleſiæ, vel
propriis poſſint ad talia munera, & impoſitiones, & ga-
bellas adſtringi; & ego ſæpe habui in facto, maximè
contra Communitates caſtrorum, & villam, quæ vtplu-
rimùm Eccleſiaſticos odiſſe ſolent, & eorum fortunæ in-
uidere: & ſemper dixi apud Catholicos receptam eſſe
omnium ſententiam, quòd Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ per-
ſonæ non ſolùm pro bonis Eccleſiarum, ſed etiam patri-
moniorum ſunt immunes à quibuſcumque oneribus,
gabellis, collectis, & aliis impoſitionibus realibus,
perſonalibus, & mixtis, non ſolùm iure humano, ſed
etiam diuino, adeò vt ſtatutum aliter diſponens ſit in- 1
ualidum, vt probatur in ſacra Geneſi, *capit.* 47. & *Num.*
*capit.* 7. *Eſdr. libr.* 1. *capit.* 7. & eſt textus *in leg. placet*, *C.*
*de ſacroſ. Eccleſ. leg. Presbyteros*, & *leg. omnes*, *§. priuile-*
*giis*, *C. de Epiſc. & cler. §. item nulla*, *in Auth. de ſtat.*
*& conſuetud. contr. libert. Eccl. §. ad hæc ſancimus*, *in Auth.*
*de Eccleſ. tit.* & *cap. generaliter*, 16. *quæſt.* 1. *capit. conue-*
*nior*, *cap. tributum*, *cap. in qualibet*, 23. *quæſt. fin. cap. non*
*minùs*, vbi Abb. *numer.* 3. 17. *de immun. Eccleſ.* Bart. *in leg.*
*vnic. numer.* 32. *C. de muner. lib.* 10. Bald. *in l.* 2. vbi Cyn.
*C. de Epiſc. & cler.* Couar. *var. reſolut. libr.* 2. *cap.* 20. *in princ.*
Rol. *conſilio* 71. *à numer.* 1. *vſque ad numer.* 14. *lib.* 4. Natt.
*conſilio* 203. *per totum. libr.* 1. Ioan. Lup. *in tract. de libert.*
*Eccleſ. quæſt.* 4. *numero* 2. 3. de magis communi Burſat.
*conſ.* 42. *num.* 2. *lib.* 1. Maſcard. *de ſtatut. interpret. concl.* 1.
*numer.* 50. latiſſimè Graſſ. *de effect. cler. eff.* 3. *numer.* 1. 2. 3.
& 4. *& ſequentibus*, vbi de magis communi Canoniſta-
rum & Legiſtarum teſtatur, & Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit.*
*de exemption. cler. & eorumd. bon. §.* 1. *numer.* 1. 2. 3. 4. *& ſe-*
*quentibus*, vbi iura, & rationes adducit Antoninus Dia-
na *moral. reſolut. part.* 1. *tract.* 2. *de immunit. Eccleſ. reſolut.*
1. *per totam*, quod verum eſt non ſolùm quoad onera
ordinaria,



2 ordinaria, ſed etiam extraordinaria, quia ab omnibus
Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes. Natt. *conſilio* 203.
*numero* 1. *lib.* 1. Graſſ. *d. eff.* 3 *num.* 3 *in fin.* quæ licèt cer-
tiſſima ſint, tamen ex ſanctione Bonifacij VIII. *in cap.*
*quamquam, de cenſ. in* 6. & *in cap.* 1. *de immunit. Eccleſ. eod.*
*lib.* & Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* cer-
tiora redduntur, quibus perſonæ Eccleſiaſticæ etiam pro
rebus ſuis propriis, nedum ſuæ Eccleſiæ, immunes
3 declarantur ab huiuſmodi oneribus, non obſtante qua-
cumque conſuetudine, quæ potiùs corruptela dicen-
da eſt, adeò vt talia onera imponentes, vel exigentes
à clericis, ſint ipſo facto excommunicati, ad textum *in*
*d. cap. clericis*, *de immun. Eccleſ. in* 6. Bellet. *d. §.* 1.
4 *num.* 4. *verſic. quocirca*, & *numero* 5. Graſſ. *d. effect.* 3.
*numer.* 5. 6. vbi quoſt iſte eſt caſus Bullæ Cœnæ Domi-
ni: Duard. *in Bullam Cœnæ Domini*, *can.* 18. *quæſtione* 6.
*num.* 1. Antonin. Dian. *d. tract.* 2. *de immun. Eccl. reſol.* 4. *&*
*reſol.* 39.

Sed difficultas reducitur, vtplurimùm, ad onera or-
dinaria, quia ſemper ſolent fateri Eccleſiaſticos eſſe im-
munes ab extraordinariis oneribus, & perſonalibus, ad
5 textum *in d. l. placet*, vbi Bart. & DD. *C. de ſacroſ. Eccl.*
Sed ſub nomine onerum ordinariorum ferè quæcumque
grauamina comprehendunt, ſiue certa, ſiue incerta, tam
variabilia, quàm immutabilia; & dicunt, quod ſi bo-
na erant obligata pro iſtis oneribus, antequam ad Ec-
cleſiam, vel Eccleſiaſticos peruenirent, cùm in æſtimo
6 deſcripta reperiantur, res tranſit cum ſuo onere: Feſtaſ.
*in tract. de æſtimo, & collect. part.* 4. *cap.* 1. *numero* 50. &
*capit.* 2. *num.* 13. 17. Brun. à Sole *in compend. reſolut. pro-*
*poſ. iur. in verb. fundus habens.* Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. in*
*rep. l. quoniam in prioribus*, *part.* 1. *n.* 654. *C. de inoff teſt.*
Bero. *conſ.* 150. *n.* 19. *lib.* 3. & de communi Burſat. *conſ.* 16.
*n.* 11. *lib.* 1.

Nihilominus verius eſt, & receptius, quòd bona Ec-
cleſiarum, & clericorum ſunt immunia à gabellis, & col-
lectis, non ſolùm imponendis, ſed etiam quæ impoſi-
ta fuerant antequam bona peruenirent ad tales exem-
7 ptos: Felin. *in cap. Eccleſia S. M. num.* 83. *& ſequenti*, *de*
*conſtitut.* Iaſ. *in d. l. placet*, vbi DD. *C. de ſacroſanct. Ec-*
*cleſ.* Anchar. *conſil.* 129. Ruin. *conſil.* 117. *num.* 4. 5. *vol.* 4.
Barboſ. *conſil.* 1. *vol.* 3. Bald. *conſil.* 50. *num.* 1. *lib.* 6. Rol.
*conſil.* 61. *num.* 7. *lib.* 4. Marcabr. *conſil.* 40. *num.* 4. 7. 25.
Feſtaſ. *de collect. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Ferret. *conſil.* 167.
*num.* 11. *lib.* 1. & *de gabell. num.* 437. & *num.* 449. Ma-
rant. *conſ.* 99. *num.* 2. Burſat. *conſ.* 42. *num.* 19. *lib.* 1. Marth.
*de iuriſd. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 125. *num.* 18 Graſſ. *de eff. cler.*
*effect.* 3. *num.* 26. 27. 28. 32. vbi alteram opinionem dicit
8 eſſe magis communiter damnatam, & oſtendit hanc vl-
timam procedere, & veram eſſe tam ſi bona perueniant
ad Eccleſias, vel clericos ex titulo oneroſo, quàm lucra-
tiuo: pulchrè Duard. *in Bullam Cœnæ Domini*, *can.* 18.
*quæſt.* 6. *num.* 1.

Et ſanè de hoc non eſt mirandum, quia ſicut bona,
quæ tranſeunt ab Eccleſia, vel clericis ad laicos, effi-
ciuntur obnoxia oneri collectarum, & gabellarum, Bart.
9 *in l. Paulus*, *in fin. ff. de acquir. hær.* DD. *in l. licitatio*,
*ff. de publican.* Ioan. And. *in cap.* 1. *de immun. Eccleſ. in*
6. Alex. *conſ.* 35. *num.* 18. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 311. *num* 5.
Rol. *conſ* 12. *num.* 61. *lib.* 4. Ferret. *de gabell. num.* 450.
Alb. *conſ.* 513. *num.* 3. *lib.* 3. ita dicendum eſt fieri im-
munia, ſi à laicis tranſeant ad Eccleſias, vel clericos,
quia mutata conditione perſonæ, mutatur ſtatus, & con-
10 ditio rei, *l. cùm quidam*, *§. ſi debitores*, *ff. de publican.*
*& vectig. l. fiſcus*, *de iur. fiſc. cap. vnic. §. verùm*, *de iure-*
*patr. in* 6. Iaſ. *conſ.* 20. *per tot. lib.* 1. Sylua *conſ.* 32. *num.* 14.
Marcabr. *conſ.* 40. *num.* 5. vbi de communi. Tiraq. *de re-*
*tract. lignag. §.* 1. *gl.* 5. *num.* 12. Menoch. *de arb. iud. caſ.*
562. *num.* 44. Alb. *conſ.* 233. *num.* 3. & ideò ſtatim quòd
prædium, ſeu res peruenit ad Eccleſiam, vel ad perſo-
nam Eccleſiaſticam, ipſo iure cenſetur deleta, & cancel-
11 lata de libro æſtimi, in quo erat deſcripta, & eo ipſo exi-
mitur à regiſtro Communitatis. Felin. *in d. cap. Eccle-*
*ſia Sanctæ Mariæ*, *num.* 77. *verſ.* 2. *not. de conſt.* Bart. *con-*
*ſil.* 180. Marant. *conſ.* 99. *num.* 3. Feſtaſ. *de æſtim. & coll.*
*part.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. & *num.* 53. & *cap.* 2. *num.* 14. Rim. Iun.
*conſ.* 25. *num.* 16. *lib.* 1. Sylua *conſil.* 32 *n.* 19. Marcabr. *con-*
*ſil.* 49. *num.* 4. 7. 25. Graſſ. *d. eff.* 3. *num.* 39.

Sed plerumque iſtæ Communitates ſolent dicere,
quòd vinculum huiuſmodi iniecerunt, & poſuerunt ſu-
per bonis, antequam peruenirent ad Eccleſias, vel Cle-
ricos, dicentes ſtatuiſſe, quod bona omnia in æſtimo
deſcripta ſint obnoxia pro gabellis, & collectis, & con-
fugiunt ad doctrinam Bartoli *in l. reſcripto*, *§. final. num.* 5.
*verſic. videte*, *ff. de muner. & honor.* vbi inquit, poſſe lai- 12
cos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus
omnia prædia eorum territorij, adeò vt prædia, quæ po-
ſtea ad Eccleſias peruenerint, obnoxia ſint collectis im- 13
ponendis.

Verùm hæc Bartoli doctrina, ſeu cautela non eſt
vera, & ſi ſeruaretur, eſſet contra libertatem Ec-
cleſiæ; non enim debet inſpici tempus, quo bo-
na in æſtimo deſcribuntur; & pro collectis imponen-
dis obligantur, ſed tempus, quo collectæ imponun- 14
tur, & propterea Bart. *in leg. placet*, *numero* 35. *in fin.*
*C. de ſacroſ. Eccleſ.* mutauit ſententiam, & dixit: *Nec*
*valet, ſi dicas, ſtatutum dicit, quòd prædia ſint tri-*
*butaria, quia non propterea ſpecificatur tributum, ſicut*
*dicemus de operis incertis, quod inſpicitur tempus de-*
*clarationis, & indictionis earum*: ad textum *in leg. ſi*
*quis hac*, *§. iudicium*, *ff. de oper. libert. leg. ſi non* 15
*ſortem*, *§. libertus*, *de cond. indeb. cap cùm & plantare*,
*§. de confratribus*, *extr. de priuileg.* Duard. *d. can.* 18.
*quæſt.* 6. *num.* 10.

Etenim collectæ ſolùm formam incipiunt habere,
quando imponuntur; & dum ſtatutum facit territo-
rium tributarium, non præiudicat Eccleſiæ in bonis
acquirendis, niſi certum, & inuariabile imponat ab 16
initio tributum, ſeu collectam; informis enim eſt illa
obligatio, & habet annexam conditionem, ſi onera im-
ponantur, quæ non retrotrahitur in damnum Eccle-
ſiæ, ſeu Clericorum, qui medio tempore acquiſiuerunt,
cùm tempore impoſitionis collectæ bona ampliùs non
ſubiaceant iuriſdictioni laicorum; & ideò illa Bartoli
cautela *in d. leg. reſcripto*, *§. fin. numero* 5. *verſic. vi-*
*dete*, eſt communiter damnata, & non caret ſuſpicione
fraudis, dum vult prouidere oneribus, quæ adhuc
non ſunt in rerum natura. Vnde Bartolum non dixiſſe 17
verum, teſtatus eſt Bald. *in d. l. placet*, *numer.* 10. & *in*
*l. neminem*, *num.* 4. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* eleganter idem
Bald. *in l. omnes*, *numer.* 12. 13. 14. *C. ſine cenſ. vel reliq.*
*fund. compar. non poſſ.* Bald. *in conſil.* 112. *numer.* 7. *lib.* 2.
vbi dixit Bartolum non bene loqui; & contra omnes
ſentire: idem firmat Abb. *in cap. fin. numero* 13. *de vit. &*
*honeſt. cleric.* Iaſ. *in dict. l. placet*, *num.* 21. Felin. *in dict.*
*capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *numero* 76. *de conſtitut.*
Guido Pap. *quæſt.* 381. Ruin. *conſilio* 117. *numero* 8. *lib.*
*quarto*, Alb. *conſ.* 8. *numero quarto*, Plot. *ad conſil. vlt. Lau-*
*denſ. numer.* 10. 13. Syluan. *conſ.* 9. *numero* 29. & *conſ.* 32.
*numero* 11. Paſeth. *conſil* 31. *numero* 7. Marcabr. *conſil.* 40.
*numero* 29. Vegg. *conſil.* 7. *num.* 11. Alban. *de immun. Ec-*
*cleſ. numero* 92. Graſſ. *commun. opin. lib.* 1. *cap. decimooctа-*
*uo*, *quæſt. ſecunda.* Rim. Iun. *conſilio* 25. *num* 23. Ioan.
Anton. de Nigr. *in rep. extrauag. vnicæ*, *numero* 190. *de*
*vit. & honeſt. cleric.* Guttierrez *qq. pract. lib. ſecundo*, *quæ-*
*ſtione* 132. *numero* 5. vbi de magis communi: Theſaur.
*deciſione* 134. *numero* 5. Ceual. *commun. contra commun.*
*quæſt.* 899. *num.* 72. & *numer.* 106. Graſſ. *de eff. cler. d. eff.* 3.
*num.* 172. vbi quòd clerici nunquam tenebuntur ad col-
lectam, vel tributum, quod variabile eſt, & modò creſ-
cit, modò decreſcit; & idem firmat Bellet. *diſq. cler.* 18
*part.* 1. *tit. de exemption cler. & eorumdem bon. §.* 3. *numer.* 3.
vbi quod onus huiuſmodi currit, quando bona perue-
niunt ad Eccleſiaſticos; quia ſi res non priuilegiata

perueniat ad priuilegiatum, aſſumit eius priuilegium,
19 *cap. vnic. de iurepatr. in 6.* Abb. *conſ.9. num.2. part.1.* Bellet. *d.* §. 3. *num.3. in fin.* & probatur *ex l.cùm quidam,* §. *ſi debitores, ff. de vſur.* & *l. fiſcus, ff. de iur. fiſc.* Graſſ. *d. eff.3. num.166. verſic. quæ tamen*, vbi inquit, quòd ſtatim ac bona perueniunt ad clericos, cenſentur deleta ab
20 æſtimo, adeò vt nunquam poſſint dici tributaria. Duard. *in Bullam Cœn. Domini, canon.18. quæſt.6. numero 4.5. 8.10.*

Hæc tamen non procedunt in onere, & collecta ſpecificata, rei annexa, certa, inuariabili, & perpetua, ac vniformi, quales ſunt taxæ Ducales; quia ſi res tali onere affecta perueniat ad Eccleſiam, vel clericos, non efficiuntur liberi à tali onere, ſed ad illud tenentur, quia res tranſit cum ſuo onere certo, & ab initio res fuit pro illo onere obligata, cum quo tranſit ad quemcum-
21 que: ad textum *in l. ſcripto,* §. *ſi quis, verſic. quæ munera,* & *l. fin.* §. *patrimoniorum, ff. de muner. & honor. capit. ſi tributum,* & *capit. magnum, 11. quæſtione 1. capit. conuenior,* & *capit. tributum 23. quæſtione 8. leg. de his*, vbi Bart. *C. de Epiſc. & cler. leg.1. C. ſine cenſ.* gloſſa *in capit.1. in verb. bonorum*, vbi Archid. & Monach. *de immun. Eccleſ. in 6.* Bald. *in capit.1.* §. *mos Romanorum, de pac. Conſtant.* Calder. *conſil.2. tit. de cenſ.* Abb. *in capit. quod clericis, numero 41. de for. compet.* Felin. *in d. capit. Eccleſia S. Mariæ, num.75. verſ. quintò quæritur*, & *conſil.49. numer.17.18.* Pet. Antibol. *in tract. de muner. part.3. princ. num.107. in fin.* Euerard. *conſil.42. num.26.37.* Gemin. *conſ.19. numero 2.3.* Ruin. *conſil.111. numer.3. libr.5.* Silua *conſil.32. num.1.2.* Bero. *conſil.150. per totum, vol.3.* Natt. *conſ.280. lib.2.* Ferret. *conſ.157. numero 11.* Cæpoll. *conſ.3. numero 38. lib.2. in ciuil.* Germon. *tract. de ſacroſ. immun. libr.3. cap.17. numero 56.57.58.* Alb. *conſ.378. num.8. lib.2.* Gail. *obſeru.62. num.12.* Lancell. Gall. *conſil.59. per totum*, Purpurat. *conſil.324. numero 10. verſic. quartò*, & *numero 11. vol.1.* Euer. *conſil.42. per totum,* Menchac. *de ſucceſſ. creat. libr.1.* §.10. *num.652.* Gutierrez *pract. quæſtionum lib.1. quæſtione 3. num.15.* Burſat. *conſil.16. num.11.* & *conſil.42. numero 7. vol.1.* vbi de magis communi. Theſaur *deciſ.334. numero 2. & ſequentibus*, Marcabr. *conſil. 40. numer.31.32.39.40.52. 76.77.* Dueñ. *reg.100. lim.2.* Lup. *tract. de immun. Eccleſ. cap.4. in princ.* Graſſ. *d. eff.3. num.22.* & *num.154. 155.156. vſque ad num.162.* vbi latè adducit rationes, & auctoritates, & *num.277.279.280.* Bellet. *diſq. cler. p.1. tit. de exempt. cler. & eorum bon.* §.3. *numero 1.2.* vbi plurimos allegat; adeò vt hæc ſententia videatur communiſſima: pulchrè Duard. *in Bullam Cœn. Domini, can.18. quæſt.6. num.6.9.*

Verumtamen hæc opinio multos habet contradictores, qui putant verius eſſe, quod etiamſi onus rei annexum ſit certum, & perpetuum, ac inuariabile, adhuc tamen ceſſet, ſi res perueniat ad Eccleſiam, vel clericos, quia mutatione domini mutatur conditio rei, ideò hanc opinionem, vti veriorem, & magis piam eſſe tenendam,
22 per textum *in Auth. item nulla communitas, C. de Epiſc. & cler.* dixit latè Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l. hæres abſens, num.2. ff. de iudic.* vbi tollit argumenta contrariæ partis, Salic. *in l. fin. C. ſin. cenſ.* & *in l. placet, col.3. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ruin. *conſ.117. numero 41. libr.4.* Bero. *conſilio 150. numero 19. lib.3.* & *conſilio 31. numero 10.29. lib.1.* Germon. *d. tract. libr.3. cap.17. numero 65.* Graſſ. *comm. op. lib.1. cap.18. quæſt.1.* & *quæſt.2.* Marcabr. *conſ.40. num.26.* Carol. *de Graſſ. de eff. clericat. effect.3. numero 162.* vbi inquit, quòd ab hac ſententia non recederet, & idem dicit Ant. Glauarin. *in ſuo conſilio vnic. numero 58. verſic. duodecimo,* & *num.59.60.*

Et adducitur ratio, quia Italia eſt Princeps Prouincia-
23 rum, *l.1. & fin. ff. de cenſ.* & propterea eſt libera à tributo, adeò vt apud Italos nomen tributi ſit incognitum, nec reperitur in rerum natura, *d. l.1.* & *cap. ſi tributum 2. quæſt.1.* Salic. *in l. omnes, n.3. C. ſine cenſ. vel reliq.* Syluest. *verb. immunitas 1. num.19. verſic. fateor.* Ioan. de Amic. *con-*
*ſil.146. num.5.* Aluarez *in ſpecul. Pontif. cap.35. verſiculo qui* 24
*autem.* Germon. *d. tract. lib.3. cap.17. num.85.* Graſſ. *d. eff.3. num.163.164.* Glauarin. *d. conſ. vnic. num.59.60.61.* & ideò non poteſt dici bona fuiſſe tributaria, antequam peruenirent ad Eccleſiam.

Verumtamen prima opinio eſt magis communis, & quotidie practicatur, & nunquam vidi de ea controuerti quoad onera certa, & ordinaria, ac perpetua, & ſi aliter diceremus, eſſet inuertere mundum, & difficile eſſet diuerſimodè obtinere, & puto etiam veriorem eſſe ſententiam, quòd bona aliquo onere certo, & collectâ inuariabili affecta, tranſeunt ad Eccleſiam, vel clericos cum ſuo grauamine, quia non ſolùm ſtatuto facta ſunt tali oneri obnoxia, ſed etiam pacto ciuium expreſſo, vel tacito vigore æſtimi facti per ciues in communi, & regiſtri, quo incolæ videntur conuenire, & ſe obligare
ad talia onera; vnde non eſt mirum, ſi poſtea tranſeant 25
ad Eccleſias cum ſuo onere, quia tunc onus prouenit ab obligatione, & hypotheca ciuium: ſic Bald. *conſil.280. verſiculo nec obſtat, libr.2.* Carol. de Graſſ. *d. tract. de effect. cler. effect.3. n.168.* & ita videtur tenere Natt. *in Clem.1. de cenſ.* Alban. *in tract. de immunit. Eccleſ. in princ.* Bero. *conſil.150. vol.3.* Duard. *in Bull. Cœn. Domini, can.18. quæſtione 6. num.6.9.10.* & hoc caſu Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ad onera certa, & inuariabilia rebus impoſita, antequam ad eos peruenirent; & ideò cùm tale non ſit onus, quod imponitur pro ſalario Prætoris, Medici, No-
tarij, & aliorum officialium, clerici pro bonis ſuis non 26
tenebuntur ad huiuſmodi onus. Lancell. Gall. *in conſ.49. num.3.* & *num.45. & ſeqq.* Ald. Maſcard. *de ſtat. interpret. concl.1. num.50.*

Verùm ſi terra daretur Eccleſiæ pro dote, ſeu conſtructione illius, etiamſi eſſet aliquo onere affecta, tunc libera efficeretur, & immunis à quocumque grauamine, etiam certo, & perpetuo, quia Eccleſia, & Cæmiterium, domus canonicalis cum horto, & atrio debent eſſe libera, & propterea ædificatâ Eccleſiâ ſolum illud remanet liberum, *capit. ſancitum, de cenſ.* gloſſa *in cap. ſi tri-*
*butum 11. quæſt.1.* & *cap.1. de cenſ.* & *in Clem.1.* vbi Card. 27
*in 11. oppoſ. de immun. Eccl.* & *Clem.1. de vit. & honeſt. cler.* Alex. *ad Bart. in l. Titia, ff. ad municip.* Zabarell. *in cap. magnum 11. quæſtione 1.* Ferret. *de gabell. num.447.* Germon. *d. tract. lib.3. cap.17. numer.82.83.* Aluarez *d. tract. cap.35. verſic. quia autem.* Carol. de Graſſ. *de eff. cler. d. eff.3. num.173.* Duard. *in Bullam Cœn. Domini, d. can.18. quæſt.6.*
*num.7.* non eſt tamen permittendum, quòd Eccleſia ædi- 28
ficeretur in loco onere affecto, niſi priùs liberetur. Aluarez *d. cap.35. verſ. qui autem, fol.101.* Carol. de Graſſ. *d. eff.3. num.174.*

Animaduertendum eſt autem, quòd etiamſi aliquando Eccleſiæ, & clerici teneantur ad collectas, gabellas,
taxas, & alia onera, nunquam tamen poſſunt compelli à 29
iudice laico, ſed cogendi ſunt à ſuo iudice Eccleſiaſtico. Natt. *conſ.311. num.4. libr.2.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolanenſia cap.250. numer.4.5. part.2.* Ferret. *de gabell. numer.433.* Marcabr. *conſilio 40. num.143.* Surd. *conſ.301. numero 35.* Carol. de Graſſ. *d. eff.3. numer.296.* qui multos allegat. Bellet. *diſq. cler. part.1. tit. de exempt. cler.* §.2. *num.10. verſ. & breuiter*, vbi ponit ſex requiſita neceſſaria ad exigendum collectas à clericis, pulchrè etiam Bertaz. *d. tract. de clauſ. clauſ.21. gl.9. n.5.* vbi dixit, quod vidit quandoque in hoc magnos viros errare, quia in omnibus caſibus,
in quibus Eccleſia poteſt cogi ad huiuſmodi munera, 30
tunc id fieri debet per iudicem Eccleſiaſticum, non laicum: ita etiam Antonin. Dian. *mor. reſol. part.1. tract.2. reſolut.41.*

Verùm quia poſt hæc ſcripta peruenerunt ad manus meas duæ deciſiones Rotę Romanę, altera ſcilicet in vna Brunduſina gabellæ, die 13. Februarij 1604. coram R.P.D. Peña, & altera in vna Alben. gabellæ, ſeu onerum, 1630. die 18. Iunij, coram R. P. D. Merlino, in quibus hæc



hæc materia plenè diſcutitur, & tractatur, ideò mihi placuit hìc ſubnectere earum tenorem, vt inferiùs.

## DECISIO

### Sacræ Rotæ Romanæ: Brunduſina gabellæ. Coram R.P.D. Peña.

*Die 13. Febr. 1604.*

COmmunitas, & homines Terræ Meanæ, Brunduſinæ Diœceſis, vt ſubuenirent vrgentibus neceſſitatibus, multos annuos cenſus ſuper datiis panis, vini, & olei, & aliis eius redditibus impoſuerunt in toto pro ſumma 57000. ducatorum, cum promiſſione, quam ſimul congregati, tam communi, quàm proprio nomine fecerunt, quod prædictos cenſus, tanquam de propriis pecuniis emptos defenderent, & de euictione ſub hypotheca omnium bonorum teneri voluerunt.

Anno 1594. eadem Vniuerſitas datia prædicta, ſuper quibus cenſus fuerant impoſiti, ac omnes alios redditus, & prouentus publica licitatione præcedente arrendauerunt, ieu locauerunt Donato, Antonio, & Bernardino Dormio ad 14. annos, cum pacto, quod infra dictum tempus prædictum debitum 57000. dacatorum extinguerent, quolibet ſcilicet anno certam partem. Interim verò ſoluerent annuos fructus partis non extinctæ, & vlteriùs perſoluerent etiam annuatim debita fiſcalia, & alia annua onera eiuſdem Vniuerſitatis.

Interim cùm Donatus, Antonius, & Bernardinus maiorem partem prædictorum ducatorum 57000. extinxiſſent, & annua onera ſoluiſſent, & multa de prædictis bonis hypothecatis in poteſtatem Clericorum deueniſſent, à quibus prædicti arrendatores exigere volebant eam portionem, quam exigebant, antequam bona ad Clericos perueniſſent, & Clerici contribuere alicui ſolutioni debitorum fiſcalium, vel extinctioni debiti cenſuum recuſarent.

Moto iudicio coram Archiepiſcopo Brunduſino, eius Vicarius pronunciauit, quòd Clerici per decennium præteritum pro duobus tertiis ſoluere in rebus emptis, & donatis tenerentur, & in futurum quoad poſſiderent, excepto ad titulum ordinis ſacri, non tamen in fraudem: & pro debitis contractis bona empta, & donata, & patrimonialia tranſiuiſſe cum oneribus ſuis, & Clericos teneri contribuere; non tamen ſi donatores, & venditores fuiſſent ſoluendo, rurſus eoſdem Clericos teneri pro bona tenentibus contribuere, donec peruenirent ad ordines ſacros de bonis donatis ad titulum ordinis.

Cauſa in gradu appellationis introducta in Rota, dubitaui an ſententia Brunduſina eſſet confirmanda, vel infringenda, & quia articulus erat grauis, & exemplaris, propoſita cauſa die 5. Mart. & die 7. Nouemb. anno 1603. ſolis arrendatoribus informantibus non fuit capta aliqua reſolutio, quia Domini maturè conſiderare, & intelligere voluerunt naturam bonorum ſuper quibus imponuntur hæc onera, & ſimiliter naturam onerum fiſcalium. Denique in hac vltima propoſitione Rota contra arrendatores informantes reſpondendo cenſuit ſententiam Brunduſini non fuiſſe confirmandam. Clara
31 eſt enim concluſio, Eccleſiaſticas perſonas non teneri ad gabellas, collectas, impoſitiones, datia, vel quælibet alia onera à laicis impoſita, *cap. non minùs*, & *cap. aduerſus, de immunit. Eccl. cap. primo, eod. tit. lib.6.* latè Bero. *conſil.31.* incipiente: *Conſultatio, lib.1.* & fuit in Rota ſæpe deciſum, & ſignanter in cauſa Valentina gabellæ, 4. Decemb. 1595. & 29. Ianuar. 1596. coram Domino meo Pamphilio; & die 9. Nouembr. anno 1598. coram bon. mem. Orano, & in cauſa Cordub. Gabellæ, coram me, die Veneris 19. Ianuar. 1061. Et iſta Concluſio adeò vera eſt, vt laici cogentes Clericos ad iſtas contributiones, ſint excommunicati.

Ad effectum enim vt Clerici, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ legitimè poſſint ſubire iſta onera, & ad ea perſoluenda
compelli, inſpecto iure Canonico, ſequentia copulatiuè 32
requiruntur.

Primò, vt adſit magna neceſſitas, cui aliàs facilè ſubueniri non poſſit, niſi Clerici cum laicis contribuant, vt
probatur *in d. cap. non minùs*, vbi expreſsè notat Abb. 33
*num.5. verſ.2. ſequitur*, & *d. cap. aduerſùs, de immunit. Eccleſ.* vbi Abb. *num.4.* & clariùs apparet per extrauagantem Benedicti XI. *ſub tit. de immun. Eccleſ.*

Secundò debet concurrere communis vtilitas, vel ſaltem pietas, vt *in d. cap. non minùs*, & *cap. aduersùs*, & *cap. peruenit, de immun. Eccleſ.* & de pietate conſiderauit textus *in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccl.*

Tertiò oportet, quòd onus illud ſit tale, vt ad illud ſu-
ſtinendum laici non ſufficiant, quia Clerici, & Eccleſia 34
ſolùm tenentur cum laicis contribuere in ſubſidium, & vbi laicorum non ſuppetunt facultates, vt *in dict. cap. non minùs*, & *capit. aduerſus*, quas conditiones conſiderauit Benedictus *in dict. extrau. de immun. Eccleſ.* ibi: *Cæterùm ſollicitè attendant Eccleſiarum Prælati, & alij Clerici Lateranenſe Concilium, quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſum neceſſitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt facultates, deliberatione prouida noſcitur excepiſſe.*

Quartò requiritur, vt ad onus huiuſmodi imponendum vocetur, & conſentiat totus Clerus, nec ſufficeret
Epiſcopus cum Capitulo; quia quod omnes tangit, ab 35
omnibus particulariter approbari debet, *cap. cùm omnes, de Inſtitut. cap. quod omnes, de reg. iur. lib.6.* & probatur *in d. cap. aduersùs*, ibi: *Verùm ſi quando fortè Epiſcopus ſimul cum Clericis*: & conſiderat Abb. *in d. cap. non minùs, num.4. & 5. notab.4.*

Quintò in iſtis oneribus imponendis ad effectum, vt Clerus teneatur, potiſſimùm requiritur, vt Papa conſu-
latur, & ipſo conſulto, & non alias Clerici contribuant, 36
*d. cap. aduerſus*, vbi notat Abb. *num.4. verſ.4. requiritur*, & ſic fuit expreſsè cautum per Bened. XI. *in d. extrau. de immun. Eccleſiaſticorum*, & meritò, quia ſi arbitrio Epiſcoporum, & Cleri hoc relinqueretur, facilè contingerent huiuſmodi impoſitiones, & onera per ambitum, & preces Principum, & miniſtrorum laicorum, quibus occurrere ſolent Romani Pontifices, qui non aliter, quàm causâ cognitâ iſtas facultates, vt Clerici contribuant, concedere ſolent.

Poſtremò requiritur, quòd ad hæc onera, & impoſitiones ſoluendas, poſtquam prædictis requiſitis concurrentibus impoſita fuerint, Clerici, & perſonæ Eccle-
ſiaſticæ non à miniſtris laicis, ſed à ſuo Epiſcopo, & Su- 37
periore Eccleſiaſtico compellantur; Princeps enim, & poteſtates ſæculares non poſſunt in his ſe intromittere; ita Innoc. *in d. cap. non minùs, num.6. verſ. quamvis ad ea*, & Bald. *in d. l. ad inſtructiones, num.5. verſ. adhuc tamen,* & *num.6. verſ. quod verum credo, C. de ſacroſ. Eccl.* & Innocentium, & Baldum communiter ſequuntur Doct. & ſignanter Abb. *in d. cap. non minùs, n.18. verſ. dicit tamen, de immun. Eccl.* & Guid. Pap. *deciſ.18. in fin. verſic. ſi tamen dicti viri.*

Et quamvis iſta non viderentur pertinere ad hunc caſum, in quo agebatur de ſoluendis oneribus rebus ipſis, ſeu bonis impoſitis antequam peruenirent ad manus Clericorum; adhuc remanebat periculum, ſaltem ratione illorum onerum, quæ arbitrio Principum imponuntur, reſpectu quorum indirectè ſaltem poſſent Clerici, & Eccleſiaſtici tractu temporis grauari ad iſta onera perſoluenda.

Ad iſtud periculum euitandum informantes pro arrendatoribus deducebant: Primò, quia bona, de quibus agebatur, tranſire debuerant cum oneribus ſuis, præſertim cùm eſſent hypothecata, & grauata à laicis, quæ

38 quæ aliàs ſine præiudicio hypothecæ tranſire non potuiſſent: gloſ. *in cap. 1. in verb. ſenioribus, de cenſ.* Bald. *conſ. 280. col. 2. verſ. nam cùm,* & *verſ. ſicut ſi perueniret, lib. 2.* Anchar. *conſ. 303. num. 3. in fin. verſ. ad hoc reſpondeo,* & *num. 4. verſ. & confirmatur.* Bellon. *conſil. 40. num. 5.* Theſaur. *deciſ. 234. num. 9.* vbi ita affirmat bis fuiſſe iudicatum.

Sed hoc motiuum non placuit Dominis, quia licèt poſſet procedere reſpectu onerum realium impoſitorum antequam bona peruenirent ad Eccleſiam; ſecus autem eſſe dicebant, quando onera non eſſent merè realia, quia tunc ſi deueniant ad Eccleſiam vel perſonas Eccleſiaſticas, non durant talia onera poſtquam ad perſonas priuilegiatas peruenerunt. Quod vt manifeſtiùs intelligeretur diſtinguebant Domini aliquot caſus.

Primus eſt, quando poſſeſſionibus, prædiis, ſiue bonis propter bona ipſa indicuntur, ſiue imponuntur onera, vt *in l. reſcripto, §. fin.* & *in l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon.* & hoc caſu res ſic onerata, ad quemcumque perueniat, cum illo onere tranſit, &
39 conſequenter Clericus, ad quem peruenit, pro illa ſoluere tenetur; eſt enim illud onus certum, reale, & perpetuum: ita tenuit Innocent. *in cap. non minùs, de immun. Eccl.* Cald. *conſ. 7. num. 2. verſ. ſubdit tamen, tit. de conſuet.* Archid. *in cap. 1. de immun. Eccl. lib. 6.* quem ſequitur ibidem Ioan. And. *num. 3. in princ.* & Gemin. *n. 9.* Abb. *conſ. 53. num. 1. verſ. certum eſt, lib. 1.* Anch. *conſ. 96. n. 6. verſ. ceſſit autem.* Ang. *conſ. 24.* Bart. *in d. l. reſcripto, §. vlt. num. 5. ff. de mun. & hon.* & *in d. l. placet, num. 59. C. de ſacroſ. Eccl.* quem refert Alphonſus Aluarez. *in ſpeculo iur. Pontificij, cap. 35. §. & quoad principalem, verſ. nam ſi dictum ſuum.*

Secundus caſus eſt, quando impoſitio onerum non eſt perpetua, & certa; ſed pro varietate negotiorum imminentium immutatur illa impoſitio, quæ fit, vt dicunt præcitati Doctores, pro ſolido, & libra, & tunc ſi res
40 tali onere grauata perueniat ad Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas, deſinit durare onus illud, poſtquam res peruenit ad perſonam priuilegiatam, *cap. nouerint, 10. quæſt. 1. c. 1. de iurepatron. lib. 6.* ita Archid. *dict. c. 1. de immun. Eccl. lib. 6.* quem refert Ioan. And. *num. 5. in fin.* & Gemin. *ibid. num. 9. verſ. tamen ſubdebat,* & Cald. *dict. conſ. 7. de conſtit. num. 2. circa fin. verſic. ſubdit tamen:* & licèt paulò poſt *in verſ. iſta quidem,* idem Calder. conſiderata rei grauitate addat, quod iſta indigerent declaratione Summi Pontificis, quoniam in Eccleſiarum læſionem poſſent talia ſtatuta emanare; ipſe tamen ſtatim inhærendo opinioni Iac. Butrigar. & Bartol. ſupradictam diſtinctionem amplectitur.

Tertius caſus eſt, quando onera iſta, ſeu collectæ, & impoſitiones imponuntur ratione perſonæ tantùm propter bona; & iſto caſu, cùm non inhæreant rebus, ſed
41 ratione perſonarum potiſſimùm imponantur, conſequenter non poſſunt imponi niſi ſubiectis, hoc eſt ciuibus, & incolis, *l. reſcripto, §. ſciendum,* vbi gl. *ff. de muner. & honor.* Vnde cùm Clerici non ſint ſubiecti, non poſſunt talia onera imponi nec ipſis, nec Eccleſiæ ad tales impoſitiones ſoluendas tenentur, ſiue antequam perue-
42 nirent ad Eccleſias, aut perſonas Eccleſiaſticas fuerint impoſita, ſiue poſtea: ita præcitati Doct. & ſignanter Gemin *in d. c. 1. de immun. Eccl. n. 9. in fin.* vbi concludit ex hoc patere reſponſum ad omnia iura, quæ in contrarium poſſunt allegari, quia loquuntur in prædiis tributariis, & ſic quando onera ſunt annexa rebus, & non perſonis.

Cùm ergo impoſitiones cenſuum, de quibus agebatur, non eſſent onera certa, ordinaria, nec perpetua, nec talia, quæ verè, & propriè dicerentur realia, Clerici, & Eccleſiæ, ad quas iſta bona peruenerunt, non tenebantur ad eorum ſolutionem.

Idem iudicium fuit de ſolutionibus fiſcalibus, nam licèt informantes pro arrendatoribus contenderent eſſe onera perpetua, vniformia, & conſueta ſolui ab habitatoribus pro tuitione maritimarum arcium, & militum 43
ſtipendiis, iuxta exiſtimationem, & deſcriptionem antiquitus in cataſtris factam; quia tamen præcitati Doctores affirmabant tales deſcriptiones, quæ fiunt pro ſolido, & libra, non eſſe perpetuas, ſed mutari pro variatione negotiorum imminentium, ideò Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ ad iſtas ſolutiones non tenentur; licèt ad illas perueniant bona eiuſmodi oneribus fiſcalibus grauata, *c. 1. de immun. Eccleſ. lib. 6.* vbi Archid. Ioan. And. & Gemin. *n. 9. Clement. præſ. de cenſib.* & eſt communis opinio.

Et ex his meritò fuit concluſum contra arrendatores informantes, & ſententiam Brunduſinam fuiſſe reuocandam.

## DECISIO

### Sacræ Rotæ Romanæ: Albenſis gabellæ, ſeu onerum. Coram R. P. D. Merlino.

*Die* 18. *Iunij.* 1630.

IVdex Taurinenſis condemnauerat Archipresbyterum Eccleſiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia in fauorem Communitatis dicti loci, pro prædiis eiuſdem Eccleſiæ, quam ſententiam in hac parte omninò reuocandam eſſe Domini cenſuerunt.

Certa eſt enim Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum propoſitio, quam & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Eccleſiaſtica immunia eſſe, & libera ab oneribus, & tributis impoſitis per Communitates, & Principes laicos: ita definitum eſt in Concilio Lateran. ſub Alexandro III. *p. 1. c. 19.* ſub Innoc. III.
*cap. 46.* & habetur *in cap. non minùs,* vbi Conſules, & 44
alij Magiſtratus Eccleſiaſticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur, & *in capit. aduerſùs, de immunit. Eccl.* & *in cap. 1. & 3. eod. tit. in 6.* & *in cap. quamquam, de cenſibus in 6.* & *in Clem. vnica, de immun. Eccleſ.* quæ ſanctiones innouatæ fuerunt per Sacrum Concilium Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* Romanique Pontifices quotannis in Bulla Cœnæ, §. 18. huiuſmodi pedagia imponentes, & exigentes cenſuris
coërcent, & Conſtantinus primus Imperatorum palam 45
Chriſtianis immunitatem hanc Eccleſiaſticam, ſiue potiùs illius vſum exhibuit, vt apud Euſeb. *lib. 10. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7.* & *in orat. de laudibus Conſtantini;* ſublatiſque Ethnicis, neminem ex Orthodoxis, & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Eccleſia-
rum exegiſſe obſeruat Card. Barõn. *tom. 3. Annal. ſub* 46
*anno 387. num. 13.* & Iuſtinianus etiam hanc Clericorum immunitatem, vel reſpectu bonorum edicto ſanciuit, vt *in l. ſancimus 20. C. de ſacroſ. Eccl.* & Feder. *in auth. item nulla Communitas, C. de ſanctiſſ. Epiſcop.* nec à iure poſitiuo, & Imperatorum liberalitate, ſed immediatè à iure diuino ortum habuiſſe huiuſmodi immunitatem reſpectu
etiam bonorum, fatendum eſt, vt diſertis verbis aſſeritur 47
*in cap. quamquam, de cenſibus,* ibi: *Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, & res ipſorum, non ſolùm iure humano, quinimò & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes.* Et in Concilio Tridentiuo *dicta ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* dicitur, *Immunitas hæc Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus inſtituta eſt.* Quibus verbis apertè diluitur callida quorundam interpretatio, qui putant verba, de quibus *in d. c. quamquam,* ibi: *de iure diuino, & humano,* intelligi poſſe de iure poſitiuo, ſcilicet canonico, & ciuili.

Nihilque refert hanc immunitatem reſpectu bonorum oculariter non legi ſcriptam in ſacris Scripturis, quia vt iuris diuini dicatur, ſat eſt, quod ex teſtimoniis, vel exemplis ex ipſa ſacra pagina depromptis, vel traditione Eccleſiæ deducatur, prout egregiè hæc immunitas deducitur ex Geneſ. *cap. 47.* vbi Ioſeph Prorex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros etiam eis à Rege traditos in primæua libertate dimiſit, quamvis reliquos totius populi



puli ſeruituti Regis ſubegerit, & meminit etiam Ioſeph. *de antiquit. Iudaic. lib. 2. cap. 4.* & Diodor. Sicul. *in 2. lib. hiſtor.* & Herodot. *in Euterpe lib. 2.* Hinc appoſitè in dicto Concilio Lateranenſi, de quo *in cap. non minùs, de immunit. Eccleſ. in 6.* infertur, *non decere Eccleſiam Dei minùs liberam eſſe tempore Principum Chriſtianorum, quàm fuerit tempore Pharaonis:* immò & addi poteſt, tempore etiam Ethnicorum, qui Flamines, Augures, Salios, Fæciales, alioſque Sacerdotes vnà cum bonis ipſorum im-
48 munes, & liberos à tributo reddebant, vt obſeruat, & inde ad propoſitum noſtrum arguit Præpoſitus *in cap. ſi tributum, num. 5.* & ibidem Card. *11. quæſt. 1.* & ſequitur Ioan. Ant. de Nigr. *in repet. extrauag. vnicæ, num. 243. de vit. & honeſt. Cleric.* Plot. *in addit. ad vlt. conſ. Laudenſ. ſub num. 8.* Aliaque exempla deduci poſſunt ex primo Eſdr. *cap. 7.* & *Numer. cap. 3.* & luculentius teſtimonium patet apud Matt. *cap. 17.* vbi filius Regis, qualis eſt Chriſtus, qui eſt filius Regum Regis, eximitur à tributo Principis: Eccleſiam autem, & Eccleſiaſticas per-
49 ſonas, tanquam ſponſam, familiareſque, & domeſticos Chriſti, eadem potiri prærogatiua inferunt D. Hieronym. *ibidem,* & D. Auguſt. *lib. 11. qq. Euangelic. quæſt. 23.* Ioan. Ant. Nigr. *in repet. extrauag. vnicæ, num. 223. de vit. & honeſt. cleric.* & doctè Suarez *ad Regem Angliæ de immun. Eccleſ. lib. 4. cap. 5. num. 12.* & *cap. 8. num. 16.* quæ teſtimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt Card. Bellarm. *controuerſ. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propoſitione:* vbi pluribus comprobat hanc immunitatem eſſe de iure diuino, & idem firmarunt Ioan. Montaig. *de collat. parlam. part. 2. num. 11.* Burſat. *conſ. 42. num. 1. lib. 1.* & *conſ. 186. num. 8. lib. 2.* Borell. *conſ. 74. num. 1.* Plot. *in addit. ad vlt. conſ. Laudenſ. numer. 8.* Euerard. *conſ. 30. num. 23. ad fin.* Cenal. *comm. contra commun. quæſt. 899. num. 39. & 42.* Cabed. *deciſ. 83. num. 19. part. 2.* Thom. Bozz. *de iur. ſtat. Eccleſ. libert. lib. 4. cap. 8.* plenè Paulus Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. cap. 97. num 6. & ſeqq.* Suarez. *ad Regem Angliæ d. lib. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures enumerat, & bona, dum Eccleſiis traduntur, eo ipſo eximuntur à dominio, & poteſtate laicorum, & ex ſpeciali iure ſub dominio Chriſti Domini conſtituuntur, nec per metaphoram, ſed per omnimodam
50 proprietatem, ita vt tale dominium Chriſti in his bonis Eccleſiarum ſit proximum, & immediatum, illique dicatur acquiſitum tanquam principali domino, vt per Innoc. *in cap. cùm ſuper, num. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & *in cap. verùm, num. 2. de for. compet.* Afflict. *deciſ. 361. num. 22. & ſeqq.* & poſt Suarez *d. lib. 4. cap. 17. num. 9.* & *cap. 18. num. 5. & 7.* & *cap. 21. num. 5.* pluribus comprobat Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. cap. 70. & 71.*

Vnde ſi Chriſtus Dominus omninò immunis fuit à tributis, vt ad litteram habetur apud Matth. *cap. 17.* & ibi notant SS. Hieronym. Chryſoſt. & Ambroſ. atque alij per Suarez *d. lib. 4. cap. 5. num. 1. in fin.* conſequens eſt etiam bona Eccleſiarum, quæ ſubſunt immediato, & proximo dominio Chriſti Domini, immunia eſſe ab omnibus tributis, vt per eundem Suarez *lib. 4. cap. 18 num. 5. & 7.* & *cap. 21. num. 5.* vbi quod hoc eſt valde conſentaneum Diuinitati, & excellentiæ perſonæ ſuæ. Præterea ſi bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia, ſunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem perſonarum, quæ dignitas perſonæ influit immunitatem in
51 ipſa bona; illa enim adhærent perſonæ Clerici, nec perſona dici poteſt plenè, ac perfectè exempta, niſi etiam illius bona exempta ſint: ita Abb. Dec. Felin. & alij Canoniſtæ communiter *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ,* & *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſt.* Bald. *in l. 2. C. de Epiſc. & Cler.* & alios refert ac ſequitur Suarez *d. lib. 4. cap. 25. num. 4. & ſeqq.* Ergo multò magis idem erit in bonis Eccleſiarum. Tum quia perpetuò ſunt Eccleſiaſtica, & in diuinum cultum per ſe ordinantur. Tum quia non Clericorum, qui Chriſti famulatum agunt, ſed ipſius Domini patrimonium ſunt, & vt dictum eſt, ſub immediato dominio Dei, patrimonialia verò bona Clericorum ſunt quidem ſub eorum dominio, ſed hoc dominium illis competit vti ciuibus, non autem vti Clericis, & tamen propter ſacram qualitatem hærentem perſonæ, bona ſunt immunia, quæ ratio fortiùs vrget in bonis Eccleſiarum, vt perpendit Suarez vbi ſuprà, *cap. 16. num. 11.* & *c. 17. n. 1.*

Nec quicquam verò facit antiquitus aliquando Clericos ſoluiſſe tributa Principibus laicis, hancque exactionem ceſſaſſe iiſdem Principibus indulgentibus, quoniam id accidit tempore, quo nondum Principes Euangelij 52
iugo ceruices ſubegerant, & facultas ipſa, ſeu immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, ſed non adhuc de facto, & malè exigebatur, & ſic ipſa immunitas à iure diuino profecta eſt; immunitatis autem vſus, ſeu exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum ſanctionibus, qui Principes Chriſtiani non verè, & propriè Eccleſiaſticis bonis exemptionem conceſſerunt, ſed potiùs detexerunt, & in eam à Deo conceſſam conſenſerunt, illiuſque exercitium iuſſere, & hoc
benè agnouit Iuſtinianus *in d. l. ſancimus, 20. C. de ſa-* 53
*croſ. Eccleſ.* ibi: *Cui enim non facimus diſcrimen inter res diuinas, & humanas? & cur competens prærogatiua cœleſti fauori non conſeruetur?* Et ſic annuit, hanc immunitatem non à ſua munificentia, quam aliis in rebus, & locis ſæpiùs glorioſus commemorat; ſed à dictamine diuino, & à natura effluxiſſe, vt bene ratiocinatur Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. d. cap. 97. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenſet, & ita pariter reſpondet Suarez *contra Reg. Angl. d. lib. 4. de immun. Eccleſ. cap. 6. num. 4.* & *cap. 21. num. 3. & 8.*

Nec obſtat potiſſimum fundamentum Communitatis, quod hæc onera olim impoſita eſſent iſtis prædiis, quæ poſtea in Eccleſiam peruenerunt, & ideò tranſiuiſſe effecta tributaria, & cum eodem onere ad quoſcumque, quamvis priuilegiatos, ſucceſſores, atque etiam in ipſas Eccleſias, iuxta Canonem *tributum 23. quæſt. 8.*

Quoniam pro reſponſione duo firmanda ſunt; vnum in facto, alterum in iure. In facto, quòd antiquitus hæc prædia erant eiuſdem Eccleſiæ Archipresbyteri Gorzenij, & paucis ſolummodò ab hinc annis diſtracta in laicos, à quibus in cataſtro communitatis redacta ſunt; detecta autem nullitate alienationis, iure merito Eccleſia, & pro ea Archipresbyter modernus in iudicio ſpolij fuit reintegratus, & propterea, vt reintegratio ſuum plenarium conſequatur effectum, opus eſt, quod Eccleſia recuperet prædia libera, & immunia à quibuſcumque oneribus, prout erant antequam ab anteceſſore diſtraherentur, & conſequenter reuocanda ſunt, & deſcriptio in cataſtro abolenda, & impoſitio onerum, quæ
tempore vſurpationis laicorum ſequuta ſunt; tantùm 54
enim reſtituere debet reintegratio, quantùm abſtulit diſtractio, *l. fin. §. fin.* & ibi Bart. ac alij, *C. de ſent. paſſ. l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor.* & notat Old. *de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 44. art. 3. num. 23. & ſeqq.* & retrotrahenda eſt hæc reintegratio perinde ac ſi ſem-
per penes Eccleſiam prædia permanſiſſent, ad *l. 1. §.* 55
*vlt. ff. de quæſt. l. 1. C. de ſent. paſſ.* Bald. *in l. poſt editam, num. 1. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Coſta *de retrotract. cap. 8. caſ. 17. num. 2. & ſeqq.* quæ ſi permanſiſſent, neque relata in cataſtro, neque onera fuiſſent impoſita.

In iure autem illud notandum eſt, quod bona ſemel à laicis etiam legitimè poſſeſſa, non ſemper cum onere tributi, & vectigalis tranſeunt ad Eccleſiam, ſed cum diſtinctione trium ſpecierum bonorum.

Prima eſt ſpecies bonorum, quæ habet, & poſſidet Eccleſia iure ſpirituali, & diuino, vt decimæ, oblationes: & hæc ſemper, ac perpetuò immunia ſunt à quibuſcumque
oneribus ſæcularibus; tam præteritis, quàm futuris, quia 56
immediatè

immediatè habet à Deo, nec commiſcenda cum laicis, vt in Num.*cap.*18.& notant Canoniſtæ communiter *in cap. ſi tributum,* 11. *q.*1. & *in c. ſecundùm,* 23. *q.*8.

Alia ſunt bona,quæ à priuatis quidem habuit Eccleſia, ſed ad cultum diuinum, & officium ſpirituale ſunt deſtinata, vt ſitus Eccleſiarum, & Cœmeterium pro ſepulturis, hortus iuxta Eccleſiam,& ſunt hæc pariter immu-
57 nia ſemper ab omnibus tributis, & oneribus, nedum publicis & Regiis, ſed quod magis eſt, etiam priuatis, & præexiſtentibus, ob eorum ſpecialem ſanctitatem, vt habetur *in d.cap.ſecundùm,* 23.*q.*8. & per Cald. *in l. omnes, num.*12. *C. de ſacroſ.Eccl.* & doctè tradit Turrecr. *in cap. ſi tributum,* 11. *q.*1. & *in Summa de Eccl. lib.*1. *cap.*98. *in reſponſione ad* 7. *argumentum.* Ioan. Ant. de Nig. *in repet. extrau. vnicæ, n.*242. *de vit. & honeſt. Cleric.* Suarez *ad Reg. Angl. de immun. Eccleſ. lib.*4.*c.*17.*n.*6. & 7. & *c.*19. *n.*2. & 8. & latiùs *c.*20.*n.*17.

Tertia eſt ſpecies bonorum, quæ poſſidet Eccleſia forte temporali, & iure ciuili, vt titulo venditionis, legati, vel alio ſimili,&c. Et in his etiam ſubdiſtinguendum eſt, & quoad onera impoſita de tempore, quo penes Eccleſiam bona reperiuntur, certum eſt ipſi omnino ſuffragari
58 immunitatem,ex ſuperiùs deductis: & Bart.*in l.reſcripto, § fin. num.*5. *verſ. videte, ff. de muner.* ingenuè fatetur, nullum dari remedium, ſeu cautelam, qua Clericis, ſeu Eccleſiis pro eorum prædiis imponatur collecta, cùm laici non poſſint edere legem per quam libertas Eccleſiaſtica infringatur, & ſcriptores omnes catholicos ſine diſſenſione hoc admittere monet Suarez *ad Reg. Angl. d.lib.*4.*c.*20.*num.*2. Fallitur autem idem Bart. *d. loco,* dum ſubdit, poſſe laicos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum territorij, itavt agri, qui poſteà ad Eccleſias peruenerint, obnoxij ſint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contra libertatem Eccleſiaſticam,quod directè omnino prohibitum eſt, *cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alibi. Et licèt eo tempore, quo vniuerſum territorium efficitur tributarium, prædia ſint ſub iuriſdictione laicorum, attamen hoc tempus inſpici non debet, ſed illud,quo ipſæ collectæ imponuntur; tunc enim formam habent, & ſolummodò radicem aliquam cauſalem, & remotam habuerunt à ſtatuto, quod etiam dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, ſcilicet, ſi imponantur: quæ conditio cùm ſit poteſtatiua, non retrotrahitur in
59 præiudicium Eccleſiæ, quæ medio tempore acquiſiuit, nec tunc ſubiacent iuriſdictioni laicorum: ita eleganter Bartolum impugnando arguit Bald. *in l. omnes, num.*12. 13. & 14. *cum ſeqq. C. ſine cenſ. vel reliq. fund. compar. non poſſ.* & *in l. placet, num.*10. vbi quod Bart. in caſu quem poſuit, non dicit verum, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in l. neminem, num.*4. *C. eodem*: vbi quod hæc onera tunc nec certa eſſent, provt tamen requiritur ad effectum vt ad Eccleſiam tranſeant prædia cum ſuis oneribus, & infrà dicetur: & *conſ.*112. *num.* 7. *lib.* 2. vbi quod Bart. contra omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam feſtucam, quia non poteſt conſiderari tributum niſi poſt indictionem, & ſpecificationem, quæ fieri nequit poſtquam res fecit tranſitum ad Eccleſiam. Abb. *in cap. fin. num.*13. *de vit. & honeſt. Cler.* Iaſ. *in d.l.placet, num.*21. vbi quod dictum Bartoli eſt falſum, & damnatum per omnes, & idem teſtatur Guido Papæ *quæſt.*381. Ruin. *conſil.* 117. *num.*8. *lib.*4. Felin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.*76. *de conſtitut.* Plot. *in addit. ad conſ. vlt. Laudenſ. num.*10. & 13. qui teſtatur ita fuiſſe declaratum à Senatu Mediolani pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ. Alba *conſ.*8. *num.*4. & *ſeqq.* vbi quod huiuſmodi ſtatutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpicione fraudis: Syluan. *conſ.*9.*num.*29. & *conſ.*32.*num.*11. Marcabr.*conſ.*40.*num.*29. vbi dicit communem eſſe hanc opinionem. Paſeth. *conſ.*31.*num.*8. Vegg. *conſ.*7.*num.*11. Graſſ. *commun. opin. lib.*1.*cap.*18.*q.*2. qui pariter de communi teſtatur. Remig. Goff. *de charit. ſubſid. quæſt.* 62. *num.*16. vbi quod hæc eſt tutior opinio. Card. Alban. *de immunit. Eccleſ. num.*92. aſſerens hanc eſſe opinionem
Legiſtarum validiſſimis rationibus confirmatam,& quod 60
graue piaculum committeret quicumque contrarium ſentiret. Ceual. *commun. contra commun. quæſt.* 899. *n.*72. & 106. qui plures alios cumulat. Rim. Iun. *conſ.* 25. *num.*23. Azor. *Inſtit. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.*13. *quæſt.*1. Theſaur. *deciſ.*234. *num.*5. Ioan. Ant. Niger. *in repet. extrauag. vnicæ, de vit. & honeſt. Cleric. num.* 190. Alphonſ. *de Montalu. in foro legum Caſtell. lib.*1. *leg.*2. *verſ. in contrarium.* Mattienz. qui alios congerit *ad ll. Hiſpan. lib.*5. *l.*11. *gl.* 5. *num. quinto,* Guttier. *pract. quæſt. lib.*2. *quæſt.*132.*num.*5. vbi de veriori,& communiori opinione teſtatur.

Nec poteſt dici ſtatuentes tunc vinculum inieciſſe dum territorium effecerunt tributarium, quo tempore iuriſdictionem habebant in prædiis, quæ poſteà ad Eccleſiam peruenerunt,& ſic tranſire cum ſuo onere; quoniam vinculum propriè iniectum eſt, dum collecta imponitur; tunc enim declaratio illa de toto territorio tributario ſuum ſortitur effectum, cùm tributum imponitur, & res
non dicitur eſſe tributaria, niſi quando re vera, & ipſo 61
facto debita eſt ſolutio ſuis ſingulis temporibus, & contributio, vt poſt alios tradit Alba *conſ.*8. *num.*5. & *ſeqq.* & tunc ſolùm dicitur actus perfectus, & conſummatus, vt declarat Card. Alb. *de immun. Eccl. num.* 70. & 71. hoc autem tempore bona ſunt extra iuriſdictionem laicalem, & ſubiectum eſt inhabile ad recipienda onera laicalia, reſque dicitur deueniſſe ad caſum, à quo non poſſet incipere, & conferunt tradita per Bald. *conſ.* 112. *num.*7. *lib.*2. Alex. *conſ.*210. *num.*11. & *conſ.*21. *num.*4. *lib.*2. Ruin. *conſ.* 204. *num.*11. *lib.*1. Surd. *deciſ.* 20. *num.* 8. Alba *d. conſ.*8. *numer.* 3. Card. Alban. vbi ſuprà, *num.*70.

Quo autem ad onera impoſita priuſquam prædia ad Eccleſiam peruenerint, ad hæc tunc ſolummodò tenetur Eccleſia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quod ſcilicet onera ſint vera, realia, ipſis fundis infixa, & impoſita ſint bonis, propter bona, non autem perſo-
nis propter bona; quòd ſint perpetua, certa, & inuaria- 62
bilia, non autem ex aliquibus cauſis vrgentibus, & illis ceſſantibus remouenda: ita docent Canoniſtæ *in d.cap.*1. *de immunit. Eccleſ. in* 6. vbi præcipuè Gemin.*num.*9. Abb. *in cap. fin. num.*12. *de vit. & honeſt. Cleric.* Turrecremat. *in cap. ſi tributum,* 11. *quæſt.*1. *verſ. alia verò*: Barbat. plene *conſ.*1. *per tot. lib.*3. Felin. pleniſſimè *conſ.*46. *in* 4. *dub.* Niger. *in repet. extrauag. vnicæ, de vit. & honeſt. Cleric. num.* 247. *cum pluribus ſeqq.* Comitol. *reſponſor. moral. lib.*1. *cap.*94. *num.* 3. vbi omnia iſta recenſet requiſita, & ſat eſt allegare magiſtralem deciſionem in Brunduſina gabellæ, 13. Februarij 1604. coram bonæ memoriæ Peña, quam & paſſim ſequitur Sacra Congregatio ſuper controuerſiis iuriſdictionalibus per Sanctiſſimum D.N. Vrbanum VIII. magno Reipublicæ Chriſtianæ bono inſtituta, & in his terminis loquitur textus *in cap. tributum,* 23. *quæſt.*8. ibi: *De exterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum eſt antiquitus* (nempe antequam ad Eccleſiam peruenerint prædia) *perſoluendum eſt.* Et *in cap. ſi tributum,* 11. *quæſt.*1. vt ibi per Turrecrem. & per Comit. *reſponſor. moral. lib.*1. *quæſt.*93. *num.*16. Ceual. *commun. contra commun. quæſt.*899. *num.*106. Alphonſ. de Montal. *in for. leg. Caſtell. lib.* 1. *d. l.*1. *verſic. ad quorum corroborationem, fol.* 13. *columm.* 3. & Suarez *ad Reg. Angl. d. lib.*4.*cap.*2.*num.*13. qui etiam obſeruat, ibi Vrbanum primum loqui iuxta morem ſui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Eccleſia nondum ſibi libertatem actu vindicauerat ab huiuſmodi tributis, & in hoc caſu dum Eccleſia ſoluit collectas, non ſoluit vti tributum, & in recognitionem dominij, vel ſuperioritatis, quam



quam regulariter indicat tributi exactio, vt *ex cap.* 2. *de cenſibus,* ſed ob conditionem inhærentem rei, & inſeparabilem: & quemadmodum erga priuatas perſonas ſolueret cenſus, & teneretur ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis priùs impoſitæ eſſent; ita pari ratione tenebitur Eccleſia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex cauſa, & conuentione Princeps, dum prædia poſſeſſa à laicis ſub eius erant poteſtate, infixit iiſdem prædiis, vt bene per Fr. Ioan. Neapol. Ord. Prædicat. *in quæſt. Pariſ. q.* 39. *puncto* 3. *ad quartum argumentum.*

Immò Card. Alban. *de immunit. Eccleſ.* Guttierez *pract. quæſt. lib.*1. *quæſt.*3. *n.*15. *verſ. preterea,* & fuſiùs Suarez *d. lib.*4. *cap.*20. *num.*6. *quæſt.*11. & *ſeqq. vſque ad fin.* aſſeuerant tunc demùm bona tranſlata in Eccleſias retinere onus, & obligationem ſoluendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe priùs impoſitum fuerit expreſsè pacto inter ipſum, & priuatos inito, vel ex peculiari
63 dominio illius prædij, itavt ipſe in priuatos tranſtulerit, hac ſibi reſeruata penſione, cenſu, ſeu collecta, non autem ſi egiſſet ex ſola vi Regiæ poteſtatis, & iuriſdictionis; hæc enim tunc penitus expirat, cùm bona ad Eccleſiam perueniunt,& res deuenit ad ſtatum qui incapax eſt illius ſubiectionis tributi erga Principem laicum; quod ſecus eſt in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia vis illorum tranſit, & continuat in quibuſcumque perſonis quomodocumque exemptis, & priuilegiatis: Felin.*in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.*77. *de conſtit.* Vegg.*conſ.*7.*num. quinto,* & *ſeqq.* Bellon. *conſil.* 40. *num. quarto,* & *quinto.* Feſtaſ. *de collect. part.* 4. *cap.*2. *num.*31. Alderan. Maſcard. *de gen. interpr. ſtat. concl.*1. *num.*100. Azor. *Inſtit. moral. part.*1. *lib. quinto, cap.*13. *quæſt.*1. *verſ. ſecundò ſciendum eſt*: vbi quod ratione pacti, vel conditione adiecta in legato, ſiue contractu, Eccleſia tenetur ad collectas bonorum, ad quas aliàs non teneretur, & per Suarez vbi ſuprà, *num.*6. & 15. *in fin.* & *num.*28. vbi reſpondet ad motiuum quòd res tranſit cum ſuo onere, & *num.*9. prudenter indicat, quomodo probari poſſit prædia fuiſſe ſub particulari dominio Principis, vel tributum ſolui ex conuentione, non autem ex ſolo iure vniuerſali Principatus: quibus conſequens eſt, cùm onera, de quibus agitur, non ſint antiqua, nec infixa eſſent dum ad Eccleſiam primò hæc bona tranſiuerunt, & conuentio omnino excludatur, nullatenus Eccleſia ad illa onera teneatur.

Non obſtat, hæc prædia deſcripta eſſe in cataſtro laicorum, ex quo regulatur taxa onerum, & inde Archipresbyterum teneri ad collectas, iuxta doctrinam Bald.
64 *in auth. ſed & periculum, num.*2. *verſ. hoc verum niſi Eccleſia, C. ſine cenſu, vel reliqu. &c.* vbi quod ſi Eccleſia facit æſtimum,tenetur ad collectas in vim ſui conſenſus, non ex vi iuriſdictionis laicorum, quoniam hæc deſcriptio in cataſtro non fuit facta de conſenſu Rectoris, ſed illorum laicorum, qui Eccleſiam hiſce bonis ſpoliarunt, vt ſuprà dictum fuit: immò etiamſi facta fuiſſet de Rectoris conſenſu, hoc non præiudicaret Eccleſiæ, ſed opus fuiſſet auctoritate, & aſſenſu Summi Pontificis, cuius intereſt communibus Eccleſiarum vtilitatibus prouidere, vt *in cap. aduerſus, de immun. Eccleſ.* & in puncto Abb. ibi, *num.*1. & 4. & *in cap. non minùs, num.*18. *eod. tit.* & *conſ.*13. *num.*1. & 2. *lib.*2. Marant. *conſ.* 99. *num.* 2. Natt. *conſ.*203.*num.*4. & *ſeqq.* vbi declarat doctrinam Baldi procedere data legitima deſcriptione in æſtimo, ſeu cataſtro, nempe quòd acceſſerit auctoritas Sedis Apoſtolicæ.

Non obſtant ſolutiones factæ, quoniam aut proceſſerunt à laicis, & tunc non præiudicant Eccleſiæ; laici quippè tanquam ſubiecti tenebantur ad collectas, dum
65 verò extat perſona immunis, ceſſat ratio ſubiectionis, & ſic etiam obligatio: mutata enim perſona, mutatur ſtatus rei, *l.*1.*C.de impoſit.lucr. deſ.lib.*10. Gemin.*in d.cap.*1.*n.*9. *de immunit. Eccleſ. in* 6. Anchar. *conſil.*129. *ſub num.*2. Niger *in repet. extrauag. vnicæ, de vit. & honeſt. Cler. num.*224. Marant. *d. conſ.*99. *num.* 3. & 4. Guttier. *pract. quæſt. lib.*1. *quæſt.*3. *num.*15. vbi poſt Mattienz. dicit hunc eſſe caſum mirabilem, quo res non tranſit cum ſuo onere; atque vt ſuprà dictum fuit, reintegratio conceſſa Rectori debet abolere quicquid poſt alienationem geſtum eſt in præiudicium Eccleſiæ.

Aut verò ſolutiones prætenduntur factæ à Rectore, & tunc nec etiam præiudicant, cùm Rector noc potuerit tollere priuilegium libertatis Eccleſiæ,non enim eſt perſonale beneficium, ſed ipſi ordini Eccleſiaſtico, & ipſis bonis Eccleſiarum conceſſum, cui geſta priuatorum præiudicare non poſſunt, & in hoc caſu opus fuiſſet aſſenſu
Summi Pontificis, vt dictum fuit, & notatur à Caſtr. 66
*conſ.*423.*num.*2.*lib.*2. Ceual. *comm. contra commun. q.*899. *num.*107. *ad fin.* & Modernus Rector, quatenus ſoluiſſet, non inde tamen priuatus cenſetur ſua immunitate ab hiſce collectis, & oneribus, quæ de iure ſibi competit, ad textum *in l. voluntariè, C. de excuſ. tutor.* Alex. *conſ.* 33.*n.*2. *verſ. ſed ea mihi, lib.*5. Caſtr. *d. conſ.*423. *num.*2. Natt. *conſ.*447.*n.*16.

Et ita bis diligenter examinato articulo reſolutum fuit.

## CAPVT CIV.

### Epitome.

An valeat ſtatutum, prohibens ſub certa pœna, ne filius familias contrahat matrimonium ſine conſenſu parentum, vel conſanguineorum, & quomodo intelligantur bannimenta, quæ prohibent occultas deſponſationes.

### Svmmarivm.

1 *Proclama, ne contrahatur matrimonium ſine conſenſu patris, quomodo intelligatur.*
2 *Matrimonia clandeſtina ſunt prohibita.*
3 *Ius ciuile non poteſt imponere pœnam contrahentibus matrimonium iure canonico validum.*
4 *Secretò, eſt idem, quod clandeſtinè.*
5 *Nigrum declaratur rubricâ.*
6 *Cauſa in præfatione poſita dicitur finalis.*
7 *Prooemium indicat mentem diſponentis.*
8 *Clandeſtinum, & occultum pro eodem vſurpatur.*
9 *Occultum dicitur, quod neſcitur.*
10 *Ceſſante ratione, ceſſat lex.*
11 *Matrimonium publicum dicitur, quod fit coram teſtibus, & Parocho.*
12 *Ordinarius poteſt concedere Sacerdoti non Parocho, vt aſſiſtat matrimonio.*
13 *Matrimonium quando dicatur factum in facie Eccleſiæ.*
14 *Matrimonium ſine denunciationibus, dicitur clandeſtinum.*
15 *Denunciationes omiſſæ de licentia Ordinarij non faciunt matrimonium clandeſtinum.*
16 *Denunciationum omiſſio non reddit matrimonium clandeſtinum.*
17 *Denunciationes non ſunt de ſubſtantia matrimonij.*
18 *Matrimonium eſt validum, etiam omiſſis denunciationibus.*
19 *Vicarius Epiſcopi poteſt diſpenſare in denunciationibus matrimonij.*
20 *Denunciationum remittendarum cauſæ ſunt arbitrariæ.*
21 *Denunciationes matrimonij dicens fuiſſe omiſſas, debet probare.*

22 *Parochus*

22 *Parochus nubentium quis dicatur.*
23 *Matrimonium ſine conſenſu patris eſt validum, niſi ſit clandeſtinum.*
24 *Matrimonia debent eſſe libera.*
25 *Matrimonij libertas non poteſt impediri ſub pœna excommunicationis.*
26 *Matrimoniali in cauſa ſtandum eſt iuri canonico.*
27 *Nuptiæ filij valent ſine conſenſu patris.*
28 *Statutum quod puella non nubat ſine conſenſu patris eſt inualidum.*
29 *Statutum an poſſit diſponere circa accidentalia matrimonij.*
30 *Bartolus reprobatur.*
31 *Matrimonia non poſſunt impediri etiam metu pœnæ, quæ non poteſt exigi.*
32 *Matrimonij cauſa ſpectat ad Eccleſiam, etiam in accidentalibus.*
33 *Pater non poteſt exhæredare filium, quia contraxerit matrimonium ſine eius conſenſu.*
34 *Matrimoniales cauſæ ſpectant ad forum Eccleſiæ ſub pœna anathematis.*
35 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere ſæculari, ne exigat pœnas à contrahentibus matrimonium inuito patre.*
36 *Pœna non ligatur matrimonium.*
37 *Qualitates ſtatuti debent probari ab eo, qui ſe fundat in eo.*
38 *Mater tranſiens ad ſecunda vota perdit ius in filios.*
39 *Filia non eſt educanda apud matrem tranſeuntem ad ſecunda vota.*
40 *Nubentium ſecundò pœnæ non ſunt reuocatæ reſpectu fauoris filiorum.*
41 *Qualitas in fine poſita reſtringit præcedentia.*
42 *Statutum tollitur per non vſum.*
43 *Leges fori non dicuntur vſu receptæ, niſi id probetur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa matrimoniali multùm Excellentis Phyſici D. Marci Antonij Geminellij, & Perilluſtr. D. Lauiniæ Sclauæ, quam ſibi deſponſauit in Eccleſia Sanctæ Mariæ Monialium Carmeli abſque denunciationibus, habita ſuper eis diſpenſatione ab Ordinario coram teſtibus, & Sacerdote ab eodem Ordinario deputato, de conſenſu etiam proprij Parochi, controuertitur, an ipſe inciderit in pœnas proclamatis Ducalis emanati vſque de anno 1530. mandantis, quòd nullus audeat, vel præſumat ſibi deſponſare aliquam mulierem, quæ aliàs nunquam fuerit nupta, ſine conſenſu patris, ſi ſupereſt, & eo non exiſtente, ſine conſenſu matris, vel fratris, ſeu fratrum maioris, vel maiorum 18. annorum, & prædictis deficientibus, ſine proximorum conſenſu, in quorum domo mulier habitaret, ſub pœna ducat. 500. auri, & funis ictuum quinque, & plus, ac minùs pro qualitate perſonarum, arbitrio eius Eccleſiæ, & banni perpetui, de quo extrahi non valeat, niſi de conſenſu patris, matris, fratrum, vel conſanguineorum reſponſione. Et mulier, quæ contra prædicta deſponſari paſſa fuerit, perdat dotem, & legitimam, & portionem, quam conſequi poſſet in bonis paternis, & maternis, applicandam pro dimidia dictis eius attinentibus reſpectiuè, & pro alia dimidia Cameræ Ducali, & vt in dicto proclamate. Quoniam matrimonium prædictum dicitur celebratum ſine conſenſu matris dictæ puellæ, & eius conſanguineorum, prout tamen ex dicto proclamate erat neceſſarium.

In quo non video, quomodo ex prædictis poſſit in foro ſæculari fieri poceſſus criminalis contra prædictos iugales pro exigendis dictis pœnis, tum quia illud proclama, adueniente Concilio Trident. ceſſauit eſſe in vſu,
1 & non apparet, quòd aliquis fuerit vnquam condemnatus eius vigore. Tum quia eius qualitates, & conditiones non verificantur in caſu noſtro. Et denique quia ſi comprehenderet caſum iſtum, eſſet inualidum, obſiſtente ei iure Canonico, per quod diſponitur matrimonia debere eſſe libera, & conſenſum Patris non eſſe neceſſarium ad nuptias filiorum, niſi ex honeſtate.

Verùm quia in iure ſæpe euenit, vt ea etiam, quæ luce clariora ſunt, aliqua nube obumbrentur, ideò vt veritatem hanc omnibus oſtendam, infraſcripta exarabo, quæ in iure, & in facto mihi veriſſima videntur.

Nam in primis certum mihi eſſe videtur, quòd dictum proclama non loquatur de quocumque matrimonio puellæ nubentis ſine conſenſu parentum, ſed de matrimonio
clandeſtino ab ea facto, & hoc deſumo tum ex rubrica 2
proclamatis, quæ dicit, & inſcribitur: *De pœna deſponſantis aliquam mulierem ſecretò.* Tum ex nigro, in quo dicitur in principio: *Cùm in dies multa videantur oriri ſcandala ob occultas deſponſationes, quæ fiunt in dominio S.E. quæ iure diuino, & humano prohibita ſunt.* Ex quibus liquidò conſtat, proclama voluiſſe coadiuuare ius Canonicum, prohibendo matrimonia clandeſtina, & quæ ſunt iure diuino, & humano prohibita; non autem deſtruere, prout eueniunt, ſi in caſu noſtro contrahentes matrimonium validè, & ſine culpa, vt inferiùs oſten-
dam, incurrerent pœnas dicti proclamatis, quia lex ciuilis 3
non poteſt pœnam imponere contrahentibus matrimonium, quod de iure Pontificio validum eſt, & iuſtum. Ioan. Guttierrez *pract. qq. lib. 2. q. 1. n. 29. verſ. 2. reſpondeo,* & *q. 3. n. 8. 9.* vbi pulchrè. Nam vbi culpa non eſt, & nihil fit contra ius, ibi culpa eſſe non poteſt, ad textum *in l. Gracchus, C. de adult.* Dec. *in l. nuptias, de reg. iur.* ad rem Surd. *de aliment. tit. 1. q. 6. n.* 10. 11. Filiuc. *qq. moral. p. 1 tract. 10. c. 5. n.* 161.

Non poteſt igitur dubitari quod proclama parentum loquatur, & procedat tantùm in matrimonio clandeſtino, quod etiam ſacri Canones deteſtari ſolent, ſiquidem rubrica dicit: *De pœna deſponſantis mulierem ſecretò;* quod
eſt idem ac clandeſtinè, quoniam ſecretum dicitur, quod 4
non eſt publicè factum. Bald. *conſ.* 438. *n.* 4. *lib.* 5. & propterea ipſum proclama debet intelligi de matrimonio ſecreto, quia nigrum declaratur rubricâ, & ſumit inter-
pretationem ab ea. Abb. *in c. inter alia, in fin. de immunit.* 5
*Eccl.* Natt. *conſ.* 514. *num.* 3. Alba *conſ.* 88. *num.* 4. Burſat. *conſ.* 212. *num.* 9. *lib.* 2. Carpan. *ad Stat. Mediol. p. 2. c.* 133. *num.* 11.

Immò nigrum ipſum proclamatis indicat idipſum, quod ſcilicet illa prouiſio ſit facta pro clandeſtino matrimonio, dicitur enim in ipſo exordio pro motiuo legis, ob occultas deſponſationes multa oriri ſcandala, quæ ratio, ſeu cauſa in præfatione diſpoſitionis poſita demon-
ſtrat cauſam eſſe finalem, ad textum *in leg. fin.* vbi Bald. 6
*in 2. notabil.* & DD. *de hæredib. inſtituend.* Iaſ. *conſil.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, in lim. n.* 64. Seraph. *deciſ.* 1337. *num.* 7. Ludouiſ. *deciſ.* 351. *num.* 5. Carpan. *d. cap.* 173. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi etiam inquit,
quod ex proœmio colligitur mens ſtatuentium, quæ in 7
propoſito noſtro non poteſt eſſe niſi de matrimonio clandeſtino; verba enim illa, *ob occultas deſponſationes,*
id important, quia clandeſtinum, & occultum pro eo- 8
dem vſurpantur, vt *in capit. quod nobis, iuncta gloſſa,* & Abb. *ibidem, num. 1. de clandeſt. deſponſat.* gl. *in cap.* 1. vbi etiam Abb. *num. 1. eodem,* & hoc per ſe liquet, quia occultum dicitur, quod neſcitur, *cap. chriſtiana,* 33.
*quæſt.* 2. ideò diſpoſitio præſentis proclamatis non habe- 9
bit locum in matrimonio facto coram teſtibus, & Paro-
cho, quod non eſt clandeſtinum, quia ceſſante ratione 10
legis, ceſſat lex, *l. adigere, §. quamvis, de iurepatronatus, l. quod edictum, ff. de pact. l. liberorum, §. 1. ff. de his qui notant. infam. cap. ſtatuimus, diſtinct.* 61. niſi ergo conſtet matrimonium, de quo quærimus, eſſe clandeſtinum, locus eſſe non poteſt pœnis in dicto proclamate contentis.

Verùm



Verùm in caſu noſtro matrimonium fuit celebratum publicè in Eccleſia coram teſtibus, & Sacerdote deputato ab Ordinario, loco proprij Parochi ad idem conſentientis, vt in facto ſatis conſtat ex actis Curiæ Epiſcopa-
11 lis: ergo matrimonium non eſt clandeſtinum, cùm ſufficiat ſi matrimonium fiat præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus: ex Concil. Trid. *de reform. matrim. ſeſſ. 24. cap. 1. verſ. qui aliter.* Sanchez. *de matrim. lib. 3. diſp. 17. num.* 4. Menoch. *de arbit. iud. caſ. 453. n.* 13. Seraph. *deciſ.* 1099. *num.* 3. Poteſt enim Ordinarius concedere facultatem alteri Sacerdoti non Parocho coniungendi ſponſos in matrimonio, non ſolùm in propria Pa-
12 rochia, ſed etiam extra illam. Auguſt. Barboſ. *de Epiſc. part. 2. alleg. 32. num.* 114. vbi multos alios allegat, & tale matrimonium dicitur factum in facie Eccleſiæ, etiamſi celebratur in domo priuata, dummodo adſint teſtes, &
13 Parochus; non enim eſt neceſſe quòd fiat in Eccleſia materiali: Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 15. n.* 20. Rebel. *de oblig. iuſtit. p. 2. lib. 2. q. 7. n.* 11. Reginald. *in prax. for. pœnit. de matrim. lib. 31. c. 18. n.* 242. Bonac. *de matrim. q. 2. p. 6. n.* 4.

Et quamvis in hoc caſu omiſſæ ſint denunciationes, & propterea multi ſentiant matrimonium ita factum eſſe quidem validum, ſed quoad pœnas dici clandeſtinum,
14 *ex cap. fin. de clandeſtina deſponſatione,* Sanch. *d. tract. lib. 3. diſp. 1. num.* 10. Menoch. *conſ.* 69. *num.* 170. Marth. *de iuriſd. part. 4. caſ. 71. num.* 11. tamen ſi id verum eſt, non habet locum, quando denunciationes omiſſæ ſunt de licentia Ordinarij, quia vbi culpa abeſt, culpæ pœna
15 non incurritur: pulchrè Sanchez *de matr. lib. 3. diſp. 1. num.* 5. Guttierrez *pract. qq. lib. 2. quæſt. 4. num. 14. in fin.* vbi idcircò dicit non habere locum in tali caſu legem regiam, quæ vetat matrimonia clandeſtina: & *quæſt. 3. num.* 8. vbi pulchrè Giouagn. *conſ. 59. num. 13. in fin. lib.* 1. idque procedit etiamſi poſtea publicationes non fiant: Sanchez. *d. diſp. 1. num. 5. verſic. ſed hoc non placet.* Sæpè enim Rota iudicauit, & Congregatio Concilij cenſuit omiſſionem denunciationum non reddere prolem illegi-
16 timam, vel matrimonium clandeſtinum, vt apud Gratian. *diſcept.* 841. *num.* 26. 27. Farinac. *deciſ.* 71. *num.* 11. 12. *part.* 1. & *deciſ.* 390. *n. 5. p.* 2. pulchrè Filiucius *mor. qq. p. 1. de matrim. tract. 10. cap.* 5. vbi pulchrè dicit, non poſſe dici matrimonium clandeſtinum factum coram Parocho, & teſtibus, omiſſis denunciationibus de licentia Ordinarij, quia contrahentes non ſunt in culpa. Bonac. *d. q. 2. p. 6. n.* 4.

Nec eſt mirum, quia denunciationes non ſunt de ſubſtantia matrimonij, ſed tantùm de ſolemnitate; & propterea earum omiſſio non vitiat illud, quia Concilium Trid. in decreto irritanti ſolùm meminit de præſentia
17 Parochi, & teſtium, quidquid ſenſerit Menoch. *conſ.* 69. *num.* 7. & Ceph. *conſ.* 421. *per tot.* quorum ſententia non eſt vera, quia communiter tenetur, denunciationibus etiam iniuſtè, & abſque licentia omiſſis, adhuc validi-
18 dum eſſe matrimonium: Guttierrez *de iuram. confirm. part. 1. caſ. 51. num.* 25. vbi teſtatur de veriori, & recepta opinione, & *lib. 2. pract. quæſt. cap. 4. num.* 13. latè Sanchez *d. tract. lib. 3. diſp. 5. num.* 3. 4. vbi alios allegat, & tollit contraria. Ricc. *in prax. reſol. 224. num.* 6. Giouagn. *conſ. 60. num. 26.* & *conſ. 67. num. 40. lib.* 1. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib. 31. cap. 29. num.* 222. Mand. *caſ.* 71. *num.* 9. Seraph. *d. deciſ.* 1099. *num.* 4. Farinac. *d. deciſ.* 390. *num.* 5. Filliuc. *d. tract. 10. cap. 5. num.* 172. Gratian. *d. cap.* 841. *num. 21. 22. & 26.* latè Barboſ. *de tract. p. 2. allegat. 32. num.* 2. vbi plurimos allegat, & contrarium ſentientes confutat.

Et nemini dubium eſt contra Menoch. *d. conſ.* 69. extare veram, & magis communem DD. ſententiam, quod etiam Vicarius generalis Epiſcopi poteſt diſpenſare, & remittere tales denunciationes, quia venit appellatione Ordinarij, de quo mentionem facit Concilium Trident.
ita latè concludit Sanch. *d. lib. 3. diſp. 29. n.* 3. 4. 5. vbi re- 19
ſoluit contraria. Ricc. *in prax. reſol. 226. n.* 2. 3. Gratian. *d. diſcept. 441. num.* 9. 10. vbi teſtatur de veriori, & magis communi, & quòd iſta eſt praxis forenſis totius Chriſtiani Orbis, plurimoſque allegat Filliuc. *d. cap. 5. n.* 176. Bonacin. *de matrim. quæſt. 2. p. 6. num. 7. verſ. dixi.* Barboſ. *de off. Epiſc. p. 2. alleg. 32. n.* 29. vbi infinitos congerit, cauſæ autem iuſtæ remittendi denunciationes matrimo-
nij ſunt arbitrariæ Ordinario, ex Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. 20
*cap. 1. verſ. niſi Ordinarius.* Menoch. *de arbitr. iud. c.* 453. *num.* 5. 6. Giouagn. *conſ. 59. num. 14. lib.* 1. vbi etiam quod cauſa præſumitur.

Hîc autem denunciationes non fuerunt omiſſæ penitus, ſed poſt matrimonium fuerunt factæ, vt conſulit prædictum Concil. *d. cap. 1. verſ. deinde,* & ſic nulla ſubeſſe poteſt culpa: Guttierrez *pract. qq. lib. 1. q. 4. n. 14. in fin.* imò ſi pars aduerſa ſe fundat in hoc, quod denunciationes non ſint factæ, ipſa debet id probare. Henric. Boych. *in cap. peruenit, in fin. qui fil. ſint legit.* & ita cenſuit Rota *in vna Barchinon. matrim.* 19. *Martij* 1604. & *in alia Va-*
*lentina pratenſ. illegitim.* 16. *Martij,* vt per Farinac. *deciſ.* 21
*crim.* 354. *num.* 6. Verùm creditur Sacerdoti dicenti ſe ex licentia Ordinarij aſſiſtere matrimonio loco Parochi, vt per Seraph. *deciſ.* 199. *num.* 3. quæ ex abundanti dicta ſunt, quia ex actis Cancellariæ hæc omnia benè verificantur.

Et quamvis ſtante deputatione Ordinarij de illo ſacerdote, qui matrimonio aſſiſtere debet, non ſit quærendum quiſnam proprius fuerit Parochus, tamen ſciendum eſt, ſatis eſſe contrahere matrimonium coram Pa-
rocho habitationis coniugum, vel alterius ipſorum: 22
Ricc. *deciſ.* 214. *num.* 1. Guttierrez *eod. tract. quæſt.* 63. *num.* 19. Farinac. *deciſ.* 390. *num. 6. part.* 2. Bonacin. *de matrim. quæſt. 2. part. 8. n.* 1. & ita cenſuit Sac. Congreg. Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 32. num. 63. part.* 2. quod hîc factum eſt, cùm celebratum ſit matrimonium non ſolùm de licentia Ordinarij, ſed etiam Parochi, in cuius Parochia per multos annos dicta puella moram trahebat.

Si ergo volumus ſaluare dictum proclama ad effectum nullitatis, neceſſe eſt vt intelligatur in his terminis vbi interuenit duplex defectus, ſcilicet clandeſtinitatis, & conſenſus patris, prout etiam intelligitur lex regia vetans matrimonium ſine conſenſu patris ſub certa pœna;
& non ſufficit diſſenſio paterna, niſi adſit etiam clan- 23
deſtinitas matrimonij: ſic pulchrè Guttierrez *pract. qq. lib. 1. quæſt. 1. num. 13. in fin.* & meliùs *num.* 28. *verſ. & primò reſpondeo,* & *verſ. At verò,* & *num. 30. 31. in fin. & quæſt. 3. num. 1. verſ. ſed quod ſenſit:* idem Gaſp. Theſ. *quæſt. 70. num.* 11. Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 67. numer. 5. verſ. ſed re attentiùs,* & *numer. 13. verſ. quare:* vbi inquit leges exhæredantes filiam abſque conſenſu patris nubentem, tanquam iuri Canonico aduerſas repelli; punientes verò clandeſtinum matrimonium, tanquam ius Canonicum imitantes, & coadiuuantes admitti.

Et hæc adeò vera ſunt, quòd ſi aliter diceremus, ſtatuta prædicta eſſent inualida, quia ſecundùm ius Canonicum matrimonia debent eſſe libera, & vinculo pœnæ
conſtringi, aut impediri non poſſunt, ad textum *in cap.* 24
*gemma, de ſponſal. l. Titia,* vbi Iaſ. *in fin. de verb. oblig. l. Titio centum, §. 1. de condit. & demonſtrat.* Tuſch. *littera M, concl. 133. num.* 1. 3. 4. Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 6. num.* 6. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib. 14. tit. 37. n.* 19. & *tit. 45. num.* 27. Giouagn. *conſ. 17. num.* 2. 3. 4. *lib.* 1. Cyriac. *contr. 343. num. 12. part.* 2. Thomat. *deciſ.* 84. *n.* 6. Seraph. *deciſ. 492. num.* 17. vbi idem dicit de matrimonio ſpirituali: & clarè hoc deciditur in Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap. 9. de reform.* vbi nefarium dicit violare matrimonij
libertatem, & mandat Dominis temporalibus ſub pœ- 25
na anathematis ipſo facto, ne quovis modo, directè vel indirectè aliquem cogant, quominus liberè matri-





monium

monium contrahat. Et nemini dubium eſt, quod in cau- 26 ſa matrimoniali non ſit ſtandum iuri canonico, cap. fin. de ſecund. nupt. §. hunc igitur; ibi: leges ſeculi, 2. quæſt. 3. Guttier. pract. qq. lib. 2. quæſt. 1. num. 30. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 6. num. 7. Rim. Iun. inter conſ. matrim. conſ. 78. ſub num. 7.

De iure autem Canonico non requiritur conſenſus patris ad nuptias filij, niſi fortè ex vrbanitate, & honeſta- 27 te, cap. vltimo, vbi gl. 32. q. 2. cap. 13. cauſa... vbi gloſ. de rapt. & notatur in cap. 1. vbi Abb. & DD. de ſponſal. Tuſch. d. concl. 133. num. 48. Guttier. pract. qq. lib. 2. quæſt. 1. n. 30. verſ. ſed his, vbi de communi. Surd. d. quæſt. 6. num. 8. Menoch. d. caſ. 453. num. 8. vbi de veriori, & recepta opinione. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. titul. 18. n. 17. verſ. ſed ex iure. Cyriac. controu. 343. n. 9. lib. 2. Iac. Cauall. deciſ. 415. n. 4. Rim. Iun. d. conſ. 78. n. 7. 8. 9.

Et ideò non valet Statutum quod puella, ſeu puer nequeat contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, vel 28 conſanguineorum ſub certa pœna, vel inferens damnum: licèt enim honeſtum videatur, vt filius requirat conſilium patris, tamen propter libertatem matrimonij non poteſt impediri, etiam metu pœnæ. Ioan. And. in cap. ſtatutum, il primo, verſ. tamen, vbi Anchar. & Rom. de hæret. in 6. Butr. & Abb. in cap. 1. num. 8. vbi pulchrè Felin. num. 13. de ſponſ. Alex. conſ. 97. num. 6. & per tot. lib. 1. Dec. conſ. 231. num. 5. verſ. non obſtat. Rim. Iun. d. conſ. 78. num. 14. 15. Couar. in epit. de ſponſ. part. 1. cap. 3. §. 8. num. 6. Clar. in prax. §. fin. quæſt. 82. n. 11. 12. vbi de communi. Menoch. d. caſ. 453. n. 10. 11. 12. Surd. d. q. 6. num. 8.

Multi tamen putauerunt non valere quidem Statutum quantùm ad hoc vt irritum ſit matrimonium, quia de re ſpirituali non poſſunt ſtatuere laici; ſed validum eſſe quantùm ad hoc, vt contrafacientes puniantur, quia hoc 29 modo ſtatutum non diſponit de ſubſtantia matrimonij, ſed de accidentalibus: ita Bart. in l. edicimus, n. 3. verſ. reſpondeo ſtatutum, C. de murilegul. lib. 11. vbi Alex. littera B, quem multi ſequuntur.

Verùm opinio Bartoli non eſt vera, vt inquit Dec. conſ. 231. n. 5. verſ. non obſtat. Surd. d. quæſt. 6. n. 15. & eſt 30 magis communiter reprobata, teſte Alex. conſ. 97. num. 6. in fin. lib. 1. quia lex canonica non plenè conſuluiſſet pro libertate matrimonij, ſi reuocaſſet iura ciuilia ſolùm quoad validitatem, non autem quoad remouendam pœ- 31 nam, quæ ſolet magis timeri, vt inquit Surd. d. quæſt. 6. num. 12. in fin. etenim ſi pœna exigi poſſet, matrimonium indirectè impediretur, quod fieri non poteſt. Conc. Trid. d. cap. 9. Alex. d. conſil. 97. num. 1. verſ. confirmatur, lib. 1. Alderan. Maſcard. de interpret. ſtatut. concluſ. 1. num. 183.

Ideò verior, & magis recepta cenſetur opinio Ioan. Andreæ in d. cap. ſtatut. ſub num. 2. de hæret. in ſexto, dicentis, quod cauſa matrimonij, & dependentia ab eo ſunt Eccleſiaſtici fori, & idcircò prohibita eſſe ſtatuta ob certas cauſas prohibentia matrimonium ſub certa pœna, quia eius libertas impeditur, & Iudex Eccleſiaſticus de- 32 bet ſe intromittere, ne hæc pœna exigatur, & cum eo ſentiunt Abb. in d. cap. 1. num. 9. vbi Felin. num. 13. in princ. & verſ. ſed nihilominus, vbi pulchrè de ſponſal. latè Alex. d. conſ. 97. num. 2. & ſeqq. vbi tollit omnia contraria. Tuſch. d. conſ. 133. num. 48. vbi de magis communi, & num. 36. Ceph. conſ. 319. num. 18. Clar. d. quæſt. 82. n. 11. 12. Couar. d. §. 8. num. 6. vbi de communi. Surd. d. quæſt. 6. num. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. vbi quod ex hac cauſa pater non 33 poteſt exhæredare filium, vel alimentis priuare. Gaſpar. Theſaur. d. quæſt. 70. num. 3. lib. 1. vbi quod ab iſta opinione durum eſſet in practica recedere: Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. num. 17. Maſtril. deciſ. 163. num. 10. 11. 12. vbi de communi, & quod potiùs toleratur iniuria, quæ fit parentibus, quàm quod libertas matrimonij impediatur; & dicit Conſilium cenſuiſſe hanc opinionem eſſe in practica receptam; pulchrè Mart. de iuriſd. part. 4. cap. 70. num. 5. 6. & ſeqq. & num. 23. vbi inquit non valere ſtatuta, neque quoad pœnam: latiſſimè Grat. diſcept. 633. n. 19. 20. 21. vbi de magis communi, etiam in lucro, quod fortè aufertur, quia ex eius amiſſione matrimonium redditur timidum: latiſſimè etiam Maſcard. d. concl. 1. num. 174. & ſeq. & num. 182. 183. 184. vbi probat multa ſtatuta huius materiæ, etiam rationabilia, eſſe inualida, quia deficit poteſtas in ſtatuente, etiam circa dependentia, vel acceſſoria matrimonij. Bonac. in Decal. diſp. 6. q. vnic. p. 6. §. 3. n. 3. & n. 10. verſic. ſecundò. Filiuc. d. loco, tract. 10. cap. 4. num. 132. qui tollunt omnem maculam. Rim. Iun. d. conſ. 78. num. 14. 15. vbi de magis communi.

Vnde cùm declaratum ſit ſub anathematis pœna cauſas matrimoniales ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos, vt in Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 12. de matrim. cap. cauſam, 34 qui fil. ſint legit. cap. 1. de ſponſal. Bonac. in d. §. 3. n. 3. verſ. tum quia: non erit ergo mirandum, quod Iudex Eccleſiaſticus poſſit ſe intromittere in hoc, & inhibere Iudici laico, ne pœnas huiuſmodi ab aliquo exigat. Ioan. And. 35 in d. cap. ſtatutum, num. 2. ad fin. de ſponſal. quem cæteri ſequuntur, & idem tenet Bald. in l. omnem, num. 15. C. ad Tertyl. pulchrè Marth. d. caſ. 70. num. 24. vbi de magis communi. Pœna enim in matrimonio non poteſt exigi, etiamſi veniat in conſequentiam, velut ſuper arrhis, 36 quòd duplicentur. Ang. conſ. 234. num. 3. verſ. non tam. Tuſc. littera M, concl. 133. n. 2.

Etiam cùm in caſu noſtro non poſſit dubitari, an factum ſit matrimonium, ſed an de iure ſit validum, & legitimum, ſanè hæc quæſtio pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum: cap. tuam, de ord. cognit. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 54. num. 4. verſ. ſed an fuiſſet: ideò cauſa videtur remitti ad forum Eccleſiaſticum.

Sed eſto quod validum ſit proclama, adhuc tamen dicis, nihil officere D. Geminellis, quia in eo non concurrunt qualitates illius, & nihilominus fiſcus, ſeu pars, quæ ſe fundat in eo, debet probare, quòd priùs conſtet de eius qualitatibus, ad textum in l. eius qui, verſ. quo- 37 niam, ff. ſi cert. petatur, l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ. Ant. Gomez de delict. lib. 3. cap. 1. n. 54. Guttier. canon. qq. lib. 2. cap. 19. num. 20. Seraph. deciſ. 738. n. 8. ad rem Rim. Iun. d. conſ. 78. n. 18. 19. Nam cùm dicta puella patre careat, non poteſt verificari quòd ſine patris conſenſu nupſerit, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui, ff. ſi cert. pet. Crauet. conſ. 747. n. 22.

Pariter matris non eſt habendus reſpectus, quia tempore eius matrimonij mater puellæ iam tranſierat ad ſecundas nuptias, propter quod perdidit tutelam, & ius quod habebat in filiam, ad textum in l. fœminæ, C. de 38 ſecund. nupt. in l. fin. & in Auth. ſacrum, C. quando mulier tutel. off. adeò quod tunc priuetur mater iure illo, quod apud eam filij ſint educandi: cùm enim per tranſitum ad ſecunda vota oriatur ſuſpicio vitæ pupillæ, ſi eum vitrico habitet, filia non eſt educanda apud matrem, niſi Princeps aliud ſtatuerit, ad textum in l. 1. vbi gl. 39 & DD. C. vbi pupil. educ. debeat, & in Auth. de nupt. §. einſdem quoque, col. 4. gl. in Auth. vt liceat matri & auiæ, §. illud quoque, verb. non venerit, col. 8. Ruin. conſ. 87. in fin. lib. 5. Menoch. caſ. 168. numer. 10. ergo abſurdum eſt, quod puella expectet conſenſum nubendi à matre, à qua per tranſitum ad ſecunda vota accepit iniuriam, & poteſt timere de maiori periculo: & ſi dictum proclama ad id eam conſtringeret, contineret abſurdum, quod non eſt dicendum, l. nam abſurdum, de bon. libert. l. fin. in princ. C. de vſu rei iud. l. diuortio, ſol. matrim. cum vulgaribus.

Neque dici poteſt iure Canonico reuocatas eſſe pœnas ſecundò nubentium, quia ſunt reuocatæ tantùm illæ, quæ redundant in deteſtationem ſecundi matrimonij, non autem illæ, quæ reſpiciunt fauorem filiorum prioris 40 matrimonij. Innoc. in c. fin. de ſecund. nupt. Pariſ. conſ. 29. col. 11.



col. 11. lib. 3. Ruin. conſ. 44. col. 1. lib. 5. latè Gabriel com. concl. lib. 3. concl. 6. num. primo, vbi multos allegat, latè Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 88. num. 39. Ergo dum proclama requirit conſenſum matris, intelligi debet de illa, quæ habet gubernium filiæ, & eius educationem, quod hîc deficit, & ideò cùm hæc reſpiciant fauorem filiorum, non dicuntur pœnæ, ſed prouiſiones, quæ non ſunt ſublatæ per ius Canonicum. Sanchez d. diſp. 88. num. 39.

De fratribus non oportet facere mentionem, quia dicta puella nullos habebat. De aliis autem conſanguineis non eſt curandum, quia in eorum domo puella non morabatur, & proclama requirit conſenſum illorum conſanguineorum, in quorum domo ipſa habitabat: ſic Rim. Iun. d. conſ. 78. n. 18. Dicit enim, ſine conſenſu proximorum conſanguineorum, in quorum domo mulier habitaret. Hæc enim qualitas in fine poſita reſtringit, & decla- 41 rat de quibus conſanguineis intelligat. Imol. in l. hæredes palam, §. ſi quod, num. 8. de teſtam. Surd. conſ. 389. num. 24. Cyriac. controu. 21. num. 98. 99. part. 1. Ergo ex prædictis liquet dictos ſponſos coniugatos eſſe in caſu immuni à dicto proclamate, & non poſſe eius vigore moleſtari. Rim. Iun. d. conſ. 78. n. 18. 19.

Et tantò minùs, quia dictum proclama non eſt in vſu, & cùm quotidie fiant matrimonia ſine conſenſu parentum, vel conſanguineorum, & diſpenſentur denunciationes, nihilominus de hoc non ſe impedit forum ſæculare, ſed totum remittit Eccleſiæ, cuius eſt iudicare de validitate matrimoniorum. Certum eſt autem, quòd lex 42 tollitur per non vſum, & ſtatutum cenſetur abrogatum, quando moribus non vtentium non ſeruatur, ad textum in cap. in iſtis, §. leges, diſtinct. tertia, Oldrad. conſil. 259. numero primo, verſiculo ſecundo. Rom. conſilio 512. numero decimotertio, in fin. Rim. Iun. conſil. 249. num. 26. 27. 28. lib. 3. & in terminis in d. conſ. 78. num. 16. 17. Tuſc. lit. S, concl. 254. num. 1. 7. 8. latè Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 82. num. 20. vbi multos allegat, latè Bonacin. de leg. diſp. 1. quæſt. 1. part. vlt. §. 3. num. 36. & qui aliter dicit, debet pro- 43 bare, quia leges fori non dicuntur vſu receptæ, niſi id probetur: latè Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 2. num. 5. verſic. ſed vſus, vbi alios allegat; quare vt ſuprà concludo, & ita iuris eſſe cenſeo. Et cùm hæc controuerſia fuiſſet delata ad Principem, ipſe mandauit ſilentium imponi, & in ea ampliùs non procedi, & dictos iugales non moleſtari reſpectu dicti proclamatis; & ſi alia videre deſideras circa huiuſmodi proclama, recurre ad dictum Hyppol. Rimin. inter conſ. matrimonialia, d. conſil. 78. per totum. vbi in terminis hanc materiam pertractat ad noſtrum fauorem, etiam antequam publicatum fuiſſet Concilium Tridentinum: vnde quantò magis hoc tempore pro dictis iugalibus conſuluiſſet? Omnia ergo fuerunt in pace compoſita, & ſponſus nullam paſſus eſt moleſtiam, neque criminaliter, neque ciuiliter, & pacificè fruendo ſponſa, & bonis eius quietè viuit, cui det Deus de rore Cœli, & de pinguedine terræ, quantùm eius non exiguis meritis conuenire conſtat propter notam eius bonitatem, & in Galeno peritiam.

---

# CAPVT CV.

## EPITOME.

Eccleſia debet reintegrari ad poſſeſſionem bonorum eius ſine beneplacito Apoſtolico alienatorum, vnà cum fructibus. Et multa alia tractantur in materia alienationis rerum Eccleſiaſticarum ſine ſolemnitate.

## SVMMARIVM.

1 *Monaſterium S. Auguſtini Regij alienauit prædium ſine aſſenſu Apoſtolico.*
2 *Remedium reintegrandæ poſſeſſionis intentans recurrit ad Iudicem rei conuenti.*
3 *Reintegrandæ remedium requirit antiquam ſpoliati poſſeſſionem, & nouam rei conuenti.*
4 *Poſſeſſio quomodò transferatur.*
5 *Poſſeſſionis reintegrandæ remedium non datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo, & bona fide poſſidentem.*
6 *Poſſeſſio diuturna præſtat titulum coloratum.*
7 *Remedium reintegrandæ non datur ei, qui facto ſuo cadit à poſſeſſione.*
8 *Spolij actio non competit ei, qui deſiit poſſidere ex contractu nullo.*
9 *Alienari poſſunt bona Eccleſiæ neceſſitatis causâ abſque ſolemnitate.*
10 *Alienatio ex neceſſitate quæ ſit.*
11 *Solemnitas præſumitur ex longitudine temporis.*
12 *Remedium reintegrandæ non habet locum contra poſſidentes per triginta annos.*
13 *Titulus præſumitur validus ex lapſu triginta annorum.*
14 *Pluralitas titulorum præſumitur ad fauorem rei.*
15 *Legem extrauagantem eſſe receptam probandum eſt.*
16 *Regulares poſſunt alienare eorum bona ſine aſſenſu Pontificis.*
17 *Emphyteuſis conceſſa vltra generationem permiſſam, ſuſtinetur quoad tempus permiſſum.*
18 *Primus acquirens non comprehenditur in generationibus vocatis.*
19 *Fructus non veniunt in remedio reintegrandæ.*
20 *Alienationem bonorum Eccleſiæ dicenti eſſe validam incumbit onus probandi.*
21 *Alienatio bonorum Eccleſiæ non valet, niſi ſimul concurrant ſolemnitas, & iuſta cauſa.*
22 *Cauſa notoriè iuſta non ſufficit ſine ſolemnitate in alienandis bonis Eccleſiæ.*
23 *Beneplacitum Apoſtolicum ſemper requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
24 *Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine aſſenſu Apoſtolico eſt ipſo iure nulla.*
25 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*
26 *Poſſeſſor bonorum Eccleſiæ malè alienatorum non poteſt vti aliquo remedio poſſeſſorio.*
27 *Eccleſia dicitur poſſidere bona malè alienata per eius Prælatum.*
28 *Alienans malè bona Eccleſiæ poteſt petere manutentionem.*
29 *Poſſeſſionis retinendæ remedium habet etiam vim recuperandi naturalem poſſeſſionem.*
30 *Interdicti*, vti poſſidetis, *vis, & poteſtas.*
31 *Poſſeſſio ciuilis perditur per lapſum decem annorum.*
32 *Remedium reintegrandæ poſſeſſionis non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum.*
33 *Poſſeſſio antiquior agentis, & noua rei dat remedium reintegrandæ.*
34 *Remedium reſtitutorium competit Eccleſiæ pro malè alienatis, etiam facto proprio.*
35 *Alienans malè bona Eccleſiæ poteſt facto proprio contrauenire.*
36 *Bona Eccleſiæ fuiſſe malè alienata, quilibet poteſt opponere.*
37 *Prælatus malè alienans bona Eccleſiæ poteſt contrauenire proprio iuramento.*

38 *Iuramentum non ligat reuocantem bona Eccleſiæ per eum malè alienata.*

39 *Remedium reintegrandæ poſſeſſionis quomodo practicari debet.*

40 *Spolio ſatis conſtare quis dicatur.*

41 *Poſſeſſio probatur per colonos.*

42 *Dominus poſſidet mediantibus colonis.*

43 *Poſſeſſio probatur ex canonis perceptione.*

44 *Emphyteuſis valida præſumitur ex ſpatio quadraginta annorum.*

45 *Poſſidens cenſetur poſſidere ex titulo præcedenti, etiam inualido.*

46 *Alienatio bonorum Eccleſiæ permittitur ex quatuor cauſis.*

47 *Alienationem dicenti eſſe factam ex iuſta cauſa, incumbit onus probandi.*

48 *Vtilitas Eccleſiæ debet eſſe manifeſta, vt eius bona poſſint alienari.*

49 *Vtilitas modica pro nihilo reputatur.*

50 *Vtilitas Eccleſiæ non præſumitur in alienando, deficiente ſolemnitate.*

51 *Reſtitutio ſemper datur Eccleſiæ conſtito de læſione.*

52 *Fructus probantur à conſuetis.*

53 *Fructus probantur coniecturis.*

54 *Neceſſitas debet eſſe manifeſta, vt bona Eccleſiæ poſſint alienari ſine ſolemnitate.*

55 *Neceſſitas eſſe poteſt tanta, vt bona Eccleſiæ poſſint alienari ſine ſolemnitate.*

56 *Neceſſitas extrema requiritur, ne recurratur ad ſuperiorem.*

57 *Eccleſiæ debitum debet aliunde conſtare, quàm ex alienantis aſſertione.*

58 *Bona Eccleſiæ non poſſunt vendi pro ære alieno, niſi creditores vrgeant.*

59 *Neceſſitatis causâ fieri alienationem non creditur inſtrumento contrahentium.*

60 *Confeſſio contrahentium non probat in prohibitis.*

61 *Neceſſitas quomodo probetur.*

62 *Neceſſitas extrema ſola excuſat à recurſu ad Pontificem.*

63 *Alienandis in rebus Eccleſiæ qualis ordo ſeruandus.*

64 *Tractatus an requiratur in alienandis rebus Eccleſiæ.*

65 *Neceſſitatis cauſæ conceſſa eatenus valent, quatenus vrget neceſſitas.*

66 *Alienandum eſt tantùm, quantùm requirit neceſſitas.*

67 *Alienatio quando dicatur voluntaria.*

68 *Alienatio facta ex neceſſitate ſine ſolemnitatibus poſtea debet ſolemnizari.*

69 *Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, vt valeat ſine aſſenſu Apoſtolico, quid requiratur.*

70 *Ex diuerſis nihil infertur.*

71 *Alienata ab Eccleſia ſine ſolemnitate debent reſtitui vnà cum fructibus à die alienationis.*

72 *Fructus rei malè alienatæ debent reſtitui Eccleſiæ à die ſpolij.*

73 *Conteſtatio litis interrumpit bonam fidem.*

74 *Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad fructus ante litem perceptos.*

75 *Poſſeſſio ciuilis acquiritur decennio.*

76 *Bona fides poteſt dari etiam ex contractu nullo.*

77 *Fructus quando debeantur tantùm à die conteſtatæ litis.*

78 *Eccleſia an teneatur reſtituere pecunias habitas ex contractu nullo.*

79 *Pecunia verſa in vtilitatem recipientis, debet reſtitui.*

80 *Actio ſpolij competit Eccleſiæ pro malè alienatis.*

81 *Iudex laicus, vel Eccleſiaſticus an ſit competens in remedio reintegrandæ.*

82 *Remedium reintegrandæ proponit Eccleſia coram Iudice Eccleſiaſtico.*

83 *Manutentio quando detur Eccleſiæ pro malè alienatis.*

84 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra laicum in cauſa ſpolij.*

85 *Laicus quando poſſit conueniri coram Eccleſiaſtico ratione bonorum Eccleſiæ.*

86 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.*

87 *Exceptio declinatoria reiicitur per proceſſum ad vlteriora.*

88 *Poſſeſſio probatur per actus poſſeſſorios.*

89 *Poſſeſſio probatur ex ſuſtentatione litis.*

90 *Spolium non ſemper eſt violentum.*

91 *Poſſeſſio non transfertur ex contractu nullo in rebus Eccleſiæ.*

92 *Eccleſia non priuatur poſſeſſione, etiamſi Prælatus habeat ſe pro ſpoliato.*

93 *Bona fides non eſt in acquirente bona Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus.*

94 *Titulus habetur pro non titulo in contractu nullo.*

95 *Titulus, & poſſeſſio inficitur ex contractu nullo.*

96 *Singularis ſucceſſor quando poſſit conueniri ex remedio reintegrandæ.*

97 *Eccleſia agit contra ſingularem ſucceſſorem pro recuperandis ſuis bonis.*

98 *Eccleſia reintegratur ad ſua bona, etiam culpâ ſuâ amiſſa.*

99 *Poſſeſſione cadens nulliter non dicitur cecidiſſe ex facto ſuo.*

100 *Beneplacitum Apoſtolicum quando præſumatur.*

101 *Solemnitas nunquam præſumitur ſi ex inſpectione inſtrumenti conſtet non extitiſſe.*

102 *Præſcriptio remedij reintegrandæ requirit ſpatium quadraginta annorum.*

103 *Regulares gaudent priuilegio centenariæ præſcriptionis.*

104 *Tituli validitas an tractetur in remedio reintegrandæ.*

105 *Remedium reintegrandæ habet locum ſine exhibitione tituli.*

106 *Poſſeſſio recentior præſumitur clandeſtina, probatâ antiquiori.*

107 *Poſſeſſio quando non releuet ab onere probandi titulum.*

108 *Poſſidere quilibet præſumitur ex titulo præambulo.*

109 *Primogenitus præſumitur poſſidere iure primogenituræ.*

110 *Titulus inualidus dat cauſam poſſidendi.*

111 *Lex præſumitur vſu recepta.*

112 *Paulina conſtitutio eſt vſu recepta, & aliter dicenti incumbit onus probandi.*

113 *Conſtitutio fauorabilis præſumitur acceptata.*

114 *Acceptatio præſumitur in fauorabilibus datâ ſcientiâ.*

115 *Regulares quantum poſſint alienare.*

116 *Fratres Sancti Auguſtini non poſſunt dare in emphyteuſim niſi ad duas generationes.*

117 *Poſſeſſio inficitur ex decreto irritanti.*

118 *Licentia cenſetur data ſecundùm naturam actus.*

119 *Regulares hodie non poſſunt alienare ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*

120 *Alienatio facta non ſeruatâ formâ, in totum corruit.*

121 *Emphyteuſis conceſſa ad ſecundam, vel tertiam generationem an incipiat à primo ſtipite.*

122 *Emphyteuſis conceſſa ad plures generationes an comprehendat primam acquirentem pro vna generatione.*

123 *Generationis nomine an comprehendatur primus acquirens.*

124 *Generatio cum dictione* ipſius, *à quo incipiat.*

125 *Emphyteuſis Eccleſiæ quando non incipiat à ſtipite.*

126 *Clarus damnatur.*

127 *Locatio, vel emphyteuſis vltra tempus permiſſum an ſuſtineatur pro tempore permiſſo.*

128 *Forma eſt indiuidua.*

129 *Emphyteuſis in totum vitiatur, ſi fiat vltra tempus permiſſum.*

130 *Rota facit communem opinionem.*





131 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*

132 *Electio Conſiliariorum facta ad triennium, iubente ſtatuto fieri ad annum, in totum eſt nulla.*

133 *Emphyteuſis & locationis differentiæ.*

134 *Emphyteuſis tota annullatur, ſi fiat in perpetuum, cum non poſſit fieri niſi ad ſecundam generationem.*

135 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm doctrinas ab eo allegatas.*

136 *Emphyteuſis ad plures generationes eſt vnicus contractus.*

137 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.*

138 *Locatio, & emphyteuſis in totum vitiantur, non ſeruata forma.*

139 *Locatio, & emphyteuſis quando ſuſtineantur pro tempore permiſſo.*

140 *Pactum inutile vitiatur firma remanente emphyteuſi.*

141 *Locatio quando in totum vitietur.*

142 *Si non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt in prohibitis à lege.*

143 *Res Eccleſiæ malè alienata debet reſtitui vnà cum fructibus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi bonorum iudicaui ad fauorem Monaſterij Fratrum Eremitarum S. Auguſtini eiuſdem Ciuitatis, contra D. Paulum Æmilium de Vianis, ſeu eius tutorem, ad finem vt Monaſterium prædictum reintegretur
1 ad poſſeſſionem prædij retroactis temporibus per dictos Eremitas malè alienati. Vt autem liqueat, quibus rationibus fuerim inductus ad ita ſentiendum, opinatus ſum non abs re eſſe totam negotij ſeriem iure fulcitam exarare.

Namque de anno 1593. ſub die 4. Decembris, ex rogitu D. Pauli Gabbi prædictum Monaſterium conceſſit, & tradidit vnum eius prædium dictum *la Marmorana*, ſitum extra portam Caſtelli, bubulcarum 59. aut 67. cum ſuis ædificiis DD. Alexandro, & Paulo Æmilio ſeniori de Vianis in emphyteuſim perpetuam pro omnibus deſcendentibus maſculis, dixeruntque ſe id facere quia Conuentus dictorum Eremitarum erat grauatus ære alieno in notabili ſumma, & non habebat modum pro emendis bladis, & aliis rebus neceſſariis ad victum, propter quod Viani dederunt dictis Fratribus ſcuta 600. reſtituenda tantùm in caſu lineæ finitæ; & cum onere ſoluendi dicto Monaſterio annuum canonem ſcutorum 50. cum libris ſeptem, & ſolidis quatuor, & vt in dicto inſtrumento, & ita factum eſt.

Verùm de anno 1614. die 18. Martij Monaſterium prædictum mouit litem contra dictum D. Alexandrum, & filios dicti D. Pauli Æmilij, allegando ſe eſſe reſtituendum ad poſſeſſionem dicti Prædij, eo quòd fuerit malè alienatum, Sede Apoſtolica inconſulta, reſiſtente prædictæ conceſſioni non ſolùm Paulina conſtitutione, ſed etiam Bulla Gregorij XIII. incipiente: *Ad vberes*, emanata ad fauorem totius religionis dictorum Eremitarum, ſub die 5. Septembris 1572. & cùm pendente iudicio defuncti eſſent dicti Viani, ſuperſtite tantùm Paulo Æmilio iuniore filio dicti D. Alexandri, Monaſterium prædictum de anno 1628. die 2. Nouembris cœpit proſequi litem contra dictum Vianum, & eius tutorem, poſtulando reintegrari ad poſſeſſionem dicti prædij, & implorando quodcumque remedium magis opportunum ad finem, vt ſibi reſtitueretur dictum prædium vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis, & vt in libello.

Contrà autem pars Viana dicebat, non eſſe locum prædictis, quia Monaſterium cecidit à poſſeſſione facto ſuo propter contractum emphyteuſis, qui dedit Vianis iuſtum titulum poſſidendi, & validè, quia dicti Eremitæ fecerunt dictam alienationem de licentia, & conſenſu eorum Vicarij generalis, data ſub die 12. Ian. 1593. & confirmata ab eius Viceſgerente ſub die 7. Octobr. eiuſdem anni, vt in dicto inſtrumento, in quo regiſtratur, & vbi dictus Vicarius concedit dictis Fratribus facultatem liuellandi dictum prædium iuxta indultum Apoſtolicum; in quo requiritur ſolùm conſenſus Generalis dictæ Religionis: & caſu quo talis conceſſio in totum non valeret, ſaltem dicebant eſſe ſuſtinendam vſque ad ſecundam generationem, & maximè cùm dicti Fratres ex neceſſitate deuenerint ad talem contractum, aliaſque rationes pars Viana adducebat. Vnde quæſitum fuit quid iuris eſſet.

Diu autem cauſa ventilata vſque ad annum 1635. de menſe Maij, & pluries auditis partibus, & viſis earum iuribus, dubitaui contra dictos Fratres Eremitas pro validitate contractus, & etiam propter modum agendi, & ſuper competentia iudicis. Quoniam in primis videbatur propoſitum remedium *capitis reintegranda*, 3. *q.* 1. non
potuiſſe intentari coram iudice Eccleſiaſtico, quia adeundus eſt iudex rei conuenti. Menoch. *de recup. poſſ. rem.* 15. *num.* 204. 2

Secundò videbatur etiam non eſſe locum dicto remedio, quia vt quis in eo obtineat, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet quòd ſpoliatus priùs poſſederit, & poſteà verè fuerit ſpoliatus à reo conuento; oportet enim probare antiquiorem actoris poſſeſſionem, & nouam aduer-
ſarij, quia tunc hæc præſumitur clandeſtina, ad textum 3
*in cap. licèt cauſam, de probat.* Abb. *in capit. cùm ad Sedem, num.* 28. *de reſtitut. ſpol.* Corn. *conſ.* 247. *num.* 20. *lib. ſecundo.* Rol. *conſil.* 50. *n.* 7. & *conſ.* 72. *n.* 1. *lib.* 2. latè Menoch. *d. tract. rem.* 15. *n.* 383. 384. 386. Seraph. *deciſ.* 1055. *n.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 423. *n.* 1. & *deciſ.* 485. *n.* 1. Adeò vt in prædictis requirantur plenæ probationes. Menoch. *d. rem.* 15. *n.* 408. 419.

His autem licèt probetur antiquior poſſeſſio Monaſterij ex dictis teſtium, & inſtrumento prædicto; non tamen probatur ſpolium, quod violentiam quandam videtur ſupponere. Nam Viani non occupauerunt dictum prædium, ſed illis traditum fuit, tum vigore conſtituti, de quo in dicto inſtrumento, tum propter veram apprehen-
ſionem ſubſequutam, vt per Seraph. *deciſ.* 464. *n.* 9. Ergo 4
ceſſat actio ſpolij, & tamen certum eſt, quod agens remedio reintegrandæ ſe habet pro ſpoliato. Coccin. *deciſ.* 366. *n.* 5.

Tertiò videbatur dictum Monaſterium eſſe excludendum à dicto remedio reintegrandæ, quia illud non datur contra ſingularem ſucceſſorem iuſtò titulo, & bona fide
poſſidentem, & cauſam à titulato auctore habentem. Bart. 5
*in l. rem. quæ nobis*, vbi Ang. Imol. & Soc. *num.* 12. *ff. de acquir. poſſ.* Soc. Iun. *conſ.* 47. *n.* 25. & *conſ.* 48. *in fin. lib.* 2. Menoch. *d. rem.* 15. *n.* 89. *verſic. contrariam.* Sed Viani habuerunt non ſolùm titulum coloratum vigore diuturnæ poſſeſſionis, Coccin. *deciſ.* 361. *num.* 2. ſed etiam
verum titulum emphyteuſis habitum à dictis fratribus 6
eremitis ſecum litigantibus, vt dicunt teſtes ipſius Monaſterij.

Quartò remedium prædictum reintegrandæ non habet locum in eo, vel pro eo, qui ſuo facto, aut proprio contractu, vel culpa ſua poſſeſſionem amiſit; ſibi enim imputare debet, ad textum *in cap. ſæpe,* vbi Rip. *num.* 27. *de*
*reſtit. ſpol.* Ruin. *conſ.* 37. *n.* 8. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 92. *num.* 5. 7
*lib.* 1. Soc. *in d. l. rem quæ, n.* 8. *de acquir. poſſ.* Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 6. *de reſtit. ſpol.* Rub. *deciſ.* 277. *n.* 4. *lib.* 3. Menoch. *d. rem.* 15. *n.* 95. Seraph. *deciſ.* 387. *n.* 1. *deciſ.* 464. *n.* 1. & *deciſ.* 1200. *n.* 2. Coccin. *deciſ.* 436. *n.* 12. Ludouiſ. *deciſ.* 15. *n.* 2. vbi ait non eſſe reſtituendum, qui facto propoſito cecidit à poſſeſſione, prout ſic euenit dictis Fratribus eremitis: ergo non ſunt reſtituendi.

Quintò ceſſat dictum remedium; tum quia etiamſi dictus contractus ab initio fuerit nullus propter omiſſam ſolemnitatem, adhuc ex eo transfertur poſſeſſio in acquirentem, ita vt agenti non competat actio ſpolij, vt poſt Iaſ. &
Ruin. concludit perbellè Put. *deciſ.* 277. *n.* 4. *lib.* 3. & Gra- 8

tian. deciſ.211. num.4. Tum quia contractus non poteſt
dici nullus eo quod prædicta conceſſio fuerit facta ex
cauſa neceſſitatis pro ære alieno ſoluendo, & pro alendo
familiam dictorum fratrum, quo caſu abſque ſolemnitate
poſſunt alienari bona Eccleſiaſtica, etiam ſtabilia, teſte
9 Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt.51. cap.51. n.23. &
cap.22. num.1. & num.22. Quarant. in verb. alienatio, n.42.
Bonac. de contract. diſp.3. q.8. punct.4. num.5. verſ. prima
eſt. Philiuc. mor. quæſt. part.3. quæſt. 44. cap.5. num.11.
& tunc alienatio dicitur fieri ex neceſſitate, ſi fiat ad ci-
10 bandum familiam. Redoan. d. q.51. c.22. num.21. Philiuc.
d. cap.5. num.11. vt hîc euenit, ſicut exprimitur inſtru-
mento liuelli.

Sextò accedat quòd ex longitudine temporis præſu-
muntur ſolemnitates interueniſſe in dicto contractu, ſal-
11 tem ad arbitrium Iudicis. Surd. deciſ.231. n.31. Maſcard.
de probat. concl.75. num.14. verſic. quod etiam. Et cùm hæc
facta ſint ex cauſa neceſſitatis, ſatis euidenter conſtat de
iuſta cauſa, quo caſu ſolemnitas non requiritur: latè
Mart. voto.243. numero 1.2. vbi teſtatur de magis com-
muni.

Septimò, ſi verum eſt, Vianos poſſediſſe per triginta
12 annos, non habet locum contra eos remedium reinte-
grandæ poſſeſſionis intentatum. Seraph. deciſ.1360. n.7.
13 Grat. diſc.494. num.15. quia ex lapſu tanti temporis ti-
tulus emphyteuſis præſumitur iuſtus, & validus, lidus.
Dec. conſ.409. num.9. Gabriel. conſ.82. num. 30. 31. 32.
lib.1. Viu. deciſ.534. num.36. Seraph. deciſ.671. num.1. &
deciſ.1125. num.3. Farinac. deciſ.149. n.5. p.3. lib.2.

Octauò non obſtat allegatum inſtrumentum emphy-
theuſis, quod ex ſui facie oſtendit defectum ſolemnitatis,
quia non producitur à reo conuento, qui in eo non in-
14 ſiſtit, & propterea præſumitur pluralitas titulorum ad
rei fauorem. Alex. conſ.219. num.17. lib.6. Coccin. deciſ.
317. num.5. & idcircò Vianus dicere poteſt ſe iuuari alio
titulo valido. Caſſador. deciſ. vlt. num.7. de procuratoribus.
Rota diuerſ. deciſ.731. num.20. part.1. Mareſcot. var. re-
ſol. lib.1. c.19. n.8. Seraph. deciſ.974. num.4. Beltram. ad
Ludouiſ. deciſ.353. n.19.

Nonò non conſtat conſtitutiones prædictas Pauli II.
& Gregorij XIII. vetantes bonorum Eccleſiæ aliena-
15 tionem, fuiſſe vſu receptas, quod tamen neceſſarium erat
probare, quia ſunt extrauagantes. Soc. Iun. conſ.32. n.44.
& ſeqq. lib.3. Burſat. conſ.55. num.20. lib.1. Menoch.
lib.2. præſumpt.2. n.2. & ſeqq. Tuſch. littera L, concluſ.
257. num.6.8. 14. Ludou. deciſ. Peruſ.98. num.2. Farinac.
fragm. crim. p.2. ſub rub. lex, n.8. verſ. contrarium.

Decimò valida videtur dicta emphyteuſis, quia in ea
interuenit conſenſus Vicarij Generalis Religionis, qui
16 ſufficit in alienatione bonorum Monaſterij abſque licen-
tia Pontificis. Franch. in cap.1. num.23. de reb. Eccleſ. non
alien. in 6. Card. in c. ſtatuimus, de tranſact. Caſtrenſ. conſ.
436. lib.1. Alex. conſ.17. num.4. lib.4. Rol. conſ.15. num.52.
lib.1. Rebuff. in compend. alienat. rerum Eccleſiæ, n.87. Bar-
boſ. de off. Epiſc. part.3. alleg.95. num.60.

Vndecimò, & dato etiam quòd conſenſus dicti Vica-
rij generalis non iuuaret, niſi quando emphyteuſis fit ad
ſecundam generationem, adhuc videtur dicendum, quod
17 licèt hæc facta ſit in perpetuum, tamen ſuſtineatur quo-
ad tempus permiſſum, ad textum in §. quod autem, verſ.
neque illud, Auth. de reb. Eccleſ. non alienand. Bald. in
Auth. ſi quas ruinas, num.2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ca-
ſtrenſ. in Auth. qui rem, num.7. vbi Dec. num. 23. C.
eodem, Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.6. num.2. & §. feudum,
quæſt.13. in fin. Burſat. conſ.40. num.33. Anchar. Iun. quæſt.
26. lib.2. Molin. de primog. lib.1. cap.21. num.28. Mantic.
18 de tac. & amb. conuent. lib.5. tit.5. num.19. vbi de magis
communi teſtatur. Vrſill. ad Afflict. deciſ.107. numero 1.
verſ. ſed contra. Surd. conſ.249. n.10. & ſic dictus pupil-
lus Vianus eſt de comprehenſis, quia non includitur
primus acquirens, ſed conceſſio intelligitur facta de dua-
bus generationibus poſt eum. Bald. conſ.375. lib.4. Alex.
conſ.110. num.7. lib.3. & conſ.125. num.7.8.9. lib.5. Ruin.
conſ.166. num.7. lib.1. Bero. conſ.3. num.26. lib.2. Menoch.
conſ.1122. num.10. Mantic. dict. tract. lib.22. tit.25. num.4.
vſque ad num.16.18.

Duodecimò, & in omnem euentum videtur quod Mo-
naſterium prædictum non poſſit petere fructus dicti præ-
dij, quia non veniunt in dicto remedio reintegrandæ, te- 19
ſte Menoch. d. rem.15. num.11.

His tamen non obſtantibus cenſui dictũ Monaſterium
eſſe reintegrandum ad priſtinam poſſeſſionem dicti præ-
dij vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis à die li-
tis conteſtatæ, quia conceſſio emphyteuſis prædictæ fuit
inualida reſiſtente ei dicta Conſtitutione Paulina, &
Gregoriana, propter defectum non ſolùm beneplaciti
Apoſtolici, ſed etiam iuſtæ cauſæ, & qui dicit dictam alie-
nationem fuiſſe validam in præiudicium Eccleſiæ, ei in-
cumbit onus probandi, vt poſt Bellamer. conſ.33. col.13.
in fin. & Dec. conſ.140. num.4. inquit Maſcard. de probat. 20
concluſ.74. num.2.3.4.

Verùm ſatis conſtare videtur emphyteuſim prædi-
ctam à dicto Monaſterio factam ad fauorem dictorum
DD. de Vianis eſſe nullam, & inualidam etiam ex ſolo
defectu ſolemnitatis beneplaciti Apoſtolici, quia bona
Eccleſiæ non poſſunt vllo modo alienari, niſi duo co- 21
pulatiuè concurrant, ſcilicet iuſta cauſa, & debita ſo-
lemnitas, adeò vt alterum ſine altero non ſufficiat, nec
ſatis eſt adeſſe iuſtam cauſam etiam notoriam, ſi deficiat
debita ſolemnitas, ſic probatur per textum in d. extra- 22
uag. Ambitioſa, de reb. Eccleſiarum, & ibi latè Bero.
num. 29. 30. 31. 32. 33. 34. (vbi probat non ſuffi-
cere iuſtam cauſam notoriam ſine ſolemnitate) de ſtat.
Couar. var. reſol. lib.2. cap.17. num.2. Sarmient. de redd.
Eccl. part.1. cap.2. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt.77.
num.4.6. Magon. deciſ.69. num.4. Ferret. conſ.248. num.9.
lib.2. Caualc. deciſ. Peruſ.16. num.27. lib.1. Quarant. verb.
alienatio, num.2. vbi multos allegat. Seraph. deciſ.508. n.1.
Maſcard. de probat. concluſ.75. num.6.7. vbi teſtatur de ma-
gis communi. Ricc. in prax. de alien. rer. Eccleſ. in princ. n.1.
& reſol.7. num.3. part.1. vbi inquit ita ſæpiſſimè Rotam iu-
dicaſſe: Coccin. deciſ.374. num.3. & deciſ.391. num.1. Mar.
Anton. var. reſol. lib.1. reſol. 5. num.6. vbi plures allegat Bo-
nacin. de contract. diſp.3. punct.4. n.4. Philiuc. mor. qq. par.3.
tract.44. cap.1. num.7. & cap.5. num.8.

Et propterea hodie præcipua ſolemnitas, quæ requi-
ritur in alienandis bonis Eccleſiæ, eſt beneplacitum Apo-
ſtolicum, quia hodie regulariter prohibetur omnis mo-
dus alienandi bona ſtabilia Eccleſiarum, etiam ex iuſta 23
cauſa, & ſeruatis aliis ſolemnitatibus, niſi fiat conſulto, &
annuente Romano Pontifice, vt in dict. Extrauag. Ambi-
tioſæ, inquit Quarant. d. verbo alienatio, num.4. verſ. Hodie.
Redoan. d. tract. quæſt.35. num.6. & quæſt.76. num.6.9.10.
Leo in theſ. for. Eccleſ. part.1. cap. 15. num.57.58.59. vbi
inquit hoc procedere etiam in bonis regularium. Prax.
Archiepiſcop. Neapol. in magnis, cap.75. num.2. Barboſ.
de off. Epiſcop. part.3. allegat.95. num.2. Bonacin. d. quæ-
ſtion.8. punct.4. num.7. verſ. dixi, Philiuc. cap.5. num.8.
qui alios allegant.

Ideóque alienatio aliter facta ſine debita ſolemnitate,
eſt ipſo iure nulla, & irrita, ad textum in c. ſi quis, de
reb. Eccleſ. non alienand. vbi DD. & in d. extrauag. Am- 24
bitioſæ, Redoan. d. tract. quæſt.77. num.9. 10. & ſeqq.
Philiuc. d. tract.44. cap.1. num.7. Layman. moral. lib.3.
tract.4. cap.10. num.4. verſ. Quod ſi rei, Mar. Anton d. re-
ſol.5. num. 15. Bonacin. d. punct.2. num.20. Anchar. Iun.
quæſt.52. num.12. part.1.

Quod adeò verum eſt, vt propter decretum irritans
poſitum in dicta Paulina impediatur in acquirentes prin-
cipium validę acquiſitionis bonorum alienatorum poſſeſ-
ſionis, quia illud decretum inficit titulum, & poſſeſſio-
nem, c. ſi eo tempore, de elect. in 6. c.2. de prabend. eodem, lib.6. 25
Mandoſ. in reg.1. Cancell. quæſt.3. n.4. Rot. diuerſ. deciſ.510.
n.5. part.3. & dixit Rota in vna Romana, ſeu Terracinenſi
affictus



26 affictus, 27. Ianuarij 1627. vt habetur poſt Ludou. Po-
ſthium in tract. mandat. de manuten. deciſ.305. num.5. &
num.15.16.17. vbi etiam inquit quòd propter hoc talis
poſſeſſor rei malè alienatæ non poteſt vti aliquo ex re-
mediis poſſeſſoriis, nec etiam ſummariiſſimo manuten-
tionis, in quo non ſolent admitti vllæ exceptiones
(quod ſanè eſt admirabile) & ſic liberum eſt Eccleſiæ
conuenire vel emptorerem talium bonorum, vel poſſeſ-
ſorem. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.76. cap.2.
num.37.

Nec de prædictis eſt mirandum, quia non obſtante
alienatione inualida, adhuc Eccleſia dicitur poſſidere,
eo quod eius poſſeſſio non poteſt amitti, vel interuerti
27 per eius Prælatum, vel Rectorem. Bart. in l.1. §. vir
vxori, num.3. vbi Iaſ. num.28. Bologn. num.64. ff. de ac-
quir poſſ. Abb. in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſ. & propr.
pulchrè Verall. deciſ.170. num.4.5. & deciſ.182. num.8.9.
part.3. Rot. diuerſ. deciſ.881. num.3.4. part.4. Seraph.
deciſ.1417. num.3. & poſt dictum Ludouicum Poſthium
Rota deciſ.327. num.3.

Vnde eſt quòd etiamſi dicti fratres, ſiue quicum-
que Prælatus, vel Rector Eccleſiæ inualidè alienauit eius
bona, & habuerit ſe pro ſpoliato, tamen non ſolùm eius
ſucceſſor, ſed etiam ipſemet alienans, non quidem no-
mine proprio, ſed nomine Eccleſiæ, quæ verè poſſidet,
28 manutentionem petere poteſt, ad textum in cap. littera, de
dilation. cap. olim 1. & 3. de reſtit. ſpol. Abb. in d. cap. litte-
ræ, num.3. verſic. circa primum, & in cap. cùm ſuper, n.19.
20.21. de cauſ. poſſ. & propriet. Verall. d. deciſ.182. n.2.
6.7.8. Seraph. deciſ.1417. num.3. Rot. diuerſ. d. deciſ.881.
num.3.4. part.4. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ.116. num.5. &
deciſ.246. num.2. Ludou. Poſth. tract. de mand. manuten. ob-
ſeru.57. num.102. & poſt eum Rota deciſ.327. n.2.15. &
19. & deciſ.330. n.20. & ſeqq.

Quod ſanè veriſſimum eſt, quia interdictum retinen-
dæ poſſeſſionis, ſeu, vti poſſidetis, habet duplicem natu-
ram, nempe principaliter pro conſeruatione ciuilis poſ-
ſeſſionis, quæ eſt penes actorem, deinde conſecutiuè
pro recuperatione naturalis ab aduerſario occupatæ.
29 Gloſſa in l. clam poſſidere, §. qui ad nund. in verbo, Nam
clam, verſic. erit ergo, de acquir. poſſeſſ. Bologn. in repet. l.
naturaliter, §. nihil commune, numer.40. verſic. vnus eſt, &
verſ. ſecundùm, ff eodem. Bero. conſ.102. num.38.43. lib.1.
Menoch. de retin. poſſeſſ. rem.15. num.26. Surd. conſ.160.
num.71.73. Farinac. deciſ.560. num.4. part.1. & poſt Lud.
30 Poſthium Rota d. deciſ.330. num.30. vbi inquit hoc eſſe
mirabile, quod interdictum vti poſſidetis, licèt ſit reti-
nendæ poſſeſſionis, habeat tamen etiam vim recuperan-
dæ reſpectu naturalis.

Hîc autem benè non fuit intentatum remedium poſ-
ſeſſionis retinendæ, ſed recuperandæ, quia in caſu no-
ſtro prædictum Monaſterium paſſum fuit per decen-
31 nium, & vltra aduerſarios poſſidere, quoniam ſi occu-
pans, ſeu acquirens per decennium poſſideat bona alie-
nata, Eccleſia dicitur ſe habuiſſe pro ſpoliata, eo quod
tanto tempore perdatur ciuilis poſſeſſio. Rip. in cap. cùm
Eccleſia Sutrina, num.23. vbi DD. de cauſ. poſſ. & propr.
Soc. conſ.266. num.20. in fin. lib.2. Rol. conſ.50. num.26.
lib.2. Crauet. conſ.235. num.1. pulchrè Menoch. lib.6.
præſ.76. num.5.6. vbi etiam inquit, quòd vltra decen-
nium non præſumitur ciuilis poſſeſſio: meliùs Ludou.
Poſth. d. tract. de manuten. obſeru.57. num.105. in fine, &
obſeruat.58. num.11. & poſt eum Rota deciſ.327. num.20.
& deciſ.330. n.36. vbi pulchrè loquitur.

Quare aptiſſimè dictum Monaſterium intentauit reme-
dium poſſeſſionis reſtitutorium, quod ei competit ex
multis cauſis, ſcilicet ex officio iudicis, ex condictione
indebiti, & ex condictione ſine cauſa, vel triticaria, &
meliùs ex canone reintegranda, 3. quæſt.1. cuius vigore
licet Eccleſiæ recuperare poſſeſſionem bonorum malè
alienatorum, adeò vt in tali remedio reintegrandæ poſſeſ-
32 ſionis non currat præſcriptio, niſi triginta annorum reſ-
pectu laicorum, & quadraginta annorum reſpectu Ec-
cleſiæ. Menoch. de recup. poſſ. rem.15. num.427. Guttier.
can. qq. lib.1. quæſt.34. num.71.73. vbi latè hoc examinat.
Seraph. deciſ.360. num.3. & ſeqq. latè Farin. in nouiter
nouiſſ. deciſ.1763. numer.3.4.5.6.7. & per totum, pulchrè
Giouagn. conſil.4. num.1. & ſeqq. & per totum, lib.1. vbi
etiam ponit vnam Rotæ deciſionem, poſt dictum Lud.
Poſthium Rota d. deciſ.330. num.8.9.

Et propterea conſtito, vt hîc, de poſſeſſione anti-
quiori Eccleſiæ, & recentiori ipſius aduerſarij, poteſt
Eccleſia reintegrari ad bona priùs per eam poſſeſſa, non 33
obſtante ei quidquam contractus nullitate, vt per DD.
in cap. cùm ad Sedem, vbi Abb. in 17. de reſtit. ſpol. Bald.
in l.3. numero 15. ad fin. C. ſi à non compet. iud. Iaſ. in §.
ſic itaque, numer.58. Inſtit. de act. Alex. conſil.6. numer.5.
lib.3. & conſil.10. col. fin. verſ. circa tertium, lib.4. Ve-
rall. deciſ.182. numero 1.2.6.7.8. part.3. Menoch. d. rem.
8. num.101. Gratian. diſcep.318. num.42. lib.2. Farinac.
deciſ. poſth.58. num.1. part.2. Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax.
de alien. rerum. Eccleſ. reſol.22. per totam, part.1. vbi pro-
bat competere Eccleſiæ remedium reſtitutorium ad poſ- 34
ſeſſionem rei alienatæ ſine ſolemnitatibus, etiamſi ab ea
ceciderit facto proprio, & dicit ita fuiſſe deciſum in Ro-
ta Romana, in vna Aſcolana prædiorum, 13. Ianuarij 1587.
& docet alia remedia competentia: pulchrè Giouagn. d.
conſil.4. numero 8.9. lib.1. vbi etiam dicit, quòd in hoc
remedio ſufficit probare actorem, vel eius antéceſſo-
res ſemel poſſediſſe, & nunc reum poſſidere; & quod
non attenditur, an iniuſta fuerit poſſeſſio actoris, nec
an reus ſit dominus, vel poſſideat cum titulo, vel bo-
na fide: idem firmat Mareſcot. var. reſol. lib.2. cap.25.
numero 24. vbi multos allegat dicens, quòd ſi conſtat
de primo extremo, competit Eccleſiæ remedium reſti-
tutorium ad recuperandam poſſeſſionem, etiamſi ab ea
facto proprio ceciderit; & ſic etiam Rota in vna Placen-
tina decimarum, 9. Iunij 1586. coram Bubalo, vt apud
Marcheſ. de commiſſ. part.1. cap.2. deciſ.9. numero 1. fol.
105. vbi perbellè loquitur, & concordat Bonacin. de
contract. diſp.4. quæſt.8. part.4. num.12. vbi quod etiam
cum reipſa debent fructus reſtitui, niſi retineantur in re-
compenſatione pretij, quatenus Ecleſia facta ſit locuple-
tior; idem docet Laym. mor. lib.3. tract.4. cap.10. n.4. verſ.
Quod ſi rei.

Nec de prædictis mirandum eſt, quia licèt regulari-
ter quis nequeat facto proprio contrauenire, tamen in
hac materia Prælatus malè alienans bona Eccleſiæ ſine 35
ſolemnitate, vel iuſta cauſa, poteſt eadem bona retine-
re, ſeu vindicare, & repetere, ac reuocare, & ad poſ-
ſeſſionem reintegrare nomine Eccleſiæ, etiam allegando
propriam turpitudinem, & contraueniendo eius facto,
cùm præualeat publicus Eccleſiæ fauor, pro qua agit,
& alienata reuocat, ad textum iuncta gloſſa in cap. ſi
quis Presbyterorum, vbi Hoſtienſ. col.1. Calderin. n.5.
Abb. num.4. 12. de reb. Eccleſ. non alien. & in l. iubemus, §.
ſanè, vbi gloſſa in verbo œconomis: Caſtrenſ. num.5. Sa-
licet. num.3. C. de ſacroſ. Eccl. Rip. in cap.1. num.48. de
iudic. Ign. in l. dudum, numer.40. C. de contrahend. empt. de
communi Angel. in princ. Inſtit. quib. mod. alien. licet, col.2.
in medio. Pinel. de bonis mater. part.3. num.73. verſ. idem
probatur, vbi de communi Videndus Redoan. de reb. Eccl.
non alien. q.77. num.9. Menoch. d. rem.15. n.101. & rem.19.
pulchrè Franc. de Cald. tract. de iur. emphyt. lib.2. ord. lib.4.
tit.62. §.4. quæſt.19. n.72. Peregr. conſ.65. n.3. verſ. Et in ter-
minis, lib.6. Ricc. d. tract. in prax. reſolut.107. n.5. Layman.
d. c.10. num.4. verſ. Quod ſi. Marc. Ant. var. reſol. lib.1. reſol.
38. n.18. vbi inquit etiam quod fauore Eccleſię quilibet
poteſt dicere, & opponere de nullitate alienationis, etiã-
ſi Eccleſia nihil opponat; immò quod Iudex poteſt ex 36
officiis ſupplere, nemine comparente: & cum prædictis
concordat Lud. Poſthius d. tract. de manuten. obſeru.57.
n.102.103. & poſt eum Rot. deciſ.327. numer.3.4.5. & de-
ciſ.330. n.27. Vgolin. de off. Epiſc. cap.14. §.5. n.2. parte 1.

Quæ adeò ſunt vera, vt etiamſi Prælatus iurauerit non contrauenire alienationi, adhuc poſſit malè aliena-
37 ta repetere, & auocare, ex c.intellecto, de iureiur. Aret.conſil.114. Federic.conſ.172. Abb.in cap. veniens, num.1. de tranſact. Hoſtienſ. in cap. ſi quis Presbyterorum, col.1. ad fin. de reb. Eccl.non alien. Felin.in cap.peruenit, num.6.de iureiur. Iaſ. in l.ſi donatione, num.7. C. de collat. Ang. in l. poſt mortem, num.3. de adopt. pulchrè Cald.d.quæſt.19.num.73. verſ.firmans, & num.74.verſ.licèt iureiurando. Bero.conſ.92. num.1.2.10.lib.1. Redoan.d.tract. quæſt.77. num.10. Leo in theſaur.for.Eccleſ.part.4. cap.1. num.72. ad rem Ferret. conſ.48.num.12. lib.1. qui loquitur in Regularibus, & di-
38 cit, quod tenentur recuperare dicta bona, etiamſi iuraſſent non contrauenire. Vgolin.de off.Epiſc. c.14. §.5. n.2. part.1. Borell. in ſum. deciſ. part.1. tit.15.num.42.53. Peregr.d.conſ.65. num.3. verſ.& in terminis, lib.6. Rot.diuerſ. deciſ.26. num.2. part.2. latè Garz. de benef. part.2. cap.1. num.86.87.88. vbi alios allegat. Ricc. in prax. de alien. rerum Eccleſ.reſol.107.num.4.5. vbi etiam ex mente Rotæ docuit Prælatum ſic malè alienata reuocantem non incurrere periurium, ſi tamen ad Eccleſiæ commodum conetur ea recuperare, quia ad commodum proprij alienantis non eſt audiendus.

Cùm ergo prædicta emphyteuſis conceſſio inconſultâ Sede Apoſtolicâ facta ipſo iure ſit nulla, non eſt mirum ſi liceat dicto Monaſterio intentare remedium canonis
39 reintegranda, contra quod reus ſolet excipere actorem ex proprio facto, vel eius anteceſſorum poſſeſſionem amiſiſſe; actor verò continuò replicat nullitatem contractus, quâ cognitâ Iudex omiſsâ nullitatis declaratione, condemnat reum ad rei reſtitutionem. Sic generaliter vbicumque contractus eſt ipſo iure nullus, doctè conſuluit Natt. conſ.162. num.34. verſ.circa modum, lib.1. Alex. conſ.92.n.8. lib.5. & conſ.1. in fin. lib.4. Additio Redoan. de rebus Eccleſ.non alien.quæſt.35. in fin. verſ. Item ad recuperandum. Neuiz. conſ.85. num.13. Rol. conſ.41. n.35. lib.3. Maluaſ.conſ.86. per totum. Sarmient.ſelect. interp. lib.1. cap.15. num.10. & ſeqq. pulchrè Menoch.de recup. poſſ.rem.15. num.138. verſ. Hæc de primo, & numer.191. 192. Honded. conſ.25. ſub num.55. lib.2. benè Virg.Boccac. in conſt. Ægid.Vt minor, gloſ.8. ſub num.310.fol.199. videndus Cyriac. contr.332. num.3.4.5.7.8. lib.2. vbi vult hoc procedere etiam contra tertium poſſeſſorem. Verall. deciſ.172. numer.7. part.3. Gratian. diſcept. forenſ.
40 318. num.12. lib.2. Farinac. deciſ.poſth.58. num.1. part.2. quæ benè verificantur in caſu noſtro, vbi per teſtes probatur poſſeſſio Monaſterij antiquior, & Viani iunior; quo caſu de ſpolio ſatis conſtat, & locus eſt remedio reſtitutorio, & reintegrandæ. Innoc. in cap. ſæpè, numer.5. verſ.Imò plus, de reſtit. ſpol. Abb. in cap. Cùm ad ſedem, num.17.18. eod.tit. Alex.conſ.94. n.12. lib.5. Afflict. deciſ. 327. in fin. Farin.deciſ.189. num.1. part.2. Gratian.d.diſcept. 318.n.42.lib.2.

Poſſeſſio autem Monaſterij ſatis probatur à Colonis partiariis, qui coluerunt dictum prædium pro dicto Monaſterio, & illud recognouerunt; ſic enim probant poſſeſſionem. Salicet. in l. liberi, numero 8. C. de teſt.
41 Soc. conſil.228. numer.7. verſ. Nec obſtat, lib.2. Curt. Iun. conſil.168. numero 8. verſ. Non obſtat, Maſcard. de probat. concluſ.320. numero 3.4.7. quia Dominus poſ-
42 ſidet mediantibus eius colonis. Bero. conſil.69. num 9.10. lib.3.

Neque Viani poſſunt negare poſſeſſionem dicti Monaſterij, à quo ipſi cauſam habuerunt accipiendo dictum prædium in emphyteuſim à dicto Monaſterio, & ſoluẽdo annuum canonem: ex hoc enim probatur poſſeſſio pro Monaſterio, etiam in tertij præiudicium. Bart.in l.qui vni-
43 uerſas, §.Quod per colonum, vbi etiam teſtatur de communi & in l.quamvis, §.1. de acquirend.poſſ. Ang.in l.quædam mulier, de rei vendicat. pulchrè Ruin conſ.14. n.5. lib.4. Boer. dec.105.n.14. Natt.conſ.672.n 20. lib.4. Maſc. concl.1186. n.6. lib.3. & ad rem videtur facere Veral.dec.166. n.2.3. part.3. vbi quod quando agitur contra emphyteutam ſoluentem, ſufficit lapſus decem annorum ad probandam emphyteuſim; & ſi ita eſt, multò magis probatur poſſeſſio, vt hîc, vbi plerique teſtes deponunt dictum prædium fuiſſe de iuribus dicti Monaſterij, antequam ab eo Viani 44
illud acciperent in emphyteuſim, non tamen ad fauorem emphyteutæ ex lapſu decem annorum præſumitur emphyteuſis valida, quia requiritur ſpatium quadraginta annorum: latè Menoch.præſ.108.num.5.lib.3. hic autem ſatis eſt probare poſſeſſionem Monaſterij ex ſolutione canonis, & affictus: Nat. d.conſ.672. num.20.lib.4.

Et ideò Viani non negarunt ſe eſſe emphyteutas, imò ſub die 26. Nouembris 1629. depoſuerunt ſcutos centum pro liuello duorum annorum debito dictis Fratribus S. Auguſtini occaſione dicti prædij, inſtantes dictum depoſitum illis intimari, eoſdemque interpellari ad illud ſuſcipiendum, & fidem ſibi faciendum, vt in actis: & ſub die 24. Ianuarij eiuſdem anni, quaſi reconueniendo dicti Fratres S. Aug. dixerunt in prædio, de quo agitur, fuiſſe per DD. Vianos facta melioramenta notabilis valoris, & fuiſſe ſolutos in contractu ducatonos argenteos 600. vnde inſtiterunt eos cogi ad ſibi reficiendum dicta melioramenta, & expenſas, ac damna, & intereſſe, intentando quodcumque remedium magis opportunum, vt in actis: & cùm non appareat de alio titulo, dicti Viani cenſentur poſſidere ex titulo præcedentis emphyteuſis, etiam inualido, & inutili, quia etiam actus nullus declarat mentem agentis, ex gloſſa in l. quædam mulier, ff. 45
de rei vind. iunct.l.fin. ff. de rebus eorum: ita Socin. conſil.13. numero 18. lib.4. Curt. Iun. conſil.168. numero 33. 34. Cephal. conſil.4. numero 39. in fin. libr.1. & conſilio 152. numero 75. lib.2. Natt. conſil.502. numero 22. Alciat. de præſcript. reg.2. præſcript. 23. in fin. qui dicunt cenſeri aliquem poſſidere ex titulo præcedenti etiam inualido.

Iure ergo merito Monaſterium prætendit eſſe reintegrandum, quia dicta emphyteuſis conceſſio fuit inualida non ſolùm ex defectu ſolemnitatis, ſed etiam iuſtæ cauſæ: certum eſt enim, quod tantùm ex quatuor cau- 46
ſis, ſcilicet neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, & incommoditatis licet res Eccleſiaſticas alienare, gloſſa in ſum. 12.quæſt.2. Abb. in c. nulli, de reb. Eccleſ.non alien. Couar. var.reſol.lib.2.cap.16.num.8.9. Redoan.eod.tract.quæſt.19. num.23. Quarant.verb. alienatio, num.3. Borell.in ſum. deciſ.part.1.tit.15.num.2. Bonacin. d.quæſt.8. part.4. num.5. Homobon.de exam.Eccleſ.part.2.tract.9. quæſt 66.cap.21. verſ.ſecundò præſupponendum. Layman moral. lib.3.tract.4. cap.10. num.3. latè Monet. de commut.vlt.vol.lib.1.cap.6. num.83. vbi plurimos allegat, quarum nulla hîc interceſſit; & qui dicit extitiſſe, probare debet; non enim creditur aſſertioni partium, vel Prælati alienantis, ſi ex aliqua cauſa iuſta dicat ſe alienare, quia aliunde probari debet.
Redoan.de reb. Eccleſ.non alien. quæſt.33.num.37. vſque ad 47
num.48. Maſcard. de probat. concluſ.75. num.15.16. 17.18. Giouagn.conſ.27. ſub num.20.lib.2.

Siquidem de vtilitate nihil apparet; imò euidenter conſtat dictam alienationem fuiſſe dicto Monaſterio valdè damnoſam, quia probatur per teſtes prædium alienatum fuiſſe ſolitum reddere quotannis ſcuta ducenta, vel circiter, & tamen traditum fuit pro annuo canone ſcutorum 50. ergo noxia fuit dictæ Eccleſiæ alienatio, & tamen vt valeat, neceſſe eſt adeſſe vtilitatem manifeſtam, & ita indubitatam, vt de ea non poſſit dubium 48
exoriri: poſt Corn. conſ.243. lib.2. & Rol.conſ.15. lib.1. Redoan. dict. tract. de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.20. numero 83. Giouagn. conſilio 22. numero 14. lib.2. Ricc. dict. tract. de alien. rerum Eccleſ. in princ. ſub rubr. Cauſæ, numero 2.3.4. vbi etiam inquit ſic fuiſſe deciſum in vna Rom. cenſus, 24. May 1491. coram Pamphilio, vbi dicit etiam, quod modica vtilitas pro nihilo reputatur, 49
& pulchrè Philiuc. moral. parte tertia, tract.44. cap.15. num.14.

Et



Et quamvis vtilitas Eccleſiæ ſoleat præſumi, ſi interuenerit ſolemnitas Breuis Apoſtolici, & reliqua ſint rectè facta, tamen ea ceſſante non præſumitur, ſed probatione indiget, ad notata per Bald. in l. quicumque, C. de ſeru.fugit. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.23. nu-
50 mer.47. Auedañ. de exequend. mand. part.1. cap.4. n.31. Anch. Iun. quæſt.52. num.17. part.1. Ricc.d.loco, num.5.6. vbi ait quod ita Rota reſoluit in vna Auerſana finimenti, 7. Iunij 1591. coram Lancelloto: Philiuc. d.cap.5. num.15. vbi etiam inquit quòd ſi conſtaret de Eccleſiæ læſione, ei daretur reſtitutio in integrum, non obſtante interpoſi-
51 tione decreti, & aſſenſu Commiſſarij; quæ cùm hîc deficiant modò, faciliùs Eccleſia eſt reſtituenda.

Neque obſtat quòd teſtes non videantur percurrere tempus contractus, quia verius eſt deponere, & concludere etiam tempore alienationis, cùm ſint coloni, qui laborauerunt in dicto prædio, quando poſſidebatur à dicto Monaſterio; & cùm non deponant ſuper vnitate
52 temporis, ſed ſuper ſolito, ſatis eſt; vbi enim verſamur in re de ſui natura fructifera, ſufficit probatio à conſuetis, cùm illud præſumatur perceptum quod percipi conſueuit, ad notata per Bald. in conſil.323. in fin.lib.2. & in l.1. num.16. vbi Salicet. in fin. C.de fruct.ac lit.exp. numer.3. Ang. in l. ſi fundam, C. de rei vendicat. Natt, conſil.536. num.5. Surd. conſil.293. num.31. Achil. deciſ.22. de reſt. ſpol. & ita reſoluit Rota in vna Peruſina liquidationis fructuum, 12. Ianu. 1609. coram Coccino, & in vna Neapolitana, 21. Iunij 1610. coram Lancelloto, vt pulchrè penes Marcheſan.de commiſſ.part.1. cap.2. dec.8. n.2.fol.104.

Idque veroſimilius redditur, quia teſtes deponunt dictum prædium fuiſſe poſt contractum ſatis damnificatum tempeſtate, & vi ventorum, quæ eradicauit plurimas arbores pretioſas, veluti nuces, & ceraſa, quæ reddebant magnum fructum, propter quod poteſt cenſeri dictum prædium tempore contractus fuiſſe maioris, vel
53 ſimilis redditus, cuius erat tempore diſtractus; & cùm hæc materia ſit difficilis probationis, ſufficiunt coniecturæ, & multùm defertur conſcientiæ iudicantis. Bald. in d. l.1. num.16. C. de fruct. & lit. expenſ. & d. dec.323. num.4. Corn. conſ.301. in fin. lib.3. Natt. conſ.510. n.7. lib.3. Surd. conſil.293. num.31. Rot. d. deciſ.8. numer.1. penes Marcheſan. d. loco, fol.104. Et propterea non vtilem, ſed damnoſam dicere debemus dictam alienationem.

Videndum eſt igitur, an ſaltem ex neceſſitate dictum Monaſterium fecerit talem contractum, quod probatus videatur ex inſtrumento, in quo id aſſeritur. Sed hoc nihil facit, quia neceſſitas non ſufficit abſque ſolemnitate
54 aſſenſus Apoſtolici, vt vidimus, & ad hoc vt ſufficiat, debet eſſe ita clara, vt omnibus manifeſtè appareat, & nulla poſſit tergiuerſatione celari, vt poſt Riminald. Iun. conſ.348.n.40.41.42. Fab.de Ann. conſ.388.n.5. cum ſeqq. Giouagn.conſ.22.n.14.lib.2.

Benè verum eſt, poſſe dari caſum tantæ neceſſitatis requirentem tantam celeritatem, vt ſuperior conſuli, & adiri non poſſit, velut ſi captiui ſint redimendi, vel pauperes in graui neceſſitate paſcendi; tunc enim valet alienatio ſine aſſenſu Apoſtolico, vel alicuius Superio-
55 ris, quia periculum eſt in mora, ex textu in cap. aurum, & cap.gloria Epiſcopi, 12.quæſt.2. Abb. in cap. fin. num.8. de Eccleſ. ædificandis. Zabarel. in Clem.2. quæſt.11. de Relig.dom. Rebuff. in compend. alien.rerum Eccleſ.numer.35. Canofil. in rep. Paulinæ, num.89. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt.9. num.51. & quæſt.13. num.13. quæſt.19. num.29.30. & quæſt.35. num.6.7. & meliùs quæſt.51.c.22. num.19.20. Quarant. verbo alienatio, numer.42. Bonac. de contract.diſp.3.quæſt.8.punct.4.num.5.verſ Prima eſt. Layman.d.cap.10.num.3. Giouagn.conſ.27.num.19. lib.2. pulchrè Philiuc.mor.part.3.tract.44.cap.5.num.11. Barboſ. de off.Epiſc.part.3.alleg.95.num.58. & ſic DD. rem hanc intelligunt de extrema neceſſitate, in qua nullo modo poſ-
ſit haberi recurſus ad Pontificem. Redoan. d.tract.q.19. 56
num.58.60. & quæſt.51. cap.22. num.20. & num.32. verſ. vbi dicit. Vgolin. de off.Epiſc. cap.14.§.7. n.5. verſ. tertiò, part.1.

Hîc autem non probatur adfuiſſe talem neceſſitatem, imò ex ipſo alienationis inſtrumento contrarium deducitur; ſiquidem duplex cauſa allegatur, ſcilicet neceſſitas ſoluendi æris alieni, & emendi blada. Quoad primum non conſtat adfuiſſe aliquod debitum Eccleſiæ, de quo apparere oportet aliunde, quàm ex alienantis aſſertione: Redoan. d.tract.quæſt.20.num.69. Borell.in ſum.de- 57
ciſ.part.1. tit.15. num.10.27 Homobon.de examine Eccleſiaſtico parte 2.tract.9. quæſt.66. cap.21. verſ.ſecundò, in fin. & caſu quo adeſſet æs alienum, non ſufficit ad oſtendendam tantum neceſſitatem, vt ſuperior conſuli non poſſit, & maximè quia pro ære ſoluendo non licet vendere res ſtabiles Eccleſiæ, niſi creditores vrgeant apud iudicem, & provt in Auth. hoc ius, vbi DD. C. de ſacroſ.
Eccl. & in l.peto, §.prædium, de leg.2. cap. ſicut 12 quæſt.1. 58
Redoan. de rebus Eccl.non alien. quæſt.19. n.1. & n.91.92. 93.95. vbi dicit, quod non deuenitur ad alienationem bonorum Eccleſiæ, niſi vltimo loco, quando ſit executio ſententiæ per iudicem: ſic etiam docent Gabriel conſ. 118.n.58.lib.1. Giouagn.conſ.22.num.5.15.lib.2. videndus Quarant.verb.alienatio, n.36. vbi etiam inquit, quod debet præcedere decretum iudicis, & ſubſequi ſubhaſtatio, quia ſi Prælatus propter neceſſitatem vult vendere ex ſe, non poteſt.

Si verò inſpicimus neceſſitatem emendi cibaria ad victum, ſimiliter de ea non conſtat, & tamen certum eſt de cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ debere conſtare aliter, quàm per aſſertionem partium, vel Prælati alienantis, alioquin facilè aperiretur via fraudibus, & propterea etiamſi in inſtrumento dicatur ex cauſa neceſſitatis fieri alienationem, eidem non creditur, vt Petr.
de Peruſ. & Card. in cap. quod quibuſdam, de fideiuſ. Butr. 59
in cap.1. de depoſ. Anch. in Clem.1. de rebus Eccl.non alien. pulchrè Redoan. de reb. Eccleſ.non alien quæſt.23.num.38. vbi teſtatur de communi, & num.39.40.41. & ſeqq. pulchrè Ferret. conſ.248. num.10.11. & conſ.294. num.14. lib.2. Anch. Iun. d. quæſt.52. numer.17. part.1. Borell. in ſum.deciſ.part.1.tit.15.num.10. Giouagn. conſ.27. ſub n.20. lib.2. Maſcard. de probat. concl.75. num.16. Homobon. d. cap.21. verſ.2. in fin.

Nam cùm verſemur in prohibitis (regulariter enim interdicta eſt alienatio bonorum Eccleſiæ) qui dicit extare neceſſitatem, vel caſum permiſſum, debet probare. 60
Ratio eſt, quia in regulariter prohibitis, & certò tantùm caſu permiſſis, non ſtatur dicto aſſerentis caſum permiſſum ſubeſſe; & aſſertio, quæ facit contractum licitum, qui aliàs improbaretur, aliunde non iuſtificata nihil probat, ad textum in l.ſi fortè, vbi Bart. de caſtr.pecul. Alb. Brun. tract de ſtat.fœm. exclud. art.13. num.124. Ioſeph Lud. concl.14. illat.17. Oſaſch. deciſ.172. num.2. Giouagn. d. conſil.27. ſub numero 20. Peregr. conſil.6. numero 16. verſ. & in confeſſione, lib.3. Anch. Iun. q.12. numero 7. parte 2. latè Mantic. de tac. & amb. conuent. lib.13. tit.15. numero 41. verſ. ſed diuerſæ, & verſ. Et hæc ratio. Giurb. in conſuet. Meſſan. parte 1. cap.14. gloſ.7. numero 3. qui multos alios adducit, & ſic probandum erat, quod Monaſterium aliunde non poſſet ſuis neceſſitatibus ſubuenire, vt poſt Caſtrenſ.conſil.246. col.5. in fin. verſic. nam ex inſtrumento, lib.1. Gratian. diſcept.570. numer.13. quod hîc non eſt factum, vt oportebat. Ferret. d.conſil.294. num.14. lib.2. Quarant. d.verb.alienatio, numer.36.

Sed conuincitur non extitiſſe hîc tantam neceſſitatem, vt non poſſet ad Pontificem recurri pro licentia habenda, provt fieri debet, ſi neceſſitas non exigat tantam celeritatem. Redoan. d.tract q.19.n.34 35.58.60. Nam dicti 61
Fratres Eremitæ attento tenore dicti inſtrumenti alienationis erant in neceſſitate vſque in principio anni 1593.

quo

quo obtinuerunt licentiam alienandi à ſuo Generali ſub die 12. Ianuarij eiuſdem anni, quæ poſtea eodem anno fuit confirmata ab eius Viceſgerente, ſub die 7. Octobris; & tamen ipſi diſtulerunt alienare vſque ad diem 4. Decembris 1593. & propterea cùm procraſtinauerint ferre per annum, & petierint licentiam Generalis tam anticipatè, liquidò conſtat eorum neceſſitatem non fuiſſe tantam, vt non poſſet conſuli, & adiri Summus Pontifex, à
62 quo adeundo ſolùm extrema neceſſitas excuſat. Redoan. d. quæſt. 19. numer. 29. 30. 34. & quæſt. 51. cap. 22. numero 2. 3. 4. & 18. Philiuc. d. cap. 5. num. 8. Maſc. d. concl. 75. num. 29.

Et hoc manifeſtum redditur, quia Monaſterium non indigebat niſi alimoniâ pro Fratribus, pro qua ſubleuanda erat neceſſarium priùs recurrere ad diſtractionem rerum mobilium minùs pretioſarum, & poſteà ad magis pretioſas, & deinde ad res ſtabiles minùs damnoſas, & denique ad alias deueniendum erat; ſi enim fieri poteſt, parua res debet priùs vendi, ſi ſufficit: ſic probatur
63 per textum in d. Auth. hoc ius porrectum, vbi DD. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. magis puto, ff. de reb. eorum. Ioan. de Turrecrem. in ſum. 12. quæſt. 2. latè Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 19. n. 91. 92. 93. Maſcard. d. concl. 75. n. 13. Gabr. conſ. 118. n. 5. lib. 1. Gratian. d. diſc. 570. n. 12. Quarant. d. verb. alienatio, n. 36. Hîc autem iſte ordo nullo modo eſt ſeruatum prout requirebatur, ſtante defectu ſolemnitatis beneplaciti Apoſtolici.

Vlteriùs probatur non adfuiſſe tantam neceſſitatem, vt periculum eſſet in mora; nam dicitur in inſtrumento, præmiſſos fuiſſe tractatus, qui comprobant cauſæ diſtractionem, & prolixitatem, cùm pluries fieri ſoleat,
64 vt quilibet ſuam dicat ſententiam: gloſſa in cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælat. Benè verum eſt, quod etiam ex hoc capite deducitur nullitas dicti contractus, quia in alienandis bonis Eccleſiæ neceſſarius eſt tractatus Fratrum, vel aliorum de Collegio alienantium, ad diſcutiendum, an expediat alienare, cap. ſine exceptione 13. quæſt. 2. cap. tria, & cap. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Cap. cap. 1. eod. tit. in ſexto; & tamen hîc non apparet præmiſſum fuiſſe talem tractatum; licèt enim in inſtrumento alienationis dicatur, præmiſſis tractatibus, hoc tamen non probat, quia non creditur tali inſtrumento enunciatiuè loquenti, ſed de tractatu debet conſtare per inſtrumentum ad hoc ſpecialiter tendens. Alex. conſ. 17. col. 2. lib. 4. pulchrè Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 28. num. 30. 31. 32. 33. 34. Ferret. conſ. 294. num. 10. lib. 2. in terminis Anch. Iun. quæſt. 52. num. 8. 9. 10. lib. 1. Soc. Iun. in l. ex hac ſcriptura, n. 70. ff. de donation.

Accedat, quod dato etiam, extitiſſe neceſſitatem prædictam, & ideò alienationem fuiſſe neceſſariam, adhuc dicendum eſt propter exceſſum vitiari, eo quòd ea, quæ propter neceſſitatem conceduntur, eatenus ſunt valida, quatenus vrget neceſſitas, & non vltra, ad textum in l.
65 cùm his, §. in cauſa, ff. de tranſact. in d. Auth. hoc ius, vbi DD. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. vlt. ff. de exercit. act. Bart. in l. 1. §. vlt. num. 1. ff. de fer. Dec. in l. ſi donatione, n. 17. C. de collat. pulchrè Natt. conſil. 162. num. 1. 2. 3. 5. 6. lib. 1. Gabriel d. conſil. 118. numer. 5. verſic. ſecundò quia, lib. 1. benè Menoch. de arb. iud. caſ. 182. numer. 32. 33. 34. 35. vbi probat tantùm eſſe alienandum, quantùm vrget neceſſitas. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 73. n. 14.
66 15. vbi quod non debet pro paruo debito res magna Eccleſiæ vendi, quod etiam dixit Maſcard. de probat. d. concl. 75. num. 13. in fin. Gratian. d. diſcept. 570. num. 10. 11. vbi etiam dicit allegantem non extitiſſe alia bona, teneri ad probandum; pulchrè etiam Giouagn. conſil. 32. numer. 6. & num. 16. lib. 2. vbi etiam dicit probandum eſſe quod tantùm vrgeret neceſſitas, quantùm fuit alienatum. Sed hîc expreſſo inſtrumento deducitur, Monaſterium habuiſſe indigentiam ſolùm pro ſcutis 600. & tamen alienauit prædium valoris ſcut. 4000. Ergo alienatio fuit voluntaria, & non ex neceſſitate, ſaltem tali, vt omittendus eſſet aſſenſus Apoſtolicus: ad rem Natt. 67
d. conſ. 162. num. 4. 5. 6. 7. 8. lib. 1. vbi vult, quòd ideo actus in totum corruat: benè etiam Giouagn. d. conſ. 22. n. 9. & n. 14. lib. 2.

Denique eſto, quòd etiam ſumma hîc adfuerit alienandi neceſſitas, & ita extrema, vt non potuerit vllo modo adiri, vel conſuli Summus Pontifex pro obtinenda licentia, adhuc tamen dicta in emphyteuſim conceſſio 68
eſt inualida, cùm non fuerit poſt factum à Pontifice comprobata, in caſu enim alienationis factæ ſine ſolemnitate ob vrgentem neceſſitatem neceſſariò requiritur poſtea ſolemnis ratificatio ſuperioris, vt per textum in l. Pomponius, ff. de neg. geſt. inquit Bald. in cap. 1. num. 13. verſic. ego puto, vbi etiam Iaſ. num. 21. verſ. quod dictum, qui feud. dar. poſſ. videndus Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 19. num. 128. & quæſt. 51. cap. 22. num. 19. & idem cenſuit Vgolin. de Epiſc. cap. 14. §. 7. num. 5. verſ. tertiò, in fin. quod rationi etiam congruit, vt ſuperior poſſit examinare, an vera fuerit neceſſitas, vel mentita, aut mendicata, & ad tollendas fraudes, quia Prælatus eadem facilitate inducitur ad fatendam neceſſitatem, qua mouetur ad alienandum.

Nulla ergo & inualida fuit dicta alienatio; nam ad hoc vt emphyteuſis conceſſio valeat ſine beneplacito, tres requirit conditiones, ſcilicet vt verſemur in caſibus à iure permiſſis, quòd tractetur de bonis ſolitis ab antiquo dari in emphyteuſim, & quòd appareat de euidenti Eccleſiæ vtilitate, vt habetur in d. Extrauag. ambitioſæ, & poſt Caiet. verbo excommunicatio, cap. 75. Quarant. d. verbo alienatio, numero 5. verſic. ſecundus, & numero 39. Prax. Neap. d. cap. 75. numero 5. 6. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 95. num. 22. part. 3. Layman. d. cap. 10. numero 2. verſ. deinde. Bonacin. d. quæſt. 8. punct. 4. n. 30. & in tract. de cenſur. in particular. extra Bullam Cœnæ, diſp. 2. quæſt. 5. punct. 11. numer. 2. verſ. ſecundò, & num. 6. Nihil autem iſtorum verificatur in præſenti caſu, quia prædium prædictum non erat ſolitum ſic alienari, nec conſtat de vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, quæ tanta ſit, vt non requiratur beneplacitum Apoſtolicum, Emphyteuſis enim perpetua eſt alienatio. Ferret. conſ. 248. n. 9. lib. 2.

Cùm autem conceſſio prædicta in emphyteuſim fuerit facta in perpetuum, nihil iuuat Vianos conſtitutio Gregorij XIII. quæ permittit bona dictorum Fratrum Eremitarum dari in emphyteuſim vſque ad ſecundam generationem, quia hæc diuerſa ſunt, & ex diuerſis nihil benè infertur, l. Papinianus, §. exuli, ff. de min. l. fin. 70
de rit. nupt. Lud. Sacc. conſil. 69. num. 20. lib. 2. & maximè quia deficit cum ſecunda generatione, & contractus in totum eſt nullus, vt infrà videbimus.

Si ergo dictus contractus fuit ipſo iure nullus, ſiue ex defectu cauſæ, ſiue ex defectu ſolemnitatis (quod certum eſt) ſatis conſtat Monaſterium non ſolùm eſſe reintegrandum ad prædium malè alienatum, ſed etiam Vianos eſſe cogendos ad reſtitutionem fructuum à die alienationis prædij, & occupationis, vt tradunt DD. in 71
cap. ſi quis Presbyterorum, §. ſed etiam liceat, vbi Butr. numer. 6. Imol. numer. 12. Bero. numer. 14. & alij, de reb. Eccleſ. non alien. Bald. & DD. in l. iubemus, §. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. de communi Felin. in cap. cùm cauſa, numer. 30. verſ. & in hac materia, de re iudic. Corn. conſ. 22. n. 13. lib. 1. Pinel. in repet. l. 2. part. 3. num. 4. & ſeqq. C. de reſcind. vend. Grammat. deciſ. 79. num. 8. & ſeqq. Menoch. de recup. poſſ. rem. 15. num. 639. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 76. cap. 2. num. 37. Borell. d. tit. 15. num. 42. pulchrè Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. de alien. rer. Eccl. part. 1. reſol. 18. n. 1. vbi bis ita fuiſſe reſolutum in Rota coram Blanchetto, & Pamphilio, & de communi teſtatur Guttier. conſ. 18. n. 71. Homob. de exam. Eccl. p. 2. tr. 9. q. 66. c. 21. verſ. Item, & benè ſic iudicauit Rota in vna Neapolitana fructuum, 31. Maij 1606. coram Lancelloto, vt apud Marcheſan. de commiſſ. part. 1. cap. 2. deciſ. 7. num. 1. fol. 104. vbi dicitur, alienatis bonis ſine ſolemnitate, fructus etiam eſſe reſtituendos Eccleſiæ non à die motæ litis, ſed à die commiſſi ſpolij, ſeu poſſeſſionis adeptæ, quam ingreſſi ſunt in
72 mala fide, ſtante conſtitutione Paulina. Gratian. diſc. 204. n. 15. lib. 2. & idem tenet, fructus ſcilicet eſſe reſtituendos, Laym. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 4. verſ. Quod ſi rei, ibi: His autem. Mar. Ant. var. reſolut. lib. 1. reſol. 7. numer. 8. Bonac. de contract. diſp. 3. quæſt. 8. part. 4. numer. 12. verſ. addo.

In quo tamen ego mitiorem partem ſequutus ſum, dum condemnaui Vianos ad reſtitutionem fructuum, non à die poſſeſſionis adeptæ, ſed à litis conteſtatione, quæ interrumpit omnem bonam fidem, & certò facit incipere reum eſſe in mala fide, eumque obligatum facit ad reſtitutionem fructuum, l. ſed & ſi lege, §. ſi ante, ff. de pet.
73 hær. l. certum, C. de rei vind. Benintend. deciſ. collect. 404. verſ. Secundus. Ab antea enim mihi viſum eſt Vianos eſſe in quadam bona fide, dum putauerunt pro alienatione ſufficere licentiam Generalis, & patientiam Fratrum Eremitarum; ſæpe enim etiam errans in iure poteſt dici in bona fide, vt non teneatur ad fructus ante litem perce-
74 ptos, l. ſed & ſi lege, §. ſcire, ff. de petit. hæred. l. de fructibus, ff. de don. inter vir. & vx. Dyn. & Ioan. And. in cap. 1. de reg. iur. in 6. Et cùm Viani pacificè poſſederint dictum prædium ſcientibus dictis Fratribus, adepti ſunt ciuilem
75 poſſeſſionem. Menoch. lib. 6. præſump. 76. num. 5. 6. Lud. Poſthius, d. tract. de manuten. obſeru. 57. num. 105. & poſt eum Rota deciſ. 327. num. 20. Idcircò videtur fructus an-
76 te litem fuiſſe lucratos. Poteſt enim dari bona fides etiamſi contractus ſit nullus defectu ſolemnitatis: Gratian. diſcep. quæſt. 31. num. 2. lib. 3. Ex quibus Viani videntur conſtituti in certo gradu bonæ fidei, quia ſpolium illorum non fuit violentum formaliter, ſed de conſenſu dictorum Fratrum malè alienantium, propter quod tantùm à die litis conteſtatę ſecundum epicheiam, & ſententiam magis mitem dicti Viani ſunt condemnandi ad re-
77 ſtitutionem fructuum: Bero. in d. cap. ſi quis Presbyterorum, num. 42. Felin. in d. cap. cùm cauſa, num. 27. verſic. Procedere. Alciat. in l. mouentium, num. 6. de verb. ſignif. Gratian. d. diſcept. 204. num. 14. lib. 2. vbi allegat Rotæ deciſiones. Ricc. in prax. d. reſol. 18. num. 3. vbi inquit etiam ſic reſolutum in vna Vlysbonenſi locationis, 1. Iunij 1596. coram Pamphilio, & ſic mitiùs iudicaui, quia Monaſterium non videbatur per ſuos informantes aliquid vlteriùs prætendere.

Et ſanè licèt Viani non poſſint dici fuiſſe in bona fide, quoad præſcriptionem dominij, tamen quoad fructus lucrandos ante litem conteſtatam perceptos ſunt poſſeſſores bonæ fidei, quia licèt titulus eorum fuerit inualidus, tamen cùm ſit cauſatus ab errore iuris, vel facti, nihil nocet poſſeſſori ad conſeruandam bonam fidem, quæ poteſt cauſari etiam ex titulis iniuſtis, & temerariis, vt per textum in l. ſed & ſi lege, §. ſcire, ibi: non hunc puto prædonem, vbi Bart. Bald. Ang. & DD. ff. de pet. hær. Alex. conſ. 127. col. 3. lib. 4. Iaſ. conſ. 72. col. 2. lib. 1. pulchrè videndus Farin. deciſ. 320. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. part. 2. vbi reſoluit omnia, & loquitur ad rem in caſu, vbi contractus erat nullus ex defectu ſolemnitatis, & concordat Gratian. diſc. 420. num. 18. 19. Nam Viani ſaltem credere potuerunt validum eſſe contractum emphyteuſis prædictæ, ſaltem vſque ad ſecundam generationem, cùm plurimi DD. ſentiant valere ad minùs quoad tempus permiſſum, vt inferiùs videbimus: & propterea dicuntur eſſe in bona fide ſtante conflictu opinionum, qui præſtat iuſtam credulitatem, vt per Menoch. de arb. iud. 177. num. 6. 7. latiſſimè Diana reſol. mor. part. 2. tract. de opin. probab. reſol. 1. & reſol. 3. vbi vide: ex quibus putaui dictos Vianos eſſe in bona fide reſpectu fructuum ante litem conteſtatam perceptorum, pro quibus lucrandis ſatis eſt eos non fuiſſe in perfidia, & mala fide, ad tradita per Farinac. d. deciſ. 320. num. . part. 2.



Similiter dubium erat, an Monaſterium teneretur reſtituere Vianis ſcuta 600. habita in ipſo contractu emphyteuſis; & hoc quia quando alienatio rei Eccleſiæ eſt ipſo iure nulla, tunc Eccleſia non tenetur reſtituere pecunias ex ea habitas, niſi probetur verſas eſſe in eius vtilitatem. Alex. conſ. 3. num. 9. verſ. circa tertium, & n. 24. 78
lib. 3. Rim. Iun. conſ. 5. num. 71. lib. 1. Mar. Ant. lib. 1. reſol. 38. numer. 19. verſ. fuit, vbi alios allegat. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 15. num. 70. vbi requirit, quod Eccleſia ſit facta locupletior. Marcheſan. de commiſſ. in princ. part. 1. cap. 2. n. 44. fol. 55. vbi inquit etiam Eccleſiam non obligari ex confeſſione Prælati, quod pecunia ſit verſa in eius vtilitatem.

Verùm in hoc quoque mitiorem ſententiam ſecutus ſum; tùm quia Monaſterium non recuſabat reſtitutionem pecuniarum, & veriſimile erat eas fuiſſe verſas in eius vtilitatem, & cenſui illas eſſe reſtituendas, vel com- 79
penſandas in fructibus, per ea quæ tradit Guttier. pract. quæſtionum lib. 3. cap. 8. num. 9. 23. 24. 25. vbi vide, & ei congruit, quod latè docet Ricc. in prax. de alien. rer. Eccl. reſol. 88. part. 1.

His ſtantibus pro dicto Monaſterio iudicaui locum eſſe remedio reintegrandæ, quia Eccleſiæ pro re nulliter alienata, etiamſi facto alienantis ceciderit à poſſeſſione, competit actio ſpolij. Verall. deciſ. 170. numer. 1. 2. 3. 5. 80
6. & deciſ. 181. num. 1. & deciſ. 180. num. 7. 8. 9. part. 3. & fuit dictum in vna Placentina decimarum, [illegible] Iu[illegible] 1586. & in alia Neapolitana ſpolij, 3. Iunij 1601. coram Lancelloto, vt apud Marcheſan. d. tract. 1. part. 1. cap. 2. deciſ. 6. numer. 3. fol. 103. Farin. deciſ. 755. num. 6. part. 2. Lud. Poſthius tract. de manuten. obſeru. 57. numero 102. 103. & ſeqq. & poſt eum Rota deciſ. 11. num. 2. vbi quod Eccleſiæ danda eſt manutentio, quatenus ſe non habuerit pro 81
ſpoliata; & ſi habuit ſe pro ſpoliata, danda eſt reintegratio.

Non obſtant autem ex aduerſo motiuata, & hoc iudicium reintegrandæ fuiſſe intentandum coram iudice laico rei conuenti ordinario; hoc enim procedit in bonis profanis laicorum, & ideò cùm hîc tractetur de bonis Eccleſiæ malè alienatis, quibus ſine legitimo titulo eſt ſpoliata, rectè intentatum eſt iudicium ſpolij, ſeu rein- 82
tegrandæ coram iudice Eccleſiaſtico, etiamſi reus conuentus ſit laicus, ad textum in cap. in canon. 26. q. 1. Gloſſ. in cap. cùm dilectus, quod met. cauſ. Innoc. in cap. cùm ſit generale, vbi Abb. num. 10. Soc. num. 14. Felin. col. 2. verſ. dum dicit, de for. compet. Calderin. in cap. ſæpe, de reſtit. ſpol. Abb. in cap. 1. de reſt. in integr. Dec. in c. 2. in fin. de priuileg. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 4. numer. 2. verſic. ſic etenim. Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 7. 8. de conſtit. Alex. conſ. 103. in fin. lib. 5. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. num. 205. Caualc. deciſ. 45. num. 72. lib. 1. & hanc ſententiam vti veram, & communem tuetur Ioan. Guttier. can. qq. lib. 1. quæſt. 34. n. 10. quæſt. 13. 14. 15. vbi latè defen- 83
dit, quòd Eccleſia poſſit hoc remedium reintegrandæ intentare coram iudice Eccleſiaſtico: benè etiam ita ſentit Carol. de Graſſ. tract. de eff. cler. eff. 1. num. 533. vbi etiam 84
idem tenet in clerico, vt trahere poſſit coram ſuo iudice laico, qui eundem Clericum ſpoliauit; hîc autem ſatis probatum eſt competere actionem ſpolij. Veral. d. deciſ. 170. part. 3. Ergo non eſt dubitandum, quin forum Eccleſiæ ſit competens contra laicum, alioquin facile eſſet priuare Eccleſiam, & Clericos priuilegio ſui fori, ſpoliando eos, vt neceſſe haberent recurrere ad ſæcularia tribunalia pro recuperanda ſua poſſeſſione.

Et ſanè hoc iuſtum eſſe videtur, quia laicus ratione bonorum Eccleſiæ, quæ detinet, poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico iudice, ſi conſtat, vel non negetur eſſe bona Eccleſiæ, vel Clerici: textus eſt in c. ſi clericus, vbi Abb. 85
n. 1. 2. Felin. n. 4. Soc. n. 14. de for. comp. Rom. conſ. 159. n. 3. Oſaſc. deciſ. 32. n. 3. 6. Gabriel conſ. 37. n. 10. lib. 2. Guttier. d. quæſt. 34. n. 13. vbi de magis communi: Marius Antonin. lib. 1. reſolut. 48. num. 1. 2. 3. 9. 10. 11. & reſolut. 98. num. 1.

Beller.

Bellet.diſq.cler.part.1.tit.de fauor.cler.real.§.5.num.2.Benè
verum eſt, quòd ſi laicus negaret bona eſſe Eccleſiæ,
86 vel Clerici, & de hoc dubitaretur, in primis Iudex Ec-
cleſiaſticus de hoc debet cognoſcere, vt videat, an ſua
ſit iuriſdictio, ad textum in cap. ſuper, de reſcript. Abb.
in d.cap.ſi clericus, num.8.9. vbi Soc. num.11.13.de for.
compet.Iaſ.in l.2. col.4. ff. ſi quis in ius voc. Rot. deciſ.6.
num.3. de except. ad rem Menoch. d. remed.15.num.208.
Bellet. d. §.5. num.7. Guttier. d.quæſt.34. num.18. Mar.
Anton.lib.1.reſol.48. num.4. Sed hæc reiici debent, quia
hæc exceptio non fuit coram me diſcuſſa, ſed tempore
mei anteceſſoris, & per litis conteſtationem, & proceſ-
ſum ad vlteriora fuit ſublata, cap.ex parte, de appellat.
Innoc. in cap.præterea,de dilat.Surd.conſ.467.n.3.Seraph.
87 dec.383 n.8.Gaill.pract.concl.lib.1.concl.34.n.1. & ibidem
Bernard.Greuæus.

Secundò igitur non obſtat, non conſtare de duobus
extremis poſſeſſionis, quia iam reſponſum eſt, ſatis ap-
parere de antiquiori poſſeſſione monaſterij, & recentiori
Viani, & teſtes ſatis probant hoc per actus poſſeſſorios:
88 Rot. poſt Lud. Poſthium deciſ.214. num.2. & de hoc ſa-
tis diximus, & poſſeſſio Viani ſatis iuſtificata remanet
89 ex ſuſtentatione litis. Verall. deciſ.372. num.2. part.2.
Farin. deciſ.poſth.58.num.5.part.2.Gratian. diſc.318.n.42.
lib.2.

Neque nocet,quod Viani non occupauerint violen-
ter dictum prædium, quia non ſemper ſpolium eſt vio-
lentum, & actio ſpolij datur etiam ceſſante violentia,
90 contra eum, qui inſiſtit rei Eccleſiæ malè alienatæ.Veral.
d. deciſ.170.num.1.& deciſ.181.n.1 part.3. Rota d.deciſ.6.
n.3.4.penes Marcheſan.de commiſſ.p.1.c.2. fol.103. Et li-
91 cèt etiam ex contractu nullo transferatur poſſeſſio, hoc
tamen procedit, vbi quis nomine ſuo poſſidet: ſed quia
poſſeſſio bonorum Eccleſiæ eſt penes Eccleſiam, & Præ-
latum, non ſimpliciter apud Prælatum,DD.in l.1. in fin.
ff.de acquir.poſſ.de communi Alex.conſ.81.n.17. lib.3. Pa-
riſ.conſ.24.n.5.lib.1.Veral.d.deciſ.170.n.4 p.3. Rota d.de-
ciſ.327.n.8.poſt Lud.Poſthium; ideò ex contractu nullo
Prælati poſſeſſio non transfertur,etiamſi ille ſe habuerit
92 pro ſpoliato, ex Bart. in l.1. §.ſi vir vxori,num.3.vbi Iaſ.
n.28.& Bolognet.n.64.ff.de acquir.poſſ.Verall.d.deciſ.170.
n.4.5.6.& deciſ.192.n.9.p.3.Rot.d.deciſ.327.n.3.

Tertiò non obſtat remedium reintegrandæ non dari
contra ſucceſſorem ſingularem iuſto titulo & bona fide
poſſidentem. Nam reſpondetur, id non ferire caſum no-
ſtrum, vbi non agitur de ſingulari ſucceſſore,ſi enim lo-
quimur de primo acquirente, hic non poteſt dici ſucceſ-
ſor; ſin de pupillo nunc ſuperſtite, hic non eſt ſingula-
ris ſucceſſor, ſed vniuerſalis, propter hæreditatem pa-
ternam ſibi delatam, ad textum in l.hæreditas,vbi Alciat.
de verb.ſignif.

Sed eſto,quod verſemur in ſimili caſu, adhuc reſpon-
detur Vianos non poſſe dici in bona fide, cùm adepti
ſint poſſeſſionem dicti prædij ſine ſolemnitate contra
93 diſpoſitionem dictæ Extrauagantis Ambitioſæ,de reb.Ec-
cleſ.non alien.& cap.non liceat,12.quæſt.2. provt dixit Re-
doan.de reb.Eccl.non alien.quæſt.72.cap.7.n.3.& cap.9.n.4.
Borell.in ſum.deciſ.part.1.tit.15. num.45. & Rota in dicta
Neapolitana fructuum, 31. Maij 1606. vt apud Marcheſ.
d.tract.de commiſſ.part.1.c.2.dec.7.n.1.

Verùm conceſſo etiam,quod adfuerit aliqua colorata
bona fides,eo tamen modo quo ſupra dictum eſt; tamen
non adeſt iuſtus titulus, ſtante nullitate contractus,pro-
94 pter quod titulus,quem habent Viani, habetur pro non
titulo. Redoan.de reb.Eccl.non alien. q.76. cap.2.n.11. &
quæſt.78.cap.8.n.4.Mar.Ant.lib.1. reſol.37.n.10. & maxi-
mè ſtante decreto irritante, de quo in dicta Paulina,
95 quod inficit titulum, & poſſeſſionem, vt per Mar. Ant.
lib.1.reſol.13.n.4.5. vbi plurimos allegat. Lud. Poſth. d.
tract.de manuten.obſeru.46.n.5.& poſt eum Rota dec.151.
n.8.dec.178.n.2.dec.182.n.5.& deciſ.194.num.7.

Denique etiamſi verſemur in puris terminis motiui,
nihil ad nos; licet magna, & ardua ſit illa quæſtio, an 96
tale remedium detur contra ſingularem ſucceſſorem,cum
iuſto titulo, & bona fide poſſidentem,& pro vtraq; opi-
nione extet communis DD.ſententia,& negatiuam teneāt
magis communiter Legiſtæ, vt videre eſt apud Guttier.
can.qq.lib.1.c.34. n.51.52.53.63.64.65. quia tamen affir-
matiuam magis communiter tenent Canoniſtæ,quam ſe-
qui in foro Eccleſiæ nullus eſſet error,Gutt.d.q.34.n.65.
verſ.quandoquidem,ideò exinde nihil iuuatur pars Viana.

Nihilominus etiamſi verior eſſet Legiſtarum ſenten-
tia,illa eſt intelligenda,vt procedat, quando tractatur de
recuperandis bonis laicorum profanis,ſecus eſt ſi agatur 97
de rebus Eccleſiaſticis malè alienatis,& earum poſſeſſio-
ne recuperanda,vt per Gloſſ.in d. cap.cùm ad Sedem, vbi
Butr.Abb.Cald.Lap.& Lign.de reſt.ſpol.Innoc. in c.ſæpè,
eodem, vbi etiam Rip.n.28.verſ.quid tenendum, Caſſador.
dec.7.de reſt.ſpol.Corn.conſ.56.n.20.21.lib.2. Put.dec.176.
n.3.lib.2 Menoch.de recup.poſſ.rem.15.num.90.vbi ſuſtinet
hanc ſententiam reſpectu bonorum Eccleſiæ, nec diſſen-
tit Guttier.d.q.34.n.63.verſ.habemus,& concordat Franc.
Becc.conſ.75.n.4.& Mar.Ant.lib.1.reſ.37.n.9.Gratian.diſc.
318.n.41.lib.2.qui multos allegat.Giouag.conſ.4.n.8.lib.1.

Quartò non obſtat ſimiliter remedium reintegrandæ
non dari pro eo,qui facto ſuo,vel culpâ propriâ cecidit à
poſſeſſione,quia id procedit tantùm in caſu, vbi contro-
uertitur de bonis laicorum, & vbi contractus non eſt 98
ipſo iure nullus, ſecus eſt quando agitur de bonis Eccle-
ſiæ per Prælatum malè alienatis ex contractu inutili, &
inualido,tunc enim conceditur tale remedium,vt per Me-
noch.d.rem.15.n.101.Veral.d.deciſ.170.n.4.5.6.p.3. Mar-
cheſ.d.tract.p.1.c.2.deciſ.6.num.3.fol.103. Farin.deciſ.755.
n.6.p.2.Poſthius d.obſeru.57.n.102.& poſt eum Rota de-
ciſ.11.n.2.& ad rem etiam Marius Antonin.lib.1.reſol.38.
n.18. & ratio eſt, quia vbi quis cadit à poſſeſſione ex 99
contractu nullo, non dicitur cecidiſſe ex facto ſuo, nec
ex iuſta cauſa. Grat.diſc.318.num.12.lib.5.

Quintò non obſtat,quod ex contractu nullo transfera-
tur poſſeſſio,& quod hæc alienatio non fuerit nulla,quia
facta ſit ex cauſa neceſſitatis, quia iam reſponſum eſt,
vtrumque non procedere in caſu noſtro, quoniam non
transfertur poſſeſſio ex contractu nullo Prælati, & hîc
non extat neceſſitas allegata; & ſi etiam extaret, non
ſufficit ſine aſſenſu Apoſtolico præcedenti, vel ſubſe-
quenti,vt plenè viſum eſt.Redoan. d.q.19.n.58.59.60.62.
63.Barboſ.d.alleg.95.n.58.

Sextò non obſtat quod ex longitudine temporis præ-
ſumantur ſolemnitates interueniſſe: quia reſpondetur
beneplacitum Apoſtolicum non præſumi niſi ex lapſu 100
triginta annorum cum obſeruantia contractus, vel alia
coniectura. Ferret.conſ.248.n.12.lib.2. Quarant.verb.alie-
natio,n.46.verſ.& huius. Giouagn. conſ.27. n.17.41.lib.2.
Ludouiſ.deciſ.52.n.7.& deciſ.354.n.18.Farin.deciſ. poſth.
270.num.5.p.2.quod hîc non concurrit, quia contractus
fuit celebratus de anno 1614. à quo tempore certum eſt,
eos ſaltem incepiſſe eſſe in mala fide.DD.in cap.grauis,de
reſt.ſpol.Grat.diſc.204.n.14.lib.2.

Et dato etiam,quod lapſus adſit triginta annorum,vi-
detur hîc nihil prodeſſe ad præſumendum beneplacitum
Apoſtolicum, quia ex inſpectione inſtrumenti alienatio-
nis apparet non interueniſſe,& ideò multi dicunt, quod 101
quando ex inſtrumento alienationis apparet ſolemnita-
tem fuiſſe defectiuam, & minùs legitimam, tunc nun-
quam præſumitur adfuiſſe vera ſolemnitas. Dec. conſ.13.
n.2.& conſ.558.n.6.7.Soc.Iun.conſ.9.n.16.17.lib.3.& con-
ſil.50.num.20.lib.2.Caſſad.deciſ.3.num.7.de procur.Verall.
deciſ.82. num.1.2. lib.1. & deciſ.314. num.3. part.3. pul-
chrè Menoch.lib.3.præſ.132.num.79. vbi multos allegat.
Caualc.dec.29.n.24.part.2.Quarant.d.verb. alienatio,n.46.
verſ.præſumuntur, ibi: ſecundò declara. Redoan. d. tract.
quæſt.39.ſub.num.29. quod tamen pro nunc non firmo,
quia non eſt caſus noſter,cùm non fuerint lapſi triginta
anni à die litis conteſtatæ.





Septimò non obſtat ex lapſu triginta annorum titu-
lum præſumi verum, & poſtea non eſſe locum remedio
integrandæ, quia ex prædictis conſtat hoc motiuum eſſe
ſublatum,cùm hîc non verificetur curſus tanti temporis,
& iam oſtenſum eſt, tale remedium non præſcribi niſi
102 ſpatio quadraginta annorum, vbi tractatur de bonis Ec-
cleſiæ. Menoch. d. rem.15. num.427. Gutier. d. quæſt.34.
num.71.73.Seraphin.deciſ.1360.num.3.Giouagn.d.conſ.4.
num.1.& ſeqq. lib.1. Rota d. deciſ.330. num.8.9. In quo
etiam animaduertendum eſt, quod ſi agatur de præſcri-
103 ptione, omnes Regulares gaudent priuilegio centena-
riæ præſcriptionis, ſicut Romana Eccleſia,ex conceſſio-
ne Leonis X. vt apud Corſett. in ſumm. priuileg. Mendi-
cant.priu.12. cap.1. fol.319.

Octauò non obſtat quod Viani non produxerint præ-
dictum inſtrumentum,quod tantùm fuit productum im-
pugnatiuè pro parte Monaſterij, & ideò Vianos dicere
poſſe alio titulo valido iuuari, quia pluralitas titulorum
præſumitur ad fauorem rei. Nam reſpondetur primò
Vianos teneri edere Domino ſua inſtrumenta emphyteu-
tica, & ſuos titulos oſtendere, & confines rei liuellatæ,
quod ſi non fecerint, poteſt Iudex decernere finitam
eſſe emphyteuſim. Bald. conſ.225.num.1. lib.1.Specul. de
locat.§.nunc aliqua, quæſt.141. de communi Alciat. in l.1.
caſu 6. C.de edend. latè Valaſch. de iur. emphyt. quæſt.8.
num.2.3.4.Menoch.conſ.1125. num.15. qui dicit, quod ſi
non exhibent titulum ſuæ poſſeſſionis, ſuo iure pri-
uantur, ideò Viani oſtendant alium titulum, alio-
quin iure ſuo priuari poſſunt, & ſic ceſſant difficul-
tates.

Deinde reſpondetur id fortè procedere ſi ageretur
petitorio, in quo principaliter diſcutitur validitas titu-
li, ſecus eſt in hoc iudicio recuperandæ poſſeſſionis, in
quo agens non tenetur docere de ſuo titulo valido, vel
de titulo inualido aduerſarij, nec diſputatur de tituli va-
liditate, niſi reus conuentus excipiendo illud exhibeat.
104 Cyriac. dict. controuerſ.332. num.7.8. lib.2. ſed vbi con-
ſtat de duobus extremis, ſcilicet poſſeſſione antiquiori
agentis,& recentiori rei conuenti, ſufficit ad victoriam
in hoc remedio reintegrandæ abſque exhibitione alicu-
ius tituli, vt per DD. in d. c. cùm ad Sedem, vbi Abb.
105 num.17. de reſtit. ſpoliat. Alex.conſ.6.num.5.lib.3.Gratian.
diſcept.318.num.42.43.lib.2.Veral.deciſ.115.num.2.part.3.
Farinac.d.deciſ.poſthum.58. num.1.& ſeqq. part.2. Proba-
ta enim antiquiori poſſeſſione, recentior præſumitur
106 clandeſtina, ad textum in c. licèt cauſam, de probat. de
communi teſtatur Gutierrez can. qq. libr.1. quæſt.34. nu-
mer.52.53 Menoch.d.remed.15. num.101.

Quando igitur actoris fundamentum non conſiſtit
principaliter in probanda inualiditate tituli rei poſſiden-
tis, ſed in ſua poſſeſſione, vt hîc, & exceptio rei firma-
tur à probatione tituli validi, tunc reo non probante
titulum legitimum ad elidendam agentis intentionem,
abſque dubio ſuccumbere debet, quia poſſeſſio non re-
leuat reum ab onere probandi, quando actor ſuam fun-
dauit intentionem, vt poſt Cald. conſil.10. in fin.de pro-
107 bat. Rota in vna Hiſpal.portionis, 24. Maij 1596. coram
Blanchetto, & in altera Oueten. beneficij, 5. Iulij 1610. vt
apud Farinac. deciſ.309. num.4. part.2. & ad rem facit
Menoch. d.rem.15.num.69. & propterea Viani debebant
docere de titulo valido,vt ſuam exceptionem probarent.
Farinac. deciſ.361. num.3.part.2.

Accedat, quod Viani pendente iudicio ſolent ſoluere
Canonem annuum dicto Monaſterio pro liuello dicti
prædij in eadem quantitate, quæ continetur in dicto in-
ſtrumento, & teſtes deponunt eos poſſediſſe ex cauſa
dicti liuelli à dictis Fratribus habiti, ideò ſatis conuinci-
tur eorum poſſeſſionem manaſſe non aliunde, quàm à
108 dicta conceſſione emphyteuſis, & à prædicto inſtrumen-
to, cum de alio non appareat, eo quod quilibet præſu-
mitur poſſidere ex titulo præambulo, & ex cauſa præ-
cedenti, ad textum in l. 2. vbi Cyn. ff. de acquir. poſſeſſ.
& in l. quædam mulier, de rei vendic. l.1. §.1. de except.
rei iudic. Natt. conſil.506. numer.31. Crauet. conſil.276.
num.5.Menoch.præſumpt.67.num.1.2.3.& ſeqq. lib.6. Ce-
phal.conſ.152.num.27.75.Maſcard.de probat. concluſ.1203.
num.1.2.3.4.5.& ſeqq.Gabr.conſ.32.num.2.lib.1.Surd. con-
ſil.94.num.34.Qui dicunt etiam quod ſi appareat primo-
genitum alicuius familiæ poſſediſſe aliqua bona, præſu- 109
mendum eſſe, quod poſſederit ex præcedenti inueſtitu-
ra,quæ vocabat ſolos primogenitos: ad rem Cephal. d.
conſil.152. numero 75. Gratian. dict. diſceptat,318. nu-
mero 22. Veral. deciſion.309. numero tertio, parte 3. quòd
procedit etiamſi titulus eſſet putatiuus, aut inualidus.
Socin. conſil.13. numero decimoſeptimo, verſicul. ad illud, 110
lib.4. Curt. Iun. conſil.368. numero 34. Natt. conſil.402.
num.22. Cephal. conſil.4. num.39. lib.1. & ſuperiùs ſatis
dictum eſt.

Accedat dictos Vianos teneri docere, & probare
prædium prædictum eis liuellatum fuiſſe ſterile, & in-
cultum à principio, & fuiſſe redactum ad culturam à
ſe, vel à ſuis maioribus, & niſi hoc proponant, & in
articulis deducant, perpetuo titulo emphyteutico ſe tue-
ri non poſſunt, quoniam niſi hæc concurrant, poſſeſſor
expreſſum titulum habere non poteſt, & conſequenter
nec tacitum, ſeu præſumptum, qui ſtare non poteſt vbi
nequit expreſſus haberi, ita in verbis inquit Franciſc.
Cald.de renou.emphyt.lib.1.quæſt.15.num.33.

Nonò non obſtat Conſtitutiones Pauli II. & Gregorij
XIII.non fuiſſe vſu receptas, quia ſi loquimur de prima,
tota die practicatur; & notorium eſt in hac ciuitate, &
diœceſi eſſe in vſu, & eo ipſo,quod ex aduerſo non pro-
batur non vſus,ſatis iuſtificatur illius vſus,quia lex præ-
ſumitur vſu recepta, quod maximè dicendum eſt de 111
dicta conſtitutione Paulina, quæ dicitur facere ius com-
mune: ſic Rol. conſil.99. lib.2. Bero. conſil.8. d. num.9.
lib.3.Gutierrez can. qq. lib.1. cap.8. Redoan. de rebus Ec-
cleſ. non alien. tit. de locat. rer. Eccleſ. quæſt.6. §. item ex
præmiſſis, num.15.Rot. diuerſ.deciſ.301.num.2.part.2. latè
Garz. de benef. part.2. cap.1.num.41.42. vbi multos alle-
gat,& ſæpiùs Rotam ita cenſuiſſe teſtatur Farin.deciſ.30. 112
num.5.part.1.vbi inquit neganti vſum dictæ Paulinæ in-
cumbere onus probandi.Caualc. deciſ.43. num.5. part.1.
Quarant.verb.alienatio,num.48.verſ.igitur cùm iſta,pulchrè
Philiuc.moral.part.3.tract.44.cap.1.num.8. Barboſ.de offic.
Epiſc.part.3.alleg.95.num.48.49. Marcheſan. de commiſſ.
part.1.cap.2.deciſ.13.num.3 fol.109.

Idem poteſt dici de conſtitutione Gregorij XII. &
fortiùs, quia cùm illa ſit fauorabilis vniuerſitati Reli-
gionis Eremitarum S. Auguſtini, ad quorum petitio- 113
nem, & inſtantiam emanauit, & ſit inſerta in libro con-
ſtitutionum illius, præſumitur abſque alia declaratione,
& probatione acceptata, quia in fauorabilibus ſufficit
ſcientia,vt quis dicatur acceptaſſe. Iaſ.in l.quæ dotis, n.7. 114
verſ.ſecundus,ff. de matr. de communi Cagn. in l. ſemper,
qui,ſub num.3.ff.de reg.iur.Dec.conſil.58.col.2.Cephal. con-
ſil.33.num.19.Rol.conſil.19.num.36.lib.1.Burſat.conſil.33.
ſub num.4.Menoch.conſil.189.num.10.& conſil.228. n.76.
& præſ.39.num.9.lib.2.Tuſch.littera A,concluſ.70.num.4.
Surd.deciſ.206.num.11.Rot.diuerſ.deciſ.663.num.2 part.1.
Cyriac.controu.315. num.27.lib.2. adeò vt hæc ſententia
ſit DD. communiſſima, & de acceptatione dictæ Bullæ
non ſit dubitandum.

Decimò non obſtat validam fuiſſe dictam aliena-
tionem cum ſolo interuentu Vicarij Generalis Religio-
nis abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ vigore priuilegio- 115
rum. Quia reſpondetur primò id ſolùm procedere ſe-
cundùm aliquos quoad ſummam annui redditus duca-
tonorum 100. Gratian. diſcept. forenſ.202. numero 19.
libro ſecundo: hoc autem prædium reddit quotannis
ducatonos 200. ergo non eſt inſiſtendum ſuper pri-
uilegiis.

Deinde meliùs reſpondetur attento tenore dictæ Bullæ Gregorianæ, in materia emphyteuſis, non poſſe dictos Fratres Eremitas etiam cum licentia eorum Gene-
116 ralis dare in emphyteuſim aliqua bona Religionis alicui perſonæ, niſi ad duas generationes, vel nominationes, inconſulta Sede Apoſtolica, alioquin conceſſio eſt nullius roboris cum decreto etiam irritanti, de quo vidimus quid importet, vt in dicta Bulla Gregor. XIII. quæ incipit: *Dum ad vberes*, *in verſ. & quoad conceſſionem in emphyteuſim*, *dummodo illa non fiat vltra duas generationes*, *vel nominationes*: hic autem conceſſio eſt facta in perpetuum, ergo non ſeruata forma Bullæ actus corruit, & ex dicto decreto infecta remanſit poſſeſſio, & titulus
117 D. Viani. Mar. Antonin. *lib.*1. *reſolut.*13. *num.*4.5. Ludouicus Poſthius *d. tract. de manutent. obſeru.*46. *num.*5. & poſt eum Rota *deciſ.*151. *num.*8. vbi cæteri allegantur, & actus in totum vitiatur. Natt. *conſ.*162. *num.*8. *libr.* 1.

Ideóque dicti Fratres non poterant dare dictum præ-
118 dium in emphyteuſim dicto D. Viano in perpetuum, tum ex prædictis, tum etiam quia licentia Vicarij Generalis non permittebat fieri talem alienationem, vt eſſet perpetua; ſed tantùm aſſentiebat fieri liuellum, & propterea eius licentia eſt intelligenda ſeruatis ſolemnitatibus, & ſecundùm naturam actus, vt fiat ad duas generationes, ad textum *in l. ſi ſtipulatus*, *ff. de vſur.* Anchar. *conſ.*274. *num.*2. *verſ. & per conſequens.* Alex. *conſ.*106. *num.* 3. *lib.*4. Caſtr. *conſ.*179. *num.* 2. *lib.*1. Afflict. *deciſ.*307. *num.*21. Marth. *vot.* 232. *num.*6. vbi benè ad propoſitum loquitur. Tuſch. *littera L*, *concluſ.*352. *num.*1. vbi quod licentia legati conceſſa Eccleſiæ alienandi intelligitur ſeruatis ſolemnitatibus, & non quod iura ſint ſubuerſa: pulchrè etiam ita docet Franciſcus Cald. *de iur. emph. lib.*4. *cap.*7. *nu-*
119 *mero* 23. nec mirum, quia licentia eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda. Gabr. *conſil.*73. *num.*8. Cald. *dict. lib.*4. *cap.*15. *num.*10. 12. Hodie autem non liceret Regularibus vllo modo alienare bona ſtabilia, etiam cum ſui Generalis conſenſu, inconſulta Sede Apoſtolica, ex decreto Sacræ Congregationis Concilij ſub die 7. Septembris 1624. à Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano VIII. confirmato.

Vndecimò non obſtat, quod conceſſio prædicta in emphyteuſim debeat ſubſtineri, ſaltem quoad tempus permiſſum, ſcilicet vſque ad ſecundam generationem, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, ſecundùm Baldi opinionem. Nam ex multis aliis cauſis vidimus dictam alienationem eſſe in totum nullam, & cùm non ſit ſeruata forma licentiæ, actus in totum corruit.
120 Natt. *conſil.*162. *num.*8. *lib.*1. quem ſequitur Oſach. *deciſ.*165. *num.* 2. 3. & *deciſ.*171. *num.*12. *in fin.* pulchrè Tuſch. *littera L*, *concluſ.*352. *num.*7. & ſatis probatum eſt hîc adfuiſſe non ſolùm defectum ſolemnitatis, ſed etiam cauſæ.

Benè verum eſt, quod iam tantùm tempus tranſactum eſt, vt non ſit ampliùs quærendum, an verſemur intra tempus in dicta Gregoriana conſtitutione permiſſum; videtur enim quod nunc defecerint prima, & ſecunda generatio, vltra quas non licèt dictis Fratribus Eremitis emphyteuſim concedere, ſiquidem defuncti ſunt primi acquirentes, qui pro prima generatione habendi ſunt, necnon & filius ab eis deſcendens, qui fecit ſecundam generationem; & propterea cùm D. Paulus Æmilius eorum nepos incipiat tertiam generationem, verſamur extra caſum Bullæ, quæ emphyteuſim permittit dicendo, *Dummodo non fiat vltra duas generationes.*

Pro cuius rei diſcuſſione animaduertendum eſt, quod baſis huius quæſtionis conſiſtit in determinando, an in computandis generationibus, quæ vocantur ad emphy-
121 theuſim, velut ſi facta ſit ad ſecundam, vel tertiam generationem, debeat connumerari pro prima generatione ſtipes, ſeu ipſe primus acquirens, adeò vt ipſe conſtituat primum gradum, ſeu ordinem. In quo variæ ſunt DD. opiniones, multi enim cenſuerunt, ſiue dictum ſit vſque, vel ad ſecundam, vel tertiam generationem ſimpliciter, ſiue ad ſecundam, ſiue tertiam ipſius generationem, nunquam primi acquirentis perſonam eſſe comprehenſam, quia nemo generat ſe ipſum: ita Alexand. *conſilio* 125. *numero octauo*, vbi Addentes *libro* 5. Clar. *in* §. *emphyteuſis*, *quæſt.*34. *numero primo*, *verſ. tamen hæc*, vbi dicit, quod hæc opinio fortè eſt magis communis.

Sed verior eſt, & magis communiter recepta Bartoli diſtinctio dicentis, quòd ſi conceſſio emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſimpliciter fiat vſque, vel in, aut ad ſecundam, & tertiam generationem, computetur etiam perſona
primi acquirentis, adeò vt primus inueſtitus includa- 122
tur, & faciat primam generationem, & eius filius ſecundam, nepos verò tertiam, qui eſt caſus noſter, dum Bulla dicit ſimpliciter, *non fiat vltra duas generationes*; ſi verò lex, vel inueſtitura loquatur diſtinguendo
perſonam acquirentis ab eius deſcendentibus, velut ſi 123
dictum fuerit, *vſque ad ſecundam*, *vel tertiam ipſius generationem*, vel cum ſimili dictione, tunc quia nemo generat ſeipſum, primus acquirens non computatur, ſed ab eius filiis incipit prima generatio: hic autem non eſt caſus noſter, quia Bulla non loquitur cum tali, vel ſimili dictione; ita ergo Bartolum diſtinguentem refert, & ſequitur circumſcripta conſuetudine Bald. *in Auth. ſi quas ruinas*, *numero quarto*, vbi Caſtr. *in fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* idem Bald. *in l.*2. *numero* 8. 9. 10. vbi Salic. *columm.*2. & Iaſ. *numero* 203. *Cod. de iur. emphyt.* idem Bald. *in l. defuncto*, *numero* 1. 2. *Cod. ad Tertyll.* vbi inquit hoc eſſe de natura emphyteuſis Eccleſiaſticæ: idem Bald. *in addit. ad Specul. titul. de locat.* §. *nunc aliqua*, *verſicul. item in tertiam.* Aret. *in* §. *adeò*, *numero tertio*, *Inſtit. de locat.* Imol. *in l. quod dicitur*, *colum.*9. *verſ. aduerte*, vbi Alexand. *numero* 23. *ff. de verb. obligat.* Caſtr. *conſil.*338. *numero primo*, *verſ. ſed in emphyteuſi Eccleſiaſtica*, & *numero ſecundo*, *parte ſecunda.* Socin. *conſil.*25. *numero* 6. 7. *lib.*1. Corn. *conſil.*233. *numero quarto*, *lib.*4. Gozad. *conſil.*25. *numero* 8. 17. Ruin. *conſil.*101. *numero* 23. *lib.*2. Bellon. *conſil.*80. *numero* 6. 7. vbi teſtatur de communi, & indubitata opinione: Alexand. *conſil.*110. *numero* 18. *lib.*3. Curt. *in tract. de feud. parte* 3. *numero* 51. *verſic. ſecundò circa iſtam.* Ant. Gabr. *commun. concluſ. lib.*3. *tit. de iur. emphyt. concluſ.*4. *numero primo*, *in princ.* & *verſ. tenendo*, vbi teſtatur de magis communi. Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. lib.*22. *tit.*25. *numero* 2. 3. 4. & *numero* 20. *in fin.* vbi inquit, quod diſtinctio Bartoli optimè congruit, quando verbum generationis fuit pronunciatum, vt hic: pulchrè Verall. *deciſ.*18. *numero primo*, *part.*3. ſic etiam diſtinguit Ludouiſ. *deciſ.* 522. *num.*1. 2. Farinac. *deciſ.*305. *num.*1. *part.*1. vbi de magis communi: idem Farinac. *deciſ. poſthum.*282. *numero* 1. 2. 3. *part.*2. vbi ſequitur doctrinam Baldi: ad rem Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *cap.*53. *num.*1. *& ſeqq. & per totam*, vbi ait diſtinctionem Bartoli eſſe communem: pulchrè etiam Menoch. *conſil.*883 *numero* 3. *lib.*9. & *conſil.*1066. *num.*10. 11. *lib.*11. & quaſi per totum, vbi firmat dictam Bartoli diſtinctionem, adeò vt non ſit dubitandum, quin hæc ſit magis communis, & recepta DD. ſententia, quæ in caſu noſtro benè congruit, vbi Bulla Gregoriana dicit, *Dummodo emphyteuſis non fiat vltra duas generationes*; & ſic ſimpliciter loquitur, nec addit
dictionem, *ipſius*, vel ſimilem, quæ diſtinguat perſo- 124
nam primi acquirentis ab aliis generationibus, prout oportebat. Menoch. *d. conſ.*1066. *num.*10. 11. Mareſcot. *d. reſol.*53. *num.*1.

Si quæ ergo in contrarium faciunt, vt primus ſtipes cõputari non debeat, vel procedunt vbi diſpoſitio loquitur cum illa dictione, *ipſius*, ſcilicet ad ſecundam ipſius gene-
125 rationem. Farinac. *d. deciſ.*282. *num.*3. Ludouiſ. *d. deciſ.*522. *num.*1. Menoch. *d. conſil.*1066. *num.*1. vbi refert 29. DD. pro hac ſententia; vel procedunt in emphyteuſi priuatorum, non autem Eccleſiæ, vt per Bald. *in d. l. defuncto*, *num.*2. *C. ad Tertyl.* Caſtr. *d. conſil.*338. *ſub num.*1. *lib.*2. Gabriel *d. concluſ.*4. *num.*6. vel procedunt in caſu, quando dictum eſt vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem finitam: Gabriel *d. concluſ.*4. *num.*5. Farinac. *dict. deciſ.*305. *num.*2. *part.*1. Gratian. *diſcept.*88. *num.*28. *part.*1. ſecus vbi ſimpliciter fit conceſſio ad ſecundam, vel tertiam generationem. Veral. *d. deciſ.*18. *num.*1. *part.*1. Menoch. *d. conſ.*1066. *num.*10. 11.

126 Nec obſtat Clar. *in dict.* §. *emphyteuſis*, *quæſt.*34. vbi inquit nunquam ſibi placuiſſe Bartoli opinionem, quia nihilominus aſſeruit eam eſſe procul dubio veram, vt teſtatur Menoch. *dict. conſil.* 1066. *numero* 6. *in fin.* vbi etiam dicit in hoc parum eſſe deferendum Claro, contra quem ſanè extat vera, & communis DD. ſententia, vt vidimus.

127 Nihilominus in puncto quæſtionis, an locatio, vel emphyteuſis conceſſa vltra tempus permiſſum valeat ſaltem reſpectu temporis permiſſi, licèt DD. inter maxima adſit controuerſia, & hinc, & inde allegentur auctores grauiſſimi, & pro vtraque ſententia, tam affirmatiua, quàm negatiua adſit communis DD. ſententia, vt videre eſt apud Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*5. *tit.*5. vbi etiam ponit rationes vtriuſque partis, tamen in praxi præualet ſententia Bartoli, quod immò locatio, vel emphyteuſis facta pro longiori tempore, vel pro pluribus generationibus, quàm ſit permiſſum, in totum corruat, velut ſi locatio bonorum Eccleſiæ fiat vltra triennium, vel emphyteuſis vltra generationem permiſ-
128 ſam, velut hîc in perpetuum; tunc enim neque ſuſtinetur pro tempore permiſſo, propter formam in alienatione rerum Eccleſiæ ſeruandam; cùm enim forma ſit indiuidua, non permittit eius defectus actum pro parte
129 valere, & pro parte non, vt ſæpiùs cenſuit Rota Romana, quæ cùm ſententiam Bartoli pluries canonizauerit, vt videbimus, ampliùs hæc opinio non recipit difficultatem, & habetur pro indubitata, & communiſſima, & in praxi paſſim acceptatur. Sic ergo in primis ſenſit Bart. *in Auth. qui rem*, *num.*7. vbi Iaſ. *num.*21. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* idem Bart. *conſil.*159. *num.*8. *lib.*1. Bald. *in l. quæcumque*, *num.*2. *C. de bon. quæ liber.* Socin. *in l.*1. §. *ſed ſi mihi*, *ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l.*1. §. *ſi quis ita*, *num.*23. vbi Rip. *numero* 32. *ff. de verb. oblig.* Card. *in Clement.*1. §. *fin. in fine*, *de reb. Eccleſ. non alienand.* Lap. *allegat.*80. *num.* 2. *verſ. reſpondeo*, & *num.*4. *verſ. pro parte*, Prob. *ad Ioan. Monach. in c. vlt. num.*2. *de pœn. & remiſſ. lib.*6. Carroc. *de locat. ſub tit. de vſur. quæſt.*17. *C. de locat. inutili*, *num.*6. 7. vbi de communi, & magis communi. Ioan. Guttierez *in rep. l. nemo poteſt*, *num.*53. *de legat. primo*, veriorem dicit Couar. *var. reſol. lib.*2. *cap.*16. *num.*5. *verſ. tandem.* Alex. *conſil.*17. *num.*10. *lib.*4. & *conſ.*165. *num.*1. *verſ.*2. *adducitur*, *lib.*2. Purpur. *conſil.*340. *n.*7. Afflict. *deciſ.*107. *num.*2. vbi quod conſilium ita iudicauit, Caualcan. *deciſ.*43. *num.*6. *part* 1. & ſæpiſſimè ita tenuit Rota, vt videre eſt apud Garz. *tract. de benefic. part.*2. *cap.*1. *num.*55. 56. 57. 58. vbi etiam inquit quod hæc ſententia poteſt dici iam magis communis, cùm
130 Rota per ſe faciat communem opinionem. Rol. *conſil.*84. *num.*29. *lib.*1. vbi teſtatur de communi Plot. *conſ.*19. *numer.*62. 63. Calcan. *conſil.*125. *num.*23. Ioan. Neuiz. *conſ.*90. *num.*26. Mar. Anguiſ. *conſ.*99. *num.*6. Loffred. *conſ.* 3. *numero* 35. ſic etiam habetur apud Marcheſ. *de commiſſ. part.*1. *cap.*2. *num.*63. 64. *fol.*53. & ibidem Rota *deciſ.*11. *num.*1. 4. *fol.*106. & *deciſ.*12. *num.*1. *fol.*107. & *deciſ.*13. *numer.*1. 2. *fol.*109. Ricc. *in prax. de alienat. rerum Eccleſ. reſolut.*102. *num.*6. & *reſol.*104. *in princ.* & *reſolut.*106. *numero tertio*, *verſiculo ſecunda principalis.* Vbi inquit, quod cùm Rota teneat iſtam ſententiam, poteſt dici magis communis. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*5. *tit.*5. *numer.*21. & *num.*27. vbi hoc admittit, quando conceſſio eſt vnica, & non diſtributiua, vt hîc, vbi eſt in perpetuum, videndus Farinac. *deciſ.*30. *num.*3. *part.*1. & *deciſ. poſthum.*435. *num.*3. *part.*1. Prax. Archiepiſc. Neapol. *cap.*75. *num.*15. vbi inquit hoc in Rota Romana haberi pro indubitato, pulchrè Natt. *conſ.*162. *num.*8. *lib.*1. Franc. Becc. *conſil.*92. *num.*21. 22. Gratian. *diſcept.*715. *num.*16. *verſ. Iſta eſt*, *libr.*4. vbi teſtatur de communi, & veriſſima opinione à Rota approbata: idem Gratian. *diſcept.*905. *num.*10. *lib.*5. Mar. Anton. *lib.*1. *reſolut.*50. *num.*46. latè ſic etiam tenet Mareſcot. *var. reſolut. lib.*2. *cap.*25. *num.*8. 9. 10. *& ſeqq.* vbi oſtendit, quod ratione formæ actus eſt indiuiduus, & conſequenter vtile per inutile vitiatur, pulchrè etiam
ſic tenet Philiuc. *moral. part.*3. *tract.* 44. *cap.*2. *num.*11. 131
vbi etiam ad rem inquit, quod ſi Epiſcopus, qui tantùm poteſt concedere quadraginta dies Indulgentiæ, ſi centum pronunciet, nihil facit, vt etiam dixerat. Natt. *dict. conſil.* 162. *numero octauo*, & Afflict. *d. deciſ.*107. *ſub num.*3.

Et ad rem facit illud dictum, quod ſtante ſtatuto, vt
electio Conſiliariorum fiat ad annum, ſi fiat ad tres an- 132
nos, ſeu vltra annum, in totum erit nulla. Roman. *conſil.*66. *num.*2. Couar. *d. cap.*16. *num* 5. *verſ. deinde.* Redoan. *d. tract. quæſt.*58. *num.*37. Garz. *de benefic. d. part.*2. *capit.*1. *numero* 59. Mareſcot. *dict. reſolut.*25. *numero* 12. & ideo de hac ſententia Bartoli, vt conceſſio in totum annulletur, ſi fiat vltra tempus permiſſum, non eſt du-
bitandum, per tradita ab Afflict. *dict. deciſ.*107. *num.*2. 133
*verſ. maior pars dominorum*, & *numero* 3. 4. 5. & à Farinac. *deciſ. poſth.*435. *num.*3. 4. *part.*1. cum aliis concordantibus.

Nec obſtat diſtinctio aliquorum, qui pro concordia DD. in hac quæſtione diſcrepantium dicunt eſſe diſtinguendum inter contractum emphyteuticum ad generationes conuentum, & locationem ad tempus contractam, adeò vt in primo caſu emphyteuſis habeat locum opinio Baldi, in poſteriori verò locationis procedat ſententia Bartoli, & adducunt pro ratione diuerſitatis, quod in contractu emphyteutico tot ſunt conceſſiones, quot generationes, quod non poteſt dici de locatione ad longum tempus, cùm vna ſit tantùm locatio, nec poſſit congruè diſtingui ſine læſione contrahentium, vt apud Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.*58. *num.*39. 40. Carroc. *de locat. d. quæſt.*17. *de locat. inutili*, *num.*7. *verſ. limitatur.* Ricc. *in prax. d. reſo-*
*lut.*104. *numero quarto*, vbi alios allegat. Nam reſponde- 134
tur, quod hæc diſtinctio eſt falſa, & inepta, & contra iura aperta, quæ in totum annullant emphyteuſim Eccleſiaſticam vltra tempus permiſſum ſtipulatam, vt habetur *in* §. *emphyteuſim autem*, *il ſecundo*, vbi Angel. *in Authentic. de non alien. rebus Eccleſ.* ibi: *neque quod ſit habere aliquid pe- itus roboris ſinimus*; ad quem finem eum textum allegat Rota apud Farinac. *dict. deciſion.* 30. *numero* 3. *part.* 1. & Marcheſan. *d. deciſ.*13. *num.*2. *part.*1. *fol.*109.

Nec eſt verum, quod Bartolus *in d. Auth. qui rem*, *num.*7. 8. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* loquatur de locatione, quia apertis verbis loquitur de emphyteuſi, vt mirum videatur quomodo ſic mendosè legatur, & ſuſtineatur, propter quod inepta redditur diſtinctio, quia omnes alij DD. qui in hac controuerſia ſequuntur Bartolum, de emphyteuſi ſunt intelligendi, vt ab anteſignano ſuo non diſcrepent, dictum enim Doctoris debet intelligi iux-
ta doctrinas per eum allegatas: Gratian. *lib.*4. *diſc.*609. 135
*num.*28. Et ſanè idcirco Bartolus aliter non poteſt intelligi, quia non allegat niſi iura de emphyteuſi loquentia, & Baldus ipſe ita eum intelligit, vt velit dicere actum eſſe totaliter nullum.

Et quamvis Bartolus *in d. conſilio* 159. *num.*8. loquatur de locatione, tamen cùm ad firmandam ſuam ſenten-
tiam alleget iura, & leges tantùm, quæ de emphyteuſi 136

loquuntur, certum eſt eum non conſtituiſſe aliquam differentiam inter locationem, & emphyteuſim, adeò, vt diſtinctio, vti inepta ſit cenſenda, & reiicienda, ſiquidem tam Bartolus, quam Bald. *in dicta authentica, qui rem, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* loquuntur de emphyteuſi: ergo neutri eorum conuenit diſtinctio.

Vnde ſi DD. in hac materia de locatione etiam ſæpe loquuntur (promiſcuè enim de emphyteuſi, & locatione verba faciunt, vt teſtatur Tuſch. *pract. concluſ. littera L, concluſ.*406. *numero ſecundo.* Couar. *d. capit.* 16. *numero quinto, verſicul. Verùm*) ratio eſt, quia inter emphyteuſim, & locationem in hac materia non poteſt reddi congrua ratio differentiæ, & diuerſitatis, quia etiam in emphyteuſi ad plures generationes eſt vnicus contractus, ex quo ſingulis earum ius quæritur, & ea-
136 dem læſio poteſt contingere, tam in hoc contractu, quàm in locatione, vt bene inquit Couar. *var. reſolut. lib.*2. *cap.*16. *ſub num.*5. *verſ. Ego profectò*, vbi refellit hanc diſtinctionem. Mantic. *d. lib.*5. *tit.*5. *num.*27. *verſ. ſed Couaruuias.*

Et verè in extrauaganti *Ambitioſæ*, ita prohibetur emphyteuſis ſicut locatio vltra triennium cum eodem decreto irritanti, ideò quod dicitur de vna, debet etiam dici de altera, quia vna determinatio reſpiciens plura
137 determinabilia, debet ea æqualiter determinare, *l. iam hoc iure*, vbi DD. *ff. de vulg. ſubſtit. l. quamuis, C. de impuber.* Alex. *conſil.*50. *col.*1. *libr.*4. Crauet. *conſil.* 9. *numero* 27. & ratio illa, quod forma eſt indiuidua, ſuper qua ſe fundat Rota apud Farinac. *d. deciſ.* 30. *num.*4. *parte prima*, militat tam in emphyteuſi, quàm in locatione, cùm prædicta conſtitutio Paulina vtrique formam præſcribat, vt vidimus.

Quare concludendum eſt, non ſolùm locationem fa-
138 ctam vltra tempus permiſſum eſſe in totum nullam, Bart. *d. conſil.*159. *num.*8. *lib.*1. ſed etiam emphyteuſim ſtipulatam vltra generationem permiſſam, vt hic, in perpetuum, in totum vitiari, prout de emphyteuſi loquitur Bart. *in d. Auth. qui rem, num.*7.8. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi etiam Iaſ. *num.*21. idem tenet quoad bona Eccleſiæ, per textum vt ipſe inquit, inexpugnabilem, *in d. §. emphyteuſim*, vbi Ang. *in Auth. de non alien. rebus Eccleſ.* Afflict. *dict. deciſ.*107. *num.*2. & ſic etiam de locatione, & emphyteuſi loquitur Garz. *de benef. d. part.*2. *cap.*1. *num.*48. *verſ. Et eadem.* Farinac. *d. deciſ.*30. *num.*2. *verſ. vel in emphyteuſim*, & *num.*3. *verſ. cuius iudicium, part.*1. Mantic. *d. lib.*5. *tit.*5. *n.*18. 19.26.27. Franc. Becc. *d. conſil.*92. *num.*21. *verſ. ſecundò.* Marcheſ. *d. deciſ.*13. *num.*2. adeò vt ridiculum ſit diſtinguere inter locationem, & emphyteuſim, vbi tractatur de bonis Eccleſiæ, cùm Bartolus & Baldus anteſignani vtriuſque opinionis *in d. Auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* non diſtinguant, ſed vterque eorum loquitur expreſsè de emphyteuſi, licet vnus ſequatur opinionem affirmatiuam, alter negatiuam. Vnde cùm opinio Bartoli ſit magis communis, & à Rota canonizata, ab ea non eſt recedendum, vt ſatis vidimus.

Verumtamen ſi placet ſaluare opinionem Baldi, neceſſe eſt vt dicamus eam procedere quando contractus non eſt vnicus, neque vnica conceſſio; velut ſi dicatur locatio facta per tres annos, & poſtea per alios tres annos, vel emphyteuſis concedatur in ſecundam, & tertiam, vel quartam generationem, & ſic diſtributiuè cum diſtributione caſuum; & tunc quia tot videntur eſſe locationes, & conceſſiones, eas, ceſſante fraude, ſuſtinere pro tempore permiſſo non videtur abſurdum, ſecus eſt ſi conceſſio
139 ſit vniformis, & vnica, quæ vno contextu, & vnica oratione concludatur, vt hic emphyteuſis perpetua, quæ idcirco pro tempore permiſſo ſuſtineri non poteſt, ad textum *in d. §. emphyteuſim, in fin.* vbi Ang. *in Auth. de non alienand. rebus Eccleſiæ*, ſic diſtinguit: Imol. *in l. quod dicitur, in fin. verſ. Poſſet dicere, de verb. obligat.* quem ſequitur Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.*5. *tit.*5. *numero* 27. Tuſch. *littera L, concluſ.*409. *num.*3. Couar. *var. reſol. lib.*2. *cap.*16. *num.*5. *verſ. Verùm, verſ. tandem*, & *verſ. eadem ratione.* Quarant. *verbo alienatio, num.*18. *verſ. Hunc articulum, in fin.* Garz. *de benef. part.*2. *cap.*1. *num.*61.63.65.66. vbi etiam alios allegat: pulchrè etiam Franc. Becc. *conſil.*92. *num.*22. Philiuc. *d. tract.*44. *cap.*2. *n.*12. vbi perbellè loquitur.

Nec prædictis obſtat textus *in §. quod autem, verſ. Neque illud, in Auth. de non alienand. rebus Eccleſ.* de quo magnum feſtum facit Bald. *in d. Auth. ſi quas ruinas, numer.*3. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ad probandum, quod emphyteuſis ſuſtineatur pro tempore permiſſo, quia ille textus non ſatis probat intentionem Baldi, eò quod illic non agebatur de emphyteuſi conceſſa vltra generationem permiſſam, ſed de pacto eam renouandi, finita prima generatione, quod differt à propoſita quæſtione, quia in illa ſpecie remanet ipſa locatio, vel emphyteuſis valida, reiecto pacto à iure reprobato, & in fraudem legis
addito; ſic Baldum declarat Aret. *in l. quod dicitur, num.*9. 140
*verſ. & licèt, de verb. obligat.* Alex. *conſ.*165. *num.*7. *in fin. lib.*2. pulchrè Couar. *d. lib.*2. *cap.*16. *num.*5. *verſ. non obſtat*, vbi congruè reſpondet, & conſentit Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.*5. *tit.*5. *numer.*26. *verſ. ſed aduertendum*: pulchrè etiam Garz. *dict. tract. de benef. part.*2. *capit.*1. *num.*70. Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *cap.*25. *num.*20. vbi benè loquitur.

Denique eſto etiam, quòd vera ſit Baldi ſententia, tamen ea ſecundùm eius ſequaces intelligenda eſt, niſi ex probabilibus coniecturis æſtimari poſſit conductorem, ſeu emphyteutam, non fuiſſe conducturum rem pro minori tempore, quàm conuento; tunc enim locatio, vel emphyteuſis facta vltra tempus conceſſum, neque ſu-
ſtinetur quoad tempus permiſſum, velut ſi emphyteuta 141
dederit Eccleſiæ tempore contractus notabilem pecuniæ ſummam pro obtinenda emphyteuſi tam longa, vt hîc in perpetuum; tunc enim in totum eſt nulla, & infringitur etiam quoad tempus permiſſum: ſic probatur per textum *in l. Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de act. empt.* & *in l. cùm eiuſd.* & *l. ædiles, §. cùm autem, ff. de ædilit. edict.* & ſic diſtinguit Alex. *in l.*1. *§. ſed ſi mihi, num.*5. *verſ. ego puto*, vbi etiam Socin. & Alciat. *de verb. obligat.* idem Alex. *conſil.*17. *num.*11. *lib.*1. Redoan. *d. quæſt.*61. *num.*8. *verſ. diſting.* Couar. *d. cap.*16. *num.*5. *verſ. ſed præmiſſa.* Carroc. *de locat. d. quæſt.*17. *de locatione inutili, num.*8. Mantic. *d. tit.*5. *num.*27. *verſ. alio modo.* Lap. *d. allegat.*80. *num.*5. *verſ. nam conductor.* Tiraq. *de retract. lignag.* §.23. *gloſſ.*1. *num.*12.13. Quarant. *verb. alienatio, num.*18. *verſ. hunc articulum, in fin.* Farinac. *d. deciſ.*30. *num.*4. *verſ. cenſebatur.* Mareſcot. *d. lib.*2. *cap.*8. *num.*21. vbi multos allegat: pulchrè Ioan. Gutierrez *can. quæſtionum lib.*2. *cap.*13. *num.*11. vbi etiam inquit præſumendum eſſe, contrahentes non fuiſſe aliter contracturos, ſi alicuius eorum interſit contractum omni tempore, non pro minori durare, intereſſeque ſit conſiderabile, vt hic, vbi valde intereſt Vianis, quod emphyteuſis duret in perpetuum, non ad duas generationes tantùm.

Propterea in caſu noſtro, vbi Viani tradiderunt Monaſterio ducat. 600. tempore contractus, non eſt veriſimile fuiſſe contracturos ſic æquo animo, niſi emphyteuſis eſſet perpetua, vt conuentum fuit; magna eſt enim differentia inter emphyteuſim perpetuam, & quæ peruenire poteſt tantùm ad ſecundam generationem; & idem dici poteſt de ipſa Eccleſia. Tiraquell. *d. tract.* §.23.
*gloſſ.*1. *num.*13. Gutierrez *d. cap.*13. *num.*11. & ideò cùm 142
non poſſit in totum ſuſtineri, nec etiam valebit in parte, quia in factis contra legem ſi non valet quod ago vt ago, ne valet vt valere poteſt, vt inquit Bald. *in d. l. quæcumque, numero ſecundo, C. de bon. quæ liber.* vbi in propoſito noſtro benè loquitur.

Duodecimò, & vltimò non obſtat, quod fructus non 143
debeantur caſu, quo res dicatur malè alienata. Nam re-





ſpondetur id falſum eſſe, quia verius eſt, & receptius, quod ſi res Eccleſiæ malè alienata reuocetur, ſit reſtituenda vnà cum fructibus perceptis. Redoan. *de reb. Eccl. non alienand. quæſt.*76. *cap.*2. *num.*37. de communi teſtatur Guttier. *conſ.*18. *num.*71. Anchar. Iun. *quæſt.*52. *numer.*12. *part.*1. Layman. *moral. lib.*3. *tract.*4. *cap.*10. *numer.*4. *verſ. quod ſi rei.* Rota apud Marcheſan. *de commiſſ. part.*1. *cap.*2. *deciſ.*7. *num.*1. *fol.*104. Bonacin. *de contract. diſp.*3. *quæſt.*8. *punct.*4. *num.*12. *verſ. addo.* Mat. Anton. *var. reſol. lib.*1. *reſolut.*7. *num.*8. & quia de hoc ſatis vidimus, nihil vlteriùs addam.

Sed quoniam prædicta ſententia Authoris attentis iuribus ab ipſo allegatis, & rationibus optimè ponderatis, calculo Sacræ Rotæ Romanæ in duabus deciſionibus confirmata fuit; ideò cùm præſentes ad manus eſſent in hac editione, eas hîc ſubnectere ad maiorem rei claritatem opportunum viſum fuit: & ita ſequuntur.

## D E C I S I O

Sacræ Rotæ Romanæ, in cauſa Regienſi, prædij, coram R. P. D. Pirouano, concurrens in tertia inſtantia cum opinione D. Ciarlinij, præſentium controuerſiarum Authoris; eiuſque ſententiam de eodem prædio in controuerſia centeſima quinta latam confirmans.

*Veneris 9. Ianuarij 1637.*

DVæ emanarunt ſententiæ ad fauorem Patrum Sancti Auguſtini ſuper reintegratione ad poſſeſſionem prædij, de quo agitur, & nunc in tertia inſtantia idem quæritur: An ſcilicet Monaſterium ſit reintegrandum, quod affirmatiuè per Dominos fuit reſolutum.

Probantur enim requiſita in actione ſpolij intentata, nempè antiqua, & anterior Patrum poſſeſſio, & nouiſſima Pauli Æmilij rei conuenti, quæ ſunt neceſſaria huius iudicij poſſeſſorij, *c. ad Sedem, de reſtitution. ſpoliator.* Dec. *in c. bonæ, numero* 23. *in fin. de appellation.* Menoch. *in prælud. recuper. numero* 21. Afflict. *deciſ.*327. *numero ſecundo.* Seraphin. *deciſ.*31. *in princip.* & 1055. *num.*2.

Poſſeſſio monaſterij anterior concludenter probatur ex ipſo inſtrumento conceſſionis in emphyteuſim factæ cum fratribus poſſeſſoribus prædij controuerſi, *l. quædam mulier*, vbi Bald. per illum textum, *ff. de rei vendic.* Felin. *in c inter dilectos, num.*20. *de fide inſtrum.* Gabr. *d. loc. concluſ.*4. *num.*24. Rot. *deciſ.*1. *de fide inſtrument. in antiq.*116. *num.*3. coram Papa Gregorio XV. & 314. *num.*1 *part.*1. *diuerſ.* quæ etiam magis comprobatur per teſtes, qui fuerunt coloni monaſterij, concludentes de tempore quatuordecim annorum, antequam Viani intrarent in poſſeſſionem dicti prædij.

Nouiſſima autem, & ſeu recens poſſeſſio Viani ex ſola litis ſuſtentatione probatur: Verall. *deciſion.* 369. *parte ſecunda, deciſ.*362. *numero* 3. & 475. *num.*1. coram Papa Gregorio XV.

Non obſtat titulus conceſſionis in emphyteuſim, longæua poſſeſſio ſupra triginta annos, ab anno 1593. quo ſtipulata fuit conceſſio, & voluntaria Patrum huius prædij poſſeſſionis in Vianos tranſlatio contraria iudicio reintegrationis.

Quoniam tituli ſupradicti nullitas eſt patens deficiente beneplacito Apoſtolico, & cauſa neceſſitatis, aut vtilitatis, quæ in ſimul concurrere debent pro validitate alienationis, *cap.*1. *de rebus Eccleſ. non alienand. in* 6. *Clement.*1. *eodem tit.* Couar. *var. lib* 2. *cap.*17. *numer.* 2. Garz. *de benef. part.*12. *cap.*3. *num.*4. Rot. *deciſion.*160. *num.*1. & 170. *num.*1. *part.*2. *diuerſ.*119. *num.*12 *part.*1. *recent.* & 354. *num.*18. coram Papa Gregorio XV. quæ beneplaciti negatiua ex reuolutione actorum benè probatur, & ipſa cauſa neceſſitatis in ſupplicatione narrata non etiam probatur, ſcilicet quod prædium indigebat meliori cultura, quàm monaſterium facere non poterat, & quod fiebat pro ſoluendis debitis, & familiæ ſuſtentatione; quinimò ex teſtibus datis in ſummario, *num.*3. totum contrarium probatur, ſcilicet non indigere maiori cultura, ex quo non ſolùm pro ſcutis quinquaginta poſſet locari, ſed pro ſcutis 200. quorum atteſtationes manifeſtant damnum Eccleſiæ, & cauſæ narratæ errorem, quoniam contractus vtilis Eccleſiæ dici non poteſt, vbi maiorem vtilitatem monaſterium percipere potuiſſet. Abb. *in c. ad aures, num.*4. *de rebus Eccleſ. non alienand.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.*4. *numero ſeptimò, eodem tit.* & 360. *num.*5. *part.*1. *diuerſ.* Seraphin. *deciſ.*413. *num.*2.

Nec Viani contractum ſuſtinere poſſunt ex eo quod concurrat licentia alienandi conceſſa à Vicario Generali Religionis, cui licebat ex indulto Gregor. XIII. tribuente facultem eidem Vicario conſentiendi ſimilibus alienationibus.

Quia vltra quod conſtitutio prædicta non concedit facultatem dandi bona in emphyteuſim perpetuam, prout contingit in præſenti, ſed tantummodò ad ſecundam generationem, quæ ab anno 1593. prætenditur extincta quoad nominatos in inueſtitura, non etiam ſufficeret authoritas Vicarij, & licentia, deficiente cauſa, vt ſupra dictum eſt, quæ per ſolemnitatem ſuppleri non poteſt.

Poſſeſſio autem ſupra triginta annos cum obſeruantia, ex qua ſolet præſumi beneplacitum Apoſtolicum, Gabriel *conſil.*82. *numero* 30. *lib.*2. Seraphin. *deciſ.*1042. *numero ſecundo*, cum allegatis per addentes *ad deciſ.*343. *numero quinto*, coram Papa Gregorio XV. clarè, & apertè deficit à die inueſtituræ, quæ contigit de anno 1593. vſque ad annum 1614. quo lis mota fuit nomine monaſterij contra Vianos, nec vltra, & poſt litem motam deficiente obſeruantia computari poteſt. Seraphin. *deciſion.*381. *numero quatuordecimo, deciſ.*594. *numero quinto, parte prima recent. deciſion.*52. *numero ſecundo*, coram Papa Gregor. XV.

Demùm, etſi vera ſit concluſio, quod ei non competat remedium reintegrandæ, qui ex voluntario contractu cecidit à poſſeſſione, Socin. *in l. rem quæ nobis, numer.*8. *ff. de acquir. poſſ.* Afflict. *deciſ.*392. *num.*27. cum allegatis per Surd. *conſil.*49. *num.*3. & idem tenuit Rota *in Albiganenſi Capellæ*, 15. *May* 1592. *coram Cardin. Aragonio*, & *in Beneuentana ſpolij*, 10. *Martij*, & 16. *Iunij* 1614. *coram D. Cardinal. Veroſpio*: tamen quando, vt in præſenti, fuit actum nomine Monaſterij, & Eccleſiæ, ſemper agi poteſt remedio reintegrandæ, non obſtante contractu Prælati alienantis: Rot. *deciſione* 116. *numero primo*, & *quinto*, coram Papa Gregorio XV. maximè à Prælato ſucceſſore, vt *in Nicienſi contract.* 1. *Iulij* 1613. coram D. meo Decano, & latiùs comprobatur etiam ab eodem Prælato alienante *in Colimbricenſi* [illegible] *onior*[illegible]*m*, 10. *Decembris* 1631. coram D. meo D[illegible]. Et ita monaſterio ſolùm informante fuit reſolutum.

## DECISIO

### Sacræ Rotæ Romanæ, in eadem cauſa Regienſi, coram eodem R. P. Domino Pirouano.

*Veneris 6. Martij* 1637.

CEnſuerunt Domini ſtandum eſſe in deciſis 9. Ianuarij currentis anni 1637. quia requiſita in actione ſpolij intentati concludenter probantur, & nullitas tituli emptionis prædij per Vianos exhibiti eſt patens, deficiente ſolemnitate, & cauſa; quæ regulariter deſiderantur in alienatione bonorum Eccleſiæ, ex Conſtitutione Pauli II. *de reb. Eccleſ. non alienand. Clement. prima, eod. tit.* Seraphin. *deciſ.* 508. *num.* 1. cum aliis allegatis in deciſione, quæ reuideatur.

Neque dubitari poteſt de validitate ſententiarum ex eo quod proceſſus, ſuper quo emanarunt ſententiæ de partibus, nulliter peractus fuerit contra infantem citatum ad comparendum deputato curatore, non autem tutore, citatis tantùm vicinis, & omiſſis coniunctis, & affinibus illius, prout de iure requirebatur: Maranta *in prax. part.* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 56. Afflict. *deciſ.* 262. *num.* 2. Neuiz. *conſ.* 17. *num.* 21.

Quia iudicium per Patres inchoatum de anno 1614. & proſequutum de anno 1628. vnicum eſt iudicium, & non duo iudicia, quod patet, quia in proſequutione iudicij de dicto anno 1628. non fuit datus nouus libellus, ſed repetitus cum aliis actis contra Paulum Æmilium Vianum filium Chriſantis, filij alterius Pauli Æmilij, vnius ex primis acquirentibus, vt in ſummario Pauli Æmilij, *num.* 7. Vnde cum in primo iudicio fuerit citatus Alexander Vianus vnus ex primis acquirentibus in ſolidum pro ſe, & pro Paulo Æmilio Viano eius fratre, qui fuit Pater Chriſantis, & iſte Pater Pauli Æmili nunc poſſeſſoris conuenti, fruſtra contenditur de validitate iudicij, quod ſuſtinet contra Alexandrum primum acquirentem in ſolidum cum eius fratre Paulo Æmilio, & contra poſſeſſores continuatum, & nihilominus, cùm hodie non agatur de confirmatione ſententiarum, ſed de reintegratione, quæ dari poteſt etiam tanquam in prima inſtantia, propter clauſulam, *quam, & quas*, in reſcripto appellationis contentam, Seraphin. *deciſ.* 1241. *num.* 2. & *deciſ.* 546. *num.* 1. & *deciſ.* 781. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* viſum fuit non eſſe immorandum ſuper diſcuſſione nullitatis oppoſitæ, ſed agendum de validitate tituli conceſſionis in emphyteuſim, qui dicebatur in prima deciſione inualidus deficiente probatione beneplaciti Apoſtolici, & ſic ſolemnitatis, & etiam causâ vtilitatis, aut neceſſitatis, copulatiuè requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ.

Non obſtant igitur quæ replicantur ad probandum ſolemnitatem in huiuſmodi contractibus interueniſſe, tam vigore conſenſus, & approbationis Vicarij Generalis Ordinis, vigore Bullæ Gregorij XIII. 9. in Bullario antiquo, authoritatem indulgentis; quàm ex beneplacito Apoſtolico ex decurſu 30. annorum, & vltra præſumpto.

Quia quoad indultum impertiendi licentiam Monaſteriis ſuæ Religionis, cùm *in* §. 2. legatur limitatum ad duas generationes, vel nominationes, conceſſio verò facta fuerit Alexandro, & Paulo Æmilio fratribus Vianis pro ipſis, & eorum filiis maſculis, & legitimis, & deſcendentibus, ac ſucceſſoribus in perpetuum, ſatis patet non intrare approbationem perpetuam defectu poteſtatis, & eo minùs ſuſtineri licentiam intra duas generationes permiſſas in indulto, quia in hac materia vtile per inutile vitiatur, ſecundum opinionem, quam ſeruat Rota, quicquid alij tenuerint, vt *in Brixienſi Locationis, 5. Decembr.* 1590. quæ eſt 30. *parte* 1. *recent.* & *in Comenſ. locationis*, 20. *Martij* 1600. *Coram Card. Hieronymo Pamph. in Lerracinenſ. afflictus*, 27. *Iunij* 1627. *coram me*, & comprobant Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 55. Grat. *diſcept.* 905. *num.* 10.

De præſumpto autem beneplacito Apoſtolico ex ſolo temporis decurſu 30. annorum conſtare non videtur niſi concurrat inſimul obſeruantia. Seraphin. *deciſ.* 381. *numero* 14. *deciſ.* 69. *numero quinto, part.* 1. *recent. deciſ.* 52. *numero ſecundo*, coram Papa Gregorio XV. quæ obſeruantia defecit ex quo intra tempus 30. annorum, nempe à die alienationis, quæ contigit de anno 1593. de anno 1614. Patres litem conteſtati ſunt contra Vianos, & de inualida, & læſiua prædij alienatione reclamarunt.

Neque obſtant quæ deducuntur contra validam litis conteſtationem, & quod eadem ſiluerit, vſque ad annum 1628. quia hodie non eſt neceſſaria ſcrupuloſa indagatio ſuper validitate conteſtationis litis; cùm ſufficiat quælibet contradictio, aut reclamatio, etiam extraiudicialis, ad tollendam obſeruantiam, & acquieſcentiam, ex qua oritur præſumptio beneplaciti, vt plenè fuit firmatum in deciſionibus Meſſanenſ. tenimenti, ſeu feudi, primò coram Domino meo Veroſpio, 22. Iunij 1635. & deinde coram Domino meo Merlino, 15. Februarij 1636.

Et prædictis attentis, quamvis neceſſarium non ſit ingredi ſecundam diſputationem ſuper iuſtitia cauſæ alienationis, deficiente probatione ſolemnitatis propter neceſſitatem ſimultanei concurſus, vt ſuprà dictum fuit, attamen viſum etiam fuit ceſſare probationem cauſæ, vtilitatis, aut neceſſitatis alienationis prædij controuerſi.

Nam etſi emptores iuuari poſſint præſumptione iuſtæ cauſæ poſt obtentum beneplacitum, & executam ſententiam ſuper euidenti vtilitate, Seraph. *deciſ.* 671. *num.* 1. Mantic. *deciſ.* 101. *num.* 2. 649. *num.* 5. *part.* 1. 684. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* ita vt excipienti contra beneplacitum, & rem iudicatam executam incumbat onus probandi contrarium; circumſcripto tamen beneplacito, & re iudicata ſufficit Eccleſiæ ſe fundare in conſtitutione Pauli ſecundi annullante ſimiles venditiones, niſi requiſita ſolemnitatis, & cauſæ per emptores probentur, quæ probatio ex parte Viani concludi non poteſt ex ſola Patrum aſſertione, & Vicarij Generalis conſenſu, & auctoritate, deſumptis ex ipſo inſtrumento emphyteutico, niſi in actis iuſtificentur, ex quo nunciatiuæ vtilitatis, & neceſſitatis ſolent apponi ad obtinendum beneplacitum, non autem ad illud iuſtificandum, ſuper qua iuſtificatione probationes ſunt faciendæ, vt bene reſpondit Rota *deciſ.* 65. *numer.* 19. & 160. *num.* 7. *part.* 2. *diuerſ.* & 215. *num.* 4. *coram bon. mem. Card. Caual.* nec ſtatur aſſertioni alienantis, qui non poteſt fungi officio executoris approbando contractum. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.* 23. *num.* 13. & teſtes pro Patribus examinati, qui dati fuerunt, totaliter contradicunt aſſertioni prædictæ, & læſionem, ac damnum Eccleſiæ concludunt, quamvis ſufficiat Monaſterio, Vianos deficere in probatione beneplaciti, & in probatione cauſæ, abſque eo quod ſe fundent in propria probatione læſionis, & modicitate pretij locationis. Et ita, &c.

CAPVT



# CAPVT CVI.

## EPITOME.

Vaſſallus alienans feudum, ſaluo, ſeu accedente conſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo, an incidat in commiſſum, ſi actualiter, & verè tradat illius poſſeſſionem antequam Domini impetrauerit conſenſum.

## SVMMARIVM.

1 *Alienans, & tradens feudum ſaluo aſſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo, non cadit in commiſſum.*
2 *Feudum alienatum, ſi Dominus conſenſerit, non fit caducum.*
3 *Inueſtitura habetur pro facta, ſi denegetur ſine cauſa.*
4 *Clauſula,* & non aliter, nec alio modo, *quid importet.*
5 *Conſuetudo debet probari per veras probationes.*
6 *Conſuetudo quid requirat, vt probata dicatur.*
7 *Caducitas vt euitetur, ſententia magis benigna eſt ſequenda.*
8 *Feudum amittitur ſi alienetur irrequiſito domino.*
9 *Ignorantia iuris an excuſet alienantes feudum ſine licentia Domini.*
10 *Feudi alienatio eſt perfecta traditione ſubſecuta.*
11 *Feudum ſatis dicitur alienatum facta traditione.*
12 *Alienans feudum ſaluo iure, vel aſſenſu Domini, incidit in commiſſum facta traditione.*
13 *Proteſtatio contraria facto nihil releuat.*
14 *Mentita,* ſaluo honore tuo, *non tollit iniuriam.*
15 *Feudum alienans cadit ab eo, reſeruato etiam aſſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo.*
16 *Alienatio feudi requirit licentiam Domini ante factum, vel in ipſo facto.*
17 *Clauſula,* Et non aliter, nec alio modo, *in præiudicialibus nihil iuuat.*
18 *Feudi traditio ſine conſenſu Domini facit ſemper conditionem Domini deteriorem.*
19 *Traditio temporalis eſt cauſa caducitatis feudi.*
20 *Feudum per traditionem fictam an fiat caducum.*
21 *Alienans bona Eccleſiæ ſaluo aſſenſu Papæ, & non aliter, nec alio modo, ſi tradat ante aſſenſum, incidit in cenſuras.*
22 *Alienandi bona Eccleſiarum praxis qualiter, & quo caſu bene procedat.*
23 *Colonus non ſibi, ſed Domino poſſidet.*
24 *Feudi alienatio minùs eſt prohibita, quàm eius poſſeſſionis tranſlatio.*
25 *Licentia non præſumitur, quia eſt quid facti.*
26 *Iudex non tenetur in aliquo foro, ſi iudicat ſecundum communem ſententiam.*
27 *Iudici eſt liberum ſequi quam vult opinionem, ſi non conſtat, quænam ſit magis communis.*
28 *Opinionem probabilem, vel probabiliorem an ſequi debeat Iudex.*
29 *Opinio communis non eſt ſequenda, ſi rationibus conuincatur.*
30 *Feudum qua ratione probibeatur alienari.*
31 *Vaſſallus tradendo poſſeſſionem feudi facit totum, quod poteſt.*
32 *Ratione vna ceſſante non ceſſat lex, ſi altera vigeat.*
33 *Clauſula,* & non aliter, nec alio modo, *eſt eluſoria, ſecuta traditione.*
34 *Vaſſallus non poteſt præiudicare Domino.*
35 *Proteſtatio non pendens à voluntate proteſtantis, nihil operatur.*
36 *Proteſtatio in præiudicium alterius nihil iuuat.*
37 *Alienare feudum ſine licentia Domini eſt contra iuramentum fidelitatis.*
38 *Traditio eſt quid facti.*
39 *Proteſtatio non excuſat à delicto.*
40 *Subtilitates verborum non excuſant in re fraudulenta.*
41 *Clauſulæ inſolitæ augent ſuſpicionem.*
42 *Cautela abundantior eſt ſignum fraudis.*
43 *Dominus vexatur expenſis ſi velit recuperare feudum alienatum.*
44 *Proteſtatio parti non intimata nihil prodeſt.*
45 *Proteſtatio tollitur per actus contrarios.*
46 *Proteſtatio quando ſit repetenda in omnibus actibus.*
47 *Participium futuri temporis reſoluitur per eius verbum.*
48 *Proteſtationem quando dereliquiſſe cenſeatur proteſtans.*
49 *Alienans feudum ſaluo aſſenſu Domini, tradendo recedit à proteſtatione.*
50 *Opinio communis DD. vnde cognoſcatur.*
51 *Æquitas ficta eſt duplex iniquitas.*
52 *Lex, Rex, & grex offenduntur relaxato iuris rigore.*
53 *Feudum amittitur, ſi ex traditione Dominus lædatur.*
54 *Præiudicium Domini in alienatione feudi quomodo conſideretur.*
55 *Damnificatur Dominus, ſi emptor feudi ſine eius aſſenſu illius intret tenutam.*
56 *Feudi traditio quos effectus efficiat.*
57 *Aſinina detentio quid operetur.*
58 *Poſſeſſor aſinarius habet beneficium manutentionis.*
59 *Poſſeſſorem expellere graue eſt incommodum.*
60 *Feudi venditor debet denunciare Domino conditiones venditionis, & ad quem finem.*
61 *Feudi Dominus poteſt redimere feudum pro eodem pretio ab altero oblato.*
62 *Dominus feudi non tenetur ſtare colono.*
63 *Feudi Dominus quare ſit requirendus, antequam emptor inducatur in poſſeſſionem.*
64 *Feudi Maſenzatici conſuetudo eſt vt ſoluatur laudemium.*
65 *Laudemium non debetur de iure communi in alienatione feudi.*
66 *Laudemium quare ſoluatur in alienatione feudi.*
67 *Laudemij ſoluendi onus ſpectat ad emptorem.*
68 *Legum diſpoſitio non debet reddi eluſoria.*
69 *Vaſſallus occultans longo tempore alienationem, cadit à feudo.*
70 *Vaſſallus alienans quid facere debeat.*
71 *Vaſſallus alienans feudum cadit ab eo, etiamſi illud recuperauit.*
72 *Laudemij oblatio quando liberet vaſſallum à caducitate.*
73 *Vaſſallus ſucceſſor habet annum & diem ad petendam inueſtituram.*
74 *Domini conſenſus, ſi non poſſit haberi pro inueſtitura, an vaſſallus liberetur à caducitate.*
75 *Vaſſallus litigans cum Domino ſuper feudo, cadit ab eo, & quando.*
76 *Quæ differunt per plus, & minus, non differunt ſpecie.*
77 *Feudum non poteſt alienari in perſonam litigioſam.*
78 *Feudi alienatio in potentiorem facit locum caducitati.*
79 *Potentior quis dicatur in alienatione feudi.*
80 *Vaſſallus tradens feudum, & pretium recipiens ante conſenſum Domini non poteſt euitare caducitatem.*
81 *Pretij receptio facit recedere à conditione venditionis.*
82 *Feudum eſt contractus ſtricti iuris.*
83 *Conſuetudo feudi Maſenzatici, vt ſoluatur laudemium ante traditionem poſſeſſionis.*
84 *Obſeruantia in omni materia eſt attendenda.*
85 *Obſeruantia maximè attenditur in feudis.*

86 *Feudum Maſenzatici poteſt alienari etiam in præiudicium agnatorum vocatorum.*
87 *Contractus ab obſeruantia interpretationem recipiunt.*
88 *Conſuetudo iuris inductiua quomodo probetur.*
89 *Conſuetudo iuris interpretatiua qualiter probetur.*
90 *Obſeruantia quomodo inducatur.*
91 *Obſeruantia inducitur etiam minori ſpatio decem annorum, & per duos, vel tres actus vniformes.*
92 *Poſſeſſio tradita per conſtitutum tantùm non facit vaſſallum alienantem incidere in commiſſum.*
94 *Venditio conditionalis ſequuta traditione ſtatim eſt perfecta.*
95 *Vendens ſub conditione, & tradens non poteſt pœnitere.*
96 *Conſuetudo interpretatiua non requirit aliquam præſcriptionem.*
97 *Vaſſallus alienans cadit à feudo ipſo iure, & ſine ſententia.*
98 *Eccleſia poteſt immediatè inueſtire alium de feudo alienato.*
99 *Iudex de notorio poteſt ſe in cubiculo informare.*
100 *Feudum ex pacto, & prouidentia poteſt alienari ex conſuetudine.*
101 *Feudum poteſt alienari in præiudicium agnatorum, ex conſuetudine.*
102 *Feudi natura quæ ſit, mos regionis demonſtrat.*
103 *Obſeruantia quomodo probetur.*
104 *Iniuria non dicitur ſi proferatur in perſonam incertam.*
105 *Copula cadit inter diuerſa.*
106 *Iniuria ſine dolo, & ſine animo iniuriandi non infertur.*
107 *Iniuria non præſumitur illata ſine cauſa.*


Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1634. ſub die 20. Decembris, Andreas de Ferretis vendidit, & tradidit perilluſtr. D. Ioanni de Scaltritis vnam petiam terræ feudalem Menſæ Epiſcopalis Regij in feudo Maſenzatici pro pretio inter eos conuento, quod totum fuit exburſatum, cum clauſula tamen, *Accedente conſenſu D. Epiſcopi, & non alias, aliter, nec alio modo*, & cum ſolitis clauſulis conſtituti, & precarij, & cum pacto, quòd ſolutio laudemij ſpectet ad venditorem, & emptorem æqualiter pro dimidia, vt in inſtrumento deſuper confecto, ad quod, &c. Diſtulit autem emptor conſenſum, & inueſtituram petere, & interim ſe geſſit pro Domino dictæ terræ, actualem eius poſſeſſionem accipiendo, & fructus illius percipiendo, vt ſatis conſtat ex teſtibus, & eius cõfeſſione, donec ſub die 9. Iunij 1635. D. Procurator dictæ Menſæ declarauit eum cecidiſſe à commodo dicti feudi ſic alienati ſine conſenſu Domini, & petiit eius declarationem confirmari. Contra verò D. Scaltritus negauit eſſe locum alicui deuolutioni, quia reſeruatus fuit Domini directi aſſenſus, obtulitque debitum laudemium, & petiit inueſtituram cum proteſtatione, quod habeatur pro facta, & factis replicationibus, & variis probationibus, & hinc inde multis allegatis quæſitum fuit, quid de iure ſit cenſendum.

Et ſanè videbatur reſoluendum ad fauorem dicti Scaltriti contra caducitatem, quia licèt variæ ſint DD. opiniones, an alienans feudum ſine conſenſu Domini cadat à iure ſuo, tamen allegabatur pro indubitato haberi, quod ſi feudum, vel emphyteuſis alienetur, ſaluo conſenſu Domini, vel accedente conſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo, non cadere in commiſſum, etiamſi ſequuta fuerit vera, & actualis rei traditio, quando non eſt res difficilis recuperationis, velut Caſtrum munitum, vel acqui-
1 rens non eſt Domino potérior, quia talis proteſtatio geminata excuſat vaſſallum à pœna, & facit actum conditionalem adeò, vt ſi deſit Domini conſenſus, totus contractus reſoluatur, ac ſi nihil factum fuiſſet, vt per Bald. *in cap. 1. §. fin. num. 5.* vbi DD *quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. in vſib. feud.* & *in cap. Cumana, num. 9. de elect.* Præpoſit. *in c. Imperialem, num. 6.* vbi Aluar. *num. 15.* Afflict. *num. 25. de probib. feud. alien. per Frider.* Abb. *in cap. 2. num. 10. de feud.* Ial. *in l. fin. num. 142. 143. C. de iur. emph.* Rip. *in c. cùm M. Ferrarienſ. num. 82. de conſtit.* pulchrè Curt. Sen. *conſ. 8. num. 3. 4. & per totum*, Cephal. *conſ. 188. num. 9.* Clar. *in §. feudum, quæſt. 31. num. 5. verſ. benè.* Graſſ. *comm. opin. libr. 2. cap. 2. quæſt. 17.* vbi de communi teſtatur. Burſat. *conſil. 26. num. 1. lib. 1.* Simon. de Pret. *de interpret. vlt. vol. interpret. 1. dub. 3. col. 4. num. 25. ad fin.* latè Menoch. *concluſ. 38. num. 21. 36. & per totum, lib. 1.* Petr. *de fideicom. quæſt. 8. ſub num. 17. 18. 19.* qui teſtatur communi. Tuſch. *littera E, concluſ. 207. num. 86. 87.* & *littera F, concluſ. 193. num. 47.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt. 79 cap. 8. num. 16.* latè Corbul. *tract. de cauſ. priuil. emph. tit. de cauſ. priuat. ob alien. limit. 37. per totam*: latè Gaſpar. Ant. Theſ. *qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 53. num. 2.* Marth. *tract. de clauſ. part. 1. clauſ. 74. num. 1. & ſeqq.* & *voto 295. num. 2. & per totum.* Marin. Freccia *comment. feudal. lib. 2. de auth. & poteſt. Baron. auth. 1. num. 23. 24. 25.* Schrader. *de feud. part. 9. cap. 1. num. 21. verſ. hoc tamen*, vbi multos allegat, latè Roſental. *eod. tract. cap. 9. membr. 1. concluſ. 61. num. 1. 2.* qui alios adducit. Cald. *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 5. num. 33. 34. 35.* Gratian. *diſc. for. 633. num. 27. & ſeqq.* & *diſc. 949. num. 14.* vbi perbellè loquitur. Cyriac. *controuerſ. 314. num. 18. lib. 2.* latè Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap. 78. num. 2. & per totum*; & propterea videtur, quod cùm dictus D. Scaltritus pendente proceſſu petierit inue-
ſtituram cum oblatione laudemij, licèt non fuerit con- 2
ceſſa, tamen habeatur pro facta, vt per Surd. *conſil. 38. num. 74. lib. 3.*

Et Doctores, qui hanc partem tuentur, vim ſuam, &
pondus ponunt in illa clauſula, *& non aliter, nec alio modo*; 3
quæ ſic geminata eſt valde præciſa. Marcheſan. *de commiſſ. part. 1. cap. 2. num. 88. fol. 58.* Farinac. *deciſ. poſth. 422. num. 2. 3. in fin part. 2.* & importat conditionem ſuſpenſi-
uam, & formam, qua non impleta ceſſat actus perinde, ac 4
ſi nihil geſtum fuiſſet. Rota *diuerſ. deciſ. 446. num. 5. par. 1.* Marcheſan. *d. loco, num. 90. in fin.* Gratian. *d. diſcept. 949. num. 7. 8.* Cyriac. *controuerſ. 110. num. 4. lib. 1.* Farinac. *in recent. deciſion. 115. num. 6. part. 1.* & *deciſ. 286. numer. 2. part. 2.*

Nec videtur obſtare allegata conſuetudo pro parte Menſæ Epiſcopalis, vt ſcilicet non obſtante dicta clauſula, ſoleat ſemper ante apprehenſionem poſſeſſionis peti inueſtitura, & ſolui pro laudemio decima pars pretij rei venditæ, & pro recognitione vnum par caponum, quia
ex aduerſo dicebatur dictam conſuetudinem non fuiſſe 5
plenè probatam provt requiritur per veras probationes: Rol. *conſ. 53. num. 31. 32. lib. 2.* Seraphin. *deciſ. 1159. num. 1.* quoniam oportet docere de vſu populi, de frequentia actuum, & de diuturnitate temporis, alioquin non
dicitur probata conſuetudo. Alex. *conſ. 136. num. 17. verſ.* 6
*quinimò*, & *conſil. 196. numer. 14. lib. 2.* Decian. *conſil. 483. numer. 25. & ſequent.* & *conſil. 315. ſub numer. 2.* Rol. *conſil. 43. numero 12. libr. 4.* Mazzol. *conſil. 118. numero 57.* quæ hic non fuiſſe verificata ſupponit D. Scaltritus im-
pugnando dicta teſtium variis modis, vnde hanc par- 7
tem benigniorem eſſe amplexandam ad euitandum pœnam caducitatis videbatur dicendum per ea, quæ tradit Theſaur. *qq. forenſ. libro primo, quæſtion. 53. ſub numero ſexto.*

His tamen non obſtantibus de iure eſſe cenſui locum eſſe caducitati, & illam eſſe confirmandam, ſiquidem aperta ſunt iura, quæ prohibent rei faudalis alienationem, non requiſito Domino, ſiue in totum, ſiue in parte, adeò vt
venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti 8
fuerint contraxiſſe, feudum amittant, vt inquit textus *in c. Imperialem, §. callidis*, vbi Afflict. Iſern. & DD. *de prohib. feud. alienat. per Frideric. in vſib. feud.* & *in cap. 1. §. ſi vaſſallus*, vbi quod venditor pretio etiã carere debet, & ibi Bald. & DD. *quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* & *c. 1. §. ſi quis miles, de feud. ſine culpa non amittend. c. vnic. de vaſſall. qui contra conſtit. Lothar. Regis beneſ. alien.* Socin. *conſil. 86. num. 7. 8. lib. 1.* Schrader. *tract. de feud. part. 9. cap. 1. num. 14. 15.* vbi inquit etiam quod hoc caſu milites, mulieres, & ruſticos ignorantia iuris non excuſat. Tuſch. *littera F, concluſ. 193.*
9 *num. 1. 2. 3. & ſeqq.* Roſental. *de feud. part. 1. cap. 9. concluſ. 1. num. 1. 2.* in quo animaduertendum eſt in hoc propoſito, perfectam dici venditionem ad effectum caducitatis incurrendæ, quando ſequuta eſt rei traditio, aliàs ſecus. Tuſch. *d. lit. F, concl. 193. n. 41.* latiſſimè Schrader. *de feud. part. 9. d. cap. 1. num. 32.* vbi infinitos congerit Rimin. Iun.
10 *conſ. 285. num. 12. 13. 14. & ſeqq.* Marin. Frec. *de feud. lib. 2. de auth. Baron. erga ſubfeud. auth. 1. num. 6. verſ. ſecundùm.* Roſental. *d. tract. cap. 6. concl. 12. num. 3.* etenim in hac materia ſola traditio poſſeſſionis dicitur alienatio, & delictum, & totum facit, quia in emptorem transfert ſal-
11 tem quandam aſininam detentionem, vt per Bald. *conſilio 9. num. 1. verſ. reſpondeo, lib. 1.* Burſat. *conſ. 254. num. 18. lib. 3.* Roſental. *dict. concluſ. 12. num. 2. 3.* Mar. Antonin. *reſol. 62. num. 7. lib. 1.*

Quæ adeò vera ſunt, vt etiamſi alienans feudum dixerit ſe id facere, ſaluo iure Domini, vel eius accedente conſenſu, vel cum ſimili conditione, adhuc non poſſit
12 euitare pœnam caducitatis, ſi deuenit ad actualem rei traditionem, quia proteſtatio eſt contraria facto. Bald. *in d. cap. 1. §. fin. num. 5.* vbi Laudenſ. *num. 20.* Præpoſ. *num. 4.* & DD. *quæ fuit prima cauſ. ben. amitt.* Butr. Hoſt. Card. Inn. & alij *in c. eam te, de iureiur.* Bald. *conſ. 188. num. 1. verſ. modò ita, lib 3.* Grammat. *deciſ. 49. num. 3.* Rol. *conſ. 51. num. 28. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 2. num. 30. 32.* pulchrè Riminald. Iun. *conſil. 285. num. 27. 28. 29. & ſeqq.* latè Corbul. *de cauſ priu emph. tit. de cauſ. ob alienat. ampl. 31. per totam.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 79. cap. 8. num. 17.* & *cap. 9. num. 42. verſ. vbi dicit.* Clar. *in §. feudum, quæſt. 31. n. 5.* Gratian. *diſc. 633. num. 19. lib. 4.* Scrader. *de feud. part. 9. capit. 1. num. 20. 21.* Roſent. *eod. tract. cap. 9. concl. 61. num. 7. 8.* Caldas *de iur. emphyt. lib. 4. cap. 6. num. 32.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 8. punct. 2. ſub num. 31.* & *punct. 3. num. 4.* qui vno ore concludunt huiuſmodi proteſtationes nihil releuare alienantem, ſicut nihil profuit illi infelici, quem
13 quidam Seneſcallus ſuſpendere fecit, ſaluo iure ipſius, vt inquit Corbul. *d. tract. de cauſ. priuileg. emphyt. tit. de cauſ. priu. ob alienat. ampl. 31. numer. 2. verſ. vel ſicut*; vbi loquitur etiam de illo, qui dicit alteri: *Tu mentiris*
4 *ſaluo honore tuo*; nam talis proteſtatio non tollit iniuriam.

Et licèt multi opinati ſint, hæc non procedere quando adiecta eſt clauſula illa geminata: *Et non aliter, nec*
15 *alio modo*, vt vidimus, nihilominus verior, & magis communis eſt DD. ſententia, quod vaſſallus, & emphyteuta alienans feudum, vel emphyteuſim reſeruato conſenſu Domini, vel eius accedente conſenſu, & non alias, nec alio modo, ſeu cum alia conditione ſuſpenſiua, ſi deueniat ad actualem rei traditionem Domino irrequiſito, cadat à commodo rei feudalis, & feudum aperiatur Domino, quia talis alienatio cenſetur fraudulenta & clandeſtina, cùm non fuerit Domino denunciata, & talis proteſtatio tanquam verbalis, & facto contraria non releuat, etiamſi non inferatur præiudicium Domino, eo quod res ſit facilis ad recuperandum, quia conſideratur contemptus Domini, dum ſine eius conſenſu deuenitur ad actum traditionis, quæ eſt facti, quod præua-
16 let verbis cautelosis; ita ſentire videtur Bald. *in l. vnic. num. 5. 6. C. de his, quæ pœn. nomine*, vbi inquit, quod hæc proteſtatio non releuat, quia ante factum, vel in ipſo facto requiritur licentia Domini; & quia tradito eſt facti, ſic factum eſt contrarium proteſtationi: & quando de facto eſt cogitatum, proteſtatio non excuſat delictum: & in idem conſentire videtur idem Bald. *in capit. ex parte, num. 23. in fin. de confeſſ.* vbi inquit quod illa verba: *Et non aliter, nec alio modo*; quæ apponuntur ad cautelam, non proſunt, quia in præiudicialibus non valet proteſtatio: & hanc ſententiam tenet; & defen-
dit Iaſ. *in l. non ſolùm, §. morte, num. 27. verſ. iſta limitatio*, 17
vbi allegat multas rationes, & ibidem Rub. *num. 649.* teſtatur de communi, *ff. de nou. oper. nunt.* pulchrè etiam hoc firmat Bero. *in c. potuit, num. 25. verſ. ſed in vtroque, de locat. & conduct.* vbi volunt hanc opinionem procedere ſiue clauſula, *& non aliter*, ſit geminata, ſiue non: benè quoque Dec. *conſ. 160. num. 4. verſ. præterea*, vbi teſtatur de vera, & communi opinione, & dicit ab ea in iudicando non eſſe recedendum: & ita iudicatum fuiſſe per ſacrum Conſilium teſtatur Thom. Grammatic. *deciſ. 40. num. 5. in fin.* & ita tenet Alciat. *conſil. 167. num. 2. lib. 5.* aliàs *conſ. 753. num. 2.* vbi inquit etiam quod Doctores in practica ſequi ſolent hanc opinionem. Paul. Pic. *in cap. 1. §. aut libellario, num. 24. in 16. lim. quib. mod. feud. amitt.* pulchrè etiam Bero. *conſ. 120. num. 4. 5. 6. lib. 1.* vbi pro hac ſententia multas adducit rationes: benè etiam Durand. *de art. teſt. tit. 6. de leg. cautel. 46. num. 2. 3.* & idem ſentire videtur Cæpol. *tract. cautel. 22. num. 1. verſ. vnde*, dum inquit alteram opinionem non videri tutam; & poſt Curt. *conſ. 8. per totum*, inquit Pariſ. *conſ. 86. num. 4. lib. 4.*
vbi inquit dictam clauſulam, *nec alio modo*, nihil operari 18
quoad effectum caducitatis, ſi deuentum eſt ad rei traditionem. Cephal. *conſ. 223. num. 8.* vbi inquit, quod res eſt indubitata, quia ex traditione indiſtinctè conditio Domini fit deterior. Socin. *in tr. reg. verb. vaſſallus, reg. 434. n. 2.* & nobiſcum ſentit Menoch. *conſ. 38. n. 36.* vbi inquit, quod hęc proteſtatio eſt eluſoria, quãdo deuenitur ad actũ traditionis actualis, licèt enim ſcribat pro altera opinione, loquitur quando ſolùm per conſtitutum, non autem realiter tranſlata eſt poſſeſſio: & ad rem facit Borgn. *deciſ. 8. num. 22. in fin. part. 1.* vbi intelligit Doctores ex aduerſo allegatos, quando non eſt facta vera, & corpo-
ralis traditio: idem ſentit And. Fachin. *contron. iur. lib. 7.* 19
*cap. 85. per totum*, vbi iſtas cautelas nihil prodeſſe docet, & poſt Marth. Vveſemb. *conſ. 78.* bene ſic cenſuit Burſat. *conſ. 444. num. 2. lib. 4.* vbi alios allegat, & inquit, quod ſequuta effectuali traditione rei obnoxiæ, non obſtantibus quibuſcumque clauſulis, ſeu verborum proteſtatione, caducati ſemper locum fieri, & iudicauit, & ex communiori in praxi ſeruari vidit; & idem Burſat. *conſ. 254. num. 20. lib. 3.* vbi multos allegat, & dicit, quod in forenſi iudicio continuè ita obſeruari vidit: ſic etiam Riminald. Iun. *conſ. 285. num. 44. 45. vſque ad num. 59. lib. 3.* vbi multos allegat, & multas adducit rationes, & conſtat eum tenere hanc ſententiam vltimo loco relatam, quia ſub *num. 63. verſic. & tamen*, inquit ſe in eo caſu concluſiſſe pro caducitate, & poſt Burſat. *conſ. 181. numer. 12. verſ. nam cùm ſit, lib. 2.* vbi quod vidit ita in praxi ſeruari; tenet etiam Anchar. Iun. *quæſt. 82. num. 15. 16. part. 3.* teſtatur etiam Franch. *deciſ. 267. num. 1. verſ. quinimò*, & *num. 2.* Sacrum Conſilium ita iudicaſſe: ad rem ſic etiam tenet, & diſtinguendum ita eſſe in caſu noſtro dicit Carroc. *de locat. & conduct. part. 2. tit de iur. emph. in princ. q. princ. num. 15.* vbi dicit, quod ſi concurrit alienatio actualis & realis, & aſſignatio, etiamſi adſit reſeruatio cum clauſulis ſuperius annotatis, nihilominus inuenitur caducitas, quia traditio, & ſic factum præ-
ponderat verbis, & videtur teſtari de magis communi
pulcrè Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ. 388. num. 9. ad fin.* vbi 20
inquit, quod illa clauſula, *& non aliter*, &c. non præſeruat à caducitate, quando deuentum fuit ad actualem traditionem, ſed tantùm, quando ficta eſt traditio per clauſulam conſtituti, aut alium ſimilem modum fictum, & quod Rota ita iudicauit *in vna Imolenſ. bonorum, 18. Iunij 1629. coram Coccino*, & hanc quoque ſententiam tenet Octauian. Vulpel. *conſilio 131. numero 4. 5.* ad rem videndus eſt Borell. *in ſumm. deciſ. part. 1. de feud. tit. 35. num. 43. 45. 49.* vbi multos allegat, & recenſet opiniones, & hanc ſententiam ſequitur Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. part. 1. de alienat. rer. Eccleſ. reſol. 35. num. 2. verſ. in contrarium.* Prax. Archiepiſcop. Neapol. *cap. 52. num. 1.*

num.1.verſ.in contrarium.Bertaz. d. tract. clauſ.14.gloſſ.6.
num.7.8. vbi licèt dubiam opinionem appellet, tamen
dicit,quod hæc procul dubio videtur verior, & commu-
nior, vt non releuent dicta verba, *& non aliter, nec alio
modo*, facta actuali traditione; & inquit etiam non dari
cautelam, vt verbis poſſit impediri caducitas, ſi traditio
fiat: & pulchrè etiam ſic tenet Mar. Anton. var. reſolut.
lib.1. reſol.62. num.5. vbi in ſpecie defendit, quod iſta
clauſula, *Non aliàs, nec alio modo*, non excuſat à cadu-
citate, quia ex actuali traditione receſſum cenſetur à
proteſtatione; & ſubiungit, quod ſi admitteretur talis
cautelosa clauſula,facilè interuerterentur iura, & poſſeſ-
ſio Eccleſiarum,eaque bona breui tempore amitterentur:
ex quibus apparet hanc opinionem eſſe veram, commu-
nem, & in praxi receptam.

Et huic ſimile eſt, quod quæritur de alienante bona
Eccleſiæ,ſaluo aſſenſu Papæ,& nõ aliter,nec alio modo,
an incidat in cenſuras, ſi ante aſſenſum tradat rei poſſeſ-
21 ſionem. Nam licèt multi negatiuè concludant, vt apud
Tuſch.littera C,concluſ.310.num.4.5.& litt.F,concluſ.193.
num.47.Marcheſan.de commiſſ.par.1.cap.2.num.89.fol.59.
tamen verius, & receptius cenſetur eſſe quod non ob-
ſtante dicta clauſula incidat in cenſuras,& pœnas Extra-
uagantis Ambitioſæ, vt poſt Nauar. conſ.1.de reb.Eccleſ.
non alien.& Gonzal ad reg.Cancell.gl.12.num.79. pulchrè
inquit Prax.Archiep.Neap.cap.52.per totum,vbi ait,quod
re delata ad S. D. N. Clementem VIII. ſub die 17. De-
cembr.1599. reſcriptum fuit alienantem incidiſſe in pœ-
nas dictæ extrauagantis, & eſſe abſoluendum in vtro-
que foro à cenſuris, dummodo priùs reuocaret aliena-
tionem: & eum ſequitur Nicol. Garz. tractat. de benefic.
part.1.cap 5. num.38. Aloyſ.Ricc. in prax.for. Eccleſ. de
alienat. reſol.53.num.3. vbi quod ita fuit deciſum ex de-
claratione dicti Pontificis: concordat Homobon.de exa-
min.Eccleſ.part.2.tract.9.cap.22. quæſt.66. in reſol.fol.217.
qui idem confirmat; & cùm iſte caſus eueniſſet annis
elapſis in hac Regienſi diœceſi occaſione Presbytero-
rum cuiuſdam communis,qui certa bona extra diœceſim
exiſtentia ſic alienauerant, conſulta fuit Sancta Sedes, &
per reſcriptum ſpeciale fuit mihi commiſſum,vt in vtro-
que foro eos abſoluerem, provt feci, & conſtat in actis
Cancellariæ Epiſcopalis.

Et licèt ſæpe fiant inſtrumenta huiuſmodi,quibus Ec-
cleſiaſtici concedunt in emphyteuſim, vel alio modo
alienant bona Eccleſiæ, accedente tamen conſenſu, &
authoritate Summi Pontificis, vel eius de latere Legati,
& non aliter,nec alio modo, cum clauſulis conſtituti, &
precarij,& abſurdum non reputatur,vt mihi dixit dictus
22 D.Scaltritus,tamen hoc non facit ad rem,quia in iiſdem
inſtrumentis ſolet etiam apponi pactum, quod interim,
donec impetratum fuerit beneplacitum Sedis Apoſtoli-
cæ, res ſic alienanda intelligatur locata, & conducta pro
eodemmet canone, ſeu pretio, quod licitum eſt, & pro
bono conſilio traditur à Quarant. in ſuo ſumm. verb. alie-
natio, num.10. 11. quo caſu non poteſt dici deuentum
fuiſſe ad actualem rei traditionem, quia colonus, & con-
23 ductor non ſibi, ſed Domino poſſident, & propterea ad-
huc poſſeſſio remanet penes Eccleſiam alienare volen-
tem,vt per Bart.& DD.in l.1.ff.de acqu.poſſeſſ. Aret. in §.
retinenda, in fin. Inſtit. de interd. Seraphin. deciſ.82. ſub
num.5. & deciſ.769.ſub num.5. Viu. deciſ.227. numer.1.
lib.2. Farinac. deciſ.677. num.1.6. part.2. Coccin. deciſ.
361. num.3. Caualer. deciſ.474.num.5.Ludouic.Poſthius
tractat. de manutent. obſeruat.52. num.13. 14. 15. 16. &
Rota poſt eum deciſ.152. numero nono. Vnde ſi hoc mo-
do toleratur praxis, non eſt mirandum, quia poſſeſſio
non transfertur in acquirentem; nos autem verſamur
in caſu,in quo D.Scaltritus obſeruauit legem verbis,ſed
factis contrauenit, accipiendo rei alienatæ corporalem
tenutam, & eius fructus pluries percipiendo, quod re-
pugnat legibus feudalibus ante conſenſum Domini,quia
magis prohibita eſt poſſeſſionis tranſlatio, quàm ipſa
feudi alienatio ſine Domini licentia, ad textum in c. Im- 24
perialem,§.callidis, in verb. in alios transferunt, vbi And.
num.20. Bald. num.6. Præpoſ. num.1. Afflict. num.38. de
probibit. feud. alienat. per Frideric. pulchrè Roſental. de
feud. d. cap.9. concluſ.12. num 2. hîc autem non adfuit
licentia, quæ cùm ſit facti, non præſumitur,& probanda 25
erat à D.Scaltrito,vt per Hect Felic.alleg.10.num.31.par-
te prima: ergo res alienata cecidit in commiſſum; &
quamvis hæc vera ſint etiam in bonis Eccleſiæ, tamen
dato etiam quòd clauſulæ prædictæ, *& non aliter, nec
alio modo*, ſaluarent alienantem bona Eccleſiæ, tamen
exinde non valeret argumentum ab bona feudalia, quia
ſtrictior eſt prohibitio alienationis bonorum feudalium,
quàm Eccleſiæ, & minoris, vt probat Cacher. deciſ. Pe-
dem.169. num.13. vbi vide.

Cùm igitur tot, & tanti Doctores dicant hanc ſenten-
tiam contra vaſſallum alienantem ſine conſenſu Domini,
eo tamen reſeruato, & non aliter, nec alio modo, eſſe
communem,& magis communem, & in praxi receptam, 26
debui ſecundùm eam iudicare,& ſic iudicando pro com-
muni non teneor in aliquo foro, vt tradunt DD. in c.1.
in fin.de conſtit. latiſſimè Neuiz. lib.1. Syluæ Nupt.num.1.
cum multis ſequentibus. Menoch.de arbitr. ind.caſ.339.
num.21.Ruger.conſil.52.num.31. Honded. conſil.59.nume-
ro 67.lib.1.Anchar.Iun. quæſt.6.num.8.part.1. Hect.Felic.
alleg.25.num.8 part.3.ſed eſto etiam,quod ob varietatem
opinionum non benè conſtet, quænam ſententia ſit ve-
rior, & magis communis, adhuc liberum mihi erat alte-
rutram ſequi, quia opinionum multiplicitas excuſat, vt 27
tradit Innoc.in cap.ne innitaris,de conſtit.Bald. in cap.1. §.
iudices,numer.4.de pace ten.in vſibus feud.& in l. obſeruare,
§.proficiſci,quæſt.30 de off.Proconſ.& Leg. Dec. conſil.176.
num.6.Curt.Iun.conſ.6.num.23.Boer.quæſt.155. numer.27.
Neuiz. conſil.34. num.52.54.lib.6. Crauet. conſil.135. nu-
mer.40.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.177.num.7.& caſ.339.
num.19.20. latè Sanchez moral. lib.1.cap.9. num.45. vbi
multos allegat, & ſuſtinet integrum eſſe iudici, quam
maluerit opinionem eligere.: bene etiam Diana Moral.
part.1.tract.13.de opinione probabili,reſol.3. verſ. dico igi-
tur,& in fin.& verſ. hinc,vbi in fortioribus probat etiam
iudicem poſſe iudicare ſecundùm opinionem probabi-
lem relicta probabiliori: & cum prædictis concordat 28
Bonac. de leg. diſp.2 quæſt.4.punct.9.num.13.14.

Nos autem habemus contra vaſſallum, & emphyteu-
tam non ſolùm magis communem, ſed etiam probabi-
liorem DD. ſententiam, ad quod dignoſcendum ratio-
nes pro ea adductæ ſunt conſiderandæ.Sanchez d.cap.9.
num.5. hîc autem pro hac ſententia caducitatis adſunt
rationes conuincentes, & valde probabiles, adeò vt
etiamſi altera opinio eſſet communis, tamen hæc adhuc
ſequenda ſit, quia illa rationibus detegitur falſa, vt
per Abb. in cap.1 num.15. de conſtit. Menoch. d.caſ.339.
num.21.in fin. Sanchez moral. lib.1.cap.9.num.9.Bonacin. 29
d.quæſt.4.punct.9.num.11.in fin.Honded.conſil.39.num.37.
libr.1.

Vt autem id pateat, animaduertendum eſt, quod lex
vetans rei feudalis alienationem ſine conſenſu Domini,
pro ratione non conſiderat præiudicium, ſeu damnum,
ſed contemptum Domini, qui ſatis damnificatur, dum
eius conſenſus ante traditionem non requiritur, etiamſi 30
in nulla alia re damnificaretur, vt ait textus in d. cap.1.
§.fin. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. in vſibus feud.
dum inquit, *Si vaſſallus contra conſtitutionem Lotharij
alienauerit, quia Dominum contemnere videtur,cùm ad Do-
minum beneficium pertineat:* vbi nullam aliam rationem
allegat, quàm contemptus; & ſanè ſufficit, quia nulla
eſt maior iniuria, quàm ſpretus, & contemptus, quæ
ratio locum habet, ſiue vaſſallus reſeruet conſenſum
Domini etiam cum clauſula, *& non aliter, nec alio
modo*; ſiue non, quia hæc clauſula parum, aut ni-
hil releuat, vt per Menoch. dict. conſil.38. in fin. dum-
modo rem tradat, quia tradendo facit totum, quod
poteſt,



31 poteſt,& nihil amplius facere valet,ſic poſt Iſern.in d.§.
callidis,Redoan.de rebus Eccleſ.non alien. quæſt.70. cap.8.
num.2.Roſental.de feud.d.cap.9.concluſ.12.num.1.2.Borel.
in ſumm. deciſ. part.1.de feud. tit.34. num.46. non poteſt
negari, quin Dominum videatur contemnere,& propte-
reà vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpo-
ſitio,ad textum in l. illud,ff.ad l. Aquil.l.à Titio, de ſtipul.
l.quidem,§.Numularios,de edend.& in §.ſi igitur,Inſt. quod
32 cum eo; ſed dato etiam quod conſideraretur & altera ra-
tio damni, & hæc Domino ceſſaret, tamen vna ceſſante
ſi altera viget, adhuc locus eſt legis diſpoſitioni, vt in
hac materia dixit Corbul.de cauſ.priu.emphyt.tit.de cauſ.
ob alienationem, ampl.31.num.11.

Neque illa proteſtatio, *Saluo, ſeu accedente conſenſu
Domini, non aliter, nec alio modo*, poteſt ſanare hunc de-
fectum, quia eſt potiùs eluſoria, quàm declaratoria bo-
næ voluntatis, quando deuentum eſt ad actum traditio-
33 nis,vt per Menoch. conſ.38.num.36. quoniam ſic elude-
retur lex vetans feudi alienationem, eo quod vaſſallus
ſemper alienaret cum dicta clauſula, ſine conſenſu do-
mini. Bero. in d.c.potuit,ſub num.24.25.de locat. Redoan.
d. cap.9. ſub num.42. verſ. & ita alius: & propterea non
eſſe curandum de dictis clauſulis dixit Marin. Frecc.
d.tract.de feud.d.auth.1.num.24.25. quia ſic alienans, &
& tradens habet in ore verba legis, mentem verò con-
temnit,ad textum in l.non dubium,vbi Bald. C.de leg.& in
terminis Franch.d.deciſ.267. num.2. verſ.nihilque referre:
vnde dici non poteſt, quod bona fide geratur. Rimin.
Iun. d. conſil.285.num.50. quia traditio reducit conſum-
mationem, & implementum actus præcedentis, vt in-
quit Carroc. de locat. & conduct. part.2. tit. de iur. emph.
quæſt.5. num.7.

Deinde ſatis certum eſt, quod & ſine iſta clauſula
vaſſallus non poteſt præiudicare Domino, vt inquit Fa-
34 chin. d. cap.85.libr.7. & propterea cùm hoc negotium
non pendeat à voluntate feudatarij, nihil ſibi prodeſſe
poteſt ſic proteſtando,quia quando proteſtatio non pen-
det à voluntate proteſtantis, ſed alterius,vt hic,illa nihil
35 operatur, quibuſcum verbis fiat: Bart. in d.l. non ſolùm,
§.morte,num.32.vbi Iaſ.num.27.verſiculo moneor,ff.de nou.
oper.nunt.Calcan.conſil.51.num.12.Corbul. d. tract.tit. de
cauſ. ob alienat. ampl.31. num.2. Menoch. de præſ. libr.5.
quæſt.6. num.9. Maſcard. de probat. concluſ.44. numer.10.
Maſtrill. deciſ.55.num.7.8.part.1. Seraphin. deciſion.754.
num.2.

Accedat, quod in præiudicialibus non iuuat prote-
36 ſtatio. Bald.in c. fin. col.9. de confeſſ. Abb. in c. ex parte,
num.5. de feud. Iaſ. in d.l.non ſolùm,§.morte,num.27. Cal-
can.d.conſil.51.num.12.verſ.item quia,Rip.lib.2. conſil.27.
num 7. hic autem tractatur de præiudicio Domini, tum
ex infrà dicendis, vbi hoc clarè apparebit, tum quia
Dominus contemnitur, dum eius conſenſus non requi-
ritur ante traditionem, quoniam alienare feudum ſine
37 licentia Domini eſt ex comprehenſis in iuramento fideli-
tatis. Amad. à Pont. tractat. de laudim. quæſtion.18. ſub
num.18.

Et ideò addantur quæcumque verba in hac proteſta-
38 tione, *ſaluo iure Domini, & non aliter, nec alio modo*,
ſemper erunt verba, vt inquit Dec.d.conſ.160.ſub num.4.
Bertaz. d. clauſ.6. num.8. ſed traditio eſt facti: Bald. in d.
l. vnic. num.56. Cod. de his, quæ pœn. nomine. Ideò facta
præualent verbis, & ſic proteſtatio vti contraria facto
non releuat. Bero. d. conſil.120. num.6. in re enim facti
non valet ars verborum. Bald. in l. vnic. col.14. verſ. de-
mùm quæro, C. de confeſſ. Iaſ. in d. l. non ſolùm, §. morte,
num.27. ad fin. de nou.oper. nunt. Burſat. conſil.254. nume-
39 ro.17. lib.3. Riminald. Iun. d. conſil.385. num.46.47. 50.
quia proteſtatio non excuſat à delicto. Corbul. d. tract.
de cauſ.priu. ob alienat. ampl.31. num.2. in fin. vbi teſta-
tur de communi.

Et propterea veriſſimum eſt, quod in re captioſè, vel
faudulenter facta, vt hic,tradendo feudum inſcio Domi-
no,ſubtilitates verborum non excuſant,ad textum in l. ſi 40
libertas,ff.de iurepatr.l. quemadmodum, C.de agric. & cenſ.
lib.11.Alex. conſil.21. num.1.lib.3. immò clauſulæ inſoli- 41
tæ, & per ſubtilitatem excogitatæ ſuſpicionem augent.
Bald.in l.ſi quis ſub conditione, ff.de condit. & inſtit. Alex.
conſil.28.num.8.lib.5.Corn.conſil.41.num.8.lib 3 Dec. con-
ſil.448. num.23. Schrader. de feud. part.9. capit. primo,
num.22.23. ſubdens, quod vbi abundantior cautela; ibi
euidentior fraus; & ſemper poſt traditionẽ efficitur con-
ditio Domini deterior; qui ſi rem velit recuperare, ſal- 42
tem vexabitur variis expenſis.Dec. d. conſil.160. ſub nu-
mer.4.Cephal.d.conſil.223.num.38.Roſental.d.concluſ.61. 43
num.3.Riminald Iun. d.conſil.281. num.56.Vulpel. d.con-
ſil.131. num.7. vbi pulchrè loquitur. Vnde cùm dicta
proteſtatio D. Scaltriti non fuerit notificata; vel inti-
mata Domino directo tanquam clandeſtina, nihil pro- 44
deſt.Bald.conſil.500.num.3.in fin.lib.3. Seraph. deciſ.1085.
num.3.

Vlteriùs conſiderandum eſt,quod venditores prædicti
feudi poſt proteſtationem factam de non vendendo, niſi
accedente conſenſu Domini,vt ſuprà,fecerunt actus con-
trarios proteſtationi, cùm emptor ſe geſſerit pro Domi-
no, & fructus terræ collegerit ante requiſitum Domini 45
conſenſum, vnde dici poteſt ab illis fuiſſe receſſum à di-
cta proteſtatione, vt pulchrè tradit Maſcard. de probat.
concluſ.44.num.11.qui allegat concordantes. Maſtril. de-
ciſ.55. num.7.8. part.1. etenim proteſtatio ſui iuris præ- 46
ſeruatiua facta in vno actu,non prodeſt,niſi repetatur in
aliis ſubſequentibus,ad textum in leg. cùm in plures,§. lo-
cator,ff locat.Felin.in c.cùm M.Ferrarienſis,num.77. de con-
ſtit.Surd.conſ.8.num.28.lib.1.Crauet.conſ.463 num.18. &
conſ.605.num.5.Cephal.conſ.222. num.14. Farinac. deciſ.
poſthum.193.num.5 part.2.

Et ſanè ſi conſiderantur verba inſtrumenti dictæ ven-
ditionis, ex illis colligitur intentio contrahentium non
deueniendi ad actualem feudi traditionem, niſi acceden-
te conſenſu D. Epiſcopi, quoniam vaſſallus vendidit, &
ſe conſtituit poſſidere nomine dicti Scaltriti emptoris,
cui etiam conceſſit licentiam capiendi actualem poſſeſ-
ſionem, accedente ſemper aſſenſu dicti D. Epiſcopi, &
non aliter, nec alio modo,quod eſt dicere, *ſi, & poſtquam* 47
*acceſſerit dictus aſſenſus*; quia participium futuri tempo-
ris reſoluitur per eius verbum. Bart. in l.1. num 135. ff.
de cond. & demonſt. Oſaſch.deciſ.171.num.4.Tuſch.littera
P, concluſ.111.num.12.13. Vnde cùm poſt confectum di-
ctum inſtrumentum fuerit deuentum ad actualem feudi
traditionem ſine laudemij ſolutione, & aſſenſu Domini,
huiuſmodi ſequens actus traditionis feudi, qui ſe non
compatitur cum dicta proteſtatione in contractu adhi-
bita, vti poſterior, & contrarius illam tollit, & per eum
videntur contrahentes à proteſtatione recedere. Bart.
in l. non ſolùm,§ morte,num.17. vbi Iaſ. num.14. Rub.nu-
mer.216.& num.223 ff. de nou. oper. nunt. Felin. in d.cap. 48
cùm M. Ferrarienſis, num 44. verſ. eſt enim, vbi Dec. nu-
mer.17.& Rip.num.83.de conſtitut.Caſtrenſ conſil.45. nu-
mer.2.lib.primo.Pariſ.conſil.9.num.48.lib primo. Crauet in
conſilio pro genero, numer.109. Roland conſil.69.num.46.
libr.4. Cephal. conſil.253. numer.28. Afflict. deciſion.78.
num.5.6.

Et licèt DD.ex aduerſo allegati videantur concludere
non requiri proteſtationem in actu traditionis, quando
adhibita fuit in contractu venditionis, quoniam admiſſa
eorum ſententia, quam non eſſe admittendam ſatis de-
monſtrauimus, illa procedit in caſu, quando verba in-
ſtrumenti, & proteſtationis poſſunt extendi ad actum
traditionis, & cum eo ſe compatiuntur,ſecus eſt in caſu
noſtro,in quo ex verbis inſtrumenti manifeſtè probatur
non fuiſſe deueniendum ad feudi traditionem, niſi priùs
accedente conſenſu Domini; & propterea cùm poſtea
ante aſſenſum requiſitum deuentum fuerit ad traditio-
nem, non eſt mirum, ſi receſſum ſit à proteſtatione in 49
contractu adhibita; & conſequenter in ea nullum poſſe
con

conſtitui fundamentum. Ex quibus ſatis reſultat à ſupra-
ſcripta communi opinione contra vaſſallum non eſſe re-
cedendum in iudicando, vt inquit Dec. d. conſ. 160. num. 4.
& dato etiam, quòd opinio contraria fulciretur maiori
DD. numero, tamen ab hac noſtra non eſſet recedendum,
quia communis DD. ſententia non conſtituitur à multi-
50 tudine Doctorum, ſed ab illis, qui melioribus rationibus
ſuam comprobant opinionem, vt per Decian. conſil. 409.
num. 12. Natt. conſ. 120. num. 1. pulchrè Sanchez Moral.
lib. 1. cap. 9. num. 9. vbi vide.

Neque dicatur benigniorem ſententiam eſſe ſequen-
dam in fauorem rei, & adhærendum eſſe æquitati, ne ca-
ducitas inducatur, quia cùm vaſſallus ſic ſe gerendo vi-
deatur fraudulenter inhæſiſſe in contemptum Domini,
non eſt iuuandus regula illa generali, eo quod conficta
51 æquitas eſt duplex iniquitas, vt in terminis inquit Bald.
d. conſil. 9. num. 3. verſ. immò ficta, lib. 1. Et maximè quia
tractatur de præiudicio Domini, non autem de benefa-
ciendo tantùm vaſſallo; & ideò melius eſt inhærere iu-
52 ſto rigori, quo ſolus læditur punitus, quàm remiſſio-
ni, qua offenduntur (vt in prouerbio eſt) Lex, Rex,
& Grex; quin immò omnes res, vt inquit Hect. Felic.
allegat. 32. numero ſecundo, parte prima, & ſic pro Eccle-
ſia iudicauit Sacr. Conſilium Neapol. vt per Grammaric.
deciſ. 49. num. 5. in fin. nec mirandum eſt, quia in dubiis
opinionibus illa tenenda eſt quæ fauet Eccleſiæ. Honded.
conſ. 3. num. 24. lib. 1.

Sed eſto, quod altera opinio magis placeret, tamen
illa multis modis limitatur, & declaratur, quibus caſus
noſter conuincitur eſſe talis, vt caducitas euitari non
poſſit, ſiquidem admittunt omnes, quod ſi aliquod dam-
num, vel præiudicium inferatur Domino, aut aliqua dif-
ficultas ex traditione feudi, ſiue in proprietate, ſiue in
poſſeſſione, tunc non prodeſſe proteſtationem factam
quibuſcumque verbis, ſi Dominus conſenſerit, & non
aliter, nec alio modo, quia non licet ex verborum cir-
cumlocutionibus fraudare legem, ſi Domino in aliquo
interſit, vt ſentire videtur Bald. in dicto c. Cumana, n. 9.
53 ibi: Si in facti executione ſit durior conditio Domini, de
elect. & elect. pot. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 85.
86. de conſtit. Rip. in dicto c. cùm M. Ferrarienſis, num. 80.
verſ. ſublimita. Curt. de feud. part. 4. ex quibus cauſ. feud.
amitt. quæſt. 21. num. 112. verſ. ſecundus caſus. Marin. Frecc.
de feud. lib. 2. dicta auct. 1. num. 24. 25. Menoch. d. conſ. 38.
num. 10. Vulpel. d. conſil. 131. num. 7. Theſaur. quæſt. for.
lib. 1. quæſt. 53. num. 5. ibi: Quando talis traditio eſſet præiu-
dicialis domino. Riminald. Iun. d. conſil. 285. num. 55. 56.
Schrader. de feud. part. 9. cap. 1. num. 22. verſ. niſi ex hoc
damnum, vel difficultas aliqua Domino reſultet. Corbul. d.
tract. tit. de cauſa priuat. ob alienationem, limit. 37. in fin. Ro-
ſental. eod. tract. de feud. cap. 9. concluſ. 61. num. 4. Cald. de
iur. emphyt. lib. 4. cap. 6. num. 39. in quo animaduertendum
eſt, quod licèt multi ex prædictis videantur hæc doce-
re, ſi alienetur, & tradatur caſtrum munitum, vel res
difficilis ad recuperandum, tamen id tradunt per modum
exempli, & ideò non reſtringunt concluſionem genera-
54 lem, quæ habet, quod ſi Dominus ex feudi traditione
ſine aſſenſu facta damnum, aut præiudicium recipere
poſſit, nullæ proteſtationes, aut conditiones proſint: ex
Bald. conſ. 95. num. 1. verſ. quod ſi aliqua difficultas ex hoc in-
geratur Domino, lib. 3. pulchrè Cephal. conſ. 223. num. 39.
& meliùs Riminald. Iun. d. conſ. 285. num. 55. 56. vbi in-
quit quod non debet vis fieri circa qualitatem rei ven-
ditæ, quia conditio Domini durior reddi poteſt, ſiue ca-
ſtrum, ſiue feudum vendatur, & idem ſentire videtur
Theſaur. d. quæſt. 55. num. 5. vbi ponit multa exempla
præiudicij, & non excuſat vaſſallum, niſi quando nihil
intereſt Domini vaſſallum tradidiſſe feudum; hic autem
demonſtrabimus multis modis damnum, & præiudicium
reſultare Domino in dicta alienatione: ergo dicendum
eſt locum eſſe caducitati.

Hic autem adeſſe præiudicium Domini, & damnum,
facilè ex multis probatur, propter ſecutam feudi traditio-
nem inſcio, & irrequiſito Domino, & continuationem
in poſſeſſione, & primò quia ſatis damnificatur Domi- 55
nus, ſi emptor feudi non obtento Domini aſſenſu intret
tenutam feudi alienati, & in ea maneat. Cephal. conſ. 223.
num. 39. Vulpel. d. conſil. 131. num. 6. Riminald. Iun. d. con-
ſil. 285. num. 56. 57. Anchar. Iun. d. quæſt. 82. num. 10. in fin.
& num. 11. part. 3. Siquidem certum eſt, non obſtante
quacumque proteſtatione, & conditione, quod tradi-
tio in ſe tria habet, ſcilicet primò effectum contractus,
quando illa tenet quoad tranſlationem dominij; ſecun- 56
dò tranſlationem ſubſtantiæ poſſeſſionis; tertiò, quem-
dam actum ſuperficialem cuiuſdam detentionis aſininæ;
quorum duo priora, licèt hic non intercedant propter
effectum dictæ proteſtationis; tamen non poteſt impe-
diri tertium de aſinina detentione, quin tranſeat in emp-
torem ex tali traditione, qui eſt actus iuri contrarius, &
Domino ſatis damnoſus, qui omnino interuenit per tra- 57
ditionem quibuſcumque verbis factam, & ſic huic aſini-
næ detentioni adeſt factum, quod pro infecto haberi
non poteſt, & propterea non iuuat vaſſallum talis prote-
ſtatio, vt in verbis inquit Bald. in d. conſ. 9. num. 1. verſ.
reſpondeo, lib. 1. & conſ. 188. col. fin. lib. 2. Rip. in d. c. cùm M.
Ferrarienſis, num. 80. verſic. ſublimita, de conſtit. pulchrè
Burſat. d. conſil. 254. num. 17. 18. lib. 3. quod ſatis eſt ad
præiudicandum Domino, ſaltem reſpectu poſſeſſionis,
quia etiam poſſeſſor aſinarius, & iniuſtus habet benefi-
cium manutentionis, vt poſt Achil. Perſonal. de adipiſc. 58
poſſ. ſub num. 41. Ludou. Poſthius in tract. de manuten. obſer.
42. num. 172. 173. Graue enim eſt incommodum, & ex-
penſis plenum neceſſe habere expellere à poſſeſſione
etiam ſimplicem detentorem, vt per Roſental. dict. con-
cluſ. 61. ſub num. 3. Riminald. Iun. d. conſ. 285. num. 56. & 59
ideò locus eſſe debet caducitati, quia per traditionem
prædictam ſemper aliquid præiudicatur Domino dire-
cto, qui cum tanta facilitate non poteſt ſuſtinere, & de-
fendere iura ſua ſicut poſſet non facta traditione, & in-
terim minuitur eius vtilitas, & propterea iſte caſus
comprehenditur ſub lege feudi alienationem prohiben-
te. Andr. Fachin. controuerſ. iur. libr. 7. capit. 85. per
totum

Deinde talis traditio venditoris, & detentio aſinina
emptoris affert damnum, & præiudicium Domino dire-
cto, quia in alienatione, quæ fit pretio mediante, requi- 60
ritur conſenſus Domini, tam ante, quàm poſt contra-
ctum, quia in primis vaſſallus ante venditionem debet
denunciare Domino conditiones venditionis, vt valeat
deliberare an ipſe rem venalem velit pro eodem pretio
redimere, alioquin venditioni præſtet conſenſum; datur
enim etiam in feudis Domino directo prælatio, vt ſi ve-
lit pro iiſdem pactis rem feudalem redimere, præferatur
emptori, ad textum in c. 1. §. porrò, vbi gloſſ. in verb. æquali 61
pretio, & Præpoſ. num. 2. Laudenſ. num. 8. qualiter olim pot.
feud. Bellapert. de feud. tit. 8. qual. vet. feud. num. 4. Gabr. con-
ſil. 84. num. 9. lib. 1. Maſtrill. poſt deciſ. conſ. vnico, num. 20.
part. 1. Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 86. num. 3.
Amad. à Pont. tract. de feud. inter qq. laudem. quæſt. 13. n. 2.
& num. 4. in fin. & num. 56. quod eſt adeò verum, vt tali
caſu dominus non teneatur ſtare colono. Surd. deciſ. 102. 62
num. 17. part. 1. Et propterea, ſi antequam hæc fiant, deue-
niatur ad traditionem, infertur præiudicium Domino,
dum interuertitur ordo rerum feudalium, & difficultas
proponitur Domino præferri volenti tam circa recupe-
rationem rei, quàm fructuum ab emptore medio tempo-
re perceptorum; & ideò talis omiſſio facit, quod res
alienata reuertatur ad Dominum. Gabriel conſil. 84. nu-
mer. 9. lib. 1.

Præterea poſt contractum venditionis requiritur alte-
ra denunciatio, & conſenſus Domini, antequam emptor
inducatur in poſſeſſionem ad finem, vt vaſſallus dominum
recognoſcat, & præſtet iuramentum fidelitatis, ac ſoluat
laudemium, quatenus de iure debeatur, vt in verbis inquit
Amad.



63 Amad à Pont. in dd. qq. laudem. quæſt. 13. num. 15. 16. 17.
vbi alios allegat. Gabr. d. conſ. 84. num. 9. quod maximè
64 conſiderandum eſt in caſu noſtro, vbi de conſuetudine
in alienatione feudi Maſenzatici ſoluendum eſt laude-
mium ad rationem decem pro centenario iuſti pretij rei
venditæ, vt ponunt omnes teſtes vnanimiter, & fate-
tur ipſe Scaltritus, qui etiam depoſuit talem decimam, &
teſtatur Gher. Mazz. in conſ. 114. numer. 74. qui loqui-
tur in ſpecie de hoc feudo Menſæ Epiſcopalis Regij;
nam ſi ob dictam clauſulam, & non aliter, nec alio mo-
do, permiſſum eſſet vaſſallo deuenire ad actualem feudi
traditionem cum pretij receptione, & emptori fructus
percipere, & laudemium retinere vſque ad poſtulationem
aſſenſus D. Epiſcopi directi Domini, abſque dubio ei-
dem domino notoriè damnum, & præiudicium inferre-
tur, quia ſaltem per annum priuaretur commodo, & vſu
dicti laudemij, & interim eo non poſſet vti in eius, &
Epiſcopatus indigentiis, & poſſet dari caſus, quo fortè
per obitum, vel reſignationem totaliter priuatus rema-
neret tali emolumento, quod quàm ſit abſurdum, ne-
mo eſt qui non videat.

Neque dicatur Bald. & DD. id non conſideraſſe pro
cauſa legitima, & propterea noluiſſe locum eſſe caduci-
tati, quando vaſſallus tradidit feudum ſaluo iure domi-
ni, & non aliter, nec alio modo, quia prædicti DD. al-
legati ad firmandam contrariam ſententiam pro vaſſallo,
quæſtionem examinauerunt in puris terminis iuris com-
65 munis, circumſcripta conſuetudine de laudemio ſoluen-
do; etenim certum eſt, quòd licèt in alienatione em-
phyteuſis debeatur laudemium, tamen in alienatione
feudi de iure communi nullum laudemium ſoluendum
eſt. Bald. in cap. quæ in Eccleſ. numer. 36. de conſtit. Alex.
conſ. 5. numer. 3. lib. 5. Scrader. de feud. part 6. cap. 3. nu-
mer. 24. Roſent. eod. tract. de feud. cap. 6. concl. 66. num. 3.
vbi in litt. A, plurimos allegat Fachin. contr. iur. lib. 7.
cap. 98. Menoch. conſ. 444. num. 16. Surd. deciſ. 200. ſub
num. 2. Blanc. de not. laud. not. 3. vbi alios allegat, & li-
mitat non procedere, quando pacto, vel conſuetudine
introductum eſt, vt in feudis alienandis ſoluatur laude-
mium, refertque huiuſmodi conſuetudinem vigere in
Gallia, Germania, Hiſpania, in Sabaudia, & in Regno
Neapolitano, vt etiam hic. Et propterà ſi DD. ex ad-
uerſo allegati cogitaſſent de iſto caſu, & quæſtionem
examinaſſent in noſtro puncto, vbi laudemium ſoluen-
dum eſt, vtique non dixiſſent, excuſari vaſſallum à ca-
ducitate, dum tradit feudum ſine beneplacito domini,
66 ob ſolam clauſulam, Accendente conſenſu domini, & non
aliter, nec alio modo; quia cùm laudemium ſoluatur do-
mino pro inueſtitura, & actuali traditione poſſeſſionis,
quæ fit nouo vaſſallo, Afflict. in cap. 1. §. illud quoque,
num. 6. de prohib. feud. alien. per Frid. Imol. in cap. potuit,
num. 13. de locat. Amad. à Pont. in d. tract. quæſt. 1. n. 7.
Surd. deciſ. 200. num. 3. vbi alios allegat, illi non dixiſ-
ſent, quod liceret emptori priùs apprehendere poſſeſſio-
nem, quàm laudemium ſolueret, cùm id præcedere de-
beat, & cùm onus ſoluendi laudemium ſpectet ad em-
ptorem, & non ad venditorem, vt voluit gloſſa leg. fin.
§. & ne auaritia, C. de iur. emphyt. vbi Salyc. & Iaſ. di-
67 cunt ſingulare. Gozad. conſ. 265. num. 13. latè Amad. d.
tract. quæſt. 9. num. 1. 2. Surd. d. deciſ. 200. num. 4. Menoch.
d. conſ. 444. num. 17. Fachin. controu. iur. lib. 11. cap. 58. Viu.
deciſ. 496. num. 4. Blancard. de laudem. not. 9. num. 1. vbi
reddit rationes. Ideò dictus D. Scaltritus, qui apprehendit
poſſeſſionem feudi ante conſenſum requiſitum à domino
directo, & ante ſolutionem laudemij, debet pati dam-
num caducitatis, etiam ſequendo opinionem illorum DD.
qui ſtante illa clauſula, ſaluo iure domini, & non aliter nec
alio modo; ſentiunt non eſſe locum caducitati, quia pu-
tauerunt per traditionem feudi cum huiuſmodi proteſta-
tione nihil præiudicari Domino, cui nullum laudemium
erat ſoluendum, ſecus eſt in caſu noſtro, vbi tam ratione
laudemij, quàm ex aliis cauſis ſupradictis infertur præ-
iudicium Domino, ſi vaſſallus ingrediatur tenutam feudi
alienati ante aſſenſum Domini, alioquin aperiretur via
fraudibus, & legum diſpoſitio eluſoria redderetur, quod
non eſt permittendum. Decian. conſ. 4. n. 33. lib. 1. Mar. Ant. 68
var. reſolut. lib. 1. reſol. 62. num. 5. verſ. quod præſertim, vbi lo-
quitur in terminis; & ſi ipſe habet pactum cum vendi-
tore diuerſum, contra eum agat, quia non poteſt paciſci in
præiudicium domini, & culpa emptoris nocet etiam ven-
ditori, vt per Ant. Merend. contr. iur. lib. 6. cap. 17. n. 20.

Secundò altera ſententia limitatur, vt non procedat,
quando vaſſallus alienans longo tempore occultauit alie-
nationem, velut per ſex menſes; quia tunc fraudulosè
feciſſe videtur, & eum non excuſat dicta proteſtatio; ſed
procedit quando per modicum tempus, veluti decem,
aut viginti dierum, aut per menſem res occulta fuit;
quia ſi diuturna ſit occultatio, locus eſt caducitati, vt
conſiderat Calcan. conſ. 51. numer. 12. verſ. & ita de iure, 69
Menoch. d. conſ. 38. numer. 34. pulchrè videndus Burſat.
conſ. 181. ſub num. 16. verſ. tamen hoc ſanè, libr. 2. vbi di-
cit, quod prædicta opinio contraria procedit, dummo-
do abſque mora obſeruentur ſeruanda, nempe requira-
tur Dominus, ſoluatur laudemium, petatur inueſtitu-
ra, vt Domino acquirantur illa commoda, quæ ex in-
ueſtitura ſolent parari; pulchrè etiam ita notat Cald. de 70
iur. emph. lib. 4. cap. 6. num. 38. verſ. neque repugnat. Ma-
rius Antonin. variar. reſol. lib. 1. reſol. 62. numer. 6. vbi
in terminis loquitur, & alios allegat: ſed in caſu noſtro
dictus D. Scaltritus diſtulit petere conſenſum, & inueſti-
turam Domini quaſi per ſex menſes, & poſt declaratam
caducitatem à Domino: ergo non poteſt admitti nunc
ad inueſtituram, quia celeri ſatisfactione opus erat. Surd.
deciſ. 221. num. 24.

Nec prodeſt dicto D. Scaltrito oblatio laudemij cum
depoſito, & petitio inueſtituræ poſt litem motam, &
declarationem caducitatis à Domino factam poſt ſex
menſes à die contractus, quia in fortioribus terminis
etiamſi contrahentes pœnituiſſent, & reuocata eſſet
alienatio, eo quòd ſemel res ſit aperta Domino, non po-
teſt ampliùs mora purgari, quæ propter malè factum fuit
incurſa, nec poteſt tolli Domino ius quæſitum, ad textum 71
in leg. 1. §. ſi rem depoſitam, ff. depoſit. & cap. 1. quid iuris
ſi vaſſ. feud. alien. recup. in vſib. feud. Bart. in l. ſequitur, §.
item Labeo, ff. de vſucap. Alex. in l. ſi inſulam, de verb. obl. Iaſ.
in l. fin. C. de iur. emph. pulchrè Alciat. d. conſil. 168. num. 4.
lib. 5. vbi teſtatur de communi opinione. Sic etiam tradit
Marin. Frec. tract. de feud. libr. 2. de poteſt. Baron. erga ſubfeu-
dat. auth. 1. n. 28. in fin. vbi quod vaſſallus debet perdere
feudum, etiamſi poſſeſſionem traditam recuperauerit. Ca-
roc. de locat. & cond. p. 2. tit. de iure emph. q. 5. num. 5. 7. Ant.
Merend. contr. iur. lib. 6. cap. 17. num. 22. in fin. Tuſch. litte-
ra F, concl. 193. num. 20. latè Schrad. de feud. part. 9 cap. 1.
num. 17. 18. vbi infinitos congerit, & id probat eſſe ve-
rum, etiamſi vaſſallus in continenti feudum alienatum
redimeret, quia adhuc illud perdit; ergo multò minùs
poteſt dictus D. Scaltritus poſt ſex menſes, & poſt litem
cœptam euitare caducitatem per oblationem prædictam,
ſecundùm ea quæ tradit Burſat. dict. conſ. 181. num. 15. lib. 2. 72
& Surd. dict. deciſ. 221. num. 24. in fin. vbi dicit etiam,
quòd ſi Curia præuenit, tunc vaſſallus priuatur feudo,
quia tacendo, & non petendo inueſtituram videtur do-
minum ſpernere, & poſtea ſubiungit, quod debet pro-
teſtari, ſi dominus negat eum inueſtire: licèt enim va-
cante feudo per obitum vaſſalli habeat ſucceſſor annum,
& diem ad petendam renouationem inueſtituræ, vt per
textum in dict. cap. 1. princ. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.
& ibi DD. tamen nullibi conſtat huiuſmodi tempus eſſe
conceſſum alienantibus, neque vlla lex hoc dicit, ſed po- 73
tiùs iura requirere conſenſum domini, in ipſo contra-
ctus initio, iam vidimus: ſic multò magis requirendus
eſt antequam Dominus conqueſtus ſit. Vulp. dict. conſ. 131.
num. 8.

Tertiò limitatur illa ſententia vt procedat, & cautela


proſit,

proſit, quando non poteſt haberi conſenſus domini, vt poſt Afflict. Alber. & Salyc. & alios inquit Burſ. *in d.*
74 *conſ.*181. *num.*15. *lib.*2. Anchar. Iun. *quæſt.*82. *num.*15. *part.*3. qui pariter loquitur in terminis, & dicit quòd non obſtante dicta clauſula, vaſſallus non excuſatur à caducitate, ex quo Dominus Epiſcopus, & eius Vicarius aderant in loco, à quibus petere inueſtituram potuiſſet, antequam poſſeſſionem accepiſſet; concordat Borgn. *deciſ.*8. *n.*22. *part.*2. vbi excuſat in hoc caſu vaſſallum, quando petiit conſenſum, & dominus noluit præſtare, & dicit ſecus eſſe, ſi non petiiſſet, & non feciſſet omnem ſuum conatum; ſed ſic eſt quod Epiſcopus tunc erat in ciuitate, & non conſtat de abſentia: ergo D. Scaltritus non poteſt euitare caducitatem, aut dicere, quod dominus eſſet recuſaturus; quia vaſſallus debet ſemper implere ex parte ſua, petendo conſenſum, & quod ſuum eſt facere, vt inquit Surd. *d.deciſ.*221. *n.*24. *in fin.*

Quartò limitatur contraria ſententia, vbi nouus emptor feudi auſus eſt litigare cum domino directo, & eo
75 etiam inuito retinere poſſeſſionem, & fructus percipere, & tamen tenebatur potiùs feudum reſtituere venditori, etiam contradicente domino; ideò non eſt emptor à caducitate excuſandus, vt per Iacobat. *in add. ad Iaſ. in d. l.fin. C. de iure emph.* & ita iudicauit Rota Auenion. *deciſ.*143. *in* 2. *dubio*, prout teſtatur Vinc. de Franch. *d. deciſ.*267. *num.*2. & ad rem facere videtur Vulpel. *d.conſil.*131. *num.*8. vbi tamen loquitur de illo, qui litigauit per quadriennium cum domino, qui non eſt caſus noſter, ſed nihilominus non eſt alienus à quæſtione noſtra, quia ſatis eſt, quòd emptor litigauerit, nec intereſt, an
76 plus, vel minùs, quia quæ differunt per plus, & minus, non differunt ſpecie, vt in hac materia tradit Rim. Iun. *d.conſ.*285. *num.*57. nam ſi Dominus Scaltritus emit bona fide cum clauſula, *accedente conſenſu domini, & non aliter, nec alio modo*, vtique ſi dominus diſſentiat, nulla eſt venditio, nulla eſt traditio, & nihil actum videtur, vt inquit Marin. Frec. *d.tr.lib.*2.*auth.*1. *n.*26. & ideò ad emptorem non ſpectabat litigare cum domino, quia nullum ius competebat emptori ex contractu reſoluto, ſed potiùs debebat rem relaxare, & ſuæ indemnitati contra venditorem, ſi poſſet, conſulere; vnde non poteſt dici, quod litigauerit cum bona fide.

Quintò limitatur dicta contraria opinio, vt non procedat quando feudum alienatur in perſonam litigioſam,
77 ſeu rixoſam, quod ſimile eſt præcedenti, licet non idem; tunc enim prædictæ proteſtationes, & clauſulæ non iuuant, ſi deuentum ſit ad rei traditionem ante requiſitum domini aſſenſum, vt per Tiraq. *de conſt. poſſ. part.*3. *lim.*26. *num.*6. Theſ. *d. quæſt.*53. *num.*5. *verſ.vel etiam.* Roſent. *de feud. cap.*9. *d.concluſ.*61. *num.*4. *verſ.ac idem*; ſed an hæc limitatio poſſit applicari caſui noſtro, non aſſero, me autem remitto eius iudicio, qui fortè proceſſum inſpicere non recuſabit.

Sextò limitatur contraria opinio, vt non procedat quando alienatio feudi facta eſt in potentiorem; tunc enim nullæ clauſulæ excuſant à caducitate, ſi vaſſallus
78 tradat ante aſſenſum domini impetratum. Bald. *in d.conſil.*95. *col.*1. *lib.*3. Rip. *in d.cap.quæ in Eccleſ.num.*80.*verſ. ſublimita, de conſtit.* Ceph.*conſ.*223. *n.*41. Tiraq. *de retract. conſang.* §.1. *gl.*2.*num.*32. Clar. *in* §.*emphyt.quæſt.*13. *num.*5. *in fin.* Corbul. *de cauſ. priuat. emphyt.tit.de cauſ.ob alien. lim.*31. *in fin.* Menoch. *conſ.*38. *ſub num.*43. Borell. *d. tit.*34. *num.*47. Petr. *de fideicomm. d.quæſt.*8. *num.*12. Cald, *d.lib.*4. *cap.*6. *num.*39. Theſ. *d. quæſt.*53. *num.*5. qui poteſt eſſe caſus noſter, quia venditor erat perſona humilis ſtatus, & facilis ad obediendum; emptor verò eſt perſona diues, & opulenta, qui etiam exercuit officium quæſtoris, quod non datur niſi perſonis aliquo modo valentibus viribus, & facultatibus, vnde non eſt
79 extraneum dicere alienationem fuiſſe factam in potentiorem, ſaltem reſpectu venditoris; cuius qualitas in hoc eſt attendenda, quia vaſſallus non poteſt alienare, niſi in perſonam æquè idoneam, vt inquit Manent. *deciſ.*1. *num.*12. Verùm quia in hoc mihi dubium faciunt ea, quæ tradit Menoch. *dict. conſ.*38. *num.*47. pro hac parte nihil reſoluo.

Septimò limitatur eadem contraria opinio, vt non procedat, quando venditor feudi alienati etiam ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, & cum aliis proteſtationibus non ſolùm actualiter tradidit illud ante impetratum aſſenſum, ſed etiam pretium recepit, quia tunc
ex parte ſua fecit quantum in ſe fuit; nec eum iuuat 80
proteſtatio, quia bene cantat, & malè reſonat; & cùm pretium receperit antequam dominus conſentiat, non poteſt excuſari à fraude, vt per textum *in l.fin. C.de præd. cur.lib.*10. inquit pulchrè Bald.*conſ.*9.*num.*1. *verſ.& ſi dicas, lib.*1. & *conſ.*188.*lib.*3. Tuſch. *pract.concl. litt.F, concluſ.*193.*num.*52. pulchrè videndus Burſ. *d. conſ.*254. *num.*21.*lib.*3. vbi pariter dicit venditorem non poſſe excuſari à fraude, qui pretium recepit; & licèt venditum
ſit ſub conditione, tamen ſoluto pretio cenſetur à dicta 81
conditione receſſum, & ideò locum eſſe caducati, & loquitur in terminis, quando feudum fuerat alienatum cum proteſtationibus, ſaluo aſſenſu domini, & non aliter, nec alio modo; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vbi venditor vendidit feudum, ac pretium recepit; nihil enim vlterius facere potuit: & cùm feudum ſit
contractus ſtricti iuris, vt per Hect.Felic. *alleg.*24.*num.*5. 82
*part.*1. non debet videri durum, ſi ex prædictis caducitas omnino intrare videatur.

Octauò limitatur eadem contraria ſententia, vt non procedat in illis locis, & feudis, in quibus illa non eſt
in vſu; ſed obſeruatur altera opinio contra vaſſallum, vt 83
in alienatione feudi cum clauſula etiam, *Accedente conſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo*, non deueniatur ad traditionem, niſi priùs impetrato aſſenſu Domini, & ſoluto laudemio, prout hic ſemper obſeruatum fuit, ſicut habetur in proceſſu ex fide plurium teſtium, qui dicunt: *Sempre è ſtato ſolito, e conſueto, che vendendoſi, ò alienandoſi alcuna parte di detto feudo, quello che acquiſta, mai vada al poſſeſſo, prima d'hauere il conſenſo di Monſig. Veſcouo, e d'hauergli pagato la decima ſolita, ancorche il contrahenti haueſſero fatti gli inſtrumenti con la clauſula: Accedente conſenſu Epiſcopi, & non aliter, &c. & queſto ſempre ſi è oſſeruato*: vt habetur in proceſſu, *fol.*9.25.31. & alibi, qui vſus, & conſuetudo, ſeu potiùs obſeruantia in omni materia eſt attendenda, & de-
clarat quid ſit ſentiendum, per textum *l.ſed & Iulianus*, 84
§.*ſed proinde*, *ff. ad Macedonianum.* Surd. *deciſ.*134. *n.*9. Lancell. Gall. *conſ.*63. *num.*17. *vſque ad num.*38. Sed præ-
cipuè in materia feudali ſolet plurimùm attendi obſer- 85
uantia. Marcabrun. ab Anguil.*conſ.*26. *numero* 286. Pariſ. *conſil.*23. *num.*23. *lib.*1. Decian. *conſil.*224. *num.*7. *& ſeq. lib.*3. Menoch. *conſil.*331. *num.*21. Roſent. *de feud. cap.*12. *concl.*14.*n.*39.40.41. Farin. *dec.poſth.*780. *n.*11. *in fin.part.*1. Gerard.Mazzol. *conſ.*114. *num.*40. & *n.*73.74.
vbi in ſpecie loquitur de iſto feudo Maſenzatici, dicens: 86
*Videmus in ſimili, quod in hac Curia obſeruatur, vt fiant alienationes feudi à vaſſallo, cuicumque emere volenti, dummodo non ſit perſona prohibita, facta requiſitione conſenſus Domini, & ab ipſo inueſtito dato, & ſoluto laudemio, non habita ratione eorum, qui pro tempore poſſent ſuccedere virtute feudi antiqui, vel paterni.* Et propterea con-
tractus iſte, de quo quærimus, debet à tali obſeruantia 87
interpretationem recipere. Hector Felic. *alleg.*46.*n.*61.64. *part.*1.

Et in probanda huiuſmodi conſuetudine, ſeu obſeruantia non eſt neceſſe tot, & tanta probare, prout ex aduerſo ſupponitur; vt ſcilicet debeat conſtare de vſu maioris partis populi, de magna frequentia actuum, & quòd
ſit legitimè præſcripta, quia hæc procedunt in conſuetu- 88
dine iuris inductiua, vt probant auctoritates ex aduerſo allegatæ; non autem locum habent in conſuetudine iuris interpretatiua



interpretatiua, quæ obſeruantia nuncupatur; hæc enim
89 non requirit alicuius temporis præſcriptionem, & probationem; ſed ſatis eſt docere, quòd per aliquot actus fuerit ſeruata, adeo vt ſufficiat aliquando ita fuiſſe obſeruatum, etiamſi non ſit vniformis, dummodo frequen-
90 tiùs ita ſeruatum fuerit. Caſtrenſ. *conſ.*347. *num.*4. *lib.*1. Dec. *conſil.*11. *num.*12. *verſ.*2. *reſpondetur.* Crauet. *conſil.*101.*n.*4. *verſ.adeò.* Bec.*conſil.*101.*n.*51. Gabr.*conſ.*164. *num.*8. *lib.*1. Decian. *conſ.*54. *numer.*23. *lib.*1. Menoch. *de arb. iud. caſ.*13. *numer.*10. Rot. *diuerſ. deciſ.*174. *n.*4. *part.*1. Farin. *deciſ.*419. *num.*6. *part.*1. idem Farin. *deciſ.* 448. *numer.*3. *part.*1. & *deciſ. poſth.*193. *num.*4. *part.*2. Lancell. Gall. *conſil.*63. *num.*37. Ruger. *conſ.*52. *num.*25.
91 Hect. Felic. *alleg.*15. *num.*95. & *alleg.*46. *num.*64. *part* 1. vbi inquit, ſatis eſſe, quod talis conſuetudo ſolummodò per aliquot actus fuerit ſeruata; etenim conſuetudo interpretatiua inducitur etiam minori ſpatio decem annorum, & probatur per duos, vel tres actus vniformes, vt habetur apud Rot. *deciſ.*6. *num.*11. *de conſuetud.in nouis*, vbi in verbis ſic dicitur: Ioſeph Ludou. *concl.*38. *verſ. ampliatur ſecundo*, & iterum dixit Rot. apud Farin. *deciſ.poſth.*205.*num.*2. *in fin. part.*1. quæ omnia in caſu noſtro benè accommodantur, vbi non conſtat de actibus contrariis, ſed conformibus, vt ſoleat requiri conſenſus Domini, & ſoluatur decima antequam venditor feudi illud tradat emptori, non attenta quacumque proteſtatione, adeò vt non ſit dubitandum, quin dictus D. Scaltritus inciderit in commiſſum, dum ſolus voluit audere, quod nulli alij auſi ſunt.

Non obſtant autem ex aduerſo allegata, & primò illam proteſtationem, *ſaluo aſſenſu Domini, vel eius accedente conſenſu, & non aliter, nec alio modo*, ſaluare vaſſallum à caducitate, etiamſi deuenerit ad traditionem feudi, quia iam reſponſum eſt talem opinionem eſſe erroneam, & minùs communem; & ſi vera eſſet, adhuc tot modis limitari ad fauorem Domini, vt nequeat vaſſallus euitare commiſſum. Verùm ſi placet aliquo modo ſaluare opiniones, puto eas non poſſe aliter concordari, quàm ſi dicamus talem proteſtationem vtique prodeſſe, & liberare vaſſallum à caducitate, quando poſſeſſio
92 tradita fuit ſolùm per conſtitutum, ſeu precarium, vel alium modum fictum, & ſaltem detentio remanſit penes venditorem, quia licèt etiam per conſtitutum transferatur vera poſſeſſio, tamen quando illud eſt conditionale, & apponitur in contractu conditionali, niſi impleta conditione poſſeſſio non tranſit in acquirentem, ſecus eſt, quando ſequuta eſt actualis, & corporalis traditio poſſeſſionis, & apprehenſio; tunc enim non iuuant proteſtationes, quia factum traditionis præ-
93 ualet verbis proteſtantis: ſic diſtinguere, & tenere videtur etiam ex aduerſo allegatus Menoch. *conſ.*38. *n.*36. & ita eum intelligit, & declarat Vulpel. *d.conſ.*131. *n.*8. *in fin.* vbi etiam reſpondet Claro, & aliis Doctoribus in contrarium adductis. Et ſimiliter ſic eos voluit intelligi Borgn. *deciſ.*8. *num.*22. *in fin. part.*1. dicens ex aduerſo allegata procedere non ſequuta corporali traditione, & ad rem facit Tiraq. *de retract. lignag.* §.1. *gl.*2. *num.*22. & *de iur. conſtit. part.*3. *lim.*26. *num.*6. Cald. *d.cap* 6. *numer.*31. Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſſ. n.* 388. Burſat. *d.conſ.*254. *num.*20. *lib.*3. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*718. *numer.*33. pulchrè Beltr. *ad Ludou.deciſ.*388. *num.*9. *ad fin.* vbi hoc modo diſtinguit, & concordat opiniones, prout etiam facit Carroc. *de locat. & conduct. part.*2. *tit.de iur. emph.in princ.n.*14.15.*fol.*92. vbi multos allegat, & benè loquitur.

Non obſtat, quòd huiuſmodi venditio ſit conditionalis, & ita ſuſpendat actum traditionis, & propterea ex contractu ſuſpenſo per conditionem non poſſe incur-
94 ri caducitatem. Quia reſpondetur ea, quæ facti ſunt, non ſtare in pendenti, quia ante eſt factum, aut non, & propterea cùm traditio fuerit vera cum perceptione fructuum ex parte emptoris, ſatis dicitur feudum alienatum, quia venditio conditionalis, ſequuta vera traditione ſtatim eſt perfecta, adeò vt non ſit locus pœnitentiæ, licèt
non ſtatim pariat actionem, & ex ea transfertur domi- 95
nium, quia perfectus eſt contractus: ad textum *in l. neceſſariò*, §.*ſi ita res*, *ff. de peric. & comm. rei vend.* vbi gl. *in verb. perfectam*, *l. dotis fructus*, §. *vnico*, *l. ſed niſi*, *ff. de iur. dot.* Bald. *conſ.*478. *num.*2. *lib.*1. Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *gl.*2. *num.*28. Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib.*4. *tit.*26. *num.*22.23. & *lib.*12. *tit.*10. *num.*16. pulchrè Leand. Galgan. *tract. de condit. & demonſtr. part.*2. *cap.*1. *quæſt.*99. *n.*4.5. vbi probat venditionem conditionalem ſtatim eſſe perfectam, antequam conditio exiſtat, & non licere alteri inuito altero ab eo diſcedere, ſequuta traditione.

Non obſtat conſuetudinem non fuiſſe legitimè probatam, quia ſatis oſtenſum eſt contraria procedere in conſuetudine iuris inductiua, non autem iuris interpretati-
ua, vt hæc, quæ non requirit aliquam præſcriptionem: 96
Farinac. *deciſ poſthum.*193.*num.*4.*part.*2. Hect.Felic. *d. alleg.*46.*numer.*64. *part.*1. ſed illud, quod pro maiori parte obſeruatum eſt, attendi debet, vt inquit Hect. Felic. *alleg.*24.*n.*9.*part.*1.

Quare concludendum eſt, locum eſſe caducitati, quia vaſſallus feudem alienans Domino ignorante, ſi deuenit ad traditionem, cadit in commiſſum ipſo iure, vo-
lente Domino abſque alia ſententia, licèt eiici non de- 97
beat à poſſeſſione, niſi citatus, & conuictus, & tunc iuris remediis eſt ſpoliandus tanquam ipſo iure caducatus, ſi fortè adhuc in poſſeſſione maneat: ſic Hoſt.Card.Butr.& Abb. *in cap. ex parte, numer.*4. *de feud.* Bald. *in cap.*1. §. *callidis*, vbi Afflict. *de prohib. alien.feud. per Frideric.* Alex. *conſ.*44. *col.*1. *lib.*3. Corn. *conſ.*165. *num.*28. *lib.*2. Decian. *conſ.*4. *num.*16. *lib.*1. latè Cald. *de iur. emph. lib.*4.*cap.*17.*num.*6. vbi plurimos allegat Honded. *conſ.*55. *num.*23. *lib.*1. Burſat. *conſil.*444.*num.*1.*lib.*4. latè Roſent. *de feud. cap.*9. *concluſ.*2. *numer.*1.2. Grilinzon. *conſ.*78. *num.*7. Scacc. *in prax. de iud. caſ. ciu. lib.*2. *capit.*9. *numer.*1580. latè, & pulchrè videndus Peregr. *conſil.*15.*numer.*20.*verſ.ſed contra*, & *num.*21.22.23. *lib.*1. vbi hæc omnia exarat, probatque vaſſallum ſic alienan-
tem adeò incidere in commiſſum ipſo iure, volente ta- 98
men Domino, quòd Eccleſia Domina directa poſſit immediatè alium inueſtire de feudo à quo vaſſallus per alienationem cecidit, ita vt ſola requiratur ſententia facti declaratoria.

Non loquor autem in præſenti caſu de illa ſolita recognitione vnius paris caponum, qui vltra laudemium, ſeu decimam ſolui ſolent à vaſſallo tempore inueſtituræ, quia hoc non pertinet ad negotium; non enim D. Scaltritus fuit declaratus à Domino pro caducato, quia non ſoluerit dictos capones, vt perperam ipſe putauit; ſed quia ante aſſenſum Domini intrauit tenutam feudi alienati, & in ea permanſit per multos menſes gerendo ſe in ea pro domino, & fructus percipiendo. Ne tamen id omiſiſſe videar dedita opera, ſciendum eſt, quod de more huius Curiæ eſt, quod quando petitur inueſtitura feudi per ſucceſſorẽ in eo, vel ob mortem patris, ſeu alterius antiqui vaſſalli, vel ob mortem Epiſcopi præcedentis, loco honorificæ recognitionis in actu inueſtituræ ſoluitur Epiſcopo vnũ par caponum, & idem etiam ſeruatur, quando alienatur feudum; ſed tunc vltra capones ſoluitur etiam pro laudemio decima pars pretij feudi venditi, adeò vt nunquã recognitio caponum effectiuè, vel in pecunia omittatur, licèt dictus D. Scaltritus neget ſolui capones, niſi ob mortem Domini, vel vaſſalli; ſed allucinatur, quia vſus, & conſuetudo iſta eſt notoria, de qua poterat Iudex etiam in cubiculo ſe informare. Alex. *in l.vnic.numer.*3.4.
*C.vt quæ deſunt Aduoc.* latè Curt.Iun. *de feud. p.*1.*quæſt.*1. 99
*n.*13. Rim.Iun. *conſ.*659.*num.*2. tamen quod etiam in alienationibus ſoluantur capones, deponunt teſtes, & concludunt de ſolito, & de obſeruantia etiam in proprio facto, vt habetur in proceſſu, *fol.*9. *Sappiamo eſſere ſolito,*

*& conſueto, che quando ſi vendono beni, ò terre del deto feu-
do, ſi paga à Monſignor Veſcouo, ò ſuoi Agenti la decima
parte di tutto il prezzo, & poi per la recognitione vn paio di
capponi, ouer il ſuo valore.* Et confirmatur per teſtes in
proceſſu, *fol.* 23. 27. 35. & alibi, quæ obſeruantia, & vſus,
& conſuetudo eſt attendenda per ea, quæ ſuperiùs ſcri-
100 pta ſunt, quoniam poſſunt induci mores, & conſuetu-
dines etiam præter naturam feudi, velut quod feudum
ex pacto, & prouidentia poſſit alienari. Ruger. *conſil.* 52.
*numer.* 19. 20. 21. 22. *& ſeq.* Caualer. *deciſ.* 634. *num.* 11.
vbi alios allegat. Farinac. *deciſ. poſth.* 311. *numer.* 1. *part.* 2.
ſicut etiam valet vſus, & conſuetudo, vt feudum poſ-
ſit alienari etiam in præiudicium primogeniti, vel agna-
101 torum in inueſtitura comprehenſorum accedente con-
ſenſu Domini, vt de feudis Montisferrati teſtatur Ma-
nent. *deciſ.* 1. *numer.* 10. & de Eccleſia Mantuæ fidem
facit Cyriac. *contr.* 377. *num.* 2. *part.* 2. & de noſtro feu-
do Maſenzatici inquit Gherard. Mazzol. *d. conſil.* 114.
102 *numer.* 74. qualis enim ſit natura feudi attenditur mos
regionis & conſuetudo. Mantic. *de tac. & amb. conuent.*
*lib.* 23. *tit.* 8. *numer.* 9. vbi alios allegat. Menoch. *lib.* 3.
*præſ.* 95. *numer.* 6. Sacc. *conſ.* 3. *numer.* 74. 75. Manent.
*d. deciſ.* 1. *num.* 49. 50. & *deciſ.* 2. *num.* 1. Ergo multò ma-
gis valet vſus, & conſuetudo, ſeu obſeruantia, quæ non
repugnat in vſibus feudorum, qualis non poteſt dici iſta,
quæ ſatis congruit feudorum naturæ, vt in inueſtituris
faciendis aliquis honos, & emolumentum exhibeatur
Domino: & hæc ſic obiter dicta ſint, ne capones con-
temnere videamur.

His ſtantibus non eſt neceſſe reſpondere exceptioni-
bus dicti D. Scaltriti, quas aduersùs teſtes Menſæ Epiſ-
copalis opponit, dum conatur oſtendere eos non pro-
bare conſuetudinem à dicta Menſa allegatam, eo quòd
non deponant de vſu populi, frequentia actuum, & diu-
turnitate temporis, ſed de vſibus priuatis eorum, qui
vendiderunt, & emerunt bona feudalia dictæ Menſæ.
Nam iſta exceptio nihil valet, quia hìc non tractatur
de inducenda vniuerſali quadam conſuetudine populi,
ſed de vſu quodam, & conſuetudine, ac obſeruantia
ſpeciali circa res feudales dictæ Menſæ, quam non eſt
neceſſe, quòd deueniat in cognitionem totius, aut ma-
ioris partis populi; ſed ſatis eſt, quòd pluries ita obſer-
103 uatum ſit à vendentibus, & ementibus per aliquos actus
ſine probatione diuturnitatis temporis, vt oſtenſum eſt.
Hect. Felic. *alleg.* 46. *num.* 64. *part.* 1. Lancell. Gall. *conſ.* 63.
*num.* 37. Farin. *deciſ.* 419. *num.* 6. *part.* 1. & *deciſ. poſth.* 193.
*num.* 4. *part.* 2. & propterea benè pro dicta Menſa con-
cludunt teſtes Rubinus, Homiciolus, Paterlinus, & Bra-
meus, dum dicunt ita vidiſſe obſeruari, & in caſibus
propriis ita obſeruatum fuiſſe.

Neque obſtat, quòd D. Brameus fidem non facit, eo
quod in ſuo dicto partem aduerſam iniuriet, dum in-
quit: *Non poſſo credere, che alcuno ſia andato al poſſeſſo
prima dell'inueſtitura, è conſenſo, ſe non è ſtato qualche te-
merario, & dell'opinione, ch'è il Scaltrito.* Quia hæc verba
non poſſunt dici iniurioſa, quoniam non dicit D. Bra-
meus D. Scaltritum eſſe temerarium, ſed *non poſſo cre-
dere, che alcuno ſia andato al poſſeſſo prima dell'inueſtitu-
ra, è conſenſo, ſe non qualche temerario:* quæ verba tan-
quam prolata in perſonam incertam, & in abſtracto,
104 iniurioſa dici non poſſunt. Bertaz. *conſ.* 237. *littera D,*
*verſ. Primò itaque, lib.* 1. & licèt poſtea ſubiungat: *&
dell'opinione, ch'è il Scaltrito*; tamen hæc verba ſtant
105 ampliatiuè ad alium caſum virtute copulæ, vt per Cra-
uet. *conſil.* 9. *numer.* 25. *in fin.* & non continent aliquam
iniuriam, cùm enim copula, *Et*, cadat inter diuerſa,
*cap. ex parte, de reſcript.* dicendum eſt D. Brameum no-
106 luiſſe appellare dictum D. Scaltritum temerarium, &
cùm iniuria non inferatur ſine dolo, adeò vt non ſuffi-
ciat lata culpa, & ſine animo iniuriandi, Bald. *conſ.* 443.
*num.* 4. *lib.* 4. & *conſil.* 277. *numer.* 2. *lib.* 5. Crauet. *con-
ſil.* 119. *numer.* 4. Bertaz. *conſil.* 88. *numer.* 6. & *conſil.* 214.
*numero* 1. *lib.* 1. Baiard. *ad Clar.* §. *iniuria, num.* 20. 21.
hìc non poteſt præſumi dolus, neque aliquis animus in-
iuriandi; tum quia hæc dicta fuerunt ſine rixa, abſente
parte, coram Iudice, & Notario, & nulla præcedente 107
inimicitia; hæc enim ſingula efficere poſſunt, vt non
præſumatur iniuria, per ea, quæ tradit Crauet. *d. conſil.* 9.
*numer.* 10. *& multis ſeqq.* Bertaz. *conſil.* 206. *littera A, ſub
verſic. primum itaque, lib.* 1. Baiard. *ad Clar. in d.* §. *iniu-
ria, numer.* 21. qui loquitur in fortioribus terminis. Fa-
rinac. *de var. & diuerſ. crim. quæſt.* 105. *numer.* 118. 119.
122. qui benè ad rem noſtram loquitur.

Ex quibus ego inductus fui, vt pronunciarem dictum D. Scaltritum eſſe à commodo dicti feudi caducatum, & confirmandam eſſe caducitatem à Promotore Menſæ Epiſcopalis declaratam, poſſeſſionemque feudi ſic alienati ſpectare ad prædictum D. Epiſcopum, qui voluit cauſam provt de iure, terminari, non quia magnoperè æſtimet rem caducatam, quæ exigui eſt valoris, ſed exempli gratiâ, vt in poſterum innoteſcat, quid aliis agere magis expediat, & ne fraudibus facilè via aperiatur ad eludendum dominum directum, ſi variis figmentis permiſſum eſſet clandeſtinas facere dicti feudi alienationes. Ita ergo iudicaui, quia ſic iuri conuenire cenſui; ſaluo tamen, &c.

Latâ verò ſententiâ in hac cauſa dictus Scaltritus appellauit, & de nullitate dixit, & appellationem proſecutus eſt coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Legato Bononiæ, inſtans pro commiſſione alicui Iudici; ſed Procurator Menſæ Epiſcopalis oppoſuit calumnioſam eſſe appellationem, & non eſſe committendam, niſi cum clauſula, *ſaltem parito priùs iudicato:* & cùm per plures menſes de hoc fuit diſputatum, prædictus D. Scaltritus animaduertens quàm debilia eſſent eius iura, renuntiauit appellationi ſub die 7. Februarij 1637. ex rogitu D. Marij Tuſchi Notarij, & Cancellarij Epiſcopalis, propter quod ſententia caducitatis tranſiuit in iudicatum.

## CAPVT CVII.

### EPITOME.

Prouiſus de beneficio patronali tanquam de libero an ſit manutenendus, ſi collator attento vltimo ſtatu ſit in quaſi poſſeſſione conferendi; & an patronus putatiuus ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione præſentandi, vbi conſtat quis ſit verus patronus.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio defuncti continuat in filium hæredem.*
2 *Patronus debet manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione præſentandi.*
3 *Iuſpatronatus familiare deficiente familia poteſt tranſire ad extraneos.*
3 *Iuſpatronus probatur per ſententiam Ordinarij.*
5 *Beneficiatus eſt manutenendus, ſi eſt inſtitutus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi.*
6 *Manutentio datur in beneficialibus, & ſine titulo.*
7 *Poſſidenti tempore litis, & priùs datur manutentio.*
8 *Poſſeſſio inſtrumentalis eſt manutenibilis alio non exiſtente in poſſeſſione.*





9 *Poſſeſſio præſumitur potiùs vacua, quàm plena.*
10 *Poſſeſſio capta de altari beneficij extenditur etiam ad bona eiuſdem.*
11 *Vltimus ſtatus in beneficialibus eſt attendendus.*
12 *Beneficia omnia præſumuntur libera.*
13 *Manutentio in beneficialibus datur habenti pro ſe vltimum ſtatum.*
14 *Vltimus ſtatus cum iuris aſſiſtentia maximè manutenendus.*
15 *Collatio beneficij tanquam de libero non infringitur per ſuperuenientem iuriſpatronatus probationem.*
16 *Prouiſus ab Epiſcopo manutenetur in poſſeſſorio, etiam contra patronum.*
17 *Ius præſentandi reſpicit petitorium.*
18 *Vltimus ſtatus beneficij acquiritur etiam ex vnica collatione.*
19 *Scientia præſumitur ex longo tempore.*
20 *Scientia aduerſarij non conſideratur in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*
21 *Manutentionis in iudicio ſatis eſt docere de actibus poſſeſſoriis.*
22 *Si dominus non poſſideat, non eſt curandum de eius ſcientia.*
23 *Scientia eius cui præiudicatur quando requiratur.*
24 *In poſſeſſorio non attenditur an quis iure, vel iniuria detineat.*
25 *Poſſeſſorium ſummariiſſimum quando dicatur intentatum.*
26 *Manutentio non poteſt dari non poſſidenti de tempore motæ litis.*
27 *Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem ſine apprehenſione.*
28 *Poſſeſſio, ſeu quaſi non tranſit in ſucceſſorem ante vſum illius.*
29 *Poſſeſſio patris differt à poſſeſſione filij.*
30 *Statuta laicorum non ſeruantur in foro Eccleſiæ.*
31 *Statutum alieni fori debet produci in foro, vbi allegatur.*
32 *Statutum laicorum nihil operatur, quoad poſſeſſionem iuriſpatronatus, & rerum ſpiritualium.*
33 *Laicus non poteſt vti ſuo ſtatuto in foro Eccleſiæ aduersùs Clericum.*
34 *Æqualitas in iudiciis eſt ſeruanda.*
35 *Statutum de continuanda poſſeſſione, non tollit poſſeſſionem medio tempore captam.*
36 *Poſſeſſio quomodo continuet in hæredem ſtante ſtatuto.*
37 *Poſſeſſio intricata non eſt manutenibilis.*
38 *Poſſeſſio præſentandi quibus proſit, vel noceat.*
39 *Præſentatus à vero patrono, præfertur præſentato à patrono putatiuo.*
40 *Prædo non eſt manutenendus, ſi conſtat eſſe prædonem.*
41 *Iuriſpatronatus proprietas probatur etiam per inſtrumentum, & quando.*
42 *Reus poſſidens vincit ex non iure actoris.*
43 *Fundationis tenor eſt attendendus.*
44 *Iuſpatronatus gentilitium non tranſit ad extraneos durante familia.*
45 *Patronatus parentelæ an poſſit donari extraneo.*
46 *Familia, domus, & agnatio, idem ſignificant.*
47 *Familia vocata quando tantùm deſcendentes cenſeantur vocati.*
48 *Domo vocata cenſentur vocati omnes etiam tranſuerſales, & quomodo.*
49 *Familia contentiuè quando cenſeatur vocata.*
50 *Domo Bardorum vocata, omnes de Bardis veniunt.*
51 *Deſcendentia quando probanda.*
52 *Domus appellatione veniunt omnes qui portant eadem arma & inſignia.*
53 *Familia aggregata an veniat appellatione familiæ.*
54 *Iuſpatronatus familiare an comprehendat eos, qui ſunt ex diuerſis colonellis.*



55 *Domus nomine an veniant qui non ſunt agnati.*
56 *Familiæ identitas probatur ex eodem nomine, & cognomine.*
57 *Agnatio quomodo probetur.*
58 *Domus indentitas præſumitur ex delatione eorundem armorum.*
59 *Negatiua quando eſt probanda à negante.*
60 *Iuſpatronatus gentilitium quodnam dicatur.*
61 *Patronus non poteſt præiudicare ſucceſſori in patronatu gentilitio.*
62 *Præſcriptio non currit in patronatu gentilitio.*
63 *Attinentia probata cum vno fratre, cenſetur probata etiam cum alio.*
64 *Parentela in antiquis probatur per ſolam famam.*
65 *Conſanguinitas non probatur niſi gradu probato.*
66 *Antiquiore vocato non eſt neceſſe probare gradum parentelæ.*
67 *Proximior eſt præferendus, ſi plures concurrunt.*
68 *Parentelæ gradus quando non eſt neceſſe probare.*
69 *Agnationis gradus non probatur vbi ſucceditur vltra decimum gradum.*
70 *Proximiorem eſſe non eſt neceſſe probare, ſi alius excluſiuè non concurrat.*
71 *Facta non præſumuntur.*
72 *Pluralitas non præſumitur.*
73 *Patronus hodie docere debet de legitimo titulo præſentandi.*
74 *Patronatus requirit eaſdem probationes in poſſeſſorio, quas in petitorio, & quando.*
75 *Donatio non probat iuſpatronatus, niſi conſtet de iure donatoris.*
76 *Familiæ ſub nomine an comprehendatur fœmina.*
77 *Fœminæ ſunt quaſi folia arborum.*
78 *Fœminæ non comprehenduntur in patronatu gentilitio.*
79 *Familia vocata habetur ratio agnationis conſeruandæ.*
80 *Fœmina non poteſt admitti ad relictum familiæ, niſi durante eius vita.*
81 *Liberi fœminæ non ſunt de familia, à qua ipſa venit.*
82 *Tranſactio in patronatu gentilitio nocet tantam concordantibus.*
83 *Tranſactio non valet ſuper iurepatronatu.*
84 *Iuriſpatronatus donatio non valet ſine conſenſu Epiſcopi.*
85 *Ordinarij decretum in iurepatronatu non valet, niſi vocatis intereſſatis.*
86 *Iuſpatronatus non probatur ex ſententia Ordinarij quæ non iuſtificatur ex actis.*
87 *Tranſactio non valet propter falſam cauſam.*
88 *Iuſpatronatus non probatur ex ſententia Ordinarij, niſi in antiquis.*
89 *Patronus poteſt præſentare inſtitutum ab Epiſcopo.*
90 *Multiplicatio titulorum eſt permiſſa in beneficialibus.*
91 *Poſſeſſionis cauſa poteſt mutari ex nouo titulo.*
92 *Vincere debet de cuius meliori iure conſtat.*
93 *Collatio beneficij non vitiatur, licet poſtea pronuncietur contra poſſidentem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1631. vacante ſimplici beneficio ſub vocabulo Annunciationis Beatiſſ. Mariæ Virginis erecto in Parochiali Eccleſia Sanctorum Iacobi, & Philippi Regij, per obitum quondam multùm Reuerendi Domni Ludouici de Grilinzonis à Carpo, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Regij illud tanquam liberum contulit Reuerendo Domno Chriſtophoro Raſorio Sacerdoti, qui eo gauiſus eſt pacificè vſque ad finem anni 1634. quo tempore illud purè renuncia-

uit in manibus, eiuſdem Epiſcopi, à quo denuò illud
tanquam liberum collatum fuit Reuerendo Domno Pro-
ſpero Gallingano Sacerdoti, qui eius tenutam acce-
pit, & in ea perſeuerauit, vt de prædictis conſtat ex
actis publicis in proceſſu regiſtratis, & adhuc perſe-
uerat.

Poſtmodùm nondum lapſo quadrimeſtri à die dictæ
renunciationis, comparuit D. Iulia filia quondam Domi-
ni Bartholomæi de Gabbis, & vxor Domini Philippi de
Cupellis ſub die 2. Ianuarij 1635. exponens, qualiter di-
ctum beneficium erat de iurepatronatus dicti Domini
Bartholomæi eius patris, cuius ipſa fuit hæres, eumque
fuiſſe in poſſeſſione præſentandi, & propterea collatio-
nem Epiſcopi fuiſſe nullam, eamque ignoraſſe vacatio-
nem per obitum dicti Domni Ludouici, & ideò præſen-
tauit perreuerendum Domnum Ioannem Paulum Cor-
radinum Clericum, inſtans inſtitui, ſéque ipſam manu-
teneri in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ad docendum
de prædictis probauit ſe eſſe filiam dicti Domini Bartho-
lomæi, & hæredem, produxitque proceſſum multis ab
hinc annis factum, ſcilicet de anno 1617. in quo apparet
prædictum beneficium de anno 1580. fuiſſe fundatum à
Domino Petro de Codelupiis cum reſeruatione iuriſpa-
tronatus ſub his verbis, *Quod voluit eſſe, ſeu fieri benefi-
cium iuriſpatronatus domus, ſeu caſata illorum de Codelu-
piis, vt per ſeniorem, & proximiorem ex dicta caſata debeat
conferri, & eidem liceat præſentare illius beneficij Recto-
rem.*

Cui D. Petro decedenti abſque deſcendentibus ſu-
perſtes fuit Dominus Chriſtophorus eius frater, & hæ-
res, qui in vita ſua non procurauit implementum dictæ
vltimæ voluntatis, ſed poſt eius mortem Domina Mar-
ta de Bonzagnis eius vxor vti mater, tutrix Domini
Iacobi communis filij, & hæredis dicti Domini Chri-
ſtophori, habitâ ſcientiâ dictæ diſpoſitionis de anno
1587. procurauit fieri erectionem dicti beneficij,
cum reſeruatione iuriſpatronatus pro dicto Domino Ia-
cobo, & pro eius deſcendentibus maſculis ad fauorem
maioris natu; & decedente dicto Domino Iacobo ſine
filiis maſculis ad fauorem Domini Ioannis Mariæ de
Codelupiis, & maioris natu eius deſcendentium, provt
factum fuit.

Ex eodem proceſſu apparet deceſſiſſe dictum Domi-
num Iacobum abſque prole, & ſuper dicto iurepatro-
natu litigatum fuiſſe inter dictam Dominam Martham
hæredem dicti Domini Iacobi ex vna, & dictum Do-
minum Bartholomæum vti filium Dominæ Annæ de
Codelupiis, & Dominam Luciam pariter de Codelu-
piis, fuiſſéque tranſactum, quod dicta Domina Mar-
tha durante eius vita ſit patrona dicti beneficij, & poſt
eius mortem illud ſit de iurepatronatus dicti Domini
Bartholomæi, & eius hæredum, & ſucceſſorum deſ-
cendentium quorumcumque in perpetuum; cui dicta
Domina Martha ceſſit omnia ſua iura præſente, & au-
thorizante Domino Vicario Epiſcopali Regij. Poſt quæ
apparet dictum Dominũ Bartholomæum plures præſen-
taſſe Rectores ad dictum beneficium, cum effectu, & Do-
minus Epiſcopus Rangonus declarauit illud eſſe de iu-
repatronatus eiuſdem; quorum vigore dicta Domi-
na Iulia moderna, & viuens petit manuteneri in quaſi
poſſeſſione præſentandi, expulſo dicto Domno Gallin-
gano.

Contra verò dictus Domnus Gallinganus dicit manu-
tenendum ſe eſſe in poſſeſſione dicti beneficij, in qua
reperitur, tum quia D. Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſſio-
ne prouidendi de illo, tanquam de libero, interrupta
quaſi poſſeſſione dicti Domini Bartholomæi, quæ idcir-
cò non potuit tranſire in dictam Dominam Iuliam, quæ
nunquam præſentauit; tum quia ipſe Gallinganus fuit
præſentatus à ſeniore domus illorum de Codelupiis; ad
quem vigore fundationis pertinet dictum iuſpatronatus,
& ab eo excludi debet dicta Domina Iulia tanquam ex-
tranea à tali familia adeò, vt tranſactio facta contra te-
norem fundationis non valeat in præiudicium ſucceſſo-
rum, quibus tranſigentes præiudicare non potuerunt.
Quæritur quid iuris, &c.

Et ſanè videbatur reſoluendum ad fauorem dictæ Do-
minæ Iuliæ Gabbæ, quia cùm ſuccedat in hæreditate
dicti Domini Bartholomæi eius Patris, omnis eius poſ- 1
ſeſſio continuauit in eam. Bald. *in l. in ſuis, ff. de lib. &
poſthum.* Viuian. *de iurep. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *numer.* 64.
& maximè ſtante Statuto Regij de continuanda poſ-
ſeſſione in hæredem, *lib.* 2. *rubr.* 76. Certum eſt enim,
quòd Patronus debet manuteneri in ſua quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi, *cap. conſultationibus*, vbi Abb. *de iu- 2
rep.* Seraph. *deciſ.* 1382. *numero* 4. Mantic. *deciſ.* 360. *nu-
mer.* 6.

Secundò, quia licèt dicta Domina Iulia non ſit de
domo & caſata illorum de Codelupiis, tamen cùm te-
ſtator non fuerit locutus taxatiuè, ſed demonſtrati-
uè, in caſu deficientis familiæ, iuſpatronatus poteſt 3
transferri etiam ad extraneos, vt habetur apud Se-
raph. *deciſ.* 364. *numero* 4. 5. 7. 8. 11. 12. & *deciſ.* 378. *nu-
mero* 5. 8. Gratian. *diſcept.* 645. *numero* 10. Viuian. *in
prax. iuriſp. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. 2. vbi multos allegat:
Rot. apud Ludouicum Poſthium *de manutenendo, de-
ciſ.* 267. *num.* 7.

Tertiò, quia dictus Dominus Bartholomæus habet
titulum ex tranſactione inita cum dicta Domina Mar-
ta hærede dicti D. Iacobi, per quam illi ius fuit ac-
quiſitum, & illud fuit confirmatum per ſententiam
dicti Domini Epiſcopi declarando dictum beneficium
eſſe de iurepatronatus eiuſdem: nam cùm Ordinarij
non ſoleant multùm fauere iſtis præſentationibus, ſe-
quitur quòd eorum ſententiis ſit multùm tribuendum
ad fauorem iuriſpatronatus, & præſentatorum. Se- 4
raph. *deciſ.* 1141. *num.* 8. Viuian. *in d. tract. lib.* 11. *cap.* 5.
*num.* 24.

His tamen non obſtantibus cenſui iuri ſatis conueni-
re dictum Reuerendum Domnum Proſperum non ſolùm
vti prouiſum ab Ordinario, ſed etiam vti præſentatum
ab illis de domo, & familia illorum de Codelupiis, fore,
& eſſe manutenendum in poſſeſſione dicti beneficij, cùm
poſſideat auctoritate iudicis, & cum titulo, vt habetur in 5
proceſſu, & fuerit inſtitutus ab eo, qui erat in quaſi
poſſeſſione conferendi, ad textum *in d. cap. conſultationi-
bus*, vbi Innoc. Abb. & DD. *de iurepatr.* Puteus *deciſ.* 206.
*num.* 1. *lib.* 1. Ferret. *conſ.* 132. *num.* 10. *lib.* 1. Mareſc. *var.
reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 15. 16. *& ſeqq.* etenim in benefi-
cialibus datur manutentio etiam ſine titulo colorato. Se- 6
raph. *deciſ.* 299. *num.* 4. vnde multò magis cum titulo, &
cùm ipſe probauerit tempore motæ litis, priùs etiam ſe
fuiſſe in tenuta, & poſſeſſione dicti beneficij, vt per in-
ſtrumentum poſſeſſionis apprehenſæ, & ex teſtium de-
poſitionibus conſtat, abſque dubio danda eſt illi manu-
tentio, ad textum *in* §. *retinendæ*, vbi Faber *numer.* 16.
*Inſtitut. de interd.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 4. *numer.* 11. 19. *part.* 2. 7
Farinac. *deciſ. poſth.* 93. *ſub numer.* 2. & *deciſ.* 106. *num.* 2.
& *deciſ.* 563. *numer.* 1. *part.* 2. Lud. Poſth. *in tract. de ma-
nut. obſeru.* 73. *numer.* 1. 2. 3. *& ſeqq.* Rot. apud eundem
*deciſ.* 17. *num.* 2. & *deciſ.* 57. *num.* 7. 18. & *deciſ.* 268. *n.* 1.
Nec dubium eſt, quin poſſeſſio inſtrumentalis ſit manu-
tenibilis, quando alius tunc in poſſeſſione non exiſte- 8
bat. Rot. *diuerſ. deciſ.* 171. *numer.* 1. & *deciſ.* 890. *num.* 2.
*part.* 4. Rota penes Zacchiam *deciſ.* 2. *numero* 1. 2. & *de-
ciſ.* 144. *numer*... Ricc. *in coll. deciſ.* 1484. Marcheſan. *de
commiſſ. part.* 1. *de comm. app. in poſſeſſione*, §. 1. *numer.* 52.
*fol.* 929. Farinac. *deciſ.* 293. *numero* 5. *part.* 1. Ludouiſ.
*deciſ.* 268. *numero* 1. 8. Coccin. *deciſ.* 241. *numero* 2. latiſ-
ſimè Lud. Poſth. *d. tract. de manuten. obſeru.* 21. *num.* 25. *&
ſeqq.* vbi infinitos allegat, & ampliat dicens, neque eſſe
neceſſarium probare alium tunc temporis fuiſſe in poſ-
ſeſſione, quia ei, qui dicit plenam fuiſſe poſſeſſionem,
incumbit onus probandi, eo quòd potiùs præſumatur
vacua,



vacua, & cum prædictis concordat Rota apud eumdem
Lud. Poſthium *deciſ.* 4. *num.* 1. & *deciſ.* 7. *num.* 2. Cavaler.
*deciſ.* 478. *num.* 2. adeò vt per inſtrumentalem poſſeſſio-
10 nem Altaris, ſeu Capellæ acquiratur etiam poſſeſſio re-
rum, & bonorum beneficij in ea fundati, & annexorum
illus: Anchar. *in cap. beneficium, num.* 12. *de reg. iur. in* 6.
Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 16. pulchrè Peregr.
*de fideicom. art.* 48. *num.* 76. vbi multos allegat. Marcheſ.
*de commiſſ. appell. in poſſ. ſalu. p.* 1. §. 1. *n.* 61. *fol.* 929.

Nec de prædictis eſt mirandum, quia in beneficiali-
11 bus, quando tractatur de ſuſtinenda prouiſione iam facta,
attenditur vltimus ſtatus, quicquid ſit quoad futuras va-
cationes, & ideò ſi vltimus ſtatus ſit de beneficio tan-
quam libero, abſque dubio ſuſtinetur collatio facta ab
Epiſcopo, non obſtante exceptione iuriſpatronatus, &
proprietatis in eo: ad textum *in cap. conſultationibus*, vbi
Abb. *num.* 9. *de iurep.* Ferret. *conſ.* 132. *num.* 10. *lib.* 1. Put.
*deciſ.* 206. *num.* 1. *lib.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 167. *num.* 9. *part.* 2.
pulchrè videndus Farinac. *deciſ.* 435. *num.* 1. *& per totam*,
& *deciſ.* 623. *num.* 1. *part.* 2. & *deciſ.* 154. *num.* 3. *part.* 2.
Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 45. §. 2. *num.* 7. *in fin.* &
*num.* 14. pulchrè etiam Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 77. *ſub
num.* 11. *verſ. Et circa hanc materiam.* Viuian. *in prax.
12 iuriſpatronatus, lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 4. Quod maximè iuua-
tur aſſiſtentiâ iuris, quâ omnia beneficia præſumuntur
libera: poſt Menoch. inquit Farin. *d. deciſ.* 435. *ſub n.* 1.
*in fine, p.* 2.

Certum eſt enim, quòd in beneficialibus, & in iudi-
cio poſſeſſorio ille debet manuteneri, qui habet vltimum
ſtatum pro ſe, & immediatam poſſeſſionem, vt hic Epi-
13 ſcopus, & prouiſus ab eo: ad textum *in cap. cùm Eccle-
ſia Sutrina*, vbi Abb. *num.* 23. Rip. *num.* 81. *de cauſ. poſſ.
& propriet.* & *in* §. *retinendæ, Inſtit. de interd.* Alex. *conſ.*
92. *num.* 5. *lib.* 1. Couar. *pract. qq. cap.* 17. *num.* 5. Seraph.
*deciſ.* 1438. *num.* 1. 3. vbi etiam inquit hoc maximè pro-
14 cedere, quando vltimus ſtatus habet pro ſe iuris aſſiſten-
tiam: Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 1. 7. *& ſeqq.*
Ludouiſ. *deciſ.* 77. *num.* 2. 9. Gratian. *diſcept.* 577. *num.* 13.
Lud. Poſth. *d. tract. de manut. obſer.* 71. *num.* 8. 55. &
*obſer.* 73. *num.* 4. & poſt eum Rota *deciſ.* 3. *num.* 1. &
*deciſ.* 172. *num.* 21. Viuian. *de iurep. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 11.
Ioan. Aloyſ. Ricc. *tract. de nouiſſima probatione iuriſpa-
tronatus, reſol.* 214. *n.* 1. *& ſeqq.* Monet. *de commutat. vlt.
vol. c.* 10. *n.* 248.

Nec obſtat, quod hîc conſtet beneficium prædictum
eſſe patronatum, & non liberum, quia eſto, quod hoc
verum ſit, tamen cùm probationes iuriſpatronatus fue-
15 rint factæ poſt collationem Epiſcopi, illa non infringi-
tur, tanquam facta ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione
conferendi: ad textum *in d. cap. conſultationibus*, vbi Abb.
*num.* 9. *de iurep.* Rip. *in d. cap. Cùm Eccleſia, num.* 130.
*de cauſ. poſſ. & propriet.* Rot. *deciſ.* 14. *de iurep. in antiq.*
Menoch. *conſil.* 90. *num.* 124. pulchrè Rot. *diuerſ. deciſ.*
167. *num.* 9. *part.* 2. Farinac. *deciſ.* 135. *num.* 4. *verſ. primò,
part.* 2. & *deciſ.* 623. *num.* 2. *part.* 2. Mareſc. *var. reſol. lib.* 1.
*cap.* 55. *num.* 51. quia in iudicio poſſeſſorio manutentio-
nis, in quo non attenditur iuſtitia poſſeſſionis, ſed fa-
ctum, & ſtatus, in quo res erat tempore litis, non con-
ſideratur, an beneficium ſit patronatum, & propterea
in poſſeſſorio prouiſus ab Epiſcopo abſque conſenſu
patroni, & eo contempto, debet obtinere contra ipſum
16 patronum, & etiam contra præſentatum, vt poſt Pa-
pon. *lib.* 3. *tit.* 9. *arreſt.* 2. inquit. Ioan. Aloyſ. Ricc. *in
prax. for. Eccl. ſub tit. iuriſp. reſol.* 154. *num.* 2. *verſic.
Idem dicendum, part.* 1. & concordat Mareſcot. *d. reſol.* 55.
*num.* 50. 51. non enim attenditur ius præſentandi, quia
17 reſpicit petitorium. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 45. §. 2.
*num.* 27. 28.

Nec dubitandum eſt, quin Epiſcopus fuerit in quaſi
poſſeſſione conferendi iſtud beneficium, vti liberum,
ſtante collatione per eum facta de anno 1631. ad fauo-
rem dicti D. Chriſtophori Raſorij, nullo reclamante, &
effectum ſortita per annos quatuor, vſque ad tempus re-
ſignationis, propter quam fuit poſtea collata dicto R. D.
Proſpero, etenim ex vnica etiam collatione effectum
ſortita acquiritur quaſi poſſeſſio conferendi, & vltimus
ſtatus beneficij: poſt Rip. *in d. cap. Cùm Eccleſia Sutri- 18
na, num.* 91. *de cauſ. poſſ. & propr.* Calder. *conſ.* 32. *de præ-
bend.* Oldrad. *conſ.* 112. *num.* 3. Alex. *conſ.* 74. *num.* 16. *lib.* 4.
Ferret. *conſ.* 132. *num.* 11. *lib.* 1. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1.
*reſol.* 55. *num.* 24. 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 45. §. 2.
*num.* 29. Farinac. *d. deciſ.* 435. *num.* 1. *verſic. ex qua*, & *de-
ciſ.* 623. *num.* 1. *verſ. Per quam, p.* 2. Coccin. *deciſ.* 178.
*per totam*, vbi dicit quod Rota iudicauit ita etiam in vna
Neapolitana S. Iacobi, 16. Decembris 1602. Coram
Litta, & quamvis requiratur regulariter ſcientia patro-
ni, ea tamen ex longo tempore præſumitur, maximè in 19
Ciuitate non magna, vbi defunctus eſt dictus Grilinzo-
nius, vt poſt Innoc. Abb. & Puteum inquit Rot. *diuerſ.
deciſ.* 166. *n.* 2. *verſ. ſecundò, part.* 1. hic enim obitus Clerici
beneficiati non ſolet eſſe occultus longo tempore; & ideò
veriſimile eſt, quod ſi quis habuiſſet cauſam contradi-
cendi, in tanto tempore contradixiſſet, vt inquit Puteus
*deciſ.* 198. *n.* 6. *lib.* 1.

Deinde dico ex multis non fuiſſe neceſſarium docere
de ſcientia dictæ aſſertæ patronæ ad acquirendam quaſi
poſſeſſionem ab Epiſcopo, primò quia hoc reſpicit peti-
torium, & non conſideratur in hoc ſummariiſſimo ma- 20
nutentionis iudicio. Rota *diuerſ. deciſ.* 17. *num.* 7. *verſ.
quia reſpondetur*, & *num.* 8. *part.* 2. Farin. *deciſ.* 685. *n.* 4.
*part.* 1. Ioan. Aloyſ. Ricc. *tract. de nouiſſ. prob. iuriſp. re-
ſol.* 215. *num.* 5. vbi inquit in hoc iudicio manutentionis
ſatis eſſe docere de actibus poſſeſſoriis de facto geſtis
abſque alia ſcientia & patientia eius cui præiudicatur.
Ludouiſ. *deciſ.* 240. *numer.* 10. Secundò quia non con- 21
ſtat dictam D. Iuliam fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi; ſi enim requiritur ſcientia alterius, non requi-
ritur, niſi alterius poſſeſſoris, & eius qui poſſidet ius
conferendi, vel præſentandi, adeò vt non ſit curan-
dum, ſi Dominus ignoret, dummodo non poſſideat: 22
Innoc. *in cap. bonæ, il* 2. *num.* 1. *verſ. ſed ſi Dominus,
de poſtul. Prælat.* Rip. *in d. cap. cùm Eccleſ. Sutrina*,
*num.* 64. *in* 2. & 3. *fall. de cauſ. poſſ. & prop.* Gonzal. *ad
reg.* 8. *gl.* 45. §. 2. *num.* 32. *in fin.* Farin. *deciſ.* 423. *num.* 6.
& *deciſ.* 608. *num.* 9. *part.* 2. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 5.
*num.* 121. Ludouiſ. *deciſ.* 249. *num.* 8. Ricc. *d. reſolut* 215.
*num.* 3. Tertiò non requiritur ſcientia eius, cui præiudi-
catur, quando agitur de reducendo rem ad priſtinum
ſtatum; putà ſi ageretur de præſcribenda libertate aduer-
ſùs ſeruitutem, vt hic de beneficio liberando à ſeruitu- 23
te iuriſpatronatus, cùm regulariter beneficia ſint libera,
& patronatus concedatur ex priuilegio, & gratia. Sic
per textum *in l. ſi partem*, §. *ſi per fundum, ff. quemadm.
ſeru. amitt. cap. ſi de terra*, vbi Abb. & Anch. *de priuileg.*
Felin. *in cap. vigilanti, de præſcript.* Couar. *in cap. poſſeſſor,*
§. *initium, n.* 8. *verſ. primò ſententia communis, de reg. iur.
in* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 249. *n.* 9. Ricc. *in d. tract. de nouiſſ. prob.
iuriſp. reſol.* 215. *n.* 4. qui reſoluunt in his actibus, qui ten-
dunt ad liberandum à ſeruitute, non requiri ſcientiam, vel
patientiam alterius, ex quibus reſultat dictum R. D. Pro-
ſperum eſſe manutenendum in poſſeſſione dicti beneficij,
quia in hoc iudicio non attenditur, an quis iure, vel in- 24
iuria detineat, ſed an in facto verè poſſideat, vt per Lud.
Poſth. *d. tract. de manuten. obſer.* 42. *n.* 90. 91. 92. 93.

Nec eſt dubium, quin pars vtraque intentauerit hoc
ſummariiſſimum manutentionis; ſi enim loquimur
de dicta D. Iulia, hoc ipſa fatetur in libello, dum in-
ſtat ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt
in proceſſu, *fol.* 3. & dum produxit quædam iura in-
ſtans, & declarans, quòd hæc facit ad docendum de
quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, & nominandi
Rectorem dicti ſimplicis beneficij, vt in proceſſu,
*fol.* 9. & apertiùs hoc dicit in proceſſu, *fol.* 34. inquiens,
*& iudicium, in quo verſamur, eſt iudicium poſſeſſorium*;

& alibi, & ſimiliter dictus D. Gallinganus venit ad iu-
dicium ex eo capite manutentionis, vt habetur in pro-
ceſſu, fol.31. & 52. dum petit ſe manuteneri in pacifica
poſſeſſione dicti beneficij, quia attenditur vltimus ſta-
25 tus, in quo liberè dictum beneficium fuit collatum; &
alibi etiam ex proceſſu hoc idem deprehenditur, & ita
eſſe probatur ex Lud. Poſt. d. tract. de manut. obſeru. 2.
num.47. & obſer.3. num.40. Benè verum eſt, quòd tum ex
ſcripturis, tum ex teſtibus factæ ſunt etiam probationes,
quæ reſpiciunt merita cauſæ, & petitorium, vt videre
eſt in proceſſu, cum proteſtatione manutentionis.

In quo tamen poſſeſſorio ſicut dictus D. Gallinganus
benè probauit ſe poſſidere dictum beneficium, & D. Epi-
ſcopum eſſe quaſi in poſſeſſione conferendi illud, ita
dicta D. Iulia malè probauit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione
præſentandi, quoniam ipſa nunquam præſentauit, ſed
tantùm nititur præſentationibus paternis, vt colligitur
expreſsè ex eius capitulis, de quibus in proceſſu, fol. 30.
& aliis actis, & propterea cùm ipſa nunquam præſen-
tauerit, non poteſt dici, quòd fuerit in quaſi poſſeſſione
præſentandi, & ſic non poteſt iuuari beneficio manu-
tentionis, quæ dari non poteſt non exiſtenti in poſſeſ-
26 ſione, vel quaſi de tempore motæ litis; ad textum in l. 1.
§. interdictum, ff. de interdict. & §. retinendæ, Inſtit. eo-
dem. Ludou. deciſ.582. num.1. Farinac. dec. poſthum.249.
num.1. part.2. Rot. apud Lud. Poſt. deciſ. 26. num. 1. &
deciſ.227. n.1.

Nec obſtant præſentationes factæ à dicto eius Patre,
cuius dicta D. Iulia fuit hæres, cùm ipſa nunquam ha-
buerit vſum præſentandi, & poſſeſſio defuncti ad præ-
ſentandum non tranſit in hæredem ſine apprehenſione,
27 & actu facti: ad textum in l. cùm hæredes, vbi DD. &
l. qui vniuerſa, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſeſ-
ſione. Menoch. de retin. poſſ. rem.3. num.57. Gail. pract.
obſer. lib.2. obſer. 129. num.1. & ſeqq. Tuſch. verbo. Poſ-
ſeſſio, concluſ.406. num.4. Honded. conſil.118. num.11. lib.2.
Surd. conſil.117. num.7. lib.1. Achil. deciſ.5. de cauſ. poſſ.
& prop. Mantic. deciſ.105. num.2. pulchrè Prax. Archiep.
Neap. cap.100. num.4. Farin. deciſ. 284. num.9. part.1.
& deciſ.260. num.4. & deciſ.337. num.3. & deciſ.392. n.2.3.
part.2. Ludouiſ. deciſ.222. num.7. & deciſ.417. num.7.
Viuian. in prax. iuriſp. part.2. lib.2. cap.2. num.26. & cap.4.
num.67. latè Ludou. Poſt d. tract. de manut. obſer.55. n.26.
vſque ad num.33. vbi refert plures Rotæ deciſiones. Mel-
chior Lotter. de re beneficiaria tom.1. lib.2. quæſt.11. n.115.
116. Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax for. Eccl. ſub tit. de iurep.
reſol.174. per totam, vbi allegat multas Rotæ deciſiones.
Rota apud Viuian. deciſ.43. num.2. Ricc. tract. de nouiſſ.
28 prob. iuriſp. reſol.155. ad finem, verſ. Neque etiam conſtat;
quæ vera ſunt, quia non ſolùm rerum corporalium, ſed
etiam incorporalium quaſi poſſeſſio non tranſit in hære-
rem, vel ſucceſſorem ante vſum, & exercitium illius
iuris, vt poſt Tiraq. in præfat. tract. le mort ſaiſit, declar.
3. & Gabriel. conſ.185. n.7. lib.2. vbi quod Rota aliàs ſæ-
29 piſſimè ita concludit, Rot. apud Viuian. d. tract. deciſ.43.
num.11.12.13. & in propoſito aliam eſſe poſſeſſionem
patris, aliam filij dixit Rota in vna Bracharenſi de Gan-
fer, 16. Iunij 1604 coram Sacrato, vt apud Marcheſ. de
commiſſ. appell. in poſſeſſ. ſalu. part.1. §.2. deciſ.43. num. 2.
fol.1054.

Neque obſtat ſtatutum de continuanda poſſeſſione in
30 hæredem abſque alia apprehenſione, ex multis.

Et primò quia cùm cauſa verſetur in foro Eccleſiaſtico,
in quo non ſeruantur laicorum ſtatuta, oportebat quòd
pars, quæ illo vti intendebat, illud produceret in actis
31 integraliter, quia iudex poteſt ignorare, nec tene-
tur ad illius ſcientiam: ſic in terminis Bart. in l. omnes
populi, n.67. ff. de Iuſt. & Iur. Carol. de Graſſ. de effecti-
bus Clericatus, eff.2. num.110. vbi benè loquitur, & alios
allegat.

Secundò, quia cùm quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus ver-
ſetur circa ſpiritualia, & illis annexa, vt eſt iuſpatrona-
tus, meritò non ſubiicitur ſimilibus ſtatutis, & propterea
huiuſmodi ſtatutum nihil operatur quoad quaſi poſſeſ- 32
ſionem iuris præſentandi, per textum in cap.2. & 3. de
iudic. Seraph. deciſ.1395. num.5. Carol. de Graſſ. de eff.
cler. eff.2. num.18. & ſeqq. Gratian. diſc.577. num.35. 36.
& meliùs in terminis pulchrè Farinac. deciſ.220. num. 4.
verſ. Neque obſtat ſtatutum, part.2. Ludouiſ. deciſ. 222.
num.7. & num.12. verſ. non obſtante Statuto. Coccin. deciſ.
464. num.4. Melchior Lotter. d tract. d. quæſt.11. num.16.
Lud. Poſt. d. tract. obſer.55. num.69. & ſic cenſuit Rota
pulchrè apud Lud. Poſt. deciſ.172. num.7. ibi: abſque ap-
prehenſione; necnon Rota apud Viuian. d. tract. deciſ.43.
num.14.15. vbi vide.

Tertiò non obſtat illud Statutum, quia laicus eo non
poteſt vti in foro Eccleſiæ aduersùs Clericum, cùm enim
vigore eiuſdem Statuti Regij lib.2. rubr. 42. beneficia 33
Statutorum tollantur Clericis, ſimiliter laicus non poteſt
illis vti aduerſus Clericum, & Eccleſiam, vt hîc, maxi-
mè in foro Eccleſiæ, vt æqualitas ſeruetur, vt poſt Abb.
Butr. Imol. & Gemin. inquit Felin. in cap. Eccleſia S.
Mariæ, num.81. de conſtit. & Alex. conſ.44. ſub num.15.
lib.5. Ruin. conſ.195. num.4. & ſeqq. lib.2. Surd. deciſ.160.
num.9. Alb. conſ.513. num. 8. 9. 10. lib.3. Bertaz. conſil.
ciuil.63. num.23. vbi teſtatur de magis communi: viden-
dus ad rem Alder. Maſcard. de interpr. Stat. concl.1. n.43.
vbi inquit ita bis fuiſſe iudicatum. Marth. de iuriſd. p.4.
cent.1. caſ.5. num.34. vbi teſtatur de receptiſſima DD.
ſententia, quando cauſa tractatur in foro Eccleſiæ: Bel- 34
let. diſq. cler. tit. de exempt. Cler. à Statut. §. 2. num. 38.
verſic. neque etiam, & num.39. verſ. qua ratione: vbi mul-
tos allegat, & dicit in iudiciis debere ſeruari æqualita-
tem, vt ſicut Clericus non poteſt vti Statuto, ſic neque
laicus illo vtatur.

Quartò non obſtat dictum Statutum, quia ceſſat illius
effectus, eo quòd illud non tollit poſſeſſionem naturalem
antea captam per alium, nec ab eo impeditur capiens,
quin eam ſic priùs captam habeat, & retineat, adeò vt
ſtante tali alterius detentione, hæres non poſſit obtinere 35
manutentionem, non obſtante Satuto de continuanda
poſſeſſione in hæredem, quia eius propter hoc inter-
uerſa eſt poſſeſſio, vt pulchrè dixit Rot. apud Veral.
deciſ. 201. numer. 4. part. 2. qui eſt caſus noſter, quia
poſt mortem patris dictæ D. Iuliæ, Epiſcopus confe-
rendo liberè dictum beneficium, vt vidimus, fuit im-
pedimento, ne poſſeſſio tranſiret ad eam, quoniam hæ-
redi non eſt concedenda manutentio vigore dicti Sta-
tuti, quando alius medio tempore effectualiter ingreſſus 36
eſt poſſeſſionem naturalem, ſed Statutum habet locum
tantùm, quando adhuc nemo ingreſſus eſt eam, vt
poſt Alex. conſ. 82. num. 4. lib.2. Natt. conſil. 237.
num. 4. Menoch. conſil. 665. num.5. Tuſch. verbo Poſ-
ſeſſio, concl.406. num. 12. Honded. conſil. 18. num. 1.
lib. 2. Surd. conſ. 491. num. 12. lib.4. Pacific. de Salu.
interd. inſpect.3. cap. 2. num.353. pulchrè Gratian. diſc.
954. num.13. Cyriac. controu.12. num.12. lib. 1. Rot. di-
uerſ. deciſ. 159. num. 5. part. 4. Peregr. de fid. art.47.
num.14.15. Ludouic. Poſt. d. obſer. 55. num. 81. Farin.
deciſ.263. num.2. part.2. Ludouiſ. deciſ. 258. num. 7. 9.
Coccin. deciſ.488. num. 3. Quod in caſu noſtro tantò
magis habet locum, vbi dicta D. Iulia hæres dicti D.
Gabbi nunquam impugnauit collationem Epiſcopi, pro-
pter quod magis intricata, & offuſcata remanet eius
poſſeſſio, quod ſufficit ad denegandum ei manda- 37
tum de manutenendo: Verall. deciſ.202. num.1. part. 2.
Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. gl.45. §.2. num.39. vbi alios
allegat.

Quintò non obſtat dictum Statutum, quia dato etiam
quòd dicta D. Iulia eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, 38
vtique talis poſſeſſio ſibi prodeſſet contra admittentem,
ſed contra ſucceſſores in iurepatronatus gentilitio, qui-
bus ille non potuit præiudicare, nihil iuuat: DD. in c.1.
de iurep. in 6. Lambert. d. tract. lib.1. p.2. quæſt.2. art.8. n.6.
Molin. de primog. Hiſp. lib.1. q.24. n.31. Ferret. conſ.134.
num.12. lib.1. Rota apud Farinac deciſ.284. num.8. p.1. &
propterea cùm hic D. Horatius de Codelupiis ſit ſuc-
ceſſor in dicto patronatu, ei non præiudicat quaſi poſſeſ-
ſio dictæ D. Iuliæ, ſi quam habet.

Nam vbi conſtat, ad quem verè ſpectat iuſpatronatus,
præſentatus à vero patrono, antequam alius inſtituatur,
39 præfertur præſentato à patrono putatiuo exiſtente etiam
in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia cauſa proprieta-
tis abſorbet cauſam poſſeſſionis, cùm de proprietate
prius conſtiterit, ad textum in cap. cùm dilectus, de cauſ.
poſſ. & propr. & in cap. conſultationibus, vbi Abb. num.9.
verſic. quod ego, de iurep. Dec. conſ.149. num.2. verſ. &
retenta. Cittad. de iurepatr. part.6. art.3. quæſt.7. num.16.
Lambert. eodem tract. lib.2. part.1. art.6. quæſt.3. num.4.
verſ. Tertius eſt. Gabriel conſ.185. num.20. lib.2. pulchrè
Rota diuerſ. deciſ.167. num.10. part.2. Farin. deciſ. poſth.
180. num.2. & deciſ. poſth.735. num.1. part.1. Viuian. in
prax. iuriſp. lib.1. cap.2. num.35. & cap. 4. ſub num. 60.
verſ. Quod non procedit. Monet. de commut. vlt. vol. cap.10.
num.248. verſ. præd. regulam. Mareſcot. var. reſolut. lib.1.
cap.55. num.63.64.65. vbi multos allegat: Ricc. d. tract.
de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.217. num.4. Etenim licet dici
ſoleat, quod etiam prædo manutenendus eſt in ſua poſ-
ſeſſione, tamen ſi ex iiſdem actis conſtet illum eſſe præ-
donem, & appareat quis ſit verè dominus, tunc ei de-
40 negatur manutentio: Innoc. in cap. cùm Eccleſ. Sutrina,
vbi Abb. num. 26. de cauſ. poſſ. & propr. Crauet. conſ.248.
num.6. verſ. Non obſtat, & conſ.382. in fin. de communi
Bero. in cap. in Litteris, num.68. verſ. vig. de reſtit. ſpol.
Ferret. conſ.12. num.11. lib.1. & ita iudicandum eſſe dicit
Menoch. de recup. poſſ. rem.1. num.113. vſque ad n. 128.
latè Franc. Perſonal. de indiciis, & tortura, quæſt.3. n.7.5.
vbi multos allegat. Gratian. diſcept.899. num.22. Viuian.
in prax. iuriſp. part.2. lib.11. cap.6. num.16. Ricc. d. tract.
de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.214. num.2. verſ. tamen ex iiſ-
dem actis. Sed ſic eſt, quod, vt infrà videbimus, verus
patronus dicti beneficij eſt antiquior dictæ familiæ de
Codelupiis, vt conſtat per publicum inſtrumentum fun-
dationis, quod ſufficit in propoſito ad probandum de
41 proprietate iuriſpatronatus, vt per Farin. pulchrè deciſ.
poſthum.180. num.4. in fin. & deciſ. poſth. 735. num.2.3.
part.1. vbi dicit, quod proprietas iuriſpatronatus pro-
batur non ſolùm ad rem noſtram per confeſſionem par-
tis, vel rem iudicatam, ſed etiam per inſtrumentum fun-
dationis, aut per alia documenta, ad quod facit illud,
quod docet Ricc. d. tract. reſolut.4. num.3. Quia inſtru-
mentum eſt probatio probata; ideò etiamſi dicta D. Iulia
eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, non eſſet admit-
tenda tanquam ius non habens. Farinac. d. deciſ. poſth.180.
num 2. part.1. quod ſufficit D. Gallingano ad victoriam,
quia reus, idemque poſſeſſor vincit ex non iure actoris,
ex eo ſolo, quia poſſidet, ſi actor plenè non fundauit
ſuam intentionem, quia non quæritur de iure poſſeſſo-
42 ris, ſed de iure actoris, l. vti frui, §. 1. ff. ſi vſuſf. pet. l.
fin. C. de rei vendicat. l. qui accuſare, C. de edend. Crauet.
conſ.573. n.25. & conſ.685. num.33. Peregr. conſ.16. n.13.
lib.6. Caualer. deciſ.606. n.11.13. & deciſ.630. n.1.

Satis autem conſtat ex proceſſu prædictum D. Hora-
tium eſſe verè patronum dicti beneficij, attento tenore
dationis, quæ ad vnguem ſeruanda eſt, & attendenda.
43 Viuian. in prax. iuriſpatr. part.1. lib.4. cap.2. n. 3. Ricc.
d. tract. reſolut.174. num.1. & per totam. Farinac. deciſ.
poſth.571. n.2. in fin. part.2. in qua teſtator voluit dictum
beneficium eſſe de iurepatronatus domus, ſeu caſatæ il-
lorum de Codelupiis, & per ſeniorem fieri præſentatio-
nem, quibus verbis ſatis conſtat quamdiu aliquis extat
de dicta familia, dictum iuſpatronatus non poſſe tranſire
ad extraneos, qui non habent qualitatem familiæ, ſeu
44 domus illorum de Codelupiis; adeò vt deficiente tantùm
familia, poſſit fieri tranſitus ad extraneos, & non ali-
ter: ita Rot. apud Seraph. deciſ.364. n.9.12. & deciſ.378.
num.8. Anch. in cap.1. num.3. de iurepatr. lib.6. Dec. in
cap. ſignificatum, num.10. de præbend. Lambert. de iure-
patr. lib.1. part.1. quæſt.9. art.1. num.3. Couar. var. reſol.
lib.2. cap.18. num.10. Viuian. in prax. iuriſp. part.1. lib.4.
cap.2. ſub num.15. ad fin. verſ. neque obſtat, & num. 17.
& cap.9. num.4.6. vbi etiam probat, quod iuſpatronatus
relictum illis de parentela, vel domo non poteſt donari
extraneo, qui non ſit de illa, in præiudicium vocatorum,
& allegat multas Rotæ deciſiones, & hoc idem firmat
Ricc. tract. de nouiſſ. probat. iuriſp. reſol.232. num.1. verſ. 45
& donec, qui eſt caſus noſter, quare cùm dictus D. Bar-
tholomæus Gabbus, & D. Iulia eius filia non ſint de do-
mo illorum de Codelupiis; iuſpatronatus non potuit
tranſire ad illos durante familia. Moneta de comm. vlt.
vol. c.11. n.138. Viuian. d. c.9. n.46.

Et in hoc propoſito animaduertendum eſt idem eſſe
vocare ſeniorem domus, quod ſeniorem familiæ; expo-
nitur enim domus in hoc caſu pro familia, & agnatio-
ne: Bart. in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſignif.
& in l.1. in princ. ff. ad Syllanianum. Anchar. conſ. 152. 46
num.4. Tiraq. de retract. conſang. §.1. gloſ.9. num. 195.
Ruin. conſ.110. num.14. & conſ.161. num.1. lib.2. Bero.
conſ.96. n.7. lib.2. Sim. de Præt. de interpr. vlt. lib.3. ſolut.
11. num.22. fol.289. Gratian diſcept.645. num.2. Peregr.
de fid. art.22. num.27. Zuccar. deciſ. Lucenſ. 76. num.66.
Immò fortè latiùs ſe habet nomen domus, quàm fami-
liæ, vt per Menoch. lib.4. præſumpt.88. n.16 in fin.

Verùm quia in hac materia ſolet controuerti, an di-
ſpoſitio facta ad fauorem familiæ, ſeu domus intelliga-
tur de propria familia ipſius teſtatoris in ſpecie, & ef-
fectiuè, an in genere, & contentiuè, mihi placuit ſem-
per illa diſtinctio, quod ſi teſtator vocauerit familiam
cum aliquo pronomine, velut ipſius, vel ſuam, & cum
ſimilibus verbis, intelligatur de familia effectiua eius
deſcendentium, vt per Menoch. conſ.1171. num.3. lib.12. 47
Gabriel. conſ. 132. num.60. lib.1. Seraph. deciſ. 1438.
num.11. Verùm quando vocauit familiam, ſeu domum,
aut illos de domo ſimpliciter, tunc intelligitur vocata
tota familia in genere, & contentiuè, ita vt exiſtime-
tur voluiſſe vocare omnes de domo, etiam tranſuerſa-
les eiuſdem nominis, & cognominis, etiamſi non ſint 48
ſanguine coniuncti: ad textum in l. fin. C. de verb. ſignif.
gloſſ. in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.2. pul-
chrè Bart. in l.1. num.4. C. de conduct. lib.10. Alex. in l. ex
facto, §. Si quis rogatus, num. 51. verſ. attente, ff. ad
Trebell. Anchar. conſ.7. num.9. verſ. eſt enim. Alex. conſ.
213. per totum, lib.6. Ruin. conſ.110. num.14. lib.2. Dec.
conſ.321. num.1. verſ. quia reſponderi; pulchrè Gabr. conſ.
132. num.58.59.60. lib.2. Riminald. Iun. conſ.842. n. 46.
49. Peregr. de fideicom. art.22. num.26. verſ. contra verò,
vbi plurimos allegat, idem Pereg. conſ.47. num.7. lib. 2.
conſ.31. num.11. lib.3. conſ.149. & num.5. lib.5. conſ.43. n.11.
lib.6. Menoch. conſ.204. num.60. Fuſar. conſ.37. num.20.
& in tract. de ſubſt. quæſt.351. num.12. & num.9. verſ. ego
in puris, Gratian. diſcept.645. num.4. Zuccar. deciſ. Lu-
cenſ.76. num.156. & in terminis noſtris de iurepatronatus
Viuian. in d. prax. iuriſp. part.1. lib.4. cap.9. num.9. vbi
allegat multas Rotæ deciſiones. Et propterea in caſu
noſtro dictus D. Horatius de Codelupiis eſt admitten-
dus ad præſentandum, etiamſi non ſit de deſcendenti-
bus dicti teſtatoris, neque cum eo ſit ſanguine con-
iunctus.

Et quamvis multi ſentiant contrarium, tamen præfa-
ta opinio videtur ex prædictis communis, & magis
communis, nihilominus ſi contraria opinio alicui ma-
gis placeret, ea tamen in caſu noſtro aptari non po-
teſt, tum quia verſamur in diſpoſitione illius teſtato-
ris, qui non habuit deſcendentes, & ideò fecit hære- 49
dem eius fratrem; quando enim ille, qui non habet,
vel non poteſt habere filios, vocat familiam, intelli-
gitur de familia contentiuè, & tranſuerſali: Ruin.
conſ. 149. numer. 8. lib.2. Cephal. conſ. 606. numer. 15.
Peregr.

Peregr. *conſ.*42. *lib.*2. Menoch. *conſ.* 106. *num.* 229. &
*conſ.*1171. *num.*22. Fuſar. *d.quæſt.*351. *num.*31. Tum quia
teſtator vocauit familiam ſub proprio nomine familiæ,
ſcilicet domum illorum de Codelupiis, quo caſu cenſe-
tur vocaſſe etiam tranſverſales, qui ſunt eiuſdem cogno-
50 minis; adeò vt ſi quis ſubſtituat domum Bardorum,
intelligantur ſubſtituti omnes illi de Bardis, vt inquit
Bart. *in l. vnica, num.*4. *C. de conduct. lib.*10. Alex. *conſ.*
213. *num.*3. *lib.*6. Corn. *conſ.*40. *num.*16. *lib.* 2. Socin.
*conſ.*227. *num.* 4. *lib.*2. Dec. *conſ.*321. *n.*8. Pariſ. *conſ.* 22.
*num.*62. *lib.*3. Gabriel. *d. conſ.*132. *num.*58. *lib.*1. Peregr.
*conſ.*31. *num.*6. *in fin. lib.*4. vbi loquitur de familia Fon-
tana, & *conſ.*43. *num.*11. *verſ. quartò principaliter, lib.*6.
Fuſar. *d. quæſt.*1351. *num.*37. vbi allegat Intrigl. *de ſubſt.*
*cent.*3. *quæſt.*73. *num.*12. Rot. *diuerſ. deciſ.*490. *ſub n.*10.
*part.*4. vbi loquitur de domo Gallorum, adeò vt in caſu
noſtro de hac re non videatur dubitandum.

Neque dicatur ſaltem neceſſe eſſe, vt qui ſe præten-
51 dunt vocatos, oſtendant ſe deſcendere ab eodem ſtipite
teſtatoris, ex Barth. *in l. peto, §. frater, num.*1. *de leg.* 2.
quia reſpondetur id non procedere in caſu noſtro, vbi
vocantur illi, qui ſunt de domo illorum de Codelupiis,
ſed tantùm procedere, quando ſimpliciter vocatur fa-
milia; etenim in noſtris terminis, & ad rem noſtram ap-
pellatione illorum de domo tali veniunt omnes, qui por-
52 tant eadem inſignia, & arma, licèt inter ſe non ſint
agnati, vel eiuſdem ſtipitis, ex Bart. *in l. tutelas, num.*4.
*ff. de cap. dimin.* Anch. *conſ.*152. *num.*4.5. Corn. *conſ.*41.
*lib.*4. Ruin. *conſ.*161. *num.*4. *lib.*2. Alex. *conſ.*213. *num.*3.
*ante medium, lib.*6. Gabr. *conſ.*132. *num.*58. *lib.* 1. Soc.
Iun. *conſ.*203. *num.* 2. *lib.*2. Peregr. *de fideicom. art.*22.
*num.*27. *verſ. inſuper.* Intrigl. *de ſubſt. cent.*3. *quæſt.* 83.
*num.*12. Farinac. *deciſ.*697. *num.*5. *part.*1. vbi voluit non
ſolùm familiam originariam, ſed etiam aggregatam con-
53 tineri ſub illis de domo tali: Mantic. *de coniect. vlt. volunt.*
*lib.*8. *tit.*12. *num* 25. Mar. Ant. *var. reſol. c.*82. *n.*9. *verſic.*
*Et ſic veniunt*, qui etiam refert binas Rotæ deciſiones,
quibus probatur in materia iuriſpatronatus relicti fami-
54 liæ, cenſeri vocatos omnes de familia: etiamſi ſint ex
diuerſis columellis: idem docet Viuian. *in d. prax. iuriſp.*
*lib.*4. *cap.*9. *num.*35.36. vbi probat ſub nomine familiæ
venire omnes deferentes eadem inſignia & arma, etiamſi
non ſint de eodem ſtipite teſtatoris diſponentis, & idem
dicit Ricc. *in tract. de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.*164. *num.*2.
vbi inquit ita pluries fuiſſe reſolutum in Rota, quod ſanè
non videtur recipere difficultatem, quando diſpoſitio
reſpicit nobilitatem, aut aliam qualitatem, vt hic, vbi
vocantur illi de familia ad honorem præſentandi Recto-
rem ad dictum Beneficium; tunc enim certum eſt appel-
latione domus intelligi omnes, qui ferunt eadem arma,
55 & inſignia, etſi non ſint agnati, vt docet Menoch. *lib.*4.
*præſumpt.*88. *num.*12. *verſ. Cæterùm*, vbi multos allegat,
Gratian. *diſcept.*645. *num.*14. qui adducit alios.

Sed in præſenti caſu ceſſat hæc controuerſia, quia te-
ſtes examinati pluries repetunt dictum D. Horatium, &
eius maiores habere originem, & eſſe de eadem domo
ipſius teſtatoris, fuiſſeque ſimul ſanguine coniunctos,
quod ſufficit dicto D. Horatio; cùm ex aduerſo nihil
56 probetur in contrarium. Capyc. *deciſ.*159. *num.*11. 12. &
in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *l. in omni,*
*ff. de teſt.*

Nihilominus adhuc habet pro ſe iuris præſumptio-
nem, quòd ſit de eadem familia, quia identitas familiæ
præſumitur ex eodem nomine, ſeu cognomine familiæ,
vt hîc, illorum de Codelupiis, ad textum *in leg. cùm ita,*
*§. in fideicommiſſo*, ibi: *qui ex nomine defuncti, ff. de leg.*2.
Bart. *in l. ſi in rem, ff. de rei vendic.* & *in l. ſi ſeruum, §.*
*fin.* vbi etiam Imol. *de legat.*2. Felin. *in cap. ſignificanti-*
*bus, in princ. de libell. oblat.* Decian. *in l. hac conſultiſſima,*
*num.*18. *C. qui teſt. fac. poſſ.* Iaſ. *in l. eum, §. in pupillari-*
*bus, ff. de iureiur.* Socin. *conſ.* 28. *num.*6. *in fin. lib.* 3.
Crauet. *conſ.*249. *col. penult. in fin. verſ. Secundò reſpondeo:*
pulchrè Cephal. *conſ.*90. *num.*18.19. *lib.*1. vbi inquit ex
delatione eiuſdem cognominis probari agnationem, &
exinde fundatam eſſe intentionem illius, qui agnationem
allegat, niſi ex aduerſo contrarium probetur: Menoch. 57
*lib.*6. *præſumpt.*15. *n.*48. Gratian. *diſc.*645. *n.*12. Ricc. *in*
*d. tract. de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.*109. *num.*2.3. vbi alios
etiam allegat, & loquitur in materia iuriſpatronatus.

Et ſimiliter dictus D. Horatius præſumitur de eadem
familia teſtatoris, quia probauit ſe, & ſuos fuiſſe ſolitos
deferre eadem arma, & inſignia, prout gerebat teſtator;
exinde enim præſumitur etiam identitas familiæ, ex 58
Bart. *in d. l. tutelas, num.*4. *ff. de cap. diminut.* Menoch.
*lib.*4. *præſumpt.*88. *num.*12. *in fin.* & poſt Chaſſaneum,
*in catal. glor. mund. p.*1. *conſid.*41. *fol.*14. Ann. *alleg.*57.
*num.*20. *lib.*1. Ruſtic. *in tract. quando filij in cond. poſit.*
*lib.*2. *c.*6. *num.*72. Ant. Cioff. *conſ.*18. *n.*7. *lib.*1. Cald. *in*
*tract. de modo articul. §.*2. *gloſ. vnic. num.* 945. Gratian.
*diſc.*645. *n.*12. Ricc. *in tract. de nouiſſ. prob. iuriſp. reſolut.*
199. *n.*5. Non eſt igitur dubitandum, quin dictus D. Ho-
ratius ſit de domo, & familia teſtatoris, quod ſufficit ad
excludendam dictam D. Iuliam, cui incumbebat onus
probandi contrarium, quia fundamentum eius intentio-
nis conſiſtit in defectu familiæ teſtatoris, & propterea
probare debet non extare quemquam de dicta domo,
quia quando negatiua eſt fundamentum intentionis agen-
tis, debet probari plenè per negantem, vt per *l. in illa,* 59
*la* 2. *ff. de verb. oblig.* Abb. *in cap. bonæ, de poſtulat. Prælat.*
gl. Bart. & Bald. *in l. ſi verò, §. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* in-
quit Maſch. *de probat. concl.*77. *n.*11. Farin. *deciſ. poſthum.*
315. *n.*3. & *deciſ.*486. *n.*2. & *deciſ.*457. *n.*2 *p.*1.

Neque obſtat, quòd maiores natu dicti D. Horatij
nunquam præſentauerint Rectorem ad dictum Benefi-
cium, & ideo quaſi per non vſum videantur amiſiſſe
iuſpatronatus. Nam reſpondetur, quod id fortè poſſet pro-
cedere in patronatu hæreditario, vel in primo acquiren-
te, qui poteſt præiudicare ſucceſſoribus; ſed cùm nos
verſemur in patronatu gentilitio, & familiari, quod re- 60
lictum eſt genti, ſeu familiæ illorum de Codelupiis, vt
per Viuian. *in prax. iuriſp. lib.*1. *c.*3. *n.*29. Ricc. *in d. tract.*
*de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.*232. *num.*1. Licèt enim extincta
familia tranſeat ad extraneos, tamen illa extante, vt hic,
reputatur pro merè gentilitio, vt per Gratian. *diſcept.*521.
*num.*55. Ideò patroni defuncti, & prædeceſſores, qui ne-
glexerunt præſentare, non potuerunt aliquod præiudi-
cium facere ſucceſſoribus, qui habent ius præſentandi
tanquam de familia, vt hîc dictus Dominus Horatius: 61
ſic diſtinguunt Lap. Anchar. Dec. *in cap.* 1. vbi etiam
Franch. *de iurep. in* 6. Alex. *conſ.*18. *n.*3. *lib.*3. & *conſ.*13.
*n.*10. *lib.*5. Roch. *de iurep. in verb. Ipſe, vel is à quo, q.*33.
Molin. *de primog. Hiſp. lib.*1. *cap.*24. *num.*31. Ferret. *conſ.*
134. *num.*12. *lib.*1. pulchrè Gratian. *diſcept.*577. *num.*41.
42. & poſt Caſtrenſ. & alios Viuian. *in d. tract. part.*1.
*lib.*4. *cap.*9. *num.*6.7. vbi allegat multas Rotæ deciſiones.
Ricc. *in d. tract. reſol.*232. *num.*1. *in fine*, qui loquuntur in
noſtris terminis.

Et propterea nulla præſcriptio potuit currere contra
dictum D. Horatium, eo quòd in iurepatronatu gentili- 62
tio non cadit præſcriptio, etiam centum annorum, quia
anteceſſores non poſſunt præiudicare ſucceſſoribus non-
dum natis, & cui non poteſt præiudicari alienando, nec
poteſt præiudicari patiendo præſcribi, adeò vt contra
nondum natos non præſcribatur actio, quæ nondum nata
eſt, vt tradunt DD. *in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de le-*
*gat.*1. & *in l.*1. *C. de bon. matern.* Caſtrenſ. *conſ.*466. *n.*2.3.
*lib.*2. Bald. *de præſcrib. in* 1. *part.*6. *p. princip. n.*15.16. Alex.
*conſ.*101. *num.*21. *lib.*7. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*4. *cap.*16.
*num.*3. Peregr. *de fideicomm. art.*41. *n.*16.17. Surd. *conſ.*276.
*num.*11. *lib.*2. Gratian. *d. diſcept.*577. *num.*44. qui multos
allegat.

Et in prædictis animaduertendum eſt, quod licèt teſtes
in probanda identitate familiæ dicti D. Horatij, & funda-
toris, videantur vtplurimùm ſe referre non ad perſonam
D. Petri



D. Petri fundatoris, ſed ad D. Chriſtophorum eius fra-
trem, & hæredem; tamen hoc ſufficit ad effectum, de
quo quærimus, cùm probata attinentia, ſeu qualitate
63 cum vno fratre, cenſeatur etiam probata cum altero, &
reſpectu aliorum vtrimque coniunctorum: Ang. *in auth.*
*vt liceat matri, & auiæ, §.*1. *verſ. ad hæc, in fin.* Alex.
*in l. ſæpe, num.*52. *verſ. idem etiam, ff. de re iud.* Tiraq. *de*
*nobil. cap.* 17. *num.*3. Crot. *in memor. in verb. ſententia*
*dicta pro vno ex multis fratribus.* Ricc. *in d. tract. de nouiſſ.*
*prob. iuriſp. reſol.*256. *num.*1.2. & *reſol.*201. *num.*2. *in fin.*
Farin. *deciſ.*284. *n.*3. *p.*1. & in antiquis parentela proba-
tur per ſolam famam, vel per teſtes de auditu, Ceph.
*conſ.*137. *num.*45. qui multos allegat.

Similiter non obſtat quòd teſtes prædicti, licèt depo-
nant de familia, & coniunctione dicti D. Horatij cum
fundatore, tamen non deponunt de certo gradu conſan-
64 guinitatis, vt videtur requiri, ad textum *in l. fin. C. de*
*verb. ſignif.* quia hoc procedit, quando ſimpliciter voca-
tur familia, ſed quando vocatur ſenior, & antiquior
65 domus, & familiæ, vt hîc, tunc non eſt neceſſarium pro-
bare gradum parentelæ, ſed ſatis eſt habere qualitatem
66 antiquitatis per ea, quæ tradit Bald. *in l. qui liberis, ff. de*
*vulg. & pupill.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.*5.
*num.*270. *fol.*551. Menoch. *conſ.*1171. *num.*1. inquit Gra-
tian. *diſcept.*645. *n.*12.13.15. vbi loquitur benè in noſtris
terminis, vt videre eſt apud eum.

Et licèt in caſu noſtro hoc videatur recipere aliquam
difficultatem, quia teſtator hic non vocauit ſimpliciter
antiquiorem, ſed ſimul etiam proximiorem; tamen hoc
non facit hic ad rem, vbi non concurrunt plures de ea-
dem familia, & diſcordantes, quia tunc in concurſu ille
67 eſſet præferendus, qui probaret ſe proximiorem, ad
textum *in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo ff. de leg.*2. Peregr.
*de fideic. artic.*22. *n.*64.

Hic autem non eſt controuerſia inter illos de domo
fundatoris, quia omnes concurrunt in præſentando
dictum D. Proſperum Gallinganum; ſed contentio eſt
cum dicta D. Iulia, quæ dicitur extranea, & de aliena
familia, & propterea ad eam excludendam ſatis fuit
68 dicto D. Horatio probare in genere eſſe de domo, & pa-
rentela fundatoris, quamvis nullus gradus diſtinctè pro-
betur. Pacian. *de prob. libr.*2. *cap.* 52. *num.*35. Ricc. *d.*
*tract. reſol.*198. *num.*1. *verſ. eſt tamen.* Viuian. *d. tract. p.*1.
*lib.*4. *cap.*9. *num.*17. *verſ. Attamen*, vbi allegat multas
Rotæ deciſiones: adeò vt dicta D. Iulia excluſa cenſea-
tur, nec quidquam dicere poſſit, dum extat aliquis de
familia, ſeu iuſpatronatus eſt penes aliquem de domo
dicti fundatoris, ad textum *in l. filiusfam. §. cùm pater,*
*ff. de leg.*1. vbi enim verſamur in materia, in qua ſucce-
69 ditur etiam vltra decimum gradum, vt hîc, non eſt ne-
ceſſe probare certum gradum agnationis, ſed ſufficit do-
cere de parentela in genere, etiam per tractatum, vel
opinionem, vt poſt Calcan. *conſ.*8. *col.* 2. Alba *conſ.*83.
*num.*23. Ceph. *conſ.*137. *num.*38. Pacian. *de probationibus*
*lib.*2. *cap.*12. *num.*38. Rub. Alex. *conſ.*16. *num.*16. inquit
Peregr. *de fideicommiſſ. art.*43. *num.*65. Ricc. *d. reſol.*198.
70 *num.*1. *verſ. & quando.* Verùm hæc diſceptatio ſuperflua
eſt in caſu noſtro, nullo maſculo de familia de Codelu-
piis aduerſante, qui ſe proximiorem contendat, & alium
præſentare velit, vt in verbis inquit Ceph. *d. conſ.*137.
*num.*43.

Et ideò dictus D. Horatius ſatis fundatam habet in-
tentionem ſuper dicto patronatu, ex quo probauit ſe
eſſe de familia illorum de Codelupiis, cùm enim nullus
alius probauerit ſe eſſe antiquiorem, ipſe præſumitur
antiquior, nec cenſendum eſt alium extare magis anti-
71 quum, tum quia facta non præſumuntur, *l. in bello, §.*
*factæ, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis, cap. cùm Ioan-*
*nes, §. verùm, de fide inſtrumentorum*; tum quia plura-
72 litas non præſumitur, *cap. in præſentia,* vbi Dec. & DD.
*de probationibus*, gloſ. *in l. eum qui, §. in popularibus,*
vbi Iaſon, *ff. de iureiurando,* & gloſ. *in l. Qui iuraſſe, §.*
*ſi pater, in fine, eodem.* Farin. *deciſ. poſthum.*191. *num.*6.
*in fine, part.*2. & ideò non eſt loquendum de præſenta-
tione D. Alponſi de Codelupiis, quia hæc firmat iura
dicti Horatij, & dicti Reuer. D. Proſperi, quoniam con-
cordat in præſentatione ad fauorem eiuſdem D. Proſpe-
ri, & iura ſua cedit dicto Domino Horatio, & propte-
rea ſiue ipſe ſit antiquior, ſiue non, ſemper tamen exclu-
ditur dicta D. Iulia, quia ſi antiquior eſt, valet præſen-
tatio eius ad fauorem prædicti Reuer. D. Proſperi; ſi
verò non eſt antiquior, tunc prædictus D. Horatius præua-
let, & eius præſentatio tanquam ab antiquiore facta eſt
ſuſtinenda, qui idcircò ſemper dicere poteſt dictæ D. Iu-
liæ: Quoad te liberas habeo ædes; ſicut etiam dicere po-
teſt dictus Reuer. D. Proſper, per ea quæ tradit Crauet.
*conſ.*573. *n.*25. & *conſ.*685. *n.*33.

Non obſtant igitur in contrarium adducta, & primò
dictam D. Iuliam eſſe manutenendam in quaſi poſſeſſio-
ne præſentandi, quia iam demonſtratum eſt, eam nun-
quam præſentaſſe, nec fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi, & pro ſe non habere vltimum ſtatum beneficij,
cùm bis tanquam liberum fuerit ab Epiſcopo collatum, vt
plenè vidimus: ſed eſto, quod verum dicat, adhuc non
ſufficeret, quia vigore Conc. Trid. *ſeſſ.*25. *c.*9. *de reform.*
hodie patrono non ſufficit docere de quaſi poſſeſſione
præſentandi, & vltimo ſtatu, niſi doceatur de legitimo
titulo ex fundatione, vel dotatione, vt in dicto Conci- 73
lio, quod derogat non ſolùm titulo, ſed etiam quaſi poſ-
ſeſſioni iuriſpatronatus aliter quæſiti, vt inquit Rota
apud Marcheſan. *de commiſſ. appel. in poſſeſſ. Salu. in p.*1.
*§.*2. *dec.*43. *num.*2. Viuian. *in d. tract. de iurep. p.*2. *lib.*11.
*cap.*6. *num.*25. Ricc. *eod. tract. reſol.*214. *num.*3. *verſ. hodie*
*tamen*, & contraria procedunt, quando inter plures pa-
tronos tantùm agitur de pertinentia patronatus; verùm
quando etiam illius exiſtentia controuertitur ab Epiſco-
po, vt hîc factum eſt, tunc ex diſpoſitione Concilij, &
declaratione Cardinalium requiruntur eædem iuriſpatro-
natus probationes in poſſeſſorio, quæ in petitorio, vt 74
ſæpius cenſuit Rota, ſicut videre eſt apud Ricc. *in d.*
*prax. for. Eccl. part.*1. *reſol.*132. *num.*3. vbi Rota ſic iu-
dicat.

Secundò non obſtat, quòd iuſpatronatus deficiente
familia poſſit tranſire ad extraneos, vbi ſine taxatiua
conceſſum eſt, quia hoc admittimus, ſed cùm oſtenſum
ſit, adhuc durare familiam illorum de Codelupiis, ſatis
conſtat prædictam D. Iuliam non habere ius ad dictum
patronatum. Seraph. *d. deciſ.* 364. *num.*9. 12. & 378.
*numer.* 8. Viuian. *d. tract. lib.*4. *tit.*2. *ſub num.*15. & 17.
*part.*1.

Tertiò igitur non obſtat tranſactio inita cum dicto
D. Martha, tum ex prædictis, quæ ſufficiunt; tum ex
multis aliis: & primò, quia non conſtat dictam D. Mar-
tham habuiſſe ius in patronatu; erat enim extranea,
& de aliena familia de Bonzagnis; & idcircò incapax
dicti iuriſpatronatus gentilitij, vt vidimus; vnde non
poterat illud alteri donare, vel in alterum transferre; ete-
nim donatio non probat iuſpatronatus ſpectare ad dona-
tarium, niſi conſtet de iurepatronatus ipſius donatoris, 75
vt per gloſ. & DD. *in l. cùm res, C. de probat.* Caſtrenſ.
*conſ.*353. *num.*3. *verſ. nec obſtant, lib.* 1. Boer. *deciſ.* 42.
*num.*25. inquit in terminis Mantic. *deciſ.*198. *n.*1. Ricc.
*d. tract. de nouiſſ. prob. iuriſpatronatus, reſolut.*231. *num.*2.
vbi vide.

Secundò neque dicta D. Martha, neque aliæ mulieres
deſcendentes à familia Codelupia, quæ ſuum conſenſum
præſtiterunt dictæ tranſactioni, ius habebant in dicto pa-
tronatu reſeruato pro gente Codelupia; nam licèt etiam
ſub nomine familiæ comprehendatur fœmina, *l. Pronun-* 76
*ciatio, §. familiæ, de verborum ſignif.* tamen cùm fœminæ
dicantur quaſi folia arborum, quia non ſunt aptæ ad con-
ſeruandam familiam, non comprehenduntur in patro- 77
natu gentilitio, & familiari pro illis de domo, & familia,
vt hic, & maximè quando expreſſum eſt nomen familiæ,
vt

78 vt hìc illorum de Codelupiis. Crauet. *conſ.*800. *n. 6.* &
*num.9.verſ.2.* Rim.Iun. *conſ.*835.*n.*27 .*lib.*7. Surd.*conſ.*46.
*num.*27.28.*lib.*1. Cacheran. *deciſ.*127.*n.*1.2.&*ſeqq.*Socin.
Iun. *conſ.*181. *num.*39.40. *lib.*2. Gabr. *conſ.*132. *num.*59.
*lib.*1. Peregr. *de fid. art.*25. *num.*47. *verſ. ſed vltra* , vbi
dicit, etiam per expreſſionem nominis familiæ cenſeri
79 habitam rationem agnationis conſeruandæ : videndus
Fuſar. *de ſubſtit.q.*352.*n.*9. qui pulchrè loquitur, & alios
allegat. Intrigl. *de ſubſt. cent.*3. *q.*83. *num.*14. & in ter-
minis noſtris iuriſpatronatus Viuian. *d. tract. lib.*14. *c.*3.
*n.*56.*part.*3.vbi allegat multas Rotæ deciſiones, & Ricc.
*d. tract. de nouiſſ.prob. iuriſpatronatus* , *reſol.* 160. *num.*3.
vbi quod ſæpe fuit deciſum vt in gentilitio iurepatrona-
tu non admittantur fœminæ , quod tantò certius reddi-
tur, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo , quo ſuppoſito
omnes admittunt fœminas non contineri in relicto fami-
liæ , ſeu domui , vt per Fuſar. *d.tract. quæſt.*352.*num.*16.
qui plurimos allegat, & propterea ſi dictæ fœminæ non
erant admittendæ ad dictum iuſpatronatus, multò minus
deſcendentes ab eis , velut dictus D. Bartholomæus , &
dicta D. Iulia ; etenim apud omnes pro indubitato habe-
80 tur, quòd ſi mulier tanquam agnata aliquando admitta-
tur ad relictum familiæ , tamen hoc permittatur tantùm
durante eius vita , adeò vt ea mortua hæreditas reuerta-
tur ad agnatos maſculos, vt per textum *in l.Statius Florus,*
*§. Cornelio Felici* , *ff. de iur. fiſc.* Alex. *conſ.*5. *num.*9.*verſ.*
*præterea* , *lib.*6. pulchrè Pariſ. *conſ.*47. *n.*61.68. *lib.*3.Ca-
cheran. *d. deciſ.*127. *num.*9. vbi prædicta allegat , etenim
liberi fœminæ non ſunt de familia , à qua ipſa venit , vt
81 per Tiraq. *de retract.lignag.*§.1.*gl.*9.*n.*195.

Vnde concordia prædicta facta per dictam Dominam
Martham , & dictas mulieres , etiamſi habuiſſent ius in
dicto patronatu familiari, & gentilitio , tamen non po-
tuerunt præiudicare aliis ſucceſſoribus , & vocatis , ſed
82 tantùm ſibi : poſt Abb. *in cap. Auditis* , *n.*1. *de præſcript.*
Pariſ. *conſ.*65. *n.*45.47. & *conſ.*85. *n.*15. *lib.*3. Viuian. *in*
*d.tract. de iurep. p.*1. *lib.*4. *cap.*9.*n.*8. vbi in terminis lo-
quitur, & dicit ita Rotam iudicaſſe.

Deinde dici poteſt , quod ſuper iurepatronatu non li-
83 cet tranſigere , ad textum *in cap. præterea* , *il primo* , &
ibi DD. *de tranſact*, Lambert. *de iurep. lib.*3. *q.*9. *art.*2.
*num.*10.& *art.*6. *per totum.* Mar. Antonin. *var.reſol.lib.*1.
*reſol.*87.*n.*18. Viuian. *in prax.iuriſp.p.*2.*lib.*8.*c.*3.*n.*6.*in fin.*
vbi vide.

Denique dici poteſt dictam ceſſionem , ſeu donatio-
nem iuriſpatronatus fuiſſe inualidam ſine conſenſu Epi-
84 ſcopi, adeò vt non ſufficiat conſenſus illius Vicarij ſine
ſpeciali mandato : Garz.*tract.de benef.p.*5.*c.*6.*n.*76.Farin.
*deciſ.*337.*n.*1.*p.*2. idem Farin. *deciſ. poſthum.*555.*n.*1.*p.*2.
vbi multos allegat : Ricc.*eodem tract.reſolut.*189.*n.*1.2.3.
vbi allegat multas Rotæ deciſiones. Barboſ. *de off. Epi-*
*ſcop.p.*2.*allegat.*71.*n.*23.

Non obſtat autem decretum ordinarij pronunciantis
dictum iuſpatronatus ſpectare ad dictum Dominum Bar-
tholomæum ; tum quia emanauit non citatis illis de Co-
85 delupiis , neque auditis eorum iuribus ; & tamen neceſſe
eſt adeſſe præuiam cauſæ cognitionem. Soc.*conſ.*47.*n.*13.
*lib.*4. & ſic cenſuit Rota, vt apud Ioan. Aloyſ. Ricc. *in*
*prax. for. Eccl. p.*1. *reſolut.*132.*n.*6. Gratian. *diſcept.*310.
*num.*89.

Secundò dictum decretum nihil probat, aut iuuat par-
tem aduerſam, quia non iuſtificatur ex actis, immò ex il-
86 lis apparet emanaſſe ex falſa cauſa , & erronea , ſuppo-
nendo extinctam eſſe familiam illorum de Codelupiis,
quod non eſt verum , & propterea tanquam iniuſtum
reſpectu illorum de Codelupiis nihil nocet, quia ex ſen-
tentia Ordinarij non canonizatur iuſpatronatus , niſi illa
iuſtificetur ex actis: Gabr. *conſ.*28. *num.*6. *lib.*1. Cæſ. de
Graſſ. *deciſ.*13. *in fin. de ſent.& re ind.* Farinac.*deciſ.*689.
*num.*2.*p.*1. & *deciſ.*659.*n.*16. *p.*2. Ricc. *in d. prax. for.*
*Eccl.reſol.*132. *num.*6. & *in d. tract. de nouiſſ. prob. iuriſp.*
*reſolut.*126.*num.*1.2.3.4. vbi etiam dicit dictam ſenten-
tiam nunquam tranſire in iudicatum,& ab ea non eſſe ne-
ceſſe appellare,& cum prædictis conſentit Gratian.*diſcep.*
310.*n.*89.vbi multos allegat. Vnde talis ſententia dicitur
notoriè iniuſta, quia ex iiſdem actis conſtat dictum iuſ-
patronatus ſpectare ad illos de Codelupiis , & irrita
redditur ex falſa cauſa deficientis familiæ , ſicut etiam 87
tranſactio. Seraph. *deciſ.*1190. *n.*3. Beltram. *ad Ludouiſ.*
*deciſ.*40. *n.*7. & *deciſ.*312. *num.*3.4. Viuian. *d. tract.p.*2.
*lib.*11.*c.*5.*n.*16.

Tertiò cùm dicta ſententia Ordinarij non ſit antiqua,
eo quòd non excedat tempus 40. ſeu 50. annorum , non
poteſt probare dictum iuſpatronatus , quia ſententia 88
Epiſcopi illud non probat , niſi in antiquis , & ſic ad
hunc effectum requiritur , quòd excedat dictum tem-
pus , ex Cyn. & Bald. *in l. emancipationes* , *num.* 3. *C.*
*de fid. inſtrum.* Caſſador. *deciſ.*2. *num.* 3. *de probat.* &
*deciſ.*3. *num.*3. *de procuratoribus.* Put. *deciſ.* 338. *lib.* 2.
optimè ex Rotæ ſententia Ricc. *in d. prax. for. Eccl.*
*part.* 1. *reſolut.* 132. *num.*7. Gratian. *d. diſcept.* 310.
*num.*90. Barboſ. *de off. Epiſc. part.*2. *allegat.*72. *num.*49.
qui alios allegat.

Ex his igitur ſatis conſtat dictum Reuerendum Domi-
num Proſperum fouere optimum ius, tam in poſſeſſorio,
quàm in petitorio, ſiue ratione prouiſionis Epiſcopi,ſiue
præſentationis à patrono factæ , ſtante quod prouiſus
ab Epiſcopo poteſt etiam præſentari à patronis ad ius
ſuum conſeruandum, & ad tollendas moleſtias, & aſſen-
ſum præſtare collationi factæ ab Epiſcopo , & talis con- 89
ſenſus ſequi poteſt , & validat actum , perinde ac ſi à
principio interueniſſet, vt per Gabriel. *conſ.*185.*n.*21.22.
*lib.*2. Viuian. *in prax. iuriſp.p.*2.*lib.*12.*c.*5.*n.*16.17.18.19.
vbi infinitos congerit , & hoc ſæpe ſeruatur, & iuridicè
admittitur, quia in beneficialibus permiſſa eſt titulorum
multiplicatio. Mantic. *deciſ.*359.*num.*8.Farinac *deciſ.*117. 90
*num.*2. & *deciſ.*333.*num.*6. *part.*1. Caualer. *deciſ.*159. *n.*7.
& ſic dictus D. Proſper potuit adiuuari ex iure ſuperue-
niente vigore præſentationum , & mutare etiam cauſam
ſuæ poſſeſſionis , & quatenus opus ſit , ex nouo titulo
ſuperueniente poteſt mutari abſque alia declaratione , & 91
mutata præſumitur, ſi ita expediat. Rota *deciſ.diuerſ.*143.
*n.*4.*p.*2. Farin. *deciſ.*761. *n.*2.*p.*2.& *deciſ.poſthum.*127.*n.*5.
*in fin.* & *deciſ.*264.*n.*8.*p.*2. Caualer. *deciſ.*171. *num.* 4. &
*deciſ.*184.*n.*2. & *deciſ.*534.*n.*3.

Siue ergo dicamus ſolum poſſeſſorium fuiſſe intenta-
tum, ſiue cum poſſeſſorio fuiſſe cumulatum etiam perito-
rium , ſemper vincere debent dictus Reuer. D. Proſper,
& dictus D. Horatius , quando enim in vtroque iudicio
factæ ſunt probationes , vt hìc , illi victoria debetur , de 92
cuius meliori iure conſtat. Moneta *de commut. vlt. vol.*
*c.*10.*n.*248. *in fin.*

Et dato etiam, quòd probaretur iuſpatronatus ſpecta-
re ad dictam Dominam Iuliam , & quod ipſa verè eſſet
patrona , tamen cùm non ſit in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi , inſtitutio facta de perſona dicti D. Proſperi non
infringitur pro hac vice, quia collatio non vitiatur, licèt 93
poſtea pronuncietur contra poſſeſſorem beneficij in pe-
titorio. Mareſcot. *var.reſolut. lib.*1.*cap.*55.*num.*50.51.52.
vbi alios allegat , & exinde probatur , ſi poſteà conſtet
de iurepatronatus , ſaluum eſſe ius patroni in vacationi-
bus futuris , ſed firmam remanere collationem factam
tanquam de libero pro hac vice , ſtante quaſi poſſeſſione
conferendi.

Et quibus cenſui dictum Reu. D. Proſperum habere
meliora iura in dicto beneficio , & manutenendum eſſe
in eius poſſeſſione : & quia ſic iuri conuenire putaui, ita
etiam iudicaui.

CAPVT



# CAPVT CVIII.

## EPITOME.

Profeſſio Nouitij in Religione facta per metum, vel non completo probationis anno eſt inualida , quoad omnes effectus , & non obligat ad obſeruantiam religioſam, neque in ſpecie, neque in genere, nec in foro conſcientiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Profeſſio probatur teſtibus, & ſcripturis publicis.*
2 *Profeſſio iurata debet ſeruari.*
3 *Nouitius profitens ante tempus de conſenſu ſuperiorum renunciat iuri ſuo.*
4 *Profeſſio non vitiatur ſi per modicum tempus annus probationis non compleatur.*
5 *Profeſſionem eſſe metu factam debet concludenter probari.*
6 *Profeſſionis ratificatio inducitur per delationem habitus profeſſorum.*
7 *Nouitius non recipitur ad religionem legitimè , niſi ſumptis informationibus de vita, & moribus.*
8 *Profeſſio eſt nulla non præcedentibus informationibus.*
9 *Profeſſio ſpontanea non eſt, vbi timor metus.*
10 *Verba enunciatiua non probant.*
11 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*
12 *Profeſſio non debet fieri ante decimumſextum annum, vel non completo probationis anno.*
13 *Nouitij bona non acquiruntur Monaſtario non facta legitimè profeſſione.*
14 *Probationis annus in Religione debet eſſe integer, & continuus.*
15 *Annus probationis Religionis ita debet eſſe integer , vt non liceat coniungere tempora.*
16 *Profeſſio non debet admitti interrupto probationis anno.*
17 *Probationis annus interpolatus debet ex integro inchoari.*
18 *Modicum pro nihilo reputatur.*
19 *Nouitiatus annus currit de momento ad momentum.*
20 *Profeſſio vitiatur , etiamſi in modico annus nouitiatus interpoletur.*
21 *Nouitium eſſe profeſſum , vel liberum , an inter res fauorabiles ſit aſcribendum.*
22 *Nouitiatus annus interrumpitur per quatuor horas.*
23 *Modicum quando conſideretur.*
24 *Nouitius recedens à Religione quando interrumpat Nouitiatum.*
25 *Nouitius profitens vltimo die anni probationis , an validè id faciat.*
26 *Nouitius ex iuſta cauſa manens extra Monaſterium , an interrumpat annum probationis.*
27 *Profeſſionem lex annullans an ſit pœnalis.*
28 *Regularis poteſt intra quinquennium reclamare contra profeſſionem.*
29 *Profeſſio vi , vel metu facta eſt inualida.*
30 *Metus cadens in virum conſtantem quis dicatur.*
31 *Metus minor requiritur in puero , & minore, quàm in viro profeſſo.*
32 *Minor metu minori infringit actum , quàm alij.*
33 *Metus reuerentialis ſolus annullat profeſſionem.*
34 *Profeſſio an irritetur ex metu reuerentiali.*
35 *Metus reuerentialis cadit in fratre minore reſpectu maioris.*
36 *Metus iuſtus cauſatur etiam ex importunis precibus.*
37 *Matrimonium etiam ſpirituale non irritatur ex metu reuerentiali, niſi iunctis minis.*
38 *Minas exequi ſolere quis probare debeat.*
39 *Minæ in non ſolito exequi concurrentibus aliis adminiculis probant.*
40 *Reuerentialis metus quando infringat actum.*
41 *Metus timor æquiparatur metui.*
42 *Metus probatur indiciis , & præſumptionibus.*
43 *Minæ , & metus probantur per teſtes ſingulares.*
44 *Metus probabilis ſuſpicio habetur pro metu.*
45 *Metus quid ſit.*
46 *Metum probant teſtes de auditu.*
47 *Vicinus præſumitur informatus de factis vicini.*
48 *Metus probatur ex auerſione.*
49 *Metus probatur proteſtationibus.*
50 *Proteſtatio clandeſtina quando probet metum.*
51 *Proteſtatio metus annullat actum ſubſequentem.*
52 *Metus probatur ex fuga.*
53 *Metus iuſtificatur ex proteſtationibus ante , & poſt factum.*
54 *Metum probant lacrymæ.*
55 *Metus amiſſionis bonorum cadit in virum conſtantem.*
56 *Metus non poteſt purgari, durante eius cauſa.*
57 *Reuerentialis metus iunctis coniecturis ſufficit ad nullitatem actus.*
58 *Metus cauſa probata metus videtur probatus.*
59 *Profeſſio inualida non firmatur iuramento.*
60 *Nouitius non poteſt renunciare integritati anni probationis.*
61 *Profeſſionem inualidam non ratificat nouitius ex delatione habitus, niſi ſcienter.*
62 *Ratificationem tollunt coniecturæ diſſenſus.*
63 *Ratificatio non inducitur durante cauſa metus.*
64 *Metus influit in omnes actus ſequentes.*
65 *Profeſſio quando cenſeatur ratificata.*
66 *Metum non tollunt facta animo læto durante cauſa metus.*
67 *Metum probantes præferuntur deponentibus de libertate.*
68 *Teſtibus contrariis non datur fides.*
69 *Profitens inualidè peccat manendo extra Religionem ſine ratificatione.*
70 *Profeſſio inualida neque obligat in conſcientia.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

DE anno 1632. die 21. Nouembris , vt fertur , D. Carolus nunc dictus Frater Auguſtinus de Fabaliis , Regienſis adoleſcens annorum quindecim circiter , importunis ſuaſionibus , & comminationibus Domini Manfredi eius fratris maioris natu , ſub cuius cura , & tutela Dominus Carolus viuebat , & cui etiam ipſe donauerat omnia eius bona , retento ſibi exiguo ſubſidio , aſſumpſit habitum regularem Fratrum Seruitarum Regij , & factus Nouitius , oſtendit ſemper ſe alienum à Religione , & ſæpius declarauit , ſe metu , & minis acceſſiſſe ad talem Religionem , à qua poſt ſex Nouitiatus menſes , dimiſſo habitu , ſine licentia Superioris receſſit , fugiens è Monaſterio , & dicens aliis Nouitiis , ſe nolle eſſe Monachum , & vagando extra Monaſterium per ſex dies in habitu laicali moram traxit in domibus conſanguineorum , eo quòd fuit acriter repulſus à dicto eius Fratre, qui denique comminationibus iterum eum reduxit ad Religionem, vbi denuò fuit Nouitiorum numero receptus , ſed nihilominus ſæpius conqueſtus eſt ſe vi , & metu fratris manere in Religione, & poſt alios ſex menſes aduemiente tempore profeſſionis hoc idem magis manifeſtauit , & mœſtus eam ſolemniter emiſit ſub die 25. Nouembris 1633. poſt quam

lachrymatus eſt, & cum aliis nouiter profeſſis, qui læti
erant, ipſe noluit ſumere cibum, ſed ſuperſtite dicto eius
fratre quaſi per annum geſſit habitum Profeſſorum,
& alia fecit, quæ illi facere ſolent. At defuncto prædicto
eius fratre, dictus F. Auguſtinus metu expulſo mox re-
clamauit contra profeſſionem coram Ordinario, & Prio-
re Conuentus, dicens eam eſſe inualidam. In quo iudicio
comparuerunt etiam DD. Iulia, Ancharanna, Anna, &
Hyppolita de Fabaliis, allegantes validam eſſe profeſſio-
nem, petieruntque pro ſuo iure, & intereſſe audiri, cùm
ad eas peruenerint bona dictorum D. Manfredi, & Caroli.
Vnde compilato proceſſu ſuper nullitate dictæ profeſſio-
nis quæſitum fuit quid iuris.

Et ſanè primo ſub aſpectu videbatur dicendum Do-
minum Fratrem Auguſtinum fore cogendum ad obſer-
uantiam Religionis, & votorum, quia de eius ſolemni
profeſſione conſtat per inſtrumentum iuratum, de quo
in actis, quod dicitur probatio probata, & notoria; ſi-
quidem non tam teſtibus, quàm ſcripturâ publicâ pro-
batur profeſſio. Honded. *conſil.78.num.29.lib.2.* Caualer.
*deciſ.271. num.3.* & cùm ſit iurata, non poteſt infringi,
2 quia iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine diſpendio ſa-
lutis æternæ, eſt ſeruandum, *cap. cùm contingat*, vbi Abb.
*de iureiur. c. quamvis, de pactis in 6.*

Secundò videtur legitimam fuiſſe profeſſionem licèt
annus probationis non fuerit integer, & continuus, quia
cùm dictus Frater Auguſtinus ad profitendum fuerit ad-
miſſus à ſuperiore, & ipſe non renuerit, videtur renun-
ciaſſe iuri ſuo, & ſecum fuiſſe diſpenſatum, ad textum
3 *in cap. ad Apoſtolicam, de regul.* & maximè quia defectus
paucorum dierum non eſt conſiderabilis, eò quod modi-
cum pro nihilo reputetur, maximè in fauorabilibus, vt
4 inquit Leſſius *de iuſt. & iur. lib.2. cap.41. dub.7. ſub n.59.
& verſ. ſecundò, in fin.* qui loquitur in terminis, vltra
quod videtur ſuppleuiſſe dies, qui defecerant, dum extra
Monaſterium manſit.

Tertiò valida videtur profeſſio, cùm non ſatis fuerit
probatum, fuiſſe meticuloſam, quoniam de vi, & metu
debet conſtare non per proteſtationes, ſed per coniectu-
5 ras vrgentes, & concludentes, vt per Farin. *frag. part.2.
verbo metus, n.189.190.*

Quartò eſto etiam, quod in prædictis aliquis defectus
extiterit, tamen videtur ſatis purgatus ex delatione habi-
tus profeſſorum, gerendo etiam actus ſolis profeſſis per-
miſſos, ex quibus dictus F. Auguſtinus cenſetur tacitè
6 profeſſus, vel ſuam profeſſionem ratificaſſe, ad textum
*in cap. ex parte, de regul.* Mirand. *in manual. Prælat. Reg.
quæſt.24. art.8.9. tit. de Nouit.* Gratian. *diſcept.630.n.20.*
Non enim Concilium Tridentinum tollit tacitas profeſ-
ſiones. Honded. *conſ.78. num.22. lib.2.* Gratian. *diſc.440.
num.35.* Graff. *deciſ. aurearum part.1. lib.3. de reg. cap.5.
num.26.*

Verumtamen cenſui profeſſionem prædictam fuiſſe
ipſo iure nullam, & inualidam, & dictum Fratrem Au-
guſtinum non teneri in aliquo foro ad Religionem, ſiue
in ſpecie, ſiue in genere, & eſſe admittendam ad ſæ-
culum, quia non fuit profeſſus legitimè, & non fuerunt
ſeruata ſeruanda. Et in primis certum eſt, quòd ante-
quam aliquis admittatur ad habitum regularem, ſeu ad
profeſſionem, neceſſe eſt, vt ſuperiores Conuentus
7 (quod hîc factum fuiſſe non conſtat) ſumant informa-
tiones de parentibus, vita, & moribus, & qualitatibus
illius, qui vult aſſumi ad Religionem, & talis informatio
debet deferri, & approbari in capitulo generali, vel
Prouinciali, alioquin ſi id fuerit omiſſum, profeſſio ſiue
tacita, ſiue expreſſa, eſt inualida, contra quam licet re-
8 clamare, ſic ex conſtitutione Sixti V. edita anno 1587.
Kal. Decembris, de qua Roder. *quæſtionum reg. part. 3.
quæſt.10. art.1. & 2.* pulchrè Sanchez *de matr. lib.7. diſp.
37. num.54.* vbi ait, quod propter hoc irritatur profeſſio;
& in terminis ſic pluries iudicauit Rota, vt per Farin.
*deciſ.175. num.3.4.5. part.1.* Aloyſ. Ricc *in prax. for.
Eccleſ. in 2. edit. reſol.550. num.6. in fin.* Barboſ. *de off.
Epiſcop. alleg.101. num.43.44. part.3.* Et hæc informatio
in hoc caſu tantò magis requirebatur, quia ex teſtibus
examinatis reſultat incuſſum fuiſſe metum dicto Domi-
no Carolo, quod ſufficit ad excludendam ſpontaneam 9
profeſſionem, vt per Farin. *d. deciſ.175. num.5.* hic au-
tem non apparet ſumptas fuiſſe aliquas informationes,
quæ cùm in facto conſiſtant, non præſumuntur, *l. in bello,
§. factæ, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. §. fin. Inſtit. de fide-
iuſſ. cap. cùm in iure, de off. deleg.* Ideò profeſſio prædicta
eſt nulla.

Et quamvis in inſtrumento profeſſionis Prior conuen-
tus dicat, *Habitis ſuper vita, & moribus dicti Nouitij fi-
dibus à perreuerendis Fratribus eiuſdem Religionis fide
dignis*; tamen hæc informatio erat aliunde ſumenda, &
in Capitulo approbanda, quod non apparet fuiſſe factum,
& cùm hæc ſint verba enunciatiua, non probant: Cy-
riac. *contr.244. num.59. lib. 2.* etenim ſolemnitas extrin- 10
ſeca non præſumitur, niſi ex lapſu triginta annorum.
Farin. *deciſ.723. num.20. part.2.* Ideò aliunde proban- 11
dum erat ſolemnitatem informationis prædictæ interue-
niſſe.

Secundò nullitas dictæ profeſſionis ſatis etiam proba-
tur ex eo, quod dictus Dominus Carolus emiſit profeſ-
ſionem ſub nomine Fratris Auguſtini ante completum
probationis annum, contra diſpoſitionem Concilij Trid.
*ſeſſ.25. tit.15. de regul.* vbi Statutum eſt, quòd in qua-
cumque Religione, tam virorum, quàm mulierum pro- 12
feſſio non fiat non ſolùm ante decimumſextum ætatis
annum expletum, ſed nec etiam quiſquam ad eam admit-
tatur, qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſ-
ceptum habitum in probatione ſteterit, & profeſſio ali-
ter facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem
Religionis, vel ad quoſcumque effectus. Garz. *tract. de
benef. part.11. cap.9. num 5.6.* Farinac. *d. deciſ.175. n.3.
part.1.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 101. num. 16. part. 3.*
Riminald. Iun. *conſilio 270. num.48. 49.* vbi propterea
dicit, quod bona ſic profeſſi non acquiruntur Mona- 13
ſterio.

Quo ſtante ſciendum eſt, annum probationis in
Nouitio debere eſſe integrum, & continuum geren-
do habitum Religionis intra clauſtra Monachorum,
vt per Abb. & Ancharan. *in d. cap. ad Apoſtolicam, de* 14
*regul.* Lap. *alleg. 46. num.2.* Nauar. *conſ.41. num.1. verſ.
Tertium, & conſ.89. num.1. de regul. lib.1.* Azor. *Moral.
lib. 12. cap. 4. quæſt.6. part. 1.* Pariſ. *de renunc. lib. 3.
quæſt.13. num.11.* Sanchez *Mor. lib.5. cap.4. num.31.32.*
Farinac. *d. deciſ.175. num.2.* Garz. *d. cap.9. num.7.* Gra-
tian. *diſcept.166. num.14.16. & diſcept.440. num.11. 12.
13.14.* Barboſ. *d. alleg.101. num. 23.* qui rem planam
reddunt.

Quæ adeò vera ſunt, vt non liceat Nouitio, aut Mona-
ſterio coniungere tempora ad complendum probationis
annum, ita vt ſi portaret habitum intra Monaſterium
per quatuor menſes, & poſtea exiret, & iterum reuer-
ſus illum geſtaret per alios octo, vel plures menſes, & 15
profiteretur, non cenſeretur legitimè profeſſus, licèt con-
iungendo hæc tempora annus videatur integer, quia cùm
ſit interpolatus, nihil iuuat ad effectum emittendi legiti-
mè profeſſionem, vt per DD. *in d. cap. ad Apoſtolicam,*
Franc. *in cap.1. §. final. num.3. de regul. in 6.* Silueſtr. *in
verbo Religio, 5. quæſt.4. num.4.* Lap. *d. alleg. 46. num. 2.*
qui videatur, pulchrè etiam Nauar. *d. conſ. 41. num. 1.
verſ. Tertium, & conſ.89. num.1. de regul.* Mirand. *in Ma-
nual. Præl. Reg. quæſt.22.* Graf. *in ſum. deciſ. part.1. lib.3.
cap.5. num.14.15.24.* vbi inquit annum ſine interruptio- 16
ne debere continuari. Garz. *d. cap.9. num.7.* Farinac. *d.
deciſ.175. num.2.* Sanchez *Moral. lib.5. cap.3. n.31. in fin.
c.4. n.9. & n.31.32. & de matrim. lib.2. diſput.24. n.22. verſ.
cæterùm,* Gratian. *diſcept.166. n.16. & diſcept. 440. n.14.*
Barboſ. *d. alleg.101. num.24. & in addit. ſub n.23.* vbi pul-
chrè loquitur.

Hic



Hîc autem ſatis conſtat, annum probationis fuiſſe in-
terpolatum, & interruptum, quia dictus Frater Augu-
ſtinus poſt ſex menſes Nouitiatus, ſine licentia Superio-
ris dimiſſo habitu regulari fugam arripuit, & per non-
nullos dies extra Monaſterium manſit cum declaratione,
quod per vim, & metum habitum aſſumpſerat, & no-
lebat amplius monachari, vt teſtantur ipſi Nouitij eius
conſocij, & Magiſter eorum; & hoc dicunt teſtes, ſci-
licet primus ſic deponit: *Vſci fuori veſtito da ſecolare con
vn tabaro intorno.* Et infrà: *Lui mi riſpoſe, ch'era fuggito,
è che non volea eſſer Frate, perche vi era ſtato meſſo per forza.*
Secundus teſtis: *Era fuggito dal medeſimo nouiciato veſtito
da ſecolare.* Et quartus teſtis: *Doppo eſſere ſtato ſei meſi in
circa nel nouiciato ſe ne fuggí.* Et infrà: *Diſſe, che non vo-
lea più ſtare ne' Frati, perche ſuo fratello l'haueua meſſo
per forza.* Et quintus teſtis: *Era in habito da ſecolare.* Et
infra: *Per eſſere ſtato ſei giorni in circa fuori dol nouiciato.*
Sextus teſtis: *Egli ſe ne fuggí veſtito da ſecolare ch'io, è
tutti gli altri lo videro, dicendo non voleruì ſtare, e che lo
faceua, perche ſuo fratello l'haueua meſſo per forza, è doppo
eſſer ſtato fuori cinque, ò ſei giorni in circa ritòrnò nel noui-
ciato condotto da ſuo fratello.* Septimus teſtis: *Frà Ago-
ſtino era fuggito dal nouiciato.* Et infrà: *Stete fuori del
Conuento per il ſpatio di tre giorni, è tre notte, ſe la memo-
ria mi ſerue.* Ex quibus apparet ita diſcontinuatum fuiſſe
probationis annum, vt ex integro illum teneretur noui-
tius incipere, licèt non indigeret noua receptione, quia
ſufficit, quod prima receptio, continuetur per totum
annum abſque interruptione, ita quod ſine licentia Præ-
17 lati non exeat, neque maneat extra Monaſterium, &
perfecto anno faciat profeſſionem validam. Graff. *deciſ.
aur. part.1. lib.3. de Regular. cap.5. num. 24.* Nauar. *d.
conſ.41. num.1. verſic. tertium, de regul. lib. 3.* Sanchez,
Gratian. Barboſ. *in dd. locis.* Ergo cùm dictus Nouitius
aufugerit, & dimiſſo habitu manſerit extra Monaſte-
rium per ſex dies circiter, vt dicunt duo teſtes, vel
per tres dies, vt dicit vnus teſtis, ſanè non potuit
aliud ſubſequens ſemeſtre coniungi cum præcedenti
ad integrandum annum probationis, & ſic irritatur
profeſſio emiſſa contra formam ſacri Concilij Triden-
tini.

Neque obſtat, quod hæc ſit modica interpolatio, quæ
non debet impedire continuationem integritatis anni
probationis, quia modicum pro nihilo reputatur. Franc.
18 *in cap.2. num.5. de temp. ord. in 6.* Leſſius *de iuſt. & iur.
d. lib.2. cap.41. dub.7. ſub num. 59.* Nam reſpondetur,
quod iſtud tempus currit de momento ad momentum,
19 & traditum eſt pro forma; quæ eſt indiuiſibilis, cuius
omiſſio etiam in minimo vitiat actum, & propterea iſte
annus debet determinari à puncto horæ ſuſcepti habitus,
& defectus etiam trium dierum, vel horarum poteſt vi-
tiare profeſſionem, quia, vt dixi, annus nouitiatus ſu-
20 mendus eſt de momento ad momentum. Sanchez *moral.
lib.5. cap.3. num.51. in fin. & cap.4. num.9. & num. 32.
& de matr. lib.2. diſp. 24. num.22. verſiculo cæterùm.* Ho-
mobon. *de exam. Eccleſ. part.3. tract.15. cap.9. quæſt.6.
in obſeruationibus, verſiculo proinde*, & multis adductis
id firmat Dian. *moral. reſolut. part.3. tract.2. de dub. re-
gul. reſol.57.* vbi vide Farinac. *d. deciſ. 175. ſub num. 7.
part.1.* & hoc tenet etiam Barboſ. *de off. Epiſc. in addit.
ad allegat.101. ſub num. 22. part.3.* vbi teſtatur, quod in
hac tertia editione fuit coactus recedere à ſua priori ſen-
tentia, in qua aliter ſenſerat, & corrigendo ſe ipſum
probat verius eſſe id, quod nos hîc adducimus, etenim
quamvis multi putent fauorabile eſſe in hac materia iu-
dicare pro Religione contra Nouitium, tamen Rota
21 aliter ſentit, & putat odioſum eſſe velle reſtringere hunc
nouitiatus annum, & inter res odioſas hoc annumerat,
vultque fieri computationem de momento ad momen-
tum in fauorem Nouitij, vt apud Farin. *deciſ.175. n.7.
part.1.*

Vnde Lap. *d. alleg.46.* docuit annum probationis diſ-
continuari ex interruptione per quatuor horas, & Na- 22
uar. *conſilio 32. num.3. verſiculo quoniam, de regular. lib.3.*
inquit annum nouitiatus interrumpi per exitum Noui-
tij à clauſtro, per tres, vel quatuor dies ſine licentia ſui
Superioris, & longè melius hoc docet Sanchez *moral.
part.2. lib.5. cap. 4. num. 32. 33.* vbi in terminis facit
hanc quæſtionem de modico, & reſpondet contrariis,
& defendit interrumpi dictam integritatem per quan-
tumvis modicum continuationis defectum, quando
interceſſit factum contrarium religioni, velut dimiſſio 23
nouitiatus, & obedientiæ, vt hîc dictus Fr. Auguſtinus
fugam arripuit, habitum dimiſit, & dixit ſe nolle
ampliùs monachari; ſecus autem putat eſſe, ſi per mo-
dicum tempus retento habitu, & non animo deſerendi
Religionem cum licentia ſuperioris permanſiſſet extra 24
Monaſterium, fortè ex cauſa curandæ valetudinis, vel
alia iuſta ratione: & conſentit Barboſ. *de off. Epiſc.
d. alleg. 101. numer. 28. part. 3.* qui non eſt caſus
noſter, quia iſte Nouitius receſſit ſine licentia Superio-
ris, & ſine animo redeundi, & in habitu ſæculari.
Ergo, &c.

Et ſic in his terminis adeò puto neceſſariam eſſe anni
probationis integritatem, quòd ſi Nouitius faciat pro-
feſſionem vltimo probationis die in mane, quo poſt
meridiem in veſperis aſſumpſerat habitum, inualida ſit 25
profeſſio ex defectu paucarum horarum, quia debet
expectari punctum vltimæ horæ, vt completus ſit an-
nus. Lap. *d. alleg.46. num.1. in fin.* Leſſius *de iuſt. &
iur. lib.2. cap.41. dub.7. ſub num.59. verſic. quartò*, idem
Sanchez *moral. lib. 5. cap. 3. num.31. in fin. & de matr.
lib.2. diſp.24. num.22. verſ. cæterùm.* Ricc. *in prax. for.
Eccleſ. part. 1. reſol.549. num.5.* Barboſ. *in addit. ad d.
alleg.101. ſub num. 22.* Dian. *moral. d. part. 3. tract. 2.
reſol. 57.* qui alios multos allegant, & verius dicunt
contra auctoritatem Gratian. *diſcep.413. num.16.17.22.
24.* qui hoc in puncto malè loquitur, & contra com-
munem.

Quæ adeò vera ſunt, vt licèt dictum ſit non interrum-
pi annum probationis, ſi Nouitius ex iuſta cauſa cum
licentia Superioris maneat per aliquod tempus extra
Monaſterium, tamen id non eſt tutum in praxi, quia ali- 26
ter ſenſit Sacra Cardinalium Concilij Trid. Interpre-
tum Congregatio, & aliter iudicauit Rota Romana di-
cens, quod Nouitius labente anno probationis debet
continuò permanere intra clauſtra Monaſterij, & tem-
pus non debet diſcontinuari ſub quovis prætextu, etiam
ex cauſa infirmitatis, aut cum licentia Superioris, quia
in illis, quæ ſunt de forma, ſeruatur rigor, vt per Fari-
rinac. *deciſ.175. num.1. part.1.* vbi adducit rationes, &
teſtatur ſic declaraſſe dictam Sacram Congregatio-
nem, & ſic etiam mutatâ ſententiâ docuit Gratian. *in d.
diſc.166. num.16. verſic. quamvis, & diſc.440. num. 14.*
à quibus non licet diſſentire propter magnam vtriuſque
Tribunalis auctoritatem, nec mirum, quia iſta lex
Concilij annullans profeſſiones non eſt pœnalis, ſed eſt
lata principaliter in fauorem fragilitatis profitentium. 27
Nauar. *conſ. 31. num. 4. in fin. de regul. lib.3.* & ſic vi-
detur tenere Rota apud Farinac. *d. deciſ. 175. num. 7.*
vnde non eſt mirum, ſi latè intelligatur ad fauorem illo-
rum pro ſtatu libertatis: concludendum eſt igitur dictam
profeſſionem eſſe nullam ob non completum probatio-
nis annum.

Tertiò profeſſio dicti Nouitij eſt nulla, & inualida,
quia fuit emiſſa metu, & minis dicti eius Fratris, &
ob eius timorem, & reuerentiam; & propterea cùm
nondum lapſum ſit quinquennium, immò vix cœp-
tum, licuit dicto Fratri Auguſtino reclamare aduer-
ſus profeſſionem, & coram Ordinario, & eius ſupe-
riore cauſas nullitatis adducere, vt per Concil. Trid.
*ſeſſ.25. cap.19. de reform.* immò ſi per totum quinquen- 28
nium duraſſet metus, adhuc poſtea liceret eidem de
nullitate dicere, vt per Azor. *moral. part.1. lib.12. cap.4.*



Ll 2 verſ.

*verſ. poſtremò*. Flor. *var. lib.3. quæſt.23. num.68*. Sanchez
*de matr. lib.7. diſp.37. num.22*. Gratian. *diſcep.440. n.25.*
26. Farinac. *deciſ.705. n.1. & n.6. p.2.* &. *deciſ. poſth.779.*
*num.11. p.1.*

Certum eſt enim, quòd profeſſio in Religione vi, aut
metu emiſſa, ipſo iure eſt nulla, & inualida, nec obligat
29 ad obſeruantiam Religionis, etiam in genere, ad textum
*in c.1.* vbi DD. *de his, quæ vi, metúſque cauſ.* Bellam. *in*
*cap. propter, n.30.47. diſt.19.* Tuſch. *pract. quæſt. littera*
*M, conſ.215. num.3.* Nauar. *conſ.89. n.2. de regul. lib.3.*
Farin. *fragm. p.2. verb. metus, num.48.* idem Farinac. *deciſ.*
*poſthum.779. n.10. p.1.* vbi multa allegat.

Et quamvis dici ſoleat requiri metum, qui cadat in vi-
rum conſtantem, & propterea requiri metum alicuius
30 grauis mali arbitrio iudicis, ad textum *in l.3. ff. ex quib.*
*cauſis maior.* tamen id debet intelligi ſecundùm qualita-
tem, & conſtantiam perſonæ metum paſſæ, & propte-
rea minor metus requiritur in puero, & minore viginti-
quinque annis, quàm in viro perfecto, & conſtanti, vt
31 latè docet Sanchez *de matr. lib.4. diſp.3. num.4.* vbi mul-
tos allegat, & poſt Caſtr. *conſ.174. num.3. lib.1.* Barbat.
*conſ.60. num.4. lib.1.* Menoch. *de arb. iud. caſ.135. num.5.*
Seraph. *deciſ.771. num.4.* pulchrè inquit Farin. *deciſ. poſt-*
*hum.105. num.3. & deciſ.779. num.9. part.1.* vbi docet in
32 minore, qualis erat iſte noſter Nouitius vix habens æta-
tem annorum 16. non requiri tantum metum, ſed ſuffi-
cere leuiorem; & idem dicit Ludouiſ. *deciſ.326. num.26.*
Et ideò licèt dubitari ſoleat, an ſatis ſit metus reueren-
33 tialis, & in matrimonio carnali videantur DD. requirere
vlteriùs minas, & verbera, tamen ad irritandum matri-
monium ſpirituale, quod per profeſſionem inducitur, ſo-
lus metus reuerentialis ſufficere videtur, ad textum *in*
*cap. puellæ, 20. quæſt.1.* & *in cap. cùm virum*, vbi Butr.
*num.6.* Abb. *n.8. de regul.* Gloſ. *in cap. præſens, in verb.*
*patrem 29. q.3.* Marſil. *in l. vnic. num.43. C. de rap. virg.*
Imol. *in cap. cùm tua, col. pen. de ſponſ.* Ign. *in l.3. §. Ele-*
*ganter, n.170. ff. ad Senatuſconſ. Syllan.* Nauar. *in Summ.*
*cap.22. num.51. verſ. Octauum,* pulchrè Nauar. *conſ.89.*
*num.2. de reg. lib.3.* vbi dicit quòd ad annullandam pro-
feſſionem, etiam quoad forum exterius ſufficit metus
etiam reuerentialis minor iuſto timore. Manuel. *in Sum.*
*cap.6. num.10. tom.2.* Iaſon *in §. Quadrup. num.62. Inſtit.*
*de act.* Barbat. *conſ.60. num.2. lib.1.* pulchrè etiam Graff.
*dec. aur. lib.12. cap.5. quæſt.4. verſ. ſi roges, p.1.* Menoch.
*de arb. iud. caſ.136. num.7.8.* Graſſ. *de eff. cler. eff.4. n.114.*
Dian. *mor. part.3. tract.2. de dub. reg. reſol 92.* vbi teſtatur
Sacram Cardinalium Congregationem ita declaraſſe, &
Rotam Romanam ita iudicaſſe contra Sanchez, & alios
34 aliter ſentientes. Quod pulchrè accommodatur caſui no-
ſtro, vbi apparet dictum Fratrem Auguſtinum timore,
& reſpectu ſui fratris deueniſſe ad ſuſceptionem habi-
tus, & ad profeſſionem; certum eſt enim metum, &
timorem reuerentialem cadere etiam in fratre minore re-
ſpectu maioris, vt hîc, quando frater minor habitat
35 cum maiori, & ab eo gubernatur: ſic pulchrè Ruin.
*conſ.98. numer.24. lib.1.* Tiraq. *de primog. in præfat.*
*num.143.* Curt. Iun. *conſ.141. numer.11. lib.2.* & alij
multi, quos citat Sanchez *de matrim. lib.4. diſp.6. n.32.*
Adeò vt etiam ex importuniſſimis perſuaſionibus iuſtus
36 metus oriatur. Farinac. *deciſ. poſthum.105. num.3. part.1.*
Ludouiſ. *deciſ.326. num.13.* vbi quod id procedit quan-
do verſamur cum perſona, cui debetur reuerentia, vt
hîc.

Verùm etiamſi magis placeret altera opinio, quod
etiam matrimonium ſpirituale non inualidetur per ſo-
lum metum reuerentialem, niſi concurrant minæ, &
37 verbera, vt per Sanchez *de matrim. lib.4. diſp.6. num.18.*
19. Azor. *mor. part.1. lib.12. cap.5. quæſt.9.* Couar. *de*
*ſponſ. part.2. cap.3. §.6. num.8.* Farin. *frag. part.2. verb.*
*metus, num.125.* Ricc. *in prax. for. Eccl. part.1. reſol.*
*599. num.4.* tamen hæc ſententia non refragatur caſui
noſtro, vbi ſatis conſtat de minis, & mala tractatio-
ne. Et quamvis videatur deſiderari etiam, quod minans
ſit ſolitus minas exequi, tamen præſumptio eſt pro metu
paſſo, & proinde ipſe tenetur probare eum, cui debetur
reuerentia, ſolere minas exequi, ſed incumbit aduerſario
onus probandi conſuetudinem minantis, vt per Padil. 38
*in l. interpoſitas, num.20. C. de tranſact.* Sanchez. *de ma-*
*trim. lib.4. diſp.6. num.21. verſ. & re ipſa,* & *num.22.* &
vlteriùs ſatis eſt, quòd adſint aliæ coniecturæ metus,
quia ſufficiunt, etiamſi non probetur minantem eſſe ſo-
litum minas exequi. Farin. *in prax. quæſt.50. num.11.* 39
Cyriac. *contr.106. num.76. lib.1.* Vnde ſatis fuit, quod
dictus Frater Auguſtinus fuerit ad prædicta inductus ex
reuerentia, & timore dicti eius Fratris, vt per Nauar.
*d. conſ.89. num.2. de reg. lib.3.* & metus huiuſmodi ve-
riſimilis redditur ex donatione, quam dictus Frater
Auguſtinus fecerat dicto fratri ſuo, propter quam
eius intererat, quod ille emitteret profeſſionem, vt
conſiderat Rota apud Farin. *d. deciſ. poſth.104. numer.4.*
*part.1.*

Et omnes hoc ſaltem admittunt, quod licèt ſolus me-
tus reuerentialis non ſufficiat, tamen iunctis adminicu-
lis metus ſatis eſt ad infringendum actum, vt per Lu-
douiſ. *deciſ.326. n.11.* & *deciſ.374. n.9.* hîc autem concur- 40
runt multa adminicula, quibus metus probatio coadiuua-
tur, vt videbimus: ergo.

Et quamvis fortè non poſſent probari minæ, & ver-
bera, nihil refert; tùm quia paria ſunt, quod quis com-
pellatur per minas, & verbera, vel quod timeat compel-
li, vt per Alex. *conſ.99. num.6. lib.3.* tum quia hæc tra- 41
duntur à DD. per modum exempli: Ludouiſ. *deciſ.374.*
*num.13.* & ſufficit ſi loco eorum concurrant aliæ con-
iecturæ, & præſumptiones metus, quibus timor reue-
rentialis poſſit adminiculari, quia tunc ſatis eſt ad reſcin-
dendum actum. Curt. Iun. *in d. l. interpoſit. ſub num.26.*
*C. de tranſact.* vbi DD. Menoch. *d. caſ.139. num.6.* Fa-
rinac. *frag. part.2. verbo metus, num.127.* Ludouiſ. *deciſ.*
*326. num.11* vbi quod minor metus requiritur, & ſuffi-
ciunt adminicula, quoniam cùm metus ſit difficilis pro-
bationis, ſufficiunt ad eius probationem præſumptio-
nes, & coniecturæ, & leuiores probationes. Bald. *conſ.* 42
*26. lib.3.* Alex. *conſ.98. num.6. verſ. Nam:* & ibi *add.*
*lib.3.* Roland. *conſ.100. num.127. lib.4.* Marcheſan. *de*
*commiſſ. part.3. §.2. num.25.* Prax. Archiep. *cap.105.*
*num.3. verſ. ſecundò,* latè Maſcard. *de probat. lib.2. concl.*
*1055. num 2.3.* vbi multos allegat, & teſtatur de com-
muni. Menoch. *d. caſ.136. num.1.* & *lib.3. præſumpt.4.*
*num.5.* Tuſch. *littera M, concl.224. num.7.* Farinac. *frag.*
*part.2. verbo metus, num.18.* vbi alios allegat. Ludou.
*deciſ.326. num.5.* Quæ adeò vera ſunt, vt minæ, & me-
tus probentur etiam per teſtes ſingulares, vt pulchrè 43
cenſuit in terminis Rota apud Farinac. *d. deciſ. poſth.779.*
*ſub num.4.* & *ſub num.5. part.1.* Ludou. *deciſ.326. num.47.*
48. vbi videatur. Vnde iſte Nouitius ex multis habuit
iuſtam cauſam timendi, ſtantibus his, quæ deponunt
teſtes; etenim iuſta, & probabilis ſuſpicio metus habe-
tur pro metu ipſo, vt per Sanchez *de matrim. lib.4.* 44
*diſp.1. num.17.* Ludou. *deciſ.374. num.17.18.* quoniam
metus conſiſtit in mente, quia nihil aliud eſt, niſi inſtan-
tis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, ad textum 45
*in l.2. ff. quod met. cauſ.* Maſcard. *de probat. d. concl.1055.*
*num.6.* & ideò metus probatur tam ex præcedentibus,
quàm ex ſubſequentibus. Tuſch. *pract. concl. littera M,*
*concl.224. n.6.*

Hîc autem ſatis conſtat de minis, & aliis metus conie-
cturis, quòd ſufficit, quia minæ quæcunque iunctæ cum
metu reuerentiali ſufficiunt ad infringendum actum. Lu-
dou. *deciſ.374. n.15.* neque de illis eſt dubitandum, quia
ex teſtibus rectè colliguntur, inquit enim primus teſtis:
*Hò ſentito dire alli vicini, & al detto F. Carlo, che eſſo era*
*mal trattato dal Signor Manfredo ſuo fratello, & dalla Giulia*
*ſua ſerua, è che le faceua mangiare della cipola.* Et infrà;
*Ne meno lei volſe dare da mangiare, anzi preſe vn coltel-*
*lo in mano, e lo cacciò via.* Et tertius teſtis dicit, *Che minac-*
*ciaua, e diceua, voglio che tu faci forfante.* Et quartus, *Sò*
*di certo che il già Signor Manfredi Fauali perſuadeua il*
*Signor Carlo ad entrare nella Religione de' Serui, è lo ſtra-*
*pazaua, è maltrattaua, è lo faceua baſtonare dalla Giulia*
*ſua maſſara, sì che per diſperatione fù aſtretto ad entrare nel*
*nouiciato de' Serui, e ciò per vdita di detto Fr. Agoſtino,*
*e de' ſuoi vicini, & in particolare di M. Vincenzo Modaneſe.*
Qui teſtes licèt ſint de auditu alieno à vicinis, tamen
46 rectè probant metum, vt poſt Alex. *conſ.99. ſub num.3.4.*
*lib.3* Farinac. *de teſtibus q.69. num.67.* quoniam vicinus
præſumitur ſcire facta vicini, & præſumitur veriſimili-
47 ter informatus, vt per textum *in l. ſi ita, in fin. ff. de fund.*
*inſtr.* & *in cap. quoſdam,* & *cap. quantò, de præſumpt.*
Maſcard. *de probat. concl.1414. num.2.* Farinac. *in prax.*
*quæſt.52. num.129.* & *de teſt. quæſt.79. num.40.* Et ratio
eſt, quia metus ſolet communiter clam inferri, vt per
Maſcard. *d. concl.1055. num.4.* vbi multos allegat. Ludouiſ.
*deciſ.326. num.3.* & cùm deponunt ſuper his, quæ con-
ſiſtunt in animo, ſcilicet ſuper metu, etiamſi eſſent ſin-
gulares, plenè probant metum, & minas, vt per Fari-
nac. *d. dec. poſthum.779. num.1. verſ. Qui pariter, p.1.*
Ludouiſ. *d. deciſ.36. num.47.48.* & *deciſ.374. num.20.*
*21.22.*

Secundò ſatis adminiculatur probatio metus ex auer-
ſione, quam dictus Fr. Auguſtinus habebat circa Reli-
gionem, vt hoc dicunt omnes teſtes, ex tali enim auer-
48 ſione, & repugnantia probatur metus, vt ex Riminald.
Iun. *conſil.77. numer.24. inter matrimonialia,* cenſuit
Rota apud Farinac. *d. deciſ.779. numer.1. in fin. part.1.*
vbi loquitur in terminis: ad rem Ludouiſ. *deciſ.326.*
*num 7.*

Tertiò probatur metus ex multis declarationibus, ſeu
proteſtationibus per dictum D. Carolùm factis in noui-
tiatu, & alibi; quòd ſcilicet coactè, propter metum
Fratris ingreſſus fuerat Religionem; & hoc dicebat non
49 ſolùm extraneis, ſed etiam ipſis Nouitiis, & eorum Ma-
giſtro, ac etiam aliis Fratribus; quæ proteſtationes, ſeu
declarationes, licèt non probent plenè metum, tamen
valdè proſunt, quia remouent conſenſum ab actu ſequen-
ti, etiam quòd ſint factæ abſente parte coram teſtibus,
maximè in his, quæ pendent à poteſtate proteſtantis, ad
textum *in l. at ſi quis, §. plerique, ff. de relig. & ſumpt.*
*fun.* Graff. *de Regular. deciſ. aur. part.1. lib.3. cap.5. n.30.*
vbi pulchrè. Natt. *conſ.451. num.21 22.* Tuſch. *verb. metus,*
*concl.223. num.26.27.* & *concl.224. num.22.* Maſcard. *de*
*probat. lib.2. concl.1054. num.10.11.* Menoch. *lib.3. præſ.*
*126. num.22.* Prax. Archiep Neap. *cap.105. ſub num.7.*
Farin. *fragm. part.2. verbo metus, num.196.197.* Ludou.
*deciſ.326. num.9.* & *num.30.* & Rota apud Farinac. *d.*
*deciſ.779. num.6. part.1.* & quando adeſt iuſta cauſa me-
tus, valet etiam clandeſtina proteſtatio parti non inti-
50 mata ad effectum, vt actus ſubſequens, vti meticuloſus,
non valeat, vt latè per Sanchez *de matrim. lib.2. diſp.45.*
*num.22.* vbi multos allegat Beltram. *ad Ludouiſ deciſ.326.*
*num.51. verſ. & quod,* vbi dicit occultas proteſtationes
coadiuuare probationem metus; hîc autem proteſtatio,
ſeu declaratio dicti Fr. Auguſtini, licèt fuerit fortè oc-
culta dicto eius Fratri, à quo metus proueniebat, fuit ta-
men nota Fratribus dicti Conuentus, vt ſatis conſtat ex
teſtibus, ideò non poteſt dici clandeſtina reſpectu Mona-
ſterij, quod eſt pars principalis; & ideò etiamſi profeſſio
eſſet actus vltro, citróque obligatorius, adhuc proteſta-
tio valida eſt ad annullandum actum ſubſequentem, vt
51 latè Sanchez *de matr. d. lib.2. diſp.45. n.19.* Farin. *d. verb.*
*metus, n.195.*

Quartò metus dicti Nouitij probatur ex fuga ipſius
poſt ingreſſum Religionis, quando dimiſſo habitu re-
gulari ſine licentia Superioris, egreſſus Monaſterium di-
52 uertit ad conſanguineos cum declaratione, quod nolebat
amplius monachari, quia metu, & per vim habitum aſ-
ſumpſerat, vt ſatis vidimus, & benè deponunt teſtes; ex-





inde enim metus probatur propter fugam ſubſequentem,
vt ex textu *in cap. conſtat 1. quæſt.1.* vbi gloſ. & *in cap.*
*ad id,* vbi gloſ. Arch. & Card. *de ſponſal.* Petr. Barb.
*conſ.24. n.7. lib.1.* Maſcard. *de probat. concluſ.1055. n.46.*
Menoch *lib.3. præſ.4. num.18.* & tantò magis, quia in
caſu noſtro iſte Nouitius pluries tentauit aufugere, & au-
fugiſſet, niſi impeditus fuiſſet à magiſtro Nouitiorum,
vt inquit quintus teſtis: *Anzi che più volte con occaſione,*
*che il Padre Maeſtro lo faceua cantare egli fuggi di ſotto*
*caminando giù dalla ſcala per andarſenevia; mà perche il*
*detto Padre gli correua dietro, è lo pigliaua, perciò non*
*poteua fuggire;* qui ſatis probat, vt per Maſcard. *de*
*probat. concl.1056. num.5.* ex quibus ſatis conuincitur,
eum fuiſſe alienum à Religione, & ſolo metu fuiſſe de-
tentum.

Quintò metus iſte ſatis probatur ex his, quæ geſta ſunt
circa profeſſionem, tam ante, quàm poſt eam, etenim
reuerſus eſt ad religionem inductus à dicto eius fratre
minante, & coram ipſis Fratribus illi dicente: *Voglio*
*che tu facci forfante.* Et infra: *Et detto Signor Manfredo*
*gli brauaua,* vt dicit tertius teſtis, & idem reſultat ex eo,
quod deponit quintus teſtis, *E che l'haueua diſpoſto à tor-*
*narui.* Et infrà: *Io sò, che detto Fr. Agoſtino doppo eſſere*
*tornato nel nouitiato continuo nell' iſteſſa auerſione alla Reli-*
*gione dichiarandoſi, è lamentandoſi con gli Nouizzi che ci*
*ſtaua per forza, è che ſe non haueſſe hauuto timore di ſuo fra-*
*tello, ſarebbe tornato à caſa:* & hoc idem replicat ſextus
teſtis, & adueniente tempore profeſſionis inquit ſextus
teſtis: *Sò che quando detto Fr. Agoſtino venne all' atto della*
*profeſſione, diſſe à me, & ad altri, ch'iui erano di farla per*
*forza, è per minaccie di ſuo fratello, è dopò hauerla fatta*
*ſubito, volendo noi fare collatione, egli ſi poſe à piangere, è*
*non volſe mangiare, e diſſe, ch'era pentito d'hauerla fatta.*
Et quintus teſtis ait, *E dopò ch'hebbe fatta la profeſſione* 53
*ſubito vidi, che lui piangeua;* etenim ex huiuſmodi pro-
teſtationibus antè, & pòſt factis metus remanet iuſtifi-
catus, vt per Farinac. *d. verb. Metus, n.197.* & multò
magis hoc idem inſinuant afflictio, & lachrymæ dicti
Nouitij ante, vel poſt profeſſionem, vt per Farin. *d. deciſ.* 54
*poſthum.779. n.5. p.1.* Menoch. *d. lib.3. præſ.126. num.17.*
Ludouiſ. *deciſ.326. n.40.41.42.*

Sextò accedat, quòd dictus Nouitius ex donatione
prædicta in fauorem dicti eius fratris facta credidit ſe
irreuocabiliter amiſiſſe bona ſua, ſine quibus in ſæculo
viuere non potuiſſet, vt inquit ſeptimus teſtis, & ali-
bi: propter quod amiſſio, ſeu timor amiſſionis om-
nium, vel maioris partis bonorum iuſtum inducit me- 55
tum cadentem in virum conſtantem, vt fusè per San-
chez *de matr. lib.4. diſp.25. numer.21.22. & ſeqq.*
Farin. *deciſ. poſthum.779. num.3. part.2.* Ludouiſ. *deciſ.326.*
*num.19.*

Et cùm ex prædictis coniecturis, & præſumptionibus
ſatis conſtet de vi, & metu dicti Fratris Auguſtini, præ-
ſumitur, quòd etiam medio tempore, & ſucceſſinè
talis metus durauerit, quia huiuſmodi malum princi-
pium influit in omnes actus durante cauſa metus, adeò
vt non cenſeatur purgatus per actus liberos ea durante 56
factos. Menoch. *d. lib.6. præſump.36. num.6.* Maſcard.
*de probat. d. concl.1054. num.34.* Prax. Archiep. Neap.
*cap.105. num.5.* Farinac. *d. deciſ.175. num.5. part.1.* &
*d. deciſ. poſth.705. num.14. part.2.* propter quod metus
reuerentialis adminiculatus coniecturis, & præſumptio-
nibus minarum, & veri metus debet eſſe conſiderabilis,
& ſufficiens ad infringendum profeſſionem. Graff. *deciſ.* 57
*aur. lib.12. cap.5. quæſt.4. verſ. ſi roges, part.1.* Menoch.
*d. caſ.136. num.7.8.* Ludouiſ. *deciſ.326. num.11.* Farinac.
*de verb. metus, num.127.* Dian. *moral. part.3. tract.2. de*
*dub. regul. reſol.92.* etenim ille, qui probat iuſtam cauſam
metus, ſatis dicitur probare metum, qui potuit cadere
in virum conſtantem, quia nemo debet ſe exponere pe-
riculo: ſic in verbis Barbat. *conſ 60. num.3. verſ. & ſi di-* 58
*catur, lib.1.*

Non obſtant in contrarium adducta, primò iuramentum, de quo in inſtrumento poſſeſſionis, vbi iurauit ſeruare vota Religionis, & renunciauit iuri dicendo de inualiditate, quoniam tale iuramentum non valet, & non ligat: tum quia profeſſio emanauit ante integrum probationis annum: tum quia fuit meticuloſa, & ideò non firmatur iuramento, quod ſortitur naturam primordia-
59 lem actus, cui apponitur. Nauar. *conſ.62. num.8. de reg. lib.3.* Sanchez latè *de matrim. lib.1. diſp.32. n.8. & lib.4. diſp.20.n.12.15.* vbi plurimos congerit, concludens huiuſmodi iuramentum adeò eſſe nullum, vt nec relaxatione indigeat; & ſtante metu multò magis ceſſat obligatio iuramenti, quia actus vi, vel metu conflatus, etiam iuramento vallatus eſt inualidus. Borell. *in ſumm. deciſ. part.1. tit.51. num.58.59.* vbi alios allegat, ſiquidem ſi actus metu ſit celebratus, omnes etiam aliæ clauſulæ præſumuntur metu adiectæ. Menoch. *d. lib.3. præſ.126. num.30.*

Secundò non obſtat renunciatio, quia licèt ante Concilium Trid. liceret annuentibus Regularium Superioribus renunciare integritati anni probationis in nouitiatu, tamen poſt Concilium Trid. etiam de conſenſu Prælati
60 non valet talis renunciatio, quia integritas huiuſmodi eſt de forma, & iure publico inducta, & ſic non attenditur etiamſi ſit iurata. Nauar. *d. conſ.62.n.5.6.7.8.9.10. de Regul. lib.3.* Roderic. *qq. regular. tom.3. quæſt.15. art.7. per totum.* Garz. *de benef. p.11.c.9.n.7.* Sanchez *mor. lib.5. cap.4. num.10.* Gratian. *diſc.850. num.15.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. alleg.101. num.32.* in tantum, quod etiamſi modicum tempus deficiat, vel interruptum ſit, adhuc profeſſio ſit nulla, vt per Sanchez *mor. part.2. lib.5. cap.4. num.32.* Dian. *mor. part.3. tract.2. de dub. reg. reſolut.57.* quidquid dicat Leſſius in contrarium adductus, qui communiter reprobatur, quia loquitur ſine bona ratione, & aduersùs communem aliorum ſententiam.

Tertiò non obſtat, quòd metus non ſit ſufficienter probatus, quia iam vidimus ex tot coniecturis, & præſumptionibus de eo ſatis conſtare, vt dubitandum non ſit quin meticuloſa, & inualida fuerit profeſſio, ad tradita per Farinac. *in d. verbo metus, n.127.*

Quartò non obſtat ratificatio profeſſionis inualidæ ob delationem habitus profeſſorum, & exercitium actuum illis ſolis permiſſorum; quia qui ante finem nouitiatus, vel metu emittit profeſſionem expreſsè, & inualidè, non cenſetur poſtea tacitè profiteri, vel ratificare, eo quod longo tempore manſerit in Religione, & geſſerit habi-
61 tum, & fecerit actum profeſſorum proprium, quamdiu putat profeſſionem eſſe validam, quæ tamen reuerà eſt nulla, quia errans, & ignorans non cenſetur conſentire: ſic pulchrè inquit Nauar. *in conſ.23. num.2. & conſ.34. num.4. & conſ.89. num.5. verſ. Quare, de regul. lib.3.* Graff. *d. ciſ. aur. part.1. lib.3. de regul. cap.5. num.22.* & Gratian. *d. ſcept.440. num.22.23.24.25. & diſcept.850. num.15.* Non conſtat autem dictum Nouitium habuiſſe notitiam dictæ inualiditatis, imò ignoraſſe videtur, vt colligitur ex verbis ſecundi teſtis dicentis: *Doppo la profeſſione detto Fr. Agoſtino con l'occaſione che lui ſtaua per ſtanZa à Montecchio, è che veniua à Reggio più volte m'hà detto che lui era venuto per forZa nella Religione minacciato da ſuo fratello, è ſe poteſſe vſcirebbe fuora.* Qui licèt ſit vnicus, tamen cùm ſit Monachus eiuſdem Religionis, probat contra illam, & propterea non eſt quærendum de ratificatione, & ſi diceretur eum ſciuiſſe dictam inualiditatem, id probandum eſt ab allegante, vt per Grat. *diſcep.640. num.32.*

Deinde reſpondetur, non poſſe quæri de ratificatione, quia cùm poſt profeſſionem pluries ſe declarauerit per metum, & contra ſuam voluntatem manere in Religione, vt ex dicto ſecundi, & ſexti teſtis, & aliorum colligitur, non poteſt dici ratificaſſe, quod nullum erat, cùm requiratur animus illam approbandi, & declaratio contraria tollit omnem ratificationis præſumptionem. Nauar. 62
*d. conſ.34.n.3. & conſ.89.n.3. & conſ.42.n.6. in fin. de Regul. lib.3.* Farinac. *deciſ.705. n.4.5. p.5.* Honded. *conſ.78. n.25.26. lib.2.*

Vlteriùs reſpondetur non poſſe dici ratificatam fuiſſe dictam profeſſionem donec vixit dictus D. Manfredus eius Frater, qui erat cauſa metus. Menoch. *d. præſumpt.* 63
*126.n.26.* Farinac. *d. deciſ.705.n.3.p.2.* & meliùs *d. deciſ. poſthum.779.n.11.p.1.* & iure merito, quia cenſetur potiùs continuaſſe in eodem timore, quàm voluiſſe approbare Religionem, cùm metus ab initio inflictus influat in omnes actus ſequentes. Farinac. *d. deciſ.705. num.4. & in* 64
*d. verb. metus, n.163.*

Denique reſpondetur prædicta de ratificatione procedere in tacita profeſſione, quæ cenſetur ratificata per geſtationem habitus profeſſorum ab aliis diſtincti, ſed non habere locum, quando emiſſa eſt profeſſio expreſſa poſt Concilium Trid. quo conceditur quinquennium ad reclamandum; nam ante quinquennium non eſt quærendum de tacita ratificatione, ex delatione habitus per annum, quia præcedente expreſſa profeſſione non præſumitur noua voluntas ratificandi; ſed potiùs perſeuerantia in priori irrita profeſſione, alioquin fruſtra Concilium concederet quinquennium ad reclamandum, ſi per 65
annalem habitus delationem induceretur ratificatio, prout ſic latè docet Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.37. n.10.* vbi ſatisfacit motiuo Gratian. *diſc.440. n.25.* & propterea videtur, quòd profeſſio emanata non expleto probationis anno non poſſit ratificari, niſi ex diſpenſatione Pontificis, ante quinquennium. Graff. *dec. aur p.1. lib.3. de regul. c.5. n.23.* & meliùs Barboſ. *de off. Epiſc. p.3. alleg.101. num.18.*

Non obſtat, quòd metus non præſumatur, quia verſamur in terris, vbi miniſtratur iuſtitia, & potuit Nouitius habere recurſum ad ſuperiores, quia id ei non fuit facile tum ratione fratris, tum ratione Magiſtri Nouitiorum, vt vidimus; & denique quia id procedit, vbi non extant aliquæ metus coniecturæ, quibus ille iuſtificatur. Tuſch. *d. concl.224. num.2. & num.7.* Farin. *d. verb. metus, num.181.*

Non obſtant teſtes partis aduerſæ, qui videntur deponere de læto animo dicti D. Caroli, & lætitia accipiendi, & retinendi habitum regularem; tum quia data cauſa metus, licèt metum paſſus videatur læto animo facere, 66
nihilominus actus cenſetur meticuloſus. Alex. *conſ.99. num.8.10. lib.3.* Prax. Archiep. Neap. *cap.105. ſub num.5.* Tuſch. *littera M, concl.224.n.13.* Pacian. *de probat. lib.1. cap.50. n.13.* pulchrè Farinac. *deciſ.175. num.5. p.1.* vbi etiam dicit quod exinde magis metus confirmatur; & probatur, tum quia teſtes deponentes de metu, præferuntur teſtibus deponentibus de libera voluntate, etiamſi 67
plures ſint. Farin. *frag. p.2. verb. metus, n.172.* vbi multos allegat. Ludouiſ. *deciſ.326. n.46.* & verè meliores ſunt probationes dicti Nouitij ad docendum de metu; nam teſtes contra Nouitium non concludunt de tempore nouitiatus poſt fugam, nec de actibus excluſiuis metus, quia cùm illi eſſent adhærentes dictis eius fratris, facilè dictus D. Carolus cum eis tractando diſſimulauit metum, & coactionem, ne eius querimoniæ peruenirent ad actus dicti D. Manfredi, & verè ſi loquimur de primo teſte, quæ eſt viliſſima pediſſequa dicti D. Manfredi, cuius miniſterio dolet dictus D. Carolus prædictum eius fratrem fuiſſe vſum ad malè eum tractandum, non eſt concors cum ſecundo teſte, qui loquens cum dicto D. Manfredo libenter auditus fuit ſuper deliberatione ingrediendi Religionem pro dicto D. Carolo, & tamen ipſa hoc inficiatur dicens fuiſſe à colloquio deterritum ſub comminatione perdendæ amicitiæ; vnde iſtis teſtibus tanquam contrariis non eſt fides adhibenda. Farinac. *de* 68
*teſtib. quæſt.65. num.2.* & alij teſtes patiuntur alios defectus, ſed in effectu non tollunt probationes contrarias ad firmandum metum, ex traditis per Tuſch. *d. verb.*

*metus,*



*metus, concluſ.224. numer.13.* & Ludouiſ. *deciſ.326. numer.45.46.*

His ſtantibus cùm appareat de nullitate dictæ profeſſionis, tum ex multis coniecturis, & præſumptionibus metus, quæ licèt fortè ſingulæ eſſent imperfectæ, tamen iunguntur ad mouendum Iudicis animum, & inducunt vnam plenam probationem, vt pulchrè, & latè per Barbat. *conſ.45. num.5. vſque ad fin. lib.1.* vbi concludit, quod neque talis probatio indiget iuramenti adminiculo, & ſequitur eum Tuſch. *pract. concluſ. litteræ M, concluſ.224. num.5.* tum ex nouitiatu non perfecto, vt vidimus, ſequitur, quòd dictus Frater Auguſtinus poteſt tuta conſcientia redire ad ſæculum, immò peccaret manens in Religione ſine noua profeſſione, vel ratificatione, recipiendo alimenta à Monaſterio, & ferens ſuffra-
69 gia profeſſorum, quod ei non licet. Nauar. *conſ.26. numer.13. de Regular. lib.3.* latiùs Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.37. numer.42.* Ex quibus ego, & Prior dicti Conuentus inducti fuimus ad iudicandum inualidam eſſe di-
70 ctam profeſſionem, nullamque inducere obligationem ad quoſcumque effectus, iuxta diſpoſitionem ſacri Concilij Trid. Nauarr. *conſ.62. num.7. verſ. quintò, de Regular. lib.3.* ideoque dictum F. Auguſtinum nuncupandum eſſe Carolum de Fabaliis, & ad ſæculum licitè redire poſſe, prout ſic pronunciamus pro ſtatu libertatis, quod fauorabilius æſtimat Rota, vt apud Farin. *d. deciſ.175. in fin. part.1.* Et ita, &c.

---

# CAPVT CIX.

## EPITOME.

Hæres manutenendus eſt in poſſeſſione hæreditatis, non obſtante legato à teſtatore facto eius concubinæ omnium bonorum vſufructuariæ, nec valet teſtamentum etiam tempore peſtis, in quo teſtes oculis non viderunt teſtantem, licèt vocem audierunt.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes quinque in teſtamento ſufficiunt tempore peſtis.*
2 *Teſtes tempore peſtis an neceſſe ſit videre teſtantem.*
3 *Diſponere de rebus ſuis vnicuique licet.*
4 *Capax legati quilibet præſumitur.*
5 *Concubinæ licet donare, & legare.*
6 *Adulteræ licet legare.*
7 *Confeſſio facta in teſtamento probat contra hæredes.*
8 *Producta ſcriptura probat contra producentem.*
9 *Hæreditas non poteſt dari ex die, vel ad diem.*
10 *Poſſeſſio hæredis continuat in hæredem vigore ſtatuti.*
11 *Statuta Ferrariæ ſeruantur Carpi.*
12 *Manutentio datur hæredi etiam ſine apprehenſione.*
13 *Hæredi quando competant omnia remedia poſſeſſoria.*
14 *Verba enunciatiua geminata probant.*
15 *Verba enunciatiua probant contra producentem.*
16 *Domicilium non acquiritur ſine animo perpetuò habitandi.*
17 *Domicilium non acquirit habitans ex cauſa in aliquo loco.*
18 *Famulus non acquirit domicilium, vbi ſeruit.*
19 *Statuto vti volens debet probare qualitates ſtatuti.*
20 *Forenſis non auditur in iudicio, niſi data fideiuſſione.*
21 *Alienatio prohibetur in forenſes.*
22 *Statutum prohibens alienationem in forenſem eſt validum.*
23 *Legatum inualidum remanet penes hæredes.*
24 *Legatarius capiens poſſeſſionem propria authoritate, cadit à legato.*
25 *Vſusfructus debet capi de manu hæredis.*
26 *Moleſtia prohibita de qua intelligatur.*
27 *Vſufructuaria tenetur præſtare cautionem de bene vtendo.*
28 *Vſufructuaria tenetur facere inuentarium.*
29 *Vſufructuarius an teneatur ad cautionem, ſi non petatur.*
30 *Fructuarius vitioſè poſſidens an teneatur ad cautionem.*
31 *Pauperem ſe dicens debet probare.*
32 *Vſufructuaria, quæ non poteſt præſtare cautionem, quid facere debeat.*
33 *Teſtamentum non valet, ſi teſtes non viderunt teſtatorem.*
34 *Mulier, quæ mortuo viro ſuppoſuit teſtatorem, qui eam fecit hæredem.*
35 *Teſtes oportet videre, & cognoſcere perſonam teſtatoris.*
36 *Peſtis tempore committuntur multæ falſitates.*
37 *Peſtis tempore teſtes debent videre teſtatorem.*
38 *Teſtes an debeant videre teſtatorem in codicillis, & aliis vltimis voluntatibus.*
39 *Teſtes de auditu quando in teſtamentis ſufficiant tempore peſtis.*
40 *Legata in teſtamento inualido pereunt.*
41 *Teſtator debet ſe oſtendere teſtibus.*
42 *Minor quatuordecim annorum non eſt idoneus teſtis in teſtamentis.*
43 *Teſtes teſtamentarij debent eſſe omninò conteſtes.*
44 *Teſtamentum ad interrogationem an valeat.*
45 *Leno maritus quando dicatur.*
46 *Copula quibus ſignis probetur.*
47 *Adulterium eſt propriè in nuptam.*
48 *Teſtis vnicus probat contra inducentem.*
49 *Teſtis de auditu probat contra inducentem.*
50 *Adulterium, & copula probatur coniecturis, & præſumptionibus.*
51 *Teſtes ſingulares probant adulterium, & inhoneſtatem in genere.*
52 *Concubinatus probatur ex cohabitatione.*
53 *Concubina illicita quæ dicatur.*
54 *Concubinatus eſt prohibitus etiam de iure ciuili.*
55 *Concubinatum prohibuit Sereniſſimus Cæſar Dux Mutinæ.*
56 *Concubinæ quando licebat relinquere.*
57 *Concubinæ iure ciuili prohibitæ non licet donare, aut relinquere.*
58 *Concubina non poteſt vti iure retentionis.*
59 *Concubinæ emendatio non inducitur, niſi abſtineat per triennium.*
60 *Concubinæ relictum remanet apud hæredes.*
61 *Peſtis tempore quot teſtes requirantur in teſtamentis.*
62 *Infirmi teſtatoris vox facilè imitatur.*
63 *Voluntas teſtatoris non attenditur, ſi lex reſiſtat.*
64 *Adulteræ legatum factum ab adultero non valet.*
65 *Confeſſio teſtatoris non valet inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1630. ſub die 13. Decembr. Illuſtriſſ. D. Guido de Corradis Carpenſis infectus contagione peſtifera ruri exiſtens in caſino ſuæ habitationis, & iacẽs in lecto dicitur ſuum condidiſſe teſtamentum, in quo inter cætera reliquit vſufructuariam omnium ſuorũ bonorum Catharinam Guerrinam de Concordia & poſt eius mortem nominauit pro ſuis hæredibus Illuſtr. D. Hieronymum Io. Franciſcum, Alphonſum, & Guidonem de Corradis eius ex fratre Nepotes, & eius voluntatem ſcripſit R.D. Curatus loci cum interuentu ſeptem teſtium roga-

torum, vt dicitur, quorum tamen nullus vidit teſtatorem,
ſed vocem tantùm audierunt eis notam, vt ipſi poſtea
examinati dixerunt, & cùm prædicti hæredes dicerent di-
ctam Catherinam eſſe incapacem dicti legati, vti concu-
binam adulteram teſtatoris, nihilominus ipſa propriâ au-
ctoritate ſe intruſit in poſſeſſione bonorum dicti teſtato-
ris, & dum de hoc controuertebatur, iudex cauſæ pro-
nunciauit dictum teſtamentum eſſe in authenticam for-
mam reducendum, & quoad prætenſa per dictos fratres
de Corradis ſe obtulit pro iuſtitia, à quo decreto ipſi ap-
pellauerunt, & pronunciatum fuit appellationem deuol-
uere, ac deuoluiſſe, & poſteà de conſenſu partium, &
etiam ex reſcripto Principis cauſa fuit commiſſa Il-
luſtriſſimo Conſilio Iuſtitiæ Mutinæ, coram quo nunc
examinatur, & diſputatur, an dicta Guerrina ſit incapax
dicti legati vſusfructus, an teneatur ad reſtitutionem fru-
ctuum perceptorum, & bonorum mobilium quæ occu-
pauit. Quæritur quid iuris.

Et ſanè videbatur dicendum, validum eſſe dictum te-
ſtamentum, maximè cum fuerit confectum tempore pe-
1 ſtis, quo caſu ſufficiunt etiam ſolùm quinque teſtes, vt
per Corn. *in l. fin. C. de teſtament.* & de communi teſta-
tur Dec. *conſil.* 283. *num.* 5. latè Borrel. *in ſumm. deciſ. part.* 3.
*tit.* 20. *num.* 183. 184. 185. *& ſeq.* vbi alios congerit. Ca-
ualc. *de teſtibus part.* 2. *num.* 54. adeò vt licèt oporteat
teſtes videre teſtatorem, tamen tempore peſtis ſufficiat,
2 ſi vocem illius ſibi notam audiant, vt per Corn. *con-
ſil.* 166. *numer.* 3. *libr.* 3. Alciat. *conſil.* 60. *ſub numero* 13.
*libr.* 9. Præuidell. *tract. de peſte, tit. de vlt. vol. capit.* 7.
*verſ. Quæro.*

Quo ſtante certum eſſe videtur, quod dictus teſtator
potuerit relinquere dictæ Catharinæ prædictũ vſumfru-
ctum, quia quilibet poteſt de rebus ſuis diſponere ad ſui
3 libitum, §. *diſponat in Auth. de nupt.* & quoad ipſam
mulierem illa debet cenſeri capax, vt quilibet præſumi-
4 tur. Cephal. *conſ.* 48. *n.* 2. 3. Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1.
*cap.* 13. *num.* 58.

Et dato etiam, quod dicta D. Guerrina fuerit concubi-
na dicti D. Corradi, adhuc dicti legati cenſenda eſt capax,
5 quia dempto milite, vel clerico, cæteris licitum eſt dare,
& donare ſuis concubinis, tam inter viuos, quàm per vl-
timam voluntatem, ad textum *in l. affectionis, & in l. dona-
tionis, ff. de donat. & in l. vxorem, §. concubinæ, de legat.* 3.
6 Quod procedit etiamſi eſſet concubina adultera, vt fuit
deciſum per Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 141. incip. *an adult.* &
ibi Aufrer. & ſequitur Tob. Non. *conſ.* 53. *num.* 8.

Denique id longè clarius eſſe videtur reſpectu duca-
tonorum 150. quos dictus teſtator in dicto teſtamento
confeſſus eſt eſſe de iuribus dictæ Guerrinæ, & penes te-
ſtatorem exiſtere, ſicut idem dixit de auro penes eam exi-
ſtente; nam talis confeſſio emanata in teſtamento pro-
7 bat contra hæredes, ad textum *in l. cùm quis decedens, §.
codicillis*, vbi Bart. *de legat.* 3. Peregr. latè *conſilio* 6. *nu-
mer.* 14. *lib.* 3.

His tamen non obſtantibus pro certo habeo, & de iu-
re eſſe cenſeo, prædictos fratres de Corradis eſſe manu-
tenendos in poſſeſſione bonorum, & hæreditatis prædi-
cti eorum patrui, quia conſtat eos eſſe illius hæredes, ſiue
ab inteſtato, cùm appareat eos fuiſſe eiuſdem teſtatoris
proximiores agnatos, vt in primo proceſſu, *fol.* 18. & in
ſecundo proceſſu, *fol.* 84. 86. ſiue ex teſtamento, vt cantat
prædicta ſcriptura teſtamenti, quæ plenè probat contra
8 producentem, vulgata lege *cùm precum*, vbi DD. *C. de li-
ber. cauſ.* & dicunt teſtes Guerrinæ in ſecundo proceſſu,
*fol.* 3. 11. 21. 31. 47. 56. 66. & quamvis dicat teſtator ſe
relinquere hæredes dictos eius nepotes, moriente dicta
Catharina, tamen pura cenſetur inſtitutio, quia quando
hæreditas ex die, vel ad diem datur, ſublato tẽporis vitio
ſimplex manet inſtitutio, vt *in l. hæreditas, ff. de hæred.*
9 *inſtit.* & *in §. hæres, Inſtit. eodem*, cum vulgaribus.

Et propter eà cùm ſatis conſtet dictos D. Fratres de
Corradis eſſe hæredes prædicti D. Guidonis, certum eſt,
quod poſſeſſio defuncti cenſetur tranſlata, & continuata
in eos à die mortis ipſius, etiam ante aditionem, ſeu ap- 10
prehenſionem hæreditatis, etiamſi alius eam priùs oc-
cupaſſet, adeò vt hæredi competant quæcumque reme-
dia poſſeſſoria, etiam recuperandæ, vt diſpoſitum eſt in
Statuto Carpi *lib.* 2. *rubr.* 36. & pleniùs in Statuto Ferra-
riæ *lib.* 2. *rubr.* 82. quod ſeruatur Carpi in defectum, &
ſupplementum ſtatutorum Carpenſium, provt notorium 11
eſt, & teſtatur Cephal. *conſil.* 238. *num.* 6. 12. 14. quo ſtante
prædictis DD. Corradis abſque alia apprehenſione bo-
norum, vigore prædictorum ſtatutorum ex ſola aditione 12
concedenda eſt manutentio, vt pulchrè per Menoch. *de
adiſpic. poſſ. remed.* 4. *num.* 365. 366. 367. vbi quod compe-
tit etiam remedium adipiſcendæ, & retinendæ, *remed.* 3.
*num.* 59. 60. vbi datur remedium retinendæ. Tuſch. *litt. F,
concluſ.* 286. *num.* 15. & *litt. P, concl.* 406. *num.* 11. Honded.
*conſil.* 18. *num.* 15. & 21. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 113 *num.* 18.
Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 116. *ſub numero* 3. Sera-
phin. *deciſ.* 1065. *num.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 159. *numero* 4.
*parte quarta*, latiſſimè Ludouicus Poſth. *tract. de manu-
tent. obſeruat.* 55. *numero* 54. 55. 56. 70. 71. vbi reſoluit
omnia, & *obſeruat.* 57. *numero* 76. vbi dicit etiam, quod
vigore dicti ſtatuti hæres poteſt petere manutentionem
tantùm, vel immiſſionem tantùm, vel vtrumque ſi- 13
mul: & idem cenſuit Rota apud eum *deciſion.* 168. *nu-
mero ſecundo.* Vnde cùm prædicti DD. Corradi ſatis ſe
declarauerint velle eſſe hæredes, & poſſeſſores, vt in
primo proceſſu, *fol.* 19. & in 2. proceſſu, *fol.* 82. nul-
lum remanet dubium, quin poſſeſſio ſit manutenen-
da, amota dicta Catharina, vt per dictum Statutum
Ferrariæ *lib.* 2. *rubr.* 82. & Ludouicus Poſthius *d. obſer-
uat.* 55. *num.* 71.

Nam ex multis conſtat prædictam Catharinam nul-
lum ius habere in dicto vſufructu, & legatis, neque eſſe
legitimam contradictricem ad impediendam dictam ma-
nutentionem, vel immiſſionem; & vt liquidò id conſtet,
in primis conſiderandum eſt, quod dicta Catharina
Guerrina, & Conſtantius eius maritus reſpectu Carpi
erant forenſes, etenim de Concordia eſſe dicuntur, pro-
vt eam pro tali nominat dictus teſtator in primo pro-
ceſſu, *fol.* 7. 8. & hoc idem deponunt teſtes eiuſdem
Guerrinæ in ſecundo proceſſu, *fol.* 17. 25. 43. 60. 65. 70.
& teſtes etiam dictorum Corradorum in primo proceſſu,
*fol.* 21. 22. 23 24. 25. Et quamvis videantur deponere per
verba enunciatiua, tamen cùm pluries, & pluries ſint
geminata, & reiterata, inducunt pleniſſimam probatio- 14
nem, vt poſt Grat. *conſil.* 143. *num.* 9. *lib.* 3. Barbat. *con-
ſil.* 14. *num.* 10. 11. *lib.* 3. Riminald. Iun. *conſil.* 314. *num.* 15.
Cephal. *conſ.* 246. *num.* 51. pulchrè inquit Nicol. Genua
*tract. de verb enunciat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 30. & *num.* 46. vbi
ampliat, quando res habetur cum aliqua ex partibus, vt
hîc cum dicta Guerrina; neque de hoc eſt dubitandum
in caſu noſtro, vbi dicta Catharina produxit dictum te-
ſtamentum, & dicta ſuorum teſtium, in quibus ipſa enun-
ciatur eſſe de Concordia; hoc enim ſufficit ad proban-
dum eam eſſe forenſem, quia producens inſtrumentum
videtur confiteri omnia in eo contenta contra ſe, vt poſt
Bimmium *conſil.* 126. *num.* 10. *lib.* 2. & Peregr. *conſil.* 61. 15
*num.* 10. *lib.* 1. inquit Genua *d. tract. de verb. enunciat.
lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 37. ſed Guerrina produxit dictum te-
ſtamentum, in quo verba enunciatiua inducunt diſpoſi-
tionem, vt per Bart. *in l. conficiuntur, §. codicilli, num.* 3. *ff.
de iur. codicill.* Ergo, &c.

Et quamvis per longum tempus fortè ipſa cum eius
marito habitauerit in territorio Carpi, tamen non cenſe- 16
tur mutaſſe originis domicilium, cùm non appareat ha-
buiſſe animum perpetuò ibi permanendi, ad textum *in l.
non vtique, ff. ad municipal. & in l. eius qui, §. penult. C. de in-
col. lib.* 10. Petrus de Vbald. *de Canonic. & Epiſc. cap.* 7. *n.* 8.
*in fin. part.* 2. Gratian *diſcept.* 569. *n.* 5. & *diſcept.* 697. *n.* 27.
Et ideò ſi quis aliò ſe contulit, non animo, aut cauſa
perpetuò habitandi in loco, ſed ex aliqua alia occaſione,
velut



17 velut ſtudiorum, aut negotij, ſeu famulatus, vt hîc, tunc
etiamſi habitaret per mille annos in loco, non dicitur
contrahere domicilium, niſi ſe declarauerit, vt per Bart.
*in l. quæſitum, in princ. ff. de leg.* 3. Bald. & Salic. *in auth.
habita, C. ne filius pro patre.* Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 86.
*num.* 22. *verſ. Ego verò.* Maſcard. *de probat. littera D,
concluſ.* 535. *num.* 13. Farinac. *in fragm. criminal. part.* 1.
*littera D, n.* 215. 216. Barboſ. *de offic. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 4.
*num.* 29. vbi in terminis loquitur de famulo, qui ad tem-
18 pus domino ſeruit, qui idcircò non cenſetur domicilium
contrahere in loco, vbi famulatum præſtat, quòd ſatis
eſt ad oſtendendum dictam Catharinam eſſe forenſem,
quia moram cum ſuo marito trahebat Carpi, vt inſerui-
ret, provt de facto ſeruiebat, & ſi ipſa velit frui bene-
ficio ſtatutorum, oportet quòd probet ſe ſuſtinuiſſe
19 onera realia, & perſonalia, vt in dictis ſtatutis, & per
Caſtrenſ. *conſil.* 89. *numero ſecundo, verſic. ſed iſta, lib.* 2.
Ruin. *conſ.* 120. *n.* 6. *in fin. lib.* 4.

Cùm ergo Guerrina ſit forenſis, & non ſubdita, non
ſolùm non erat audienda in iudicio, niſi priùs præſtita
20 fideiuſſione de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, vt in
Statuto Carpi *lib.* 2. *rub.* 19. & provt petitum eſt pro parte
DD. de Corradis in proceſſu, *fol.* 5. & alibi; ſed etiam
erat incapax dicti legati reſpectu bonorum ſtabilium, cùm
prohibita ſit alienatio rerum immobilium in forenſes,
& non ſubiectos, & non ſuſtinentes onera realia, &
perſonalia, non ſolùm reſpectu plenæ proprietatis, ſed
etiam vſusfructus, & poſſeſſionis, tam inter viuos, quàm
21 in vltima voluntate, vt per Statutum Carpi *lib.* 4. *rubr.* 61.
*verſ. Item quòd nulla*, & pleniùs per Statutum Ferrar.
*lib.* 2. *rubr.* 98. ibi, *vel vſusfructus*; ad rem Boër. *deciſ.*
199. *num.* 4. *part.* 1. & cùm habeamus caſum ſtatuti, ni-
22 hil vlteriùs eſt quærendum, *l. ancillæ, C. de furt.* quia hu-
iuſmodi ſtatuta ſunt valida ad fauorem ſubditorum.
Ceph. *conſ.* 53. *num.* 7. 8. 9. vbi de communi, & *num.* 76. 77.
Decian. *conſ.* 2. *num.* 94. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 354. *n.* 16.
17. 18. & ideò ſi dicta Catharina vult frui beneficio di-
ctorum ſtatutorum, debet probare ſe eſſe ſubditam, &
ſuſtinuiſſe onera, & habuiſſe alias qualitates à dictis ſta-
tutis requiſitas: ſic Laderch. *conſ.* 74. *n.* 1. 2. Decian. *conſ.* 33.
*num.* 27. *lib.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 352. *num.* 26. 27. quod cùm
non probauerit, excludenda eſt à dicto legato vſufructus
bonorum ſtabilium, quod remanere debet penes hære-
23 dem, & proximiorem agnatum ſubditum, cuius fauore
facta ſunt dicta ſtatuta; vt in dicto Statuto Ferrar. *lib.* 2.
*rubr.* 98. Cyriac. *contr.* 204. *n.* 5. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 363.
*num.* 338.

Secundò dici poteſt dictam Catharinam, quatenus
ius aliquod haberet, ab eo cecidiſſe, quia auſa eſt pro-
priâ auctoritate capere poſſeſſionem bonorum dicti teſta-
toris, & ea ex ſe vſufructuare ſine licentia hæredis, vt
in ſecundo proceſſu, *fol.* 44. 61. & in tertio proceſſu,
24 *fol.* 1. 9. 28. 44. cùm tamen deberet capere legatum de ma-
nu hæredis, ideò cecidit à iure ſuo, & nihil conſequi
poteſt, ad textum *in l. non eſt dubium*, vbi Bald. & DD.
*C. de legat.* Alexand. *conſ.* 134. *num.* 2. *lib.* 4. Rol. *conſ.* 78.
*num.* 20. *verſ. quod ſecus, lib.* 3 Ceph. *conſ.* 289. *num.* 27.
Lud. Sacca *conſ.* 179. *num.* 19. *lib.* 2. Borell. *in ſumm. deciſ.
part.* 3. *tit.* 22 *num.* 7. Marcabr. *conſ* 56. *num.* 14. Surd. *de-
ciſ.* 137. *num.* 12. quod procedit etiam in vſufructu, cu-
25 ius poſſeſſio capienda eſt de manu hæredis, vt per Arium
Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 62. *verſic. ſi autem, C. de bon.
matern.* Boër. *deciſ.* 199. *num.* 9. *part.* 1. pulchrè Gratian.
*deciſ.* 3. *in addition. num.* 7. Nec nocet præceptum teſtato-
26 ris de non moleſtando dictam vſufructuariam ſub pœna
priuationis, quia hoc intelligitur de moleſtia iniuſta, &
facti, non autem iuris. Bald. *in l.* 1. *num.* 13. *C. de vſufruct.*
Dec. *conſil.* 481. *num.* 11. Rol. *conſ.* 92. *num.* 9. *lib.* 1. pul-
chrè, & latè Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 26. *n.* 12. 13. 14. 15. 24. 28.
29. vbi alios congerit: hic autem agitur de iure: ergo
hæc non cenſetur moleſtia, & dicta Guerrina non poteſt
euitare iuris pœnas: quod dictum ſit de abundanti.

Tertiò addi poteſt, quod dicta Catherina Guerrina eſt
priuanda dicto vſufructu, & non fecit fructus ſuos, quia
non præſtitit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio
boni viri, & de reſtituendis rebus finito vſufructu, provt
tenetur, adeò vt eam teſtator nequeat remittere, etiam
ſub pœna priuationis, & etiamſi mandauerit eam non 27
moleſtari, ad textum *in l.* 1. & *l. ſi tibi, ff. de vſufruct.*
& *in leg.* 1. vbi DD. *C. eodem*: pulchrè Durant. *de art.
teſt. tit.* 8. *cautel.* 1. *num.* 1. vbi de communi teſtatur. Dec.
*conſ.* 565. *n.* 2. 3. Rol. *d. conſ.* 92. *num.* 9. *lib.* 1. Arius Pinell.
*in d. l.* 1. *p.* 2. *n.* 75. 76. *C. de bon. matern.* vbi dicit etiam
vſufructuariam teneri facere inuentarium bonorum, quod 28
teſtator tollere non poteſt, ſicut nec poteſt remittere
cautionem. Borgn. *de vſufr. mul. relict. num.* 141. Ruin.
*conſ.* 202. *num.* 2. *lib.* 2. pulchrè Surd. *de aliment. tit.* 9.
*quæſt.* 26. *n.* 11. 12. 13. 14. 16. 24. Caſtil. *de vſufr. c.* 15. *n.* 1.
& *num.* 17. Gratian. *diſc.* 3. *in addit. num.* 5. 6. & *d. diſc.* 696.
*num.* 11. 12.

Et quamvis ſecundùm aliquos requiratur petitio ad
hoc vt vſufructuaria ob non datam cautionem fructus
non faciat ſuos, tamen verior eſt ſententia, quòd illam
debeat offerre, etiam proprietario non petente, ſi illa 29
non poſſidet, vel vitioſè poſſidet, vt hic. Azor *in l.
vxori*, vbi Bart. *de vſufr. leg.* Bald. *in l.* 1. *C. eod.* de com-
muni Alber. *in l. fructus, num.* 12. *de rei vind.* Soc. *conſ.*
131. *in fin. lib.* 1. Sim. de Præt *de interpr. vltim. vol. dub* 1.
*interpr.* 2. *num.* 13. *poſt med. fol.* 501. Ruin. *conſ.* 202. *n.* 6.
*lib.* 2. Arius Pinell. *in d. l.* 1. *part.* 2. *n.* 77. *verſ. nec obſtat,
& verſ. limitatur tertiò, C. de bon. matern.* vbi vult hoc
procedere, maximè quando fructuarius, vitioſè poſſeſ-
ſionem adeptus eſt, velut ſi ignorante proprietario, vt
hic, poſſeſſionem ingreſſus ſit; & idem dixit Surd. *deciſ.*
57. *num.* 11. pulchrè videndus Gratian. *d. deciſ.* 3. *in addi-
tion. num.* 6. 7. 8. 9. 10. vbi ampliat etiamſi hæres promiſiſ-
ſet fructuariam non moleſtare in vſufructu, quia hæc eſt
moleſtia, quæ venit ex natura actus, ideò non cenſetur 30
prohibita: idem Gratian. *diſc.* 901. *num.* 9. 10. hic autem
conſtat de mora dictæ Catharinæ in præſtando dictam
cautionem per annos ſex, & quod vitioſè ingreſſa eſt
tenutam: ergo non fecit fructus ſuos, & perdidit vſum-
fructum. Gratian. *d. diſc.* 901. *n.* 15.

Et ſi fortè diceret ſe eſſe pauperem, & admittendam
eſſe ad cautionem iuratoriam, reſpondetur, quod neque
obtulit hanc cautionem, & ſi obtuliſſet, non eſſet ad-
mittenda, tanquam ſuſpecta de dilapidatione: ſed ſi verè
conſtaret de impoſſibilitate, vt ipſa probare debet, Surd.
*deciſ.* 141. *num.* 2. Gratian. *d. diſc.* 901. *num.* 13. tunc bona 31
fuiſſent deponenda apud ſequeſtrum, qui reſpondeat ei
de commodo fructuũm, ad textum *in l. poſtquam, §. Im-
perator, ff. vt legat. nomine cau.* Bart. *in l. vſusfruct. C. de* 32
*vſufr.* Abb. *in cap. fin. de pignor.* pulchrè Durant. *de art.
teſt. d. tit.* 8. *cautela* 1. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 141. *n.* 3. *in fin.*
& *num.* 12. *verſ. vbi tamen*, & *num.* 13. *verſ. & quando.*
Gratian. *d. deciſ.* 3. *in add. num.* 4. & *d. diſcep.* 901. *n.* 13.
verùm quia nec obtulit dictam cautionem iuratoriam,
nec allegauit ſe fideiuſſores non poſſe inuenire, vt tene-
batur, Surd. *d. deciſ.* 141. *num.* 10. 11. ſed ex ſe inuitis
hæredibus vſufructuare cœpit, ideo à commodo legati
cecidit.

Quartò eadem Catherina eſt excludenda à dicto legato
vſusfructus, in quo nullum ius habet, quia teſtamentum
prædictum nullum penitus eſt, & inualidum, cùm teſtes
omnes vno ore dicant ſe non vidiſſe teſtatorem, qui erat
ruri, in domo iacens, in lecto infirmus epidimiâ; ipſi verò
ſtabant extra domum, & ſolam vocem audiebant; & licèt
dicant ſibi notam fuiſſe vocem dicti D. teſtatoris, cuius
videbatur illa, quam audiebant, nihilominus id non ſuffi-
cit ad validitatem teſtamenti, quia quidquid ſit in con-
tractibus, hoc certum eſt, quod in teſtamentis, & vltimis
voluntatibus neceſſe eſt, quod teſtes non ſolùm audiant
vocem teſtatoris, ſed etiam illum videant, & cognoſcant,
adeo vt ſi intermedia eſſet inter ipſos, & teſtator in
cortina,

cortina,vel paries,non valeret teſtamentum, quia neceſ-
ſe eſt omnino, vt teſtes in conſpectu Teſtatoris teſtimo-
nij officio fungantur, ad euitandas fraudes,& falſitates,
quæ poſſent interuenire:ſic per textum apertum *in leg.ſi*
33 *non ſpeciali*,vbi Cyn.Bald.Angel. Caſtr.& Alber.& com-
muniter DD.*de teſtam*.Albert *in l.2.§.idem Labeo,num.2.*
vbi Cum.*n.8.verſ.ſed in teſtis*.Bart.*n.4.verſ.ſed in teſtato-
re*,Caſtr.*num.3.* Imol.*num.7.verſ.ſed quod dicit*,& *num.8.*
*verſ.item etiam,ff de aqua pluu.arcend.* Imol. *in cap. præte-
rea,num.9.verſ.præterquam*,vbi Felin.*num.4. verſ. idem eſ-
ſet,de teſt.* Ioan. Crott. *de teſtib. num.* 346. Alex. *conſ.*99.
*num.*5.*lib.*3 Corn.*conſ.* 8.*lib.*2. Iaſ.*conſ.*97.*col.*2.*verſ. hinc
eſt,lib.*4.pulchrè Alciat. *conſ.*60.*num.*3.4. *& per totum*, &
*conſ.*94 *num.*1.2.3.*& per totum,lib.*9. vbi latè adducit ra-
tiones,videndus Clar. *in §.teſtat.quæſt.*59. *per totam* : vbi
narrat exemplum de quadam muliere ſagaci, quæ mari-
tum exanimem è lecto extrahi fecit,& alium pro eo ſup-
poſuit,qui ſimulans ſe eius maritum,condidit teſtamen-
tum, in quo vxorem fecit hæredem,& omnes credebant,
ipſum eſſe verè eius maritum, & res quaſi diuino mira-
culo fuit detecta; & hoc idem latè firmat Tuſch. *littera*
34 *T,concluſ.*176. *num.*3. Graſſ. *in §. teſtamentum, quæſt.*59.
*numer.*3.4. Menoch. *de arbitr. Iud.caſ.*475. *numer.*23.24.
35 Anchar.Iun.*lib.*2.*quæſt.*11. *num.*4.5.6. *& ſeqq.* latè Fulu.
Pacian.*tract.de probat.lib.*1. *cap.*10.*num.*17.18. *verſic. non
tamen*,vbi teſtatur de veriori,& magis communi.Farinac.
*de teſt.quæſt.*69.*num.*173.& *n.*185. Caualc. *eod.tr. part.*2.
*num.*78.

Nec verum eſt, quod id ceſſet tempore peſtis, quia
hæc ſolemnitas requiritur multò magis eo tempore, vt
teſtes videant teſtatorem,quia tunc maximè falſitates fa-
bricantur, cùm penes infirmos pauci reperiantur,& om-
36 nes eos vitent, vnde propter imminens periculum cau-
tiùs fuit agendum, nec aliquid remittendum de hac ſo-
lemnitate, quia melius eſt, quòd venientes ab inteſtato
ſuccedant, quàm remittantur ſolemnia; vnde de facili
37 poſſet falſum committi : ſic in verbis dixit pulchrè Al-
ciat.*dict.conſ.*94. *num.*4.5. & *dict.conſ.*60. *num.*3.4.5.6.7.
*lib.*9. Et hoc comprobauit Menoch. *de arb.iud.caſ.*475.
*num.*23. *in fin.* vbi ait rectè id procedere etiam in tem-
pore peſtis;& hoc ſentit etiam Ioan. Crott.*tract.de teſti-
bus, num.*346.*verſ. ex hac limitatione*, intelligendo eum,
quando non adeſt clauſula codicillaris, vt hic. Hector
Æmil.*tract. de teſtibus in materia teſtis de auditu, num.*59.
*fol.*314.Hier Præuidell *tract. de peſte,tit. de vlt.vol. cap.*6.
*verſ.neceſſe eſt.* Farinac. *eodem tract. quæſt.*69.*num.*185. *in
fin.* quæ ſententia vera eſt,& communis,& valde ratio-
nabilis, ſi attendantur, & ponderentur rationes, quas
ſubtiliter adduxit Alciat.*dict.conſ.*94.*num.* 9. à quo diſ-
ſentire non eſt auſus. Pacian. *dict. tract. de probat. lib.*1.
*cap.* 10. *num.* 22. *in fin.* licèt dubitare videatur : & pro-
pterea Raph. Fulgoſ. *in l fin.Cod. de teſtam.* refert, quòd
D.Aquilia vxor Domini Signorolli de Homodeis de Me-
diolano, peſte infecta, cùm non poſſet teſtari, quia non
poterat habere teſtes,fecit ſe portare in viam publicam,
vt ibi habens audientes ſuam vltimam voluntatem, va-
lidè teſtaretur,& Corn *in conſ.*77. *num.*7. *lib.*4. quem re-
fert etiam & ſequitur Præuidell. *dict. capit.*6. *in fin.* vbi
inquit quod quidam teſtator peſtifero morbo grauatus
fuit ductus ad caput ſcalarum, vt coram teſtibus,& No-
tario poſſet teſtari; quod etiam facere poterat dictus D.
Guido. Ergo.

Et quamuis aliqui opinati ſint id non procedere in co-
dicillis,& aliis vltimis voluntatibus, quaſi tunc non ſit
neceſſe, quod teſtes videant teſtatorem, quoniam iſta
38 deciſio non eſt vera.& altera ſententia eſt communis, &
verior propter identitatem rationis præſumptæ falſita-
tis,quæ habet locum tam in teſtamentis, quam in codi-
cillis, & aliis vltimis voluntatibus, quia ſemper neceſſe
eſt, vt teſtes videant, & cognoſcant teſtatorem, vt poſt
Corn *in conſ.*18.*vol.*2.pulchrè inquit Alciat.*dict.conſ* 94.
*num.*6.7.*lib.*9. Decius *conſ.* 354. *num.*2.3. Menoch. *dict.*
*caſ.*475.*num.*24.vbi vult id maximè procedere,ſi teſtator
ſit infirmus, Anch. Iun. *lib.*2.*dict.quæſt.*11. *num.*11. *verſ.
ſed maius dubium.*Pacian.*dict.cap.*10.*n.*93.Farinac.*d.q.*69.
*n.*186. vbi teſtatur de communi, veriori, & probabiliori
ſententia.

Non obſtant autem Alciat.*in d.conſ.*60.*lib.*9.& Corn.
*d.conſ.* 166. *lib.*3. in contrarium adducti ad probandum,
quod tempore peſtis ſatis ſit, quod notam habeant vo-
cem teſtatoris,licèt eum non videant; quia ex prædictis
conſtat contrarium eſſe verius,& verè Alciat. pro nobis
magis ſentit, vt videre eſt apud eum *in d. conſ* 94. *lib.*9. 39
Corneus autem *in d. conſ.* 166. nihil nocet caſui noſtro,
quia ipſe loquitur in teſtamento condito ad pias cauſas,
& quando concurrunt alia adminicula, velut ſi adſit
vnus teſtis de auditu, & alius de viſu, vt ipſe Corneus
dicit *d.conſ.*166.*num.*3.& ſic eum intelligere videtur Pa-
cian.*d.c.*10.*n.*23.

Minùs obſtat Præuidell. *dict. cap* 7. *verſ. Quæro* : tum
quia eſt ſibi contrarius, cum *in cap.*6. contrarium aper-
tis verbis docuerit;tum quia nihil allegat ad firmandam
ſuam ſententiam,niſi Corneum,quem non obſtare vidi-
mus, quia loquitur in cauſa pia, & concurrentibus ad-
miniculis,& denique quia falſo nititur fundamento, pu-
tat enim teſtem dici præſentem, licèt non videat, dum-
modo audiat,quoniam id non eſt verum, quia præſentia
includit viſum,Bald. *in d.l. ſi non ſpeciali,n.*1.*in fin.C. de
teſtam.* Tuſch. *littera T, concl.*177.*num.*2. Surd.*conſ.*414.
*num.*75.

Cùm ergo teſtamentum prædictum ſit inualidum, &
nullum,legata etiam in eo relicta pereunt, vt per textum 40
*in l.hac conſultiſſima,§. ex imperfecto*, vbi DD. *C.de teſta-
mentis*, & *in l.*1. *ff. de iniuſt rupt.* & *l. ſi nemo, de reg.iur.*
Alciat.*conſ.*33. *num.*14. *lib.*6. vbi dicit hoc maximè pro-
cedere quando non adeſt clauſula codicillaris, vt hic.
Verùm in caſu noſtro etiamſi adeſſet dicta clauſula, ad-
huc etiam legata perirent, vt per Alciat. *conſ.*94.*num.*7.
*lib.*9. vbi dicit, quod teſtamentũ non valet,neque in to-
tum, neque in parte, vbi teſtes non viderunt teſtatorem,
quæ longè veriora ſunt hîc, vbi in teſtamento dicti D.
Guidonis non adeſt clauſula Codicillaris, neque al-
terius vltimæ voluntatis,excepto teſtamento,& ſic dicta
Guerrina remanet excluſa.

Et ſanè in caſu noſtro id magis ſentiendum videtur,
vbi res non caret ſuſpicione fraudis, & ſuppoſiti teſta-
toris, quoniam erat facile dicto D. Guidoni ſe exhi-
bere viſibilem alicui feneſtræ domus,vt à teſtibus videri
poſſet, cùm experientiâ compertum ſit in hac contagio-
ne præterita, quod infirmi vix vnquam viribus deſtitue-
bantur, ne poſſent deambulare, immò videbantur quie-
tem abhorrere, & propterea veriſimile eſt, quod dictus
D.Guido,ſi fuiſſet viuus,ſe exhibuiſſet aliquo modo vi-
ſibilem,vel ſaltem operâ dictæ Guerrinæ, & eius mariti,
vel eorum,qui dicebantur,*Beccamorti*,feciſſet ſe aſporta-
re in via,vel ad feneſtram,vt pauliſper videretur à teſti-
bus,vt fecit dicta D.Aquilia,de qua Borell.etiam *in ſumm.
deciſ.parte* 3.*tit.*20.*n.*191. ſed quia fortè dictus D. Guido
erat mortuus, non curauit dicta Guerrina de huiuſmodi
diligentiis ad tegendam fraudem ſuppoſiti teſtatoris, 41
prout fecit alia mulier ſagax,de qua Clar.*in d.§.teſtamen-
mentum,q.*59. *ad fin.*

Nam conſiderandum eſt,quòd teſtes examinati patiun-
tur multos defectus,ſiquidem vnus erat impubes, anno-
rum ſcilicet tredecim, vt in ſecundo profeſſu,*fol.*19. qui
non eſt idoneus teſtis, maximè in teſtamento, ad textum
*in l.hac conſultiſſima*, vbi Iaſ.*num.*10. & DD. *C.de teſtam.* 42
Farinac.*de teſt.q.*58.*n.*8.

Deinde multi alij teſtes dubitant, an ille teſtator, qui
loquebatur, eſſet verè dictus D.Guido, vt videre eſt ex
primo teſte Guerrinæ in ſecundo proceſſu,*fol.*2.dum in-
quit:*mi parue,che foſſe lui,ma non poſſo affermarlo*,& *fol.*6.
*fac.*2.dum alternatiuè loquitur dicens:*Eſſo teſtatore,ò quel-
la perſona.*Et alius teſtis *fol.*8.9.dicit:*Et pareua, che quella*
voce



*voce non poteſſe troppo ben parlare.* Et poſtea : *Sentei quella
voce, che era in quella camera.* Et alius *fol.* 19. dicit. *Non
poſſo affermare, che foſſe lui.* Et alius *fol.*27. idem replicat,
& alius *fol.*36. *Non giurarei, che foſſe lui.* Et alius *fol.*61.
inquit verba magnæ conſiderationis, *Non voglio con mio
giuramento affermare, che foſſe lui, & hora mi pare lui, hora
di nò.* Ex quibus deducitur quàm ambigui fuerint teſtes
de perſona dicti teſtatoris, & tamen requiritur, quòd
taliter notam habeant vocem loquentis, vt decipi non
poſſint, alioquin ſi non ſic benè, vtputà mediocriter,
notam illam habeant, nihil probant, vt per Farin. *de
teſtam. q.*69.*n.*169.170.

Ex quibus conſiderandum eſt etiam,an teſtes prædicti
aliquam fidem faciant,quia in multis videntur diſcordes,
nec deponunt ſuper toto tenore teſtamenti; & propterea
videtur dicendum, quòd non probent illud ita, vt poſſit
authenticum dici, & legale, quia quando tractatur de
teſtamento noncupatiuo confecto ſine Notario, & in
authenticam formam ex teſtium depoſitionibus redigen-
do, oportet quod teſtes non ſolùm ſint præſentes toti
teſtamento, ſed etiam quod totum illud intellexerint, &
ſenſu perceperint, & ipſi ſint ſibi per omnia omninò
43 conformes, in tantùm, quod ſi in vno eorum depoſitio
deficiat, tota teſtatoris diſpoſitio corruat : Bald. *in l.cùm
antiquitas, num.*5. vbi Caſtr. *num.*6. Alex. *num.*10. Iaſ.
*num.*9. & communiter DD. *C. de teſtam.* Corn.*conſ.*304.
*num.*7.*verſ. tamen his, lib.*1. vbi dicit, quod teſtes debent
deponere de toto tenore teſtamenti, adeo quod ſi qui
teſtes probant plus, aliqui minùs, nullam fidem faciant,
& hoc idem confirmat Vaſq.*de ſucceſſ creat.p.*1.*lib.*3.*§.*22.
*lim.*17.*n.*92.*verſ.deinde*, vbi multos allegat.Craſſ.*in §.teſt.
quæſt.*59.*n.*2. Brun. *conſ.*14. *n.*2. *lib.*2 Lud. Bell *conſ.* 53.
*num.*14. Surd.*conſ.*414.*num.*88. hoc autem erit remiſſum
magnæ prudentiæ Illuſtriſſimorum DD. Iudicum, qui
ſicut omnia conſiderant, ſic hîc aduertent, an ſimus in
caſu, vt id poſſit annullare diſpoſitionem dicti teſtatoris
factam ad fauorem dictæ Guerrinæ.

Accedat, quod dictus teſtator ſic diſpoſuit ad fauorem
dictæ Guerrinæ ad eius interrogationem, vt ipſa dicta-
ret Curato verba legati dicti vſusfructus, vt inquit vnus
ex eius teſtibus in ſecundo proceſſu, *fol.*8.*fac.*2. & *fol.*9.
dicens; *E perche pareua, che quella voce non poteſſe troppo
ben parlare, la Catherina ſodetta, quale era ad vna feneſtra
diſſe al Prete, che ſcriueſſe, che'l detto Signor Guido la
laſciaua vſufruttuaria dei ſuoi beni, e poſcia ſi voltò verſo la
camera con la faccia dicendo con voce alta; Non è vero che
mi laſciate vſufruttuaria? all'hora il Prete ancora lui ſog-
gionſe, e gli domandò s'era verò, è ſentei quella voce che era
in quella camera diſſe; de ſi, & il detto Prete lo ſcriueſſe.*
Idem replicat alius teſtis *fol.*28. & alius *fol.*61. qui teſtes
plenè probant contra inducentem, vt vidimus, & ideò
talis diſpoſitio redditur multùm ſuſpecta de falſitate; li-
cèt enim aliàs validum dicatur teſtamentum ad interro-
gationem factum; tamen hîc mixta conſideratione in-
terrogantis, & ægrotantis conſtituti in periculo mortis
vehemens oritur ſuſpicio falſitatis, ſeu deficientis vo-
luntatis, quaſi quòd ita reſponderit potiùs ad ſugge-
ſtionem interrogantis; & ad ſubmouendam moleſtiam
44 propter morbum, quàm quod ita diſponere voluerit, vt
præſumitur quando duo concurrunt,ſcilicet grauis infir-
mitas, & interrogatio facta à perſona ſuſpecta : pulchrè
Menoch. *conſ.*45.*n.*19. Clar. *in §. teſtam.q.*37.*n.*6. Tuſch.
*pract. concl. littera T, concl.*124. *num.* 6. vbi teſtatur de
communi : ſic latè Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*2.
*tit.*6.*n.*9.*verſ. & hoc maximè.*Borell.*in ſumm. deciſ part.*3.
*tit.*20. *n.*171.172.173. qui alios allegant : & propterea
ſtantibus tot ſuſpicionibus non poteſt dici validum fuiſ-
ſe dictum teſtamentum factum tempore peſtis, vbi nemo
teſtium vidit teſtatorem. Alciat. *d. conſ.*94. *num.*7. *lib.*9.
& ſic excludenda eſt penitus dicta Guerrina; & hoc va-
leat quantùm valere poteſt.

Quintò igitur accedendo ad punctum magis proprium,
dicimus dictam Guerrinam fuiſſe incapacem & indignam
dicti legati, & ideò non eſſe legitimam contradictri-
cem ad impediendam manutentionem dictorum hære-
dum, quia fuit adultera, focaria, & probroſa concu-
bina dicti D. Guidonis, iuncto etiam lenocinio, quia
eius maritus conſentiebat huiuſmodi turpitudini, ad tex-
tum *in leg.*1. *§. lenociniis, verſ. cæterùm, ff. ad leg. Iul. de
adult.* Et non dubitandum de hac illicita conuerſatione,
quia ferè omnes teſtes etiam ipſius Guerrinæ videntur 45
aſſerere, quod ipſa eſſet adultera, & concubina dicti
D. Guidonis, quam domi detinebat, & deponunt de
publica voce, & fama; aliqui etiam de oſculis inter
ipſos,de actibus impudicis,de ſignis amoris,& quòd dor-
miebant in eodem lecto,prout dicunt partim teſtes ipſius
Guerrinæ, vt in ſecundo proceſſu, *fol.*8.9.17.26.35.60.
partim teſtes dictorum hæredum, qui clarè deponunt
in primo proceſſu, *fol.*20.21.22.24.25. & in ſecundo
proceſſu, *fol.*72. *& ſeqq.* vbi teſtes recognouerunt fides
ab eis factas, ex quibus ſatis probatur adulterium, & 46
copula, vt per Farinac. *de delict. carn. quæſt.*136. *n.*129.
141.170.171.187. & 201. ita vt ſufficiant teſtes vicini,
& domeſtici, vt per Farin. *d. quæſt.*136.*num.*38.45. adeò
vt proceſſum conſideranti non poſſit remanere dubium,
quin hæc ſit veritas, iunctis omnibus, quæ tendunt ad
hunc finem.

Et propterea huiuſmodi conuerſatio inter D. Guido-
nem prædictum, & dictam Guerrinam fuit propriè, &
ſtricto modo adulterium,quia ipſa erat nupta dicto Con-
ſtantio : textus eſt *in l.inter liberas,§.*1.*ad l.Iul.de adulter.* 47
quod crimen omnes deteſtantur,& graue,& punibile exi-
ſtimant. Farinac.*de delict. carn.q.*141.*n.*3. & *n.*84.85.87.
vbi ſecundùm magis communem vult eſſe punibile etiam
in meretrice nupta reſpectu ipſius,ſaltem ſi ignoretur eſſe
nuptam : ſed hîc notum erat dicto D.Guidoni eſſe mari-
tatam, & non verſamur in meretrice, ſed in concubina,
quam domi detinebat, vt dicunt ferè omnes teſtes, adeò
vt non ſit dubitandum de huiuſmodi commercio probro-
ſo, & carnali, de quo deponunt ipſius Guerrinæ teſtes, 48
quod ſatis eſt,quia teſtis etiam vnicus probat contra in-
ducentem. Socin. Iun. *conſil.*69. *num.*11. *libr.*1. Cephal.
*conſil.*82. *num.*47. Riminald.Iun. *conſil.*209.*num.*28. Bur-
ſat. *conſil.*20. *num.*23. *lib.*1. Gabr. *de teſtib. concluſ.*1. *ſub
num.*14. Farinac.*eod.tract.quæſt.*62. *num.*237.238. vbi de
communi teſtatur.Caualc.*de teſtib.part.*2.*num.*135.& licèt
aliqui ſint teſtes de auditu alieno, tamen adhuc probant 49
contra inducentem. Farin. *de teſt.quæſt.*69.*n.*57.58.59.60.
& maximè cùm verſemur in his, quæ ſunt difficilis pro-
bationis, vt eſt adulterium. Farinac. *d. tract. q.*69.*n.*48.
49.51. Etenim adulterium, & copula carnalis probatur
coniecturis, & præſumptionibus, etiam per teſtes de
credulitate, maximè quando agitur ciuiliter ad priua- 50
tionem dotis, aut ſimilium, vt hîc Farinac. *d.delict.carn.
q.*136.*n.*2.3.18.34. qui cæteros congerit. Ergo certum
eſt dictam Guerrinam fuiſſe concubinam adulteram dicti
D. Guidonis.

Et dato etiam,quod hîc adeſſent aliqui teſtes ſingula-
res, tamen eorum ſingularitas eſt adminiculatiua;& cùm
non agatur de probanda aliqua copula præciſa, & in-
diuiduali, ſed de probando adulterio in genere cum
dicto D.Guidone, & in honeſtate dictæ mulieris cum eo,
adhuc ſufficiunt teſtes ſingulares. Alexand. *conſ.* 13. 51
*num.*24. *lib.*7. Rimin. Iun. *conſil.*7. *num.*50. 103. Burſat.
*conſil.*69. *num.*12. Petr. *de fideicom.quæſt.*12. *ſub num.*593.
*in fin.*& *num.*601.612.613. vide de communi.Maſchard.
*de probat. concl.*1063. *num.*37. Farin. *de teſt. quæſt.*64.
*num.*223. 225. 229. & *de delict. carn.quæſt.*136.*num.*28.
pulchrè Caualc. *de teſt. part.*4. *num.*138. *ad fin.* Borell. *in
ſum.deciſ.part.*2.*tit.*11.*num.*66.67.71.vbi cæteros allegat.
Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib.*1. *cap.*14. *n.*18. 19. 20.
vbi vide.

Et verè non eſt dubitandum de concubinatu, & coïtu
inter prædictos D.Guidonem,& Guerrinam, tum ex præ-
dictis,

dictis, quæ deponunt teſtes ſuper actis impudicis inter
eos procedentibus; tum ex continua cohabitatione in
52 domo ipſius teſtatoris, quæ ſatis probat concubinatum,
maximè ſtante perſonarum diſparitate, ita per *l. in concu-
binatu, ff. de concubin.* Hoſt. *in cap. præterea, num.5. verſ.
de adminiculis,* vbi Ioan. And. *num.4.* Anch. *num.3.* Butr.
*n.9. ad fin.* Abb. *n.7. de teſt.* Gramm. *vot.4. n.2. 3.* Rim.
Iun. *conſ.274. n.9.* Menoch. *conſ.31. num.22.25.* pulchrè
Maſcard. *de probat. concl.312. n.26.* vbi quod hæc eſt vio-
lenta præſumptio, & *concl.344. n.2.3.4.5.* & *concl. 810.
num.10.* Farin. *de delict. carn. q.136. n.187.*

Neque hîc tractamus de concubina iuris ciuilis, quæ
multa debet habere requiſita; ſed de concubina foca-
ria, & probroſa, ac pellice, & verſamur inter perſo-
nas, inter quas non poteſt matrimonium conſiſtere,
velut inter clericum & mulierem, vel inter nuptam, &
53 ſolutum, vt hîc; hæc enim pellex, & illicita concubina
dicenda eſt, per textum *in l. Maſſarius*, vbi Alciat. *de
verb. ſign.* pulchrè Bald. *conſil.267. n.1. lib.1.* Caccialup.
*in l. ſi qua illuſtris, n.73. C. ad Orfician.* Ioan. Lopez *de
donat. inter vir. & vxor. §.39. n.14. verſic. & ſecundùm iſta.*
Farinac. *de delict. carn. q.138. n.6.* vbi quòd iſtæ mulieres
dicuntur concubinæ focariæ, etiamſi retineantur domi
ſub nomine pediſſequæ: & licèt loquatur in clerico, ta-
men loquitur per modum exempli, & ſatis eſt inter eos
interdictum eſſe matrimonium, vt dicunt ipſe, & præ-
citati DD. & inquit ad rem Crauet. *conſ.229. n.12. verſ.4.
reſpondeo.* Tuſch. *pract. concl. littera C, conſ. 566. n.1.* &
*concl.568. n.20.*

Et circumſcripto etiam adulterio, tamen hodie non
licet amplius controuertere, an concubinatus ſit permiſ-
ſus iure ciuili (nam clarum eſt vetitum eſſe iure canoni-
co, ad textum *in c. nemo, & c. dicat aliquis 32. q.4.*) tum quia
de iure nouiſſimo ciuili prohibitus apparet etiam concu-
54 binatus, vt probatur per textum *in cap.1. de filiis ex matr.
ad morgam contract. in vſib. feud.* & meliùs *in §.1. & per to-
tum, in Auth. de lenon.* Abb. *in cap. tanta, num.12. q. fil. ſint
leg.* Felin. *in cap. cùm ſit generale, num.13. de for. compet.*
Cagnol. *in d. l. ſi qua illuſtris, num.10. 13.* Alex. *conſil.59.
num.3. in fin. lib.4.* Palcot. *de noth. & ſpur. cap.12. num.21.*
Burſat. *conſil.76. num.12. lib.1.* Baiard. *ad Clar. §. fornicatio,
num.7.* Decian. *conſil.5. numer.94. lib.1.* Farinac. *d. quæſt.138.
num.31.* vbi de magis communi. Surd. *de aliment. tit.1.
quæſt.9. num.15.* & *conſil.469. num.20.* Menoch. *conſil.461.
num.20.* Gratian. *diſcept.31. num.3.4.* Cald. *de iur. emphyt.
lib.2. quæſt.19. num.15.* Tuſch. *littera C, concluſ.566. num.4.*
tum quia Sereniſſimus Cæſar Dux Mutinæ pius, & Ca-
tholicus, ſub die 9. Iunij 1598. generaliter prohibuit
etiam ſimplicem concubinatum ſub variis pœnis, & vo-
luit pœnam duplicari contra vxoratos, vt videre eſt in
55 eius proclamate, adeò vt de hac re non ſit ampliùs du-
bitandum, maximè in caſu noſtro, vbi dicta Guerrina eſt
nupta, in qua ideò cadit propriè adulterium, vt vidimus,
vnde non ſunt ampliùs allegandæ leges, quæ permitte-
bant donare, & relinquere concubinæ, quia procede-
bant quando iure ciuili tolerabatur concubinatus, non
56 autem hodierno tempore, quo eſt prohibitus, vt inquit
pulchrè Crauet. *conſ.364. num.3. verſ. tertiò reſpondetur,* &
*num.8. verſ. ſed enim.*

Etenim iure magis receptum eſt, vt concubina illicita,
cum qua non poteſt conſiſtere matrimonium, ſit non ſo-
lùm indigna, ſed etiam incapax quorumcumque relicto-
rum ſui amaſij, tam inter viuos, quàm per vltimam vo-
luntatem, adeo vt omne datum, ſeu diſpoſitio pro ea fa-
57 cta, ſit inualida, & emolumentum remanere debeat penes
hæredes grauatos, & ad quos pertinet hæreditas: ſic vo-
luerunt Cum. *in l. miles ita, §. mulier, num. 2. verſ. in
pagano, ff. de milit. teſt.* & meliùs *in l. afflictionis, n.2. de
donat.* Cyn. *in l.2. num.3. C. de condict. ob turp. cauſ.* pul-
chrè videndus Bald. *conſ.267. num.2. lib.1.* & *conſ. 457.
num.1. verſ. ſed his, lib.5.* Luc. de Peñ. *in l. ſi cohortalis,
verſic.2.* & *verſ. quod ſi, C. de cohort. lib.12.* Iaſ. *conſ.37.
verſ. quadam lib.3.* & *in l. miles, num.18.19. de re iudic.*
Peregr. *de iur. fiſc. lib.2. tit.9. num...* videndus etiam Ruin.
*conſ.109. num.29.30.33. lib.3.* Crauet. *conſ.229. num.12.
verſ.4. reſpondeo,* & *conſ.368. num.3.* & *num.10. verſ. con-
ſequens*, pulchrè Burſat. *conſ.205. num.21.22. lib.2* Couar.
*in cap. peccatum, p.2. §.2. verſ. nam etiam, de reg. iur. in 6.*
Corn. *in d. l. hæreditas, col.2. C. de his quibus vt indign.*
Carp. *ad Stat. Mediol. c.295. num.56. p.1.* Lancell. Gall.
*de ſtat. verb. maritus, quæſt.3. num.32.44. in fin.* Mantua
*in enchirid. rer. ſing. lib.6. c.142.* Surd. *conſil. 469. n.5. 6.*
Caccialup. *in d. l. ſi qua illuſtris, n.37. verſ. & ita, C. ad
Orfic.* Sim. de Præt. *de interpr. vlt. vol. lib.3. interpr. 1.
dub.3. col.2. num.2.* Marcabrun. *conſ.1. num. 54. 55. 56.*
Vrſill. *ad Afflict. deciſ.102. num.3.* Ioan. Lopez *in rep.
rub. de donat. inter vir. & vx. §.37. num.8.* Giouagn. *conſ.
47. num.6. lib.1.* pulchrè Gratian. *diſcept.31. n.18.19.20.*
Tuſch. *littera L, concl.568. num.12.17.20.* & *littera D,
concl.700. num.42.* Seraph. *deciſ.46. num.6. verſ. in termi-
nis.* Farin. *deciſ.4. poſt conſ. crim. lib.1.* Ioan. Bapt. Lup.
*tract. de illegitim. & natal. reſt. com.2. §.1. n.3. verſ. item
nec ipſis,* & *num.14. verſ. Sed Ruinus*, ibi: *ſimiliter.* Ho-
mobon. *de exam. Eccleſ. part.2. tract.10. cap.4. quæſt. 6.
verſic. quo verò.* Ex quibus apparet hanc eſſe communiſſi-
mam DD. ſententiam, vt non valeat legatum factum
concubinæ illicitæ, cum qua non poterat conſiſtere ma-
trimonium, & ego aliàs habui in facto in caſu fortiori
cuiuſdam fœminæ ſolutæ, quæ fuerat concubina vxo-
rati, & fuit pronunciatum fuiſſe incapacam legati ei ab 58
eo facti; vnde quantò magis idem dicendum eſt in caſu
noſtro, vbi tractatur de adultera: ita Gratian. *diſc. 31.
ſub n.18.19.* quæ adeò vera cenſenda ſunt, vt talis mulier
neque poſſit vti iure retentionis, per textum *in l.1. §. Sed
& ſi,* & *§. quibus tacentibus, C. de natur. liber.* ad rem benè
Ruin. *d. conſ.109. n.30. lib.3.*

Nec poteſt dici dicta Guerrina emendata, cùm perſe-
uerauerit in dicta conuerſatione illicita vſque ad mortem
dicti teſtatoris, vt in primo proceſſu, *fol.19.* & in ſecundo,
*fol.8.17.26.35.* & tamen ad probandam emendationem
neceſſe erat ei oſtendere, quod manifeſtè per triennium
abſtinuiſſet à conuerſatione eius. Bald. *conſ.354. n.5. in fin.* 59
*lib.3.* Marſil. *in l. vnic. n.19. de rapt. virg.* Carp. *ad Statut.
Mediol. c.295. n.10. p.1* Rip. *in l. is cui bonis, n.43. de verb.
oblig.* pulchrè Lancell. Gall. *d. tr. de ſtat. verb. maritus, q.3.
num.46.47.* Ceph. *conſ.523. n.130.* Seraph. *deciſ.54. n.1.4.5.*
Gratian. *d. diſcept.31. n.29.30.31.*

Cùm ergo dicta Guerrina ſit incapax penitus legati,
Bald. *d. conſ.267. n.2.* Crau. *d. conſ.229. n.6. verſ. ſecunda
ratio*, & *n.12. verſ.4.* fiſcus nullum ius prætendere poteſt
in dicto legato, quod debet remanere penes hæredes, vel
proximiores agnatos ab inteſtato venientes, quia habe- 60
tur pro non ſcripto, & tantùm vltimo loco cæteris defi-
cientibus ſuccedere poteſt fiſcus: ita probatur per tex-
tum *in leg. vnic. §. in primo itaque, iuncto §. tantùm etenim,
C. de caduc. toll.* & in terminis noſtris Ruin. *d. conſ.109.
num.30. verſ. nec per fiſcum, num.32. in fin.* & *num.33. verſ.
eſt etiam, lib.3.* Cyriac. *contr.205. num.26.27. p.2.* vbi alios
allegat, pulchrè ad rem Lancell. *d. q.2. num.24.* Rim. Iun.
*conſ.239. num.16.* Menoch. *conſ.511. num. 18.* Farinac.
*quæſt.102. n.110.* & *conſ.105. n.92. verſ. prout, lib.2.* Mangil.
*de imput. q.4. n.34. verſ. ſunt*, latè Sanchez *moral. lib.2.
cap.14. n.42. verſ. ſed hæreditas.* Vnde D. Guerrina ex de-
fectu iuris non poteſt dici legitima contradictrix ad im-
pediendum manutentionem, vel immiſſionem dictorum
hæredum, & eſt condemnanda ad reſtitutionem fru-
ctuum, & omnium bonorum, quæ occupauit de hæredi-
tate dicti D. Guidonis.

Non obſtant autem in contrarium adducta, & in primo
validum eſſe teſtamentum confectum tempore peſtis co-
ram quinque teſtibus, quia hoc recipit multas difficulta-
tes, cùm multi graues DD. ſentiant etiam tempore peſtis 61
neceſſarios eſſe ſeptem teſtes, vt videre eſt apud Borell.
*in ſumm. deciſ. p.3. tit.20. n.190.191.* ſed quia hic non eſt
c aſus



caſus noſter, cùm noſtro teſtamento adfuerint teſtes
ſeptem, aliunde dicimus teſtamentum non fuiſſe validum,
quia nullus teſtium vidit teſtatorem. Alciat. *d. conſil.94.
num.5.9. lib.9.* vbi in fine ita concludit; ideò hæredes ab
inteſtato venientes debent obtinere tam in poſſeſſorio,
quàm in petitorio.

Secundò non obſtat ſatis eſſe tempore peſtis, ſi teſtes
notam habeant teſtatoris vocem, quia id non eſt verum,
vt plenè vidimus, & maximè in infirmo, cuius vox facilè
poteſt imitari, nec poteſt certa eius cognitio in teſte
62 præſumi, vt per Alciat. *d. conſil.94. num.7. in fin. libr.9.*
Menoch. *d. caſ.175. num.24. in fin.* Pacian. *d. cap.10. num.30.*
Farinac. *de teſtib. d. quæſt.69. num.188.* vbi alios allegat, ſed
noſter teſtator dicebatur eſſe infirmus, quando teſtatus
eſt: ergo non valet eius teſtamentum, etiamſi teſtes di-
cant ſe notam habere vocem illius: & ſic corruit omnis
eius diſpoſitio etiam ad fauorem dictæ Guerrinæ facta,
vt oſtenſum eſt.

Tertiò non obſtat, quod quilibet poſſit de rebus ſuis
ad ſui libitum diſponere, quia id verum eſt, niſi lex reſi-
ſtat, cùm nemo poſſit facere, quin leges habeant locum
in ſuo teſtamento, *l. nemo poteſt ff. de leg. primò,* & lege re-
luctante voluntas teſtatoris nullius eſt momenti, *l. ſi quis
63 ſub conditione, ff. de cond. inſtit.* Alba *conſ.46. num.6.* Crauet.
*conſil.977. num.13.* Marcabrun. *conſil.81. num.63.* hîc au-
tem lex reſiſtit, ne poſſit quiſquam relinquere concu-
binæ focariæ, & illicitæ: ergo non eſt curandum de vo-
luntate teſtatoris, etiamſi vtatur præceptis, & pœnis.
Surd. *de aliment. titul. 9. quæſtion. 26. numero 12. 13.
15.24.*

Quartò non obſtat, quod valeat donatio concubi-
næ etiam adulteræ, ex deciſione Capellæ Tholoſanæ,
quia huiuſmodi deciſio eſt ſine fundamento, & fuit re-
64 probata: vt per Seraphin. *d. deciſ.26. num.6.* & Gratian.
*d. deciſ.31. num.19.* & id verum eſſe ſatis conſtat ex ſu-
pradictis.

Quintò, & vltimò non obſtat confeſſio dicti teſtatoris,
dum ſe facit debitorem dictæ Guerrinæ de duc.150. &
confitetur eam eſſe dominam auri, de quo in teſtamento,
quia talis confeſſio vti fraudulenta nihil probat, etiamſi
iurata eſſet, quia emanata eſt inter perſonas ſuſpectas,
& prohibita: ita per textum *in l. qui teſtamentum, ff. de
65 probat. l. cùm quis decedens, §. Titia,* vbi Bart. *de leg.3.* & me-
liùs *in l. ſi fortè, de caſtr. pecul. l. ſi donatione, C. de coll.* Rip. *in
d. l. miles, num.11.* videndus Dec. *conſ.132. num.2.* Crauet.
*conſ.368. num.17.* Peregr. *de iur. fiſc. lib.2. tit.9. num.5.6.* &
*conſ.6. num.14.15. lib.3.* Chouer. *tract. de concubin. verb. qui
etiam filios, num.31.32.* Gratian. *d. cap.31. num.27.* Vnde
concludo dictam Guerrinam eſſe omninò incapacem diſ-
poſitionis factæ per dictum D. Guidonem, quatenus va-
lida eſſet, & penitus eſſe excludendam à beneficio dicti
teſtamenti, & dictos DD. Fratres de Corradis hæredes il-
lius, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato debere victoriam
obtinere, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, vt dixit
Alciat. *in d. conſil.94. in fin. lib.9.* prout ita iuris eſſe cen-
ſeo. Saluo, &c.

# CAPVT CX.

## EPITOME.

Exemptio, & immunitas conceſſa à Principe ti-
tulo oneroſo, vel reali, tranſit etiam ad ſin-
gularem ſucceſſorem, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Exemptio conceſſa pro ſe, & ſucceſſoribus intelligitur de
vniuerſalibus.*



2 *Exemptus debet manuteneri in quaſi poſſeſſione exemptio-
nis.*
3 *Immunitas tranſit ad ſingularem ſucceſſorem in beneficio
Principis.*
4 *Immunis res vendita à Principe tranſit cum exemptio-
ne.*
5 *Immunitas realis tranſit ad quemcumque ſucceſſorem.*
6 *Exemptio reſpectu certæ rei quomodo tranſeat.*
7 *Principis bona ſunt exempta à quocumque onere.*
8 *Exemptio realis dicitur conceſſa rei determinatæ, &
tranſit ad omnes.*
9 *Exemptio ex titulo oneroſo tranſit ad quemcumque.*
10 *Exemptiones interpretantur ab obſeruantia.*
11 *Obſeruantia quando debeat eſſe præſcripta.*
12 *Immunitas quanto tempore præſcribatur.*
13 *Principi quando noceat ſcientia eius Officialium.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

DE anno 1502. ex mandato ſuæ Celſitudinis Illuſtriſ-
ſimi DD Factores Sereniſſimi Herculis Ducis Fer-
rariæ vendiderunt Borſio Marcheſio vnam poſſeſſionem
ſitam in territorio Carpi in villa S. Martini intra ſuos
confines, eamque, & res venditas ex reſcripto dicti Prin-
cipis dederunt eidem cum exemptione, & immunitate,
quam terræ prædictæ haberent, & habuiſſent, ſi ſuæ Cel-
ſitudinis fuiſſent, & hoc pro ſe, hæredibus, & ſucceſſori-
bus. Verùm in progreſſu temporis dicta poſſeſſio fuit
vendita diuerſis perſonis, & denique DD. Gauardis, qui
longo tempore poſſederunt dictam poſſeſſionem cum
exemptione prædicta. Nunc autem deducitur in contro-
uerſiam, an dicta immunitas potuerit tranſire ad dictos
DD. Gauardos tanquam ſingulares ſucceſſores, qui titu-
lo emphyteuſis acquiſiuerunt dictam poſſeſſionem cum
exemptione. Quæritur quid iuris.

Et ſanè dubium prima facie inducebat, quod cùm præ-
dicta exemptio fuerit conceſſa dicto Borſio pro ſe, & hæ-
redibus, ac ſucceſſoribus, hoc intelligendum videatur de
ſucceſſoribus vniuerſalibus, non autem ſingularibus, quia
non fuit adiecta dictio, *Pro quibuſcumque*: ſic enim re-
ſoluere videntur Iaſ. *conſ.89. lib.3.* Bertaz. *tract. de clauſ.* 1
*clauſ.21. gl.4. num.4.*

His tamen non obſtantibus cenſeo verè Perilluſtr. D.
Franc. Gauardum modernum poſſeſſorem dicti prædij
eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione pacifica dictæ
exemptionis, & immunitatis prædictæ, in qua vſque ad-
huc ipſe, & ſui anteceſſores fuerunt; datur etenim manu-
tentio pro conſeruanda libertate, & exemptione, etiam ex
ſola aſſiſtentia iuris, & multò magis concurrente verè
quaſi poſſeſſione: ſic Gratian. *diſc.898. num.18.* Fontanell. 2
*de pact. nupt. clauſ.7. gl.3. part.10. num.14.2. tom. poſter.* Lud.
Poſthius *in tract. de manuten. obſer.10. num.22.23.* & ſic
non debet impediri effectus immunitatis, donec diſputa-
tur, an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem, quia hæc
reſpiciunt petitorium.

Nec obſtat, quod huiuſmodi immunitas non tranſeat
ad ſingulares ſucceſſores, ſtantibus verbis, *Pro hæredi-
bus, & ſucceſſoribus*, quia reſpondetur, quod id fortè
procedit in priuilegis; ſed quando verſamur in benefi-
cio Principis, qui per contractum conceſſit talem im-
munitatem, vtique tunc comprehenditur etiam ſingu-
laris ſucceſſor, quia beneficium Principis debet latè in-
telligi: ſic Alex. *conſil.193. num.1.2. lib.2.* pulchrè Alciat.
*conſil.13. numer.18. 19. lib.5.* Sylua *conſil.98. numer.14.* 3
Bertaz. *clauſ.21. gl.25. num.2. verſ. niſi verſamur*, vbi
in practica hanc opionem admittit, quando verſamur
in beneficio Principis: & pulchrè firmat hoc Cyriac.
*controuerſ.141. numero 57. 58. libro primo*, vbi in termi-
nis ſimilis venditionis dicit, quod quando immunitas
fuit conceſſa pro re alias immuni, vti quæ erat Principis, 4
& nemini fuit præiudicatum, niſi ipſi Principi, dicitur
Mm benefi

beneficium, non priuilegium, & ob id patitur extenſionem, & latiſſimam interpretationem.

Deinde reſpondeo, quod adducta in contrarium procedunt in exemptione perſonali, quæ ſtantibus prædictis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, ſecus eſt in immunitate reali, quando conceſſio illius facta eſt determi-
5 natè reſpectu rei certæ; hæc enim tranſit in quemcumque ſucceſſorem, etiam ſingularem, ad quem res ipſa deuenit cum ſua exemptione, ad textum *in l. via, la 2. §. quacumque, ff. de ſeruit. ruſt. præd.* & *in leg. ſi aquæductus, cum l. ſeq. ff. de contrah. empt. l. teſtatrix, §. 1. ff. ſi ſeru. vend.* Bart. *in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publican.* Alex. *conſ. 93. num. 3. lib. 2.* Iaſ. *conſil. 89. in princ. verſ. quartò*, & *col. penult. verſ. non obſtat, lib. 3.* vbi licèt teneat contra Alexandrum,
6 quando indeterminatè facta eſt conceſſio, tamen nobiſcum ſentit, quando determinatur reſpectu certæ rei, vt hic: & ſic concordat Bertaz. *d. clauſ. 21. gl. 25. num. 3. in fin.* Burſat. *conſil. 452. num. 15.* Riminald. Iun. *conſ. 500. numero 47.* Tuſch. *pract. concluſ. littera F, concluſ. 558. num. 12. 13.* vbi id firmat etiamſi non ſit ſpecificata exemptio. Menoch. *conſil. 136. num. 18.* Bertaz. *conſil. ciuil. 42. num. 48.* Surd. *conſil. 525. num. 26.* latè Cyriac. *d. controuerſ. 141. numer. 17. lib. 1.* vbi multos allegat, & propterea iſta bona ſemper erunt immunia, ad quemcumque tranſeant: & cùm Princeps ea vendiderit cum immunitate, qua ipſe ea tenebat, dicitur conceſſiſſe illa etiam cum immunitate gabellarum: Cyriac. *d. controuerſ. 141. num. 72.* vbi alios congerit.

Non eſt autem dubitandum, quin hæc immunitas, de qua in præſenti caſu quærimus, fuerit, & ſit realis, & rei cohæreat, cùm dicatur in inſtrumento venditionis, quod vendidit poſſeſſionem, & res cum eadem exemptione, quam ipſe Princeps habebat. Certum eſt enim bona Principis eſſe per ſe immunia ab omnibus oneribus, ad textum *in l. priuata, & l. pen. C. de excuſat. muner. lib. 10.* &
7 *l. fin. C. de priuileg. dom. Aug. lib. 11.* Cephal. *conſil. 58. numer. 29. 51.* Bertaz. *d. conſil. ciuil. 42. num. 2.* Burſat. *conſ. 258. ante num. 20.* vbi dixit bona Principis eſſe immunia apud eum immunitate reali: & ſequitur Cyriac. *d. controu. 141. num. 68. 69.* & ſic cùm prædium prædictum proueniens à bonis Principis ſit ex ſua natura immune, & immunitas in venditione eius conceſſa, ſit ipſi rei data, cenſenda eſt omnino realis, vt latè per Cyriac. *d. controu. 141. num. 20.*

Et tantò minùs de hoc poteſt dubitari, quia huiuſmodi immunitas in caſu noſtro fuit conceſſa dictæ poſſeſſioni ſpecificæ, & nominatim, & ſic data eſt reſpectu
8 rei determinatæ, quo caſu abſque dubio exemptio cenſetur realis, & tranſit ad quemcumque, etiamſi non ſit dictum, quia hoc eſt de ſui natura. Tuſch. *d. concluſ. 558. num. 13. lib. 2.* Iaſ. *dict. conſil. 89. ad fin. verſ. non obſtat, lib. 3.* Bertaz. *d. clauſ. 21. gl. 7. n. 14. verſ. ſed quando.* & idem Bertaz. *d. conſ. 42. num. 47.* Burſat. *d. conſil. 138. num. 26.* Decian. *conſil. 5. num. 31. lib. 4.* Menoch. *conſ. 276. num. 16.* & *conſ. 905. num. 2. 3.*

Denique verè dicta immunitas dicitur realis, & tranſitoria ad quoſcumque, quia fuit conceſſa titulo vendi-
9 tionis oneroſo, & pacto per contractum ſtipulato. Iaſ. *in l. ſi ſic ſtipulatus, num. 13. 17. de verb. obligat.* Menoch. *lib. 3. præſ. 103. numero 22.* Burſat. *conſil. 16. numero 44.* & *conſil 258. numero 14. 17.* Bertaz. *conſil. 42. numero 44.* Cyriac. *d. controuerſ. 141. num. 21.* adeò vt non poſſit negari, quin hæc immunitas ſit realis, & tanſitoria ad quemcumque ſucceſſorem, etiam ſingularem, quia id eſt de natura rei.

Vnde iuremeritò hucvſque pro tali eſt habita, vt in litteris Fictorali[illegible] in quibus præcipitur gabellariis Carpi, vt dictam poſſeſſionem tractent tanquam exemptam, & immunem, & patiantur frui ſua immunitate, & propterea nil vlteriùs eſt quærendum, quia in exemptionibus
10 optima eſt interpretatio, quæ ex obſeruantia deducitur, vt latè per Cyriac. *d. controuerſ. 141. num. 38.* vbi alios allegat, & in tali conſuetudine, & obſeruantia non requiritur præſcriptio, quia non eſt conſuetudo iuris, quæ faciat ius, ſed eſt quædam conſuetudo facti, vt inquit Dec. 11 *conſil. 48. num. 1. verſic. & in tali.*

Et quamvis etiam requireretur præſcriptio, ea optimè probatur ex curſu 30. & 40. annorum & vltra, quo tempore ſemper à gabellariis dictum prædium fuit habitum pro immuni, & hoc fuit admiſſum ab Illuſtriſſimis DD. Factoribus Ducalibus; tanto enim tempore præſcribitur immunitas contra Principem, & eius fiſcum, ad tex- 12 tum *in c. cùm perſonæ, de priuileg. in 6.* Bartol. *in d. leg. licitatio, §. earum, de publican.* Corn. *conſil. 268. num. 19. lib. 4.* Curt. Iun. *conſil. 61. col. 2.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. numer. 28. 29.* vbi etiam *in fin.* dicit, quòd ſufficit in hoc ſcientia Officialium Principis, ad quos illius rei cura pertinet, quod etiam dixit Surd. *conſ. 335. num. 55.* Ex 13 quibus ſatis liquet dictum prædium eſſe immune ab omnibus oneribus, & gabellis, quia cum tali immunitate Princeps illud vendidit. Cyriac. *d. controu. 141. num. 68. 70. 72.* Cùm igitur res videatur ſatis clara, ampliùs non inſiſto, & ita iuris eſſe cenſeo. Saluo, &c.

---

# CAPVT CXI.

## EPITOME.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium non excludit ſubſtitutum ſub illa conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo, & vero matrimonio natis.

## SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ ceſſant in claris.*
2 *Filiatio, & legitimitas probatur per tractatum.*
3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum, & quando.*
4 *Liberorum defectus præſumitur, vt quis ſine filiis mortuus credatur.*
5 *Conditio ſi ſine filiis, à quo verificanda.*
6 *Legitimum ſe dicens probare debet.*
7 *Legitimitatis defectus ante omnia eſt diſcutiendus.*
8 *Subſtitutus excludit legitimatum per ſubſequens matrimonium, & quando.*
9 *Conditio,* ſi quis deceſſerit ſine filiis de vero, & legitimo matrimonio, *de quibus intelligatur.*
10 *Nobilitas teſtatoris denotat, per quoſnam ſubſtitutus excludatur.*
11 *Subſtitutio vna declarat aliam.*
12 *Legitimati per ſubſequens matrimonium æquiparantur legitimè natis.*
13 *Mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine.*
14 *Filiatio quando debeat plenè probari.*
15 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an dicatur natus de vero matrimonio.*
16 *Filius imputat in detractiones, quod ſoluendum eſt ex cauſa eius delicti.*
17 *Legitima poteſt onerari cum conſenſu filij.*
18 *Fructus quando in Trebellianicam imputentur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DVm inter viuos ageret illuſtriſſimus Dominus Marchio Hercules Coccapanus, nobilis Mutinenſis, ſuum condidit teſtamentum in quo exhæredato Domino Comite Franciſco eius filio, hæredibus autem inſtitutis cæteris eius filiis, ſcilicet Illuſtriſſimis DD. Comitibus



Guidone, Paulo, & Sigiſmundo, eos fideicommiſſo reciproco grauauit his verbis: *E ſe vno, ò piu di detti miei figliuoli, è nipoti inſtituiti mancaſſe, ò mancaſſero ſenza figli maſchi legitimi, è naturali, è nati di vero, è legitimo matrimonio, à quello, ò quelli tali ſoſtituiſco gl'altri miei figli, e nipoti all'hora viuenti, è gli di quello, ò quelli che prima foſſero morti, in ſtirpe, è non in capi, volgarmente pupillarmente, è per fideicommiſſo.*

Verùm circa exhæredationem dicti D. Com. Franc. teſtator mutatâ ſententiâ eum in codicillis fecit capacem ſuæ hæreditatis, iiſdem tamen conditionibus, & modis, quibus alios eius filios vocauerat, & poſtea diem clauſit extremum.

Mox dictus D. Com. Franciſcus, adita cum aliis, & acceptata hæreditate paterna deceſſit è viuis, relicto poſt ſe hærede D. Com. Leonardo, quem dixit eſſe ſuum filium legitimum, & naturalem, eo quod licèt natus ſit ſine figura matrimonij, tamen dicunt fuiſſe legitimatum per ſubſequens matrimonium, & ideò ipſe prætendit euanuiſſe conditionem fideicommiſſi.

At Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Marchio Paulus Coccapanus Epiſcopus Regij, & Princeps, & Illuſtriſſimus D. Com. Sigiſmundus eius frater ob mortem dicti D. Com. Franc. eorum fratris prætendunt veniſſe caſum fideicommiſſi paterni vocando ad hæreditatem fratres ſuperſtites eius, quem decedere contingat abſque filiis maſculis, legitimis, & naturalibus, & natis de vero ac legitimo matrimonio, qualis non poteſt dici dictus D. Com. Leonardus: ex quibus putant nullum extare dubium, quin purificatum ſit fideicommiſſum, quia in verbis nulla eſt ambiguitas, & ideò non eſt locus coniecturis, *l. ille, aut ille, §. cùm in verb. ff. de leg. tertio, l. continuus, §. cùm ita, de verb. oblig. l. tres partes, ad l. falcid.*

Nihilominus, quia auditur ex aduerſo haberi pro certe euanuiſſe fideicommiſſum ob exiſtentiam dicti D. Com. Leonardi, & quod ſatis probatur eſſe D. Com. Franciſci filium, & legitimum ex nominatione patris facta in teſtamento, eum etiam hæredem inſtituendo, quoniam huiuſmodi tractatus ſolet probare filiationem, &
2 legitimationem, Peregr. *conſ. 6. num. 21. lib. 3.* Caualer. *deciſ. 46. num. 3.* ideò videndum eſt an excludat ſubſtitutos.

Et ſanè licèt non ſit legitimè natus, tamen cùm fuerit legitimatus per ſubſequens matrimonium, videtur quod excludat ſubſtitutum etiam cum illa conditione, ſi hæres
3 deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, quia per exiſtentiam ſic legitimati talis conditio defecta dicitur, vt per DD. *ad Alexand. conſ. 5. lib. 7.* Pariſ. *conſ. 13. num. 23. 40. lib. 2.* Burſat. *conſil. 18. num. 16. lib. 1.* & de veriori teſtatur Michael Graſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 38. num. 7. in fine,* Zanch. *in l. hæredes mei, § cùm ita, part. 7. num. 49. ff. ad Trebell.* Sforz. *add. tract. de compend. part. 7. art. 6. num. 7.* Caualc. *deciſ. 106. num. 5. part. 3.* Decian. *conſil. 5. lib. 1.* Ant. Gabr. *comm. concluſ. tit. de legitim. concluſ. 1. num. 33.* & de magis communi teſtatur Giouagn. *conſil. 59. num. 66. lib. 1.*

Verumtamen in iſto caſu ego puto euidenter eueniſſe caſum fideicommiſſi, & purificatam eſſe conditionem fideicommittentis, quia verè dictus D. Com. Franciſcus deceſſit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, in quo animaduertendum eſt ſubſtitutum releuari ab onere probandi, quia qui dicit aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet intentionem fundatam in iure communi, quoniam grauatum eſſe mortuum ſine filiis de neceſſitate, concordat cum qualitate ſtatus ho-
4 minis à principio; & qui contrarium dicit, debet probare: ſic per textum *in l. ex facto, §. ſi quis autem, in fine,* vbi Rip. *num. 9. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. qui duos, §. cùm in bello, verſ. item dicere,* vbi pulchrè Socin. & *in l. quod de pariter, num. 1. verſ. aut tale, ff. de reb. dub.* & *in l. ſi priùs, de nou. oper. nunc.* Alex. *in l. 15. poſt col. 7. ff. de acquir. hæred.* & *in conſil. 20. num. 12. lib. 1.* Iaſ. *in l. fin. §. licentia, C. de iur. delib.* Bellon. *conſ. 19. num. 3.* perbellè Capyc. *deciſ. 159. n. 10. in fin.* & *n. 11. 12.* vbi quod non eſt recedendum in iudicando à tantorum virorum opinione, & quod ita ſeruatur in practica. Farinac. *de-* 5 *ciſ. 436. num. 3. part. 1.* pulchrè Maſcard. *de probat. concluſ. 786. num. 2. 3.* & *num. 6. verſ. verior,* vbi teſtatur de magis communi, tam in agendo, quàm in excipiendo: latè Surd. *conſil. 92. num. 16. lib. 1.* vbi multos allegans teſtatur de magis communi. Manent. *deciſ. 138. num. 30.*

Nec ſatis eſt ad excludendum ſubſtitutum probare filiationem, quia oportet etiam docere de legitimitate nati, per quem dicitur conditio deficere, & propterea dictus D. Com. Leonardus debet probare ſe eſſe legiti- 6 mum, & talem qualem requirit teſtator: ſic poſt Abb. *in c. peruenit, num. 4.* vbi Butr. *num. 5. qui filij ſint legitimi,* Butr. *in c. lator,* & *in c. cauſam, eod.* Bart. *in l. is poteſt, de acquir. hæred.* pulchrè Ruin. *conſil. 52. num. 3. 4. lib. 5.* Dec. *conſil. 471. num. 2.* Natt. *conſil. 421. num. 1. 2.* vbi vult hoc procedere tam in agendo, quàm in excipiendo, & *conſil. 473. num. 31. 32.* Burſat. *conſil. 88. num. 5. lib. 1.* Petra *de fideicommiſſis quæſt. 11. num. 223.* & *num. 475.* vbi vult, quod ſiue filius agat, ſiue conueniatur, ſemper ab eo probandam eſſe legitimitatem: idem Maſcard. ſentit *d. concl. 386. num. 7. 8.* Statil. Pacific. *de Salu. interd. inſpect. 1. cap. 5. num. 96.* Roland. *conſil. 100. num. 22. lib. 2.* latiſſimè Manent. *d. deciſ. 138. num. 17. 27. 28. 29. 30. 31.* vbi plures alios allegat, & dicit hæc in tantùm eſſe vera, vt iſte non poſſit niſi intentare beneficium legis finalis, *C. de edict. D. Adr. toll.* niſi incontinenti doceat de legitimatione, etenim defectus legitimitatis eſt ante omnia diſcutiendus. Grat. *conſil. 140. num. 30. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 11. num. 10. lib. 2.* Ruin. *conſ. 28. num. 11. lib. 1.* Gozzadin. *conſil. 21. num. 28.* quoniam legitimatio perſonarum in primis eſt facienda in omni iudicio, etiam ſummariiſſimo: Maſcard. *d. concluſ.* 7 *786. num. 8.* Gratian. *diſcept. 486. num. 6. 7.* Lud. Poſth. *de mandato de manutentione, obſeru. 87. num. 3.* & Rota apud eum *deciſ. 297. num. 13.*

Verùm enim verò demus ſatis de prædictis conſtare, vt placidè deueniamus ad punctum; adhuc certum eſt eueniſſe caſum fideicommiſſi, quia quando in ſubſtitutione dictum eſt, vt hic, *Si grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis;* tunc ſubſtitutus excludit legitimatum per ſubſequens matrimonium, quia verè attento principio natiuitatis, ei non conueniunt verba teſtatoris, & ſic pro ſubſtituto tenent Butr. *in c. per venerabilem, col. 19.* & *in cap. tanta,* 8 *qui filij ſint legitimi,* pulchrè videndus Bald. *conſ. 367. numer. 1. verſ. in contrarium, lib. 5.* latè Alex. *conſ. 5. num. 3. & ſeqq. lib. 7.* vbi adducit multas rationes, Ruin. *conſ. 92. num. 14. lib. 3.* qui dicit neminem in hoc diſcrepare. Dec. *conſil. 155. in fin.* latè, & pulchrè Bero. *conſil. 167. num. 2. & per totum, lib. 2.* Socin. Iun. *conſil. 63. num. 18. lib. 3.* Cephal. *conſil. 176. numer. 29. lib. 2.* latè Rol. *conſil. 100. num. 19. & per totum, lib. 2.* vbi plures adducit rationes. Tuſch. *in littera L, concluſ. 238. num 39. 41.* vbi de magis communi. Menoch. *conſil. 229. n. 70. lib. 3.* & *conſ. 776. in principio, lib. 8.* vbi teſtatur communem opinionem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum: idem videndus Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 81. num. 23. 24.* vbi multos DD. allegat, & concludit in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum ab iſta recepta opinione. Burſat. *conſil. 390. num. 50. lib. 4.* latè etiam Peregr. *de fideicommiſſ. art. 24. num. 40.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum; ſic etiam tenet fusè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 20. 21.* Crauet. *conſil. 675. num. 3. in fin. lib. 4.* vbi inquit neminem ab hac opinione diſſentire. Surd. *conſil. 213. num. 18.* & *conſil. 456. num. 9. lib. 4.* vbi multos allegat. Intrigl. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 66. num. 26. 27. 28. 29.* vbi infinitos congerit, ex quibus appret hanc eſſe communiſſimam ſententiam, & ita iudicaſſe Senatum Pedemontanum teſtatur Theſaur. *deciſion. 196. num. 4.* vbi per totam ſic tenet, & latiſſimè compro-

bat Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 400. *n.* 39. *& ſeq.* & *n.* 43. dicens
ab hac opinione magis recepta non eſſe recedendum; &
ita iudicauit Senatus Mantuanus, vt apud Surd. *deciſ.* 319.
*num.* 5. Cald. *de iure emph. part.* 4. *quæſt.* 21. *n.* 49. qui alios
allegat. Cyriac. *contr.* 21. *num.* 11. 12. *lib.* 1. & pro hac ſen-
tentia ſtat Marth. *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 8.
*num.* 8. vbi inquit, quod licèt aliàs fuerit in voto contra-
rio, tamen cæteri eius collegæ votum eius non fuerunt
ſecuti, & teſtatur in cæteris tribunalinus pro ſubſtituto
contra legitimatum per ſubſequens matrimonium fuiſſe
in ſuo caſu iudicatum; & ideò concludit dicens: *Ab hac
via plana in iudicando ne diſcedas.* Ex quibus apparet hanc
etiam communem, & magis communem eſſe l. D. ſenten-
tiam, & in praxi receptam, contra Ioan. Baptiſtam Lup.
*tract. de illegit. & natal. reſt. com.* 4. §. 3. *num.* 15. 16. 17.
qui loquitur contra communem.

Sin placeret, & magis altera opinio minùs communis,
tamen in caſu noſtro dicendum eſſet veniſſe caſum fi-
deicommiſſi, quia teſtator fideicommittens locutus eſt
verbis magis prægnantibus ad fauorem ſubſtitutorum,
cùm non ſolùm appoſuerit conditionem de filiis natis de
legitimo matrimonio, ſed etiam de vero; nam licèt legiti-
9 matus per ſubſequens matrimonium ſit verè legitimus,
& dicatur etiam legitimè natus, ſecundùm leges, non ta-
men dicitur natus de vero matrimonio, ſed ficto vigore
retrotractionis, & ſic non excludit ſubſtitutum: ſic pro-
bat textus *in c. tanta*, ibi: *legitimi habentur*, vbi DD. *qui fi-
lij ſint legitimi*: ita pulchrè Bero. *d. conſ.* 167. *n.* 2. *lib.* 2. Rol.
*d. conſ.* 100. *n.* 37. *lib.* 2. Peregr. *d. art.* 24. *n.* 46. *in fin.* Mantic.
*d. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 20. *verſ. ſupereſt.* Theſaur. *d. deciſ.* 196.
*num.* 4. Ruſtic. *de cond. & demonſt. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 184.
Fuſar. *d. quæſt.* 409. *num.* 55. pulchrè Merlin. *tract. de legit.
lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 12. vbi declarat, & diſtingnit, &
nobiſcum ſentit, vbi poſiti in conditione ſint nati de ve-
ro matrimonio.

Et hoc ſanè conuenit etiam nobilitati D. teſtatoris, qui
cùm eſſet nobilis, & Illuſtris, videtur voluiſſe ſuam hæ-
reditatem deuolui ad eos, qui non ſint illegitimè nati; at-
tenditur enim nobilitas teſtatoris ad cognoſcendum, per
10 quoſnam filios ſubſtitutus excludatur: ad textum *in l. ex
facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* Ruſtic. *de fil. in conditio-
ne poſitis, lib.* 1. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 33. Menoch. *conſ.* 173. *num.* 74.
Burſat. *conſ.* 390. *num.* 51. *lib.* 4. Et propterea cùm ſubſtituti
ſint filij teſtatoris verè, & legitimè nati, ex verbis huiuſ-
modi ſubſtitutionis præſumitur prætuliſſe propriam ſo-
bolem immaculatè natam ſic legitimato. Ruin. *in l. Gallus,
§. ſi eius, num.* 92. *ff. de lib. & poſthum.* quod etiam compre-
henditur ex diſpoſitis in teſtamento eiuſdem, vbi filios
dicti D. Com. Franciſci non aliter voluit admitti, niſi nati
eſſent ex eius vxore paris, vel honeſtæ conditionis, à quo
declarantur diſpoſita in codicillis, quia vna ſubſtitutio
11 declarat aliam, & per inſtitutionem declaratur ſubſtitu-
tio. Petr. *de fid. quæſt.* 6. *num.* 34.

Neque ex prædictis detrahitur quidquam matrimo-
nio, propter quod legitimati æquiparãtur legitimè natis,
12 vt *in d. c. tanta, qui filij ſint legitimi*, quia hæc differentia
non prouenit à iure, ſed ab hominis diſpoſitione, qui po-
tuit etiam diuerſimodè vocare ipſos legitimè natos, ve-
lut quando inſtituitur primogenitus, vel ſubſtituitur, &
cæteri excluduntur; vnde multò magis potuit teſtator
ſuis verbis præferre ſubſtitutum legitimato per ſubſe-
quens matrimonium, quia mitiùs agitur cum lege, quàm
13 cum homine, vt in his terminis conſiderant Rol. *d. conſil.*
100. *num.* 43. 45. *lib.* 4. Peregr. *d. art.* 24. *num.* 41. 42. Mantic.
*d. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 20. *in fin.* & *num.* 11.

Non obſtant ex aduerſo deducta, & primò ſatis proba-
tam fuiſſe filiationem dicti D. Com. Leornardi ex nomi-
tione & tractatu patris; nam hoc credo ſatis eſſe ſubla-
tum, & denuò reſpondetur id fortè procedere ſi ageremus
de hæreditate eius patris; ſed quia agimus de bonis aliun-
14 de prouentis, ſcilicet ab auo, dicimus filiationem non ſa-
tis probari ex quaſi poſſeſſione, & tractatu, ſed requiri
plenam probationem. Burſat. *conſ.* 88. *num.* 5. *lib.* 1. quoniam
ex nominatione, & tractatu probatur fortè filiatio ſolùm
contra tractantes, non autem contra eos, qui non con-
ſenſerunt, neque ſic tractauerunt, quia eſt res inter alios
acta; ſic latè diſtinguit Gratian. *diſc.* 562. *num.* 78. 79. 80.
qui videatur.

Non obſtat legitimatio per ſubſequens matrimonium
ex iam dictis, quia cùm dictus D. Com. Leonardus ſit
natus ante matrimonium, non poteſt dici natus de vero,
& legitimo matrimonio, ſed ficto. Theſaur. *d. deciſ.* 196. 15
*num.* 3. 4. cum aliis ſupra congeſtis, & propterea concludo
dictum D. Com. Leonardum eſſe excluſum à ſubſtitutis,
& eueniſſe caſum fideicommiſſi.

Circa verò detractiones faciendas à dicto fideicom-
miſſo animaduertendum eſt, quod in legitima debent im-
putari ea, quæ iuſſit teſtator ſub capite 38. & præcipuè
imputari debent margaritæ, quas Illuſtriſſima D. Comi-
tiſſa Lauinia mater communis reliquit ſecundogenitis
Illuſtriſſimi D. Marchionis Guidi, vt in teſtamento eiuſ-
dem; ſeu potiùs illa poſſeſſio, quam pro prædictis tra-
dendam eſſe mandauit teſtator noſter, eo quod prædictus
D. Com. Franciſcus volenter tulit dictas margaritas Il-
luſtriſſimæ D. Violantæ eius nurui, redeundo à Venetiis,
quæ erant valoris ducatonorum 4538. & vt in codicillis
prędictis ſub capite 20. Nam cùm hæc obligatio deſcen-
dat ex delicto dictæ D. Com. Franc. Pater non erat obli- 16
gatus ad quidquam; & ideò ipſo mortuo filius de ſuo, &
de ſua parte tenebatur ſatisfacere, & propterea id totum
debet imputari in eius detractiones, vt per Bart. *in l. ſac-
cus, ff. de pecul. leg.* Mangil. *tract. de imput. detract. quæſt.* 40.
*num.* 19. 20. 21. Merlin *tract. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 25.
*num.* 11. Nec potuit dictus D. Com. impugnare diſpoſi-
tionem paternam, quam ſeruare promiſit per ſolemne
inſtrumentum, iuxta mentem patris ſub capite 40. cùm
etiam legitima filij poſſit onerari cum conſenſu filij.
Mangil. *d. tract. quæſt.* 48. *num.* 19. licèt hîc non poſſit dici 17
onerata legitima, ſed quòd fiat ſolutio debiti ſpectantis
ad dictum D. Com. Franciſcum.

Deinde animaduertendum eſt, quod ſi deducenda ſit
Trebellianica, in ea debent imputari fructus percepti à
dicto D. Com. Franciſco à die mortis fideicommittentis,
quia ſic mandat teſtator in dicto ſuo teſtamento, *ſub
cap.* 38. quod cùm fuerit approbatum, vt dixi, non po- 18
teſt talis diſpoſitio impugnari, etiamſi ſit filius primi
gradus, quia ſequutus eſt patris iudicium: ita Mangil.
*dict. tract. quæſt.* 116. *numer.* 46. 47. & ita iuris eſſe cen-
ſeo, ſaluo, &c. Verumtamen hæc controuerſia non fuit
decíſa, ſed accordio ſopita, in quo emicuit benignitas,
& humanitas prædicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi
Domini Epiſcopi, qui erga dictum D. Com. Leonar-
dum voluit ſe exhibere beneuolum, beneficium accep-
tando, & non ſolùm diſpoſitionem eius patris, habita
illius ſcientia, ſed etiam ipſum pupillum ſub ſuo regimi-
ne, & protectione, & declarando eum eſſe natum de ve-
ro, & legitimo matrimonio, ad tollendos ſcrupulos, quod
licèt deſeruiat ad oſtendendam humanitatem dicti Præ-
lati, non tamen efficit, quin opinio prædicta à nobis
defenſata ſit communis, & probabilis, à qua in iudi-
cando, & conſulendo ſi Iudex non recederet, non malè
faceret.

---

# CAPVT CXII.

## EPITOME.

Executio iudicati non poteſt fieri in bobus ara-
toriis, & inſtrumentis ruſticalibus, ſicut ne-
que in libris Scholarium, & quando id ve-
rum ſit.





## SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum non ſeruantur in foro Eccleſiaſtico.*
2 *Boues, & inſtrumenta aratoria, & ruſticalia non poſſunt capi in pignus.*
3 *Executione facta in bobus aratoriis, fieri debet illarum reſtitutio.*
4 *Agricultura non debet deſtitui, & melius eſt, quod creditum perdatur.*
5 *Leges ciuiles non contrariæ ſacris canonibus ſeruantur etiam in foro Eccleſiæ.*
6 *Aratoriæ res non ſubiiciuntur executioni, etiam in debito priuilegiato.*
7 *Publicæ vtilitatis causâ multa recipiuntur contra ſtrictam rationem.*
8 *Boues aratorij non poſſunt capi in pignus, etiam ex conuentione partium.*
9 *Beſtiæ aratoriæ, etiamſi offerantur in executione, non poſſunt capi in pignus.*
10 *Executio non eſt facienda etiam in Italia in rebus ruſticalibus.*
11 *Executoribus boues aratorios in pignus capientibus licet reſiſtere, & eos recuperare.*
12 *Executio ſit etiam in bobus aratoriis de conſuetudine, & an ſit verum.*
13 *Inſtrumenta ruſticalia capta in pignus debent reſtitui ſine damnis.*
14 *Conſuetudo, vt boues aratorij capiantur in pignus, eſt ſeruanda.*
15 *Conſuetudo peſſima, quæ nocet agriculturæ.*
16 *Ruſticalia inſtrumenta, quæ non ſunt domini feudi, an poſſint capi in pignus.*
17 *Boues aratorij certis anni temporibus poſſunt capi in pignus.*
18 *Ceſſante ratione legis ceſſat lex.*
19 *Ruſticalia poſſunt capi in pignus, dummodo reſeruentur etiam ad agrorum culturam.*
20 *Ruſticus gaudet priuilegiis agriculturæ, ſi ei vacat in actu, & non aliter.*
21 *Boues aratorij non deſeruientes agriculturæ poſſunt capi in pignus.*
22 *Boues aratorij ſuperabundantes culturæ fundi capi poſſunt in pignus.*
23 *Inſtrumetna aratoria poſſunt oppignorari vnà cum fundo.*
24 *Aratoria inſtrumenta, & boues poſſunt capi in pignus ob debitum fiſcale.*
25 *Boues aratorij in ſubſidium capi poſſunt in pignus, aliis bonis non extantibus.*
26 *Executio non fit in bobus aratoriis etiam in ſubſidium.*
27 *Executio fit priùs in mobilibus, & poſteà in ſtabilibus.*
28 *Scholaris non poteſt oppignorari in libris.*
29 *Libri ſcholaris non poſſunt capi in pignus, niſi in ſubſidium.*
30 *Arma militibus, Breuiarium Clerico, libri ſcholari non ſunt oppignarandi, niſi in ſubſidium.*
31 *Boues aratorij facilè debent relaxari oblata fideiuſſione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

IN vna Regienſi executionis pro Domino Capitaneo
Mutio Giocchio contra R. D. Dominicum à Boue
eius debitorem euenit, quod executores grauantes
dictum R. D. Dominicum abſtraxerint & ſuſtulerint
ab eius prædio boues aratorios ex cauſa pignoris: re-
clamante autem debitore, & proteſtante de nullitate
executionis, & expenſarum, ſtante ſtatuto ciuitatis,



quo prohibetur, ne animalia, & inſtrumenta arato-
ria abſtrahantur à cultura, quæſitum fuit quid agen-
dum?

Et ſanè non vigore ſtatutorum laicalium, quæ non
ſeruantur, & non ligant in foro Eccleſiaſtico, ad tex-
tum *in c. Eccleſia S. Mariæ*, vbi DD. *de conſtit.* ſed vi- 1
gore iuris communis, quo hoc idem ſtatuitur, ne bo-
ues, aut ſerui aratorij, & inſtrumenta ruſticalia ad cul-
turam agrorum deſtinata ab executoribus abſtrahantur,
aut expignorentur, & ſi ſecus faciant, iudicis arbitrio
puniantur, vt habetur *in l. executores*, vbi Bart. Bald. 2
Salyc. & DD. *C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Iaſ. *in l.* 1. *nu-
mero* 2. *ff. de ſer.* Neguſ. *de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 49.
Carroc. *de locat. part.* 5. *tit. de inueſt. quæſt.* 20. *num.* 2. pul-
chrè Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 378. *num.* 2. 5. 6. *& per
totum.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 11. *tit.* 15. *nume-
ro* 34. Peguer. *deciſ.* 186. *numero* 1. *& per totam*, Giurb.
*deciſ. ciuil.* 40. *numero* 2. 3. 4. Coſta *de remed. ſubſid. re-
med.* 43. *numero quarto*, latè Anton. Monach. *tract. de
execut. in veſtib. cap.* 6. *numero* 9. 10. 11. quod receptum
eſt ab omnibus; ideò ſumpta informatione, quod be- 3
ſtiæ eſſent aratoriæ, mandaui eas reſtitui, prout factum
fuit; nam hoc introductum eſt fauore agriculturæ, quâ
viuimus, cùm melius ſit vnum perdere debitum, quàm 4
ſi cultura deſtituatur: teſte Rebuff. *de lit. oblig. artic.* 2.
*gl. vnic. num.* 105. Antonius Monach. *d. cap.* 6. *num.* 11.
& nota, quòd hæc procedunt non ſolùm in boue, ſed
etiam in equo aratorio. Carpan. *ad ſtat. Mediol. part.* 1.
*cap.* 251. *num.* 2.

Quod adeò verùm eſt, vt etiam procedat, & ſeruari
debeat etiam in foro Eccleſiaſtico, quia iuſtum eſt, &
honeſtum; & quia leges ciuiles communes, quæ non
ſunt contrariæ iuri canonico, ſeruantur etiam in foro
Eccleſiæ, quia Canones non dedignantur imitari leges,
& è contra, ad textum *in cap.* 1. *c. conſtitutiones*, & *c. fin.* 5
16. *quæſt.* 3. Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ, num.* 37. 38.
Abb. *conſil.* 73. *num.* 9. 10. *lib.* 2. latè Ruin. *conſ.* 4. *num.* 11.
*lib.* 5. Tuſch. *pract. concluſ. littera L, concluſ.* 277. *num.* 8. 10.
11. 15. 16. 17.

Secundò amplia id procedere etiam in quocumque
debito bullari, & priuilegiato; adhuc enim in rebus ara-
toriis non poteſt fieri executio, vt *in d. l. executores*,
Giurb. *d. deciſ.* 40. *numero tertio*, præualet enim publi-
ca vtilitas, cuius gratiâ multa contra ſtrictam rationem 6
recepta ſunt. Ant. Sol. *ad* 3. *decret. Duc. Sab. in nouis,
tit. de form. accord. proced. in pignor. bon. mob. gl. vlt. nu-
mero quinto.* Antonius Monach. *dict. capite ſexto, nume-* 7
*ro vndecimo.*

Tertiò ampliatur, vt procedat etiam in pignore con-
uentionali, quia non valet pactum, vt in rebus aratoriis
poſſit fieri executio, quoniam pactis priuatorum iuri 8
publico derogari non poteſt: Bart. & Salyc. *in d. l. exe-
cutores*, Neguſ. *d. membr.* 3. *num.* 49. Menoch. *d. caſ.* 378.
*num.* 15. 35. & *var. reſolut. vol.* 1. *lib.* 2. *titul. de execut. rei
iudic. reſol.* 2. *ſub numero quarto.* Giurb. *dict. deciſion.* 40.
*numero* 3. 4. vbi inquit, quod etiamſi tales beſtiæ ſpon-
te à colono offerantur, non poſſunt acceptari, quia non 9
poteſt præiudicare domino: Antonius Monach. *d. cap.* 6.
*num.* 14. vbi ait id fieri, quia pacta contra legem non va-
lent. Carpan. *d. cap.* 251. *num.* 16.

Quartò amplia, vt hæc procedant non ſolùm extra
Italiam, prout loqui videtur *d. l. executores*, ſed etiam 10
in Italia, quæ eſt libera à tributo, & ſic vbique hoc
idem ſeruandum eſt: ad textum *in l. pignorum*, & *in
Auth. agricultores, Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Bart.
Bald. & Salic. *in d. l. executores*, Mantic. *de tac. & amb.
conuent. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 34.

Quintò amplia in tantùm hæc eſſe vera, quod ſi exe-
cutores contraueniant, & boues, & inſtrumẽta huiuſmodi
conentur aſportare, poteſt dominus illis de facto reſi- 11
ſtere, & ea propriâ manu recuperare, & ſi fuerint expi-
gnorata, à colono poſſunt rehaberi: Bart. *in l. ſi alius, §.*

*belliſſimè,ff.quod vi aut clam.* Iaſ.*conſ.*20. *col.*3.*verſ. præte-
reà,lib.*3. Carroc. *d.quæſt.*20. *num.*3. Menoch. *d.caſ.*378.
*num.*8.9.Peguer.*d. deciſ.*186.*num.*2.Giurb.*d.deciſ.*40. *n.*4.
11.Ant.Monach.*d.cap.*6.*num.*11. vbi de veriori,& magis
communi. Carpan.*d.cap.*251.*num.*8.

Limita autem primò hæc non procedere de conſue-
tudine, quia tales leges in aliquibus locis ſeruantur ad
vnguem,in aliis verò nihil, vt inquit Bald. *in d. l. pigno-*
12 *rum,C.quæ res pign.oblig.poſſ.*& generaliter Neguſ.*de pig-
nor.part.*2.*membr* 3.*num.*50.vbi inquit,quòd iſtæ Conſti-
tutiones hodie de conſuetudine non ſeruantur; & idem
fatetur Carroc.*de locat p.*5.*quæſt.*20.*in fin.*vbi id deplorat.

Sed hæc limitatio non eſt generaliter vera, quia in
pleriſque locis dictæ Conſtitutiones ſeruantur,non qui-
dem abſolutè quoad pœnas,ſed ſaltem quoad nullitatem
arreſti,& ad finem, quod animalia, & inſtrumenta ruſti-
calia reſtituantur ſine damnis; & pro obſeruantia viden-
13 tur facere Menoch. *d.caſ.*378.*num.*10. meliùs Peguer. *d.
deciſ.*186.*per totam.*Giurb.*d.deciſ.*40.*per totam,* & qui te-
ſtantur de conſuetudine,debent intelligi de illis locis, in
quibus verſati ſunt,& propterea non eſt audiendus Ne-
guſ.*d.membr.*3.*num.*50.qui allegat Salyc.*in d.l.executores,*
qui non dicit has conſtitutiones non ſeruari. Benè ve-
rum eſt, quod ſi alicubi adeſſet ſpecialis conſtitutio, vel
14 conſuetudo,ea ſeruanda eſſet.Afflict.*in conſt.Neap. lib.*1.
*tit.vt null.off.rubr.*91.*ſub num.*7.Ferret.*de gabell. num.*525.
526.Marant.*de ord.iudic.act* 3.*part.*6.*ſub num.*31 Ant.Mo-
nach.*de execut. in veſtibus, cap.*6. *num.*25.26. vbi tamen
inquit talem vſum eſſe peſſimum, & Reipublicæ, quæ
plurimùm ex agricultura pendet,valde pernicioſum,cùm
15 non expediat res culturæ agrorum deſtinatas diſtrahi, &
amoueri, & propterea melius eſſe, vt in eis non fiat exe-
cutio, niſi ſaltem in ſubſidium; & qui aliter ſeruant,
malè faciunt, adeò vt iure merito de hoc doleat Carroc.
*d.tract.p.*5.*q.*20. *in fin.*

Limita ſecundò,quando boues aratorij, & inſtrumen-
ta ruſticalia ſunt coloni, & ruſtici, qui non eſt Dominus
prædij; tunc enim pro pignore capi poſſunt, vt per Rip.
16 *in tract. peſtis,tit.de remed. præſ. contra peſtem, num.*221.
vbi ait ſecus eſſe,quando idem colonus eſt etiam Domi-
nus prædij.Verumtamen hæc diſtinctio non eſt vera,nec
placet Menoch.*d.caſ.*378.*n.*13. vbi inquit, quod in vtro-
que diſtinctionis caſu viget eadem ratio, ne agricultura
impediatur,& propterea,ſiue ea ſint ruſtici, ſiue Domini
prædij, ſemper viget eadem prohibitio. Coſta *de remed.
ſubſid.remed.*43.*num.*5.*verſ.ſiue animalia,*Carroc. *de locat.
part.*5.*quæſt.*20.*num.*10.Giurb.*d.deciſ.*40.*num.*13.

Limita tertiò, vt prædicta procedant tantùm certis
menſibus,& temporibus,quando ſolet agriculturæ vaca-
ri, vt quando per talem executionem non impeditur
17 agrorum cultura, velut perfecto ſeminandi opere; tunc
enim non iniuſtè fit executio in dictis animalibus, & in-
ſtrumentis ruſticalibus,cùm non vigeat tanta neceſſitas,
niſi pro ſtercorandis agris,quod aliâ vitâ fieri poteſt:ita
Coſta *de remed.ſubſid.d.rem.*43.*num.*6.vbi inquit nouiſſi-
mè ita longo vſu receptum eſſe; quod tamen non placet
omnibus, ſed mihi videtur iuſtum, & honeſtum, quia
tunc videtur ceſſare ratio legis, ne impediatur cultura
agrorum; & certum eſt quod ceſſante ratione legis,
18 ceſſat lex, *l. quod edictum, ff. de part. cap. ſtatuimus,
diſtinct.*61.

Limita quartò, ſi talia caperentur in pignus, vt haſtæ
ſubiici poſſent, & venundarentur, vel in ſolutum credi-
19 tori aſſignarentur, vt ea ſeruaret pariter ad agrorum cul-
turam, ex Ruin. *conſ.*130.*num.*9.*lib.*1.Plot. *in l.ſi quando,
num.*712. *verſ.fallit etiam,Cod. vnde vi.* Sed hoc non pla-
cet Menoch.*d.caſ.*378.*num.*14.quia de facili fieret fraus
legi, ſiquidem affirmarent creditores, ſe boues aratorios
ad hunc vſum habere velle. Verùm priorem ſententiam
magis receptam ſequuntur Viu. *in com.opin. in verb. exe-
cutio rei indic. in fin. verſ. limit. etiam,*Plot. *in d.l.ſi quan-
do, num.*712. Carroc. *de locat. part.*5. *quæſt.*20. *num.*14.
Carpan.*ad Stat.Mediol.part.*1. *cap.*251.*num.*7. Ant. Mo-
nach. *de execut.in veſtib.cap.*6.*num.*24. vbi inquit quod à
fraude per Menochium conſiderata facilè erit cauere, ſi
cognitio cauſæ procedat; nec eſt verum militare eam-
dem rationem,quia non impeditur cultura abſolutè, cùm
licèt hîc non fiat,alibi tamen fieri contingat,vbi talia in-
ſtrumenta tranſlata ſunt, & vlteriùs bonus Iudex poterit
obligare emptorem,vel creditorem ad hoc faciendum, vt
inquit Carroc.*d.quæſt.*20.*num.*14.

Limita quintò,vt prædicta procedant ſolùm in ruſtico
actu exercente, cui ſoli dicta priuilegia competunt, non
ei qui non vacat agriculturæ, nec eam exercet, velut in 20
mercatore, vel alio ſimili conductore; tunc enim etiam 21
boues aratorij, & ruſticalia inſtrumenta poſſunt in pig-
nus capi,vt per Luc.de Peñ.*in l.*1.*in princ.verſ.inſiſtentes,
C.de agricol.& cenſ.lib.*11.Ang.*in Auth.agricultores,C.quæ
res pign.oblig.poſſ.* Menoch. *d.caſ.*378. *num.*17.Aſcan. *de
patr. poteſt.effect.*17.*ſub num.*44. *in fin.* & *numer.*45. 46.
Ant.Sol. *in d. gloſſ.vlt. num.*7. Ant.Monach. *de execut. in
veſtib. cap.*6. *num.*18. 19. vbi quod etiam boues indo-
miti, qui non arant, vt iuuenci, capi poſſunt in pig-
nus, non enim lex procedit in beſtiis, quæ non ſunt
in opere. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.*251. *num.*3. 19.
*part.*1.

Limita ſextò,niſi tales boues, vel inſtrumenta in fun-
do eſſent ſuperabundantia, quia capi poſſunt ſuperflua,
quoniam tunc agricultura nullum patitur detrimentum, 22
ceſſat neceſſitas colendi agrum à legibus conſiderata, vt
ſic notat Ioan.Faber *in d.l.executores,ſub num.*5.*C.quæ res
pignor.obligar.poſſ.*Ant.Monach. *d.cap.*6.*num.*22. vnde in
præſenti ego non laudaui reſtitutionem omnium beſtia-
rum aratoriarum, quia multæ non erant neceſſariæ, & ſi
pars inſtaſſet pro ſuperfluis, pronunciaſſem executio-
nem fuiſſe legitimam.

Limita ſeptimò, non procedere, ſi boues, vel inſtru-
menta aratoria fuiſſent cum fundis ipſis hypothecata,&
cum fundo ipſo caperentur in pignus; ſic enim poſſunt
hypothecari, & euitatur damnum Reipublicæ, quia de 23
fundo ipſo non auferuntur, & non intereſt cuius ſint.
Alber.*in d.l.executores,ſub num.*2. vbi etiam Cyn.& Petr.
*C.quæ res pign.oblig.poſſ.*Aluar.& Præpoſ.*in §.agricultores,
de ſtat. & conſuetud. in vſibus feud.*Ant.Monach. *d.cap.*6.
*num.*20.21.

Limita octauò, hoc non procedere, quando debitum
eſt fiſcale,vel publicum,tunc enim iura prædicta non ſer-
uantur, & boues aratorij poſſunt in pignus capi. Aſin. 24
*in prax.§.*31.*cap.*3. *limit.*33. *in fin.* Viu. *d.verb. execut.rei
indic.verſ.interpretantur.* Ferret. *de gabell.ſub d. num.*525.
*verſ. fallit in debito fiſcali, num.*35. & *var. reſolut. vol.*1.
*lib.*2. *de execut. rei indic. reſol.*2. *in fin.* Ant. Monach. *d.
cap.*6. *num.*23. Carpan.*ad ſtat. Mediol. d. cap.*251. *num.*7.
*verſ. pro aliquo, part.*1.

Denique limita eas leges procedere, quando extant
alia bona, in quibus poteſt fieri executio; ſecus autem ſi
alia non adſunt, quia tunc in ſubſidium poteſt fieri exe-
cutio etiam in bobus aratoriis,& inſtrumentis ruſticali-
bus: ita per textum *in l.ſtipendia,C.de execut.rei iudic.* in- 25
quit gloſſa *in d.l.executores,in verb.aratorium,*vbi Ang. *C.
quæ res pign.oblig.poſſ.*& confert textus *in l.commodis,ff.de
re iudic.* Matheſ.*in d.l.ſtipendia,*Petr.Dueñ.*reg.*235.*lim.*2.
Horat.Lucius Callien.*de priuileg.ſchol.priuileg.*32.Rip.*d.
tract.de remed.præſeru.poſt num.*221.Aſin. *in prax. d.§.*31.
*cap.*2.*limit.*33.*verſ.id autem.*Plot.*in d.l.ſi quando,num.*712.
*C.vnd.vi,* aliàs *de in lit. iur.* §.43.*in fin.*Magon. *deciſ. Lu-
cenſ.*24.*num.*7.Coſta *d.rem.*43.*num.*4. Viu.*d.verb.executio
rei indicatæ,in fin.*Luc.Peñ.*de iudic.form.cap.for. lib.*8. *c.*2.
*ſub num.*19.Ferret.de Caball.*ſub num.*525. *verſ.item in de-
bitore,*Gomeſ.*in §.item Seruiana,num.*30. *Inſtit. de action.*
Marant.*de ord.iudic.part.*6. *art.*3.*num.*46.Carroc. *d.q.*20.
*num.*6. 7. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. parte* 2. *capit.*251.
*num.*6.

Nihilominus contrariam ſententiam tenuerunt multi,
quod



quod immò neque in ſubſidium,quando non extant alia
bona, nequeat fieri executio in bobus, & inſtrumentis
aratoriis,vt voluerunt Petr.Greg.Cyn.Alber. & Salic. *in*
26 *d. l. executores, C. quæ res pign. oblig.* Aluar. Præpoſ. &
Balzar. *in d. §. agricultores, de ſtat. & conſuetud. in vſibus
feud.* Corn. *conſil.*155.*num.*1. *lib.*1.Neguſ. *de pign.part.*2.
*membr.*3. *num.*49. Rebuff *de priuil. ſchol. priu.*13. Ann.
*ſing.*66. latè Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 378. *num.*10.
11. 12. vbi reſpondet contrariis. Auil. *ad ll. Prætor, ca-
pit.*10.*gloſſ.*...Nilleuan.*num.*14.Ant.Sola *ad decret.Sabaud.
in tit. de ſubſtit. gloſſ.*2. *num.*5. Mantua *ſing.*497. Zirricc.
*de iur. ſiſtendi, part.*5. *num.*16. 35. *d. reſol.*2. *ſub num.*3.
pulchrè videndus Peguer.*deciſ.*186.*num.*3.Ant.Monach.
*d. cap.*6.*num.*10. 11. 12. vbi teſtatur de veriori,& magis
communi.

Quid dicendum? vtique DD.in hoc puncto valde inter
ſe diſſentiunt,teſte Giurb. *d. deciſ.*40. *num.*15. *ad fin.* qui
idcircò noluit rem decidere, ſed duxit melius eſſe iura
partium præſeruare, vt diſcuſſis priùs bonis debitoris,
eoque non exiſtente ſoluendo, videat iudex, quid iudi-
candum ſit.

Verumtamen ſi meam mihi licet interponere ſenten-
tiam, vtique credo, ſi debitor habeat ſaltem bona ſtabi-
lia,quæ ſufficiunt pro ſatisfactione creditori,& non ha-
beat bona mobilia, niſi boues aratorios, & inſtrumenta
ruſticalia, vtique etiamſi antequam deueniatur ad ca-
pienda bona immobilia, debeat fieri executio in bonis
27 mobilibus,*l. à Diuo Pio,§.in venditione, ff. de re iudic.* ta-
men iſto caſu etiam in defectum aliorum bonorum mo-
bilium cenſeo debitorem non eſſe moleſtandum in his
bobus, & inſtrumentis ruſticalibus; in hiſque terminis
poſteriorem ſententiam eſſe magis veram, magiſque
communem, niſi tamen debitum eſſet ita leue,quod non
expediret accipere in ſolutum fruſtulum terræ; tunc
enim etiam cenſeo poſſe deueniri ad executionem in bo-
bus aratoriis, antequam deueniatur ad ſtabilia; ſin debi-
tor nulla alia bona haberet, quia tunc non eſſet Domi-
nus prædij, & ad Dominum ſpectat onus prouidendi de
bobus aratoriis,eo caſu nimis iniquum mihi videtur de-
fraudare creditorem ſuo credito ex eo,quod debitor non
habeat niſi res ruſticales; nam certum eſt, quod neque
28 in libris ſcholarium poteſt fieri executio: gloſſa *in l.ne-
pos Proculo, in verb. dignitate, ff.de verb. ſign.* Iaſ. *in §. fin.
num.*6. *Inſtit. de action.*Rebuff.*tract. de priuileg. ſchol.pri-
uileg.*19.Horat.Luc.*eod.tract.priuil.*32.Aſin.*in prax.§.*31.
*cap.*2. *limit.*36. vbi multos allegat, & tamen ſi ſcholaris
29 alia bona omninò non habeat, poterit etiam oppignora-
ri in libris,vt voluit Specul. *in tit. de execut. ſententiæ, §.
ſequitur, in fin.*Marant.*de ord.iudic.part.*6.*art.*9.*numer.*46.
Marſil.*in rubr ff.de fideiuſſ.quæſt.*27.*in fin.*Horat.Lucius *d.*
30 *priuileg.*32.Dueñ.*d.reg.*275.*limit.*5.Aſin.*in prax.d.lim.*36.
*num.*4.Coſta *d.remed.*43. *ſub num.*4. Carroc. *d. quæſt.*20.
*num.*7. vbi quod arma militibus, clerico Breuiarium, &
ſcholari libri non ſunt auferendi, niſi alia bona non ha-
beant:& ita etiam tenet Carpan. *ad ſtat. Mediolan.c.*253.
*num.*2. *part.*1. Cùm ergo priuilegia litterarum non ſint
minora, quàm ruſticorum,puto æquius eſſe,& receptius,
quod in ſubſidium, vbi nulla penitus alia bona exiſtunt,
fieri poſſit executio, etiam in bonis ruſticalibus, & bo-
bus oratoriis, ne creditor iure ſuo ſine cauſa legitima
priuetur; vtraque tamen opinio eſt probabilis, nec cre-
do errare iudicem ſequendo quam malit; melius tamen
31 puto ſic diſtinguere,vt dictum eſt,& propterea Iudex fa-
cilis debet eſſe ad relaxandos boues aratorios, & ſimi-
lia, dum quandoque capiuntur in pignus, & dantur
campſariis,vel tabernariis Communitatis, apud quos fa-
cilè deteriorantur, niſi detur cautio in forma depoſiti,vt
benè dixit Vinc. Carroc. *d.quæſt.*20. *num.*4. & ita iuris
eſſe cenſeo. Verùm ſi non ſit ſpes ſatisfaciendi creditori
in aliis bonis, & nulla offeratur cautio idonea, iuſtum
eſſe iudico, vt etiam de illis ſoluatur debitum, cùm
non debeat perire ius creditoris, eo quod debitor non
habeat niſi boues aratorios,& inſtrumenta ruſticalia,per
ea, quæ ſuprà dicta ſunt, & ſeruantur in praxi, & ma-
ximè quia plerumque debitores talia opponunt ad pro-
telandum, & cauillandum. Verùm ſi aliis bonis verè ex-
tantibus executio fiat in prædictis animalibus, & in-
ſtrumentis, debet fieri ſummariè reſtitutio vnà cum ex-
penſis, & damnis reficiendis à parte ſic procurante, vel
ab executoribus, ſi pars ignorauerit, provt aliàs vi-
di obſeruari, & ſecundùm prædicta debent intelligi
ſtatuta locorum, quia ſecundùm ius commune recipiunt
interpretationem, vt ſcilicet ſi ſtatuto caueatur, ne
fiat executio in rebus ruſticalibus, ſeu bobus aratoriis,
id intelligatur extantibus aliis bonis, & ſecundùm
prædictas limitationes, quia ſtatutum debet interpreta-
ri, vt potiùs nihil operetur, quàm vt corrigat ius com-
mune. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. part.*1. *cap.*55.*num* 81.
*verſ. quod quidem,* & *num.*82. vbi etiam inquit, quod
ſtatutum dicitur ſatis addere iuri communi, ſi verbis
magis claris, & pacificis ſtatuat id quod iure communi
ſancitum eſt.

---

## CAPVT CXII.

### EPITOME.

Si venditur animal morboſum non manifeſtato eius morbo, locus eſt redhibitoriæ actioni, niſi vitium ſit patens, & quando, ſi venditur aliquid cum pacto diſplicentiæ, debet redhiberi intra ſexaginta dies.

### SVMMARIVM.

1 *Vendito animali cum vitio patenti non licet propter hoc à contractu recedere.*
2 *Animal leuiter morboſum, ſeu vitioſum ſi vendatur, propter hoc non retractatur venditio.*
3 *Peritorum iudicio ſtatur in venditionibus animalium.*
4 *Venditis pluribus animalibus morboſis venditio retractatur tantùm quoad morboſos.*
5 *Venditor tenetur facere certiorem emptorem de morbo, ſeu vitio rei venditæ.*
6 *Emptor animalium non debet decipi ignorantiâ,vel calliditate venditoris.*
7 *Vendens animal cum omnibus ſui ſchinellis, tenetur de vitio occulto.*
8 *Vendita re cum pacto diſplicentiæ licet emptori recedere à contractu intra ſexaginta dies.*
9 *Colonus non habens intereſſe probat pro domino.*
10 *Tractatus accordatus cenſetur repetitus in concluſione venditionis.*
11 *Præfationes cenſentur repetitæ in perfectione contractus.*
12 *Vitium patens an ſemper faciat ceſſare redhibitoriam actionem.*
13 *Decipere emptorem prohibitum eſt.*
14 *Morbus euidenter apparens excuſat venditorem, ne teneatur.*
15 *Diſplicentiæ pactum efficit,vt intra ſexaginta dies liceat recedere à contractu.*
16 *Morboſo animali vendito an liceat cum,& ſimul redhibere non morboſum.*
17 *Emptor in totum poteſt recedere à contractu, ſi venditis pluribus rebus einſdem officij, vna ſit vitioſa.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi redhibitoriæ actionis, cùm quidam Geminianus Montruculus vendidiſſet R. D. Andreæ Simonio vnum par vaccarum cum pacto, quod eas dabat provt decet virum bonum, & ſi fortè ei diſplicerent, poſſet emptor eas reſtituere venditori, aſſerens eas eſſe bonas, & ideò reſpiceret ipſum, ſed non dictas boues, concordato pretio, & traditis vaccis, quarum altera habebat tumorem ſubtus ventrem, emptor remiſit eas ad venditorem, dicens amplius ſibi non placere, quia altera erat morboſa, & arando augebatur tumor, eo quod rupta credebatur; venditor verò eas depoſuit ſuper hoſpitio, vbi expenſis cibariis conſumptæ ſunt, & prouocauit coram foro Eccleſiæ dictum R. D. Andream, vt compelleretur ad ſibi retinendum dictas vaccas, & fabricato proceſſu fuit quæſitum quid iuris.

Sanè videbatur dictum Geminianum meliora habere iura, primò quia morbus ille erat patens, quoniam viſibiliter tumor apparebat ſubtus ventrem illius vaccæ tempore venditionis, & propterea ceſſat ædilitium edictum, quo ſolet permitti venditionem retractare ob
1 morbum, ſeu vitium rei venditæ non manifeſtatum; ſi enim intelligitur vitium morbuſve mancipij (vt plerumque ſignis quibuſdam vitia demonſtrari ſolent) poteſt dici edictum ceſſare, vt inquit textus *in l. 1. §. ſi intelligatur*, vbi gloſſa, & *in l. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict.* Gomez. *reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 48. verſ. quod tamen,* Maſcard. *de probat. concluſ. 615. numero 9. 10.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 6. numero 13.* Layman. *moral. lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 2. numero 14. verſicul. cæterùm.*

Secundò quia iſte morbus videbatur leuis, eo quod animal illud non reddebatur inutile; certum eſt enim quod non quodlibet vitium, aut morbus facit locũ red-
2 hibitoriæ actioni, ſed graue, & damnoſum, *l. 1. §. proinde, l. ob quæ, in fin. ff. de ædil. edicto.* Caball. *de ædil. act. cap. 2. num. 15. verſ. circa ſecundum.* Maſcard. *dicta concluſ. 615.*
3 *n. 13.* & ideò cùm periti electi fuerint diſcordes in æſtimando damnum, tertius concorditer electus dixit non eſſe locum reſciſſioni contractus, & in hac materia ſtandum eſt peritis. Maſcard. *d. concluſ. 615. num. 4. 6.*

Et dato quod contractus poſſet reſcindi, videbatur dicendum, quod tantùm poſſet retractari quoad vaccam morboſam, non autem quoad alteram, quæ vitio care-
4 bat, quia vtile per inutile non debet vitiari, *l. ſi plura*
5 *mancipia, ff. de ædil. edict.* Signor. Hom. *conſ. 53. in princ.* Tuſch. *littera V, concluſ. 61. num. 1.* Gomez. *d. cap. 2. num. 49. verſ. in quo.*

His tamen non obſtantibus contrarium cenſui, & iudicaui eſſe locum redhibitoriæ actioni, ſiquidem venditor tenetur certiorem facere emptorem, ſi animal venditum ſit vitioſum, aut morboſum tempore contractus, alioquin licebit emptori reſcindere venditionem, & rem redhibere venditori infra ſex menſes pretio ſibi reſtituto, vel ſtare contractui, & infra annum agere ad diminutionem pretij actionis quanti minoris: textus eſt *in d. l. 1.* vbi gloſſa & DD. *in l. ſciendum, §. tempus, ff. de ædil. edict.* Gomez *reſol. lib. 2. cap. 2. num. 48. verſ. ſi quis vendat.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 6. num. 6. 7. 8.* Layman. *de pact. & contract. d. lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 2. numer. 14.* quod procedit, ſiue venditor ignorabat vitium,
6 ſiue ſciebat; cùm nihil interſit, an emptor decipiatur ignorantiâ, an calliditate venditoris, *d. l. 1. §. cauſa, ff. de ædil. edict.* quæ adeò vera ſunt, quod etiamſi venditor dicat ſe nolle teneri de vitiis occultis, & ſe vendere animal cum ſuis ſchinellis, adhuc in vtroque foro teneatur
7 ad reſtitutionem pretij, vel diminutionem, ac ſi nihil dixiſſet, quia oportet vitium, ſeu morbum certo, & claro modo exprimere; ſic probatur per textum *in l. 1. ff. de ædil. edict. l. ea quæ, §. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſi venditor, §. ſed & ſi, ff. de act. empt. l. tenetur, §. fin. l. Iulianus, §. idem Iulianus, eod.* Bald. *in l. 1. num. 4. Cod. de ædilit. act.* Ang. & Alex. *in l. ſi quis cùm aliter, ff. de verb. oblig.* Gomez *d. cap. 2. num. 49.* Bonacin. *d. punct. 6. num. 15. verſ. dixi non teneri.*

Deinde, & fortè etiam meliùs, & fortiùs dixi locum eſſe redhibitoriæ actioni, quia pactum inter partes initum, quod ſcilicet ſi res vendita non placeret emptori, liceat illam venditori reſtituere, valet, & eo emptor vti poteſt intra ſexaginta dies, niſi aliud tempus ſit à partibus præfixum, etiamſi res illa non ſit vitioſa, aut morboſa, quia ſufficit quod non placeat emptori: ſic pro-
bat textus *in l. prædium, C. de ædilit. action. l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita,* vbi gl. & Cæpol. *ſub cap. 555. num. 1. & num. 12. ff. de ædilit. edict.* 8

De hoc autem pacto concordato ſatis conſtat ex depoſitionibus teſtium, inter quos licèt adſit colonus dicti Simonini, tamen quia nullum habet intereſſe, rectè pro-
bat, & ſuppletur ab aliis. Farinac. *de teſtib. quæſt. 55. n. 213.* 9
*& ſeqq.* & certum eſt, quod in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *l. vbi numerus, ff de teſtib.*

Neque obſtat non apparere, quod in vltima concluſione contractûs ſic pactum fuerit, & ſtabilitum hoc diſplicentiæ accordium, quia cùm euidenter conſtet in ipſo præuio venditionis tractatu ſic concordatum fuiſſe, vt in caſu diſplicentiæ liceret emptori à contractu recedere, idem cenſetur repetitum in concluſione venditionis, etiamſi tantùm altera die perfecta fuerit, quia dicta in præfationibus cenſentur repetita in concluſione: ſic in
terminis probat textus *in l. ſi verò, 20.* vbi gloſſ. *ff. de ædil.* 10
*edict.* quod multò magis procedit, quando in præfatione
pactum fuit concordatum, vt hic dicunt teſtes: ſic Surd. 11
*deciſ. 71. per totam, part. 1.* Card. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. part. 1. lib. 3. tit. 4. num. 6. 15.*

Non obſtat autem, quòd venditor non teneatur de vitio, ſeu morbo patenti, & quod venditor tunc videtur oſcitanter ignoraſſe: nam reſpondetur id procedere, quando emptor, & venditor ſimul ignorauerunt rei vitium; vtroque enim caſu repellitur emptor: verùm ſi venditor ſciuit, emptor verò ignorauit vitium patens, vt
hîc, tunc venditor tenetur, licèt ſupinè emptor ignora- 12
uerit, quia præponderat venditoris dolus: ſic per textum *in l. item ſi obſtetrix, §. fin. ff. ad l. Aquil.* & *l. ſi putator, eod.* gloſſa *in d. l. quæritur, §. fin. in verb. fuiſſet, ff. de ædilit. edict.* quod tantò magis habet locum in caſu noſtro, vbi emptor non curauit morbum, ſeu vitium vaccarum aduertere, quia dictus Geminianus eas vendidit, *da huomo da bene*: dicens etiam, quod inſpiceret ſeipſum, non vaccas, & ſic videtur dediſſe cauſam emptori, ne aduerteret ad rei vitium, & habuiſſe animum decipiendi
emptorem, quod principaliter prohibitum eſt: Gomez 13
*d. cap. 2. num. 48. verſ. cuius verba.* Bonacin. *d. punct. 6. & ſeq. num. 14.*

Dici etiam poteſt, quod hic morbus non potuit dici patens, quia vt talis ſit, oportet quod omnibus appareat, vt puta, ſi cæcus homo venundaretur, aut habens cicatricem euidentem, & periculoſam, ad textum *in d.*
*l. quæritur, §. ſi nominatim, ff. de ædilit. edict.* hîc autem 14
licèt appareret quidem leuis tumor ſub ventre, tamen non indicabat ſufficienter morbum interiorem, quod rupta eſſet vacca; immò coloni vxor excuſauit hunc tumorem, quod proueniſſet ex petitione cornu ab altera, cui non fuit replicatum, quia ſic credidit emptor, ſub quo prætextu fuit deceptus, & tamen hoc tantùm intuendum eſt, ne emptor decipiatur, ad textum *in dict. leg. prima, §. ſi intelligatur, ff. de ædilit. edict.*

Non eſt autem curandum de periti iudicio, quem apparet ex prædictis fuiſſe allucinatum, ſed eſto, quod ſit leuem fuiſſe morbum, vt ipſe putauit, tamen ſtante pacto
diſplicentiæ, de quo vidimus, licitum fuit à contractu re- 15
ſilire, ad textum *in d. l. quod ſi nolit, ff. de ædil. edict. & l. 4. C. eod.*



Non obſtat, quod tantùm morboſa vacca poſſit redhiberi, quia id procedit quando res inuicem diſtinctæ
16 ſunt, & ſeparatæ, & diſtincto pretio venditæ, *d. l. ſi plura, ff. de ædil. edict.* Verùm ſi res venditæ ſint ex aliqua ratione coniunctæ, adeò vt earum ſeparatio eſſet damnoſa, velut in animalibus eiuſdem officij, vt hic in bobus aratoriis ſub eodem iugo laborantibus, tunc contractus in totum reſcinditur, & omnes res venditæ redhibentur, niſi partes conſentiant in redhibitione vnius tantùm, vt
17 habetur in textu *l. cùm eiuſd. cum l. ſeq.* vbi gloſſ. & communiter DD. & *in l. ædiles, la 2. §. fin. cum duabus ll. ſeqq.* vbi DD. *ff. de ædilit. edict.* Azor. *in ſum. Cod. de ædilit. action. num. 24.* Bald. *in d. l. ſi prædium, col. 2. verſ. ſed pone,* & ibi communiter DD. *C. eod.* Gomez. *reſol. lib. 2. tit. 2. num. 49. in fin.* Tuſch. *d. littera V, concluſ. 61. num. 2. 3.* & ita cenſui, & iudicaui, & mea ſententia fuit etiam confirmata per iudicem ad quem; vnde prædicta volui annotare, quia licèt cauſa eſſet de paupere regno, tamen frequens eſt in praxi iudiciorum, & oportet etiam in cauſis minoribus iudicem cuncta rimari, vt iuſtitiam faciat.

---

## CAPVT CXIV.

### EPITOME.

Immiſſus in poſſeſſionem vigore teſtamenti minùs ſolemnis ad pias cauſas, an ſit manutenendus in poſſeſſione aduerſùs hæredem ex teſtamento ſolemni anteriori; & multa alia tractantur in materia manutentionis.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres ex teſtamento ſolemni non cancellato immittendus eſt in poſſeſſionem.*
2 *Hæres ſayſitus eſt manutenendus.*
3 *Scriptura quæcunque probat contra producentem.*
4 *Poſſeſſio manutenibilis probatur ex fructuum perceptione.*
5 *Teſtamentum vltimum non tollit primum ſolemne, ſi vltimum eſt imperfectum.*
6 *Clauſula,* ſine præiudicio, *in immiſſione dat poſſeſſionem, conditionem, & non præiudicat.*
7 *Hæres immiſſus cum clauſula,* ſine præiudicio, *an acquirat poſſeſſionem.*
8 *Manutentionem petens debet probare ſe eſſe in poſſeſſione tempore litis.*
9 *Poſſeſſionem præſupponit habere qui petit manutentionem.*
10 *Manutentionem petenti incumbit onus probandi penes ſe extare realem poſſeſſionem.*
11 *Poſſeſſio probatur ex inſtrumentis de tenuta accepta.*
12 *Manutenendus eſt, qui per inſtrumentum probat tenutam accepiſſe.*
13 *Hæres immiſſus ex teſtamento manutenendus eſt.*
14 *Teſtamentum primum ſolemne tollitur per ſecundum non ſolemne ad pias cauſas.*
15 *Poſſeſſorium remedium,* ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *eſt adipiſcendæ, non retinendæ.*
16 *Manutentio non datur in iudicio adipiſcendæ, niſi poſt obtentam poſſeſſionem.*
17 *Viam quam elegiſti, hæc tibi pateat.*
18 *Manutentionis iudicium non admittit exceptiones altioris indaginis.*
19 *Statutum allegatum in alieno foro, debet in actis totum produci.*
20 *Statutum de continuata poſſeſſione interrumpitur, ſi interim poſſeſſio interuertatur.*
21 *Hæres extraneus non conſtituitur in poſſeſſione ſine actu naturalis apprehenſionis.*
22 *Hæres ſuus continuat in poſſeſſione ſine apprehenſione.*
23 *Statutum Saxoli tollit clericis beneficium ſtatutorum.*
24 *Statutum de ſucceſſione non habet locum in hæreditate Clerici.*
25 *Procurator non ſibi, ſed domino poſſidet.*
26 *Aſininam poſſeſſionem habent, qui alieno nomine adminiſtrant.*
27 *Manutentio non datur colonis, & aliis alieno nomine adminiſtrantibus, ſed domino.*
28 *Poſſeſſio procuratoris, & coloni eſt aſinina, & de eâ intelliguntur qui dicunt eos poſſidere.*
29 *Scripturam impugnans non poteſt iuuari ex eâ.*
30 *Exactio facta interpretatur iuxta præcedentem titulum.*
31 *Fructus percipiens procuratorio nomine non poſſidet.*
32 *Exemplum etiam ſcripturæ publicæ non probat non exhibito originali.*
33 *Epiſcopi ſcriptura eſt ſemper priuata extra officium ſuum, & non probat, niſi recognoſcatur.*
34 *Teſtamentum manu Epiſcopi ſcriptum non probat niſi recognoſcatur.*
35 *Parochi ſcriptura etiam ad pias cauſas non probat, niſi facta recognitione à teſtibus.*
36 *Manutentionis in iudicio ſufficit probare nudam detentionem.*
37 *Manutentionis iudicium non admittit ſcripturarum impugnationem.*
38 *Manutenendus eſt hæres immiſſus cum clauſula,* ſine præiudicio *: alio non exiſtente in poſſeſſione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Saxolenſi manutentionis, Presbyteri Collegiales vigore cuiuſdam vltimæ voluntatis admodum Reuerendi Domini Hyppoliti Meleſij Archipresbyteri Angloſij deſcriptæ manu Reuerendiſſimi Caroli Scaliæ Epiſcopi Tridentini coram ſeptem teſtibus petierunt immitti in poſſeſſionem bonorum ſtabilium prædicti Reuerendi Domini Hyppoliti, exiſtentium in territorio Saxoli, ad terminos *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quod eis fuit conceſſum, & in executione decreti tenuta dictorum bonorum fuit eis data, & poſtea comparuit D. Aloyſius dicens ſe hæredem dicti Reuerendi Domini Hyppoliti, & in poſſeſſione eius bonorum, petens manuteneri in dicta poſſeſſione, & reuocari acta ad fauorem dictorum Presbyterorum, præcipiendo eis, ne ampliùs eum moleſtent, fuitque proteſtatus ſe non animo inſtituendi aliquod iudicium ordinarium poſſeſſorium, vel petitorium, ſed vt prouideatur eius manutentioni, hæc deducere. Contra verò Presbyteri dicebant eum non eſſe poſſeſſorem, & ideò non eſſe audiendum in iudicio manutentionis. Quærebatur quid iuris.

Et ſanè videbatur dicendum, dicto Domino Aloyſio dandam eſſe manutentionem; tum quia producebat te-
ſtamentum ſolemne dicti Reuer. Domini Hyppoliti eius 1
conſobrini, in quo erat inſtitutus hæres, non cancellatum, neque abolitum, iuxta tenorem *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.* tum quia etiam ab inteſtato hæres eſſe videtur, & cùm ſtatutum Saxoli continuet poſſeſſionem defuncti in hæredem, etiam ſine vlla apprehenſione, ſe-
quitur quod talis hæres ſayſitus ſit manutenendus in 2
poſſeſſione, cùm ei competant remedia poſſeſſoria retinendæ, & recuperandæ: Couar. *lib. 3. var. reſolut. cap. 5. numero 6. & pract. quæſtionum cap. 17. numero 5.* Molin. *de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 23. num. 5.* Gabr. *conſ. 36. num. 10. lib. 1.*

lib.1.Peregr.de fid.art.47.num.13.Verall.deciſ.223.part.3.
Gratian.diſcept.732. num.7.8. Ludo.Poſth. tract.de manut.
obſeru.50. num.7.

Secundò id clarius reddebatur ex eademmet ſcriptura
teſtamenti dicti R. D. Hyppoliti, producta à prædictis
Presbyteris, in qua dicebatur, ipſum relinquere prædictæ
Collegiatæ ſua bona ſtabilia, & fructus decurſos, quæ ad
præſens poſſidet Dominus Aloyſius Meleſius, quæ pro-
3 bat contra producentem, vulgata l.cùm precum, C. de lib.
cauſ.Natt.conſ.361.num.3.Maſcard.de probat. concluſ.915.
num.1. Et ſic cùm per illam ſcripturam probetur poſſeſ-
ſio dicti Domini Aloyſij, videbatur quod ei non poſſet
denegari manutentio.

Tertiò hoc idem colligebatur ex petitione dictorum
Presbyterorum, qui inſtabant eum cogi ad reddendam
rationem de fructibus ab eo perceptis, & ſic dum faten-
tur eum fructus percepiſſe, concedunt etiam poſſediſſe,
quia ex perceptione fructuum probatur poſſeſſio manu-
4 tenibilis. Maſtril. deciſ.184. num.13. part.4. Lancell. de
attent. part.2. capit.4. limit. 1. num.4. Gratian. diſcept.
615. num.32. Ludouic. Poſth. d. tract. de manutent. ob-
ſeruat.23. num.8.9.

Neque obſtat teſtamentum productum à dictis Preſ-
byteris, quia licèt ſit poſterius, tamen non tollit primum
5 ſolemne, ad textum in l.noluimus, vbi Bald. Salyc.& DD.
C.de teſtament. & maximè, quia non fuit productum ori-
ginale, ſed copia, & exemplum, quod non probat ad effe-
ctum manutentionis, vt per dictum Ludou. Poſth. ob-
ſeruat.12. num.91.

Neque nocet decretum immiſſionis dictis Presbyte-
6 ris fauorabile, & tenuta ſubinde ſecuta, eo quòd fuerit
conceſſa cum clauſula, Sine præiudicio iurium quorum-
cumque cuicumque competentium; quia poſſeſſio ſic tradi-
7 ta eſt conditionalis, & incerta, quæ impedit quin ha-
bens meliora iura ſit manutenendus. Put.deciſ.32.num.1.
lib.2. Seraphin. deciſ.810. in princ. Rol. diuerſ.deciſ.161.
num.6.part.4.Peregr.de fid.art.48.num.36.Gratian. diſcep.
732.ſub num.12.Ludouiſ.deciſ.332.num.4. Ludou.Poſth.
d.tract.de manuten.obſer.50.num.4.5.vbi latè probat eum,
qui capit poſſeſſionem cum dicta clauſula, eam non ac-
quirere in præiudicium alterius poſſeſſoris, neque eſſe
manutenendum.

His tamen non obſtantibus cenſui contrarium eſſe
verius in præſenti caſu, ſcilicet denegandam eſſe manu-
tentionem dicto Domino Aloyſio, quia non probauit ſe
fuiſſe in aliqua poſſeſſione dictorum bonorum ſtabilium,
eo quòd ipſius manutentionis eſſentiale fundamentum
eſt ipſa poſſeſſio, quam debet probare, qui manutentio-
8 nem petit. Couar.pract.quæſtionum cap.17.num.3.Menoch.
conſ.268.num.13.Criſtoph.Pal.de tenut.cap.2. num.19. &
cap.9.num.9.Ricc.deciſ.collect.1909.verſ. & à parte. Fari-
nac.deciſ.129.num.7.par.2.Lud.Poſth.d.tract.obſeruat.15.
num.3.4.5. vbi allegat plures Rotæ deciſiones; etenim
verum eſt, quod petens manutentionem præſupponit
penes ſe habere poſſeſſionem.Giouagn.conſilio 9.num.77.
9 lib.1. Rot. diuerſ. deciſ.317. in princ. part.2. Lud. Poſth.
d. obſeruat.15. num.1. 2. & manutentio concedenda eſt
poſſeſſori antiquiori tempore litis motæ poſſidentis. Ve-
rall. d. deciſ.190. part.2. Ludou. deciſ.40. num.4.5. Coc-
cin. deciſ.325. num.3. Gratian. diſcept.910. num.12. quæ
adeò vera ſunt, vt petens manutentionem habeat ne-
ceſſe probare penes ſe extare realem, & actualem poſſeſ-
10 ſionem. Ludou. Poſt. d. obſeruat.15.num.9.10.& ſeqq. &
num.16. vbi concludit, quòd mandatum de manutenen-
do non conceditur ei, qui non probat penes ſe habere
veram poſſeſſionem facti.

Et cùm Collegiata meliùs probauerit ſuam intentio-
nem, quoniam docuit ſe poſſidere, & habuiſſe tenutam
dictorum bonorum ſtabilium ex inſtrumento ſuper hoc
11 ſolemniter facto, in ſua poſſeſſione manutenenda eſt;
certum eſt enim, quod actualis poſſeſſio probatur ex in-
ſtrumentis productis, ad textum in l. prædia, ff. de acq.
poſſ.Socin.conſ.205.num.5.in fin.lib.2.Rol.conſ.46.num.18.
lib.2. Surd. conſ.160.num.1. lib.2. Seraphin. deciſ.1065.
num.1.ad medium. Gratian. d.diſcept.732. num.11. & om-
nes concludunt ad effectum manutentionis ſufficere in-
ſtrumentum poſſeſſionis captæ, illudque facere probatio-
nem probatam. Rot.diuerſ.deciſ.174.num.1.4. part.4. Fa- 12
rinac.deciſ.690.num.1.part.2.Caualer.deciſ.181.num.3. &
deciſ.432.num.1.Lud.Poſth.d tract. de manuten. obſer.18.
num.6.& obſeruat.21.num.6.7.8.& ſeqq. vbi id plenè pro-
bat, & in propriis terminis noſtris de hærede immiſſo
vigore l.fin.C.de edict. D. Adr. toll. quod ſit manutenen- 13
dus, probant Verall.deciſ.347.in princ.part.2.Lud.Poſth.
d.tract.obſeru.12.num.16. quod ſufficere debet pro victo-
ria dictis Presbyteris.

Non obſtant modò in contrarium adducta, & primò
non facit ad rem teſtamentum productum à dicto D.
Aloyſio, licèt ſit ſolemne, quia prætenditur eſſe ſubla-
tum per ſecundũ etiam nõ ſolemne ad cauſas pias factum,
vt per Hoſtienſ. & Ioan. And. in c.vltimo, de ſolut. Abb.
conſ.11.col.3.lib.1.Iaſ.in d.l.noluimus, C.de teſtament.Alex. 14
conſ.105.col.penult.verſ.non obſtat, lib.4.Tiraq. de priuileg.
piæ cauſæ, priuil.2. in princ. & priuil.53.per totum. Deinde
quia in hoc iudicio manutentionis non congruit reme-
dium immiſſionis, vigore d.l.fin. C. de edict. D. Adr. 15
tollend. quod non eſt remedium retinendæ poſſeſſionis,
ſed adipiſcendæ, vt ibidem concludunt omnes, propter
quod impertinens videtur hîc tractare de tali remedio,
quia non datur manutentio in iudicio adipiſcendæ, niſi
poſt obtentam, & adeptam poſſeſſionem, & immiſſio-
nem. Marcheſan. de com. part.1. de comm.appellat.in poſſ. 16
num.73. fol.931. Ludou. Poſth. d. obſeruat.15. numero 6.
& tantò minùs debet audiri dictus Aloyſius, quia pro-
teſtatus eſt, ſe manutentionis velle inſtituere iudicium,
& non immiſſionis, & propterea dici poteſt: Viam 17
quam elegiſti, hæc tibi pateat, l. ſi mulier, §. fin. ff. de eo
quod met. cauſa, §. quæ de fullone, verſ. ſed noſtra, In-
ſtit. de oblig. ex delict. Bald. in l.1. C. de execut. rei iudic. 18
Socin. Iun. conſil.46. numer.7. lib.2. Vnde meliùs eſſe vi-
detur reſeruare in petitorio, vel poſſeſſorio ordinario
exceptiones Meleſij, quæ requirunt altiorem indaginem,
dum videre oportet, quodnam ex duobus teſtamentis
ualidum ſit, quia in iudicio manutentionis non admit-
tuntur exceptiones altioris indaginis. Ruin. conſil.87. in
fin. lib.3. Gozzad. conſil.86. num.6. Socin. Iun. conſil.97.
num.16. lib.2. Bero. conſil.57.num.3. lib.2. Rol. conſil.21.
num.36. & ſeqq. lib.3.Menoch.de adipiſc.poſſ.rem.4.nume-
ro 755. vſque ad num.759. Verall. deciſ.342. numero 3.4.
part.2. Seraphin. deciſ.1065.num.1. Grat. d. diſcept.732.
num.13. & 21.

Non obſtat ſtatutum Saxoli lib.2. rubr.91. de conti-
nuanda poſſeſſione defuncti in hæredem, quia eſt ſtatu-
tum laicorum, ad cuius ſcientiam, & cognitionem non
tenetur Iudex Eccleſiaſticus, in cuius foro cauſa agitatur
in Ciuitate Regij, & propterea cùm allegetur in alieno
foro, & extra patriam, nihil iuuat, niſi integraliter in actis
producatur: Bart. in l. omnes populi, num.67.ff. de iuſt. &
iure: & Iudex non poteſt ſupplere ſuper non productis 19
iuribus vulgaribus.

Deinde eſto quod huiuſmodi ſtatutum poteſt habere
locum, videtur poſſe reſponderi, interruptum, & im-
peditum fuiſſe effectum continuationis, ex vi, & po- 20
tentia eiuſdem ſtatuti, propter poſſeſſionem cœptam à
dictis Presbyteris, & quod per poſſeſſionem captam
ab alio, quàm ab hærede, ſit interuerſa illius ciuiliſſi-
ma poſſeſſio. Gloſ. in l. cùm miles, in verbo, quaſi con-
iunctim, ff.ex quibus cauſ.mai. Fulg. & Iaſ. in l.Pomponius,
§.quæſitum, ff.de acquir.poſſ.Caſtrenſ.in l.ſi ſorori, C. de iur.
delib. Tiraquell. in tract.le mort ſaiſit, part.5. decl. prima.
Alex.conſil.82.num.4.lib.2.Natt.conſil.237.num.4.Gabriel
de acq. poſſ. concluſ.9. numero 18. Cocc. in memorab. in
verb. decreto Mediolani, Peregr. de fideicommiſſ. art.47.
numero 14.15. Verall. deciſione 199. part.2. Farinac. de-
ciſ.263.



ciſ.263.p.2. & fuit deciſum per Rotam in vna Romana
vineæ, 13. Martij 1606. coram Peña, qui hoc admittunt
in hærede extraneo, qualis eſt iſte Meleſius, qui non con-
ſtituitur in poſſeſſione hæreditatis ſine actu naturalis
21 apprehenſionis, per l.1.§.Scæuola, ff. ſi quis teſt.lib.eſſe, &
per l. ſi ſorori, vbi Bald. & DD. Cod.de iur.delib.Tiraq.in
dict.tract.in præfatione, decl.3. num.2. quidquid ſit in hæ-
22 rede ſuo, in quo DD.aliter ſentire videntur.Gabr.conſ.36.
num.13.lib.1. Peregr. de fid.art.47. num.15.verſ. Niſi hæ-
res. Bertazol. conſ. ciuil.100. num.6. Rim. Iun. conſil.91.
num.15.

Denique reſpondetur, quòd dictus Meleſius laicus
non poteſt vti dicto ſtatuto ſæculari in foro Eccleſiaſti-
co aduerſùs dictos Presbyteros, cùm ab eodem ſtatuto,
23 lib.1. rub. 11. diſponatur, quòd ſtatuta illa non proſint
Clericis, & propterea ſtatutum loquens de ſucceſſione,
minimè afficit hæreditatem Clerici, nec in ea locum ha-
24 ber: Imol.in cap quod Clericis, num.4. verſ. Et per hoc, de
for. comp. Dec. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 35. de
conſt. Alex.conſ.42.in fin.lib.5.Brun. de ſtat.excl.fœm.art.8.
quæſt.2.num.9. Georg. Natt.eodem tract quæſt.3.numer.90.
Ruinus conſ.195.num.4. & ſeqq. vol.2. Surdus deciſ.160.
num.9. Bertazol.conſ.ciuil.63. num.23. vbi de veriori, &
magis communi teſtatur: Barbat. conſ.63.col. antepenult.
verſ. Nec eſt, lib.4. Alex. Maſcard. de interpr. ſtat.concl.1.
num.43. vbi inquit, quod ita bis iudicatum fuit, quod
iuſtum eſſe videtur, quia ſicut non licet Clericis vti dicto
ſtatuto aduerſùs laicos, ita conueniens eſt, vt laicis non
permittatur eius vſus aduerſùs Clericos ratione æquali-
tatis ſeruandæ.

Non obſtat ſecundum, quod ex eademmet ſcriptura
teſtatoris prohibetur poſſeſſio Meleſij, iuncto etiam in-
ſtrumento confecto ſub die 16. Decembris 1643. in quo
ipſe per ſe, & vti procurator dicti D. Hyppoliti facit fi-
dem Petro Iacobo Teggiæ de ducat. 100. debitis dicto
D. Hyppolito occaſione pretij domus emptæ à dicto
Aloyſio dicto nomine. Nam reſpondetur, quòd cùm di-
ctus Dominus Aloyſius hæc omnia ageret vti procura-
25 tor dicti R. D Hyppoliti teſtatoris, non ſibi, ſed Do-
mino poſſidere dicendum eſt, l.1.§. Procuratore, vbi Iaſ.
in princip. & l.generali, & l.quamuis, & l.quod meo ff.de acq.
poſſ.Rot.diuerſ.dec.93.num.2.p.2. Lud.Poſth.tract.de ma-
nut. obſer.52. num.32.33. & propterea cùm iſti, qui alie-
no nomine adminiſtrant, vt tutor, Colonus, procurator,
habeant ſolum quamdam nudam, & aſininam detentio-
26 nem non manutenibilem, Ang.conſ.12. ſub.num.1. verſic.
ſecundò; hinc eſt quòd ſimiles perſonæ alieno nomine
poſſidentes non ſunt manutenendæ, ſed domino, quorum
nomine adminiſtrant, & poſſident, datur manutentio, &
competit remedium retinendæ ratione ciuilis poſſeſſio-
27 nis, & recuperandæ ratione naturalis, ad textum in §.reti-
nendæ, Inſtit.de interd.Menoch.conſ.612.num.16. Gratian.
diſcept.113.num.63.& diſcept.283.num.5.6. Farinac.deciſ.
677.num.7.Lud Poſt.d.obſer.52. num.33.34. Caual. deciſ.
171.per totam.Rota in vna Romana de Torniellis, 4. Martij
1616.apud dictum Poſthium, dec.153.n.1.2.3.coram Rem-
boldo. Ex quibus colligitur, quod dictus Aloyſius nul-
lam habebat poſſeſſionem manutenibilem, & propterea
verba teſtatoris, quæ dicunt eum poſſidere, ſunt intel-
ligenda de illa poſſeſſione aſinina, quam habent procu-
ratores, & adminiſtratores, vt veritati conueniant, &
repugnantiam non inducant, ad textum in l.non ad ea, ff.
28 de condit. & demonſt.l. vbi repugnantia, ff.de reg.iur. Grat.
diſcept.264.num.4. & diſcept.282. num.29. Rot. dict. de-
ciſ.135. num.5. & cùm dictus Aloyſius impugnauerit di-
ctam ſcripturam, non poteſt in ea ſe fundare. Maſcard.
29 de probat.concl.915.num.4. Menoch.præſump.45. num.16.
lib.2.

Et quamuis dictus Dominus Aloyſius in dicto inſtru-
mento videatur etiam ſeipſum obligare, & eius bona
propria, & non ſolùm agere poſſeſſorio nomine, ſed
etiam proprio, propter illam clauſulam, pro ſententia;
tamen id cenſetur facere ad cautelandum debitorem, qui
voluit eſſe ſecurus in ſolutione. Nam dum agit etiam vti
procurator dicti teſtatoris, impoſſibile eſt in bonis eius
proprio nomine quidquam agere, cùm exinde ſupponat
teſtatorem adhuc viuere, ſtante quod morte principalis
ceſſat mandatum, & propterea exactio per eum facta in-
terpretari debet iuxta præcedentem procurationis titu-
lum. Rot.diuerſ. deciſ.262.num.5 parte 1.Rota d.dec.135.
num.3. quod ſatis confirmatur, quia in dicto inſtrumento 30
pactum fuit, quòd ſi vnquam dictus debitor reciperet
moleſtiam occaſione dictæ ſolutionis, pretium ſolutum
cenſeatur ſolutum in forma depoſiti, ad finem illud ſol-
uendi, cui de iure.

Non obſtat tertium de fructibus ab eo perceptis, quia
ſiue loquamur de illis, quos percepit in vita teſtatoris,
ſiue poſt eius mortem, cùm appareat eos percepiſſe pro 31
curatorio nomine dicti teſtatoris, nullam acquiſiuit poſ-
ſeſſionem: Rota d.dec.135.n.1. Ludou. Poſth. obſeru.52.
n.33.34. qui alios allegat.

Et quamuis procurator Presbyterum in quadam in-
ſtantia dicat Meleſium non eſſe audiendum in petitorio,
niſi prius reddiderit computum de aliis pecuniis ad eius
manus peruentis de iuribus teſtatoris, & niſi priùs con-
ſtitutis in poſſeſſionem dictis eius principalibus; & ſo-
lutis omnibus expenſis in iudicio poſſeſſorio factis,
inſtans ita declarari antequam ad vlteriora procedatur;
tamen propter hoc non eſt arguendum, quod neget
dictos Presbyteros eſſe in poſſeſſione, & aduerſarium
fateatur poſſidere, quia cùm dictus Presbyterorum pro-
curator profiteatur ſe victorem in poſſeſſorio, non eſt
præſumendum, quod eodem inſtante admittat poſſeſſio-
nen in aduerſario, quem negat etiam audiri in petitorio;
& propterea dicta verba ſunt congruè interpretanda
iuxta præcedentia, vt petat priùs ſibi reſtitui fructus de-
curſos & pecunias per dictum Aloyſium exactas: Rota
d.deciſ.135.n.5.6.

Minùs obſtat quòd teſtamentum pro dicto D. Aloy-
ſio ſit ſolemne, noſtrum verò imperfectum; nam vtique
ſi dictus Aloyſius concurriſſet in iudicio omiſſionis,
fortè obtinuiſſet oſtendens teſtamentum ſolemne, eo
quod nos habeamus tantùm exemplum ſcripturæ pri-
uatæ, quod minimè probat, non exhibito originali,
etiamſi eſſet exemplum ſcripturæ publicæ, ad textum
in cap. cùm dilecta, vbi DD. de confirm. vtil. vel inutil. 32
cap. fin. de fid. inſtrum. Gloſſa in cap. Abbate, de verb.
ſignific. Maſcard. de probat. concluſ. 711. in primis no-
ſter Modern. Pariſienſ. de mor. Pariſ. tit.1. gloſ. 1. §. 8.
in verb. de non crement. numer. 33. Carol. Iaſon. in ſua
Razemat. Iuris ciuil. 85. numer.1. Sigiſmund. Scacc. in
prax. de iud. cauſ. ciuil. lib.2. capit.11. numer.593. & ſeqq.
Genua de ſcrip. priuat. lib.1. quæſt.16. numer.2.3.4. quod
multò verius eſt in caſu noſtro, vbi etiamſi exhiberetur 33
originale, fidem non faceret, niſi teſtibus in iudicio de-
ponentibus, licèt enim teſtamentum prædictum pro
Presbyteris ſit ſcriptum manu Epiſcopi, adhuc tamen
dicitur ſcriptura priuata, & per conſequens nullam fi-
dem facit, niſi legitimè recognoſcatur, quoniam ſcri- 34
ptura Epiſcopi non habet vim publicæ ſcripturæ, ſed
priuatæ, tam in contractibus, quàm in teſtamentis, vt
perbellè inquit Baldus in cap. cùm à nobis, numer.10. vbi
etiam gloſſa de teſtibus. Rebuff. in ſuo tract. de chirog. &
cedul.recog.num.1. Genua in dict. tract. de ſcrip.priu.lib.1.
quæſt.4.num.19. & lib.3. de litteris Epiſcopi, concl.1.n.31.
quia hæc non ſpectant ad eius officium; quod adeò ve-
rum eſt vt neque ad pias cauſas ſcriptura Presbyteri
etiam Parochi non Notarij probationem inducat, quia 35
priuilegium piæ cauſæ non ſupplet inhabilitatem ſcri-
bentis, per textum in l.fraudem, §. ſi quis, vbi Baldus ſic
docet, ff.de mil.teſtam. & conſ.120.num.1. Capra conſ.57.
Pariſ.conſ.146.n.2.3.lib.4.Præteus conſ.80.num.36. Bonel.
conſ.37.n.5.6. Genua d.tract. lib.1.q.11.n.4.5.6. vbi hanc
rem examinat.

Verùm

Verùm quia hîc non tractatur ampliùs de immiſſione, ſed de manutentione, non attenditur ampliùs, quis habeat meliora iura, & an poſſeſſio ſit iuſta, vel iniuſta; ſed tantùm, an quis poſſideat; ſufficit enim probare nu-
36 dam detentionem, & ſolam facti inſiſtentiam. Couar. *pract. qq. cap.* 17. *num.* 4. *verſ. in ſpecie*, Menoch. *de retin. poſſ. rem. vltim. num.* 36. Cenc. *de cenſ. part.* 2. *cap.* 2. *quæſtion.* 5. *art.* 2. *in addit. ſub num.* 5. Rot. *diuerſ. deciſ.* 423. *num.* 1. *part.* 1. Farinac. *deciſ.* 512. *in fin. part.* 1. Ludouiſ. *deciſ.* 275. *num.* 12. Coccin. *deciſ.* 99. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 251. *num.* 2. poſt Ludouic. Poſth. *d. tract. de manuten. obſeru.* 15. *num.* 18. 19. 20. vbi multos allegat. Et propterea in hoc
37 iudicio manutentionis non admittitur ſcripturarum impugnatio, aut redargutio. Menoch. *d. rem. vltimo, num.* 43. Capyc. *deciſ.* 55. *in fin.* Roderic. *de annu. redd. lib.* 1. *quæſt.* 17. *numero* 37. *verſic. vltim.* Giouagn. *conſil.* 14. *numero* 73. *lib.* 1. Ludouic. Poſth. *d. tract. obſeruat.* 70. *numero* 1. 2. 3. vbi multa allegat. Vnde non eſt hîc quærendum de validitate teſtamentorum, cùm quæratur de ſola facti poſſeſſione, & quæſtio validitatis eſt remittenda in alio iudicio, quia licèt teſtamentum poſterius habeat formam priuatæ ſcripturæ, tunc fortè facta debita recognitione apparebit eſſe ſolemne, & in forma probanti.

Vltimò non obſtat, quòd immiſſus in poſſeſſionem cum clauſula, *ſine præiudicio*, non acquirat poſſeſſionem, quia id procedit, ſi conſtet tunc temporis alium
38 poſſediſſe: verùm ſi non apparet alterum fuiſſe in poſſeſſione, tunc iſte ſic habens poſſeſſionem cum dicta clauſula eſt manutenendus, vt per Boccac. *de interdicto, vti poſſidetis, cap.* 2. *num.* 62. Honded. *conſil.* 86. *num.* 52. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 317. *num.* 31. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 332. *num.* 6. Farinac. *deciſ.* 513. *num.* 1. *& ſeqq. parte* 1. Cualler. *deciſ.* 633. *num.* 56. Ludouic. Poſth. *d. tract. obſeru.* 50. *num.* 8 vbi alios allegat.

Ex quibus benè reſultat, manutentionem fuiſſe dandam dictis Presbyteris, cùm dictus D. Aloyſius non probauerit ſe poſſidere, licèt petierit terminum ad probandum ſuam poſſeſſionem, eamque capitulauerit. Et ideò fortè videns ſuccumbere, omiſſo poſſeſſorio, voluit tranſire ad petitorium, in eo petens aſſignari terminum ad probandum, licèt poſtea pœnitentiâ ductus remeauerit ad poſſeſſorium, & fuerit neceſſe ſingula diſcurrere, vt ſuprà dictum fuit. Sic ergo cenſui, & iudicaui, & iuri conuenire exiſtimaui.

---

## CAPVT CXV.

### EPITOME.

Clericus pugnans in duello priuatur non ſolùm beneficiis Eccleſiaſticis, ſed etiam penſionibus, & quomodo id procedat.

### SVMMARIVM.

1 *Duelli pœnas qui tractent, remiſſiuè.*
2 *Duellans ipſo iure excommunicatur, & abſolutio reſeruatur Pontifici.*
3 *Duellans clericus committit delictum depoſitione dignum.*
4 *Clericus pugnans in duello priuatur beneficiis, & inhabilis ad ea redditur.*
5 *Beneficij incapax dicitur etiam incapax penſionis.*
6 *Penſio, & beneficium iiſdem modis amittuntur.*
7 *Penſio dependet à beneficio.*
8 *Excommunicatus eſt incapax penſionis.*
9 *Penſio non eſt quid ſpirituale, & poteſt dari laico.*
10 *Beneficij appellatione non venit penſio.*
11 *Spurius non poteſt habere beneficium patris; poteſt tamen habere penſionem ſuper eo.*
12 *Penſio non venit appellatione beneficij in materia odioſa.*
13 *Penſio venit appellatione beneficij in cauſa hæreſis.*
14 *Penſio beneficij nomine continetur in fauorabilibus.*
15 *Penſio non poteſt reſeruari excommunicato, niſi abſoluatur ad effectum.*
16 *Penſionem perdit inſordeſcens in excommunicatione per annum.*
17 *Excommunicatus non facit fructus beneficij, vel penſionis ſuos.*
18 *Penſionis duæ ſpecies, alia prophana, alia rei ſpirituali annexa.*
19 *Penſio datur loco beneficij, & quæ ſit.*
20 *Penſionem habentes tenentur recitare officium B. M. V.*
21 *Inhabilitatus ad beneficium eſt etiam inhabilis ad penſionem.*
22 *Spiritualia, & ſpiritualibus annexa eodem modo iudicantur.*
23 *Penſio quæ datur in titulum, quomodo fiat.*
24 *Sententia priuatoria beneficiorum continet penſiones, quæ dantur in titulum.*
25 *Penſio nunquam poteſt dici propriè beneficium.*
26 *Penſionem obtinens perinde eſt ac ſi haberet beneficium.*
27 *Penſionis mentionem facere debet impetrans beneficium.*
28 *Sententiâ priuatus beneficiis an perdat penſiones.*
29 *Conſtitutio pœnalis poteſt eſſe fauorabilis.*
30 *Penſionis cauſa coram iudice Eccleſiaſtico tantùm tractanda.*
31 *Pœnæ ipſo iure inflictæ non incurruntur ante ſententiam declaratoriam.*
32 *Cenſuræ ipſo iure latæ non requirunt ſententiam iudicis declaratoriam.*
33 *Duelli pœnæ vt incurrantur, requiritur iudicis declaratoria.*
34 *Duellans clericus ſuſpendendus eſt, non deponendus.*
35 *Duellans laicus non fit inhabilis ad beneficiandum.*
36 *Miles clericus priuatur penſione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANnis præteritis ante peſtilentiam mox ſubſecutam, quidam Clericus in manibus Pontificis reſignauit quoddam beneficium ſimplex ad fauorem alterius cum reſeruatione annuæ pẽſionis, quâ admiſſâ obtinuit etiam à Sanctiſſimo, vt poſſet dictam penſionem exigere, etiamſi in habitu clericali non incederet; dum verò militiis incumberet, prouocauit quemdam nobilẽ ad ſingulare certamen, quod ſolemniter fuit peractum patrinis adhibitis, ſine tamen læſione alicuius eorum. Verùm obtenta abſolutione à cenſuris, petebat penſionem à reſignatario, qui recuſabat eam ſoluere dicens, quod extincta iam fuerat, ex cauſa dicti, duelli quod grauiſſimis pœnis proſecuti ſunt Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de reform.* Pius IV. 1
conſtitutione, quæ incipit: *Ea quæ*, de anno 1560. Gregor. XIII. conſtitutione, quæ incipit; *Ad tollendum*, de anno 1582. & vltimò Clemens VIII. conſtitutione, quæ incipit; *Illius vices*, de anno 1592. quibus ipſo iure excommunicantur ſic duello pugnantes, & abſolutio reſeruatur Pontifici, vt ſtatuit Clemens VIII. in dicta ſua conſtitutione, vt videre eſt apud Quarant. *verb. Duellum.* Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 31. *à num.* 21. Caball. *de omni genere homicid. n.* 76. *& ſeqq.* Reginald. *in prax. for. pœn. lib.* 21. *cap.* 7. *num.* 75. Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 19. Bonac. *de cenſur. diſp.* 2. *num.* 1. 15. Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 50. *n.* 120. Azor. *moral. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 6, vbi ponit pœnas contra duellum. Quæritur quid iuris.

Et



Et ſanè non vidi apud quemquam hanc quæſtionem in terminis tractari, an pugnans in duello priuetur penſionibus; nihilominus ſi rationibus licet diſcurrere, videtur dicendum, quod dictus Clericus remanſerit priuatus dicta penſione; tum quia duellando commiſit delictum depoſitione dignum, vt *in cap.* 1. *de Cler. pugnant. in duell.*
3 vbi Abbas & DD. tum quia Pius IV. in dicta conſtitutione, quæ incipit: *Ea quæ*, 21. §. 4. contra ſic duellantes ſtatuit, quòd ſi Eccleſiaſtici fuerint, vltra excommunicationem ipſo facto incurſam, etiam omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus, & aliis beneficiis Eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ ius eis competit, eo ipſo ſint priuati, & ad illa, ac alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtant, necnon illa tan-
4 quam per priuationem huiuſmodi vacantia ab aliis impetrari poſſint, vt apud Sayr. *d. c.* 31. *n.* 21. Bonacin. *de cenſur. in particulari, extr. Bull. Cœn. diſp.* 2. *q.* 3. *punct.* 48. *propoſ.* 3. *n.* 21.

Vnde colligitur, quòd ſicut iſte duellator priuatur beneficio, ita etiam priuetur penſione; tum quia incapax beneficij, eſt etiam incapax penſionis, vt inquit Nauar. *de*
5 *temp ord. lib.* 11. *conſ.* 11. *num.* 2. vbi quod hoc eſt de ſtylo Curiæ, qui eſt ſeruandus. Sanchez *de præcept. Decalog.*
6 *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 36. Farinac. *deciſ. poſt.* 246. *num.* 2. *par.* 2. vbi quod penſio vacat ſicut beneficium, & iiſdem mo-
7 dis amittitur, vt dixit etiam Hieron. Gabr. *conſil.* 187. *num.* 11. *lib.* 2. tum quia penſio eſt fructus, & pars beneficij, & beneficio acceſſoria, ac ab eo dependens, & ideò debet iudicari ad inſtar principalis. Imol. *in Clem.* 1. §. 1. *verſ. circa ſecundã, de ſuppl. negl. Prælat.* Gigas *conſ.* 14. *n.* 4. in verbis Sanchez *in Decal. d. c.* 28. *num.* 36. *verſ. ſecundò.* Farinac. *deciſ. poſthum.* 585. *n.* 3. *p.* 2.

Accedat, quod pugnans in duello eſt ipſo facto excommunicatus, vt vidimus, & certum eſt, quod excom-
8 municatus eſt incapax penſionis, cùm habeatur pro mortuo circa ſpiritualia: latè Gigas *de penſion. q.* 14. *num.* 1. & *num.* 9. *ac per totum*, & *q.* 36. *num.* 5. Tolet. *in ſumm. in edit. Rom. lib.* 1. *c.* 13. Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 28. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 130.

Verumtamen in contrarium multa dici poſſunt, & primò nullum extare Canonem, qui priuet penſionibus ſic duellantem; & licèt Pius IV. eum priuet beneficiis, tamen talis conſtitutio vti odioſa, & pœnalis non eſt extendenda ad penſionem, quæ non eſt beneficium Eccleſiaſticum, nec quidquam ſpirituale, cùm poſſit etiam
9 dari laico. Gigas *de penſion. quæſt.* 1. *num.* 1. & *quæſt.* 21. *in princip.* & pulchrè *in conſil.* 30. *num.* 1. 2. Rip. *in capit.* 2. *num.* 128. *de iudic.* Burſat. *conſil.* 178. *num.* 27. *lib.* 2. Graſſ. *deciſ.* 91. *num.* 5. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Borell. *in ſumm. deciſ. p.* 1. *tit.* 30. *num.* 111. & propterea appellatio-
10 ne beneficij non venit regulariter penſio, niſi largo modo, vt concludit latè Gigas *de penſion. quæſt.* 28. *num.* 10. *& ſeqq.* & *dict. conſ.* 30. *numer.* 1. Franch. *in cap. quamuis, num.* 2. vbi DD. *de præbend. in* 6. Nauar. *conſil.* 11. *de conſtit. num.* 8. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 69. Suarez *de cenſur. diſp.* 15. *ſect.* 1. *numer.* 7. Gonzal. *ad reg. Cancell.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. Garz. *dict. tract. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. vbi multos allegat.

Vnde videmus quod licèt filius ſpurius prohibeatur habere beneficium aliàs ab eius patre obtentum, non tamen prohibetur habere ſuper eo penſionem, vt probat Gigas *dict. conſil.* 4. *num.* 2. 3. & ſequitur Rota vt apud
11 Farinac. *deciſ. poſtum.* 12. *num.* 1. 2. 3. *p.* 2. quæ reſpondet, & tollit contraria; etenim in materia ſtricta, & odioſa, vel pœnali, qualis eſt iſta, penſio non venit appella-
12 tione beneficij, vt docent Baldus, Abbas & Felin. *in cap. ad audientiam, el.* 2. *de reſcript.* Gomez. *in dict. cap. quamuis, in princip. de præbend. in* 6. Anan. *in cap. non ſatis, col.* 2 *de ſimon.* Gigas *de penſion. quæſtion.* 94. *numer.* 4. Creſcent. *deciſ.* 14. *num.* 1. *de re iud.* Borell. *dict. tit.* 30. *numer.* 116. Gratian. *diſcept.* 397. *numer.* 14. 15. vbi ampliat etiamſi verba ſint generalia, & geminata, quod tamen non procedit in cauſa hæreſis; quia tunc penſio veniret appellatione beneficij, & priuatus beneficio, amitteret etiam 13
penſionem, propter fauorem fidei, ad textum *in cap. quicumque*, §. *hæretici*, iuncta gloſſa *in verb. beneficium, de hæret. in* 6. Gigas *dict. quæſtion.* 94. *numer.* 7. Gratian. *dict. diſcept.* 397. *num.* 16. latè Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 36.

Quæ autem ex aduerſo adducuntur, videntur procedere in fauorabilibus, in quibus appellatione beneficij vtique continetur penſio, quia largo modo eſt bene- 14
ficium, vt per Gigas *de penſion. quæſtion.* 28. *numer.* 18. & *quæſt.* 94. *num.* 8. Borell. *dict. tit.* 30. *num.* 114. ſicut enim odia reſtringuntur, ita fauores debent ampliari, *cap. odia, de reg. iur. in* 6.

Et quod dicitur de excommunicato, vt non poſſit habere penſionem, intelligitur vt ei non poſſit nouiter reſeruari, niſi abſoluatur; & propterea ſolet ſemper apponi in Bullis reſeruationis illa clauſula, *abſoluentes à vinculo* 15
*excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*, vt bene inquit Gigas 16
*quæſt.* 14. *numer.* 9. Si verò antea habeat penſionem, eam non perdit, niſi per annum inſordeſcat in excommunicatione, ex duritia cordis, & in contemptum clauium. 17
Gigas *conſ.* 33. *n.* 4. 5. 9. 10. Benè verum eſt, quod excommunicatus, antequam abſoluatur, non facit fructus penſionis ſuos, ſicut nec beneficij, & ſic titularis pro illo tempore non tenetur ſoluere penſionem, & ſi ſolueret ignoranter, poſſet repetere: ita Suares *tom.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 1. 9. & *ſect.* 2. *n.* 21. & fuit dictum *in vna Valentina penſionis,* 31. *Ian.* 1600. *coram D. Litta*, vt teſtatur Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 131. 132. 133.

Quid dicendum? Sanè pro ſolutione caſus oportet diſtinguere, & declarare, duplicem eſſe penſionis ſpeciem; alia enim datur titulo ſæculari, & vti laico aſſignatur in ſtipendium pro ſeruitio temporali, velut pro 18
pulſandis campanis, aut ad aperiendum fores Eccleſiæ; & ſic pro remuneratione laborũ; & hæc ſanè eſt prophana, & laico dari poteſt, nec continetur ſub beneficij nomine: Bald. *in d. c. ad audientiam, il* 2. vbi Felin. *col.* 1. *de reſcript.* Corn. *conſ.* 12. *vol.* 2. Gigas *de penſion. q.* 67. *n.* 3. & *conſ.* 33. *n.* 10. Duard. *de benef. lib.* 6. *cap.* 4 Mandoſ. *reg.* 19. *Cancell. quæſt.* 11. *num.* 2. Garz. *d. tract. de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. 8. 9. 134. & hæc ſpecies penſionis hodie non eſt in vſu, & vix vnquam practicatur. Alia igitur eſt penſio, quæ da- 19
tur in titulum, & quæ eſt in vſu, & ferè loco beneficij aſſignatur, vt decentiùs ſuſtentari valeat, vel pro alimentis, & præſertim quando fuit aſſignata ex eo, quòd quis renunciauit beneficium cum reſeruatione penſionis, ne nimium diſpendium patiatur, vel ceſſit liti, & cauſæ, vt fit tota die cum eadem reſeruatione, tunc penſio non eſt quid merè temporale, ſed ſpirituali annexum dependenter à beneficio, & loco beneficij ſubrogatur, & videtur dari in titulum, adeò vt in impetratione beneficij de ea ſit facienda mentio: ſic per textum *in d. cap. ad audientiam*, vbi DD. *de reſcript.* Innoc. de Compoſt. *in cap. poſtulaſti, eòdem*, Calder. *conſ.* 30. *in fin. de præbend.* Gigas *de penſion. quæſt.* 67. *num.* 4. *&* *conſ.* 33. *num.* 10. *verſ. aut ſumus.* Mandoſ. *dict. quæſt.* 11. *num.* 2. Nauar. *in Manual. cap.* 25. *n.* 111. & *conſ.* 59. *de ſimon.* Gabriel. *conſ.* 191. *n.* 8. *lib.* 2. Redoan. *de ſpol. Eccleſ.* §. *ex his, num.* 6. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 54. & cenſuit Rota *in vna Britorienſ.* 2. *Decembris* 1588. *&* 3. *Maij* 1586. *coram D. Gipſio*, & ſic ita eſſe, latè probat Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 9. 10. 11. 18.
19. 20. & multis ſequentibus, vbi multis rationibus id 20
probat, & maximè hodie, cùm penſionarius teneatur ad recitandum quotidie officium paruum B. M. V. ex conſtitutione Sixti V. & ſic penſio datur propter officium, ſicut beneficium, ad quod nullo modo obligatur qui habet penſionem prima ratione, ſcilicet titulo ſæculari: Garz. *d. c.* 5. *n.* 68.

Cùm igitur clericus noſter habuerit penſionem ex



Nn cauſa

cauſa reſignationis, ne ex renunciatione nimium diſpen-
dium patiatur, ſequitur talem penſionem eſſe quid ſpiri-
21 tuali annexum;& ideò de ea iudicandum eſſe ſicut de be-
neficio,& venire ſub nomine beneficij,etiam in pœnali-
bus , & odioſis , adeò vt inhabilitatus ad beneficia ſit
etiam inhabilis ad talem penſionem.Nauar.d.conſ.11.n.2.
de temporibus ordin. Gigas d.conſ.33.n.9.verſ. præmiſſis, &
n.10.verſ.aut ſumus. Creſcent.d.deciſ.14.n.3.de ſententia,
& re iud.Paul.de Rom. tract. de penſion.qu.6. Rot diuerſ.
deciſ.109.lib.2.p.3.Ioan.Nicol.Gimont.in Enchirid.benef.
tit.1.cap.10.num.6. Sanchez d. cap.28.num.36. Garz.dict.
part.1.cap.5.num.121.123.125. Borrell. in ſumm.deciſ.p.1.
tit.30. num.112. 117 quæ ſanè vera ſunt, & probabilia,
tum propter veriſimilitudinem mentis ſtatuentis , tum
propter rationis identitatem, quoniam idem iudicandum
eſt de ſpiritualibus,& de eorum annexis, & dependenti-
bus.Sanchez in Decalog. lib 2.d.c.28.n.36. Farin. d.deciſ.
22 poſthum.585.num.3.p 2. quod cùm verum ſit, multò ma-
gis procederet in ea penſione,quæ propriè datur in titu-
lum,velut quando ex pingui beneficio extrahitur certa
penſio , vt deinceps ſit beneficium Eccleſiaſticum ; hæc
enim verè eſt beneficium , licèt alio nomine nuncu-
petur ; ſed non eſt ius in nomine,ad textum in c.conque-
23 rente,vbi Abb. num.5.de cler.non reſid. Card. in Clem.1.§.
eadem,n.4. de ſupplend.negl.Præl. Gigas de penſ. quæſt.28.
n.20.& conſ.33.n.9.vbi inquit quod ſententia priuatoria
24 quorumcumque beneficiorum ſolùm eas penſiones com-
prehendit,quæ dantur in titulum.Cucch.inſt.maior.lib.5.
tit.7.n.17.alios allegat Garz. de benef.p.1.c.5.n.5.6.& ideò
hæc penſiones non ſunt in vſu.

Verumtamen non per hoc credas penſionem , quæ
hodie eſt in vſu , & loco beneficij clerico , vti tali aſ-
ſignatur,vt commodiùs ſuſtentari valeat, vel ne nimium
diſpendium patiatur , eſſe verè , & propriè beneficium,
25 quia nō eſt tale propriè,& ſtricto modo.Sarnenſ. de infir.
q.16. Gigas d.q.28.n.10. Pariſ.de reſign. benef.q.25.n.7.8.
& multis ſeqq. vbi ponit differentias inter penſionem,&
26 beneficium,& idem Pariſ.de confident.benef.q.58.num.58.
Garz.de benef.p.1.c.5.n.48.52.vbi Rota ſic cenſuit. Ant.
Riccilulus tract. de iur.perſon. extr.Eccl.grem.lib.7. cap.5.
num.27. ſed ita dictum eſt , quia cùm talis penſio ſit rei
ſpirituali annexa,& ſuccedat loco beneficij, perinde eſt,
ac ſi ille penſionem retinens haberet beneficium,ad tex-
tum in dict.cap.ad audientiam,vbi DD. de reſcript.Innoc.
in dict.cap.poſtulaſti, alios congerit Garz. dict.cap.5.n.81.
27 vbi probat quod ideò impetrans beneficium debet face-
re mentionem de penſione, quam habet.

Non obſtat ergo,quod priuatus beneficio intelligatur
non priuatus penſione , niſi ſit talis , quæ datur in titu-
lum,quia hoc procedit in ſententia hominis priuatoria,
quæ cùm ſit ſtricti iuris , ſi priuat clericum beneficiis,
non extenditur ad penſiones , vt in his terminis loquun-
28 tur Gomeſ. ſuper reg. Cancell. de annal. quæſt. 21. Gigas
dict.conſ.33.num.9. Creſcent. dict.deciſ.14. num.2. de ſen-
tentia,& re iud. Garz.dict. tract. de benef.p.1.cap.5.n.124.
nos autem verſamur in conſtitutione, quæ licèt ſit pœ-
nalis , eſt tamen fauorabilis reſpectu animæ ; prohibita
enim ſunt duella , ne homines moriantur in quaſi certo
damnationis ſtatu,ſicut etiam conſtitutiones contra hæ-
29 reticos factæ ſunt pœnales,& tamen quia ſunt factæ fa-
uore fidei,quaſi fauorabiles extenduntur à beneficiis ad
penſiones : Gigas dict. quæſt. 94. numer.7. Gratian. dict.
diſcept.397.num.16. Sanchez dict.lib.2.cap.28. numer.36.
Garz. de benef. part.11. cap.10 ſub num. 79. verſ. quod ſi
priuantur , vbi Rota ſic extendit conſtitutionem pœna-
lem à ſtricta ſignificatione beneficij ad latam penſionis;
cætera nihil nocent , quin concludere valeamus hunc
clericum duellantem fuiſſe eo ipſo non ſolùm beneficiis,
ſed etiam penſionibus priuatum vigore dictæ Conſtitu-
30 tionis Pij IV. à cæteris Pontificibus confirmatæ:& cùm
ſit cauſa ſpiritualis , à ſolo Iudice Eccleſiaſtico poterit
cognoſci , qui de penſionibus ſolus habet cognitionem,
Gigas penſion.quæſt.99.numer.3. & numer.13. & conſ.14.
num.6.

Animaduertendum eſt autem, quòd licèt ſic duellans
ipſo iure ſit priuatus beneficiis , & penſionibus , tamen
debet declarari eis priuatus,quoniam in pœnis ipſo iure 31
incurſis neceſſaria eſt ſententia declaratoria , ad quam
etiam pars eſt citanda,ad textum in cap.cùm ſecundum,de
hæret. in 6. Felin. in cap. Rodulphus , num.63. de reſcript.
Gloſſa & Abbas in Clement. præſenti , de cenſibus , Gigas
dict.conſ.14.num.7. in terminis Sanchez in Decalog. lib.2.
cap.39. num. 32. vbi inquit quod licèt reſpectu cenſura-
rum ipſo iure latarum non requiratur alia ſententia ,
tamen aliæ pœnæ ex duello prouenientes , vt infamia, 32
proſcriptio bonorum , priuatio beneficiorum , amiſſio
loci, vbi duellum exercetur, clarè requirunt Iudicis ſen- 33
tentiam : & ita Ioan. Guttier.can.qq.lib.2.cap.5. num.28.
Vgolin.de ſimon.tab.1.cap.21.§.3 verſic. quoad priuationem.
Azor.inſt.mor.p.1.lib.5.cap.8.quæſt.3.Suarez de cenſ.tom.5.
diſputat.27.ſect.1.num.8.ad fin. Leſſius de iuſt. & iur.lib.2.
cap.29.num.63. & cap.34.numer.143.147.& 148. pulchrè
Bonac.de legibus diſputat.1. quæſt.1.punct.7. num.11. Rot.
diuerſ.deciſ.30. num.6.lib.3.p.3. Farinac. deciſ.poſth.255.
numer. 2. p. 1. vbi Rota iudicat , quod etiamſi incurra-
tur pœna priuationis ipſo iure , adhuc eſt neceſſaria de-
claratoria facti ſententia , per quam incurritur talis pri-
uatio.

In hac autem materia duelli , ne putes Clericum eſſe
deponendum , provt videtur importare textus in dict.
cap.1.de cler. pugnant. in duell. quia cùm ille textus dicat 34
licere Epiſcopo cum eo diſpenſare, DD.communiter in-
telligunt illum canonem non loqui de propria depoſi-
tione , in qua vix Papa diſpenſat ; ſed de ſuſpenſione,
adeo , vt nec ipſo iure ſit ſuſpenſus , ſed ſuſpendendus :
Nauar.in ſumm.cap.27.n.156.Henriquez lib.13.de excom-
municat.cap.39. num.23. Salzed. in pract. Bernard. Diaz,
cap.100. in princip. Suarez tom.5. p.3. diſputat.31. ſect.4.
num.48. Manub. tom.1. ſumm.ſecunda edit. cap. 73. in fin.
pulchrè Sanchez in Decalog.lib.2.cap.39.num.18. qui ſic
rem declarat. Bonacin. de cenſur.diſput.2.quæſt.6.punct.2.
num. 13. Vt autem quis incurrat inhabilitatam ad bene-
ficia,neceſſe eſt,quod tempore duelli eſſet clericus, quia
talis pœna non ligat laicos. Rot.diuerſ.p.3.lib.3.deciſ.30.
numer.2.3.4. Sic igitur concludo , & iuris eſſe cenſeo, 35
non attento quòd inceſſerit in habitu laicali , quia non
per hoc ceſſat eſſe clericus , cùm ex Indulto Apoſtolico
habeat, vt ſine eo poſſit incedere,& penſionem exigere;
quod tamen debet intelligi, dummodo non ſe immiſceat
enormitatibus, vel ſuſcipiat habitum, qui ſit contrarius
habilitati retinendi penſiones , veluti ſi duceret vxo-
rem;& propterea iſte clericus duellando fecit actum re-
pugnantem ſtatui clericorum, & punibilem ac odioſum:
vnde ſi clericus factus miles , & militari ſeruitio aſcri-
ptus perdit non ſolùm beneficia , ſed etiam penſiones ,
vt per Laur. in Clem.1.§.eadem , vbi Card. num.5. Imol. 36
num.3. de ſuppl. negl. Prælat. idem Card. in Clem.1. n.19.
de reb. Eccleſ. non alien. Paul. de Rom. tract. de penſion.
cap.3.numer.4. Caccialup. in eodem tract. quæſt.15. Gigas
eodem tract.quæſt.15. & idem Gigas eodem tract. quæſt.65.
& latiùs Anton. Ricciulus tract. de iur. perſon. libro 7.
capit. 5. numer. 26. quantò magis debet eſſe priuatus
qui pugnat in duello , cùm facit actum adeò militarem,
& inhumanum , vt etiam militibus ſit interdictus : &
ſic teneo penſionem eſſe extinctam , beneficiumque re-
manſiſſe liberum. Dubium iſtud fuit propoſitum ab
vtraque parte in Curia Romana, ſed non deciſum, quia
partes deuenerunt ad accordium titulari multùm fauo-
rabile.





# CAPVT CXVI.

## EPITOME.

Hoſpitale , quando cenſeatur Eccleſiaſticum , & gaudeat immunitate Eccleſiarùm , & an abſens , pro quo facta eſt pax , cenſatur ante ratificationem in pace comprehenſus, adeo vt offendens, vel offenſus dicatur proditor.

## SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale carens Eccleſia , vel Campanili dicitur laicale.*
2 *Hoſpitalis prophani multa ſigna.*
3 *Hoſpitale laicorum non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*
4 *Immunitate Eccleſiæ gaudent non ſolum loca ſacra , ſed etiam religioſa.*
5 *Hoſpitale Epiſcopi auctoritate fundatum dicitur locus religioſus.*
6 *Immunitas competit omnibus locis piis.*
7 *Hoſpitale Eccleſiaſticum gaudet immunitate Eccleſiarum.*
8 *Hoſpitalis Rector non durat vltra triennium.*
9 *Hoſpitale dicitur religioſum , ſi Epiſcopus ei deputat rectorem.*
10 *Hoſpitale eſt prophanum , ſi in eo Epiſcopus nunquam exercuit iuriſdictionem.*
11 *Hoſpitale prophanum nemo poteſt impetrare ab Epiſcopo.*
12 *Hoſpitalis religioſi ſignum eſt Eccleſia, & Campanile.*
13 *Hoſpitale religioſum poteſt eſſe ſine Eccleſia.*
14 *Epiſcopi Palatium abſque Oratorio gaudet immunitate Eccleſiæ.*
15 *Seminarij domus gaudet immunitate Eccleſiæ.*
16 *Hoſpitale prophanum non poteſt habere Eccleſiam , vel Altare.*
17 *Eccleſia nondum benedicta gaudet immunitate.*
18 *Hoſpitale merè laicale an poſſit viſitari ab Ordinario.*
19 *Hoſpitale merè ſæculare poteſt deſtrui , & reuocari.*
20 *Hoſpitale laicorum non eſt capax legatorum.*
21 *Hoſpitalis bona an poſſint alienari abſque ſolemnitatibus.*
22 *Hoſpitale tenetur ad onera ordinaria.*
23 *Hoſpitale religioſum non ſoluit onera extraordinaria.*
24 *Hoſpitale vbi eſt modica hoſpitalitas , adhuc eſt religioſum.*
25 *Hoſpitale efficitur religioſum ex conſenſu Epiſcopi ſubſequenti.*
26 *Hoſpitale dicitur religioſum , ſi intitulatur ſub nomine alicuius Sancti.*
27 *Hoſpitale eſt eiuſdem naturæ cum eo,in cuius locum ſubrogatur.*
28 *Proditoriè interficiens aliquem, priuatur beneficio immunitatis.*
29 *Proditor dicitur,qui ſub titulo pacis alium interfecit.*
30 *Immunitate nemo priuatur , niſi fiſcus plenè probet delictum exceptum.*
31 *Inimicum interficiens à retro non dicitur proditor.*
32 *Mediator pacis non eſt idoneus teſtis ad pacem probandam.*
33 *Proxeneta etiam non ſalariatus , non eſt idoneus teſtis.*
34 *Teſtis non beneuolus nihil probat.*
35 *Teſti non creditur etiam ob leue odium partis.*
36 *Teſtis non probat , qui dat conteſtem aliter deponentem.*



37 *Teſtis patiens plures defectus nihil probat.*
38 *Teſti impoſſibilia , vel inueriſimilia deponenti non creditur.*
39 *Teſtis deponens de tractatu non probat concluſionem.*
40 *Proditor non dicitur ante pacem ratificatam ab abſente.*
41 *Abſens à pace pro eo facta, quando in ea dicatur comprehenſus.*
42 *Pax facta pro abſente , an obliget ante ratificationem.*
43 *Pace inter plures facta, etiam pro abſente , non ligat aliquam partem ante ratificationem.*
44 *Abſens à pace non obligatur , nec obligat , niſi ratificet.*
45 *Pacem faciens pro filio abſente quomodo obliget aduerſarium.*
46 *Pater quomodo poſſit pacem facere pro filio.*
47 *Abſenti per ſtipulationem non quæritur ius antequam ratificet.*
48 *Caſtrenſis opinio damnatur.*
49 *Ratificatio quomodo debet extorqueri ab abſente.*
50 *Pax ſtipulata an poſſit reuocari ante ratificationem abſentis.*
51 *Pax quomodo rumpatur quoad pœnam conuentionalem.*
52 *Ratificatio pacis debet fieri re integra.*
53 *Æqualitas debet ſeruari inter partes.*
54 *Cauſa noua excuſat à pœna pacis violatæ.*
55 *Pacis violatæ pœna non intrat ob nouam cauſam , etiam leuem.*
56 *Cauſa noua quænam excuſet à pœna pacis violatæ.*
57 *Primi motus non ſunt in noſtra poteſtate.*
58 *Vrtata cubitalis eſt ſufficiens pro noua cauſa.*
59 *Offendens præſumitur motus ex noua cauſa.*
60 *Cauſa noua poteſt probari per coniecturas , & ſemiplenè.*
61 *Pacis violator non dicitur offendens ex noua cauſa.*
62 *Immunitati Eccleſiaſticæ eſt fauendum etiam in dubio.*
63 *Appellatio non datur à ſententia priuante reum immunitate Eccleſiæ.*
64 *Fiſcus non appellat à decreto reum eſſe reſtituendum Eccleſiæ.*
65 *Fiſcus non ſolet appellare.*
66 *Appellatione remota pro vna parte, prohibetur etiam pro alia.*
67 *Bulla Gregoriana, in cuius fauorem ſit facta.*
68 *Farinacius declaratur.*
69 *Appellare permittitur à notoria iniuſtitia , non obſtante clauſula,* remota appellatione.
70 *Immunitas ſeruanda eſt reo, non obſtante ſententia Epiſcopi.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

IN vna Saxolenſi primò quæſitum fuit,an Camillus Zi-
nanus,qui Iacobum de Clericis interfecerat, & poſtea
ad Hoſpitale Sanctæ Mariæ , & Sancti Georgij peregri-
norum, & infirmorum dicti loci confugerat, poſſet gau-
dere beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ, iuxta indultum
Pontificis Gregorij XIII.de quo in eius Bulla data Ro-
mæ 9.Kal.Iunij 1591.quæ incipit : *Cum aliàs.* Et dubium
faciebat,quia fiſcus ſecularis prætendebat dictum Hoſpi-
tale eſſe merè prophanum, & laicale, idque deducebat ex
eo, quod in dicto Hoſpitali non adeſt campanile , neque 1
Eccleſia ad diuina officia perſoluenda , vt per Benintend.
*deciſ.*13. *num.* 3.4. & Cæpol. *cautel.*111. confirmabat-
que ſuum ſermonem , quia , vt dicebat fiſcalis , bona
dicti Hoſpitalis ſubſunt gabellis , datiis , & collectis , & 2
bona eius ſolent alienari ſine ſolemnitate , in eoque mo-
dica hoſpitalitas ſeruatur, & à laicis gubernatur, & pro-
ptereà laicale cenſendum eſt , vt per Calderin. *conſil.*65.
*ſeu conſ. vnico , de ſupplenda neglig. Prælat.* Caſtr. *conſil.*

167. *lib.*2. quo ſtante videbatur dicendum dictum Hoſ-
pitale non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & quod
3 fugiens ad illud, potuerit extrahi à Iudice laico, vt per
Rom.*conſ.*477.*num.*2. & *num.*6. pulchrè Cardin. Tuſch.
*litt.H, concl.*157. *num.*10. Peregr. *tract. de immun. Eccl.
cap.*4. *num.* 66. propter quod de facto dictus Camillus
fuit à dicto Hoſpitali extractus,& ad carceres fori ſæcu-
laris perductus.

Verùm re deducta ad notitiam fori Eccleſiaſtici, & in-
ſtante parte dicti Camilli,res verſa eſt in controuerſiam,
& procuratores fiſcales vtriuſque fori cœperunt cauſam
agitare in foro Eccleſiæ; negotio autem ſatis ventilato
pronuntiaui dictum Hoſpitale eſſe locum religioſum, &
pium, & propterea dictum Camillum eſſe capacem im-
munitatis Eccleſiaſticæ, & remittendum ad illud, niſi
obſtet ei aliquod crimen de exceptis in dicta Bulla Gre-
goriana. Et ratio fuit, quia immunitas prædicta fuit con-
ceſſa non ſolùm Eccleſiis, & locis ſacris, ſed etiam lo-
4 cis religioſis, vt habetur in dicta Bulla, ibi: *Ad ſacra,
& religioſa loca confugientes.* Nemini autem dubium eſt,
quin Hoſpitale Epiſcopi auctoritate ad vſum hoſpitali-
5 tatis, vel pauperum fundatum, & deputatum, dicatur
omnino locus religioſus, vt habetur expreſsè *in cap. ad
hæc*, vbi Abbas & DD. *de relig. dom. gloſſa in Clement.*
6 *Quia contigit*, vbi DD. *eodem*, quod ſatis eſt ad tribuen-
dam immunitatem dicto Hoſpitali, quia hodie non ſo-
lùm omnibus Eccleſiis, ſed etiam locis piis competit
immunitas. Giurb. *conſ.*10.*n.*16. vbi alios allegat.

Verumtamen in terminis Hoſpitale eſſe locum immu-
nem, quando eſt erectum auctoritate Epiſcopi, adeo vt
confugiens ad iſtud, gaudeat immunitate, & inuitus ex-
trahi non poſſit, tradiderunt poſt Archid. *in cap definiuit,*
7 17. *quæſt.*4 Baldus *in l. ſi quis ad declinandum, Cod. de
Epiſcop. & Cler.* Alexand. *conſ.*9.*num.*1.*lib.*2. latè Decian.
*tract. crim. lib.*6.*cap.*25.*num.*18. pulchrè Farinac. *tract. de
immun. Eccleſ. cap.*17. *num.*265.266. vbi multos allegat.
Giurb. *conſ.*10. *num.*4. *verſ. & ſi Hoſpitale,* Gratian. *diſ-
cept.*34.*num.*1. Tuſch. *dicta littera H, concluſ.*163. *num.*18.
& *num.*26. Bonac. *tract. de legibus diſput.*3.*quæſt.*7.*cap.*2.
*n.*7. Barboſ. *de offic. Epiſc. p.*3.*alleg.*74.*n.*56. vbi plurimos
congerit.

Nam in caſu noſtro ſatis manifeſtum erat, dictum
Hoſpitale fuiſſe fundatum auctoritate Epiſcopi, & ſuc-
ceſſiuè eſſe religioſum, & publicum, quia prouiſio Re-
ctoris, & adminiſtratoris dicti Hoſpitalis pertinet ad di-
ctum Epiſcopum, nominatio autem, & præſentatio ad
Communitatem Saxoli; etenim de triennio in triennium
ſolet fieri prouiſio noui Rectoris dicti Hoſpitalis, quod
eſt conforme, immò deprომptum videtur à Concilio
8 Tridentin. *ſeſſ.*25. *cap.*8. *in fin. de reformat.* vbi ſtatutum
eſt, vt gubernium Hoſpitalis non committatur vni, &
eidem perſonæ vltra triennium, vt per Garz. *de benef. p.*1.
*c.*3.*n.*8. Etenim Communitas nominat perſonam, quam
poſtea Epiſcopus inſtituit, & ei adminiſtrationem com-
mittit, & in fine triennij, & etiam quotannis ab ea ad-
miniſtrationis rationem exigit, ex quo conuincitur, di-
ctum Hoſpitale non eſſe prophanum, vel laicale, ſed
9 publicum, & religioſum, vt poſt Bald. *conſ.*167. incipit:
*Factum ſuper quo, lib.*4. Calder. *conſ.*4.*verſ. Item conſtitu-
tio, de relig. dom.* Tuſch. *dicta littera H, concl.*158.*num.*5.
& *concl.*159.*num.*24. *verſ. eadem omnia,* vbi ſicut Hoſpi-
tale cenſetur laicale quando inſtitutio hoſpitalarij ſine
Epiſcopo ſpectat ad laicos, vt etiam dixit Rom. *conſ.*477.
*n.*8.*verſ. Quantò:* ita dico ego à contrario ſenſu, quod ſi
Rector apponitur ab Epiſcopo, debet cenſeri auctorita-
te Epiſcopi conſtructum; hic enim eſt actus iuriſdictio-
nis, qui ab Epiſcopo exercetur, inſtituendo Rectorem
per Bullas patentes, & committendo Rectori admini-
ſtrationem Hoſpitalis; & tamen ad hoc vt Hoſpitale ſit
prophanum, requiritur non extare memoriam, quod
Epiſcopus in eo iuriſdictionem exercuerit. Federic. de
10 Senis *conſ.*130.*in princ.* Butr. *conſ.*19.*n.*19.*verſ. Ad nonam.*
Tuſch. *dicto conſil.* 159. *numer.* 24. Et propterea ſatis
conſtat dictum Hoſpitale eſſe religioſum, dum oſtendi-
tur Rectoris præſentationem ſpectare ad Communita-
tem, & inſtitutionem ad Epiſcopum. Tuſch. *dicta lit-
tera H, concluſ.* 161. *numer.*3. Rot. *diuerſ. deciſ.*725. *nu-
mer.*1. *p.* 1. Hoſpitale enim prophanum non poteſt ab
Epiſcopo impetrari: Butr. *in cap. inter dilectos, nu-
mer.*15. *ad finem de donat.* Idque ſatis adiuuatur ex eo,
quod ſolet viſitari ab Epiſcopo, & eius ordinatio- 11
nes obſeruantur, & quotannis redditur ratio admini-
ſtrationis miniſtris Epiſcopalibus, vt infrà etiam dici-
tur.

Non obſtant autem in contrarium adducta, & pri-
mò hîc non extare Eccleſiam, vel Campanile, & pro-
pterea Hoſpitale eſſe cenſendum merè laicale; nam reſ-
pondetur, quòd Campanile, & Eccleſia in hac materia
non conſiderantur tanquam cauſa efficiens loci religio-
ſi, ſed tanquam ſignum, quod in eo fundando inter-
uenerit Epiſcopi auctoritas: Caſtrenſ. *conſil.* 167. *in fi-
ne, lib.*2. Tuſch. *dicta concluſ.*159. *numer.*23. Benintend. 12
*dicta deciſ.* 13. *numer.* 4. 5. Ricc. *in prax. de alienat. rer.
Eccleſ. reſol.* 37. *numer.* 2. Ideò ſi ex aliis ſignis compre-
hendatur Hoſpitale eſſe fundatum cum Epiſcopi aucto-
ritate, id ſufficit ad conſtituendum locum religioſum;
quia id ſolùm requiritur ad *dict. cap. ad hæc, de relig.
dom.* & propterea non intereſt, quod non habeat Eccle-
ſiam, quia nihilominus dicetur locus religioſus, ſi fue-
rit Epiſcopi auctoritate fundatum, vt per Ant de Butr.
*conſil.*40.*numer.*2. Tuſc. *dict. concl.* 159. *numer.*15. & *con-* 13
*cluſ.* 161. *numer.* 3. vbi ad præſumendam auctoritatem
Epiſcopi ſufficere pro ſigno non ſolùm Altare, vel Cam-
panile, ſed etiam ſimilia ſigna, ſatis ſcriptum reperitur,
& hoc etiam pro ſigno, & coniectura poſuit Peregr. *de
immun. Eccleſ. cap.* 3. *numer.*66. & alternatiuè locutus eſt
Barboſ. *de offic. Epiſcop. p.*3.*alleg.*75.*numer.*3. ſed in caſu
noſtro ſatis conſtat prædictum Hoſpitale, tum ex præ-
dictis, tum ex infrà dicendis, fuiſſe fundatum auctori-
tate Epiſcopi: ergo non eſt curandum, ſi non adſit Ec-
cleſia; licèt enim Farinac. *dict. tract. de immun. Eccleſ.
capit.* 17. *numer.* 266. faciat mentionem de Eccleſia, &
quòd celebrentur in eo diuina officia, id tamen conſide-
rat tanquam ſignum auctoritatis Epiſcopi, de qua ſi
aliunde conſtet, ſatis erit, quia ſecundùm eum immuni-
tas Hoſpitalis conſiſtit in eo tantùm, quòd fuerit fun-
datum auctoritate Epiſcopali, ad textum *in d. cap. ad hæc,
de relig. dom.*

Nec enim in propoſito immunitatis refert, an adſit Ec-
cleſia, necne, quia ſufficit locum eſſe religioſum, quod
fieri poteſt abſque Eccleſia; etenim Bulla Gregoriana
tribuit immunitatem, vt vidimus, non ſolùm locis ſacris,
ſed etiam religioſis; & propterea Palatium Epiſcopi
etiamſi diſtet ab Eccleſia vltra quadraginta paſſus, &
nullum habeat Oratorium, tamen gaudet immunitate, vt 14
per Giurb. *conſ.*10.*n.*13. vbi de communi teſtatur, & mul-
tos allegat, & Dian. *moral. p.*4.*tract.*1.*reſol.*96. & ſimiliter 15
domus Seminarij. Propter quod de anno 1601. fuit reſti-
tutus quidam homicida domui furni Seminarij Neapo-
lis, qui ad eum confugerat, quia erat locus pius, & reli-
gioſus, provt narrat Prax. Archiep. Neap. *capit.*22.*ſub
num.*10. & ſequitur Peregr. *de immun. Eccleſ. cap.*4.*num.*67.
Bonac. *de leg. diſput.*3.*q.*7.§.2.*num.*7. *in fin.* Giurb. *conſ.*10.
*num.*12.

Deinde reſpondetur, quod immò dictum Hoſpitale ha-
bet Eccleſiam ei annexam in altum eleuatam, & cooper-
tam, licèt fabrica illius non fuerit perfecta, quod ſatis
eſſe videtur ad arguendum dictum Hoſpitale eſſe funda-
tum Epiſcopi auctoritate, quoniam fabrica illa fuit ad
huiuſmodi ſtatum perducta à Rectore eius, & de pro-
uentibus illius, cuius computa quotannis auctorizantur
ab Epiſcopo, propter quod auctorizata etiam cenſetur
dicta fabrica, quæ fieri non potuiſſet, ſi Hoſpitale eſſet 16
laicale, eo quod in eo non poſſit conſtrui Eccleſia, neque
cam-



panile, aut cæmeterium, vel altare, & ſi aliquod ex eis
ibi eſſet, præſumeretur auctoritate Epiſcopi erectum, vt
poſt Caſtr. *conſ.*167.*num.*4. *lib.*2. plenè Rom. *d. conſ.*477.
*num.*2. *& ſeqq.* pulchrè Tuſch. *d. concluſ.*158. *num.*9. &
quamvis dicta Eccleſia nondum ſit benedicta, neque in
ea fuerint celebrata diuina officia, tamen cùm ſit funda-
17 ta auctoritate Epiſcopi, gaudet beneficio immunitatis
Eccleſiaſticæ, per ea quæ tradit Giurb. *conſ.*10.*num.*2. Bo-
nacin. *de leg. diſp.*3.*quæſt.*7. §.2. *num.*2. qui tollit omnem
difficultatem, & nobis ſufficit hoc eſſe ſignum euidens,
quòd dictum Hoſpitale ſit publicum, & religioſum.

Quod autem ſit dictum Hoſpitale fundatum auctori-
tate Epiſcopi, probatur non ſolùm ex iure inſtituendi
Rectorem, & exigendi rationem ab eo, ſed etiam ex iu-
re viſitandi, cùm pluries fuerit viſitatum; quod eſt ſignũ,
hoſpitale eſſe Eccleſiaſticum, ſeu religioſum, quia de iure
communi Ordinarius non poteſt viſitare merè laicale:
18 Abb. *in cap. fin. de cenſ.* Tuſch. *littera H, concluſ.*161.
*num.*11. & licèt ex forma ſacri Conſilij Trident. *ſeſſ.*22.
*cap.*8. *de reformat.* poſſit Epiſcopus etiam laicalia hoſpi-
talia, etiam exempta viſitare tanquam loca pia, Gra-
tian. *diſcept.* 481. *numero* 15. 16. tamen id non facit
tanquam Ordinarius, ſed tanquam delegatus, vt per
Ludouic. *deciſ. quarta, num.*16. Tuſch. *dict. concluſ.*161.
*numero quinto*: hic autem Epiſcopus viſitauit auctorita-
te ordinaria, non delegata, vt ex libro viſitationum.
Ergo.

Hoc idem confirmatur, quia hoſpitale merè laicale
non eſt perpetuum, ſed manuale, & poteſt reuocari, & in
eo ſuccedunt hæredes tanquam in bonis hæreditariis,
nec eſt capax relictorum, vt poſt Calder. *conſil.*23. *de te-
ſtament.* Caſtrenſ. *conſil.*351.*lib.*1. inquit Tuſch. *pract. con-*
19 *cluſ. littera H*, *concluſ.*159. *num.*7. ſed ſemper obſerua-
tum fuit, quod iſtud Hoſpitale ſit capax legatorum, & de
facto ei fiant legata, & Rector illa capit; & dicere in terra
20 Saxolenſi quod iſtud Hoſpitale ſit reuocabile, & poſſit
ad nutum deſtrui, haberetur pro crimine inaudito: ergo
dicendum eſt eſſe locum religioſum Epiſcopi auctoritate
fundatum.

Non obſtat autem, quòd bona dicti Hoſpitalis ſoleant
alienari abſque ſolemnitate, quia id negamus non ſolùm
de iure, ſed etiam in facto; ſiquidem ex libro partitorum
Conſilij Saxolenſis, de anno 1593. & de anno 1604. die
10. Octobris, & 1605. die 21. Aprilis, & 1609. die 9. Iulij,
apparet pro alienandis quibuſdam dicti Hoſpitalis bonis
requiſitum fuiſſe conſenſum Vicarij Generalis Regij, &
beneplacitum Apoſtolicum, quòd eſt ſignum euidens, di-
ctum Hoſpitale eſſe fundatum auctoritate Epiſcopi, quo-
niam tunc eius bona prohibentur alienari ſine ſolemni-
tibus ſicut bona Eccleſiæ, non obſtante quacumque con-
21 ſuetudine: pulchrè Benint. *deciſ.*13.*num.*13. vbi quod ne-
que aliter poteſt conſuetudine introduci. Tuſch. *d. litte-
ra H*, *concluſ.*163. *num.*9. & *concluſ.*169.*num.*5. Macerat.
*deciſ.*14. *lib.*1. Farinac. *deciſ.*36. *ſub num.*1. *part.*1. & *de-
ciſ.*30. *num.*1. *part.*2. Ricc. *in prax. de alien. rer. Eccleſ.
reſol.*37. *num.*4.

Non obſtat, quod bona dicti Hoſpitalis ſubſint ga-
bellis, & collectis, quia reſpondetur reſpectu gabellarum
id penitus eſſe falſum, & quamvis fortè id aliquando fue-
rit prætenſum, tamen in libris partitorum dicti Con-
ſilij conſtat Epiſcopum Regij die 8. Martij 1609. ſcrip-
ſiſſe litteras, ne pro quibuſdam bonis dicti Hoſpitalis
permutatis ſolueretur gabella, & ſic factum fuit. Reſpe-
ctu verò collectarum, ſi loquimur de ordinariis, non eſt
dubitandum, quin non ſolùm bona Hoſpitalis, ſed etiam
Eccleſiæ ad ea teneantur, quia res tranſit cum onere ſuo.
22 Surd. *conſ.*262. *num.*3. Ferret. *de gabell. num.*403. Pacif. *de
Saluian. interd. inſpect.*3.*cap.*4.*num.*525. Ant. Dian. *de im-
mun. Eccleſ. part.*1.*tract.*2.*reſol.*39. Extraordinarias autem
negamus fuiſſe ſolutas, vel ſoluendas, nec conſtat de
aliqua ſolutione, quod eſt ſignum, locum eſſe religio-
23 ſum. Rom. *conſil.*477. *num.*9. *verſ. item ex bonis.* Valaſc.
*deciſ.*105. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. de alien. rer. Eccleſ.
reſol.*37. *num.*2. *in fin.*

Non obſtat, quod modica hoſpitalitas in eo ſeruetur;
quia ſi id verum eſt, accidit de facto, vel propter loci pau-
pertatem, vel peregrinorum exiguum concurſum: locus
tamen ſemper eſt paratus pro viribus ad recipiendos
pauperes; & propterea licèt pauci veniant, non tamen
locus ceſſat eſſe religioſus. Rot. Rom. *diuerſ. deciſ.*725. 24
*num.*12. *part.*1.

Quare concludendum eſſe cenſeo; dictum Hoſpitale
eſſe Eccleſiaſticum, & Epiſcopi auctoritate fundatum;
pro quo oſtendendo etiamſi à principio non appareret
interueniſſe Epiſcopi conſenſum, tamen poſtea viſitan-
do, & nihil prophanum inueniens, cenſetur approbare;
quod ſufficit, quia ſatis eſt, quod ex poſtfacto illius con-
ſenſus interueniat: Gratian. *diſc.*481.*num.*16. & per con-
ſequens gaudere immunitate Eccleſiaſtica, quod licèt ex
prædictis ſatis eluceſcat, tamen euidentiùs id probo ex 25
duabus aliis rationibus, & ſignis; ſiquidem certum eſt
Hoſpitale cenſeri Epiſcopi auctoritate erectum, ſi ha-
bet nomen alicuius Sancti ſibi appropriati, vt poſt Fe- 26
lin. & Menoch. tradidit Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. for.
Eccleſ. de alienat. rer. Eccleſ. reſolut.*37. *num.*2. *verſ. ter-
tiò*: ſed ſic eſt, quod dictum hoſpitale intitulatur ſub no-
mine Sanctæ Mariæ, & S. Georgij: ergo ceſſat omnis
ambiguitas.

Secundò ſciendum eſt, prædictum hoſpitale antiquitus
fuiſſe alio in loco fabricatum cum ſua Eccleſia, & cam-
panili, vbi ſolitum erat Miſſam celebrari, quod erat ſig-
num euidens fuiſſe Epiſcopi auctoritate erectum. Tuſch.
*d. littera H, concluſ.*158. *num.*9. eo autem deſtructo iſtud
fabricatum eſt cum Eccleſia, quæ nunc cernitur, licèt
imperfecta, ſic intrat in locum illius; videtur enim re-
nouatio hoſpitalis, non autem noua conſtructio: ergo
ſapit eamdem naturã, & eiuſdem debet eſſe rationis, quia
ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubroga-
tur, §. *fuerat, Inſtit. de action. l. filiæ,* §. *Titia, ff. de cond. &* 27
*dem. l. ſi eum,* §. *qui iniuriarum, ſi quis caut.* Crauet. *conſil.*425.
*num.*110. Riminald. Iun. *conſil.*112. *num.*148. ergo ſicut
illud erat religioſum, & immune à iuriſdictione ſæculari,
ita iſtud tale debet cenſeri, & relatum habeo ita de facto
ſeruatum fuiſſe, quia ex longa conſuetudine delinquentes
ad dictum Hoſpitale confugientes tanquam immunes ha-
biti ſunt à Curia ſæculari, & nunquam fuerunt ab illo
extracti.

Quibus ſtantibus pronunciaui dictum Camillum eſſe
reſtituendum Eccleſiæ, & eius immunitate gaudere, niſi
Curia ſæcularis doceat de crimine excepto in Bulla, à
quo tamen decreto appellauit fiſcus. Verùm melius co-
gnita veritate fiſcalis renunciauit appellationi, propter
quod dictus Camillus fuit conſignatus in fortiis Curiæ
Eccleſiaſticæ. Sed quia Curia ſæcularis cœpit agitare
aliud punctum, dicens, quod dictus Camillus non poterat
gaudere beneficio immunitatis, quia à tergo, & prodito-
riè interfecerat dictum Iacobum ſub titulo pacis viola-
tæ; ideò Camillus fuit retentus in carceribus nomine
Epiſcopi, & aſſignatus partibus terminus ad probandum
incumbentia, ſtante quòd proditoriè interficiens ali-
quem priuatur beneficio immunitatis, vt in Bulla Greg. 28
& tradit Bonacin. *de cenſ. in particulari, diſp.*2. *quæſt.*3.
*punct.*16.§.8. *num.*3. Farinac. *de immun. Eccleſ. num.*135.
136.137. vbi in fine ait eum dici proditorem, qui ſub pa-
ce facta alium interficit. Hîc autem de pace ſatis vide-
batur conſtare per tres teſtes, qui plenè de ea depoſue-
runt, vt in proceſſu: ergo, &c.

His tamẽ non obſtantibus cauſa benè vẽtilata, & pro-
bationibus vtriuſq; partis benè examinatis, cenſui dictum
Camillum eſſe reſtituendũ Eccleſiæ, & gaudere beneficio
immunitatis, ſiquidem ad extrahendũ reum ab Eccleſia, &
priuandum immunitate, non ſufficit quodlibet ſimplex
homicidium, vt latè per Farinac. *d. tract. de immun. cap.*7.
*n.*108. ſed requiritur quod ſit proditoriè, & appenſatè
com-

commiſſum, quod adeò verum eſt, vt fiſcus ſæcularis de-
beat plenè probare qualitatem delicti excepti in dicta
Bulla, ſi velit reum priuare immunitate Eccleſiaſtica, quia
qualitas tribuens iuriſdictionem debet plenè probari co-
ram iudice, qui cognoſcit de cauſa: ſic per textum in l. 2.
§. ſed ſi dubit. ff. de iudic. & Benintend. deciſ. 8. num. 3. tenue-
runt in hac materia Ambroſ. tract. de immun. Eccleſ. c. 11.
num. 4. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 80. 81. 82. la-
tè Farin. conſ. 76. num. 4. 5. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 168. n. 8. 9.
& ſeqq. lib. 2. idem Farinac. d. tract. de immun. Eccleſ. cap. fin.
num. 374. Giurb. conſ. 10. num. 24. Gratian. diſcept. for. lib. 4.
cap. 619. num. 18. 19. Bonacin. eod. tract. de immun. diſput. 3.
de leg. quæſt. 7. §. 7. num. 4. verſ. reſpondeo. Ricc. deciſ. collect.
1792. in fin. Ioan. Baptiſta Latrea deciſ. nou. Granatenſ. 29.
num. 18. Et ego aliàs plenè examinaui in vna Guaſtallenſi,
vbi auctoritates, & rationes latè deduxi, & comproba-
ui, & nunc addo Dian. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 38. &
part. 4. tract. 5. reſol. 112.

Hîc autem licèt conſtet de homicidio à tergo com-
miſſo, non tamen conſtat de qualitate proditionis, quia
inter dictum Camillum, & Iacobum præcedebat grandis
inimicitia, eo quod retroacto tempore dictus Iacobus
vulnerauerit grauiter dictum Camillum multis percuſ-
ſionibus ſanguinolentis, & eum debilitauerit in vna ma-
nu, qui idcircò diu ægrotauit, & poſt non breue tempus
vix reconualuit, & propptereà ſtante hac cauſa, de qua te-
ſtes vtriuſque partis clarè deponunt, euidens reſultat in-
ter eos inimicitia, propter quam licèt poſteà occiderit
dictum Iacobum incautum, non poteſt dici proditor,
quia inimicus, licèt interficiat ſuum inimicum per inſi-
dias, à retro, & incautum, non tamen dicitur proditoriè
31 feciſſe, eo quod ille præcauere debebat: ſic ex Bart. in l.
reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, tradunt Ambroſ. de
immunit. Eccleſ. cap. 6. num. 5. latè Farinac. eod. tract. tit. 9.
num. 143. vbi multos congerit, & teſtatur tunc doctri-
nam Bartoli fuiſſe admiſſam à Clemente VIII. Pont. Max.
de voto Cardinalium Burgheſij, & Plattiæ. Giurb. conſ. 20.
num. 14. 15. Gratian. diſcept. 380. num. 39. 40. & hoc idem
docent Bonacin. de leg. diſput. 3. quæſt. 7. §. 4. num. 14. & in
Bull. Cœnæ Dom. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 16. §. 8. num. 3. Peregr.
de immun. Eccleſ. cap. 7. num. 20. Dian. Moral. part. 4. tract. 1.
reſol. 34. vbi loquitur in caſu fortiori, quando etiam ini-
micus dediſſet fideiuſſorem de non offendendo inimi-
cum.

Non obſtat autem pax ex aduerſo deducta, & allegata
multis rationibus, & cauſis; & primò quia non ſatis pro-
batur, teſtes enim potiùs includunt tractatum pacis in-
ter dictum Camillum, & Iacobum, quàm pacem ipſam; &
qui videntur circa illam concludere, patiuntur varios de-
fectus, ex quibus eis tollitur fides, ſiquidem ſi placet lo-
qui de primo teſte pro fiſco examinato, qui eiuſdem eſt
etiam officialis, certè ex actis reſultat non eſſe teſtem in-
tegrum. Primò quia ſe facit mediatorem dictæ pacis, vt
32 per Tiraquell. de retract. conſang. in præfat. num. 26. Ga-
briel. de teſtib. concluſ. 20. num. 1. lib. 1. Benintend. deciſ.
61. numero quinto. Farinac. de teſtib. quæſt. 60. num. 406.
408. vbi teſtatur de magis communi, quod procedit
etiamſi proxeneta non fuerit ſalariatus, neque vllum re-
33 ceperit ex negotio emolumentum; quia adhuc non eſt
idoneus teſtis, propter affectionem, quam præſumitur ha-
bere erga cauſam, in qua fuit mediator. Gabriel d. concl. 20.
num. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1036. numero ſexto.
Farinac. d. quæſt. 60. num. 409. Honded. conſ. 52. num. 11.
lib. 1.

Deinde idem teſtis nihil probat, quia ſe oſtendit à di-
cto Camillo offenſum, dum inquit: *Sentei molto diſpiace-
re, che Camillo haueſſe ammazzato detto Giacomo, è vi man-
dai la gente à circondar l'oſpitale, & mi diſpiace, che coſtui
l'habbia ammazzato ſotto la pace fatta nanti di me.* Et rur-
ſus: *Mentono per la gola quelli, ch'anno fatto queſto capitolo.*
Etenim exinde videtur euaſiſſe inimicus dicti Camilli, &
ad tollendum ei de fide, ſufficit, quòd ſe putet offenſum,
vel ſe oſtendat non beneuolum, aut odioſum, ſeu non di-
ligentem eum, contra quem producitur, ad textum in c. in-
quiſitionis, de accuſat. & in cap. teſtes 3. quæſt. 5. Baiard. ad 34
Clar. in prax. quæſt. 24. num. 30. Maſcard. de probat. lib. 3.
concluſ. 1127. numer. 20. Farinac. conſil. 18. num. 20. in fin.
vbi additio littera T, & conſil. 60. num. 13. & 36. lib. 1. idem
Farinac. tract. de teſtib. quæſtion. 53. numero 30. 33.
53. 54. vbi concludit, quòd in criminalibus etiamſi
leuis ſit inimicitia, vel leue odium erga partem, 35
adhuc teſtis non eſt integer, & de eius fide multùm di-
minuitur.

Accedat, quòd idem primus teſtis dat in conteſtes
Morialem, & Bernabeum, & poſtea dicit: *Che Bernabeo fù
ſempre preſente al tutto, ne ſi partì prima foſſe fatta la pa-
ce*, vt in proceſſu, fol. 21. 62. 64. 65. Bernabeus verò contra-
rium dicit, quod immò paruam moram fecit, & diſceſſit
ante concluſionem, vt fol. 80. Item dictus teſtis deponit
fol. 65. *Io feci venire à poſta il Moriale.* At Morialis fol. 69.
74. dicit: *Non fuì ricercato à coſa alcuna, mà vi andai per
vna lettera.* Ex quibus videtur impoſſibile hoc teſtes con-
cordare ad effectum vt probent, & ipſe ſuſpectus reddi-
tur, dum dat in conteſtem illum, qui aliter deponit,
quàm ipſe fecerit; & ideò nihil probat: Alex. conſil. 91. 36
num. 17. in fin. lib. 4. Decian. conſil. 92. num. 51. lib. 2. Bur-
ſat. conſil. 69. num. 26. lib. 1. Bertaz. conſil. 234. numero 3.
lib. 2. pulchrè Farinac. conſil. 37. num. 24. lib. 1. Giouagn.
conſil. 44. num. 8. lib. 1. idem Farinac. de teſtib. quæſt. 65.
num. 274. vbi id verius eſſe teſtatur, & magis commune:
& num. 275. vbi id vult procedere præſertim ad effectum
probandi: latè, & pulchrè Giurb. conſil. 37. numer. 28. vbi
multos allegat. Et hæc contradictio etiamſi non eſſet
ſubſtantialis, maximè debet attendi in teſte ſuſpecto,
propter alias rationes. Cyriac. controuerſ. 150. numer. 57.
parte 1.

Et propterea concludendum eſt, dictum teſtem nullam
fidem facere, quia patitur plures defectus, vt ex prædi-
ctis vidimus, etenim teſtis, qui fortè alioquin eſſet ha-
bilis, vel aliquam fidem faceret, ſi plures patiatur defe-
ctus, omninò ei tollitur fides, etiamſi propter ſingulos
non poſſet repelli à teſtimonio, & admiſſus non probat,
etiam in caſu, in quo veritas per alios haberi non poſſet, 37
adeò vt nec faciat indicium, ad textum in cap. cùm nun-
cius, vbi Ant. de Butr. n. 2. de teſtib. Grammatic. conſ. 44.
num. 22. Marſil. conſ. 102. num. 12. Burſat. conſ. 439. n. 22.
lib. 4. Giurb. conſ. 91. num. 45. latè Farinac. de teſt. q. 62.
num. 80. & n. 381. 382. vbi infinitos congerit idem Fari-
nac. conſ. 88. n. 2. lib. 1. Rota diuerſ. deciſ. 126. n. 4. part. 3.
adeò vt hæc concluſio omnium conſenſu ſit recepta, &
maximè quia deponit de eo, quod ipſe geſſit cum alio.
Giurb. conſ. 91. n. 55.

Minùs pacem prædictam probat Morialis ſecundus
teſtis; tum quia eſt contrarius primo teſti, vt vidimus;
tum quia contradicit etiam Bernabeo tertio teſti, hic
enim fol. 20. inquit: *Non era alcuno meco*, ille verò fol. 73.
dicit: *Era ſeco vn contadino*: & propptereà cùm iſte ſit
contrarius primo, & tertio teſti, nullam fidem facit: Fa-
rinac. d. quæſt. 65. num. 274. & vt vidimus. Verumtamen
iſte quoque de mendacio manifeſtè conuincitur, dum fol.
70. inquit. *Non sò, ſe Bernabeo foſſe in camera, ne ſe appog-
giato di fuori alla fineſtra.* Et poſtea ſubiungit: *Sò però
che vedeua, è ſentiua il Signor Collonello, che diſſe meſſer
Giulio, &c.* ſi enim neſcit, vbi eſſet dictus Bernabeus,
quomodo ſcire poteſt, quòd viderit, & audierit? Vti-
que nulla fides adhibetur teſtibus impoſſibilia, incredi- 38
bilia, vel inueriſimilia deponentibus. Alex. conſ. 162.
num. 8. lib. 6. Dec. conſ. 448. num. 25. Rol. conſ. 73. n. 38.
lib. 2. Menoch. de arb. iud. caſ. 474. num. 59. Maſcard. de
probat. concluſ. 745. num. 17. Farinac. de teſtib. quæſt. 65.
num. 148. & conſ. 8. num. 61. lib. 1. Giurb. conſ. 91. num.
25. propter quod etiam iſte ſecundus teſtis excluditur à
fide.

Verùm multò faciliùs Bernabeus tertius teſtis repelli-
tur



tur à fide; hic enim ad pacem nihil probat, quia non de-
ponit de aliqua pacis concluſione, ſed de tractatu, qui
39 non ſolet attendi, cùm multa tractentur, quæ non per-
ficiuntur; & ſic nulla eſt fides huius teſtis, qui interfuit
tractatui, non autem concluſioni: Baldus in cap. final.
col. fin. de iur. calum. Alba conſ. 95. n. 5. pulchrè Surdus d.
conſ. 202. n. 5. Farinac. deciſ. crim. 187. n. 3. Ludouiſ. dec. 168.
num. 6.

Sed eſto, quòd iſti teſtes pacem prædictam plenè
concluderent, & probarent, nihilominus proditionem
non concludunt, quia deponunt de pace ſtabilita inter
dictum Camillum, & eius patrem ex vna, & Domini-
cum patrem dicti Iacobi parte ex altera, vt dicunt fiſci
teſtes, ſi illis aliquid credendum eſt; & concludunt ab-
ſentem fuiſſe dictum Iacobum, pro quo licèt Dictus Do-
minicus promiſerit, & pacem fecerit, quia tamen Iaco-
bus non ratificauit, nec conſtat vnquam ratum habuiſ-
ſe factum patris, pax non dicitur completa, ſed per-
ficienda, & propptereà ante ratificationem, ſi ipſe of-
40 fendat, vel offendatur, non dicitur proditor, vt ad rem
inquit Vulpel. in tract. de pace, quæſt. 9. & Dec. conſ. 531.
num. 10.

Benè verum eſt, & negari non poteſt, quin ſatis ardua
ſit hæc quæſtio: An quando pro abſente facta eſt pax,
antequam ipſe ratificet, ſi offendat, vel offendatur, di-
catur pax rupta. Et pro negatiua allegatur Bart. in l. ſi
41 vxor, §. ſi quis vxorem, num. 4. ff. ad l. Iul. de adult. qui
tamen nihil reſoluere videtur, cùm profiteatur quæſtio-
nem non examinare; Baldus verò in l. ſi filiusfam. 1. nu-
mer. 4. Cod. ad S.C. Maced. dubius videtur, & ponit ra-
tiones vtriuſque opinionis; ſed vltimò videtur adhære-
re affirmatiuæ opinioni, quòd fracta ſit pax; quia licèt
abſentes pacem non ratificauerint, tamen eorum ſtatus
eſt implicitus in pace; vnde non debuerunt timere in-
uadi, nec præcipiti feſtinantiâ offendi; & quicquid ſit,
quando abſens, & non ratificans offendit; tamen quan-
do principalis paciſcens offendit abſentem, pro quo pax
facta fuit, videtur poſſe æſtimari pacis fractor; quia of-
fendens eum, qui pacem non ratificauit, ſed ratificandi
poteſtatem habebat, dicitur omnino pacem fregiſſe, pen-
dente enim poteſtate ratificandi, nihil eſt innouandum,
42 niſi requiſitus ratificare recuſauerit, vt dixit Caſtrenſ.
in l. bonorum, num. 5. 6. ff. rem rat. hab. quem ſequitur Pe-
trin. Bell. de re milit. part. 10. tit. 2. num. 55. & hoc verius
exiſtimauit Farinac. de var. & diuerſ. crimin. quæſtion. 107.
num. 282.

Veruntamen non ſolùm magis communis, ſed etiam
verior eſt Doctorum ſententia in caſu propoſito, quod
ſiue offendat, ſiue offendatur ille abſens in pace com-
prehenſus, antequam pacem ratificet ille qui offendit,
etiamſi ſit vnus ex principalibus paciſcentibus, non di-
catur proditor, nec pacis violator; quia abſentes non
ſunt comprehenſi in pace actualiter, ſed tantum poten-
tialiter, & ſicut ipſe abſens ſine timore proditionis po-
teſt offendere alteram partem, etiam principaliter paciſ-
centem, nec tenetur pacem ſeruare ante ratificationem;
ita ſtipulator pacis debet poſſe vti eodem iure, vt ſecun-
dùm rationem, & naturam æqualitas ſeruetur, cùm non
ſit iuſtum, vt ille abſens interim ſit liber, & alij ſint ob-
43 ligati: ita tenere videtur Dyn. in dict. l. ſi vxor, §. ſi quis
vxorem, ff. ad l. Iul. de adult. à quo non videtur diſſen-
tire ibidem Bartol. licèt quæſtionem noluerit examina-
re: & ad eundem Dyn. ſe remittit Bald. in dict. l. ſi filius-
fam. numer. 4. in fine, vbi etiam Salicet. numer. 1. ad med.
verſ. Ex his infertur, Cod. ad Mecedon. pulchrè Dec. con-
ſilio 531. numer. 10. vbi ante ratificationem de vtraque
parte idem cenſet; quia ſi abſentes non ſunt interim
obligati, ita nec ipſi debent alios habere obligatos, &
loquitur in fortioribus terminis, quando Notarius ſti-
44 pulatus eſt etiam pro abſentibus. Marſil. ſingul. 337. ante
fin. verſic. Quid autem, pulchrè Pariſ. conſ. 78. num. 49.
lib. 1. vbi loquitur in iiſdem terminis noſtræ quæſtionis;
& quamuis ſtipulatio adfuerit per Notarium facta, idem
tamen ſentit, & concordat Socin. Iun. conſil. 103. nu-
mer. 15. in fine, libro 3. Curtius Iunior conſil. 52. numer. 13.
& conſil. 74. numer. 9. Gozad. conſil. 31. numer. 9. Bero. con-
ſil. 199. numer. 2. vſque ad numer. 8. lib. 3. vbi teſtatur de
magis communi, & tollit contraria, dicitque ab hac ſen-
tentia non eſſe recedendum in iudicando. Riminald. Iun.
conſil. 103. numer. 9. libr. 1. & conſil. 470. numer. 19. libr. 4.
latè Herculan. tract. de caut. de non offend. capit. 15. num.
1. 6. 7. 8. vbi plurimos allegat, & dicit contrarium non
procedere, niſi ſecuta ratificatione. Moron. de treg. & pac.
parte 2. quæſt. 20. numer. 3. in fin. Maſcard. de probat. concl.
1131. numer. 25. & concluſ. 1162. numer. 104. pulchrè vi-
dendus Honded. conſil. 97. numer. 10. 11. lib. 1. qui reſol- 45
uit omnia: ad rem Gratian. diſcept. 499. num. 15. Baiard.
ad Clar. quæſt. 47. numer 37. Maluaſ. conſil. 33. numer. 23.
latè Farinac. dict. quæſt. 107. numer 281. vbi multos alle-
gat, & teſtatur de magis communi. Vulpel. tract. de pac.
dict. quæſt. 9. vbi loquitur de patre, qui facit pacem pro
filio, & ait, quod filius ante ratificationem ſi offendat,
non dicitur proditor, quod etiam firmauit Tuſch. pract.
concl. litt. P, concl. 184. numer 1. vbi teſtatur de magis
communi, & num. 4. vbi loquitur in caſu, quando non
ratificans offenditur, vel offendit: ſequitur pulchrè
Guazzin. in tract. de treg. & pac. parte 1. quæſt. 12. num. 36.
vbi ſimiliter loquitur de patre faciente pacem pro filio,
& hi omnes ſentiunt ante ratificationem non poſſe dici
pacem fractam, niſi fortè quoad pœnam conuentiona-
lem, quando principaliter paciſcens promiſit de rato pro
abſente ſub certa pœna, cuius reſpectu aliqui admittunt,
pacem poſſe dici ruptam, ſi ante ratificationem abſens
offendatur, vt per Honded. dict. conſil. 97. numer. 14. quod
pro nunc non examino, & in his terminis dicendum
eſt, quod licèt pater poſſit quandocumque remittere in-
iuriam pro filio, & pacem pro eo facere, tamen id proce-
dit tantùm quoad pœnam paciſcentis conuentionalem,
non autem ad effectum violationis pacis, & obligandi
filium ante ratificationem, cùm non dicatur in pace com-
prehenſus antequam ratificet, nec poteſt cogi ad ra-
tificandum, & ante ratificationem nullum ius poteſt dici
ei quæſitum. Bero. conſ. 199. num. 2. verſ. Quibus tamen,
& num. 3. 4. 5. 6. 7. lib. 3. Vulpel. dict. tract. de pac. q. 8. n. 4. &
q. 9. Herculan. d. tract. de caut. de non offend. q. 15. n. 7. Tuſch. 46
d. concl. 184. num. 1. 3. Honded. eodem conſ. 97. n. 11. 13. 14.
pulchrè Guazz. dict. quæſt. 12. ad fin. vbi loquitur de pa-
tre promittente pro filio: hic autem pater non promi-
ſit de rato pro filio, ſed ſimpliciter pro eo fecit pacem:
ergo, &c.

Non obſtat igitur doctrina Caſtrenſis in dict. l. bono-
rum, ff. rem rat. hab. quam videtur ſequi Farinac. dict.
quæſt. 107. num 182. etenim poteſt primò reſponderi, ve-
ram non eſſe eius reſolutionem, quia cùm non quæratur
ius abſenti per ſtipulationem eius nomine factam ante- 47
quam ipſe ratificet, vt docuit ipſemet Caſtr. in conſ. 195.
num. 2. 3. lib. 2. Bero. dict. conſ. 199. num. 3. 4. lib. 3. Herculan.
dict. quæſt. 15. num. 7. non video quomodo ante ratifica-
nem agi poſſit vigore dictæ promiſſionis non acceptatæ
ad pœnam violatæ pacis, & propterea Caſtrenſem benè
improbat Bero dict. conſ. 199. num. 2. in fin. & num. 3. quid-
quid dicat Farinacius, qui non reſpondet huic funda-
mento, immò ipſemet Caſtrenſis in conſiliis diuerſimo-
dè ſenſit dicens, quòd ſi facta fuerit pax pro aliquibus,
& antequam illi eam ratam habeant, vnus ipſorum fue-
rit offenſus, pœna pacis ruptæ non dicitur commiſſa, 48
provt teſtatur Pariſ. d. conſ. 78. n. 49. lib. 1. vbi allegat di-
ctum Caſtrenſis conſilium.

Neque obſtat illa ratio, quòd abſens non fuerit requi-
ſitus ad ratificandum, & quòd interim nihil eſſet inno-
uandum; quoniam probãdum erat huiuſmodi requiſitio-
nem eſſe neceſſariam, quia nemo dicit, quod principa-
lis paciſcens teneatur requirere abſentem ad ratifican-
dum, ſed benè DD. tradunt modum extorquendi ratifi-

49 cationem intimando abſenti pacem, & cautionem datam, vt per Herculan. *dict. tract. quæſt.* 15. *ſub num.* 13. Verùm ſi principaliter paciſcens non curet vt abſens aduerſarius ſuus ratificet, quia fortè pœniteat eum, vel alia ratione habeat in animo reuocandi actum, vel non curet rem iſtam, quia fortè ſciat, quod ſicut aduerſarius ante ratificationem non ligatur, ita ipſe interim immunis eſt à promiſſis, nihil eſt, quòd requirat abſentem ad ratificandum, niſi quando ab eo vult extorquere ratificationem, vt obliget eum ad pacem ſeruandam; iſte enim eſt actus facultatis, non neceſſitatis. Exempla autem à Caſtrenſe adducta de appellante nomine meo, vt non poſſit renunciare appellationi, antequam ego ratificem, non feriunt caſum noſtrum, quia hîc non tractatur de illo principali paciſcente, qui fecit pacem pro abſente; ille enim fortè non poſſet reuocare actum; ſed ſermo eſt de *aduerſario*, qui cum eo ad ſtipulationem alterius in pace conuenit; iſte enim non videtur poſſe impediri, quin actum reuocet, vbi non adeſt iuramentum antequam abſens ratificet, eo quod ante ratificationem non ſit ei ius
50 quæſitum, vt per Caſtrenſ. *in d. conſ.* 195. *n.* 2. *lib.* 2. Grat. *diſcep.* 297. *n.* 29. 23. Herculan. *d. q.* 15. *n.* 7. Bero. *d. conſ.* 199. *num.* 3.

Secundò reſpondetur, quòd doctrina Caſtrenſis *in dict. l. bonorum, num.* 5. ſi vera eſſet, non poſſet intelligi, niſi de pœna conuentionali; dicit enim: *Quod ſi aliqua Communitas fecit pacem pro ſe, & adhærentibus cum promiſſione de non offendendo ſub pœna*, &c. Nam quando tunc principalis paciſcens promiſit de rato ſub certa pœna, & interim abſens offendit, tolerabile videtur quod pax dicatur rupta, quoad pœnam exigendam,
51 non quoad alios effectus, vt poſt Corn. & Pariſ. inquit Vulpel. *dict. tractatu de pac. quæſtion.* 9. Honded. *conſil.* 97. *numer.* 14. Guazz. *dict. quæſt.* 12. *num.* 36. qui alios allegat.

Tertiò reſpondeo, quòd doctrina Caſtrenſis procedit quando pars offenſa ſaltem ratificauit poſt offenſionem, vt ipſemet Caſtrenſis *in dict. l. bonorum, num.* 5. inquit dicens: *Et antequam adhærentes ratificent, offenduntur per alteram partem, poſteà ratificant*, & ita eum intelligit Bero. *in dict. conſ.* 199. *num.* 6. *verſ. Prætereà, lib.* 3. ſed ſic eſt, quòd in caſu noſtro Iacobus non ratificauit pacem, neque ante, neque poſt offenſionem: ergo non poteſt dici pax rupta, nec Iacobo ius vllum acquiſitum. Verumtamen etiamſi poſteà ratificaſſet, nihil prodeſſet ratificatio ad effectum de quo quærimus, quia ratificatio debet fieri re integra, & rebus in eodem ſtatu manenti-
52 bus, vt per Caſtrenſ. *dict. conſ.* 195. *num.* 3. Herculan. *dict. tract. de caution. q.* 15. *n.* 12. vbi multos allegat: Farinac. *d. quæſt.* 107. *num.* 178. Gratian. *diſcept.* 499. *num.* 15. & ſic verè nullo modo poteſt obſtare Pauli Caſtrenſis doctrina, mortuo dicto Iacobo ante ratificationem, vt per Grat. *diſcept.* 573. *n.* 28. & iure merito, quia æqualitas debet ſeruari vtrimque, adeò vt ſicut non ratificans poteſt interim me offendere ſine periculo pacis violatæ, ita id mihi non debet eſſe vetitum, ne ad imparia iudicemur:
53 Dec. *d. conſ.* 531. *n.* 10. Pariſ. *d. conſ.* 178. *num.* 49. Maron. *d. q.* 20. *n.* 3. Maſcard. *d. concl.* 1162. *n.* 104. Honded. *d. conſ.* 97. *num.* 11. *lib.* 1.

Denique dato etiam, quod Iacobus pacem ratificaſſet, & de hoc nullum eſſet dubium, adhuc tamen dictus Camillus non dicitur pacis violator, licèt interfecerit dictum Iacobum; id enim fecit ex noua cauſa ſuperueniente; quoties autem quis ex noua cauſa paci contrauenit, vel cautioni, non habet locum pœna pacis viola-
54 tæ, in qua intelligitur ſemper clauſula, *rebus ſic ſtantibus*. Sic per doctrinam Bartol. *in l. aut facta, §. inter locatorem, ff. locati*, tenent, & docent. Bald. Caſtrenſ. Roman. Alex. Decius, Abbas Butr. Socin. & alij, de quibus Herculan. *dict. tract. de caut. quæſt.* 13. *num.* 3. vbi dicit, quòd hæc eſt veritas, & Maſcard. *de probat. dict. concl.* 1162. *num.* 6. & & *num.* 104. Clar. *in prax. §. fin. quæſt.* 47. *verſ. Quæro nunc*, vbi Baiard. *num.* 49. Farinac. *dict. conſ.* 30. *num.* 1. *littera P*, & *d. q.* 107. *num.* 403. vbi infinitos congerit, Vulpel. *d. tract. de pac. q.* 45. *n.* 2. 3. 4. Honded. *d. conſ.* 97. *num.* 24. Guazzin. *eodem tract. parte* 1. *q.* 44. *n.* 1. latè Caball. *reſolut. crim. caſ.* 101. *n.* 11. *& multis ſequentibus*. Bonacina *in Bullam Cœnæ Domini, diſputat.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. §. 8. *num.* 5. Iac. Cancer. *var. reſol. parte* 2. *cap.* 11. *num.* 6. 7. *ſub tit. de pace*.

Quæ adeò vera ſunt, vt à pœna violatæ pacis, & proditionis excuſet etiam leuis cauſa ſuperueniens, dummodo ſit aliquo modo colorata, & talis, quæ poſſit ad 55
iracundiam prouocare, non tamen affectata: Alexand. *conſ.* 117. *n.* 17. *lib.* 4. pulchrè Herculan. *d. q.* 13. *num.* 10. 11. vbi ponit cauſas excuſantes, inter quas enumerat deri- 56
ſum, & tactus cum cubito. Maſcard. *d. concl.* 1162. *num.* 13. Honded. *d. conſ.* 97. *n.* 33. Farinac. *d. q.* 107. *n.* 460. 464. 466. Vulpel. *d. tract. q.* 48. *n.* 2. 7. latè Caball. *d. reſol.* 101. *n.* 17. 18. 19. Guazzin. *dict. tract. p.* 1. *q.* 44. *num.* 2. 22. Bertaz. *conſ. crim.* 245. *num.* 51. vbi inquit ſatis eſſe tale præceſſiſſe, 57
quod prouocet ad iram, quoniam primi motus non ſunt in noſtra poteſtate. Grammat. *conſ.* 56. *n.* 17. Barz. *dec.* 182. *num.* 9.

Hîc autem ſatis iuſtificata remanet noua cauſa, propter quam dictus Camillus videtur prouocatus, & inductus ad offendendum dictum Iacobum; nam vnus teſtis pro ea ſatis clarè deponit in proceſſu, *folio* 23. dicens; *Giacomo corſe dietro à Camillo dandoli vn vrtone, & d'vn braccio nelle coſte, ingenocchiandoſeli vicino, armato di cortella, mettendoſi à guardarlo, & à ridere con compagni.* Et rurſus *folio* 85. *Finita la meſſa nell' vſcire di Chieſa gli andò dietro, e li diede vn' altro vrtone dall' Altare di San Tomaſo.* Et alter teſtis, *folio* 105. 106. ait: *Giacomo accompagnato da altri ſubdito, che Camillo fù in Chieſa vi venne dietro, & le paſsò auanti ingenocchiandoſeli vicino due ò tre paſſi, armato di cortella mettendoſi à guardare, & à ridere con compagni.* Quibus adminiculantur depoſitiones aliorum teſtium, ſcilicet quarti, quinti, & ſexti, dicentium: *Hauer ſentito dire publicamente in piazza, oue erano molte perſone per publica voce, è fama, che Giacomo il giorno di San Georgio in Chieſa riſe dietro à Camillo, è lo beffaua, & le diede vn vrtone.* Nec refragatur vnus teſtis fiſci dicens, prædicta non vidiſſe, quia nihil probat, cùm poſſit eſſe, quòd prædicta non viderit, & tamen vera ſint. *l. non hoc, C. vnde legit.*

Quo facto, ſtante noua cauſa ſatis remanet probata, exinde enim dictus Camillus grauiter offenſus, potuit facilè prouocari ad iracundiam, cùm videret ſe irrideri, & vrtari, hæc enim omnia pro iuſta cauſa noua conſiderantur à DD. & loquuntur etiam in ſpecie de vrtata 58
cubitali, & de tactu in veſtibus, provt videre eſt apud Herculan. *dict. quæſt.* 13. *ſub num.* 11. Maſcard. *dict. concl.* 1162. *num.* 67. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 100. *num.* 9. Farinac. *dict. quæſt.* 107. *num.* 497. vbi loquitur de vrtata. Guazz. *d. q.* 44. *n.* 24. *ad medium.* Cancer. *var. reſol. p.* 2. *c.* 11. *n.* 8. 9. *& ſeqq.*

Et ſuppoſito huiuſmodi facto prouocatorio facile eſt præſumere nouam cauſam in offendente; in dubio enim, qui offendendo contrauenit paci, vel cautioni, præſumi- 59
tur ex noua cauſa contraueniſſe, ne cautio, vel pax cenſeatur rupta: Baldus *in l. ſi prædium, Cod. de ædilit. act.* Alex. & Iaſ. *in l. qui ſeruum, ff. de verb. oblig.* Marſil. *in pract. §. aggredior, num.* 85. Herculan. *dict. quæſt.* 13. *n.* 7. 8. 9. Farinac. *dict. quæſt.* 107. *num.* 432. Guazz. *dict. tract. p.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 1. vbi multos allegat. Caball. *dict. reſol.* 101. *num.* 20. 33. Cancer. *dict. cap.* 11. *num.* 31. Vnde non eſt neceſſe, quòd noua cauſa plenè probetur, ſed ſatis eſt, quod ſemiplenè, & per coniecturas, aut præſumptiones fiat probatio, vt per Alexand. *conſil.* 115. *col. fin. lib.* 4. Hercul. *dict. quæſt.* 13. *num.* 12. Maſcard. *dict. concl.* 1162. *num.* 71. 72. 73. Farinac. *dict. quæſt.* 107. *numer.* 435. 437. Caball. *dict. reſol.* 101. *num.* 31. Honded. *dict. conſ.* 97. *n.* 29. *lib.* 1. Guazzin. *dict. quæſt.* 45. *num.* 6. 7. qui rationes, & aucto-



ritates adducunt; hîc autem videtur potiùs adeſſe plena probatio, ſtante depoſitione duorum teſtium de viſu, & aliorum de publica voce, & fama.

Si igitur videtur concludendum, quod dictus Camillus malè quidem fecerit interficiendo dictum Iacobum, & ſit puniendus pœnis iuris communis pro exceſſu, non
61 tamen poteſt dici pacis violator, Caball. *reſolut.* 101. *n.* 55. quia ex noua prædicta cauſa irriſionis, & vrtatæ cubitalis fuerit intenſo dolore præuentus, ita vt non habuerit mentis plenitudinem, ad textum *in l. quidquid calore*, vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur.* Honded *conſ.* 104. *num.* 29. *lib.* 1. & propterea ex iſta noua cauſa eſt excuſandus à pœna violatæ pacis, vt proditor dici non poſſit. Vulpel. *d. tract. de pac. quæſt.* 9. Alia poſſent conſiderari ad eius fauorem; ſed quia hæc ſatis, & abundè ſufficiunt ad excludendum homicidium proditorium, ideò ea miſſa faciam.

Vnde his benè penſatis, & ruminatis iudicaui dictum Camillum eſſe capacem immunitatis Eccleſiaſticæ, & eſſe remittendum ad Eccleſiam, de quo etiamſi dubius fuiſſem, adhuc oportebat me idem pronunciare, quia in dubio fauendum eſt immunitati Eccleſiaſticæ, non ſo-
62 lùm ab Eccleſiaſticis, ſed etiam à Principibus, & miniſtris ſæcularibus, vt per Giurb. *de conſ.* 10. *num.* 25. & dixit Senatus Granatenſis *d. deciſ.* 29. *n.* 6.

His ſic firmatis iterum poſitum eſt in controuerſiam, an ab huiuſmodi ſententia liceat appellare, eò quod Bulla Gregoriana dicat appellatione poſtpoſita reum eſſe conſignandum foro ſæculari; certum eſt enim à ſententia Epiſcopi declarantis reum non gaudere Eccleſiæ im-
63 munitate, non dari appellationem vigore dictæ Bullæ: Farinac. *conſil.* 168. *num.* 67. *in fin. lib.* 2. & *in append. de immun. Eccl. cap.* 22. *n.* 372. Mar. Ital. *eod. tract. c.* 6. §. 1. *num.* 83. Guazzin. *de defenſ. reor. lib.* 1. *defenſ.* 1. *c.* 31. *n.* 6. 11. Peregr. *de immun. Eccl. c.* 16. *n.* 33. Dian. *mor. p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 97. *in fin.*

Sed difficultas eſt, an idem dicendum ſit, quando fertur ſententia in fauorem rei, vt debeat reſtitui Eccleſiæ, an tunc liceat fiſco ſæculari à tali ſententia appel-
64 lare; & ſanè pro fiſco facit, quia Bulla prædicta videtur in eius fauorem facta, & propterea non debet extendi, vt proſit etiam reo, vt concludere videtur Farinac. *d. c.* 22. *num.* 372.

Verumtamen nimis durum eſt, & abſonum dicere, quod reo denegetur appellatio, fiſco autem permittatur; quia reus, & actor non debent ad imparia iudicari, & propterea meliùs dicendum eſt, neque licere fiſco appellare, quando pro reo fertur ſententia, vt in terminis inquit Peregr. *in d. tract. de immunit. Eccleſiæ, cap.* 16. *num.* 33.

Cuius ſententia eſt non ſolùm iuſta, ſed etiam honeſta, & plena æquitatis, adeò vt Pontifex in dicta Bulla cenſeatur multò magis prohibuiſſe fiſco appellare, cuius partes ſunt odioſæ, rei autem fauorabiles; & ideò direxit verba ad fiſcum, quia magis erat dubium, an reus poſſet appellare, quando contra eum pronunciatur. Nam ſi contingat reum abſolui, minùs dubium erat fiſco non licere appellare; tum quia ipſe non ſolet à ſententiis contra ſe latis appellationem interponere, vt per Farinac.
65 *in prax. quæſt.* 101. *num.* 32. Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *limit.* 49. *num.* 2. tum quia remota appellatione pro vna
66 parte, cenſetur etiam remota pro alia: Magon. *deciſ. Lucenſ.* 58. *num.* 3. Farinac. *d. quæſt.* 101. *num.* 34. Scacc. *d. lim.* 49. *num.* 3. Ruginell. *de appell.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 8. & *num.* 230. provt ſic aliàs obtentum fuit in vna Guaſtallenſi.

Non obſtat autem Farinac. *d. c.* 22. *n.* 372. dum primo loco dicit hanc Bullam eſſe factam in fauorem fiſci, quia ibi ſolùm probat non licere reo appellare: an autem id fiſco permittatur, ipſe non decidit, neque abſolutè admitto, dictam Bullam fuiſſe factam in fauorem fiſci, quia
67 potiùs compilata fuit in fauorem immunitatis Eccleſiæ, & continet multa ſpecialia, quæ reſpiciunt fauorem reorum, propter quod multi Principes ſupplicauerunt Paulum Quintum P. Max. pro moderanda dicta Bulla, vt deſumitur ex Dian. *mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 97. vbi allegat Regentem Conſtantiam in ſupplicatione ad Paulum Quintum pro moderanda Bulla Gregorij XIV. propter quod dicta Bulla videtur continere mixtum fauorem rei, & fiſci, ſingula ſingulis congruè referendo.

Minùs obſtat Farinac. *d. cap.* 22. *n.* 372. *verſ. Nec facit*, vbi magis accedere videtur ad punctum, dum quærit, an liceat fiſco appellare à decreto Epiſcopi pronunciantis reum non eſſe ab Eccleſia extrahendum. Nam eò loci Farinacius aliam quæſtionem determinat, an ſcilicet fi- 68
ſcus debeat recurrere ad ſuos laicos ſuperiores; & determinat potiùs eſſe recurrendum ad Superiores Eccleſiaſticos, nec mirum, quia ſemper appellandum eſt ad Superiores iudicis, qui ſententiam tulit. Sed hic non eſt caſus noſter, quia non verſamur in decreto de extrahendo reo ab Eccleſia, cùm à principio cauſæ fuerit extractus, & pendente proceſſu in carceribus cuſtoditus, ſed verſamur in decreto de reo reſtituendo Eccleſiæ, à quo fiſcus non poteſt appellare. Peregr. *d. c.* 16. *n.* 33.

Hoc punctum tetigit etiam Dian. *d. tract.* 1. *reſol.* 95. *in fin.* Sed ita ſuccinctè, vt vix colligi poſſit, quid ſentiat. Nam videtur tenere cum Peregr. *d. c.* 16. *n.* 33. non licere fiſco appellare; ſed cùm poſtea dicat Farinacium dicto loco conſentire cum Bonac. *de leg. diſput.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 7. *num.* 11. dubium relinquit, in qua ſententia reſideat, quia verè Bonacina in meo libero de hac quæſtione nullam facit mentionem, quomodo autem Farinacius intelligendus ſit, etiam iam vidimus, & propterea puto non eſſe recedendum ab illa ſententia Peregrini, alioquin ſi fiſco liceret appellare, cauſa rei protraheretur in infinitum, & nimis oneroſum eſſet cauſas huiuſmodi defendere, cùm fiſcus ſit durus aduerſarius.

Benè verum eſt, quod ſi fortè notoriè conſtaret de iniuſtitia, & iniquitate ſententiæ Epiſcopi, ſeu eius Vicarij, tunc vtique tam reo, quàm fiſco non eſſet deroganda appellatio, ſi ita tamen videretur eius Superiori. Nam remota appellatione, tamen non prohibetur appel- 69
latio à ſententia notoriè iniqua. Bald. *conſil.* 141. *num.* 8. *verſic. Item quando, lib. primo.* Dec. *conſil.* 49. *num.* 3. Alexand. *conſil.* 77. *num.* 17. *lib.* 3. Tuſch. *littera A, concluſ.* 400. *num.* 5. & 22. ad rem Mar. Ital. *dict. tract. cap.* 6. §. *primo, num.* 84. 85. Quod adeò verum eſt, vt etiamſi reus fuerit cum effectu traditus foro ſæculari, nulla interpoſita appellatione, & poſtea conſtet iudici laico iniuſtam fuiſſe Epiſcopi ſententiam, eo quòd non conſtet verè de qualitate criminis excepti, adhuc tenetur iudex laicus talem reum reſtituere Eccleſiæ, quia illi debita eſt immunitas, & re integra debet illi ſeruari, vt nouiſſimè tenet Ant. de Marinis *reſol. quotid. lib.* 1. *cap.* 175. *num.* 2. *& ſeqq.* & Regens Conſtant. *in d. ſup-* 70
*plicat. ad Paulum Quintum, num.* 50. & poſt eos Dian. *d. reſol.* 97. vbi videre potes, & ſecundùm prædicta cenſeo eſſe ſeruandum in vtroque foro, etiam conſcientiæ; & caueant miniſtri, ne calumnioſè interponant appellationes ad protrahendas cauſas pauperum carceratorum, quia de omnibus reddituri ſunt rationem; & ſi calumnioſè faciant, graue erit peccatum. Et ita, &c. Saluo, &c.

CAPVT

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

# CAPVT CXVII.

## EPITOME.

Maledictio paterna quos effectus producat, & quando pater poſſit cogi ad emancipandum filium, & priuari vſufructu bonorum eius aduentitiorum.

## SVMMARIVM.

1 *Pater eſt vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij.*
2 *Pater tenetur alere filios congruè iuxta ſuum ſtatum, & conditionem.*
3 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
4 *Pater an priuetur vſufructu bonorum filij ob ſecundas nuptias.*
5 *Pater poteſt cogi ad filium emancipandum, ſi eum malè tractat.*
6 *Emancipare filium cogitur pater ob iniuriam atrocem.*
7 *Filius quando cogat patrem ad eum emancipandum.*
8 *Filius tenetur patienter ſuſtinere iniurias patris, & quomodo.*
9 *Filius debet impetrare veniam, ſi velit cogere patrem ad emancipationem.*
10 *Pater ſolet lætari magis de commodo filij, quàm proprio.*
11 *Pater cenſetur fatuus, qui non laborat pro filio.*
12 *Maledictio paterna eſt maximum malorum.*
13 *Maledictio parentum eradicat domos filiorum.*
14 *Imprecationes parentum ſæpe nocent filiis etiam immeritis.*
15 *Parentum maledictiones ſæpe ad effectum perducuntur.*
16 *Matris impiæ laqueo ſe ſuſpendentis exemplum occaſione maledictionis in filios.*
17 *Maledictio paterna eſt res perhorreſcenda.*
18 *Inſtitutio filij facta cum maledictione valet.*
19 *In claris non eſt locus coniecturis.*
20 *Pater expellens filium de domo, dicitur eum malè tractare, & cogitur emancipare.*
21 *Pater priuatur patria poteſtate filium exponens.*
22 *Maledicens filium videtur velle lacerare eius corpus, & animam.*
23 *Pater exhæredans filium videtur facere rem furioſi.*
24 *Pater denegans filio alimenta, priuatur patria poteſtate.*
25 *Patria poteſtas debet in pietate conſiſtere.*
26 *Filius ex quibus cauſis poſſit cogere patrem ad eum emancipandum.*
27 *Filius maledicens patri poteſt exhæredari.*
28 *Maledictio eſt peccatum mortale.*
29 *Filius quando poſſit petere alimenta extra domum patris.*
30 *Nouerca præſumitur odio habere priuignum.*
31 *Pater emancipando filium retinet dimidium vſusfructus eius bonorum.*
32 *Pater coactè filium emancipans perdit vſumfructum.*
33 *Emancipatio coacta non eſt beneficium.*
34 *Filius præponitur patri, ſi iuſtam foueat cauſam.*
35 *Filij debent obedire parentibus.*
36 *Parentes non debent prouocare filios ad iracundiam.*
37 *Pater tranſiens ad ſecundas nuptias mutat affectionem erga filios primi matrimonij.*

IN vna Placentina requiſitus fui, quid ſentiam in caſu
non leuis conſiderationis, licèt rariſſimæ contingen-
tiæ. Titius habuit duos filios ex vnica vxore, quorum al-
teri relicta fuit hæreditas ſatis opulenta à conſanguineo
collaterali cognato, cuius vſumfructum obtinuit pater
vigore patriæ poteſtatis, iuxta terminos *l. cùm oportet,* 1
*C. de bon. quæ liber.* ſed defuncta priori vxore Titius ſuper-
induxit nouercam, ex qua alios progenuit filios, quo
facto ille filius nomine Sempronius domum patris eſt
egreſſus cum eius licentia, vt militiæ, & bonis artibus
incumberet, & cùm genitor tenuiſſima, & ſæpe nulla
ſubminiſtraret alimenta, filius ad conſeruandam ſuam
dignitatem legitimè petiit congrua alimenta, pro qui-
bus miniſterio iudicis certa executione facta pater ira
percitus multas contumelias protulit in filium, & animo
deliberato poſtea ſubiunxit dicens: *Và, che io ti maledico
nel nome del Padre, del Figlio, & dello Spirito Santo*; &
imprecatus ei multa mala, & poſtea vitauit eius conſor-
tium. Quæritur, an propter talem iniuriam ſine legitima
cauſa illatam dictus Titius ſit ipſo iure priuatus, vel poſ-
ſit aliquo modo priuari dicta hæreditate.

Pro cuius quæſtionis reſolutione dixi vtique dictum
Titium ſe geſſiſſe impiè contra eius filium eum maledi-
cendo ita ſolemniter, & deliberatè ſine alia iuſta cauſa;
cùm certum ſit parentem teneri alere filios non tanquam
feras, & canes, ſed decenter, & congruè, iuxta ſuum
ſtatum, & conditionem, ad textum *in l. tutor ſecundùm* 2
*dignitatem, in princ. ff. de adm. tutorum, l. ſi cui, ff. de ann.
leg. l. Mela, l. pen. ff. de alim. & cibar. legat.* Tiraq. *tract.
de Nobil. cap.* 20. *num.* 143. Cordub. *in l. ſi quis à liberis,
§. ſed ſi filius, num.* 43. *ff. de liber. agnoſc.* vbi multos allegat.
Surd. *de alim. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 1. 2. & *tit.* 9. *q.* 39. *n.* 3. & propte-
rea Titius exinde non habuit iuſtam cauſam ſic malè tra-
ctandi eius filium.

Verùm an propter hoc ſit priuatus vſufructu bonorum
aduentitiorum filij, non habemus legem, quæ hoc ex-
preſſim dicat, aut diſponat, & erubeſcimus ſine lege lo- 3
qui; §. *conſideremus, in Auth. de trient. & ſemiſſ. leg. fin.
C. de conſul. lib.* 12. *l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell.*
propterea non eſt dicendum, quod ipſo iure priuatus re-
maneat vſufructu dictæ hæreditatis.

Neque recurrendum eſt ad ſecundas nuptias, quia pa-
rentes ad eas conuolando non amittunt vſumfructum bo-
norum aduentitiorum filij. Benè verum eſt, quod pater
in caſu ſecundi matrimonij redditur ſuſpectus filiis prio-
ris vxoris, & tenetur ſatiſdare eis, ſi petant de vten-
do, & fruendo arbitrio boni viri, ſalua rerum ſubſtan- 4
tia, & de reddenda ratione adminiſtrationis, ad textum
*in leg. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt.* Caſtr.
*conſ.* 455. *ad fin. lib.* 2. Arius Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *nu-
mer.* 31. 75. *C. de bon. matern.* Tuſch. *littera P, concluſ.*
125. *num.* 19. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 88. *num.* 35.
ſed ex hoc capite non poteſt priuari vſufructu bonorum
filij.

Vnde neceſſe eſt confugere ad alia remedia, & puto
animaduertendum eſſe, quod filij exiſtentes ſub patria
poteſtate poſſunt cogere patrem ad eos emancipandum,
ſi, & quando illos malè tractat, & contra pietatem pa- 5
ternam, prout probat textus *in leg. Diuus, ff. ſi quis à
patr. fuer. manumiſſ.* gloſſa *in §. fin. in verſ. pen. Inſt. qui-
bus mod. ius patr. poteſt. ſolu.* pulchrè Raph. Raym. Cu-
man. *in conſ.* 83. *ſub num.* 1. *verſ. inſpectis cauſis*, Soc. *in
tract. reg. & fallent. reg.* 286. *verb. Pater*, *num.* 4. Cæpol.
*cautel.* 115. *num.* 2. ad rem Farinac. *de var. ac diuerſ. crim.
quæſt.* 105. *n.* 141. vbi poſt Nicaſium dicit, quod propter
atrocem iniuriam parentes coguntur emancipare filios, 6
& cum ſupradictis concordant Aſcan. Clemens *in tract.
de patr. poteſt. cap.* 1. *num.* 13. & *cap. vlt. num.* 91. Menoch.
*de arb. ind. caſ.* 138. *num.* 4. Surd. *in tract. de alim. tit.* 7. *q.* 14.
*num.* 3.



7 *num.* 3. & *tit.* 8. *priuileg.* 65. *num.* 42. & *tit.* 9. *q.* 20. *num.* 43.
qui omnes concludunt cogendos eſſe parentes ad eman-
cipandum filios ob graues iniurias eis illatas à genitori-
bus, qui illos habent in poteſtate, quia abutuntur iure
parentum.

Licèt enim dici ſoleat, filium teneri ſuſtinere patienter
omnia verba, quantumcumque iniurioſa in ſe à patre
8 prolata, ad textum *in l. Prætor edixit, §. prætereà,* vbi Ang.
*num.* 3. *ff. de iniuriis,* tamen id procedit, ſi vellet experiri
actionem iniuriarum, quia hæc non cadit inter ipſum, &
patrem hoc modo, ſed non procedit quoad effectum co-
gendi parentem ad emancipandum filium, prout verè
cogi poteſt ſtante graui iniuria, & intolerabili, ſic per eum
filio illata, vt benè ſic rem declarat Aſcan. Clem. *in dict.
tract. de patr. poteſt. c.* 1. *n.* 13.

Benè verum eſt, quòd filius non poteſt deuenire ad
hanc petitionem emancipationis, niſi priùs impetrata
9 venia à Principe, vel à iuſdicente, iuxta terminos *l.* 1. & 2.
*C. de in ius voc.* prout ſic in terminis ad rem noſtram di-
xerunt Raph. Cuman. *d. conſ.* 83. *n.* 2. *in fin.* Cæpol. *d. cautel.*
115. *n.* 2. *in fin.*

Stante igitur hoc fundamento videndum eſt, an pater
ita ſolemniter, & deliberatè ſine iuſta cauſa maledicendo
filium, dicatur eum malè tractaſſe, & contra pietatem? Et
10 ſanè res videtur clariſſima, cùm pater ſoleat diligere filios
pluſquam ſeipſum, & magis lætari de eorum bono,
quàm de propriis commodis, vt inquit Plato 11. *de legib.*
Surd. *deciſ.* 107. *num.* 4. Chriſtophor. Martius Medices
*deciſ.* 5. *num.* 11. adeò vt fatuus cenſeatur pater, qui pro
11 ſalute filij non laborat. Decian. *conſ.* 40. *n.* 14. *lib.* 1. Medic.
*d. deciſ.* 15. *n.* 10. Ideò pater ſic maledicendo filium tam
iniuſtè non facit opus pietatis, ſed impietatis, quia ma-
ledictio eſt maximum malorum, quæ parentes poſſunt
12 inducere ſuper filios, prout probatur multis locis ſacræ
Scripturæ, & aliquibus auctoritatibus, etenim habetur
in ſacra Geneſ. *cap.* 9. dum Patriarcha Noë maledixit
Cham filium ſuum ſibi illudentem, dixiſſe: *Maledictus
Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Et hinc eſt,
quod de hac re ſimili valde timebat Iacob, vt in eadem
Geneſ. *cap.* 27. dum perſuaſionibus matris ſe parabat ad
ſurripiendam Eſau fratri ſuo benedictionem paternam,
& dicebat genitrici ſuæ: *Timeo, ne inducam ſuper me ma-
ledictionem pro benedictione.*

Et iuremeritò ſic timebat, quia talis maledictio eſt
magnum malum, & fertur habere vim cuiuſdam malefi-
cij; ſicut enim benedictio parentum firmat domos filio-
13 rum, ita maledictio eradicat fundamenta, vt habetur in
Eccleſiaſtico, *cap.* 3. adeò vt huiuſmodi imprecationes
quandoque noceant filiis etiam immeritis, vt inquit
D. Gregor. *lib.* 1. *dial. c.* 33. & huius maledictionis filij me-
14 minit etiam D. Petr. *epiſt.* 2. *cap.* 2. tanquam de re valde
mala; experientiâ enim compertum eſt tales maledictio-
nes, & imprecationes Deo permittente aliquando ad ef-
fectum perduci, & ingentia producere mala, vt videre
15 eſt apud Martin. Delrium *diſq. Magic. libr.* 3. *q.* 7. *ſect.* 2.
vbi etiam narrat caſum impiæ matris, quæ habens decem
filios, & ab vno malè tractata, ſuadente diabolo maledi-
xit omnes, & videns poſtea ſuas maledictiones in omni-
bus peruenire ad effectum, conſcientiam ſuæ impieta-
16 tis, & opprobrium hominum ferre non valens, laqueo
ſe ſuſpendit. Vnde Seneca 11. *epiſt.* dicebat: *Iam non
admiror, ſi omnia nos à prima pueritia mala ſequantur; in-
ter execrationes parentum creuimus.* Et hinc eſt, quod
maledictionem paternam rem eſſe perhorreſcendam di-
17 xit, & cenſuit Rot. Roman. vt apud Ludouiſ. *deciſ.* 414.
*num.* 2.

Non obſtat autem textus *in l. his verbis, §.* 1. *ff. de hær.
inſt.* vbi dicitur valere filij inſtitutionem etiam cum ma-
ledictione: tum quia non loquitur de huiuſmodi male-
18 dictione, ſed de improperiis. Tum quia nihil eſt impedi-
mento patri, quin poſſit hæredem inſtituere filium, quem
maledixit, vt ibidem dicunt DD. & in claris non eſt lo-
cus coniecturis, ad textum *in l. ille, aut ille, §. cùm in
verbis, ff. de leg.* 3. *l. continuus, §. cùm ita, de verb. oblig.*
& ſic cùm ille parens voluerit hæredem facere filium im- 19
pium, & de ſe malè meritum, nihil intereſt; nec inde
tollitur, quin maledictionis magnus, & pernicioſus non
ſit effectus.

Ex quibus concludendum eſt, patrem ſic maledicendo
filium ſine iuſta cauſa eſſe impium, & tractare contra
pietatem, adeò vt poſſit cogi ad eum emancipandum.
Etenim ſicut quando pater expellit filium de domo, di- 20
citur eum impiè tractare, & cogitur emancipare, vt per
Cæpol. *d. caut.* 115. *n.* 2. quantò magis erit impius, & co-
gendus ſic iniuſtè filium maledicendo.

Et addi poteſt pro confirmatione prædictorum, quòd
ſicut pater priuatur patria poteſtate, quando filium expo-
ſuit, ad textum *in cap.* 1. *de infant. expoſ.* Mat. de Sylu. 21
*tract. de feud. rub. quibus mod. feud. amitt. n.* 178. Surd. *de
alim. tit.* 6. *q.* 18. *n.* 19. Menoch. *de arb. ind. caſ.* 396. *n.* 11.
Gratian. *diſcept.* 267. *n.* 1. 2. 4. 5. Azor. *mor. p.* 2. *cap.* 20. *verſ.
decima ſpecies*; ita & multò magis ille pater erit priuan-
dus patria poteſtate, qui filium ſic indebitè maledicit, &
deſerit; ſic enim videtur velle, ſi fieri poteſt, lacerare
omnia bona filij, tam animæ, quàm corporis; cùm ta- 22
men filium exponens videatur tantummodò negligere
corpus.

Hinc certè mihi videtur de patre filium iniuſtè male-
dicente, poſſe aptè, & rectè dici, quod Iuriſconſultus *in
l.* 2. *ff. de inoff. teſtam.* dixit de patre ſine legitima cauſa
filium exhæredante, vt videatur feciſſe rem quaſi fu-
rioſi, non quia verè furioſus teſtatus ſit, ſed quia ſic 23
fecerit, non ex officio pietatis, & hoc bene confirmat
Rot. Rom. diuerſ. coram Durano, *deciſ.* 233. *num.* 26. *in
nouiſſimis ad Coccinum.* Si enim ſic exhæredans filium fa-
cit contra officium pietatis, quantò magis ſic maledicens:
hic ſanè maius malum inferre voluiſſe videtur.

Accedat, quod ſicut verum eſt patrem, filio denegan-
tem alimenta, priuari patria poteſtate, ſecundum commu-
nem DD ſententiam, de qua Surd. *in tract. de alimen. tit.* 8.
*priuileg.* 63. *num.* 1. 2. 3. & *num.* 8. ita & multò magis eâ 24
priuandus eſt ſic filium maledicens, cùm poſſit hoc modo
ei cauſare infinita mala, vt vidimus, & experientia re- 25
rum magiſtra id pluries docuit, verè enim patria poteſtas
in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere, ad textum
*in l. Diuus, ff. ad l. Pomp. de parricid.* cum vulgaribus.

Et licèt prædicta ſufficiant, tamen ratio noſtra poteſt
augeri ex eo, quod filius poteſt etiam cogere patrem ad
eum emancipandum ex cauſis, ex quibus poteſt eum ex-
hæredare, vt per Aſcan. Clem. *in tract. de patr. poteſt.* 26
*cap. vlt. num.* 92. Immò lenior etiam cauſa ſufficit ad co-
gendum patrem, vt emancipet filium, quàm ad eum ex-
hæredandum: Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 14. *n.* 3. Sed filius ma-
ledicens patri poteſt exhæredari, vt *in §. cauſas, in Auth.
Vt cùm, de appell. cognoſc.* Ergo etiam pater poterit ex
eadem cauſa exhæredari, quia ex iiſdem cauſis congruè
pater exhæredatur à filio, ex quibus filius à patre, ſi cre- 27
dimus Surd. *d. tract. q.* 14. *num.* 1. *in fin.* vbi etiam dicit,
quod pater committendo cauſas ingratitudinis, priuatur
patria poteſtate. Vnde ſequitur, quod ſi propter hoc
poſſit pater exhæredari, poſſit etiam cogi ad faciendam
emancipationem. Verè enim maledictio eſt maior iniuria,
quàm exhæredatio, quando eſt deliberata, & non ex
aliquo primo motu, aut impetu alicuius diſplicentiæ
emanata; cùm enim pater ſic appenſatè maledixerit fi- 28
lium, dicitur commiſiſſe peccatum mortale, quod eſt
tantò grauius, quantò perſonam, cui maledicimus, ma-
gis amare tenemur, vt benè probat D. Thom. 2. 2. *q.* 76.
*art.* 3.

Nec obſtat filio, quod petat alimenta extra domum
patris; tum quia hæc non eſt bona ratio ea denegandi.
Surd. *d. tract. de alim. tit.* 4. *q.* 14. *n.* 19. tum quia propter
nouercam filius habet iuſtam cauſam petendi alimenta
extra domum, eo quod inter eam, & priuignum ſemper
præſumitur

præſumitur odium, etiamſi illud non probetur, vt per
30 Surd. *d. tit.4. q.15.n.24.25.26.27.* Vnde negari non poteſt, quin adſit iuſta cauſa cogendi patrem ad emancipandum dictum filium, ad idque compelli poterit mulctâ indictâ, & captis pignoribus toties, donec tædio affectus ſe diſponat, & aliis modis arbitrio iudicis, qui poterit etiam pronunciare eam pro facta, niſi intra certum ſpatium temporis ipſe ad illam deuenerit.

His ſic firmatis facile eſt decidere, an dictus parens ſit priuandus vſufructu bonorum aduentitiorum filij. Nam licèt regulariter pater emancipando filium retineat dimidiam vſusfructus huiuſmodi bonorũ, ad textum *in l. cùm*
31 *oportet, §. cùm autem, C. de bon. quæ liber.* tamen id procedit in emancipatione voluntaria, & honoris gratiâ facta, non autem in ea, ad quam pater deuenit coactè, & propter iniuriam filio illatam; tunc enim perdit omne
32 commodum vſusfructus, & quodcumque emolumentum, ad textum *in d. l. Diuus, ff. ſi quis à patre fuerit manumiſſ.* Cuman. *d. conſ.* 83.*n.*3. quem ſequitur Tuſch. *pract. concl. verb. filius, concl.*353.*num.*8. Cæpol. *d. cautel.* 115. *num.*3. pulchrè Surd. *de aliment. tit.9. quæſt.* 20. *num.*42.43. qui etiam dicunt, quod quando pater cogitur emancipare filium, tunc non dicitur ei conferre be-
33 neficium, quia emancipatio prouenit à lege, vel à Iudice cogente, vt per Cæpol. *d. cautel.* 115.*n.*3. Surd. *d. tract. tit.8. priuil.*65.*n.*46.47.

Non ergo dicatur filium debere eſſe parentibus ſubditum, nec habere anſam de eis conquerendi ex quacumque cauſa, quia verius eſt eum eſſe audiendum, & patri etiam præponendum, ſi iuſtam, & bonam cauſam foueat, 34
vt habetur *in cap. quæritur 2. quæſt.7.* & probat textus *in d. l. Diuus, ff. ſi quis à patr. fuer. manum.* quoniam inueniuntur etiam parentes, qui ſunt erga filios valde crudeles, & nihil curant de bono eorum, ſiue corporis, ſiue animæ. Vnde doleat iſte pater de ſeipſo, qui imprudenter hæc geſſit, & meminerit, quod ſicut D. Paul. *ad Epheſ.* 35
*cap.6.* dixit, *Filij obedite parentibus veſtris in Domino*; ita etiam dixit: *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correptione* 36
*Domini.* Sed non eſt mirum, ſi hæc ſcandala naſcantur, vbi parentes tranſeunt ad ſecundas nuptias, quia nouerca odit ſemper priuignos, & pater cenſetur mutaſſe voluntatem, & affectionem erga filios primi matrimonij, 37
vt per Farinac. *deciſ.*723. *num.*17. *part.*2. vbi dicit etiam, quòd lex ſuſpicatur de nouerca propter odium prædictum in eius priuignos, vt per Farinac. *deciſ. crimin.*242. *num.*18.

Concludo igitur dictum patrem eſſe cogendum ad filium emancipandum, & ſucceſſiuè priuandum totaliter vſufructu bonorum aduentitiorum filij: ſed quid euenerit in hoc caſu, neſcio, quia ſub ficto nomine fui ab amico requiſitus de mea ſententia. Et ita, &c.

*Et ex his ad laudem Dei, & B. Mariæ Virginis, & SS. Ioannis Baptiſtæ, Hieronymi, & Franciſci patronorum meorum impoſitus ſit finis his controuerſiis, quas omninò ſubmitto iudicio S. Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ.*

INDEX

# INDEX RERVM ET VERBORVM,

## Quæ in hoc primo Controuerſiarum Libro continentur.

*Primus numerus paginam, ſecundus numerum marginalem indicat.*

### A.


ABBATES ordinare non poſſunt, & quando id verum ſit. p.293.n.28
Abbatis Guaſtallæ dignitas. p.128.n.27
Ablatiua abſoluta important conditionem. p.67.n.66.p.189. n.11. & p.145.n.3
Ablatiua abſoluta faciunt conditionem. p.210. num.19
Abſens à pace pro eo facta quando in ea dicatur comprehenſus. p.427.n.41
Abſens à pace non obligatur, nec obligat niſi ratificet. ibid.n.44
Abſens à patria quomodo fruatur beneficio ciuium. p.200.n.74
Abſens iuſtâ causâ lucratur diſtributiones. p.153.n.18
Abſens antequam peſtis adueniat, ea adueniente non lucratur diſtributiones. ibid.n.28
Abſens tempore peſtis lucratur fructus præbendæ, ſed non diſtributiones. p.152.n.55
Abſenti per ſtipulationem non quæritur ius antequam ratificet. p.427.n.47
Abſolutionis capaces efficiuntur, qui reſtituunt Eccleſiæ extractos ab ea. p.42.n.64
Acceptare dicitur, qui vti velle actu declarat ſe. p.12. num.116
Acceptatio debet fieri cum ſua cauſa. p.341.n.29
Acceptatio in fauorabilibus præſumitur. p.42.n.116
Acceptatio præſumitur in fauorabilibus data ſcientia. p.373.n.114
Accidens variatur ſecundùm conditionem perſonæ. p.107.n.37
Acquirens primus in feudo poteſt ſucceſſoribus præiudicare. p.306.n.7
Acta declarant, qualis ſit acceptatio præcedens. p.341. num.24
Acta in ſæculari foro, an probent in Eccleſiaſtico. p.61. num.10
Acta iudicialia nõ poſſunt probari per teſtes. p.155.n.27
Acta iudicialia debent parti intimari. p.305.n.24
Acta non probãtur teſtibus, niſi ſint deperdita. p.306.n.7
Actio communi diuidundo eſt indiuidua. p.187.n.47
Actio conſtitutæ pecuniæ eſt inanis, vbi non conſtat de debito principali. p.344.n.2
Actio de re Eccleſiæ dicitur, quando agitur eius occaſione. p.168.n.26
Actio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto. p.258. n.14. & p.327.n.56.
Actio in rem ſcripta quænam ſit. p.269.n.29
Actio rei vindicationis contra quem detur. p.157.n.27
Actio non poteſt variari poſt litẽ conteſtatam. p.305.n.22





Actio hypothecaria quomodo dicatur indiuidua. p.158. num.55
Actio ſpolij competit Eccleſiæ pro malè alienatis. p.371. n.80
Actione conſtitutæ pecuniæ tenetur, qui ſuſcipit ſe ſoluere alienum debitum. p.344.n.1
Actionem qui habet, nondum propriè habere rem dicitur. p.45.n.55
